BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
52 E
1

Digitized by Google

VIRGINEI CANDORIS PROPVGNATORES ACERRIMI ILDEPHONSVS ET

Pugnat pro integritate immaculatæ
in Virgine.

Decertat pro integritate immaculatæ
in Virgine.

PRIMA PARS.

CELEBRIORVM CONTROVERSIARVM In Primum Sententiarum IOANNIS SCOTI Doctoris subtilis Theologorum facilè Principis.

Excitatis sæpe è re Theologica Metaphysicis dissertationibus, ex quibus adeò absoluta Metaphysices exaratio conflatur, ut vice perpetui commentarij, apud Scolistarum scholas, haberi queat; cum proprio Indice Metaphysico.

Authore Patre F. ILDEPHONSO BRIZEÑO *Chilensi, apud Limanos Primario sacræ Theologiæ Professore bis iubilato, et Peruani Regni Oratore ad Sanctissimum Dominum nostrum Romanum Pontificem, in causa Canonizationis Venerabilis Serui Dei* F. FRANCISCI SOLANI *Peruancrum Apostoli.*

Matriti apud Antonium Bellerum. Año 1642.

Pertinet ad bibliothecam S. Francisci de Mate

Digitized by Google

Digitized by Google

PHILIPPO QVARTO,

HISPANIARVM, ET Indiarum Monarchæ Catholico, apud Supremum ſuum Indiarum Senatum, Religione, Integritate, & Sapientia clarum, atque ſpectatiſsimum.

DVM Ego ex Indianis veſtris infimus Theologus (tempore autem primus, qui Theologicas conflictationes, quas Scholaſticas vocitant, adire, & edere iubear) cernuus hancce exilem Theologici certaminis ſtrenam exhibeo; primò ſuſpiciẽdus & exoſculandus occurrit Maieſtatis Veſtræ zelus in auerruncandis idololatriæ, vel zizanijs, vel tribulis, & vera Religione diſſeminanda apud Nationes barbaras. Verùm hæc Catholicorum Hiſpaniæ

* Re-

Regum ignita conamina dum impium Satanæ cultum protrudunt & exturbant, quis pro dignitate explicet, vel saltim adumbret? Ea tamen præsignasse apparet celebre illud Dauidis facinus, de quo 1. Paralipomenon, cap. 20.

1. Parali pom. 20

Tulit autem Dauid Coronam Melchom de capite eius, & inuenit in ea auri pōdo talentū, & pretiosissimas gemmas, fecitque sibi inde diadema.

S. Hieron.

Vbi obseruat Glossa ex Hieronymo; quòd Dauid coronam Idoli defæcauerit, igne quasi expiatorio depurans vt congruum religiosæ Maiestati conflaret diadema, quo pij Principis caput redimiretur. Dauid ergo coronam auro & pretiosissimis gemmis renidentem ab Idolo Ammonitarum tanquam ab iniusto possessore abstulit; nō illius aureæ gemmarum fasciæ cupiditate extimulatus, nec elationis impetu percitus, imò pietate feruens Regium illud Insigne à superstitiosis inquinamentis asseruit, & Deo vindicauit.

Nec obvoluendum silentio, quòd Septuaginta vel sic vertant: *Et accepit coronam Melchom Regis eorum de capite eius.*

Septuag. Interpre.

Vbi innuere videntur, coronam illam non ad Idolum, vel ementiti Dei simulacrum spectasse, sed ad sic diadematum Ammonitarum Principem, inanis Idoli cultorem; itaut quasi idem sonet, in ipsum ve recidat, Idolum, & Idololatram spoliari. Nec abs re quidem; si enim simulacrum illud exanime, ad superstitionē tamen pelliciens, iustè exauthoratur, & regio ornatu exuitur; profectò nec absimili iure, Idolo impia seruitute adhærens debellari debuit, ac diademate, & quibus abutebatur diuitiarum thesauris orbari, dum veram religionem excutit, & exagitat.

Haræus libro 1. Paralipo. c. 20. vers. 2.

Sed recole in sacro contextu ex depurgato & veræ religioni addicto diademate erūpentes fructus; seu glorioſa ex proculcatis & contritis hostibus trophęa. *Fecitque sibi inde diadema: manubias quoque vrbis plurimas tulit: populum autem, qui erat in ea, eduxit: & fecit super eos tribulas, & trahas, & ferrata carpenta transire, ita vt dissecarētur, & contererētur: sic fecit Dauid cūctis vrbibus filiorum Ammon: & reuersus est cum omni populo suo in Ierusalem.*

Trophæū Dauidis ex depurgato diademate. 1. Paralipom. c. 20.

Vbi æstimanda incidit insigni trophęo adiuncta felicitas ex speciali Dei gubernatione suppullulans, quæ in tanta Ammonitarū strage vniuersum Israelitarū populū superstitem voluit; quod exardēti pietatis zelo Dauidis in veræ religioni deuoto diademate, & idololatriæ expugnatione adscribitur.

Haud

Digitized by Google

Haud ſecus Hiſpaniarum Monarchæ non terrena lucra inhiantes debellarunt Indorum Principes, vt immenſas illas auri argenti, & gemmarum gazas nacti, cæteros Reges anteirent opulentiæ cumulis; ſed vt pietate prælucerent, dum diademata Indiani Imperij à diabolicis ſpurcitijs depurata Chriſtianæ religioni aſſererent, iã Chriſto in Catholico Principe ſubdita, & deuotiſſimo famulitio mancipata.

Pietas Hiſpanorum in debellatione Indica

Quare faceſſant, qui diuitiarum ambitum Hiſpanis, Regibus in Noui Orbis expugnatione obijciunt; quorum cordibus ſemper inſedit Regius ille Theodorici ſenſus apud Caſsiodorum: *Nullius compendijs delectamur iniuſtis: nec ad animũ noſtræ pietatis perveniunt, quæ probitatis gratia deferũtur. Reſpublica ſiquidem iure ſemper æquitatis augetur: & cum temperantia diligitur, velociter profutura ſuccedunt.* Sciunt enim Hiſpaniarũ Monarchæ quo in loco ſint, iuxta premẽs Senecæ monitũ; nec Regium æſtimant cupiditati & rapinis ſubiacere. Sed diſertiſſimum Hiſpani Tragici carmen auſculta.

Caſsiodorus. Variarum lib. 2. 26.

Quis vos exagitat furor,
Alternis dare ſanguinem,
Et ſceptrum ſcelere, aggredi?
Neſcitis cupidi arcium,
Regnum quo iaceat loco,
Regem non faciunt opes,
Non veſtis Tyriæ color,
Non frontis nota Regiæ,
Non auro nitidæ trabes.
Rex eſt, qui poſuit metus,
Et diri mala pectoris:
Quem non ambitio impotens,
Et nunquam ſtabilis fauor
Vulgi præcipitis mouet.
Non quicquid fodit Occidens
Aut vnda Tagus aurea
Claro deuehit alueo.
Qui tuto poſitus loco,
Infra ſe videt omnia,
Mens Regnum bona poſsidet.

Seneca, in Thyeſte.

Quale Regis munus?

Nec abſimiliter Claudianus, quaſi Indiarũ dominatum indicans, vel præſagiens:

Tu licet extremos latè dominere per Indos.

Optimi Regis descriptio ex Claudiano

Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent;
Si metuis, si praua cupis, si duceris ira;
Seruitij patiere iugum, tolerabis iniquas
Interiùs leges, tunc omnia iura tenebis,
Cum poteris Rex esse tui.

Vnde Catholicos Reges Nouum Orbem Christo subiugantes veneratus, & historicum ex fide scribentem, potiùs quàm encomiastem agens, Magnum Nazianzenum cognomento Theologum aduoco, & sapientissimum ex Primoribus Ecclesiæ Patrem altiùs intonantem accerso, dum ad ethnicæ coronæ depurgationẽ respexisse apparet, Cõstantem Imperatorem exornans. *Qui barbaras Nationes, per gyrum repurgabas, tyrannosq; inteſtinos ditioni tuæ partim ſermonibus, partim armis ſubijciebas; & quidem vtrũq; ita dextrè & egregiè, quaſi ab altero nihil moleſtiæ tibi exhiberetur. Qui Dei manu ad omnia conſilia reſque omnes gerendas vtebaris: cuius denique & prudentia maiorem ſui admirationem mouebat, quàm manuum vires; & rurſus vires maiori erant admirationi quàm prudentia; atque vtraque præclarior illuſtriorque erat pietatis gloria.* Quis enim eam haud piam subiugationem dixerit, quæ animas hostium Christo asserit, & à diaboli tyrannide vindicat? Scitè Claudianus.

Nazianzenus, In Stelitentica, 1. in Iulianum, Oratione 3.

——nulla eſt victoria maior,
Quàm quæ confeſſos animo quoque ſubiugat hoſtes.

Claudianus.

Aſt magis è vicino Hispaniæ Reges contingit præconium Ennodij sanctitate & eloquentia ornatissimi in Panegyrico ad Theodoricũ Gothorum Regẽ, ex quo traduce Hispaniarũ Monarchæ originẽ ducitis. *Si bella Regis mei numerem tot inuenio, quot triumphos: congreſſui tuo nullus hoſtium, niſi qui laudibus adderetur, occurrit. Militauit trophæis qui reſtitit voluntati. Nã ſemper aut pietati tuæ peperit ſubiectus gloriam; aut qui præſumpſit tela virtuti.* Et paulò infra. *Non tibi ignotus eſt algor Scythiæ, non Meroe æſtum anhelum, vt alterius poſſeſſor orbis ignoras: didiciſti vniuerſa ſubigendo, quæ nobis vix auditu patuerunt. Hæc quidẽ maiora ſunt homine, ſed qui ad mundi paratur gubernacula, neceſſe eſt, vt vniuerſis veniat cardinibus inſtitutus.* Vbi obseruanda incidũt vltima illa Ennodij verba, quæ Hispanis Regibus in vtroq; mundi cardine, Australi, & Septẽtionali Monarchiam prædixisse apparet. *Sed qui* (inquit) *ad mundi paratur gubernacula, neceſſe eſt, vt vniuerſis veniat cardinibus inſtitutus.*

B. Ennodius.

Verùm enim verò dũ Hispanorum Regum præconia ex Gothorũ laudibus quasi ex fõte producimus, absq; optimæ

in-

inſtitutionis iniuria prę̃terire nõ poſſumus Religioſiſsimi Principis Vuãbæ Hiſpano-Gothici pietatẽ in debellandis perduellibus Ilderico, & Paulo. De quo adi Spondanũ ex Baronio ad Annũ 674. nos verò Franciſcum Coriolanum Lucæ Tudenſi adhærentem, & cõtractiori calamo Vuambæ facinora perſtringentem, vel ſic tranſcribimus.

Baronius Spodanus

Coriolan' in Breuiario Chronologico, anno 674

Hoc anno cõtra Ildericum, & Paulum tyrannos Vuamba Rex Hiſpaniæ pugnaturus, exercitum iuſtitia, cõtinentia, & innocentia armauit. In ipſo enim procinctu, quos ſciuit milites adulteria perpetraſſe, exſecuit, dicẽs: *Ecce, iam iudicium imminet belli, & licet foruicari, vt Deus ad iracundiam prouocetur?* addidit: *Fruſtra pergit ad bellum, quem iniquitatis comitatur exẽplum.* Sic ille. Verum, manifeſtè tunc adfuit protectio diuina. Viſus eſt enim eius exercitus excubijs Angelorum circundatus: *Viſi ſunt etiam Angeli ſuper caſtra, coruſca volitatione protectionis ſuæ ſigna oſtendere, quod & rerum declarauit euentus, &c.*

Angeli pro Hiſpanis militãtes.

Quod exemplum in coercenda incontinentia militum, (quando etiã Hiſpania à duobus domeſticis hoſtibus quaſi ex vtroq; oppoſito latere Orientali & Occidentali pungitur) an vrgeat, viderint ad quos attinet; mulieroſitas enim militum abigit & propulſat auxiliares SS. Angelorum copias: quæ enim conuentio lucis, & puritatis Angelicæ ad tenebras, ſeu libidinum ſpurcitias?

Monitum ex pietate Vuamba, Regis, in perduelliũ expugnatione.

At in Hiſpanorum caſtris non ſolùm militantes Angelos, ſed etiam pugnantem Crucem recolo & ſuſpicio. Quare in Triumpho Sanctæ Crucis ad diem 16. Iulij vniuerſa Hiſpanorum Eccleſia percelebrat glorioſiſsimum illud trophæum ſub Alfonſo Rege, quod vno prælio ducenta Maurorum millia extinxit, præeunte in grauiori conflictu & adſtante Cruce in aere formata diuinitus; adeò vt vitale ſignum in aere apparens ſupernaſque ferens ſuppetias, quaſi cœleſtis tuba Hiſpanis Imperium verè Catholicum, & triumphans in Cruce Sceptrum indixerit. Vnde miraculoſa illa Hiſpanorum cum Eccleſiæ hoſtibus congreſsio innouaſſe apparet memoratiſsimum illum Dauidis triumphum, quem diademate à ſuperſtitionibus vindicato redimitus obtinuit, contritis cunctis Ammonitarũ cuneis; cũ in immẽſa illa Maurorũ colluuie & ſtrage ſoli viginti quinque ex noſtris glorioſam mortem oppetiuerint.

Crux militat pro Hiſpanis.

Apparet innouatus Triũphus Dauidis ex Vindicato diademate.

Verùm ardens hæc erga Crucem Religio & pietas Maieſtati Veſtræ ex Hiſpani, & Auſtriaci ſanguinis

Pietas Auſtriacorũ erga Crucem.

Nicol. Vernulæus Historiographus Cæsareus, & Regius, de Virtutibus Gentis Austriacæ lib. 1. c. 2.

coitione & nexu quasi nouo titulo accessit; qua in re Rudolphus. I. Imperator, vt Gētis Austriacæ Cōditor, ita Posteris suis exēplo præiuit. Cū enim Imperij diadema Aquisgrani susciperet, dum ei Sceptrum appararetur, Crucē ex Aris arripiens dignam se vocem edidit. *Hoc signum est, quo genus humanum. & nos redempti sumus; hoc ego Sceptro in omnes mihi & Imperio infidos vtar.*

Nec fefellit Rudolphum pietas; cū enim in prælio aduersus Ottocarum Bohemiæ Regem suos in discrimen adductos videret; media in acie genibus incumbens diuini Numinis opem ardentissimis precibus efflagitauit. Fudit ergo & contriuit hostes, qui Cruce vt Sceptro initiatur; & Imperium in Austriacis gloriosè perennat.

Mirabilis Conuersio Noui Orbis.

Hieronym. Platus Iesuita de bono status religiosi, lib. 2. c. 30.

Sed hęc prisca inquies, & quæ plurium sæculorum decursus anteiuerint. Accipe recens facinus, quo nullum celebrius, à tota hominum memoria; tanti enim æstimari debet vtriusque Indiæ Occidentalis, & Orientalis expugnatio, & mirabilis ad Deum conuersio; quam calamo Viri pietate, & eruditione conspicui describam, ne Franciscanis hominibus aliquid vltra ius arrogasse videar.

Nihil tamen præclarius aut glorioſius, quàm totius noui orbis conuersio: quæ quantacunque est, tota est Religiosorum. Ipsi enim primi Euangelium in oras illas intulerunt, ipsi fidem plantarunt, ipsi deinde rigarunt, ijdemque adhuc excolere, & propagare non desistunt. *Primos omnium, qui tantam hanc prouinciam aggressi sunt, Franciscanos fuisse legimus. Atque eosdem etiam in ijs regionibus inueniendis, cùm antea ne de nomine quidem auditæ essent, magnopere contulisse. Cùm enim Christophorus Columbus de ea nauigatione instituenda apud Ferdinandum Hispaniæ Regem ageret; nec ei, vt in re tam noua atque incerta, multum fidei haberetur: Patres duo Franciscani valde eum iuuisse dicuntur, tum ipsum animando, tum etiam Regem impellendo, vt eam occasionem omnino tentaret.* Itaque cum impetrata classe, Columbus Mexicana regna feliciter aperuisset, atque in Hispaniam tā lætæ rei nuncius reuertisset: *statim aliquot familiæ eius Patres in ea loca nauigarunt, annum circiter à Christo nato millesimum quadringentesimum nonagesimum tertium.*

Frāciscanorum studiū in Noui Orbis conquisitione.

Fūctiones Apostolicæ Minoritarū in India Orientali.

Atque eodem penè tempore, ad Orientalem Indiam, Emanuelis Lusitani Regis auspicijs à Vasco Gama patefactam, anno videlicet millesimo quingentesimo, missi sunt Euangelij causa, ex eadem familia viri octo, tum doctrina, tum pietate præstantes. Ab his initijs,

hic

hic Ordo per eas regiones diffusus, multiplicatis breui tẽ-
pore domicilijs, treſdecim (vt ipſi vocant) Prouincias in-
ſtituere, in quibus magnam Chriſtianæ rei operam nauarũt
& adhuc nauant.

Horatius Turſellinus.

Conſentit etiã Horatius Turſellinus Societatis Ieſu in vi-
ta S. Frãciſci Xauerij; quando enim Franciſcus Xauerius
Goam totius Indiæ Oriẽtalis Metropolim immigrauit, il-
lam Apoſtolicis fulgoribus irradiaturus, Franciſcanum to-
tius Indiæ Orientalis Epiſcopum, & ſocios gnauiter labo
rantes inuenit; ita igitur Turſellinus.

Ioan. Albo quercius, Frãciſca-nus, primus Indiæ Oriẽtalis Epiſcopus.

*Erat tum Goanus Epiſcopus (idem autem, quia tum ſolus erat in In-
dia Epiſcopus, cunctæ Indiæ præſidebat) Ioannes Alboquercius, vir è
Franciſcana familia, pariter doctrina, & religione inſignis. Is cũ paucis
ſuæ diſciplinæ hominibus, etſi maiorem, quã pro numero, Chriſtianæ rei
nauabat operam, tamen ſacerdotum penuria minus proficiebat quàm opus
erat. Nulli tota India tum erant religioſi, præter eos quos dixi Frãciſca
nos, quibus Luſitanorũ inſtitutio, vix inſtituẽdi Ethnicos ſpatiũ dabat.*

Fran. Gonzaga, Marchio Oſtiani, & Romani Imperij Princeps, Epiſcopus Mãtuanus.

Quibus Authoribus annecto Venerabilem Seruum Dei
Frãciſcum Gonzagam Scriptorem domeſticum, ea tamen
ſanctimoniæ, & miraculorum gloria præfulgentem, vt de
illius Canonizatione agatur; ita igitur habet in Hiſtoria
Seraphica, p. 3. in initio deſcriptionis Prouinciæ Portu-
galliæ; & par. 4. in initio deſcriptionis Prouinciæ S. Tho-
mæ apud Indos Orientales.

Henricus à Conimbria primus plãtator fidei in India Orientali.

Septẽ Martyres Frãciſcani in India Orientali.

*Anno à Chriſti natiuitate milleſimo quingenteſimo, religioſiſsimos o-
cto Fratres Miniſter* (Portugallię Prouinciæ) *cũ ſecunda inuictiſ-
ſimi Luſitanorũ Regis Emanuelis claſſe, ad Orientales Indos trãſmiſit;
quatenus eos, poſtpoſito quocunq; vitæ diſcrimine, ſuis prædicationibus,
atq; exhortationibus Chriſto lucrifacerent. Quorum anteſignanus atque
P. F. Hẽricus à Conimbria, cùm ſolus, alijs ſeptem ſocijs diuerſimodè ab
illis barbaris, oppreſsis, atq; glorioſo martyrio coronatis, ex tam famoſo
certamine ſuperfuiſſet*, plurimis exanclatis laboribus, S. Tho-
mæ Cuſtodiam erigere, atque plantare cæpit, quæ adeò ex-
creuit vt plurimis prouincijs æquiparari, imò potius præ-
ferri optimo iure poſsit.

Apoſtolica munia Frãciſcanorũ in India Orientali per 40. annos.

*Vt paucis multa perſtringã; quicquid in India Orientali, per quadraginta
continuos annos, laboris fuit, ſiue in infirmis curandis, ſiue in infide-
libus conuertendis, ſiue in Catechumenis inſtruendis, ſiue in conuerſis in
officio continendis, ſiue in Sacramentis adminiſtrandis, ſiue etiã in alijs
operibus charitatis exercendis; id totum ex Franciſcanorum humeris pe-
pendit.* Hucuſque Franciſcus Gonzaga.

Laurẽtius Surius Carthuſianus.

Verùm vt vnde digreſſa eſt ad noſtram Occiduam Indiam redeat Epiſtola, narrationi adiungo coronidẽ ex Magno Viro Laurentio Surio Carthuſiano, in ſuis Chronicis, vbi vel ſic Venerabilis Serui Dei Martini de Valentia Franciſcani Apoſtolica munia recenſet; diuinam pietatẽ, & prouidentiam admirans, quòd Martinum Valentinum Franciſcanum, inclytum fidei athletam & pugilem elegerit quaſi Martini Lutheri antagoniſtam, dum apoſtata Luther execrabili perfidia in Chriſti Sacramenta graſſaretur.

Martinus Valẽtinus Frãciſcanus, Nuntius Apoſtolicus in India Occidentali..

Anno ſalutis 1524. venit in ciuitatem Mexicanam Fr. Martinus Valentinus cum duodecim Monachis, tanquam Papæ Nuntius, à Carolo Cæſare illuc cum authoritate eiuſdem Pontificis miſſus. Et paulò infra. *Eodem anno Mexicana habita eſt Synodus ſolennis, cui tanquam Papæ Vicarius præſedit Martinus Valentinus, in qua tandem definitũ eſt: quòd qui fidem Chriſtianam cum omnibus Romanæ & Catholicæ ritibus complecterentur, ex omnibus vxoribus vnam tantùm quã vellent, ducerent ritu Chriſtiano. Idola omnia ex Templis exturbabantur: Crux Chriſti, & Sanctiſsimæ Mariæ Virginis imago in Templis reponebantur: Euchariſtia populis oſtendebatur: Miſſæ Sacrificium à Martino, & Collegis duodecim patefiebat. Euangelium Catholico more piè, & purè annuntiabatur. Inde verò paucis annis tot baptizabantur in ea noui Orbis plaga: vt alij ſepties dena centena millia, alij quater decies dena centena hominum millia, in ſolo illo Mexicano Regno baptizata retulerint.*

Martinus Valẽtinus miraculis clarus, antagoniſta Lutheri.

Et, ò Diuinam prouidentiam! ò terribilem Deum in conſilijs ſuper filios hominum! Septimo anno poſt natum in Germania dogma Lutheranum: in nouo Orbe Martinus Valentinus, vitæ ſanctitate, & miraculorũ operibus inclaruit: & cæcis Gentibus Euangelij lucem ſinceram, quam Germania Martino Luthero, Apoſtata, infami Duce, faſtidiuit, inuexit. Qua de re Catholici quidam hos verſus ſcripſere.

Inuito potuit Romano Præſule Luther
Sacramenta Dei vellere, non premere.
Septem poſt annos validus Martinus in Orbe
Illa tuo repetit, maxime Carle, nouo.
Iſte duodenis ſociatus Fratribus, ipſum
Prototypum ſequitur Legis Euangelicæ

Apoſtolicæ functiones Martini Valentini

In Archiuis Caroli Cæſaris lectum eſt, vnum quendam Sacerdotẽ ſepties centena hominum millia baptizaſſe: alium ter centum millia: alium centum millia: alios plures: alios pauciores.

Nec abs re quidem, aut ſine ſpeciali Dei gubernatione factum coniecto, vt Catholicorum Hiſpaniæ Regum, qui-

bus

Franciſcani, primi adminiſtri Regũ Hiſpaniæ in expugnatione Indica: & cur?

bus Crux pro Sceptro eſt, qui ve in vindicandis Deo, & Eccleſiæ ethnicis diadematibus deſudant, primi Minoritæ præordinarentur ſpirituales adminiſtri; vt potequi Seraphici Patris, Crucis Signaculi, & Signiferi ſectatores. Adeò vt Hiſpaniarum Monarchæ, qui (verbis Ennodij ago) in vtroque mundi cardine Principes inſtituuntur, tales ſibi aſciuerint vel ſocios, vel ſpiritualis ſtructuræ cardines, ſuper quos terræ afflictos, cœlo autem deuotos, & Apoſtolico labori affixos quaſi immobiles, Deus nouellæ illius Eccleſiæ Orbem impoſuerit; iuxta illud. 1. Reg. c. 2. *Domini ſunt cardines, vel afflicti terræ, & poſuit ſuper eos Orbem.*

Theſes propugnatæ Romæ pro Apoſtolatu S. Frãciſci apud Indos.

Cum autem primæ iſtæ Apoſtolicæ Minoritarum in idololatria expugnanda apud vtramque Indiam Orientalem, & Occiduam functiones adeò exploratæ eſſent, & de cõmuni omnium Hiſtoricorum conſenſu; eã Franciſco Chriſti Signifero gloriam peperere, vt exili miniſterio noſtro adeptus ſit, quòd in publicis Theſibus à nobis in Capitulo Generali Romano propugnatis, & de approbatione Magiſtri Sacri Palatij Apoſtolici prælo commiſsis renuntiaretur primus poſt Chriſti Apoſtolos vtriuſque Indiæ Orientalis, & Occidentalis Apoſtolus. Vnde iuxta S. Bernardini Senenſis accommodatitium ſenſum Franciſco adaptantes illud Ezechielis pronuntiatum. *Tu ſignaculum ſimilitudinis, & foramina tua à die qua cõditus es, præparata ſunt: tu Cherub extentus, & protegens, &c.* aliquot aſſerta è Franciſci apud Indos Apoſtolatu exhibuimus, quæ & modo pro inſtituti corroboratione tranſcribimus.

S. Bernar. Senenſis Ezech. 28

Frãciſcus Cherub extentus, & protegens

Tu Cherub extentus, & protegens. (ſubaudi arcam & propitiatorium) vt explanat Hieronymus, petens analogiã à Cherubinis extentis inſtar Crucis, & protegentibus arcam. Vbi particulam copulatiuam (&) liceat pro Franciſco cauſaliter pro voce (quia) iuxta frequentem Sacræ Scripturæ phraſim ita interpretari: *Protegens quia extentus:* ideo enim Chriſtus Signifero ſuo imaginem Crucis impreſsit, vt ex munere, & debito, Eccleſiã per Crucem regeneratam protegeret, & ſuffulciret.

Frãciſcus protector Eccleſiæ.

Quod & referat ſingulare ſtationis prodigium in funere Franciſci hucuſque alteri non conceſſum: corpus enim exanime per tot ſæcula ſtans viuentis inſtar, ſtantem ſpiritum, & patrocinio Eccleſiæ inuigilantem indigitat, iuxta illud Stephani: *Video Ieſum ſtantem.*

Extentus & protegens: Eccleſiam ab ortu Solis vſque ad

occa-

Frãciſcus Apoſtolus Indiæ Orientalis.

occaſum. *Fuit enim primus poſt Apoſtolos plantator fidei in India Orientali;* ſuper Franciſci enim filios tanquam ſuper incõcuſſos cardines, vel ſuper hos afflictos terræ, iuxta lectionem Hebraicam, poſuit Deus orbem illius Eccleſiæ.

Et India Occidentalis.

Item & primus extitit Indiæ Occidentalis Apoſtolus. Franciſcani enim primi rete Euangelij ad innumerabilem animarum capturam feliciſsimè miſerunt; inter quos in Peruuio S. Franciſcus ſtrenuum nactus ſectatorem Franciſcum Solanum infidelitatem debellauit. Franciſcanis enim primis fidei plantatoribus in India Occidentali, & Orientali aptè congruit illud 1. Reg. c. 2. *Domini ſunt cardines, vel afflicti terræ, & poſuit ſuper eos Orbem.*

Frãciſcus Anteſignanus Crucifixorum.

S. P. Franciſcus Iapponenſem Eccleſiam rigauit primus ſanguine eorum Martyrum, qui inter Diuos recenſentur. Verè extentus etiam in filijs in Cruce extentis, & mactatis; & Agni occiſi ſimilitudinem præferens meruit eſſe Anteſignanus eorum, qui vt agni nouelli annuntiauerunt Chriſtum, & repleti ſunt claritate Protomartyrum nouellæ illius Eccleſiæ.

Primi Cœlites Indiani ex Frãciſcano ordine.

Quia verò Franciſcani omnium primi feruenter laborarunt in vera Religione apud Indos diſſeminanda; ita ex Franciſcanis primi Cœlites vtriuſque Indiæ, in ea nati Eccleſiaſtico Officio coluntur in SS. Chriſti Martyres ab Eccleſia cooptati; quod & in Romanis Theſibus vel ſic obſeruauimus. *Franciſcus Crucifixorum Anteſignanus inter quos recenſentur B. Philippus Mexicanus, & B. Gundiſalvus Goanus, Indiæ Occidentalis, & Orientalis Protomartyres.* Occidentalis enim India de ſuo gloriatur Protomartyre in Primaria Ciuitate Mexicana nato B. Philippo, quem ritu ſolemni primæ claſsis vt Patronum inuocat; ſicut & Orientalis India concelebrat B. Gundiſaluum etiam in Primaria Vrbe Goę genitũ & luce mortali donatum.

S. Philippus. S. Gundiſaluus.

Franc. Solanus Peruanorum Apoſtolus.

Nec Occidentali Indiæ inter purpureas Crucifixorum roſas deſunt candidæ Chriſti Confeſſorum laureolæ; cùm inclyta Limana vel Regum Ciuitas, Peruanorum Metropolis, pijſsimè amplexetur Venerabilem Seruum Dei Franciſcum Solanum, Peruani Imperij Apoſtolum & Patronũ, breui pro omnium votis ſanctis adnumerandum; cuius vitæ ſummarium, & Veſtræ Maieſtatis vota & ſtudia pro Venerabilis Viri canonizatione in initio primi Tomi deſcribimus: hoc ornatur ſidere Peruvium. Sicut & Ciuitas Angelorum, opulento Epiſcopatu in Regno Mexicano inſignis, etiam cohoneſtatur corpore Angelici Viri Sebaſtiani

Sebaſt. de Aparitio, miraculis clarus.

de

de Aparicio, cuius beatificatio expectatur, premissis iam ex præscripto Rotuli processu Authoritate Apostolica constructo.

Theologia Scholastica est fœtus fidei.

Vnde erumpit nostri instituti ratio leuidensæ munusculum Maiestati Vestræ deuouens. Si enim Theologia Scholastica sit legitima veræ fidei proles, & Frãciscani sub glorioſis Catholicorum Hispaniæ Regum vexillis & auspicijs prima apud Indos Fidei semina, & fundamenta iecerint; æquum fuit, vt ex Franciscano Ordine primus Theologicæ disputationis fœtus plurium annorum studijs apparatus, & æstu scholasticæ concertationis coctus, qui duplici Iubilationis (vt nostri vocitant) laurea insigniri obtinuit, Maiestati Vestræ sacraretur.

Accedit postremò; quod germanus frater meus Dõ Augustinus de Areualo Brizeño Ciuitatis S. Iacobi (quæ in Regno Chilensi Primaria est) Gubernator, quique sumptus prælo necessarios suppeditauit, id nobis officij iniunxerit quòd hancce opellam Maiestati Vestræ destinarem: vt hoc quali quali obsequij indiculo suam aperiret obseruantiã, sicut & Auorũ & Proauorum strenuitatem in Peruano & Chilensi Regnis Deo & Maiestati Vestræ subigendis; quorum munia extant authenticis testimonijs suffulta in Supremo Vestro Indiarum Consessu.

B. Ennodius in Panegyrico ad Theodoricum.

Tuum ergo est (ex Ennodio loquor, vel sic orationem finiens) *deuotioni pretium dare, quam intelligis vires subditorũ non posse transcendere. Erit dispensationis sacræ, de famulis æstimare quid exigas, in quibus cognoscis totum tibi militare, quod prævalẽt. Proprijs Maiestas Tua oblationem literariam dignetur altaribus: quia ne seneſcat claritudo operum, aduocanda sunt linguarum exercitia.*

Maiestati Vestræ humili obsequio deuotus.

F. Alfonsus Brizeño.

ADDI-



Digitized by Google

Licencia del Ordinario.

EL Licenciado don Lorenço de Iturrizarra, Vicario general deſta villa de Madrid y ſu partido. &c, Por la preſente, atento hemos hecho ver el libro contenido en la certificacion deſta otra parte, por la qual conſta no auer en el coſa contra nueſtra ſanta Fè Catolica; antes ſer vtil y prouechoſo para el vſo y exercicio y aprouechamiento de la ſanta Teologia. Damos licencia por lo que a nos toca, para que ſe pueda imprimir y imprima, ſin que en ello ſe incurra en pena alguna. Dada en Madrid a cinco dias del mes de Iunio de 1637.

Lic. D. Lorenço de Iturrizarra.

Por ſu mandado
Simon Ximenez.
Secretario.

Approbatio admodum R. Patris Magiſtri Fratris Franciſci Suarez Ordinis S. Auguſtini, & Catholici Hiſpaniarum Regis concionatoris meritiſsimi.

SVpremi Concilii iuſſu, hoc opus (verè magnum) in primum Ioannis Scoti Doctoris Subtilis à R. A. P. Fratre Ildefonſo Brizeño Chilenſi Ordinis Seraphici, & in Limana Curia ſacræ Theologiæ primario, dilucidè elucubratum vidi, & ſine intermiſsione laudaui; quia in eo non ſolùm Scoti inuenì commentaria, ſed ipſum Scotum rediuiuum inueni. Acumine enim ingenii non minor Ildefonſus Ioanne, diſcipulus Magiſtro, ſubtilitate pares, metaphyſica viuacitate, Theologica veritate, æquales. Iuſtè cõpellor dicere, quòd inuenit in eo Schola Scoti nouum ſpiritum, verè duplicè & vniuerſalis Eccleſia filium proceræ ſtaturæ, quem ſi in habitu minorè, in actibus ſuis maiorem concelebret.

Nihil diſſonum veritati Catholicæ, omne conſonum puræ & ſubtiliſsimæ Theologiæ, reperio; & digniſsimè tales fœtus in lucem edere, clamat iuſtitia neceſſarium & meum iudicium debitum profiteturin Conuentu S. Philippi Matritenſi die 13. Auguſti anno 1637.

Frater Franciſcus Suarez.

Facultas Reuerendiſsimi Patris Miniſtri Generalis totius Ordinis fratrum Minorum.

FRater Ioannes Baptiſta à Campanea, Strictioris Obſeruantiæ totius Ordinis Fratrum Minorem Generalis Miniſter, & ſeruus: plurimùm in Chriſto nobis dilecto P. fr. Ildefonſo Brizeño, eiuſdem Ordinis, & inſtituti; Prouintiæ verò noſtræ Duodecim Apoſtolorum de Lima in Regno Peruano Diffinitori, Lectori bis iubilato, ſalutem in Domino ſempiternam.

Præſentium exemplo tibi, ad meritum ſalutaris obedientiæ, facultatẽ elargimur: quatenus, elaboratas à te, & de ſuperiorum licentia à doctiſsimis noſtri Ordinis viris approbatas iam ſcholaſticas lucubrationes, quibus titulus eſt, *Pars prima celebriorum controuerſiarum in primũ ſententiarum Ioannis Scoti, Doctoris Subtilis Theologorum facilè Principis*; ad Apoſtolicarum, ac noſtrarum etiam Conſtitutionum præſcriptum, prælo tradere poſsis, & valeas. Datis Matriti in Conuentu noſtro Sancti Franciſci die 5. menſis Aprilis anno Domini 1637.

Locus ✠ ſigilli maioris.

Fr. Ioannes Baptiſta à Campanea Miniſter Generalis.

Priuilegium Catholici Hiſpaniarum Regis vt præſens opus mandetur prælo.

FRater Alfonſus Brizeño ſacræ Theologiæ profeſſor bis iubilatus & Prouintiæ Limenſis Pater, habet facultatem typis committendi Commentarios in primam ſententiarum Scoti, vt conſtat ex literis regio nomine ſignatis, & expeditis Matriti 4. die Octobris, anno 1637. Apud Franciſcum Gomez de Laſprilla.

IN.

INDEX ERRATORVM.

Eaest Hiſpanorum excuſorum inertia, vt toto conamine prælo inſiſtentes & defudantes, imò & ſub prælo preſſi, errata haud vitare valeamus, vt ergo impatientem lectorem oramus vt errata, & omiſſa, ſic tapiges.

Fol. 15. col. 1. poſt medium, *eſſentialis*, lege *eſſentiales.*
Fol. 16. col. 1. in fine, *contegrat*, lege *cointegrat.*
Fo. 17. co. 2. prope finem *ſicut eſt Deo contradicit*, lege *ſicut & Deo contradicit.*
Fo. 40. co. 1. in initio, *ridicula ſit*, lege *ridicula iſta.*
Fo. 40. co. 1. in medio, *hypoſtatis negatiua*, lege *hypoſtaſis negatiua.*
Fo. 45. co. 1. in fine, *coniunctior*, lege *coniunctior.*
Fo. 59. in margine, *communicabilitas*, lege *communicabilitatem.*
Fol. 76. colu. 1. poſt medium, *vel pro principio facultatis intellectiua*, lege *ſed pro principio facultatis intellectiuæ.*
Fol. 79. pag. 1. in medio, *dulcedine ab albedine.* lege *dulcedo ab albedine.*
Fo. 95. co. 1. poſt medium, *perceptiua ſonus*, lege *perceptiua ſoni.*
Fo. 110. col. 2. in medio, *pareat.* lege *pereat.*
Fo. 128. co. 2. in medio, *intiminiorque*, lege *intimiorque.*
Fo. 138. co. 2. poſt medium, *probatio urges*, lege *urgens.*
Fo. 156. co. 1. poſt medium, *perſuas eſſentias affixi*, lege *affixi.*
In eodem fol. 156. col. 2. ante medium, *ſint eſſentialiter affixæ*, lege *affixæ.*
Fo. 159. co. 1. in initio, *abſoluuntur*, lege *abſoluuntur.*
Fo. 171. co. 2. in fine, *à libet*, lege *à quilibet.*
Fo. 172. co. 1. in initio, *negationem diſtinctionis à veritate*, lege *negationem, quæ eſt diſtinctio à veritate.*
Fo. 174. co. 1. poſt medium, *extrinſeca eſt obiectio*, lege *extrinſeca eſt obiecto.*
Fo. 209. co. 1. ante medium, *conſiſtitur conformetur*, lege *conſiſtit, vt conformetur.*
Fol. 216. co. 1. in medio, *immutati intellectus*, lege *immutatio intellectus.*
Fol. 259. co. 1. in initio, *a imi exorte*, lege *exortæ.*
Fol. 268. col. 2. poſt medium, *ad vnam rationem communitatis non colligendi.* lege *colligendis.*
Fol. 279. co. 2. prope medium, *illimilatiſſimo*, lege *illimitatiſſimo.*
Fol. 307. col. 1. ante medium, *virtutem accidentalis Solem.* lege *virtutem accidentalem Solis.*
Fol. 320. co. 2. ante medium, *actionem intenſi*, lege *antecedat.*
Fol. 377. co. 1. in fine. *Baſolius diſp. 2.* lege *diſt. 2.*
Fol. 400. co. 2. in fine, *deſideret.* lege *diſſideret.*
Fol. 402. co. 2. in initio, *non deſidere ſpecie*, lege *non diſſidere.*
Fol. 410. co. 2. prope initium, *tantùm concurre*, lege *concurrere.*
Fol. 419. co. 2. ante medium, *licet ad viſionem hypoſtaticam*, lege *vnionem hypoſtaticam.*
Fol. 458. co. 2. ante medium, *ſimplicatis*, lege *ſimplicitatis.*
Fol. 503. co. 2. in initio, *eius cauſalitatis*, lege *cauſalitas.*
Fol. 517. co. 1. in initio, *loculentius*, lege *luculentius.*
Fol. 521. co. 1. prope finem, *non præſefert*, lege *non præſeferre.*
Fol. 534. co. 2. poſt medium, *ad immittendas ſpecies*, lege *immittendas.*
Fol. 571. co. 1. ante medium, *qualitas viuiuens*, lege *qualitas viuens.*
Fol. 578. co. 1. poſt medium, *adſcribit nequeat.* lege *adſcribi nequeat.*
Fol. 624. in initio, *equali lumini.* lege *æquali lumine.*
Fol. 627. co. 1. in medio, *alterius comprincij*, lege *comprincipij.*
Fol. 658. co. 2. in medio, *creaturæ poſſibilis*, lege *creaturæ poſſibiles.*
Fol. 670. col. 1. *apud Scotam*, lege *Scotum.*
In eadem col. in fine, *ali extenſione*, lege *tali extenſione.*

Fo-

Fol. 719. col. 1. in initio, *eſt ad alias lineas comparabilis*, lege *eſt punctus ad alias lineas comparabilis.*

In eadem co. 1. in medio, *centrum Deitatis, vt à lineis creatis attingibilem*, lege *attingibile.*

Fol. 726. co. 2. ante medium, *ad comprehendum.* lege *comprehendendum.*

Fol. 728. co. 1. in fine *fundamentu adaquatum.* lege *fundamentum:*

In eodem fo. 728. co. 2. *prope initium per obtutum infinitum ſupernaturalem*, lege *obtutum finitum.*

Fol, 731. co. 2. in medio. *probatiodem*, lege *probationem.*

Liber hic inſcriptus primus tomus ſuper primum ſententiarum Scoti authore R. P. F. Ildefonſo Brizeño, correſpondet ſuo exemplari, deptis his mendis. Datum. Matriti die 14. menſis Februarij anno 1639.

Licentiatus Franciſcus Murcia de la Llana.

ADDITIO IN TOMO I.

CONtrou. 9. dist. 1. subdistinct. 1. art. 1. de vi initiali intellectus ad visionem beatificam, fol. 410. col. 2. in fine articuli, post illa verba: *Oppositum ab Scoto ex presse sustineri* adiunge sequentia.

Qualiter Christus meruerit gratiam, quæ confertur per Sacramenta?

61 Cæterùm, dum meritoriam causalitatem circa gratiã Sacramentis nouæ legis concedimus, & in ea causalitate secerni à circuncisione & alijs Sacramentis legis veteris pronuntiamus; non volumus, quòd Christus de nouo mereatur de condigno gratiam per Sacramenta conferendam, cùm Christus nõ sit viator, qui actu & de nouo mereri queat. Sed quòd Christus in statu viatoris præuiderit omnes actiones Sacramentorum, & quòd illas acceptauerit, & obtulerit Deo vt actiones, & institutiones Christi, & meruerit in statu viatoris vt Sacramenta quatenus taliter præuisa acceptata & elicita à Christo vt ab agente principali morali, & ab illo in statu viatoris oblata conferrent gratiam ex opere operato. Quod non est Christum de nouo in cœlo & extra statum viatoris mereri de condigno; sed quòd meruerit in statu viatoris, quòd sacramẽta vt includunt merita Christi consummata in Cruce operarentur gratiã ex opere operato.

Iustitia ex meritis iusti.

Sicut & quilibet iustus meretur de condigno gloriam ex meritis Christi, non itaut Christus de nouo & in cœlo aliquid mereatur in iusto, vt iustus de cõdigno obtineat gloriam etiam ex Christi meritis; sed quia Christus in vita mortali meruerit vt iustus adipiscatur gloriam etiam ex Christi meritis.

Vis motiua Sacramentorum nouæ legis.

62 Ita & Christus offerens in statu viatoris omnes actiones Sacramentorum, quas præuidit acceptauit, & obtulit Deo vt actiones, & institutiones Christi, & sub tali causalitate morali principali à Christo elicitas, obtinuit vt gratia conferretur propter Sacramenta inquantũ sunt actiones Christi, non vt actu merentis de nouo; sed qui meruerit vt gratia exhiberetur per sacramenta cum vi motiua Sacramentorum ad excitandum Deũ ad conferendam gratiam.

Abſimilitudo inter Sacramenta legis nouæ, & veteris.

Quare Sacramenta non concurrunt per modum meræ conditionis sine qua non, qualiter se habuit circuncisio in lege veteri; quæ licet esset conditio sine qua non ad conferẽdam gratiã, quæ infundebatur ex meritis Christi præuisis, sed circuncisio non erat causa moralis importans vim motiuam pro collatione gratiæ vt operatio Christi ab eo elicita instituta, & oblata. Quæ sententia est cõformis Scoto, vt liquet ex textu à nobis trã scripto sub n. 57. vbi causalitatem Sacramentorum circa gratiam comparat causalitati meritorum iusti circa gloriam.

Confirmatio ex Scoto.

63 Accedit præterea ex Scoto in Quodlib. 20. quòd causalitatem ex opere operato cum vi motiua ad excitandum Deum pro collatione gratiæ, non solũ admiserit Scotus in Sacramẽtis nouæ legis, sed etiam in sacrificio missæ; vt liquet ex Scoto in Quodlib. 20. nu. marg. 2. §. *Hic præmittendum est*. Vbi ita habet: *Quòd Missa non solùm valet virtute meriti, siue operis operantis; sed etiam virtute sacrificij, & operis operati.* Quem textum ita commentatur Lychetus, ibidem. *Quando ergo Sacerdos offert illud sacrificium, semper offert in persona Christi, siue in persona capitis Ecclesiæ, quod est Christus, & tunc dicitur valere virtute meriti operis operati scilicet ipsius Christi.*

Scotus „ „ „

Lychetus

Oppositio.

64 Nec obstat Scotus in eodem Quodlibeto 20. §. *Ex istis patet*. nu. marg. 22. vbi habet.

Nec

☞ Scotus. *Nec plene acceptatur Eucharistia oblata, nisi ratione bona voluntatis alicuius offerentis: non autem præcisè ratione ipsius voluntatis celebrantis; quia hoc pertinet ad meritum personale, non ad virtutem sacrificij. Nec immediate ratione voluntatis ipsius Christi offerentis; quia Christus etsi hic offeratur vt contentus in sacrificio, non tamen hic immediate offert sacrificium: iuxta illud Hebræ. 9. Nec vt sæpe offerat semetipsum.* Et ibidem: *Christus semel oblatus est, supple a seipso offerente: alioquin videretur, quòd vnius Missæ celebratio æquivaleret passioni Christi; si idem esset offerens immediate & oblatus.*

Diluitur obiectio. Hæc enim oppositio non obstat; quia paulo infra §. *contra.* sub numer. marg. 24. in additione, talis obiectio sic diluitur. ☞ Scotus. *Secundo dicitur; quòd istud meritum est ad meritum passionis Christi, non quòd nunc Christus mereatur: sed quia quando passus est, meruit quòd istud meritum esset ad meritum illud applicabile.*

Dilutio oppositionum Soarij contra Scotum. 65 Ex prælibatis diluuntur quæ contra Scotũ opponit Soarius 3. p. tom. 3. de Sacramento Eucharistiæ, disput. 79. sect. 8. §. *Primò igitur de Christo Domino, Scotus Quodlib.* 20. Tantùm enim obtinet Soarius, quòd Christus, extra statum viatoris nil mereatur de nouo; quod ab Scoto ingenuè admittitur.

Vazquij placitum. Sed pro merito Christi qualiter concludatur intra viatoris metas, lege Vazquium 3. p. tom. 1. disp. 76. cap. 1. num. marg. 3. §. *Ego quidem fateor.* Et in eadem disp. 76. cap. 2. num. marg. 7. in fine; vbi ex Augustino probare molitur, quod cum nõ detur impetratio sine merito, aut congruo, aut condigno; si Christus in cœlo pro nobis oraret (vt volunt Soarius, & plures alij Theologi) sequeretur, quòd Christus in cœlo mereretur de condigno per nouam orationem, & impetrationem.

Refellitur Vazquez. Nos autem cum Scoto nullum Christi meritum de nouo extra statũ viatoris recipimus; sed quod Christus in statu viatoris meruerit, quòd Sacramenta cum vi motiua conferrent gratiam ex opere operato: de quo pronuntiato lege Ioannem de Lugo, Tom. de Sacramentis, disp. 4. sect. 5. §. *Respondeo, pactum illud.* n. marg. 91. Et disp. 19. sect. 12. §. *Dubium ergo solùm est.* n. marg. 242. Et hæc de hoc art. 1. de vi initiali intellectus ad visionem beatificam; iam ad 2. ar. de naturali inclinatione intellectus in visionem beatificam transeamus.

Ioannes de Lugo.

TAS-

TASSA.

YO Pedro Fernandez Herran, Secretario de Camara del Rey nuestro Señor, de los que residen en su Consejo, certifico, y doy fe, que auiendose presentado ante los Señores del por Fray Alonso Brizeño, de la Orden de Señor San Francisco, Lector dos vezes jubilado, y Padre de la Prouincia de Lima, vn libro en dos cuerpos, intitulados, Controuersias sobre el primero de las Sentencias de Scoto, que con Licencia, y Priuilegio han sido impressos, y compuestos por el dicho Fray Alonso Brizeño. Los dichos Señores del Consejo, tassaron cada pliego de los dichos dos Tomos à quatro marauedis y medio, sin Principios, ni Tablas, y el primer tomo tiene ciento y ochenta y quatro pliegos y medio, y el segundo ciento y quarenta y vn pliegos y medio; que todo viene à montar mil y quatrocientos y sesenta y siete marauedis, en que se ha de vender en papel; y dieron licencia, para que al dicho precio se puedan vender; y mandaron, que esta tassa se ponga al principio, y no se pueda vender sin ella. Y para que dello conste, di el presente. En Madrid a quinze de Diziembre de mil y seiscientos y quarenta y dos años.

Pedro Fernandez Herran.

PRAEMONITIO AD Lectorem.

ERrata vitio Typographi commissa in Apparatu Historico de vita Scoti castigantur in fine Apparatus Historici; & in fine Tomi Secundi. Errata Proœmij, & Prolusionum ad Controuersias Theologicas, corriguntur in fine Prolusionum; & in fine Tomi Secundi. Errata Tomi Primi emendantur in initio Tomi Primi post approbationes operis; & in fine Tomi Secundi. Errata Tomi Secundi castigantur ante approbationes, & post censiones operis; & in fine Tomi Secundi.

Indicem generalem rerum vtriusque Tomi reperies in Tomo Secundo. Item & Indicem Apparatus Historici de vita Scoti. Et Indicem locorum Sacræ Scripturæ vtriusque Tomi exhibemus in eodem Tomo Secundo.

EX PRÆS-

EX PRAESCRIPTO

Excellentiſsimi Comitis de Chinchon Peruani Regni Proregis, cenſio operis; quam præſtitit eruditiſsimus vir D. Petrus de Ortega Sotomaior, in celebri academia Limana Primarius Sacræ Theologiæ profeſſor; in Metropolitana Eccleſia Limenſi (ſuperato acri meritiſsimorum concertantium agone) primùm Canonicus à ſacris contionibus; deinde Scholarcus, ſeu Scholaſteriam dignitatem adeptus, & Academiæ Limenſis Cancellarius.

PRIMAM Hanc partem in primum ſententiarum Scoti A. R. P. Alphonſi Brizeño Chilenſis Theologiæ Lectoris primarij emeriti in hoc Limano D. Franciſci Cœnobio iuſſu Excellentiſsimi Domini Proregis attentione, & voluptate ferè extatica euoluo, & impotenti addiſcendi ardore, lector ſemper nouus, ſæpe lego. In eius argutia & ſubtilitate, non leue, ac puerile aliquid pungente ſed graue ac virile perforante, Subtilis ipſe Doctor, Doctorum quoque ſubtilium Princeps Scotus Cygnum de ſinu ſuo productis alis per orbem euolantem, & iucundo clangore peritorum ingenia demulcentem, alter Socrates Platoné alterum recognoſcat. Niſi mauis in Brizeño noſtro, quaſi Pytagorico mentium tranſitu, & recidiuatu, ſe ipſum videat Scotus reparatum ac reſtitutum.

Memini ego coætaneus, authorem ab adoleſcentia pro ingenij acumine, & acritate, primùm Scotulum, deinde Scotum, fauſto ſemper omine, fœlici vaticinio, & fœliciori progreſſu vocitatum. In cuius rei fidem, ipſius Pytagoræ, ſi velit, inſtauret Scotus probationem. Adeat nobiſcum ſacræ Palladis, chriſtianæ ſcilicet Theologiæ, templum & inter cætera doctorum huius doctiſsimi ſæculi dona, oſtendat, clypeum hunc ſuum récenter Diuæ fixum in pugnaciſsimo, cõtentioſiſsimo, pluſquã Troiano, ſcholaſtico bello, olim læuæ geſtamina ſuæ, legat inſcriptionem: ſolertiſsima, ingenioſiſsima, inſtructiſsima, ac veré Scotica defenſio eſt. Vt quod Beſſarion inter Græcos eminẽtiſsimus de ſuo Platone, author de ſuo Scoto potiori iure ſuccinat: *Si quid in hac induſtria noſtra cognitionis eluxit, ſi quid fecimus, id omne, vel nos à Platone* (dic tu ab Scoto) *accepiſſe, vel ipſum* (pende) *ſibi ſe defendẽdo ſuppeditaſſe, facilè exiſtimari patimur, ac volumus.* Scoti ergo Scutum.

Apud Rodginium lib. 30. cap. 17.

Cæterùm ſcholæ omni lautiſsimum ſapientiæ (quæ purũ ac veré rationale alimẽtum eſt) cõuiuium, in quo non ſolùm mulſa aqua de Platonis eloquio:

melito, inquâ, diuino, ac planè Theologo, infûditur; ſed & micæ de minutiloquio Ariſtotelis, id eſt minutiſsimæ, aridæ, preſſæ, præciſiſsimæ, ac formaliſsimę naturales, metaphyſicę ve diſputationes, prudẽtiſsimo (quod nõ taceã) cõſilio ac vtiliſsimo (pro Scotica præſertim ſchola) infertiũtur. Etenim cum enormis intẽtio theologiæ (Tertulianũ paulo alio deflectã) ſoleat plerumq; nec proſpicere pro pedibus (ſic Thales in puteũ) plerique é neotericis diſputationibus theologicis (cœlo inquã nimis intenti) faſtuoſa, & ambitioſa forſan ſpeculatione nõ cõſpiciunt ad pedes: vbi, quibus nimirũ principijs, greſſus, ſiue diſcurſus ſuos, figant. Cũ tamẽ Pauonũ more, caudæ totum illũ orbẽ totamve illam ingẽtem librorum & diſputationem oſtentationẽ contrahere ſolùm pedum reſpectus deberet. Sed eſt ſæculum, eſtô purè ac ſinceré amatorum ſapientiæ feraciſsimum, & fœliciſsimum, multa ex parte philodoxũ, ac gloriæ cupientiſsimum. *Quidquid in nos* (doleo cum Seneca & clamo) *adulatio ſine pudore congeſſit, tanquam debitum prendimus: optimos nos eſſe, a ſapientiſſimos affirmantibus aſſentimur, cum ſciamus illos ſæpe mentiri, adeoque inuidemus nobis, vt laudari velimus, in id, cui contraria cùm maximè faciamus.* Alexandri clara vox eſt. Me quidẽ Iouis filium dicũt, ſed corporis ego vitia ſentio *Idẽ nos faciamus* (redit Seneca) *cùm pro ſua quemcunque portione adulatio infatuat.* Pro meo ſaltem nouo Scoto ſatiùs ac ſanctiùs efferat quám pro ſe modeſtiſſimus alias Socrates; ſapientiorem, quomodo quis non credat, eum, qui ex quo intelligere cępit, nunquã deſtitit perquirere? nec enim vel emeritus deſtitit?

Apud Xenophontem in Apologia

Quin ab ipſa palma meritiſsimè lemniſcata, calamum quaſi gladium arripit, & in agones hos, & controuerſias pluſquam capitolinas, alacriùs iterum ardentius, ac Pallenicum aſpiciens, athleta ſiue luctator nouus includitur. Et ſibi quod Hierotheo theologorum duci Dionyſius, vendicat: *Experta eloquiorum perſecutiones perpeſſe, ex multa circa ipſa luctatione & contritione.* Profectò vt Deo (ita interpretor iuxta Porphyrij documentũ, authoriſque pręclaram indolem) in ſcholæ vſum hos reddat manipulos, primitias frugum ſeu intelligenciarum, ipſam videlicet numinis, munerumque ſuorum cõtemplationem; agit bonum Patrem familias, facit amplius quod accepit, vt maior iſta hæreditas ad poſteros tranſeat.

Dionyſius de diuin. nom. cap. 2 prope finẽ

Porphyrius lib 2. de Sacrificijs

Age multum adhuc (plaudit & accendit Seneca) multum adhuc reſtat operis, multumque reſtabit: nec vlli nato poſt mille ſæcula præcluditur occaſio aliquid adijciendi: ſed etiam ſi omnia â veteribus inuenta ſint, hoc ſemper nouum erit, *vſus, & inuentorum ab alijs* (hic ego inſiſtam) *ſcientia & diſpoſitio.* Bellé ac veré. Proſequutus & amplexus eſt author. Nemo adeò erit cæcutiens, vt præter multa ſubtilia & ſublimia ab eo inuenta, inuentorum ſaltem á ſuo Scoto mirificam ſcientiam & diſpoſitionem ſine dignatione non recipiat, & inſignitèr exoſculetur. Ebiblt plané mentem magiſtram & matrem ac nutricem, ſpiritu purè Scotico probat, fugit extranea vbera, vocé parentis agnoſcit, lactiſque materni notos ſibi fontes requirit, & mamillæ ſuæ adhæret. Nec enim quiſquam, etiam ſi doctiſsimus, Scotum, ni purus ac meraciſsimus Scotiſta; nec Thomam niſi ſimilis Thomiſta ex æquo aſſequuntur. Quare *depone iſtam ſpem* (huc Senecam allicio) *poſſe te ſummatim deguſtare ingenia maximorum virorum.* (Qui maiores? qui pares Thomæ, aut Scoto?) *tota tibi inſpicienda ſunt, tota tractanda res geritur, & per lineamenta ſui ingenij opus nectitur, ex quo nihil ſubduci abſque ruina poteſt.* O veré! paſsim in vtraque Schola, vtraque quoque manu contrectamus.

Seneca ex ep. 64

Ego

Ego quidem puſilla & informis mẽs, verùm ad Thomiſtica paſcua & fluẽta bono meo genita, & enutrita (ingeniorum alioqui excelſorum, & quorum nominibus auditoris reuerentia ſemper aſſurgam) immanes & monſtruoſas D. Thomæ intelligentias inſigniter cùm primis admiratus, haud ſemel deprehendo. Cuius aliam aſſequi non poſſum philoſophiam, niſi quod domeſtici non ſunt, & domeſtico ſenſu (alias ſagaciſsimo) carent, vt doctrinæ nunquam excidentis, ſed fluentis, perpetuó inter ſe connexę conſequentia odorentur, principia & cauſas videant, earumque progreſſus & anteceſsiones. Au ſi Ambroſium pulchré, appoſitè, & genuinè cogitantem. *Vnũ odor omnibus, ſed tamen habet natura odorem ſuum domeſticum, quem ſobolis charisſima ſpeciali proprietate videtur redolere. Habet ſuos vſus natura, & ſenſus domeſticos.*

S. Ambroſ. Lib. 6 Hexamerõ ca 4

Sed ecce ab occidente, Solis quę ſepulchro inuerſa oritur, & præpoſtera lux; ab Indis aliquid boni exeat? aurum, argentum, margaritæ, ac theſaurorũ ingentes claſſes, eſtó inde proueniant, ingenia, Doctores, quis annuat? ſat ſit gentem in craſſo ſolo, & duris editam ſideribus, ad rationem, hominumque atomam ſpeciem & conſortium admiſiſſe. Gratulor in primis vobis Peruanis ad rationem admiſſis, neſcio an ad vſum. Gratias quoque ijs, qui gratis admittitis; quod non eſtis ſoli homines, quódque nobis etiam cor; & á natura, & conditione vindicatis brutorum.

Ex Iob

Sanctius his animal, mentisque captior alta
Natus homo eſt.

Peruanus. Verus tu ò Simonides! Patriam conuenit eſſe glorioſam. Taceo quòd etiam ſi in Indis nati, Indi non ſumus, nec Indis aliquo ſanguinis iure permixti, ſed vtroque parente purè hiſpano, ab Indorum detectoribus, conquiſitoribus, domitoribus, excultoribus, & expolitoribus; ab Angelis Dei illis, apud Iſaiam, velocibus, in has ditiſsimas, & abditiſsimas plagas diuino afflatu miſsis, ad manſuefaciendas earum gentes, â diris & efferatis moribus ad humanitatem traducendas, & vtraque fide, omnique ciuili cultu permulcendas. Quod in Noſtri authoris progenitores quadrat concinnè, præcipuè in auum maternum, celebrem illum Ducem Peruanorum & Chilenſium nominatiſsimum expugnatorem, Franciſcum Peñam, de quo veré & bellé cecinit illuſtris Hiſtoricus Alphonſus Ercilla *in Araucana hiſtor. p. 1. canto* 5.

Pues Peña, aunque de lengua tartamudo
Se rebuelue con tal deſemboltura
Qual Ceſio entre las armas de Pompeo
O en Troya el fiero hijo de Peleo.

Erat enim ſtrenuus ille Dux impeditioris linguæ, ſed expeditiſsimæ manus, & mirabilium in re bellica patrator.

At ſępe pro conditione cœli & ſoli frugum ſemina degenerant; pręſertim quod cœlum & ſolum iſtud, ſtupidos, hebetes, brutos, totque, propter mores, hiſtorijs infames, accolas tullit illos primos. Loci temperiem nõ abnuo multum referre ad ingenia, & mores: didici ex Hypocrate, Platone, Tulio, audio *Batauam aurem*, veteri prouerbio: Thebis apud Tertulianum, hebetes, & brutos naſci; Athenis ſapiẽdi, dicendi que acutiſsimos. Sed ipſe pauló inferius, plures accumulat cauſas acuminis & hebetudinis quæ accedũt. *Acuũt* (inquit) *doctrinæ, & diſciplinæ, artis, & experimẽta, negotia, ſtudia; obtundũt inſciti æ, ignauia, deſidiæ, libidines, inexperiẽtiæ, otia vitia* (de Indis prophetat Tertulianus) *ſuper hæc, ſi & alia, quæ præſunt poteſtates: enim verò præſunt*

Tertulianus

Tertulianus

ſecundùm quidem nos (fideles intelligit) *Dominus Deus, & Diabolus emulus: ſecundùm autem communem opinionem* (infidelium) *& prouidentia & fatum, & neceſſitas & fortuna, & arbitrij libertas.* Hactenus. Quibus nihil aptius in rem noſtram.

Arguta ergo & obtuſa indoles ex alijs etiam reducitur, quam ex regionis cœlo, quod adeó eſt apud plagas has tenue, & ad ſubtilia, ſublimia, & præcocia ingenia procreãda temperatum, vt cõdẽdis ſuis Athenis innumeri ſub eo loci Mineruæ ſupereſſẽt: Imò Mexillus & Clinias abſq; negotio & lõga peregrinatione, & procuratione, generoſos, iuſtos ac ſuaues mores pollicẽtẽ ſitũ Platoni ſuo paſſim nãciſcãtur; nec Colyti & eorũ puſi, pro præcoci lingua & loquacitate, vſuque rationis feſtino, aut in delitiis, aut miraculo ſunt. tota ditio Colytus eſt. Fidẽ hæc ſuperant, nugæ (inquiũt) Indianæ ſunt. Malũ inexpiabile! diſſiti ſumus, & in altero hoc mundo, quaſi in Regno Plutonis, ad quod aurũ argẽtũ, & metalla ſpectant, vmbræ vanę imagines hominum & ſomnia; vt quando Æneas iſte ſuperus Europeus ad nos deſcendat.

Arma procul, currusque virum miretur inanes.

Etiam ſi nos, noſtraque videat, contrectet, & amplexetur, non credit

Ter frustra comprehensa manus effugit imago.

Vanus potiùs ipſe, & vanum falſumque eius iudicium.

Tertulianus, prout erat Afer, & vltra mare diſſitus, eodem, quo nos, ictu, ac iniuria fortè perculſus, ita grauiter queſtus eſt. *Vanus es, ſi huic lingua, aut Græca, quæ propinquæ inter ſe habẽtur, reputabis huiuſmodi, vt neges naturæ vniuerſitatem. Non latinis, nec Argiuis ſolùm anima de cœlo cadit, omnium gentium vnus homo, nemen eſt, vna anima, varia vox, vnus ſpiritus, varius ſonus, propria cuique genti loquela, ſed loquela materia communis, Deus vbique, & bonitas Dei vbique.* Ita ſanè Deus, & bonitas Dei magnificè nobiſcum agit.

De teſtimonio animæ cap. vlti.

Largior hic campos æther, & lumine veſtit
Purpureo; Solemque ſuum ſua ſidera norunt.

Niſi quòd interiacent, & eorum nitidam ac puram lucem prohibent multa & magna. Nec propterea vos, ô mea ſidera, ſiſtite. *Quædã Soli ipſi quoq; obſtãt, at eius vis & lux integra eſt, etiam inter oppoſita; & quamuis aliquid interiaceat quod nos prohibeat eius aſpectu, in opere eſt, curſu ſuo fertur. Quoties inter nubila luxit, non eſt ſereno minor, nec tardior, quoniam multum intereſt, vtrùm aliquid obſtet tantum, an impediat? Eodem modo virtuti oppoſita nihil detrahunt, non eſt minor, ſed minus fulget, non æque apparet, ac nitet: ſibi eadem eſt, & more Solis obſcuri, in occulto vim ſuam exercet. Hos itaque aduerſus virtutem poſſunt damna, & iniuria, quod aduerſus Solem poteſt nebula.* Quis non accenditur, etiam exanguis, & exanimis? Homines itaque ſumus, eiuſdem naturæ, & conditionis, licet alterius orbis vbi Claudianeo carmine lucem videas.

Seneca ep. 92.

Puriùs, Americos que magis mirabere campos,
Cultores que pios, iſtic prætioſior ætas,
Aurea progenies habitat.

Adeſt in exemplum & exemplar Brizeño noſter, cui nulla genij, ingenij ve elegantia, nullum à natura negatum eſt ornamentum, imò congeſtum, quidquid verã hominibus gloriã ſolet cõciliare; vt de illo melius, quàm de Clarano ſuo efferat Seneca. *Quoſdã in hoc natura tales generat, vt approbet virtutẽ, ingeniũq; beatiſſimũ, ſub qualibet cute, & in omni loco naſci.* Enim vero quamuis natura iniquè ſe geſſiſſe videatur, tales animos in diſſitis adeó, & impeditiſſimis ad præmiũ & ad gloriã ſedibus malè collocãdo, nũc quod ſatis eſt facit

Epiſt. 66

quoſ-

quoſdam enim edit locorum natura & opinione impeditos, ſed nihilominus Multa decerpo ex eodē.
præcurrentes obſtātia. Age ergo mi Brizeño, ſubſilire in cœlum etiā ex angulo licet; exurge modo, & tē quoque dignum finge Deo.

Tu interim oculatus teſtis es. (Comes Excellentiſsime) quām Peruana iuuentus maiori ex parte ad virtutem, religionem, bonas, & generoſas artes, & omnem ciuilem cultū ſimul cū admirabili morum elegantia & amenitate, propriis viribus ſe erigit, & in omni rerum abundantia, & delitiarum lenocinio & pellicatu, in ipſo auri & argenti fluento nata, abſque ſatore, & cultore (ſator enim ac cultor virtutis, ac literarum, præmium eſt ac gloria) velut ex hortis Midæ roſæ, ſpontaneo ſe greſſu attollit. Vides quām iniquā cenſurā inter nos cœca fortuna agat, proximiores & maiores natu filios magis diligendo, proceros, & excelſos, quām breues nos & modicos. Fœtus ſuos non diſtinguūt feræ, & ſe in alimentum, pariter omnium, ſternunt. Aues ex æquo partiuntur cibos. Nobis rarō mica, aut os roſum, cadit.

Quique ſacerdotes caſti, dum vita manebit,
Quique pij vates, & Phœbo digna locuti.
Inuentas aut qui vitām excoluere per artes;
Quique ſui memores alios fecere merendo.

Heu fortuna iniuſta iuſtum carmen nobis temerauit.

Nullis hic niuea cinguntur tempora vitta.

Cùm contra ſcias (Princeps humaniſsime) virtutem omnia opera ſua, velut fœtus ſuos ijſdem oculis intueri, æquè indulgere omnibus, & quidē impenſiùs, laborantibus. Quoniam quidem Parentum amor magis in ea, quorū miſeretur, inclinat; virtus quoque opera ſua, quæ videt affici, & premi, non minus amat, ſed Parentum bonorum more, magis complectitur ac fouet.

Neceſſe ergo, ò Mater virtus, ſubinde ad nos recurrere, nec quoſquam ex Ex Sene. cō ſol. ad Heluid. cap. vltimo liberis frequentiùs tibi obuerſari: non quia alij minus chari ſint, ſed quia naturale eſt manum ſæpius referre ad id, quod doleat. Dolemus, refer: & alūno & exemplari tuo Proregi noſtro alté imbibe, vt referat. Nūc primum ad Brizeñum, in quo omnes ſumus; vt hoc cultiſsimum, & elaboratiſsimū opus quod in offenſa fide catholica, imó ſat de illa meritum, currit, lucem videat. Dignum ſané, vt ſaltem quia inſolitum prodit, ſpectaculum dulce fiat. Hic cætus aſtrorum, quibus immenſi corporis pulchritudo diſtinguitur, populum non conuocat, ſiquid præter conſuetudinem emicuit, omnium vultus in cœlo eſt, ſpectant, interrogant, oſtendunt & obliti aliorum, de aduentitio quærunt, prodigium ſit, an ſidus? Probi, candidi, ſapientes, ſidus hoc nouum, Er eodem alibi. quod é cœlo nouo fuiſſit, decernent, recipient, plaudent. Limæ Idibus Aprilis anni 1536.

Doct. D. Petrus de Ortega Sotomayor.

Approbatio A. R. P. Ambroſij Roman ex Ordine Clericorum Minorum, apud Complutenſes, Sacræ Theologiæ profeſſoris ſapientiſſimi.

Domino Licentiato Laurentio de Iturrizarra Sereniſſimi Infantis Ferdinandi S. R. E. Cardinalis in Curia Regia meritiſſimo Vicario.

COmiſsum mihi à tua Dominatione opus Theologicum celebriores cõtinens controuerſias ſuper primum ſententiarum Ioannis Scoti Doctoris ſubtilis à R. A. P. F. Ildefonſo Brizeño Chilenſi Ordinis Minorũ primario Theologiæ profeſſore magno ſtudio elaboratum, qua potui ſedulitate euolui, cẽſoriaque lance, ac ſtatera appendi. Et inueni nihil minus habens, ex his quæ ad opus Theologicum, vndequaque præclarum, & numeris omnibus abſolutum deſsiderari poſſunt; in eo enim ſolida Theologiæ firmamẽta, quæ fides diuina ſternit, nõ ſolùm non infirmãtur, aut eliduntur, quin potius ſolertiori, ac maturiori locorum ſacrę ſcripturæ diſcuſsione, Conciliorũ definitionibus, ac ſanctorum Patrum teſtimoniis auidé cõſultis, firmiter fulciũtur, ac roborantur. Et inſuper aurea argenteaq; propugnacula mira eruditionis ſuppelectile venuſté perpolita in fidei munimen & Theologiæ commẽdationem erigũtur fœliciter, & auguſtiùs promouẽtur; ad quã veluti pulcherrimam diuinæ ſapientiæ arcem, præſtantiores ipſius ancillæ, Philoſophia nimirum, ac Metaphyſica (in quibus non minus quam in Theologia ſapiens hic noſter architectus eminet) opportuno famulatu pro elegãtiori ſtructura magna dexteritate abipſo vocatæ & inductæ, non inuitæ, ſed plaudẽtes accurrunt. Qua propter ſubtilis Theologiæ parenti congratulandum cenſeo, quòd talem fuerit nactus interpretem ac dilucidatorem, qualem ipſius doctrinę ſubtilitas, ac profunditas exigebát; præter mirabile enim ingenii acumen, quo abſtruſiora facillimé congreditur, ſingulari etiam perſpicuitate, & ſermonis energia pro interpretis munere maximé deſiderata pollet; in euoluendis etiam ſcriptorum monumentis, quę pro eius referunt inſtituto, nulli laborioſę indagini indulſit, nulli ſtudio pepercit. Veteres omnes adiuit, iuniores omnes luſtrauit, omneſque magno cum delectu diſcuſsit. Et optima quidem fruge, nam plurima Scoticæ doctrinę arcana, quę ſub aliquali caligine obſignata latuerant, huius opera omnium proſpectibus referata pateſcunt, diſsidia item non pauca, quibus veluti nubeculis, duo theologicæ ſcholę luminaria (vtrumque ex ſe maximum) offundebantur; mirabili huius irradiatione ſoluuntur, atque fugantur: & iam vtrumque vna, eademque veritatis luce, ſumma pace coruſcant. Quamobrem exiſtimo, magnam vtrique ſcholę iniuriam rrogari, quandiu tam egregium opus delituerit, & vniuerſæ theologorum coronæ gratiſsimum obſequium præſtiturum, ſi quám citiùs excudatur, & euulgetur. Matriti in noſtra Spiritus Sancti domo, die 28. Maii anni 1637.

Ambroſius Roman.
Clericorum Minorum.

Veram Ioannis Scoti Doctoris Subtilis Immaculatæ conceptionis Assertoris,
et Vindicis efficacem, Magno Philippo Hispaniarum et Indiarum Monarchæ
Catholico, Immunitatis Virginis avita pietate patrono.
F. Alfonsus Briceño dicavit ex exemplari Romæ habito.

Digitized by Google

PRO SERVO DEI, PERVANORVM Apoſtolo, & Patrono, Franciſco Solano, Patriarchæ pauperum eximio ſectatore, votum authoris.

QVia ex diſsitis Americis Peruanis plagis ad Europeos tractus miſsi ſumus, vt noſtrum quale quale obſequium canonizationi inſignis ſerui Dei Franciſci Solani impenderemus, cui tamen functioni (licet candidè nos impares fateamur) vitam tamen, & ſcripta noſtra religiosè ſacramus & ſubijcimus; & ex præſcripto Sanctiſsimi Domini noſtri Vrbani Papæ VIII. cautum ſit, ne cui liceat, alicuius ſerui Dei nondum ſanctorum aut Beatorum catalogo adſcripti vitam & acta exarare: cenſui é re noſtri muneris eſſe, epiſtolam, Excellentiſsimi Comitis de Chinchon Peruanorum Proregis ad Catolicum Hiſpaniarum Monarchã trãſmiſſã tranſcribere, quæ aperit pietatẽ Regis, & officia, in virum Apoſtolicum: inſuper & vice coronidis adnectere alia iam edita piorum virorum de noſtro Patrono præconia.

SEÑOR.

EL año de 631. eſcriui a V. Mageſtad vna carta ſobre la beatificacion, y canonizacion del ſieruo de Dios fr. Frãciſco Solano de la Ordẽ del Seraſico San Franciſco, a que V. Mageſtad me reſpondio en el primer capitulo, de la de diferentes negocios de 31. de Março de 633. que lo vno y lo otro es en la conformidad que ſe ſigue.

Se-

Epist. 1. Comitis de Chinchô ad Regem Catholicum

Señor para la beatificacion y canonizaciõ del ſieruo de Dios fr. Franciſco Solano de la Ordẽ del ſerafico P. S. Franciſco, embia ſu Religiõ con la armada deſte año las informaciones q̃ de ſu exemplar vida y milagros ſe hã recebido, dirigidas à la ſacra Cõgregacion de los Cardenales, como lo diſpone el Breue, o Rotulo q̃ para eſſo ſe trujo, y reſpeto de auer reſidido tãtos años en las prouincias del Peru, y muerto en la ciudad de Lima, y la cõmociõ general q̃ me aſſegurã huuo el dia de ſu entierro, aclamãdole por ſanto, y aora ſe cõtinua en el lugar donde eſtà ſu cuerpo ſepultado cõ veneracion, y frequencia de los fieles, q̃ con notable afecto acudẽ a valerſe de ſu interceſſion con Dios N. Señor, para alcãçar remedio de ſus neceſſidades, y la meſma ciudad le ha elegido y votado por ſu Patrõ, me hallo obligado a repreſentar a V. Mag. quan proprio ſerà de ſu Chriſtiano y piadoſo zelo eſcriuir ſobre ello a ſu Sãtidad, y al Embaxador de Roma, para q̃ en ſu Real nombre le ſuplique, q̃ con la breuedad poſsible mande ſe veã, y deſpachẽ por el conſuelo que reſultarà a los naturales deſta tierra, q̃ con exceſsiua aficion lo deſean. Dios guarde a V. Mageſtad, como ſus criados y vaſſallos auemos meneſter. Lima 21. de Mayo de 1631. El Conde de Chinchon.

Regis Catholici reſcriptio & pietas in ſeruum Dei Franciſcum Solanum.

Mucho me he holgado de ver lo q̃ dezis a cerca de la ſanta vida, y milagros del ſieruo de Dios fr. Frãciſco Solano de la Orden de S. Franciſco: y atendiendo a ello, y a lo q̃ diuerſos miniſtros mios, y otras perſonas Eccleſiaſticas, y ſeculares de eſſa tierra me hã eſcrito en la miſma cõformidad, he ſuplicado a ſu Santidad fauorezca la cauſa de ſu beatificaciõ y canonizacion, ſobre q̃ ſe eſtà tratando aora en Roma; y para ayuda a los gaſtos q̃ ſu Religion ha de hazer en ello, le he mandado dar tres mil ducados por aora, librados en lo q̃ ſe trae a eſtos Reinos de las vacantes de las Igleſias deſſas partes, y con mucho animo y deuocion ſe acudirà por mi parte a todo lo q̃ fuere neceſſario mi ayuda, y aſsiſtencia, haſta que ſe conſiga, y concluya con obra tan ſanta, y deuota, y aſsi lo dareis a entender en eſſa ciudad de los Reyes, para que ſus deuotos ſe alegren de ſaber el eſtado que eſto tiene.

Y por

Instat iterũ Prorex Peruanus pro canonizatione ſerui Dei

Y por que aora embia ſu Religion al P. F. Alonſo Brizeño vno de los ſugetos de mayor importancia y letras que tiene, a ſolicitarla, me ha parecido hazer recuerdo a V. Mageſtad en lo meſmo, ſuplicandole fauorezca con ſu Santidad, y con ſu generoſa piedad, para que aſſi tenga el breue, y buen fin que es juſto, y la gente deſte Reino y ciudad deſea, por ſer generalmẽte toda ella muy deuota ſuya. Guarde Dios a V. Mageſtad como ſus criados y vaſſallos auemos meneſter. Lima 9. de Mayo de 1636. Conde de Chinchon.

Epiſtola præcedens ſic latinè redditur.

DOMINE.

Anno ſexcenteſimo trigeſimo primo ſcripſi V. Maieſtati quamdã epiſtolam ſuper beatificatione & canonizatione ſerui Dei fratris Franciſci Solani Ordinis Seraphici S. Franciſci, cui V. Maieſtas reſcripſit in primo capite epiſtolę variorum negotiorum, expeditæ die trigeſima menſis Martij anni ſexcenteſimi trigeſimi tertij: mea autem ſcriptio, & V. Maieſtatis reſcriptio, ſunt tenoris ſequentis.

3. Epiſto. cũ remiſsione proceſſus facti authoritate apoſtolica.

Domine, vt beatificetur & canonizetur ſeruus Dei frater Franciſcus Solanus Ordinis Seraphici P. Franciſci mittit ſua Religio in claſsi huius anni informationes, quæ de ſua exemplari vita & miraculis receptæ ſunt, ad ſacrã Congregationem Cardinalium, iuxta diſpoſitionem breuis & Rotuli ad id tranſmiſsi. Et quia ſeruus Dei tot annis vitam degit in Prouintijs Perũtinis & defunctus eſt in ciuitate Limenſi; & ob generalem commotionẽ (quæ mihi explorata eſt) quę extitit in die funeris eius cum acclamatione ſanctitatis ſuæ; & nunc etiam continuatur in loco ſepulturæ cũ veneratione & frequẽtia fidelium, qui notabili affectu concurrunt eius patrocinium, ad indigẽtiarum medelam, implorantes & ipſa ciuitas Limenſis eum elegit, & vouit Patronum; me obſtrictum inuenio, vt hæc V. Maieſtati proponam, ſubijciẽs quã proprium ſit ſui chriſtiani & pij zeli, ſuper hoc ſcribere ſuæ Sãctitati, & Oratori Romę exiſtenti, vt ſuo regio nomine ſupplicet; quòd cũ breuitate poſſibili iubeat ſua ſanctitas, quòd videantur & expediantur, ob conſolationem quæ reſultabit inde indigenis huius orbis, qui vehementer id deſiderãt. Deus ſeruet Maieſtatem veſtram, ſicut eius famuli & vaſalli indigemus. Limæ die 21. Maij anno 1631. *Comes de Chinchon.*

Fit Patronus in Peruuio, cũ pro omniũ votis) Diuorum catalogo adſcribatur

Reſcriptio Regis catholici, & largitas elemoſinarũ ad ſũptus canonizationis.

Valdè lætatus ſum videns quod ſcribis circa ſanctam vitam & miracula ſerui Dei F. Franciſci Solani Ordinis S. Franciſci, ad quod attendẽs, & quod á pluribus miniſtris meis, & alijs perſonis eccleſiaſticis & ſæcularibus illius orbis conformiter mihi renuntiatum eſt, ſupplicaui ſuæ Sanctitati, vt faueat cauſę huius beatificationis & canonizationis, de qua modo agitur Romę. Et in ſubſidium eorum ſumptuum, quos Religio ſua huic operi impẽdit, præcepi, vt pro nunc illi tribuantur tria millia ducalium aureorum ex vacantium Eccleſiarum illarum partium numis, qui ad hæc Regna tranſvehuntur, & magno animo & deuotione (pro rei exigentia) præſto exiſtam omni conamini, quod á meo adiutorio, & patrocinio expectari queat, donec obtineatur

opus

opus tam ſanctum & deuotum: quod propoſitum curabis vt intelligat ciuitas Regum, vt ſui deuoti exultent ſcientes huius negotij progreſſum.

Alia Regni Peruani inſtantia pro canonizatione ſerui Dei & delegatio authoris huius operis;

Et quia modo mittit Franciſcana Religio F. Alphonſum Brizeño, vnũ ex viris maioris momenti, & literaturæ, quos habet, vt huic operi inſiſtat; mei muneris eſſe putaui, V. Maieſtatem memorem reddere, iterum ſupplicans vt pro ſua generoſa pietate coram ſua Sanctitate opituletur illi, ita vt res breuiter & fœliciter expediatur, ſicut huius Regni & ciuitatis incolæ exoptant, qui generaliter erga ſeruum Dei magna deuotione afficiuntur. Deus Maieſtatem veſtram ſoſpitem cuſtodiat, ſicut ſeruis & vaſſallis ſuis opus eſt. Limæ die nona Maij, anno 1636. *Comes de Chinchon.*

Funus ſerui Dei Franciſci Solani deſcriptum à Piſſimo & ſapientiſſimo viro Iacobo Aluarez de Paz Societatis Ieſu teſte oculato. in tom. 2. de vita ſpirituali lib. 5. p. 1. cap. 13. de centuplo in hac vita, & in futura pauperibus tribuendo.

Dida. Aluarez de Paz Prouintialis Societatis Ieſu in prouintia Peruana.

ET quidem menſe Iulio proximo huius anni milleſimi ſexcẽteſimi decimi, in quo iſta ſcribimus, facta eſt à Domino in hac vrbe Limenſi mirabilis quædam præmij paupertatis oſtenſio. Tertio enim iduum eiuſdem menſis defunctus eſt in conuentu Minorum frater Franciſcus Solanus ſexagenarius, ſacerdos & concionator in auſtrali Hiſpaniæ parte, quæ Betica dicitur in Caſtro Montellæ natus, vir ſanctitate conſpicuus, & dignus Seraphici Franciſci filius.

Sum matiũ vitæ, & actorum ſerui Dei Franciſci Solani.

Is quadraginta annis, & eo amplius vitam religioſam profeſſus eſt, in qua non ſegniter ſe geſſit, ſed viam ſpiritus mira velocitate cucurrit. Erat humillimus, magnus contemptor ſui, honorum & dignitatum irriſor, ſupra modum patiens, manſuetus, obediens & vltra quam dici poteſt, caſtus & purus. Igne fraternæ charitatis ardebat, ægrotosque frequenter viſitabat, & ſuauiſſimis verbis conſolabatur.

Energia prædicationis

Zelo domus Domini & deſiderio ſalutis animarum vrebatur, cuius cõciones ſecundùm ſapientiam huius ſæculi parum compoſitæ & minùs eloquentes, auditores vehementer á vitijs retrahebant, & ad bonam frugem inuitabant. Diligebat ſecretum, ac ſecum commorari, niſi gloria Dei aliud depoſceret, rebus omnibus præponebat, ibique aſſiduis precibus & diuinorum cõtemplationi vacans, non rarò extaſes & raptus patiebatur.

Eximius pauperratis cultor

Hiſque epulis aſſuetus ſæpe noctes inſomnes in ſuppedaneo ſummi altaris apud Dominum in Euchariſtia deliteſcentem traducebat, & manu lyram paruulam pulſans, & ore pſalmos canẽs, & corde cœleſtia delibans pernotabat. Cũ autem has diuitias veriſsimas poſſideret, nõ multum ſi paupertatis amator eſſet & omnem penuriam, propter Chriſtum, ac indigentiã diligeret; cui adeò fuit addictus vt pauperrimo habitu & tunica contentus, vix neceſſaria imbecillo ſatis & infirmo corpuſculo ſuſtineret accipere: cui etiam hoſtis factus, ſeu (vt melius dicam) fideliſsimus amicus effectus, maluit ipſum affligendo & vigilijs, ieiunijs, & omni genere aſperitatũ affligendo diligere quàm puſillanimiter fouendo, & molliter tractando perdere.

Apta deſcriptio vitæ ſerui Dei

Et vt finiam (quia eius geſta & miracula nonnulla quæ narrantur, mihique comperta non ſunt, minimé narrare conſtitui) *vita ipſius non aliud extitit, quã ſanctiſsima quædam & vtiliſsima actio, aut feruentiſsima, & cœleſtibus conſolationibus & illuſtrationibus refertiſsima oratio.*

Die

Funus celeberrimũ nũquam antea ſpectatum in Peruuio

Die igitur proximé ſequẽti dormitionis eius, in quo corpus terræ mandatum fuit, talis occurſus & cõcurſus virorũ, ac fœminarũ, ad eius exèquias celebrandas cõfluit, qualé in hoc Regno (ſi bene memini) ego nũquam viderã. Omnes tum maiores, tum minores non inuitati, non vocati, venerunt (quis enim ad funus pauperculi cuiuſdam omnem ciuitatem vocaret?) Niſi quòd iam fama defunctionis eius pererebuerat, & multi ad eum, vt ſanctum viſitandum, & pedes eius oſculandos, properauerant. Accurrerunt quoque cũcte Religioſæ familiæ, & ex qualibet earum non ſex, aut octo (vt moris eſt) ſed quámplurimi religioſi, credo nutu Dei, non ſolùm vt funebria pro dignitate fierent, ſed vt tali ſpectaculo corda multorum (quod factũ eſt) ad deſiderium vitæ perfectioris accenderentur.

Prorex & Archiepiſcopꝰ feretũ portarũt, venerabili ſarcinæ pios humeros ſubmittentes

Accurri & ego cum iam corpus huius viri venerabilis ad Eccleſiam efferebatur: & dum vix præ multitudine, & quodam fratre minore præeunte eoq; commoditatem ingrediendi procurante ad funus intrarem, *fateor, ſpectaculi nouitate motus obſtupui. Nam Dominus Ioannes Mendozius Luna, Princeps clariſſimus, Marchio de Montes Claros, huiuſque ampliſſimi Regni Prorex, & Dominus Doctor Bartholomæus Lupus à Guerrero Archiepiſcopus Limenſis, & totius huius Regni Peruenſis Metropolita, primi feretrum pauperculi deferebãt;* deinde poſt illos religionũ prælati, & alij viri literis & authoritate celebres quibus me licet indignũ adiũxi. Statimque mihi interiùs ſe obtulit illud Dauidis. *Nimis honorati ſunt amici tui Deus.* & item illud: *Sic honorabitur, quemcunque voluerit rex honorare.*

Pſ. 138, 17. Eſther 6, 9

Qualis exti terit habitudo corporis pridie exanimis?

Tandem non ſine magna hominum vtriuſque ſexus preſſura ad Eccleſiam peruenimus, feretrum depoſuimus, & potuimus animę puræ habitaculum ſacco coopertum aſpicere. Manus, & pedes venerabilis illius corporis devoté oſculatus ſum, quaſque partes non inveni rigidas, ſed molles atque tractabiles, non frigidas, ſed moderaté calidas, vt non tam cadaver, quod pridie animam deſerverat, quàm hominem quieſcentem, & trãquillé dormiẽtem, videret attingere.

Quale fide lũ circũſtantiũ funus deſiderarit Solarium iudicũ?

Multi corpus circundabamus, non triſtes, ſed læti, non animam eius Domino commendantes, de qua ſpiritus in vnoquoque dicebat, quia requieuerat in ſinu Domini à laboribus ſuis, ſed Deum ipſum in ſanctis ſuis mirabilem laudibus efferentes. Nullus ibi teter odor, nullus cadaveris horror, nullum corruptionis ſignum ſentiebatur, ſed mentis ſerenitas, cordis ſuauitas & quaſi ex ſocietate eius mira tranquillitas.

Eximia pietas Proregis erga ſeruum Dei

Clariſſimus Prorex dum Officia diuina celebrari cœperunt, *puluinum ſolij ſui ex ſerico aureoque contextum defuncti capiti ſupponi iuſſit, & puluinar ſaccum, cui caput incumbebat, loco aurei, & ſerici in ſolio præcepit apponi, & ſic toto tempore diuinorum officiorum manſit.* Iudicauit ille (vt credo; & vt verum eſt) ſe ſacco illo multo magis, quàm auro, & ſerico regiam poteſtatem oſtentaſſe, qui dum ſerico incubuit, Prorex mortalis principis, dum verò ſaccum honorauit, princeps piiſsimus & Chriſtianiſsimus, & Chriſti ſeruus ac ſeruorum eius venerator apparuit: tandem officio funebri cõcione ex tempore habita, & miſſarum ſolemniis peractis ad ſepeliendũ corpus cõvenimus; & vix illud ad locũ ſepulturæ deſtinatũ (quòd tamen prope erat ſubtus gradus ſummi altaris) deferre voluimus, turbis nos impedientibus, & prementibus, & huc illuc que iactantibus, vt pedes defuncti oſcularentur, vt roſariis & linteis tangerent, & vt particulam aliquam ſacci eius, quo humabatur abſcinderent. At Proregis ſatellitio adiuti vicimus, & paulo poſt meridiem illius diei Beato Bonauenturę ſacro venerabile corpus

ſeruũ

ſerui Dei, arca lignea incluſum terræ mandatum eſt.

Effoſio corporis, vt exprimeretur illius effigies, & qualiter repertũ fuerit.

Eadem autem nocte iuſſu Proregis effoſſum fuit, vt pictor quidam diligens ad eius ſimilitudinem effigiem exprimeret, ex cuius ore accepi, de ſanctum dormienti ſimilem, & quaſi ſuaui odore perfuſum fuiſſe repertũ. Anima eius (vt piè credimus) apud Dominum magna gloria perfruitur, corpus apud ſuos cum honore ſeruatur, & bonam ac laudabilem memoriam eius (vt ſperamus) nunquam vorax tempus exedet.

Summariũ præconiorũ ſerui Dei

Quis in hac hiſtoria tam recenti, & ante oculos noſtra geſta, cumulatã paupertatis mercedem non videat? Quis ineffabilia præmia cõtemptus ſæculi, & vitæ perfectę nõ animaduertat? Nã ſi ex his, quæ Deo inſpirãte, & hanc nobiliſsimam ciuitatem mouẽte, facta ſunt, prę miũ huius pauperculi licet colligere: poſsidet ille theſaurũ in cœlo, quẽ proceres huius ſæculi magnos terrę theſauros poſsidentes ita ſuſpiciunt. Iudex eſt ipſe ex his, qui cũ Chriſto iudicaturi ſunt mundum, quem in extremo die iudices, & potẽtes mundi gratum habere procurant. Centuplum datum eſt illi in patria cœleſti, cuius ſaccum deſpicabilem tam frequens populus nõ ab alio (vt creditur) quàm â Deo motus, ita veneratur, & colit. Centuplum quoque vobis videntibus in hoc mundo recepit, qui quod Reges & Imperatores vix obtinent, vt Principum, & Epiſcoporum humeris ad ſepulchrum deferantur, ſolo Deo corda prædicatorum & clariſsimorum virorum tangente, & nulla humana perſuaſione interueniente, conſequutus eſt.

Ex Luca Vuadingo, accuratiſsimo Franciſcani Ordinis Chronographo, in tomo 4. annalium ad annum 1397. num. margin. 12. in deſcriptione Cœnobij Sancti Franciſci de Monte.

NOua itaque ędes viginti incolarum capax, & eremitoria aliquot mũdanis curis expellendis, diuinisque myſterijs contẽplandis aptiſsima, piorum virorum expenſis extructa, in hunc vſque diem excultiſsimos, producunt Anachoretas. Inter hos fulſerunt Bartholomæus Guadalupenſis, *Frãciſcus Solanus Peruani Imperij Apoſtolus*, Michael Triguillus, Marcus â S. Magdalena, Ioanes à S. Ludouico, Ioannes de Sãctorcaſio, Ioannes de Carcamo, Petrus de Azpitia, tantę in his eremitorijs abſtinentiæ & virtutis, vt per integros menſes ad victum ſolum panem aquam, & poma aliquot adhiberent, imô neque hęc aliquando deguſtarent, ſed intacta aliquando in cœnobium reportarent poſt longas orationes, diuinas extaſes, & crebras corporis macerationes. Incredibile eſt quanto ferantur affectu populi oppidorum, vicorumque in circuitu poſitorum erga huius loci incolas, tum propter ipſorum religioſiſsimam vitam, tum propter ſanctorum hominum ſub Maurico iugo illic habitantium veſtigia.

Franc. Solanus Peruani Imperij Apoſtolus

APPA-

APPARATVS HISTORICVS SAPIENS APOLOGIAM, DE Vita, & doctrina Ioannis Scoti Doctoris ſubtilis, Conceptionis Immaculatæ propugnatoris præcipui.

Carmel. Ex calceat.

Ioa de San. Thoma

Marc. Olyſi pon. Pet. Rodul.

HugoCaue. Hugo Mag neſius

Paul. Berti Greg Ruiz. Mat Ferch. Dor. Tadei. Ant Alber gatus.

Auberus Miræus in chronicis de rebus Belgicis ad annum 1612

FLores hos vitæ Scoti ex viridariis accurata manu primariorum authorum conſitis pio lectori decerpimus, vt prę-loquium quoddam ad Scoti doctrinam elucidandam. Ad quod obeundum pietatis officium in ſcholæ Magiſtrũ, excitarunt inuitantque iugiter frequentiſsima laudum præconia, quibus in ſcholaſticorum commentariorum præfationibus Angelicus Doctor S. Thomas ab aſſeclis neotericis cõdigné prouehitur, & exaltatur.

Noſtri verò in re literaria Ducis vitam diuiti calamo & ſubtili ſtylo exararunt, Marcus Olyſiponenſis Portuenſis in Luſitania Epiſcopus in 2. p. *Chronicorum Ordinis Frãciſcani*, Petrus Rodulphius Senogalliẽſis Epiſcop. in *hiſtoria Seraphica li.* 3. Hugo Gauellus Armachanus Archiep. *in apolog. cõtra Abrahamum Bzouium*. Hugo Magneſius Epiſcopus Dunenſis. *in apolog. pro Doctore ſubtili*. Paulinus Berti Auguſtinianus *in vita præfixo operibus Scoti*. Gregorius Ruizius, *in præfatione in quartum ſentent.* Dermitius Thadæi, *in Natala Franciſcanæ Religionis*. Et vberiùs Mattheus Ferchius Prouintię Sanct. Bonauenturæ Conuentualium Miniſter Prouintialis; diſertus vir, & magni iudicij hiſtoricus, qui adſtitit tranſlationi reliquiarum Scoti coram Antonio Albergato, tunc Epiſcopo Vigiliarum, & Nuntio Apoſtolico, cum poteſtate legati de latere pefferactum Renanum. (poſtea ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali) factæ anno 1619. die

Otho Gereonus Cosmas Morelius

15. Ianuarij, cui etiam translationi interfuerunt Otho Gereonus Episcopus Cyrenensis, & suffraganeus Colonien sis: & Fr Cosmas Morelius Hispanus Ordinis Prædicatorum Coloniæ Inquisitor. Cuius historici vestigiis ex fide acta Scoti tradentis, & ab aduersariorum inuidis latratibus, aut vellicationibus. Scoti pietatem vindicantis, præcipuè insisto: etiam sequēs eximium rerum nostrarum vindicem Lucam Vuadingum probatissimum, & celebrem Chronologum *in 3.to Annalium ad annum* 1304. & 1308.

Luc. Vuadingus

§. 1. *De ortu, & educatione Doctoris Subtilis.*

Actius Sincerus

1 PRo Homero septem Vrbes Græciæ decertasse perhibētur, prout bellè cecinit Actius Sincerus Sanazarius *lib.* 2. *Epigramm.*

Smirna, Rhodos, Colophon, Salamin, Ios, Argos, Athenæ.
Cedite iam: cælum patria Maonida est.

Pro Scoti patria decertant Angli, Scoti, Hiberni

Sed gloriosiùs pro summo nostro Theologo tria Regna præliantur: Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ. Nec mihi curæ est, lites has dirimere, aut pia dissidia consopire: immortalis enim pro Scoto sui ascisc endo trium Regnorum dissertatio, immortalis est Scoti gloria. Nec enim in contentionis iudicem agere volumus, vel trium Regnorum alumnos hau l segniter pro Scoto dimicantes ad subsellia vocare. dum concinnius de Scoto pronuntiamus: *cælum etiam patria Scoti est.* Quod additis pro Immaculata Virgine ignitis agonibus, felicissimisque pro fide contra Begardos hæreticos excursionibus miles rapuit violentus.

Mat. Ferchr

Patria Scoti Scotia

2 Licebit tamen solertissimum Ferchii de hac re iudicium, grauium etiam virorum authoritate suffultum, transcribere. *Ex lib* 3. *apologiæ in Iouium n. mar.* 14.

Præcellētia ingenia persequitur inuidia, & post habet aua tia.

Ea est illustrium virorum conditio, vt nec vnam quidem patriam viui, quæ eos amplexetur, inueniant, multas mortui; eo quòd viuos inuidia persequatur, auaritia deserat; mortuos ista cupiat ob gloriam, illa cum moriuntibus intereat.

Ant. Andr

Ego Scotum Scotiæ nigare non ausim, cuius rei potentissimum testimonium perhibet Antonius Andreas Scoti discipulus, & auditor in calce commentariorum nomine Scoti editorum in 12. *Metaph. quo loci aperte testatur, Ioannem Dūsū esse natione Scotum.*

Mauritius Archiep.

Mauritius de Portu Hibernicus Archiepiscopus Tuamensis. *in prologo expositionis super vniuersalia Scoti. Nomen* (inquit) *authoris spiritualis regenerationis est Ioannes, cuius numen, & omen, non defecit.* (Vbi alludere videtur, vel ad aquilinum dilecti Discipuli obtutum; vel ad singularem Virginis gratiam in Præcursorem Baptistam, ad vocem salutatoriam Mariæ exultantem, & exilientem.) *Dicitur verò Duns cognomento, vel potius à loco generationis sic dictus. Patria Scotus, sed vt reor, de insulari. Artium Oxonij, & Theologiæ Parisius, dignitate Doctoris Ordinis Seraphici Minorum Religionis, cuius laudes addidisse aliquid accepisse est: superuacuis enim laborat impendijs, qui Solem facibus nititur iuuare.*

Dermitius Thadæus.

3 Sed nec doctus vir Dermitius Thadæi Hibernus, quantumuis patriæ gloria accensus, adeò Scotum sibi vendicare molitur, vt oppositum non commu at; ita habens *in Nitela Franciscanæ Religionis contra Bzo-*

bium

Illum ſibi aſſerunt Hiberni, ſed conniuent oppoſitum.

biam, ad Annum 1294. folio 48. *De Scoti patria iam diſceptauit poſt noſtrates Cauellus, & quidem fuſiùs, ex traditione, ex authoritate, & circunſtantijs eum Hiberniæ noſtræ aſſerunt. Tantum patriæ meæ deus haud quaquam inuideo; ſed nec alijs tamen probibeo, vt quid à re melius videbitur, quiſque ſiue pro veritatis, ſiue etiam pro ſuæ gentis ſtudio, in medium ad ferre conetur.*

Dermitius Thadæi.

Scotis autem fauet, (quod & hiſce verſibus eleganter complexus eſt) Ioannes Dempſterus iuris conſultus, humanioris literaturæ apud Bononienſes profeſſor Primarius.

Ioan. Dempſterus

Scotia habet cunas, famam orbis, funera Rhenus
Cœlum animam, hinc magni ſpirat imago viri.

Accedit etiam Iacobus Breullius Benedictinus. *Antiquitatum Pariſienſium libr. 2. carta 704. Quidam cognomento à patria ſua ſumpto, Scotus vocatus, & Doctor ſubtilis, cuius memoria nunquam eſt peritura, præſertim inter Scholaſticæ ſapientiæ profeſſores, ob eruditionem, quam ſcriptis ſuis inſeruit, hæreticorum impietati retundendæ opportunam.*

Iacob. Breullius

Suffragatur etiam Scotis Ioannes Leſſæus, *in libro de rebus geſtis Scotorum*, vbi deſcribens prouinciam Marchię in Scotia, ſubdit. *Habet Marchia oppidum munitiſſimum, cui nomen Berwico, olim Ordoluciæ nomen erat, quòd ſæpè in noſtra, ſæpè viciſſim in Anglorum (qui illud iam tenent) ditione eſſe ſolet, vicos potiſſimum habet Dunſeum, ex quo Doctor ille celeberrimus cognomine ſubtilis oriundus erat.*

Ioannes Leſſæus.

Item & Gerardus Mercator *in ſuo Atlante in prima tabula de Scotia*, vbi ex Doctoris Subtilis alto acumine aciem Scotorum colligit, & commendat viuacitatem, inquiens. *Ingenia Scotorum viuida ſunt, excitata, ignea, ſapientia capeſſendæ maximè idonea. Nihil eſt quod non ſuperare potuiſſet ingenium Ioannis Duns Scoti, ſi tempora modo cultum animi elegantiorem ei non inuidiſſent. Nunc in ſcholaſtico illo (curioſo nempe, an vtili?) de rebus ſacris diſputandi genere, nihil eo acutius, nil accuratius, nil abſolutius.* Sed iure ſpreuit Scotus phalerata verborum lenocinia in preſſa ſacræ diſciplinæ tractatione, vt oſtendimus in §. 5. Hæc de cunis Scoti.

Gerardus Mercator

4 Quo autem anno à Seruatoris ortu venerit Scotus in communis vitæ auram, vel in Franciſcani ordinis gremium, perſpicuum & exploratum non eſt. Apparet verò probabilius, anno ſalutis milleſimo biſcentiſimo ſeptuageſimo quinto, tantum ſidus orbi affulſiſſe: quia triginta quatuor vixit annos, vt ex hiſce verſibus tumulo appenſis pateſcit.

Quo anno natus Scotus

Tempora poſt Chriſti, propria dulcedine lethum
Venit atrox raptim, carcere compoſito.

Et é viuis exceſsit anno milleſimo tercenteſimo octauo; conſequens eſt vt ſub anno milleſimo biſcenteſimo ſeptuageſimo quinto, luce mortali donatus adſtruatur. Quòd autem Scotus in teneris annis obierit, patet ex antiquo epitaphio in Bibliotheca Colonienſi Franciſcana ad dexteram ingredientis inter literas G, & H. in tertio plateo à Ferchio inuento, & tranſcripto *in vita Scoti cap. 8. n. mar. 28.*

Scotus obiit ante expletos annos triginta quatuor

Clauditur hic riuus, fons Eccleſiæ, via, viuus
Doctor iuſtitiæ, ſtudij flos, arca ſophiæ.
In teneris annis fuit

§. 2. An acumen Scoti fuerit natiuum, an ope Deiparæ immissum?

De vocatione Scoti ad ordinem Minorum

1 DE Scoti autem pueritia, & qualiter se se nostro ordini addixerit, hæc tradit Ferchius *cap. 2. vitæ Scoti*, ex Historia Ecclesiastica Gilberti Bruni. Quòd Scoto rei rusticæ incumbenti, & licet opulenti hominis filio, custodiendis tamen gregibus præposito (de more patriæ, ne iuuentus pessum abeat, otio lasciuiens & æstuãs) occurrerunt duo Franciscani Fratres victum cœnobio, vt moris erat, quæritantes. Qui á patre Scoti pio hospitio excepti, puerumque de mysteriis fidei erudire aggressi, Dominicam illi orationem instillarunt, quem nullam ex Christianis precationibus callere inuenerant, qui rerum omnium in scius orationem vel semel auditam illico repetijt. Quod fratres illi admirãtes, & ad tantæ indolis, aut viuacitatem, aut prodigium stupentes; annuente patre, licet abnuente matre, & reclamante, Scotum in Dunfrisij opidum adduxere: vbi attonsum Seraphico P. N. Francisco consecrarunt, quo & in loco professionem emissam ferunt. est Dunfrisium in Prouintia Scotiæ, vt obseruat Ferchius ex Ioanne Lesleo *carta* 8.

Ferchius Lesleus.

Et certè talis acuminis esse debuit, qui à Deo parabatur, vt omnem in teneris annis bonatum artium encyclopędiam imbiberet, toti orbi pro miraculo doctrinæ habitus; nec videbor debitas præconiorum metas transilijsse, postquam breui compendio recensuerim eas, quas nactus est, cuncti scibilis disciplinas, quasque feliciter, & exactè calluit, vt infra perstringam.

Mirabile acumẽ Scoti

2 Huic autem natiuo acumini Scoti accessisse Deiparæ apparitionem, & ex cœlesti visione tutelam, vt frigentem, & torpentem Scotum ad primum seueriorum disciplinarum hausturn (qui insipidus sanè est) tanquam præelectum Mariæ Athletam, excitaret, & ad literarios agones præacueret: refert Vuadingus ex Cauello, & traditione communi illarum prouintiarum.

Apparet Deipara Scoto ex traditione cõmuni. Cauellus Vuadingus.

Aliter Virginis apparitionem referunt Hugo Cauellus, & Lucas Vuadingus, qui Scotum adeò hebetem, & á natura stupidum tradunt; vt feré animum, & sapientiam desponderet. Quare dum ardenter Deiparæ opem implorat, vt corrigat naturæ vitium, & natiuam ad res literarias impotentiam emendet; apparuit Beata Virgo postulatis annuens, præscripta tamen lege, vt tali munere donatus, Virginis causam agat, vbi se occasio obtulerit: quod gnauiter, & fidelissimé præstitit, vt ex dicendis constabit.

Alia eiusdẽ apparitionis traditio

Tam anceps extat de acie mentis Scoticæ iudicium, vt aliqui eam natiuam renuntient; alij ope Deiparæ immissam; id tamen extra omnem dubitationis aleam positum existit, quòd Scotus mentem adeptus sit plané ad literas factam. De qua Ioannes Pitseus Decanus Liuerdunensis in Lotharingia. *De rebus Anglicis pagina* 391. eam adhibuit censionem. *Quòd Scotus fuerit ingenio admiraculum subtili atque acuto, vt non tam hominem acie mentis stupendum, quàm inter Philosophos quemdam dixeris Deum.*

Dubium, an Scoti subtilitas natiua, an à Virgine impetrata?

Ioa. Pitseus

Illud

Perchius.

3 Illud tamen mirabile, quod Ferchius ſcribit *capit. 5. vitæ Scoti. ſub numer. marginal.* 12. quem proprijs verbis tranſcribo, vt maiorem aſſerti fidem faciam.

Ne extolleretur gratijs à Virgine impetratis, grauẽ tribulationẽ experitur Scotus

Ne apparet Dunſio integerrimam vitam, modeſtiſſimos mores, ſummam fidem, continentiam, pietatem, ſapientiam, innocentiam à Diua Virgine impetratas. Ne magnitudo reuelationum Doctorem gentium extolleret, Angelum Sathanæ colaphizantem perpeſſus eſt; ne magnitudo gratiarum à Chriſtipara cõceſſarum Doctorem ſubtilem inflaret, ferum hominem captiuitatis tribulatione mancipantem tolerare compulſus eſt. Aurum probat fornax; homines iuſtos tentatio.

Eduardus Angliæ Rex affligit Scotum.

Eduardus Primus Angliæ Rex à longis tibiis cognominatus Longs Kanks Scotiam atrociter vaſtauit, nulla monumenta priſcæ maieſtatis reliquit, quin vel raperet, vel demoliretur: Nobilium atque doctorum virorum quoſcunque potuit, aut crudeli ferro obtruncauit, aut horrore catenarum oppreſſit. Inter hos, duodecim religioſos abduxit; & ne funeſtiſſimæ ſtragis, & acerbiſſimæ captiuitatis expers eſſet, Ioannes Duns Scotus, ſeruitutem miſerabilem ſuſtinuit.

Ferchius Iacob. Ballantynus Thom. Dempſter

Hactenus Ferchius facti huius Hiſtoricos recenſens Iacobum Ballantynum Doctorem Sorbonicum. *In ſupplemento Hiſtor.* & Thomam Dempſter in libro inſcripto. *Aſſerti Scotia ciues ſui.* Vbi illud vel ſerio obſeruatum volo; qualiter inter graues Hiſtoricos perſpicuum ſit, Scotum tanquam dilectum Virginis alumnum ab ea ingenium ad capeſſendas literas, & eximiam morum probitatem non abſque miraculo accepiſſe.

Mira Dei prouidentia ſufficit Scotũ vice San. Bonauent. ad ſuperos vocati

4 Vt vt tamen id ſit; vel illud diuinæ prouidentię ſpecimen circa puſillum Minorum gregem liceat ſuſpicere: quòd extincto nobis, & ad ſuperos vocato, ignito illo ſapientię iubare Bonauentura Doctore Seraphico, in Concilio Generali Lugdunenſi, Eccleſiæ claues, & clauum tenente Gregorio Decimo alterum nobis doctrinæ columen ſuffecerit, vt vno lumine occidente, alterum exoriretur.

§. 3. *Mores & virtutum officia Ioannis Scoti in Monachatu.*

Arg: ſanctitatis Scoti ex aureo quo Religionis, quo floruit.

1 PRiùs acta morum, deinde proſequar irradiantis ſapientiæ fulgorem. In primiſque illud ſanctitatis Scoti fundamentum ſubſternimus, quòd Seraphicæ Religionis cucullum induerit aureo illo æuo, quo Minorum Ordinem antea labeſcentem, aliquantulumque deflectentem ſanctis ſanctionibus muniuerat Seraphicus Pater Bonauentura noſtri inſtituti vindex, & Generalis Miniſter. Eo inquam ſæculo, quo in Anglia, Gallia, & Germania, efflorescebat Religio; quo plurimi ſanctitate, & literis ſpectatiſsimi alumni collucebant orbi: inter quos facilis conſpectu eſſet, nec deliteſcere poſſet, ſi Scotum aliquis fædaret in diſciplinati animi næuus. Qui omnino latuit occultatum illũ Frãciſcani ordinis Antiſtitem, ac venerabilis memoriæ Pręſulem Gonſaluum, vel Gundiſaluum, natione Hiſpanum; dũ præmiſſa ſeria indagine candoris,

& puritatis Scoti, ad eum pro Magisterij laurea in Parisiensi Academia licentiandum, hoc testimonium nobis propinat nitidum pietatis Scoti specimen: apud Petrum Rodulphium Episcopum Senogalliensem. *libr. 3. Historia Seraphica.*

Petrus Rodulphius.

Testimonio venerabilis viri Gundisalui Generalis Ordinis Minorum

2 *Cùm secundùm statuta ordinis, & vestri consentui* (Parisinum intellige) *Baccalaurius huiusmodi præsentandus ad præsens, debeat esse de aliqua prouintia aliarum à prouintia Francie; dilectum in Christo Patrem Ioannem Scotum, de cuius vita laudabili, scientia excellenti, ingenioque subtilissimo, aliisque insignibus conditionibus, partim experientia longa, partim fama, quæ vbiq; diuulgata est informatus sum ad plenum; dilectioni vestræ assigno post dictum Patrem Aegidium principaliter, & ordinariè præsentandum, &c. Datum Aesculi Marchiæ Anconitanæ 14. Kalendas Decembris anno millesimo trecentesimo quarto.* Qui annus fuit quartus ante obitum Scoti.

Gũdisaluus vir sanctus.

3 En pronuntiatum omnem exuperans exceptionem; tum quia à supremo Religionis capite, præuia morum Scoti censione præstitum, perstante etiam publico famæ clangore, & longæ conuersationis conuictu, & intuitu: tum quia á Venerabili, & sanctæ memoriæ Præsule traditum. Talis enim sanctitatis extitit Gundisaluus, vt apud nostrates inter primi aurei æui digniores totius Ordinis Generales Ministros suspiciatur, Sancto Bonauenturæ, & Beato Ioanni de Parma, in zelo paupertatis, aut suppar, aut proximus. De quo vel illud supernum extat oraculum apud Aluarum Pelagium Siluensem Episcopum (vel vt alijs placet, sanctæ Romanę Ecclesiæ Cardinalem) coęuum scriptorem, *in insigni opere de planctu Ecclesiæ. lib. 2. cap. 68.*

Alu. Pelag.

Gundisalui Generalis Ministri præconia

4 *Sancte memoriæ Gundisaluus Hispanus de Prouintia Galitiæ, nobilis genere, sed nobilior vita & moribus, & euangelica paupertate; verè frater Minor, & zelator ardentissimus regulæ, & dominæ paupertatis, & dominicæ humilitatis. Magister in Theologia realissimus verbo, & opere, de maioribus mundi literatis in trinio, & quadrinio; qui parum post mortem suam Parisijs in visione quibusdam fratribus nostris apparuit gloriosus in throno residens cum corona aurea, & sceptro: qui dixit tunc, quòd sedes throni sibi assignata erat in cœlo, quia purissimè in ordine iustitiam obseruauerit.* Vbi pro Gundisaluo assertore Scoti, pende, perlege illa verba: *Quia purissimè in ordine iustitiam obseruauerit.*

Apparitio gloriosa Gũdisalui

Talem ergo iudicem á cœlo, ob iustitiæ zelum, laureatum Scoto prouidit Deus, vt ea examinis integritate probatus, & authoratus, assereret se, eleuatis cauillis, & criminationibus aduersantium. Nam vt scitè Theodoricus Rex Cassiodoro (libr. 1. variarum. 3.) *Si æquabilis credendus est, quem iustus elegerit, si temperantia præditus, quem moderatus asciuit; omnium profectò capax potest esse meritorum, qui iudicem cunctarum meruit habere virtutum. Quid enim maius quæritur, quam hìc inuenisse laudum testimonia, vbi gratificatio non potest esse suspecta?*

Iustũ assertorẽ à cęlo laureatum prouidit Deus Scoto

Cassiodorus.

§. 4. *Puritas fidei Scoti, & eius deuotiſsimum Canoni Eccleſiæ iudicium.*

Scotus iuxta pius & doctus

1 HIs quaſi in genere de ſanctitate Scoti prælibatis; reſtat de ſpeciali corona virtutum vel breuiter diſſerere. Nec mihi ſuccenſeat vllus, quòd hiſce immorer virtutum Scoti ſtudijs, quia vt ſcitè Ferchius in hanc rem *lib. 1. apologiæ num. 3.* in munimine capitis, totius corporis præſidium ſubſiſtit, & in Gymnaſiarchę gloria totius gymnaſij decus. Indecorum enim eſſet ac turpe, Scotiſtarum cœtum ſe eius Anteſignani aſſeclas profiteri, qui minus vitæ ſanctitate, quã doctrina pelluceret; præcipuè cum intra Franciſcani Ordinis ſepta, obuios habeat Alenſem, & Bonauenturam, ſanctitate, & doctrina clariſsimos, quorum diſciplinis, & virtutum exemplis, imbui poſſet, & ad pietatem erudiri.

Puritas fidei Scoti.

A puritate ergo fidei quæ totius exiſtit ſpiritualis ſtructuræ ſubſtantia, & fundamentum, pietatem Scoti auſpicantes; in fide Catholica & Apoſtolica Romana adeò firmas egit radices, vt cunctos neruos contenderit in fidei roborandis & elucidandis myſterijs. Nec mihi ſuppetit vt eximij doni huius candorem politiori penicillo figurem, niſi eiuſdem Doctoris verbis, quę veré catholicum redolent, & ſpirant ardorem. Ita enim habet *in 4. ſent. diſt. 5. q. 1. §. Ad aliud de Cypriano ſub num. marg. 6.* editionis Cauelli, qua vt de-

Scotus

fœcatiori vtimur.

Quænam eſſe debeat fidelis mentis & animi apparatio ad recipiẽdos articulos fidei

2 *Alia ſunt, quæ nec neceſſariò ſunt explicitè credenda, nec ab iſtis, nec ab illis; quia non adhuc illorum veritas eſt declarata, & determinata per Eccleſiam: cuiuſmodi ſunt multæ concluſiones neceſſariò incluſæ in articulis creditis, ſed antequam ſunt per Eccleſiam declaratæ, & explicatæ, non oportet, quemcunque eas credere: oportet tamen circa eas ſobriè opinari, vt ſcilicet homo ſit paratus eas tenere pro tẽpore, pro quo veritas fuerit declarata.*

Tẽpore S. Cypriani non erat declaratũ an baptiſmus conferri queat ab infideli

Hoc modo dico; quòd baptiſmum eſſe ſacramentum nouæ legis neceſſarium ad ſalutem, ſtatim erat de veritate fidei Chriſtianæ; quia expreſsè habitum eſt in euangelijs; ſed quòd ab hæretico poterat conferri, non ſic ſtatim expreſſum fuit; imò nec tempore Cypriani declaratum, propter quod circa illam veritatem baptiſmi declarandam, multum laborauit Auguſtinus in libris ſuis vt de vnico baptiſmate; & cõtra Donatiſtas.

Excuſatio S. Cypriani

Vnde, ſi Cyprianus ita ſenſit, ſcilicet apud hæreticos non eſſe baptiſmum; quòd tamẽ promptius eſſet ſentire animo circa hoc, quod Eccleſia determinauit; in nullo errauit, niſi forte venialiter peccando, quia nimis aſſeruit illud, ad quod nec authoritatẽ, nec rationem cogentem habuit. Et hoc modo fortè innuit Auguſtinus, eũ peccaſſe venialiter, dum ſubdit in authoritate præallegata: dum eos (inquit) deteſtaretur, ſi quid purgandum erat, paſſionis falce tolleretur.

deuotiſsimũ iudiciũ Scoti ad obediẽtiã canoni Eccleſiæ.

3 Quid animo Scoti demiſsius? quid ad parendum Eccleſię iudicio paratius & deuotius á chriſtiano pectore expectari potuit? Quod & re ipſa præſtitit, dum acrem ſe exhibens, ſicut & primariũ, Mariani candoris pugilẽ pro quo vſque ad mortem feliciter agonizauit; ea tamen iudicij ſobrietate ſuum aſſertũ attemperauit, vt ſe ſe Eccleſiæ ſtatuto piſsimé commiſerit, quaſi natiui acuminis toto conamine in matris Dei propugnationẽ decurrẽtis æſtũ ac impetũ frænãs. Vt liquet *ex 3. ſen. diſt. 3. q. 1. ſub §. ad quæſtionem dico. vbi ſuò n. mar. 10.* ſubdit. *Quod autẽ horum triũ, quæ oſtenſa ſunt eſſe poſsibilia, factũ ſit, Deus nouit; ſi authoritati Eccleſiæ, vel authoritati ſcripturæ, nõ repugnet, videtur probabile, quod excellentius eſt attribuere Mariæ.*

Sobrietas, & modeſtia Scoti circa aſſertionem Immaculatæ Cõceptionis

Annecto ita pro Canone Scoti ad veritates fidei elucidandas *ex 1. ſent.*

Canon Scoti pro elucidatione articulorum fidei

dist 26. quæst. vnica §. ad secundum forsan sub num. marg. 30. Articulum fidei restringere ad intellectum specialem, qui tamen traditus est in generali, quasi non possit intellectus generalis esse verus, nisi specialis sit verus; hoc videtur articulum reducere ad incertitudinem: videtur enim incertum, quod non potest sine incerto teneri. Saltem maior reuerentia videtur fieri articulo in vniuersali tradito, si dicatur intellectum eius vniuersalem posse esse verum, quocunque speciali posito vel negato, quod non est traditum, vt tenendum: quàm quòd non possit esse verus, nisi aliquod determinatum speciale sit verum.

Scotus

Instantię ad firmandam regulam præcedentem

Exemplum huius in alijs articulis. Creator cœli & terræ, non oportet hoc arctare ad hoc, quòd nisi omnipotentia in Deo aliquomodo distinguatur à voluntate, non potuit creare; & ita de parte opposita. Similiter, Verbum factum est homo, non oportet arctare ad multa specialia; nec ad aliquod illorum, cũ quorũ quolibet, & etiã opposito, potest stare hoc verum.

Instat ex hypothesi

Aptius exemplum videtur, si Iudæis erat traditum, vt crederent, Deum esse vnũ, & de Trinitate nihil explicitè; non solùm minor reuerentia, sed irreuerentia, & falsitas esset asserere, hunc articulum non posse esse verum, nisi esset vnus personaliter sicut est essentialiter; & tamen hoc videretur tunc esse magis consonum verbis articuli eis tradati, quàm oppositum.

Vrget rationem efficacius & pię

Sicut igitur illi tunc neutram partem debuerunt asserere, esse necessariò tenendã, sed vtraque posita, necessariò tenendum esse illud, quod in generali fuit eis traditũ, ita videtur, quod circa articulos nobis in vniuersali traditos, non debeamus asserere sine declaratione Ecclesiæ necessariò hoc speciale, vel illud, esse tenendum, cum quorum vtroque possunt articuli stare, vt traditi sunt. Non enim Deus qui sert in speciali illam veritatem, sine causa tantùm secundùm intellectum vniuersalem tenendam de fide tradidit; & nec ad hunc modum specialem, nec ad illum tanquam ex fide tenendum arctauit.

Ex Scoti ratione consectarius scholasticum; pro additionne diuinarũ personarũ per formalitates relatiuas.

4 Ex quo Scoti canone de absolutè recipiendis fidei articulis absque vlla arctatione, in quam aliquis irrepat minoris certitudinis nævus, vel erumpat inde nutandi occasio; pié satis & scitè deprompsit verè Catholicus Doctor, quòd licet sit de fide, quòd tria supposita diuina sint adinuicè relata; non tamen est de fide, quòd supposita constituantur in esse hypostatico per ipsammet formalitatem vel conceptibilitatem mutuæ referentię, aut respicientiæ. Cùm absolutè & absque vlla restrictione sartus tectus esse debeat fidei articulus, quòd personæ diuinæ sint relatæ: Vel concesso, quòd formalitas relationis sit ipsamet conceptibilitas hypostasis: vel permisso, quòd hypostasis, quà talis, non sit ipsamet cõceptibilitas relationis, sed illi identicè adiuncta. Cũ autem eò zeli æstu flagret Scotus pro tutandis illibatæ fidei pronuntiatis; faceſſant Nugatores, qui cum Iouio, & Bzovio, blaterant, Scotum, omnia in dubium vocasse, perplexionibus & tricis homines, & disciplinas ipsas, alióqui pervias, implicasse: quos eruditissimè perstringunt & reuincunt Ferchius, Dermitius, & Vuadingus, *locis citatis.*

Pia oratio Scoti pro accepto dono fidei.

5 Sed accipe pijssimam ad Deum pro fidei certitudine perorationem Scoti *tr 4. sent. dist. 43. q. 2. in responsione ad quartum sub num. marg. 13. Ex his apparet quantæ sint gratiæ referendæ misericordiæ creatoris, qui nos per fidem certissimos reddidit in his, quæ pertinent ad finem nostrum, & ad perpetuitatem sempiternam, ad quæ ingeniosissimi & eruditissimi quasi nihil poterant attingere; iuxta illud, quod adductum est de Augustino. 13. de Trin. cap. 9. in principio.* Quòd vix pauci magno prædíti ingenio, vacantes otio &c. ad indagandam solius animæ immortalitatem potuerunt peruenire. *Sed fides adsit, quæ est in eis, quibus dedit Iesus, filios Dei fieri, nulla quæstio est, quia ipse suos credentes in hoc certissimos reddit.*

Pende fidei fortitudinem, perpende Doctorem inter scholasticæ concertationis tepiditates anagogicis ignibus ardentem; quod celebres authores obseruarunt tanquam quid in Scoto præcipuũ, vt infra narrabimus

§. 5.

§. 5 Recenſio agonum, quos adiuit Scotus contra hæreticos.

Decertatio Scoti contra hæreticos

1 PVritas fidei Scoti ſcaturigo fuit earum excurſionum, quibus hæreticos adorſus, ſimiles, vel vulpes, vel noctuas, in vmbra mortis delitescentes, & veritatis inimicas, abſterruit, & eliminauit; vt oſtendit antiquum illud epigramma, quod ab initio obdormitionis ſuæ ſuperſtes, modo in bibliotheca Colonienſi aſſeruatur, ne furto ab inuidis auferretur celebre illud antiquitatis, & gloriæ Scoti monumentum.

Elogium appenſum funeri Scoti

Feruebat ſtudio, nulli virtute ſecundus,
Quod didicit totum, mox alios docuit.
Concepta eſt Virgo primi ſine labe parentis
His tulit: hic hæreſi prælia dira dedit.
Inde genus meriti tantum ſibi Papa refundens,
Doctor ſubtilis dicitur, inde dedit.

Defenditur facti fides in elogio Scoti

Nemò diſertus & prudens, ſi ingenuè & candidè ſentiat, cui ſoli ſatisfactum volumus, præmiſsi epigrammatis ſtatim poſt Scoti dormitionem tumulo appenſi authoritatem eleuare conabitur, imò nec contra illam muſſitare, aut ſtrepere audebit, ſi cordatus exiſtat. Siquidem publicum illud functionum Scoti pro Eccleſia initarum elogium, ſi ab immodicè Scotum diligentibus confictum, aut abſque verecundia, & cùm veritatis iniuria toleratum, obtendiſſent aduerſarij; cùm tot per fermè quatuor ſæcula extiterint gloriæ, & acuminis Scoti emulatores, tot nugas de obitu, mugitu intra ſepulchrum, & colliſione capitis effutientes (quibus, & plaudentes ſuffragantur hæretici, & Exleges ſectarij mucronibus Scoticæ ſubtilitatis ſauciati, vt ſtatim oſtendam) euidens eſt, quod illis é re foret, mendacia illa reſerare, & excutere, ne longò temporis decurſu conualeſcerent: quod cùm nunquam ab illis pertentatum fuerit, demonſtrat irrefragabilem illius elogij veritatem.

Corrigitur ex Ferchio infidelis tranſcriptio elogij

Pet. Rodulphius Hier. Vuillot

2 Vbi antequam illius elucidationem moliar; adnotare oportet ex Ferchio in *vita Scoti cap. 7. numer. margin.* 28. non haberi in originali epigrammate: *Hoc tulit, hoc dicto prælia dura dedit*: vt tradit Petrus Rodulphius Epiſcopus Senogallienſis *in Hiſtoria Seraphica*, & ab eo Henricus Vuillot *in Athen. Franciſcanis*. Qui claudicantis carminis lapſum vitare ſtudentes, claudicantem hiſtoriæ fidem in emendatione carminis exhibuere; cùm concinnius ſit, quòd claudicet carmen, quàm fluctuet fides hiſtorici in carminis tranſcriptione. Non igitur legendum eſt: *Hoc tulit, hoc dicto prælia dura dedit*, (ſed) *hic tulit, hic hæreſi prælia dura dedit*; ita enim in tabella originali ſe legiſſe, prodit idem Ferchius teſtis oculatus.

præludium pro eruenda veritate elogij

Quo prælibato, reſtat diſquirire, quænam fuerit illa Scoti in fidei hoſtes inuaſio, quam extollit appenſum buſto, vel funeri elogium? Verùm enim verò ad capeſſendam é tenebrisque eruendam veritatem, liceat ſubſternere; ponderoſam, imò ſtrictiſsimam, inſuiſſe cauſam, quæ Ioannem Scotum coegerit, vt Lutetia Pariſiorum (cui tanquam nouus Apollo colluceret) tanto lumine orbata, Coloniam Vbiorum immigraret, & quaſi ablega-

Cur Scotus miſſus ſit in Coloniam Vbiorum?

re-

retur, loci & officij dignitate imminutus.

Nō vt cōde ret vniuerſitatem Colonienſem.

Nec enim Vniuerſitas apud Vbios erat nec eó loci amandatus eſt Scotus vt Academiæ fundamenta iaceret; ſicut aliqui ex noſtris, & ex exteris hiſtoricis, non perſpecta temporum ratione aſſeruerunt. Cùm Vniuerſitas Colonienſis octogeſsimo anno ab obitu Scoti ab Vrbano Sexto impetrata ſit anno Domini milleſsimo tercenteſsimo octogeſsimo octauo, vt obſeruarunt Ioannes Piſeus *in vita Scoti*, & Ferchius *cap. 7. vitæ Scoti*. Niſi cum Vuadingo, & Petro Cratepolio, velis, quòd Vniuerſitatis Colonienſis fundamenta iecerint Albertus Magnus, Sanctus Thomas, & Scotus, & quòd poſtea ſub Vrbano Sexto Apoſtolicæ authoritatis fulcro firmaretur, aſt leuem æſtimo occaſionem, quòd Coloniam aduocaretur Scotus Lutetia poſthabita, vt ab alijs initiata academia ſub ipſo aliqualiter coaleſceret, non vltimam manum expertura.

Piſeus Ferchius

Præfertur iudicium Ferchij in hac re

Quare cum Ferchio cenſeo, eam immigrationis Scoti cauſam non extitiſſe; ſicut nec vt priuatam Franciſcanorum cathedram erigeret, apud quos ante Scoti aduentum res literaria radices egerat, & progreſſus. Itavt in ſerie Colonienſi (vbi iuxta laudabilem illius Cœnobij inſtitutum deſcribūtur nomina primariorum hominum, qui vita defunguntur) inter lectores Colonienſes in Domino quieſcentes trigeſsimus ſextus recenſeatur Scotus; vt teſtatur idem Ferchius teſtis oculatus, qui alios lectores, qui Scotum anteiuerunt, proprijs nominibus quaſi indigitatos connumerat, & tranſcribit.

Magnū momentū delegationis Scoti in Coloniam, Lutetia tanto lumine orbata

3 Reſerat deinde, & vrget huius tranſmigrationis Scoti momentum & pondus, quòd eo tempore ab Vniuerſitate Pariſienſi deceſſerit, quo profligatis Immaculatæ Conceptionis oppugnatoribus, glorioſo Agonotheta maiori in pretio habito, magis è re publica, & ordinis ornamento eſſet, vt vbi pedem figeret, vbi tanquam ex celebriori orbis theatro orbem irradiaret; erat enim tunc Lutetia commune literariæ negotiationis emporium, vbi concurſantes ex toto orbe diſcipulos exciperet aureis acutiſsimæ doctrinæ venis, vel rivulis ditandos. Quid igitur in cauſa fuit, vt quaſi cauſa cadens Scotus poſtquam inuictus Athleta Reginæ cœli immunitatem aſſeruiſſet, è ſummo doctrinę ſolio deturbetur, dum à Lutetia in Coloniam detruditur? Certé vt hæreſi ducta prælia daret, vt canit elogium: ſed quam hæreſim Coloniæ contriuit Scotus? quot inibi bella pro fide exantlauit?

Beguardi, & Beguani graſſati in Eccleſiam apud Vbios Colonienſes.

4 Euomuit Orcus fœdam quamdam hæreticorum colluuiem apud Vbios graſſantem, qui Beguardi, & Beguani appellati, perfricata fronte ſe ſe nouos Apoſtolos mentientes, adeò inſaniebant, vt Franciſcanos theologos, & Dominicanos etiam Alberti Magni ibidem anno 1281. ſepulti diſcipulos poſthaberent, & publicis irruptionibus adorirentur. De quo extat in Codice ſtatutorum Colonienſium impreſſo Coloniæ apud Ioannem Quentel anno 1554. carta 58. haud contemnendum illud pro firmanda veritate monimentum. Sub anno enim 1306. ab Henrico Archiepiſcopo Colonienſi habetur contra Begardos & Begardas ſequens ſtatutum *in cap. 2. decreti* exaratum.

Codex Statutorum Colonienſium.

Henricus Archiep. Colonienſis.

Et quòd amaricata mente ferimus, eorum aliqui laici ac literas neſcientes, Prædicatoribus, & Minoribus in ſermonibus eorum, & prædicationibus publicis (quibus in agro Theologicæ ſapientiæ continuè laborantibus prædicationis verbum per Sacroſanctam Eccleſiam eſt commiſſum, & miniſteriorum Dei, & fidei ſe-

creta lucescunt) non sine vehementi suspitione prauitatis hæreticæ publicè resistit in fidelium iniuriam, & sanctæ Ecclesiæ; errorem & caecitatis caliginem in veritatis lucem spargentes, temerè insultarunt.

Mittitur Scotus vt ferat suppetias orthodoxis

Cùm hæc igitur a leò vrgerent ne orthodoxi apud Vbios Colonienſes cauſa caderent, miſſus eſt Scotus vt caſtris Eccleſiæ oportunas ferret ſuppetias; cùm anno milleſsimo tercēteſsimo ſeptimo in commitiis Generalibus Tholoſæ celebratis inſtitutus eſſet regens ſtudij Pariſienſis.

Scotus solémi pompa excipitur

5 Nec leue argumentum eſt, hanc delegationem Scoti é re publica extitiſſe, vt rabidos hæreticorum dentes demoliretur, quòd Scoto Vrbs nobiliſsima cum clero & Primoribus obuiam proceſſerit, & ſolemni pompa vſque ad Franciſcanum conuentum comitarit. Vt referunt *Petrus Rodulphius, Paulinus Berti, Gullielmus Vorilonus, Ioannes Pitſeus, & Henricus Vuillot.* Vnde & ornatè ſubiungit Vuadingus: *Quod non aliter quàm olim venienti Platoni Syracuſanorum Rex quadriiugis albis, & vittata naui, ita nobiliſsima ciuitas Scoto aduentanti magna populi frequentia, crebri Magnatum apparatu occurrit, vt eum tanquam Solem aliquem ſibi exorientem ſuſciperet, & amplexaretur.* Vittatam nauem Dionyſius Tirannus Platoni miſit obuiam, apud Plinium *lib. 7. cap. 30.*

Petr. Rodulphius Paul Berti. Gul. Vorilonus Pitſeus Hē. Vuillot Vuadingus.

Plinius

6 Quam Scoti pro fide aſſerenda functionem ſubodoratus videtur Ioannes Balæus hæreſis Anglicanæ ſequax. *Centuria 4. & 14.* imò eam apertè admiſiſſe, quando aſſeruit: *Ioannem Scotum tanquam Papicolarum Herculem Coloniam acceſſiſſe, vt ibidem de vmbra aſini diſputaret.*

Calūnia Balæi hæretici in Scotum

Sed certè Scotus non vmbra, ſed Sol vmbras abigens, hæretici vmbræ rebelles lumini in quos miré quadrat illud Iob cap. 40. *Protegunt vmbræ vmbram eius.* Vbi acutè Gregorius libr. 33. Moralium. cap. 4. *Dum enim malum peior vindicat, quaſi vmbra vmbram, ne à veritatis lumine irradietur, obſcurat.* Vnde Balæus Pſeudoepiſcopus, & mendax centuriator, ſe prodit vmbram protegentem Beguardorum vmbras, quibus tenebriones hi adeò pertinaciter inſiſtunt, vt lumen faſtidiant: & quaſi opacum, & impenetrabile corpus contrario adniſu veræ fidei fulgorem excutiant. Sunt igitur hæretici vmbræ & in vmbris mortis ſedentes, imò & iacentes aſini, ſeu deplorata illa iumenta, quibus non conceditur requies in vero populo Dei, qui eſt Eccleſia, iuxta Ieremiæ vaticiniū. cap. 22. *Sepultura aſini ſepelietur putrefactus, & proiectus extra portas Ieruſalem.* Quos etiam videtur perſtringere Gregorius dum ſubijcit: *Vmbræ vmbram eius protegunt, dum nequiſſimorum facta nequiores peruerſis patrocinijs tuentur.* In nequiſsimis intellige Beguardos, in nequioribus Anglocaluiniſtas ſpecta. Hæc de Balæo, qui dū debacchatur in Scotum, volens nolens eum in cœlum euehit, quando illum Papicolarum Herculem renuntiat.

Defenſio Scoti, & excutitur Balæi amarulēta.

S. Gregorius

Iſaiæ ca. 22

7 Cùm autem inter Beguardorum & Beguinarum lapſus, ille præcipuus extiterit, quem damnauit Vienenſe Concilium celebratum anno Domini milleſsimo tercenteſsimo vndecimo, (vt obſeruauit Franciſcus Coriolanus Capucinus *in Breuiario Chronologico Pontificum, & Conciliorum ad prædictum annum*) quòd mens creata ex naturæ viribus abſque vllo gratiæ dono beari queat; contra quam hæreſim definiuit Concilium, quòd intellectus creatus non donatus lumine gloriæ nequeat in claram Dei intuitionē conari: & conſtet, Scotum ad id muneris aſcitum, vt orthodoxorum Anteſignanum ageret, & Beguardorum perfidiā protereret; quì fieri queat vt Scoto imponatur, quòd luminis gloriæ neceſsitatem deminorauerit? De

Coriolanus.

Detegitur impoſtura tribuēntiſi Scoto, quòd minorauerit neceſsitatē luminis gloriæ ad viſionem beatificam

quo

Expreſſum dogma Scoti cõtra errorem Beguardorum

quo nos latè *in contron. 9. de Viſione Dei. diſtin. 1. ſubdiſtin. 2. artic. 4. vbi ſub numer. margina.* 19. id teſtimonij tranſcribimus *ex 4. ſententiar. diſtin. 49. quæſt. 11. §. Contra ad Romanos 6.*

Item, hoc eſt perfectionis in natura humana, quòd naturalia non ſufficiant ad vltimam eius perfectionem, quæ eſt anima rationalis; igitur nec ad perfectionem, quæ eſt gratia, & gloria. Præterea; hæc eſt maior hæreſis quàm hæreſis Pelagij, qui poſuit quòd homo ſine gratia poſſet iuſtificari.

Sed iam ad epigramma redeo.

Hic tulit, hic hæreſi prælia dura dedit
Inde genus meriti tantum ſibi Papa refundens
Doctor ſubtilis dicitur, inde dedit.

An Scotus decoratus ſit à Papa præconio Doctoris ſubtilis?

§ Reſtat enim diſquirere, quid velit elogium prædicans, Scotum ſchemate, & præconio Doctoris ſubtilis ob debellatas hæreſes à Papa inſignitum, & nobilitatum?

Opinio Ferchij nutantis in hac re

Nutat Ferchius, an nomine Papæ Summus Pontifex Clemens quintus eo æuo clauum Eccleſiæ tenens inſinuetur; an Pariſienſis Epiſcopus, vel alius prælatus Epiſcopali infula redimitus? Cùm Hieronymus, vel ſic Epiſtolas Auguſtino ſubſcribat: Domino veré ſancto beatiſsimo Papæ Auguſtino.

Iudicij probabile authoris

Aſt licet Papæ vox (quæ græca eſt, & apud Bithynios ipſi Ioui tributa, qui vocabatur Iupiter Papas, id eſt pater) ab antiquis Chriſtianorum præſulibus, præcipuè primatibus, frequentaretur tamen poſt Gregorij I. tempora reliquis Epiſcopis adempta, ſoli Romano Pontifici attributa eſt: vt oſtendit Onuphrius Panuinius, *in tractatu interpretationis vocum Eccleſiaſticarum.* Vnde cum tale cognomentũ Papæ pro omnibus Romano Pontifice inferioribus multo ante Scoti æuũ exoleuerit, & euanuerit; reliquum eſt, vt aſſeratur Scotus á Clemente V. Doctoris ſubtilis agnomine ob contritas hæreſes condecoratus: conſentit etiam ratio temporum, nam quo quo Scotus floruit Pariſijs, Clemens V. curiam ad Auenionem in Gallia tranſtulerat.

Onuphrius Panuinius

§. 6. *Amarulentiæ, & machinationes hæreticorum in Scotum.*

Iuuaſio hæreticorũ in Scotũ ob puritatẽ fidei

1 VErùm ingens ea eſt Scoticæ laudis acceſsio; quòd ob fidei puritatem, & vegetum ſolidumque doctrinæ acumen ad profligandam hæreticorum perfidiam; vbique latratibus, & technis hoſtiliter á Nouatoribus impetatur. Impius ille Eraſmus Lutheraniſmi ſeminarium in ſua Epiſtolarum farragine (vbi ſicut familiariter, & confidenter ſcribit, quando homines ſimilis farinę mutuis allicit, & aduocat blandimentis, vt in ſcholaſticorum Theologorum ordinem criminetur) ita nullum non mouet lapidem, vt contra primaria huius ſapientiæ, vel fulcra, vel columina, Sanctum Thomam Aquinatem, & Scotum, non inſoleſcat hæreticali planè æſtu, & rabie, cùm tamen ex ſcholaſticis Doctoribus nullum alium nominatim traducat præter Thomam, & Scotum.

Eraſmus inſoleſcit in S. Th. & Scotũ

Quæ cauſa huius machinationis in duo columina Theologiæ S Tho. & Scotum

Cui machinationi præter mentem hæreſi intinctam, animum & nerues fecit genium hominis eloquentiæ normis addictiſsimum, & á ſeuerioribus diſciplinis, quæ ob docendi maieſtatem hoſce fucos ſpernunt, prorſus

Inanis fuga Eraſmi fauſtis Luthero

ſus abhorrens, illiſque omnino vacuum, & inſcium: quod nec diffiteri valuit Eraſmus, aliàs gloriæ auidiſsimus in *Epiſtola ad Louanienſes Theologos: Adhuc in Lutherum non ſcripſi, verum tñ; ſi non prodeſt mihi metus periculorum, ſi præter alias cauſas innumeras, otij penuria, ſenectus, corporis imbecillitas; certè prosit imperitia rei Theologicæ, quam iſti mihi ſummam tribuunt, & ego magna ex parte agnoſco.* Sed inanis fuga; cur Lutherum metuit, non veritus Thomam, & Scotum laceſſere? Friuolum ergo effugium excutimus, ſtrictam mentis cum hoſte Eccleſiæ coniunctionem, & cordis conſpirationem reſerans; & imperitiam Theologicæ rei, quam magna ex parte ipſe Eraſmus profitetur, admittimus: non enim niſi cæcutiens Thomam, & Scotum primaria Theologiæ lumina faſtidire potuiſſet.

Irruptio Caſi Oxonienſis in Scotum

2 Aliter etiam impetitur Scotus à Ioanne Caſo Oxonienſi *in Summa Dialectica*; vbi recenſens authores, quos verſauerat, vt opus concinnaret, talem de Scoto effutiuit cenſionem. *Quibus velim addere Scotum, ſi elegantulæ huius ætatis aures non offenderem: ſed ferunt, Scotum in ſepulchro ſuum ipſius excuſiſſe cerebrum, ſuæque curioſitatis iuſtam luiſſe pœnam: quare illum vt ſpinam, & vrticam (quæ nuda ingenia pungunt) aut cautiùs tractandum, aut prorſus à catalogo veterum delendum eſſe, ſuadeo.*

Ma'edicentia Caſi hæretici in Scotũ

Diſpũgitur hæretici dicacitas

Vbi circa nugas de colliſione capitis Scoti in ſepulchro, viderint Iouius, & Bzouius, infra in examen vocandi, quos ſibi aſciuerint ſocios, dum Scoti exauthorationem moliuntur. Si enim fabella de obitu Scoti; quam refutant ipſius hæretici Scotum exprobantis, & damnantis verba (nec enim vllum talis figmenti fabulatorem aſsignat, cùm audacter aſtruit, quòd alij ferant, Scotum in ſepulchro ſui ipſius excuſsiſſe cerebrum, nec nominat, huius criminationis authorem) ſi hę inquam nugę ex putidis tantum hæreticorum lacunis erupiſſent, merito poſthabendę eſſent, nihil enim non temerat, nil non audet hęreſis, vltra pictoriam, & poeticam licentiam, etiã ad plures Deos inducendos: ex Tertuliano (*libr. 1 aduerſus Marcionem in initio*) *An duos Deos liceat induci, ſi forte poetica, & pictoria licentia, & tertia iam hæretica.* Coerceri tamẽ debent, chriſtianique officij admoneri Iouius, Bzouius, & Bzouium tranſcribens Mateneſius.

Tert. libr. 1 cõtra Marcionem

Capitoſum hęreticorum cerebrum cõterendum

Interim tamen, id excuſsionis cerebri contra Caſum Oxonienſem intorqueo, quòd cerebrum Scoti Canoni Eccleſię deuotum conteri non metuit, conterendi tamen cum capite ſerpentis capitoſi Sectarij, qui ſuo iudicio nil non tribuentes, ex inani cerebro, ementitoque pietatis ſpiritu, tanquam ex prõptuario venenum hauriunt, quod miſellis aſſeclis propinent.

Obtũditur 1 criminatio Caſi in Scotũ de inelegantia doctrinæ

3 Nunc duo in hęretici huius pronuntiatis reſtant expendenda: primum, quòd ſimplex dicendi ratio Scotica verborũ lenocinijs orbata, elegantulæ ætatis aures offendat; quæ neruos in doctrina non quærit, nec acrem veritatis diſquiſitionem meditatur, ſed fucatam politioris literaturæ, quam humaniorem vocitant, ſpeciem intendit. Sed ea communis eſt Sectariorum omnium contra Theologiam Scholaſticam excurſio; quia cùm veris, aut verbis ſit aſſertio communienda, & in hęreſi nulla ſit veritas, ſicut & in methodo ſcholaſtica, nulla appareat dicendi venuſtas; reliquum eſt, vt de hęreſi actum ſit, ſi ad ſeueram ſcholaſticę diſſertationis normam, tanquam ad lydium, vel heraclium lapidem reuocetur: tunc apparet lupus abſque pelle ouis, & Satanas laruam Angeli lucentis exuens, induit proprię caliginis imaginem, & lubricis ſe deueſtit ſpectris: nec enim venenum aſpidum ſine melligine vel ſummis labris delibabile eſt.

Neruoſa defenſio Scoti ex Mirandulano

4 Ad retundendam verò hæreticorum petulantium, accipe Ioannis Pici Mirandulani viri ſuo æuo incomparabilis venuſtiſsimam collationem inter Lucretium, de natura, de Deo, & prouidentia, ornatè & nitidè loquẽtem, & Scotum neruosé philoſophantem; Scotum enim præelegit ex integro Theologorum cuneo, quem Lucretio humanarum literarum cultori componeret, & merito præferret: *in Epiſtola 6. ad Hermolaum Barbatum.* Sic igitur habet.

Mirandulani collatio inter Lucretiũ & Scotũ

Quæſo quis in dubium reuocet, uter poeta melior, uter philoſophus? Extra omnem eſt controuerſiam, tam rectiùs Scotum philoſophari, quàm ille loquitur ornatius: ſed uide quid differant. Huic os inſipidum, illi mens deſipiens; hic grammaticorum (ne poetarum dicam) decreta neſcit; ille Deiſque naturæ. Hic infantiſſimus dicendo, ſentit ea, quæ laudari dicendo ſatis non poſſunt; ille fando eloquentiſſimus eloquitur nefanda.

Infringitur calũnia hæreticorum

Faceſſant igitur hæreticorum neniæ obtendentes in Scotum, quòd illepidus ſit, nõ illecebroſus, ob ornatioris loquelæ defectum. ſiquidem Exleges illi, & Nouatores Euangelium defœcatum, ſeu Euangelij redintegrationem, inflatis buccis gannientes, nil ſenſatè, & veré loquantur: *& fando eloquentiſſimi* (vt iactitant, & ſe venditant ſectarij) *eloquantur nefanda.* Scotus verò *infantiſſimus dicendo* (vt Mirandulanus permittit) *ſentiat ea, quæ laudari dicendo ſatis non poſſunt.*

Tuetur vana hæreticorũ garrulitas

Quamobrem S. Iudas eos muta eſſe animalia deſcribit: quia licet loquaciſsimè garriant, nil rectis moribus proficuum, & ſanæ doctrinæ congruum, inſtillant: cùm tamen ſuperbiæ vento diſtenti ſcholaſticam diſputandi normam tanquam inelegantem abigant, & deportandam criminentur. Audi Thadæum: *Quæcunque ignorant blaſphemant, quæcunque autem naturaliter tanquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur.*

Intus muta animalia quamuis loquaciſsima ex S. Iuda

Vnde benè Dermitius Thadæi agens contra Bzouium in *Nitela Frãciſcanæ Religionis pagina 49. Si congruè reſpondendum eſt, non tàm Scotum defendere, quàm pro uniuerſo ſcholaſticorũ Collegio apologiam attexere cogar; hæc nempè ex damnatis Wiclephi, Huſitarũ, Hieronymi Pragenſis, Eraſmi, Lutheri, fontibus deprompta, ſub unius Scoti appellatione in uniuerſam redundant ſcholam.* Scotus igitur maior eſt piorum, & Doctorum hominum calculis, quàm vt huiuſmodi cauillationculis hæreticorum obſcuretur.

Communis hæc eſt hæreticorũ contra Theologiam ſcholaſticam querela

Scoti autem præconia Nicolaus Audectus Carmelita hoc diſticho complexus eſt.

Præconium Scoti ex Audecto Carmelita

Longus, & hic breuis eſt, ieiunus, floridus, aſper:
Sermone & minimo maxima ſenſa refert.

§. 7. *Aliæ Hæreticorum technæ in Scotum.*

Refutatur calũnia Caſi in Scotum

1 SED Age, alteram Caſi Anglocaluiniſtæ calumniam, & punctionem diſpungamus. *Quòd Scotus ſpinoſus, & ortica ſit, aut tantùs tractandus, aut à veterum ſcriptorum catalogo ableganda.* Caſo autem vel hic opportunè Gregorium Magnum oppono, & in Scoti vindicationem accerſo, ex *libr. 33. Moralium in Iob. cap. 4. Quod benè per Prophetam Dominus ſub Babilonis ſpecie redarguit, dicens: orientur in domibus eius ſpi-*

S. Gregor.

na,

S. Gregorius

na; & vrtica, & paliurus in munitionibus. Quid namque per vrticas niſi cogitationum pruriginęs, quid verò per ſpinas, niſi vitiorum punctiones accipimus? In domibus igitur Babilonis vrtica, & ſpina pullulant, quia in confeſſione mentis reprobæ, & deſideria cogitationum ſurgunt, quæ exaſperant, & operum peccata, quæ pungunt.

Qualiter hæretici mean tur alios imbuere hæreſi?

Sed hæc agentes habent etiam nequiores alios defenſores ſuos; vnde illic aptè protinus ſubdit (& paliurus in munitionibus eius) paliurus quippe tanta ſpinarum circundatione denſeſcit, vt præ aſperitate tangi vix poſsit. Intus igitur vrtica, & ſpina naſcitur, ſed vtrumque hoc exterius per paliurum munitur; quia vt decet minores iniqui mala qualibet faciunt, ſed ea nequiſſimi maiores tuentur; vnde & benè ei hic dicitur (protegunt vmbræ vmbram eius.)

Defenſio Scoti ex S Gregorio

2 Ex Gregorio ergo Spiritus ſancti imbrium, & immiſsionum loculplete ſatis ſuperque liquet, quis vrticam, & ſpinam referat Orthodoxus, aut Nouator? Quem paliurus ſentibus obſita figuret, Scotum, aut Caluinum? ſi enim vrtica ea ſit, quæ igneo attactu mentes ad impietatem peruritˌ & vitiorum excitat pruriginem; ſi ſpina, quæ animos eruentat, vt in præcipitium vrgeat: ſi paliurus aculeis ſtipata impiè denſeſcit vt laceret; ea profectò exprimunt Caluiniſmi ſinagogam, neceſsitatem bonorum operum excutientem, nil non effreni libidini indulgentem, ſolaque fide, & iuſtitiæ Redemptoris extrinſeca imputatione blandientem ſibi, vt nil non liceat impunè, dum etiam expiatorius animarum ignis proſcribitur. Vnde cum nil aliud quàm purum Euangelium intonet Caluinus: *Totam fidei maſſam hæretico acore decepit*: vt eleganter Tertullianus *aduerſus Marcionem libro* 1. alij) legunt; *hæretico acore*, ita vt cum ipſo Tertuliano exclamare cogar. *Quis tam conſpersor mus Ponticus, quàm qui Euangelium corroſit?*

Tert. contra Marcionem

Diſpungitur hæretici Caſi amaruletia.

Non igitur vrtica Scotus mentes ad pietatem acuens; non ſpina pungens ad ruinam, ſed enſis, & lancea, hoſtes Eccleſiæ confodiens: non paliurus ſepta tribulis, ſed oliua pullulans, cuius nitentis olei riuulis Eccleſiæ lampades fouentur, & vnguntur Athletę, & pugiles fidei ad debellandam hæreſim. Vnde & merito cenſuit Iacobus Breullius Benedictinus à nobis tranſcriptus: *Quid eruditio Scoti ſit hæreticorum impietati retundendæ opportuna.*

Iacob. Breullius.

Angliæ Regni furit in Scotii ſub Eduardo VI.

3 Sed ad quid Balæi, & Caſi, vbius, aut alterius vrticæ, vel ſpinæ, punctiones recenſeo, dum plena ſentibus paliurus in Scotum denſeſcit, & furit? ſi enim ex Gregorio hæc arbor aculeis circundata adumbret Magnatum potentiam, cùm prauorum tutelam contra pios aſſumit; delineat coccinnè miſeram illam Angliæ effigiem, quando Exleges odio periti, & in ſcholaſticos Doctores debacchantes, machinationibus, & cauillis puerum Regem Eduardum VI. & regni adminiſtros impulerunt, vt Magiſtri ſententiarum ſancti Thomæ, Scoti, & primariorum Theologorum libros (antiquiſsimus Bibliothecis expoliatis, & depilatis) impiis flammis abſumerent; cuius facti ſeriem ſic deſcripſit Nicolaus Sanderus illius æui nobilis, & candidus hiſtoricus:

Nicolai Sanderi deſcriptio perſequutionis hæreticorum contra Doctores ſcholaſticos

Lombardi, Aquinatis, Scoti, eaterorumque doctiſsimorum Scholaſticorum nec mina, de barbarie, Scripturarum ignoratione, & varia deceptione traducunt, meritòque tantum poſſunt, damnant. Deinde, ne quidquam ad ſummam, & impietatem, & ſtultitiam in hoc genere deeſſet, effecerunt, vt petulantes iuuenes horum Scriptorum tanquam iam recenter mortuorum, ingentem conquiſitam ſtruem in ludicro ſpectaculo per vrbem in feretro circumferrent & demum in foro eam cantibus lugubribus concremarent. Hoc appellabant funus, ſeu exequias Scoti, & Scotiſtarum.

Funus Scoti & exequiæ Scoti apud hæreticos

Simi-

Consentit Dominicus Grauina.

4 Similia habet Dominicus Grauina ex Ordine Prædicatorum *in præscriptionibus Catholicis. libr. 1. Eduardus Angliæ Rex Henrici Octaui, sanguine, & errore hæres, collegia, Vniuersitates Theologicas euertit, & Scholasticos incusins, eorum libros vndique collectos ex Bibliothecis, feretro impositos rogo consumpsit, clamantibus adolescentulis: funus Scoti, & Scotistarum.*

Sūma Scotistarum ex rabie hæreticorū in Scotum

O summam Scoti gloriam! hæreticos in vnum Scotum, tanquam in cęteros omnes ferociisse, truculentamque hostium Ecclesię rabiem speciatim in Scotum exertam tanquam in atrociùs inuisum.

Idem ex Petr. Ribadeneira

5 Tertius accedat testis Petrus Ribadeneira Societatis Iesu pius & solers scriptor *in Hispana historia schismatis Anglicani lib. 2. cap. 2.* quem latinum non reddo, tum vt author proprio idiomate loquens neruos addat asserto; tum quia æquipollentibus verbis Sandero in omnibus respondeat. *Y para hazer mayor escarnio dellos, dieron orden que algunos mozos trahiessen, y libres, tomassen vna gran cantidad destos libros, y que en vnas andas los llenassen como muertos por la Ciudad, y los quemassen publicamente en la plaza, haziendo de ellos vna hoguera, y que los lloressen, y plañessen con endechas, y canciones lugubres: y estas llamaron, las obsequias de Escoto, y todos los Escotistas.*

Cur hæretici in Anglia in Scotū atrocius quàm in cæteros doctores inuehantur)

6 Dum autem meditor, cur Angli hæretici in Scotum plus quàm in cæteros Doctores iracundia & stomacho exarserint; nec enim Scoto nostræ scholæ Duci id arrogare intendo, vt illum primariis scholasticę theologiæ Antistibus Alensi, Thomæ, & Bonauenturę, præferam (licet apud multos precellat Scoti acumen) vt ipse tanquam de re Christiana magis demerens acriorem hæreticorum amarulentiam experiretur: cùm Erasmus nouator Bacauus equè Doctorem Angelicum & subtilem vsque ad nauseam exprobret, & de inutilitate doctrinæ, de barbarie, & sacrarum literarum inscitia traducat.

Triumphus Scotistarum in Anglia cō tra hostes fidei

Inueni, ideò Anglos in Scotum prę aliis furia percitos, quia illius asseclæ in Anglia pro primatu Romani Pontificis decertarint glorioſiùs; adeò vt plusquam ducenti huiusce scholę alumni pro fide Catholica, & asserēdo legitimo coniugio Henrici VIII. cùm Regina Catharina Hispaniarum infante Heroina sanctissima (posthabitis adulterinis nuptiis Annæ Bolenæ pellicis Chatarinæ) constantissimè agonizauerint. Nacti socios in campo certaminis inuictissimos Christi confessores Ioannem Roffensem, non tā Cardinalitij galeri, quàm effusi sanginis purpura, nobilem; Thomam Morū pietate & literis celeberrimum: & Ioannem Foresium ex Franciscano ordine, sanctimonia & scientia pręclarum Reginæ Chatarinę confessariū inter duas furcas attrociter lento igne consumptum.

Schisma Hēnici VIII.

Card Roff. Tho Morus Ioa Forestus

Ducenti fratres Minores passi in Anglia

7 Ita author citatus libro 1. capit 25. *Porque el Obispo Roffense y Tomas Moro no quisieron jurar, fueron presos; y porque los Frailes Menores publicamente hablauan mal del segundo matrimonio, se enojo el Rey, y los aborrecio demanera, que a los onze de Agosto mandò echar a todos los Frailes de sus Monasterios, y ponerlos en varias carceles; y eran tantos, que auia mas de docientos Frailes de san Francisco en vn mesmo tiempo presos, y las cadenas, y prisiones que se auian hecho para castigar los adulteros, homicidas, y ladrones, se empleauā en atormentar, y consumir a los seruos de Dios.*

Et in eodem *l. b. 1. cap. 37.* specialiter recensēt varia tormentorum genera, quibus hi sancti fratres mactati, & immolati fuere tanquam hostiæ Deo gratissimæ. Ideò ergo cachinnis, & flamis Scoti, & Scotitarum fune-

Procax machinatio hæreticorũ incõparabilem exaltationẽ Scoto peperit.

ri parentarunt ſectarij Angli. Sed procax hæreticorũ machinatio incõparabilem Scoto peperit exaltationem. Hæc de puritate fidei Scoti, & de excurſione Scoti in hęreticos, deque hæreticorum in Scotũ inuidia, & rabie.

§. 2. *De charitate Scoti in Deum, & qualiter inter ſcholaſticas diſſertationes myſticis iaculaminibus æſtuet.*

De charitate Scoti.

1 ORdine generationis anteit fides, ſerie autẽ perfectionis primas obtinet charitas, de qua ornatè & grauiter Ambroſius lib. de Iſaac & anima. cap. 8. propè finem.

S. Ambr. lib. de Iſaac & anima.

Eſt & illa mors ſanctorum Martyrum valida, quæ culpam abolet ſuperiorẽ, & ideo valida; cuius nõ impar eſt charitas, quæ adæquatur Martyrum paſſioni, vt auferat meritum delictorum. Zelus quoq; vt inferi, quoniam qui zelum Dei habet pro Chriſto nec ſuis parcit: Itaq; & mortem habet charitas, & zelum habet charitas, & alas ignis habet charitas.

Encomia charitatis ex Ambroſio

Et poſt pauca. *Bona igitur charitas habens alas ignis ardentis, quæ volitat per pectora & corda ſanctorum, & exurit quidquid materiale & terrenum eſt; quidquid verò ſincerum eſt probat, & quod contigerit ſuo igne meliorat.* Vbi tria præcipuè in charitatis encomijs præſtat Ambroſius, quæ hocce compẽdio complexus eſt; *Itaq; mortem habet charitas; & zelum habet charitas: & alas ignis habet charitas.*

Percurramus ſingula. Primum; quòd charitatẽ baptiſmo ſanguinis ſupparem faciat, eique energiam ad ſordes delictorum abluẽdas martyrij inſtar attribuat; & ſcitè quidem, cùm charitas martyriũ ſit incruẽtum ſuos habẽs clauos & lanceas, quibus trãsfixus animus, ita cõnectitur amoris glutino, vt affigatur dilecto. Vt idem Ambroſius *to. 2. in enarrat. in Pſ. 118. octonario 15.* elucidãs illud Dauidis iuxta Ambroſij lectionem: *Cõfige clauis à timore tuo carnes meas*: vbi aptè & mellitè magnus ille patet. *Habet ergo clauũ ſuum charitas, habet gladium ſuum, quo anima vulneratur: felix qui hoc gladio meruerit vulnerari: hæc ſunt vulnera, quæ oſculis præferuntur: vtiliora vulnera amici, quàm voluntaria oſcula inimici.*

Charitas ſupparem martyrio.

Habet clauos & lãceas charitas

Charitas non parcit ſuis vt obediat Chriſto.

Deinde in elogijs charitatis effuſus Ambroſius adiũgit; quòd charitas eo dilecti zelo incaleſcat, vt nec ſuis pareat, vt Chriſto obediat; ac proinde in hoc charitatẽ haud inferno cẽſet abſimilem, quòd ſicut infernus nil nõ exequitur, vt læſum ab impijs Dei honorem vindicet, & redintegret (à nullius enim delicti vltione ceſſat, pœnas exigit, nec ad alicuius peccati flectitur ignoſcẽtiã.) Ita ardens charitatis ſtimulus perurget, vt nil pro Chriſti gloria non moliatur, nec in minimis contra Dei præcepta conniueat.

Habet alas ignis.

Accedit ex Ambroſio tertium; quòd charitas alas ignis habeat, quibus ad Deum ignito aduolet aſcenſu.

Scotus eximia in Deũ charitate præditus.

4 Quæ omnia quàm cõcinniter quadrent ad flagrantem mentem Scoti luculentiùs oſtendunt grauium authorum monimẽta, quæ hæc charitatis iacula, vel in factis, vel in ſcriptis Scoti attentè obſeruarũt. Gulielm. Vorilonus author ferè ducẽtis annis nobis antiquior in principio *lib. 2. ſent.* inde merito colligit, Scoti animum iaculatorijs in Deũ precationibus exũdaſſe, quòd etiam inter ſpinoſas logicalium diſſertationum ariditates ſucco charitatis delibutus iaculaminibus myſticis vteretur.

Inter agones ſcholaſticos ferues myſticis iaculationibus.

Vnde agẽs de termino logicali, omnem illico metam finiti, & terminati entis trãsiliẽs, entis ſine termino patrociniũ hac iaculatione inuocat: ita enim Gulielmus affatur Scotũ. *In tãta Vniuerſitate Pariſienſi, tanta ſcientia plenus eras, vt Doctoris ſubtilis nomẽ retineres; cuius doctrinã, cuius opus, nullus error maculauit. Deuotione conſopitus præcipua ſcribebas, dum nempe tuã Logicam incipiens, ita dicebas*: O Deus, qui es terminus ſine termino da mihi benè loqui de termino. *Et ſæpius tuo in libro, quẽ de primo principio intitulaſti, talibus ſolitus es fari ſermonib⁹.* O Domine Deus noſter, qui venerabilẽ Augu-

Gul. Voril. antiqui ſcriptoris iudicio de pietate Scoti.

ſtinum,&c. *In te multa deuotione refertò completum eſt id, quod Homerus de Neſtore iã vetulo ſolitus erat dicere: ex cuius ore melle dulcior fluebat oratio.*
Quod Gulielmi Voriloni de pietate Scoti iudicium celebrãt, & tranſcribunt Ferchius lib. 1. Apologiæ contra Mateneſiũ. num. mar. 26. & Vuadingus to. 3. Annal. ad annum 1308.

Teſtimonia textus Scotici, quæ ardẽtibus ſtimulis exuberãt.

Quod autem Scoti ſpiritus etiam inter ſchoiaſticos agones hiſce vehiculis igneis raperetur in cœlũ, referant frequẽtes charitatis ſtimuli, quib⁹ ſuæ tractationes exuberant; ex quibus pronuntiata aliquot ſubijciam, quæ non aridam & exuccam mentem, ſed cœleſtibus immiſsionibus affluentẽ demõſtrant. In primo enim ſen. diſt. 16. q. vnica, § ad quęſtionem dico. prope finem quæſtionis: vel ſic eximiam in Chriſtum pietatem explicat.

Scotus

5 *Quando ſenſus occupatur circa ſingulare ſenſibile, cuius vniuerſale per ſpeciẽ intelligitur; vt videlicet quãdo ſenſus ſentit illud obiectum, quòd phantaſiatur, & intellectus intelligit, non diſtrahitur tunc intellectus, ſed maximè confortatur: quia tunc potentiæ circa idem obiectum ſibi adminiſtrant eius præſentiam, vt à qualibet ſecundùm eius proportionem apprehendatur. Hoc patet in exẽplo: quando volumus collere Chriſtum, & paſſionem eius compati, facilius eam cõtẽplamur ſi imaginem crucifixi frequentius intuemur, & ex tali intuitione talis ſpecies in phantaſia generatur.* En mens pernicibus alis volans, imò igneis, vt loquitur Ambroſius; ſcandit enim vt columbæ inſtar in foraminibus angularis petræ requieſcat, & nidificet. Pẽde ex phyſico aſſerto de operatione phantaſiæ & motione intentionali obiectorũ, myſticum aſcenſum, & igneum volatum ad Chriſtum cruci affixum.

Scoti animꝰ habens alas ignis ardẽtis vt loquitur Ambroſius

Triẽphus dilectionis diuinæ ex doctrina Scoti

6 Deinde, ne in his multus videar, luculẽter demõſtrat Scoti animũ charitatis iaculo percuſſum, illud diuinæ dilectionis trophęũ, quod ignita Scoti ſubtilitas erexit in 4. ſen. diſt. 50. q. 2. §. reſpondeo ergo ad quæſtionem. ſub n. mar. 7. vbi pro diuino amore ſic intonat, & decertat.

Scotus

Propter fugã mali pœna nullus ſecũdùm rectam rationem poteſt, vel debet appetere nõ eſſe. Probo; nullus recta ratione poteſt appetere non eſſe adſ. giendũ iuſtũ, & bonum; ſed malum pœnæ eſt iuſtum & bonum; ergo propter fugam ipſius nullus debet appetere non eſſe. Maior patet; quia nihil poteſt appeti ſimpliciter niſi eſſe; iuſtum autem & bonum magis habet rationem eſſe, quàm non eſſe; quia non eſſe opponitur ipſi eſſe. Minorem probo; quia pœna eſt quid iuſtum & bonum, quia poſitiuum, & punitiuum peccati & culpæ.

Ad pœnam vitandam nõ licet velle recidere in nihilum. 1. ratio

Præterea, nullus ſecundùm rectã rationem poteſt aliquid appetere cõtra inclinationẽ naturalẽ, quando illa cõſonat voluntati diuinæ; ſed ad eſſe eſt appetitꝰ naturalis, vt patet 2. de Generatione, & 2. de Anima, & eſt volũtati diuinæ cõſonus; quod patet ex hoc, quòd ipſum cauſat immediatè in creatura rationali, & in perpetuũ cõſeruat; pœna autẽ non eſt diſſona voluntati diuinæ, quia inſligit eam; ergo propter ipſam non eſt appetendum non eſſe.

Alia ratio pro aſſerto firmando.

7 Deinde ſub §. ſic ergo intelligẽdo quæſtionem. ſub n. mar. 9. quæſtionẽ decidit. *Quando aliqua duo cõcurrunt ſecundùm diuerſas regulas ſimper illud, quod eſt ſecundùm regulã ſuperiorem, eſt eligendum, & faciendum; ſic eſt in propoſito, quia præceptũ diuinum eſt ſecundùm regulã ſuperiorem, quia ſecundùm volũtatẽ diuinam, quod eſt de non committendo culpam; ſed nolle non eſſe eſt ſecũdùm inclinationem naturalem, quæ eſt inferior; ergo potius debet non nolle ſe annihilari à Deo, quàm culpam ſuam, vel peccatum eſſe.*

Ad vitãdam culpam debet quis appetere annihilationẽ ſui.

8 Præterea ſub n. mar. 11. ſubiũgit Doctor. *Velle illo modo nõ eſſe, ne ſcilicet peccet quis mortaliter, eſt velle nõ eſſe, ne inhonoret Deum; ſed hoc procedit ex maxima charitate & dilectione Dei, quia intãtum vult ſeruare præceptum Dei, quòd potius vult nõ eſſe, quàm tranſgredi. Sed actus procedẽs ex maxima dilectione Dei, eſt actus cõſonus rationi rectæ; ergo debet ſe permittere occidi à Deo, antequam velit peccare: Deus enim non peccat occidendo te.*

Talis affectus erũpit ex charitate maxima.

Etiam ſecundũ Ariſtotelẽ propter actũ virtutis debet quis ſe exponere morti.

Præterea, ſecundùm Philoſophũ. 9. Ethicorum, propter bonum actum virtutis debet ſe virtuoſus exponere morti; non quòd occidat ſe ipſum, ſed quòd ſe offerat alteri vt occidatur, priùs quàm committat aliquid turpe; ergo magis, qui

ſe-

ſequitur legem diuinam, debet ſe exponere morti, etiam ipſi nõ eſſe (intellige annihilationem ſecundùm animam immortalem) *antequam faciat contra legẽ diuinam.*

Ita tamen, quòd nõ occidat ſe ipſũ ſed quod offerat ſe alteri vt occidatur.

9 Vbi in illa verba, ceu potiùs Chriſtianæ philoſophiæ axiomata; *Debet ſe virtuoſus exponere morti, non quòd occidat ſe ipſum, ſed quòd ſe offerat alteri vt occidatur, prius quàm committat aliquid turpe.* Et in pronũtiata antecedẽtia: *Debet ſe permittere occidi à Deo, antequam velit peccare*: *Deus enim non peccat occidendo te*: intendãt fabulatores, qui cum Iouio venalis calami ſcriptore, ſæpiſsimèque in fide hiſtoriæ peccante (plaudentibus hæreticis) poſt bina integra ſæcula ab obitu Scoti elapſa, ſomniarunt, Scotũ in ſepulchro ſe occidiſſe, & ſui ipſius cerebrum ad lapidem alliſiſſe: ſi enim *doctrina ſua noſcitur vir. Prouerb. 12.* vel ex hac Scoti doctrina pateſcit, qualiter carnificem egerit Scotus in ſe ipſum.

Exeemſũtur machinamẽta Iouij contra Scotum

10 Pendãt deinde quã acriter vrgeat & decertet pro amoris triumpho, vt nec eſſe naturali parcat; & quàm cõcinnè Scoto cohæreat illud Ambroſij de flagrãti charitatis ſtimulo: *Zelus quoq; vt inferi, quoniã qui zelum Dei habet, pro Chriſto nec ſuis parcit.* Quomodo autem ſuis indulgeat Scotus Dei honorẽ zelãs, qui nec immortali ſubſtãtiæ animæ parcit, ſed eam in nihilũ abire velit, ne à Deo deficiat? Adſtruit enim, nõ licere damnato velle in nihilum recidere, vt pœnas inferni vitet; quatenus appetitio ſui nõ eſſe ſit cõtra præceptum Dei, & inclinationem naturæ; quòd autem debitos luat cruciatus, ſit iuſtum ſupremi iudicis ſtatutum. Cùm autem dãnato nõ permittat ſuæ annihilationis deſiderium, vt æternos cruciatuum fluctus euadat; cuilibet è re eſſe, imò & illum debitorem cõſtituit, vt potiùs mortalis, & immortalis ſubſtantiæ, deſitionem exoptet, quàm Deum dilectum animæ ſponſum offendat.

Scotus nec immortali ſubſtãtiæ animæ parcit, ne Deum offendat

11 Quare merito his perpẽſis, vel ſic in Scoti præconia prorumpit Ferchius lib. 1. *Apolog. contra Mateneſiũ cap. 2. Benedicta Scoti anima, quæ perpetim anhelabat ad amorem Dei flagrãtem: in quonam ad aures Dunſy beatitas noſtra collocatur niſi in Dei amore? ſtrenuus amoris miles, vexillifer charitatis, trophæti diuinæ dilectionis, Ioannes Scotus.* Licet autẽ in eius ſcriptis myſtica hæc ſaucię animæ pateãt iaculamina, in quarto tamẽ ſententiarũ velut Cygnus morti proximus olorina voce ſuauiùs accinuit; vt doctè & accuratè obſeruauit Ferchius plura Scotici textus teſtimonia tranſcribens.

Scotus trophæũ diuinæ dilectionis vexillifer charitatis appellatus à Ferchio.

Quare & merito ſubiungit Ferchius li. 2. Apolog. in Bzobium n. mar. 41 *Qui Scoti humilitatem charitatẽ, deuotionẽ agneſcere volet, cõſideret ſoliloquiũ Doctore Subtili dignum in libro toto de primo rerum principio. Hoc opus olim à Mauritio Hibernico excuſſum à me manuſcriptũ inuẽtum eſt in Bibliotheca Frãcſcana inclitæ vrbis Cãberienſis ob primariũ Sabaudiæ ſenatum viris tũ dignitate, tũ doctrina præclariſsimis, atq; ob id etiã libris eruditiſsimis inſtructa.*

Quod præcipuè conſtat ex ſoliloquijs libri de primo principio.

§. 9. *De ardentiſsima Scoti dilectione in Chriſtum, & qualiter eum ſub ſpecie parvuli in vlnis exceperit, illius ſuauiſsimo dignatus amplexu.*

1 NImiã Chriſti in nos charitatẽ rectè adumbraſſe videtur Chryſologus, quãdo aſſeruit, quòd in ſublimioribus maieſtatis ſuæ titulis habeat, & recẽſeat, quòd nobis vermiculis officioſus exiſtat: ita enim loquitur in ſer. 57. qui eſt ſecũdus de Symbolo Apoſt. *Sicut Reges triũphorũ ſuorũ titulis nuncupãtur, & ſubiectarum gentiũ nominibus conquirunt numeroſiſsima cognomenta: ita Chriſtus bonorum ſuorum titulis nuncupatur. A chriſmate enim vocatus eſt Chriſtus, qui diuinitatis vnguentum aridis iam mort aliũ membris pius medicator infudit; & vt à chriſmate Chriſtus, ſic Ieſus vocatus eſt à ſalute, qui ob hoc nos diuino infudit vnguento, vt egris certã ſalutem, perditis perpetuam redderet ſanitatem.*

Eximia Chriſti charitas erga nos ex Chryſologo

Chriſtus bonorũ ſuorũ, quæ in homines effundit, titulis nuncupatur.

Scotus in amplificādis animę Chriſti priuilegijs pijſsimus & ſtudioſiſsim.

Hæc iugiter alto, quo pollebat acumine, oleo etiam gratiæ delibuto, meditans Scotus, nil magis in votis habuit, quàm ſpecioſum præ filijs hominum prędicare, & ſpecialibus encomijs prænuntiare. Vt liquet *ex 3 ſen. diſt. 13. q. 4. §. Quantùm ad ſecundam quæſtionem ſub n. mar. 9.* vbi tutatur humanitatem Chriſti omni ea gradualitate intenſiua gratiarum à Deo donatam extitiſſe, quæ de abſoluta Dei poteſtate effici queat; ita vt ſit impoſsibile accrementum exuperās metam gradualitatis intēſiuę charisnatū Aſſertoris noſtri à ſeruitute diaboli; in quo aſſerto & ingenij explicās aciem, humilitatem iuxta docet, & modeſtiam, ſubdens.

In cōmēdando Chriſtum potiùs vult excedere quā deficere

2 *Probabile eſt dicere ſecūdùm Mag ſtrum, quod Deus tātam gratiam ei cōtulerit, quātam potuit, potuit autem ex præced. quæſt. conferre ſummam gratiam creabilem: ergo &c. In commēdādo enim Chriſtum, malo excedere quàm deficere à laude ſibi debita, ſi propter ignorantiam oporteat in alterum incidere.*

S. Auguſ.

Confirmatur iſta reſponſio per illud Auguſt 3. de libero arbitrio: Quidquid tibi vera ratione melius occurrit, ſcias hoc Deum magis feciſſe, quàm nō feciſſe. *Videtur autem ſimpliciter melius ſecūdùm rectam rationem, ſummam gratiam eſſe alicui collatā, quàm non eſſe collatā; quia in hoc manifeſtatur ſumma miſericordia Dei in dādo ſummum bonum gratiæ ſine meritis. Igitur probabile eſt hoc eſſe factum; & non in alio, quàm in anima Chriſti.*

Suſtinet Scotus Chriſtum donatū fuiſſe ſumma gratia creabili à Deo

3 Ex dictis depromimus id, quod in *controu. 9. de Viſione Dei, diſt. 3. ſub diſt. 1. ar. 2. de ſpecifica abſimilitudine viſionis ſub num. marg. 32.* attingimus; quòd non aduerſetur principijs fidei aſſerere, quòd Chriſtus potuerit accipere excellentiorem ſpeciem habitus luminis gloriæ, & charitatis, vt cōnaturaliori ratione eliceret actus ſupernaturales viſionis & fruitionis beatificæ, qui eſſent perfectiores ſecundùm ſpeciem phyſicā, quàm operationes ſupernaturales Angeli productæ à comprincipio ſupernaturali ſpecificè diſtincto, & ſpecificè imperfectiori.

Corollariū ex præcēdēti doctrina Scoti pro excellentia donorum Chriſti

Probabilis ſententia; quod anima Chriſti donata ſit ſpecie præſtantiori luminis gloriæ.

Maius enim Chriſti priuilegium eſt, quod in præſenti admittit Scotus; animam Redemptoris eo ſupernaturalium charisnatum accremēto intenſiuo donatam eſſe, vt maius aliud fieri implicet, etiam de abſoluta potentia Dei (id inquā magis præcipuū & mirabile Chriſti priuilegiū eſt) quàm quod illius humanitas ditata ſit ſpecie præcellētiori habituum ſupernaturaliu, cuius ſpecificæ diſtinctionis, & quidditatiuæ inæqualitatis poſsibilitatē in habitib⁹ ſupernaturalib⁹ ſuſtinēt docti authores neoterici *loco cit.* à nobis trā ſcripti. Sed Scoti ſobrietatē & modeſtiā amplectēs, nil in hac re de facto decerno, cùm etiam in extollenda Chriſti Dñi dignitate nouitatē exhorreā.

Aliud Scoti teſtimonium de pietate Scoti in Chriſtum.

4 Tandem ſubijcio aliud Scotici textus fragmentum, quod non ſolùm myſticos Scoti ignes exarat, ſed propalat eam ſanctimoniam, qua ſacerdotium exercuerit, ex *4. ſent. diſt. 8. q. 1. §. Viterius dico ſub num. marg. 3.* vbi inquit.

Scotus Pende puritatem circa Chriſti obſequium

Congruū eſt Chriſtū eſſe nobiſcum in tali ſigno ſenſibili, vt magis excitetur quilibet ad reuerentiam, & deuotionem ad Chriſtum; & hoc patet de facto, quòd quaſi omnis deuotio in Eccleſia eſt in ordine ad illud ſacramētū: propter hoc enim clerici cū maiori diligētia perſoluit officiū diuinū in ordine ad miſſam. Propter hoc etiā populus deuotiùs audit miſſam, quā aliquod aliud officiū Eccleſiaſticū. Propter hoc etiā ſinguli cū maiori diligētia confitentur, quando intendunt, ſecundū ordinationem Eccleſiæ ſaltem ſemel in anno communicare.

Marianus Florentinus.

Sed vt iam modus ſit, nec integer Scoti textus trāſcribatur, vt æſtuātem illius erga Chriſtum charitatem explanē; his amoris vel flammis, vel iaculis, omni potētem vulnerauit, & ſagittis Scoticę charitatis ſaucium ad eius brachia ſub ſpecie parvuli allexit; vt tradūt graues viri, & integræ fidei ſcriptores. In primis Marianus Florentinus celebris hiſtoricus, qui cōpoſuit hiſtoriam ordinis ab eius primordijs vſque ad annum milleſimū quadrigenteſimū ſexageſimum: & ſecundo ſæculo poſt obitum Scoti ſcripſit *in lib. 3. ſuæ hiſtoriæ. c. 15.* Item Marcus Olyſiponēſis Epiſc Portuēſis in Luſitania vir eximię pietatis & doctrinæ, *in 2. p. Chronico Ordinis lib. 3. c. 6.* Antonius

Marc. Olyſiponenſis.

Cu-

Ant. Cucar. Paul. Berti

Cucarus in 2. *p. Elucidarij B. Virginis.* Paulinus Berti Auguſtinianus in *vita præfixa operibus Scoti*, & alij quàm plures.

Vuadingus

5 Rem ita recenſet Vuadingus *to. 3. Annal. ad annum 1308. ſub n. mar. 42* vbi agēs de myſticis Scoti in Deum iaculaminibus, ſubiungit. *Eaſdem iaculabatur ſtāmas amoris in nocte Chriſti natiuitatis Pariſijs, dum cunas Saluatoris teneriores deuotione celebraret, & profunda meditaretur cōtēplatione. Nāque ſupra ſe raptus, & in ſe poſtea reuerſus, Dei erga nos dignationē, qua frater noſter per aſſumptā humanitatem fieri voluit dignè conſiderans, ſaucio corde ingeminabat illa ſponſa ſuſpiria:* Quis mihi det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ, & inueniam te foris, & deoſculer te? *Amatorijſq; verbis petebat Chriſtum ſibi dari, nō ſolùm tāquam Deum in anima, ſed & viſibilem, tanquā fratrem in Virginis gremio ad vbera eius pendentem Ad cuius feruētes & repetitas preces, ei Chriſtus apparuit in pueri forma, deditq; ſe in brachia & amplexus deuoti ſerui contrectandum.*

Scotus puerū Ieſum excipit & amplexatur

Cant. 8

Rara Scoti auſteritas poſt viſitatio nem extaſim

Diſparente autem viſione, ad altiora ſe accingens, & in virtute proficiēs, propter deuotionē dulciſſimi Pueruli, & ſanctiſſimæ Genitricis, deinceps carnibus abſtinuit, nudis pedibus, abiectis etiā ſandalijs, inceſſit, & pannoſa tunica, nouā admittere nolens, humilis & abiectus inceſſit.

Ferchius.

6 Adiungit etiam Ferchius *lib. 2. Apolog. in Bzouium nu. marg. 16. Quàm amās, quàm amatus à Chriſto Dunſius ex chronicis noſtræ religionis perſpicitur. Nocte ſcilicet, qua Saluator Euāgelizatus, dilectus dilecto, Ieſus Chriſtus Ioanni Scoto ſeſe infantis ſpecie tractādum obtulit; futuræ pignus immortalitatis mortali conceſſit, ac inebriauit torrente cœleſtis voluptatis. Mira Chriſti dignatio, mira Scoti dignitas; ille contracta regni maieſtate ſuauiſſimum ſe corporeis obtutibus præbet infantem: iſte in ergaſtulo carnis cœleſti fruitur libertate, ac libertate; atque in illo inexhauſto deliciarum oceano inextinguibilem, extinguendo, accendit ſitim diuinæ bonitatis. Ex hac præguſtata ſuperna ſuauitatis dulcedine dicebat cum Pſalmiſta:* Quid mihi eſt in cœlo? & à te quid volui ſuper terram? defecit caro mea, & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. *Quàm agrè tum diuulſus à charis amplexibus? quàm cupidus eiſdem perpetuis reſtitui? quàm attentus ad vocem clamātis? ad motum puſſantis quam alacer? quàm velox? pernicisſimè volauit ad ſponſum.*

Mira Scoti cōiunctio ad Ieſum mysticum.

Ferchius. Quantum ſe geſſerit Scotus amplexu pueri Ieſu ditatus

Deinde idem author *lib. 3. Apologiæ in Paulum Iouium* eamdem pueri Ieſu apparitionem ſcribens; *Tradit (ſub num. marg. 34.) Dunſium pauperem ſpiritu, & corpore, nudis pedibus, veſte lacera, omnia reputaſſe quiſquilias vt Chriſtum lucrifaceret; Chriſti amplexu inuiſibili perpetim functum, ſed & viſibili fuiſſe donatum.*

Dermicius Thadei

7 Huic etiam Chriſti apparitioni ſubſcribit Dermicius Thadæi in Nitela Franciſcanę Religionis excutiens illam Bzouij calumniam: *Manifeſti aut certè occulti alicuius criminis apoplexia correptus pœnas perſoluit.* Vbi vel ſic Bzouij refutat amarulentiam.

Sanctitas Scoti ex Derm. Thadęi.

Sed dices, fortè deinceps potuit Scotus ab incepto curſu deficiſſe? Perſeuerātiæ argumentum fuit, quòd florente maximè religione, inter tot ſcientia & vita conſpicuos vnus deſignatus eſt idoneus, qui Coloniæ contra inſurgentes, tum Beguardos, & alios Immaculatæ Conceptionis Virginis impugnatores deſtinaretur eodē ipſo anno 1307.

Mittitur cō tra Beguar.

Perſeuerantiæ argumentum eſt, ſtatua Virginis Pariſijs, qua ad orationem eius inflexa ceruice perpetuum ſanctitatis Scoticæ etiam nunc proſtat monumentum.

Imago Virginis inclinat caput Scoto

Perſeuerātiæ argumentum eſt; quòd Pariſijs cunas celebrāti Saluatoris in nocte natalis ipſius, & profundè contemplāti, Ieſus in pueri forma in brachia & amplexus deuoti ſerui contrectādum ſe dedit, dum illud Cantici ingeminaret. Quis det mihi te fratrem meum, &c.

Apparet Scoto Ieſus ſub ſpecie paruuli

Amplexus pueri Ieſu accēdit Scotum ad ſeueriorē diſciplinam.

Diſparente autem viſione, teſte Mariano, ad altiora ſe accingens, deinceps carnibus abſtinuit, inceſſit nudipes, detractis etiam ſandalijs, inaumentum ad

mortem vſq; non mutauit: quinimo (vt monumenta noſtra deponũt) tã rigidus fuit paupertatis obſeruator, vt vna vilique tunica pannoſa contentus humilem ſe, & abiectum in omnibus geſſerit.

Nico. Vernulæus Louan.

8 Accedit etiam Nicolaus Vernulæus Louanienſis profeſſor in diſertiſsimo panegyrico de laudibus Scoti ſub pagina 25. vbi ſic loquitur. *An non vice quadam, ea nocte, quæ natalis Chriſto fuit, cum diuinum illud admirãdæ Incarnationis myſterium, attonita mente contemplaretur, benigniſsimus illi Ieſus apparuit, eius brachijs dulciſsimum onus incubuit, in eius collum, iterũ atq; iterum repetitis amplexibus inſiluit, eius animum ſuauiſsimis vocibus ſolatus eſt & recreauit?*

Ioan. de Incarnatione Olyſiponen

Conſentit præterea Ioannes de Incarnatione Olyſiponenſis in vita Scoti præfixa libro 1. ſent. annotatione 3. *Dum quadam nocte natiuitatis Chriſti ſolus oraret, & Incarnationis myſteria contemplaretur, viſus eſt viſibiliter, & corporaliter idem Deus homo de cœlis deſcendiſſe, & in forma pueri recenter nati in eius brachijs requieſcere, ipſumq; repetitis amplexibus familiariter honoraſſe, & intimè conſolatum fuiſſe. Quod quãti meriti apud Deũ ſit, quãtique amoris probatio, nemo eſt qui non videat.*

Artu. Monaſterienſis.

9 Vltimò tandem eumdem Chriſti fauorem celebrat Arturus Monaſterienſis in Martyrologio Franciſcano, ad diem octauam Nouembris, in quam incidit felix Scoti obdormitio. *Sed neque diuinis caruit apparitionibus; nocte quadam Natiuitatis Dominicæ, dum Altiſsima Incarnationis myſteria contemplatur, dignatus eſt dulciſsimus Ieſus infantili forma ſeruum ſuum viſitare, eius brachijs inſidere, eumque ſuauiſsimis, & repetitis amplexibus conſolari.*

Apparitio Ieſu in nocte Natiuitatis Domini.

Apparet Scoto cuam B. Virgo Scotus Achilles pugnæ Marianæ.

Quod quidem ſpeciale priuilegium meruit à filio, qui matri ab ineunte ætate ſimiliter ſibi gratioſè apparenti, omne obſequium deuouit, & fideliter adimpleuit, Immaculatæ Conceptionis eius validiſsimus propugnator, & cœleſtis Achiles effectus.

Cur Ieſus appareat Scoto ſub parnuli imagine?

10 Nec incongruum, quòd Chriſtus ſub paruuli ſpecie amplexum Scoti amore flagrantis concupierit, qui, vt piè Chryſologus, ſuorum eſurit charitatem; ita ille voce aurea agens de ſeptima Chriſti manifeſtatione facta diſcipulis ad mare Tiberiadis. ſerm. 78. *Petit eſcas ſaturitas tota rerum; panis ipſe manducat, quia non ille cibum, ſed ſuorum ſemper eſurit charitatem.* Pueri numquid habetis pulmentarium? Reſponderunt ei, non. *Et quid habebant, qui Chriſtum tam ſecum poſitum non habebant, qui coram ſtantem Dominum ſuis adhuc oculis non videbant?* Et paulò infrà perpendens Chryſologus, quòd Chriſtum præ cæteris dilectus Diſcipulus Ioannes primò agnouerit, in illa verba: *Diſcipulus autem ille, qui diligebatur ab Ieſu ait; Dominus eſt.* Subiungit acutè, quæ in Ioannem Scotum apprimè quadrant Chriſti apparitione, ob inſignem charitatem, decoratum. *Primus qui diligitur videt, quia ſemper amoris oculus acutiùs intuetur, & ſemper viuaciùs, qui diligitur, ſentit.* Perſenſit ergo Scotus (ob dilectionem) Chriſtum in ſpecie parvuli apparentem, vt ſe ſe quaſi famelicum inſinuet Scoticæ charitatis.

Pe. Chryſo. Ioan. c. 21. Chriſtus eſurit charitatẽ ſuorum. Ioan c. 21 Qui magis amat videt acutiũ & viuacius.

Paruuli magis eſuriunt

Vnde ſicut & parvuli famelicoſi exiſtunt, & pabuli appetentiores, ideo Ieſus ſub forma paruuli in Scoti illabitur amplexus, vt ardẽtiorẽ Scoticæ pietatis auiditatem & (vt Chryſologi vtar phraſi) eſuriem aperiret.

Chriſtus apparens Diſcipulis vocat eos parnulos & imuiſit eorum ſuo ſpecie parnuli

11 Vbi etiam id occurrit obſeruãdum; quòd ſi in illa Chriſti ad diſcipulos poſt reſurrectionem apparitione, eos parvulos vocauit, vt teneritudinẽ ſuæ dilectionis referaret; *Pueri nũquid habetis pulmentariũ?* Pater enim viſceratim in tenellos infantulos afficitur; in hac verò Scoti viſitatione, & amplexu, ſi nõ appellat Scotum parvulũ, quãdo eum gratanter inuiſit, ipſe tamen Deus ſub parvuli imagine amplexatur Scotum, vt Deus infans & parvulus magnum nobis reddat & prædicet Scotum.

Analogia inter S. Ant. Pad. & Scotum.

Sicut & ſanctiſsimum eius conſodalem nobilitauit Antonium Paduanũ, de quo canit Officium Eccleſiaſticum: *Qui tuæ, quam prænoueras, hic*

viuens

Puer Ieſus arrha gloriæ

viuens arrhas gloriæ Chriſtum videns acceperas. Antonius enim puerũ Ieſum amplexans arrhas & pignora ſuſcipit glorioſæ obdormitionis, feſtinæq; aſſumptionis ſuæ ad cœleſtes eiuſdem agni nuptias in ipſo iuuentutis flore, annum enim agens trigeſimum ſextum trãſlatus eſt ad cęlos Antonius. Ita & Scotus eodem Chriſti amplexu donatus vocatur ad ſuperos trigeſimo quarto ſuæ vitæ anno inchoato; vt Seruatoris noſtri, quem medullitus dilexerat, mortalis vitę metam ad amuſsim imitaretur; vt canit elogium à nobis trãſcriptum *in §. 1. num. marg. 4. Tempora poſt Chriſti propria dulcedine lethum venit atrox raptim carcere compoſito.* Quod obſeruarunt Ferchius in *vita Scoti cap. 4. n marg. 9.* & Dermicius Thadæi in *Nitela Franciſcana Religionis in illa verba Bzouij : Alexandri Alenſis Britanni quondam in Gymnaſio Lutetiæ auditor.*

Vterque Antonius & Scotus puerũ Ieſum amplexatur, vterq; rapitur in ipſo flore iuuẽtutis.

Ferchius.

Derm. Tad.

§. 10. *Pietas Scoti in Deiparam, & glorioſa concertatio pro Immaculatæ Conceptionis aſſertione; inſuper analogia Scoti ad Sanct. Ildefonſum Toletanorum Archipræſulem Mariani candoris pugilem, & ad alios patres defenſioni Virginis mancipatos.*

Eximia pietas Scoti in Deiparam

1 OMnes bonæ notæ hiſtorici tradunt, Scoti animum ardentiſſima deuotionis flãma erga Deiparã deflagraſſe; adeò vt meliſluus ignis ille præcordia Scoti exurens omnes illius cogitatus, affectus, & actiones vẽdicauerit. ac ita ſui iuris effecerit, vt pro Mariç exaltatione nil non moliretur, nunquã ſegnis & tepidus, ſemper gnauus, ignitus, & incõcuſſus miles; & planè dignus qui à Deo præeligeretur Dux ſtrenuus militiæ deſudãtis pro Deiparæ aſſertione à næuo originalis peccati. Sẽper igitur Virginis præconia medullis cordis, & vocis officio perſoluebat; adeò vt videatur illud S. Amedei Lauſanẽſis Epiſ. iugiter verſaſſe *ex hom. 2 de iuſtificatione & ornatu Mariæ.*

Scotus prælectus à Deo Dux militiæ Deiparæ.

S. Amedeus.

2 *Intendamus gloriæ eius, & ingreſſi abyſſum tanti luminis ſplendorem rutilum ſemitarũ illius dilatato corde, & inenarrabili percurramus lætitia dicentes cum Salomone:* Viæ eius, viæ pulchræ, & omnes ſemitæ eius pacificæ. *Quòd ſi dicente eodem propheta:* Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplẽdens procedit, & creſcit vſque ad perfectum diem: *Quis lucem, & ſplendorem ſemitarum eius eloqui ſufficiet? Harum tamen proceſſus, & incrementa viarum partim explicare conabimur, vt ingradibus ſuis glorioſa dignoſcatur, & perſingulos gradus ſuos pronũtietur.*

Prouer. 3. Prouer. 4.

Scotus ſatagit vt omnes viæ Virginis prædicentur paci fas

3 Intendens igitur Scotus Marianæ exaltationi, & abyſſum tanti luminis ingreſſus, rutilumque omnium viarum Virginis meditans ſplendorem, eam in cunctis vitæ gradibus & momentis glorioſam, nunquam à communi contagio fœdatam, cunctas vias eius pulchras, omnes ſemitas æſtimauit pacificas; atqui qualiter omnes viæ Virginis pulchræ, & pacificæ ſemitæ extitiſſent, ſi in primo vitæ momento à diabolo debellata renuntietur, quæ draconis caput in primo exorientis vitæ radio triumphãs attriuerit? Vt ergo pietatem ſuam, & quam de Mariano cãdore conceperat ſententiam, toti orbi celebrem perpetuis monimentis cõteſtaretur Scotus, magnum illud iniuit certamen pro Immaculato Virginis conceptu, præſentibus Apoſtolicis legatis ex Summi Pontificis præſcripto, vt tradit Vuadingus ad annum 1304. *n. marg. 34.*

Suſcipit prælium pro innoxio conceptu Deiparæ

Officium Eccleſiaſticum à Sixto IV. approbatum

4 Sed libet celeberrimum id Scoti facinus enarrare ex officio Eccleſiaſtico Immaculatæ Cõceptionis à Sixto IV. approbato, & cõpoſito à venera-

bili viro Bernardino Buſtenſi: ita enim habet lectio quarta Officij Conceptionis Immaculatæ à Sede Apoſtolica confirmati.

Chriſtus mittit Scotum ad protegendam innocẽtiam Matris ſuæ.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad protegendam Matris dilectæ dignitatem, Scotum Ordinis Minorum Doctorem eximium ad ciuitatem illam protinus deſtinauit, qui aduerſariorum fundamentis, argumentiſque omnibus inuincibili ſermone confutatis, ita Conceptionis Dominæ noſtræ innocentiam clareſcere comprobauit, quòd omnes illi fratres (ſcilicet Doctores) ſubtilitatem eius plurimũ admirati, obmutueſcentes diſputando defecere: qua propter opinio Minorum a Pariſienſi ſtudio illicò approbatur.

Pelbartus à Temeſuar.

5 Accedit teſtimonium Pelbarti à Temeſuar Hungari, viri doctrina & ſanctimonia celebris, qui claruit anno 1490. & inter Beatos ordinis recenſetur ab Arturo Monaſterienſi in ſuo Martyrologio Franciſcano ad diem 27. Maij. *Aduerſa partis tutoribus ſe oppoſuit ingenioſiſsimus Doctor: magnum fuit pondus argumentorum, quibus impetebatur, erantque numero biſcentum; omnia ſine interruptione, quieto & tranquillo animo attentè audiuit, & mirabili memoria ſuo ordine reſumpſit, ſoluendo intricatas eorum difficultates, & nodoſos ſyllogiſmos, eâ facilitate, qua Sanſon Dalilæ ligamina in fauorem Philiſtinorum poſita dirumpebat. Addidit Scotus multas & fortiſſimas rationes, probans Virginem ſanctiſsimam ſine originalis peccati macula conceptam. Actus obſtupefecit ſapientiſsimam illam Vniuerſitatem Pariſienſem, &c.* Ita Pelbartus, *lib. 4. ſtellarij p. 1. ar. 3.*

Agonem fœliciter terminauit Scotus debellatis cõtradicẽtibus

Triumphus Scoti obtinuit vorum Vniuerſitatis Pariſienſis de aſſerenda immunitate Matris.

6 Felix ille Scoti triumphus obtinuit, vt Pariſienſis Academia ſe ſe Religionis, & iuramenti nodo obſtrinxerit ſingulis annis Immaculatum Virginis conceptum ſolemniſsimo officio celebrandi, Pariſino Epiſcopo miſſam offerente; & quòd nulli pateat ad Doctoralem lauream acceſſus, qui iuramentum non præſtet, ſe immunitatem Virginis perpetuò tutaturum.

Statua marmorea Virginis inflexit caput Scoto vindici ſuo

7 Subiungit etiam Vuadingus id, quòd plurimi celebres Scriptores atteſtantur de publica illa Scoti in aduerſarios Immaculatæ Conceptionis excurſione; quòd cùm in arenam deſcenderet Matris Dei immunitatem aſſerturus, & coram obuia Virginis ſtatua marmorea breuiter oraret, illius opem ardenter expoſtulans, ſimulacrum Deiparæ caput aſſertori ſuo inclinauit, ſupernas ei ſuppetias promittens. *Communis ita fert populi Pariſienſis traditio* (inquit Vuadingus ad annum 1304. ſub numer margi. 35.) *Ipſaque imago confirmat patenti, & uſque in hodiernum diem perſeueranti capitis inclinatione.*

Vuadingus

Idem etiam refert Matthæus Ferchius in vita Scoti, capit. 5. numer. margin. 12. *Memorabile & illud euenit Ioanni Dunſio diſputaturo Pariſijs pro innoxio à noxa originaria conceptu Dei parentis, atque enixius deprecanti, repetentique verſiculum.* Dignare me laudare te Virgo ſacrata, Da mihi virtutem contra hoſtes tuos. *Imago namque Diuæ Virginis marmorea caput inclinauit, eoque miraculo victoriam benè pollicita eſt; dicituruque Pariſijs eadem imago capite inclinato ad noſtra tempora perſtare.*

Idem ex Ferchio.

Suffragatur Dermicius Thadæi, & alij quàm plures.

Conſentit etiam Dermicius Thadæi ſupra in §. 9. *præcedenti* tranſcriptus *ſub numer.* 7. in cuius etiam rei teſtimonium graues recenſent Authores Ferchius, & Vuadingus, non ſolum ex Franciſcana, ſed ex Carmelitana, & Ieſuitarum familia.

Idem ex Ioãne de Incarnatione Ollyſiponenſi.

Nec rem inconcinnè deſcribit Ioannes de Incarnatione in vita Scoti, Annotatione 3. *Qui continuam Ioannis Scoti orationem, & contemplationem, erga Sanctos pietatem, & deuotionem, & præcipuè circa Dei Matrem, frequentes extaſes, & raptus fuerit contemplatus; manifeſtè intelliget quàm feruens, quamque ardens fuerit erga Deum amor. Nam ſi teſte D. Dionyſio lib. de Diuinis nominibus, ca. 7. Extaſim faciens eſt diuinus amor: quomodo, quæſo, Deũ amabat, qui totus ferè ſemper erat extaticus? Antiqua & fide digna traditione habemus, quòd cũ de Immaculata Virginis Conceptione diſputare cogitabat, Imaginẽ Virginis alloquutus dixit:* Dignare me laudare te Virgo ſacrata; Da mihi virtutẽ

contra

cōtra hoſtes tuos. *Ad quē prædicta Deigenitricis imago veluti reſpondens caput inclinaſſe, & ſic petitis annuiſſe dicitur.*

Romæ permittitur imago Scoti cui virgo caput inclinat.

9 Adiungo ego, quòd cum hoc anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo nono Comitijs Generalibus Romæ celebratis intereſſem, inter aliorum Sanctorum, & Beatorum Ordinis Franciſcani prælo exaratas imagines, quæ cum facultate ſuperiorum ab hominibus id genus lucri intendentibus publici iuris fiebant, accepi veram Ioannis Scoti effigiem quaſi in extaſim rapti coram imagine Deiparæ draconis caput conterentis, & caput Scoto alumno ſuo inclinantis, illis verbis imagini Virginis orbiculatim impreſsis: *Dignare me laudare te Virgo ſacrata.* Quæ Scoti effigies Reuerendiſsimo Patri Fra. Iacobo Bagnacaualenſi totius Ordinis Minorum Conuentualium Generali Magiſtro dicata eſt à Ioanne Eillars Friſio. Aſt hæc quantum referant ponderis ad probabilitatē facti, & hiſtoriæ faciendā, nemo eſt qui ambigere poſsit, ſi calleat eam iuditij integritatē, qua ſimilia quæq; Romæ permittantur.

Item & Florentiæ, vbi imago Scoti pingitur radijs redimita.

10 Nec etiam committam vt ſilens præteream id, quod plurimi ex fratribus vocalibus Capituli Generalis ſpectauimus Florentiæ; vbi propè principale clauſtrum celebris Conuentus omnium Sanctorum inſpicitur Scoti effigies radijs redimita ante Deiparæ imaginem, cuius patrocinium Subtilis Doctor implorat eiſdem verbis: *Dignare me laudare te, &c.* Imò in eadem vrbe in Conuentu Sanctæ Crucis Fratrum Minorum Conuentualium, vbi exiſtit Sanctæ Inquiſitionis Tribunal, Scoti effigiem etiam radijs, vel laureola in ſignum beatitudinis decoratam inſpeximus in cella P. Guardiani, viri doctrina, & religione conſpicui; quod ne repugnare appareat ſanctioni ſanct. D. Vrbani VIII. ſeriò inhibentis, ne aliquis nondum à ſancta Sede Apoſtolica honorem beatificationis adeptus, ſimilibus radijs inſigniri queat, ita interpretati ſumus, vt Scotus apud Florentinos per longiſsimi temporis ſpatium in poſſeſsione ſit vt depingatur ita; aliàs enim id non liceret.

Suadetur inclinationis capitis Deiparæ probabilitas.

11 Nec eſt cur hæc de inclinatione capitis Deiparæ difficiliora, aut minus certa æſtimentur, ſi verum ſit (ſicut authentica apud nos ſubſiſtit Eccleſiaſtici Officij Conceptionis à Sixto Quarto approbatio.) *Quòd Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad protegendam Matris dilectæ dignitatem Scotum Ordinis Minorum Doctorem eximium ad ciuitatem illam protinus deſtinauit:* Approbauit autem Sixtus id Officium anno milleſimo quadrigenteſimo octogeſimo, vt conſtat ex Bullario citato Æmanuelis Roderici, *Bulla 16. Sixti Quarti*, expedita die quarta Octobris, Pontificatus ſui anno decimo, quæ incipit: *Dilecto filio, &c.* Si ergo ex Summi Pontificis conſenſu liquet Scotum à Chriſto deſtinatū (vel per apparitionem viſibilem, vel per internā inſpirationem) ad ſuæ Matris tutelam; nec difficile iudicari debet, quòd ſtatua Virginis pios Scoti labores acceptantis caput aſſertori ſuo inflectat: imò & quod inclinatum perſeueret per tot ſæcula poſt obdormitionem Scoti, ſiquidem Scotus etiam vita functus deſudat pro Mariani candoris tutamine.

Andr. Theuet.

Et ſi oſſa Scoti pugnant pro aſſertione Immaculati Conceptus Virginis.

Qualia apparuerint Scoti oſſa, quando redintegratur bellū cōtra immunitatē Mariæ Ferchius.

12 Tradit enim Ferchius in *Vita Scoti cap. 8 numer. marg. 8* ex Andrea Theuet. *lib. de Viris, & imaginibus virorum illuſtrium, in Ioanne Scoto*: Quòd cùm ab aduerſarijs Immaculatæ Conceptionis redintegraretur bellum anno Domini milleſimo quingenteſimo nono, Ioannes Scotus rurſus immunitatem Virginis à labe originaria præſentia ſua defenſurus egreſſus eſt oſsibus exutis, poſt Altare Summum Franciſcanæ Eccleſiæ Colonienſis ſeruatis, donec editius monumentum auricalcho affabrè elaborato fabricaretur. Sed ò bone Deus, qualia apparuerunt Scoti oſſa decurſis iam duobus ab illius obitu ſæculis, dum Mariæ innoxius conceptus impeteretur! Attende ex chyrographo authentico, cuius integrum exemplar ex Ferchio, & Vuadingo infra ſubijciā agens de Scoti ſepulchro. *Apertum eſt ſepulchrum Doctoris Subtilis F. Ioannis Scoti ob ſingularem affectionem Patrū,*

Chyrographū authenticum.

& Fratrum, & inuenta ſunt eius oſſa integra, & admodum redolentia ſubrubra, & in iuncturis alba, ad inſtar lactis vncta, & extunc in altari ſummo retrorſum poſita.

Vuadingus And. Theu. Surius Trithemius. Chronicon Citizenſe

13 Similia habet Vuadingus *ad annum 1308. ſub numer. margin. 35.* inquiens. *Cùm anno milleſimo quingenteſimo nono ardenter ageretur de hoc myſterio in Germania, & alibi, vti referunt Andreas Thauet de viris illuſtribus in Ioanne Scoto; Surius in chronicis ad annũ 1509. Trithemius in chronico Spãheimenſi, chronicon Citizenſe eodem anno 1509. & alij; rurſus prodyt Scotus eruttis oſſibus & collocatis ponè ſummum Altare, donec editius, & nobilius monumẽtum fabricaretur, &c.*

Oſſa Scoti rubra, fragrãtia, & lacte delibuta quid indicent)

Quando igitur Mariæ cauſa iterum exagitatur, apparet Scoti funus rubrum, & igneum colorem referens, quaſi ſe ſe ad prælium excitatum, & accenſum indicaret; inſuper & odore fragrans, & lacte delibutum. Tum, vt buſtum Scoti lacteſcens, & rubicundum, ſymbolum & notas exprimat ſpõſi Eccleſiæ candidi, & rubicundi, & ex millibus prælecti; proprijs enim ſuis notis, & ſymbolis militem, ac Matris ſuæ vindicem authorare voluit Chriſtus, quando ille in defenſionem Virginis aduocatur. Tum, vt igneus color feruorem indigitet charitatis, & pietatis in Virginem; ſicut & lac doctrinæ ſymbolum ex oſſibus Scoti erumpens aperiat, ab Scoto ſuppeditari doctrinæ quidquid, & fulcimenti, quod ad periclitantis innocentiæ Marianæ cauſam communiendam hucuſque petiuerit Theologorum cuneus.

Ioan. de Salazar de vindicatur na Deiparæ ab Scoto præſtita iudicium.

14 Vnde non immerito de Scoto conteſtatus eſt Illuſtriſsimus ac Reuerendiſsimus Pat. Ioannes de Salazar ex Ieſuitarum familia quondam deſignatus Archiepiſcopus Charcarum in Regno Peruntino, modò verò in Supremo Generalis Inquiſitionis Hiſpanæ ſenatu iudex, in ſuo laudatiſsimo opere de Conceptione Virginis cap. 13. & cap. 42. *Quòd Subtiliſsimus Doctor, quemadmodum omnibus Theologis Immaculatæ Conceptionis propugnandæ Author extitit, ita etiam nihil prætermiſit, quod in hac re ad maiorem Virginis gloriam facere poſſet. Ioannes Duns Scotus præcipuus ac maximus puræ Conceptionis vindex, qui tantam huic doctrinæ ſuæ authoritatem fidẽ cõparauit, quantam nullus alius ante vel poſt ipſum.*

Etiam ſuffragatur Ca. d. Bellarm. de ſcriptoribus Eccleſ in Idiota.

Suffragatur etiam Cardinalis Bellarminus *lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, qui vel inde colligit, pium illum, & eruditũ authorem, qui ob humilitatem ſe Idiotam nominauit, propriam nomenclaturam celans, & ſupprimens, non anteuertiſſe Scoti tempora (vt ipſe Bellarminus in priori editione libri citati de Scriptoribus Eccleſiaſticis tradiderat aliorum ſequutus iudicium, qui Idiotam vixere ad initium anni nongenteſimi cenſuerunt,) *quia Idiota in libro de B. Virgine cap. 2. & 6. diſputat de Conceptione Immaculatæ Virginis Mariæ, quæ quæſtio poſt Scoti tempora maximè invaluit.* Vbi agnoſcit Scotum primarium Mariani candoris aſſertorem; aliàs enim Bellarmini, vel coniectura, vel probatio eneruaretur, & euaneſceret.

Expenditur analogia inter S. Ildefonſum, & Scotum Deiparæ vindices

15 Sed liceat in honorem Sanctiſsimi Ildefonſi Toletanorum Archipræſulis, & mei tutelaris, aliquantulum digredi, & per analogiam Alfonſi, & Scoti, Marianæ puritatis vindicum, quam in imagine, & fronte meorum commentariorum exaraui, tantiſper ſpatiari. Sanct. Ildefonſus, eò quòd perpetuam Mariæ virginitatem propugnauit, & Eluidianam hæreſim apud Hiſpanos excreſcentem, & graſſantem coercuit, & eliminauit; non ſolùm ſacram veſtem, qua in ſacrificijs vteretur, à Deipara ſibi apparente obtinuit, ſed eximio illo præconio cœleſti condecoratus extitit, quãdo reſerato repente ſarcophago glorioſæ Virginis, & Martyris Leocadiæ, videntibus cunctis, & audientibus, qui Receſuinthum Hiſpaniarum Regem comitabantur, è ſepulchro Leocadia prodijt, & Ildefonſi merita de Deipara commendans, exclamauit: *O Ildefonſe per te viuit Domina mea, quæ cœli culmina tenet!* vitam Mariæ Ildefonſo deberi prædicans. Et iure quidẽ; quia Ildefonſo obſtricta erat honoris & puritatis Mariæ apud Hiſpanos redintegratio, quam Leocadia Deiparæ vitam æſtimauit; honor enim & fama vita

Ex officio Eccleſiaſt.

Eximia Scoti officia in Virginem

eſt generoſę mentis, quæ in occiduum mortis declinat, dum deturpatur, & labaſcit.

Cùm hęc igitur ita ſint, quibus encomijs dignus renuntiari debet Scotus, qui non ſolùm illibatam corporis integritatem, ſed præcellentiorem in Maria Immaculatæ mentis propugnauit candore merenitentibus, & aſſerentibus ex aduerſo per tria integra ſæcula Marianæ Conceptionis noxam, & miſeram illius pro primo vitæ inſtanti ſub iugo Sathanæ captiuitatem, primarijs & doctiſsimis viris. Deinde ſi Deipara Ildefonſum veſte induens cœleſti, ita clementer affata eſt: *Accipe veſtem de theſauris filij mei:* theſauris enim filij condecorari meruit, qui matris integritatem vindicauit; non dubito quin maximum ſupernorum chariſmatum cumulum ſibi theſaurizauerit Scotus Matrem miſericordiæ à nota noxij conceptus liberans: iuxta illud Eccleſiaſtici capit. 3. *Sicut qui theſaurizat, ita & qui honorificat matrem ſuam.* Si ergo per Ildefonſum vixit Maria, per Scotum etiam reuixit; ſi Ildefonſo tutanti integritatem corporis, amictum illum cœleſtem corporeum largita eſt; Scotum puritatis animæ Virginis vindicem inuiſibili ditauit theſauro, inſuper & viſibili inclinatione capitis in ſtatua marmorea Pariſienſi, & etiã ſuauiſsimis pueri Ieſu donauit amplexibus, etiam Pariſijs, vt oſtendimus.

Ex officio Eccleſiaſ. Eccl. Toletanę

Eccleſ. c. 3.

Scotus in cauſa Virginis triſphãs inuocatur patronus in lituibus grauioribus, & fert ſæpenas cęleſtes.

16 Illud præterea non obvolvendum ſilentio (propalat enim miram Deiparæ dignationem in Scotum innocentię Virginis patronum, imò & nos reddit certiores celeberrimę illius concertationis pro innoxio Mariæ conceptu ſuſceptę) quod ſcribit Vuadingus ad annum 1308. ſub num. margin. 44. breui compendio complectens cœleſtia munera ſanitatum aliarumque gratiarum, quæ ope Scoti illum invocantibus conferuntur. *Vidi* (inquit) *plurima teſtimonia authentica Notariorum ſyngraphis, & ſigillis munita in quibus variæ hominum conditiones, & ætates, cœleſtia munera ſanitatum, aliarumque gratiarum, ſe Scoti meritis, & inuocatione accepiſſe, omnibus volunt manifeſtum. Non ea refero ſigillatim, dum ordinariorum aut Romanæ Curiæ approbatione non confirmentur; à varijs ægritudinibus quàm plurimos, à periculis alios, à moleſtijs puerperijs fœminas liberaſſe teſtantur; & in litibus grauioribus, ſeriſque diſſidijs, ſe eumdem expertos propitium iure iurando, & iuris ſolemnitate confirmant. Suſceptam pro Virginis innocentia litem feliciter terminauit, nil mirum ſi in alijs prætenſionibus honeſtis inuocetur vt Patronus.* Quæ cœleſtia beneficia invocatione Scoti immaculatæ Conceptionis advocati fidelibus exhibita fidem faciunt, gratiſsimam Virgini extitiſſe tutelã ſuæ immunitatis, quam eximius Doctor aſſumpſit.

Vuadingus.

Ferchius. Scoti laus & præconia ex aſſerta immunitate Virginis

Quare non abs re cenſuit Ferchius *cap. 5. Vitæ Scoti ſub n. mar. 12. Quòd quãquam Scotus in theologicã facultatem plurimas inuexerit nouas, vel antiquas innouauerit ſententias, ex hac vna innouata de Mariæ Immaculato conceptu, tãquam proprio ſtemmate glorioſiùs eniteſcit, & penè omnibus poſterorum votis collaudatur.*

Quantũ ſibi Eccleſiam obſtrinxerit Scotus ex ſuperato agone cõtra Immaculatum conceptum Virginis.

17 Deinde agens contra Bzouium lib. 2. Apologię: num. marg. 49. ita Scotum dignis exornat præconijs. *Quid ad Scoti mentem excellentius, quam Dei parentis excellentiæ? quibus inueſtigandis pernici volatu, aquilino intuitu (ſine me tantiſper excurrere) eo vſque proceſſit, vt nouas, admirandas, obſeruauerit, obſeruatas protulerit, prolatas perſuaſerit. Quàm multi ex omnibus Eccleſiaſticis Ordinibus Pontifices, Prælati, Cleri, Populi, Regulares, Viri, Mulieres in Immaculatæ Conceptionis Mariæ feſto, Scoti (Scoti inquã) emoti doctrinis, concionibus, diſputationes, declamationes, poemata, ſolemnitates, ieiunia, orationes donaria ſacra in Dei honorem & Mariæ beatitudinem celebrãdã conferunt? igitur per Scotum beatam eam dicunt omnes generationes.*

Analogia Scoti ad ſanctos Patres Mariæ aſſertores

Deinde proſequitur in varias analogias Scoti, & Sanctorum Patrum Mariæ aſſertorum vel ſic effuſus. *Priuilegia Reginæ vniuerſorum tam plurima, tum eximia, alij pij, & docti viri prouexere; at Scotus quàm admiranda! Hieronymus Marianæ carnis virginitatem ab homine non violatam docuit; Ioã-*

Analogia ad Hieronym.

nes

Ad Auguſt

Ad Cyrillũ
Ad Bernar.

Ferthius.
Comparatio Mariæ ad Trinitatem per generationẽ amicã
Collatio ad Chriſtũ redemptionẽ ipſa lem.
Ad Angelos innocentiæ ſocias.
Ad hominũ ſemẽ nõ fœdatũ in Virgine.
Ad gratiam cœleſtem.
Ad peccatũ plenè excuſſum.
Ad legẽ non compichendentem.
ad diabolũ proculcatũ
Corporis & animæ fœdus & armonia enunciatio fœmine
Comparatio n. ſuadi hã ſ. ſnara ex imaginẽ dei ua ab ipſis
Ad labores corporis merito, non pu nitionẽ inſerentes.
Mariæ negata ſalutatio ex Gabriele, extenuata ex Scoto.

Quomodo ſibi conſtet pietas Scoti circa impeccabilitatem Chriſti cont a Ferthium

nes Damaſcus animæ virginitatem nõ cõtaminatam à diabolo. Auguſtinus corpus virgineum à putredine præſeruatum aſſerit, Ioannes à culpa illicæ putredinis. Cyrillus Mariam Dei matrem; Ioannes gratiæ Dei filiam ex Deo natã tutatur. Bernardus ab omni proprio immunem peccato; Ioannes etiam à protoplaſti culpa innoxiam fuiſſe, tuetur.

18 * *Si Deiparã ad Deum cõferas; Ioannes Scotus inter auguſtiſſimã Triadem, & intemeratum Triadis ſacrarium, perpetuas amicitias agnoſcet.*

* *Si ad Chriſtum Redẽptorem; Ioannes Scotus unicã perfectam appellabit, in qua ſola perfectiſſimus redimendi modus præſeruatiuus eluxit.*

* *Si ad Angelorum cœleſtes choros conuertaris; Ioannes Duns æmulam Angelicæ aſſeret innocentiæ, quæ ſola fuerit ex hominum genere innocens.*

* *Si ad homines; exemptam ex hominibus dicet, non Adæ ſemine, ſed Chriſti ſanguine ſub arbore malo, vbi mater Eua corrupta fuerat, ſuſcitatam.*

* *Si ad gratiã reſpicias; Doctor ſubtilis gratiam Mariæ coæuam tradet, quo ve momento anima creata, eodem concreatam eſſe charitatem exclamabit.*

* *Si ad peccatum; vociferabitur, Deiparam eſſe lucem perpetuã ad omne (omni ex parte) peccatum originale, mortale, veniale, depellendum.*

* *Si ad legem Dei compares; Dei poteſtatem in virginum Virgine non ſub lege, ſed ſupra legem, declarabit; ac legem non pro matre, ſed pro omnibus conſtitutam.*

* *Si ad authorem tranſgreſſionis diabolũ; Deiparã docebit Scotus eſſe ciuitatem Dei nũquam hoſtili pede calcatã, ſed quæ pede antiqui hoſtis caput proculcarit, contriuerit.*

* *Si mentis & corporis vinculum perſcruteris; ſubtilium Princeps eã pacis aſylum affirmabit in qua (fomite ſemper extincto) nunquã caro aduerſus ſpiritũ, nunquam ſpiritus aduerſus carnem concupierit.*

* *Si mentem, & mentis vires inquiras; ab omni ſeruitute corporis, & phantaſmatum exolutas fatebitur, & vel primo creationis momento circa creatorem operantes.*

* *Si corporis labores admireris; Ioannes Mariæ ſeruus enuntiabit, meriti exercitia, non ſupplitia fuiſſe labores; patienti Diuæ decorem, peccãtibus nobis emolumentum ſatisfactionis afferentes.*

* *Si conceptionem, exordium vitæ; Immaculatiſſimam. Si partum, vitæ medium; iucundiſſimum. Si mortem, vitæ epilogum; incorruptiſſimam prædicabit. Et vno verbo quam Gabriel gratiam intenſiſſimam nuntiauit, Gabrielis imitator Scotus extenſiſſimam concludet. Talibus duodecim ſtellis caput, hoc eſt initium Reginæ mundi, Doctor ſubtilis coronatum, tali diademate redimitum promet.* Hucuſque Ferchius ornatè & acutè debitis Virginem ex Scoto celebrans præconijs; ita enim obtinuit Scotus, vt iuxta S. Amedei votum Virgo per ſingulos gradus ſuos glorioſa pronuntietur.

19 Qualiter autem ſibi conſtet Scoti pietas Virginem Matrem à noxa originaria liberans, & Chriſtum peccabilem de abſoluta Dei poteſtate aſſeuerans; oſtendimus contra Ferchium infra in controuerſia vndecima de Scientia Dei, diſtinct. 2. de Scientia contingentium abſolutorũ art. 2. in digreſſione, an voluntas poſsit neceſsitari à Deo? ſub num. marg. 70. Ferchio Franciſcano, Scoti accuſatori, Petrum Lorcam Ciſtercienſem Scoti aſſertorem, & vindicem opponentes.

§. 11. *De charitate Scoti in proximos, & qualiter nullum ſcriptorem adorſus fuerit contendendi libidine, ſolo reſerandæ veritatis zelo & acumine punctus.*

Charitas Scoti in proximos

1 PRælibatis his, quę de eximijs charitatis Scoti in Deum, in Chriſtum, & in Deiparã officijs, præmiſimus; reliquum eſt, vt flagrantem Scoti in proximos charitatem percurramus; de quà ita cenſuit Antonius Poſſeuinus egregius ſcriptor ex Ieſuitarũ familia, *in ſuo apparatu ſacro.*

S. Auguſt. Poſſeuinus

Certè eum illud Diui Auguſtini de Charitate verum ſit: Ille tenet quidquid latet, & quidquid patet in diuinis ſermonibus, qui charitatem ſeruat in moribus. *Haud mirum fuerit, ſi ingenium Doctoris Subtilis appellati modeſtia, & charitate præditum altiſſimos ſenſus eruere potuerit ad veritatem indagandam. Nunquã enim ſuam ſententiam profert in aliorum iniuriam, vel depreſſionem; quin quorum, aut errores conuellit, aut opiniones exeutit, tã id modeſtè & adeò plerumq; ſuppreſſo nomine facit, vt Chriſtiano pectori bæſiſſe à Domino ſapientiam (certè integram mentem) conijci poſſit.*

Optimum illius de charitate Scoti iudicium

Execrantur amarulentiæ Iouij & Bzouij in Scotũ

2 Scoti ſcripta attentè perlegiſſe videtur Poſſeuinus, non ita Abrahamus Bzouius, addo Paulum Iouium nec Scotum à limine ſalutaſſe; qui inter alias, quas in Scotum euomuit amarulẽtias, à Bzouio tranſcriptas ſic in Doctorem ſubtilem inuehitur.

Pau. Iouij in Scotum criminationes

Nemo eorum, qui non inſano pietatis amore flagrantes vltrò ſe ſe cœnobijs in ſeruitutem addixerint, Ioanne Scoto in grauiſſimis ſtudijs aut acrior, aut ſubtilior fuit; cum admirandis commmentationum voluminibus editis nouam de nomine ſuo ſectam conderet, & in Aquinatis ſcripta non diſſimulanter inueheretur. Et poſt pauca. *Verùm hic proteruo captioſoque differendi genere Chriſtianis dogmatibus illuſiſſe videtur; cum paſſim inducta quæſtione, dubitabundus ſacrarum rerum fidem nequaquam tenui figmentorum caligine confudiſſet. Senit enim ideo lites immortales, quando eius placita, vel grauiter ab aduerſæ ſectæ profeſſoribus oppugnata, ex aduerſo ab eius diſcipulis acerrimè defendantur, &c.*

Diſpungũtur technæ Iouij

Alia deinde ſubijcit Iouius in Scoti exauthorationem, ſolo dictionis nitore, quo pollebat nixus, abſque vllo iudicio & hiſtoriæ fide, ſtrophis, & verborum lenocinijs lectores pelliciens, vt pro auro ſcoriam, pro iure iniuriam inſtillet. Cuius ſcriptoris technas felicitsimè profligat Herchius, *lib. 3. Apol. contra Iouium*, & nos euidenter proterimus in §. ſequenti de virtute ſpei in Scoto, excutientes calumniam de deſperatione Scoti ſe ſe ad petram ſepulchri allidentis.

Scotus non fuit antegoniſta S. Th.

3 Modo autem pro eximio, quod in Scoto eminuit, charitatis dono in proximos, & quod præcipuè in eius ſcriptis luce clarius enitet, adeò, vt tantum lippientibus, imò & cæcutientibus, Iouij, Bzouij, & aduerſariorum oculis non obuium eſſe queat; prætmitto eſſe manifeſtam impoſturam, Scotum, S. Thomæ antegoniſtam adſtruere. Scotus enim, licet primariorũ ſcholaſticorum pronuntiata zelo propalandæ veritatis ſuccenſus ad ſubſellia vocet, & iudicij trutinam: ſic enim Alexandri Alenſis, Bonauenturæ, Henrici Gandauenſis, Varronis, Præſupoſitiui, Ægidij, Gotfredi, Heruei, expendit & vrget placita; haud ſecùs etiam S. Thomam adoritur ſummo animi candore & modeſtia veritatis indagini inſiſtens; non in tanti Doctoris depreſsionem aut iniuriam (vt verbis Poſſeuini vtar) *ſed pleriquę ſuppreſſo nomine, vt Chriſtiano pectori bæſiſſe à Domino ſapientiã (certè integrã mentem) conijci poſſit.*

Ant. Poſſeu.

Scotus impugnat aduerſantes ſuppreſo illorũ nomine, & cur?

Cæterùm, id quod in Scoto celebrat Poſſeuinus, Doctorem Subtilem conſulentem honori authorum, quorum pronuntiata excernit, eos innominatos ommittere, vt nominibus parcens, opiniones, non opinantes, refellere voluiſſe oſtendat; adeò improbam Scoti aſſeclis, & marginatoribus intulit defatigationem inquirendi Doctores, quos Scotus adoriatur, vt ſummo ſtudio huic diſquiſitioni inſiſtentes & deſudantes, prædicto muneri ſatis & pro dignitate non reſponderint, vt doctè oſtendit Ferchius *lib. 3. Apolog. contra Iouium ſub n. mar.* 12. Obſeruans, quòd licet Gulielmus Vorilonus concinnauerit opus, quod *Vade mecũ* appellauit, in quo collegit opinionum ab Scoto impugnatarum authores; adhuc ſuſpicio vrgeat, quòd exactè non obtinuerit intentum.

Guliel. Vorilonus author libri *Vade mecum.*

Scotus in tribus tantũ locis nominat S Thom.

4 Sed pro noſtra obſeruantia in grauiſsimam Patrum Dominicanorum familiam, quam Ordo Minorum in viſceribus gerit charitatis, & pro ea, qua Angelicum Doctorem (vt par eſt) pietate ſuſpicimus, & veneramur, adnotare liceat; quod exaratis vniuerſis Scoti ſcriptis, tres tantùm inuenti ſunt loci, in quibus Scotus Sanctum Thomam nominet; & præterea in altero tantùm loco appareat Secundam Secundæ, præterito nomine Sancti Thomæ, citaſſe; vt accuratè oſtendit Ferchius *loco citato.*

S. Thom. ferè præter intentũ impugnatur ab Scoto.

Ita vt confidenter ſubiungat ſub num. marg. 12. Quòd ſi ſeriò verſentur volumina Scoti, manifeſtè conſtabit, Angelicum Doctorem à Subtili impugnari ferè præter intentum, & diſſertationis ſcopum; ſed in examen, & diſcuſsionem Henrici Gandauenſis Doctoris Solemnis ſuo æuo vocitati omnes nervos, perſpicacitatem, & acumina intendiſſe; non liuore, aut taxandi æſtu, ſed quia Henricum illius ſæculi famigeratiſsimum Doctorem talem æſtimauit Scotus, qui aliquantulum depuratis, ſeu detœcatis eius ſcriptis, candidior & vtilior redderetur Theologorum ſcholæ, & ordini.

Ferchius.

Vnde iure colligit Ferchius: *Ideoque ſiue omnes, ſiue vnum aliquem delectum Scoto concertatorem ſpectes; eum Aquinatem non eſſe, deduces. Controuerſia verò propterea inter Thomiſtas, & Scotiſtas nota, quòd & Scotus, & Aquinas ſequaces habuerint. Quòd ſi pergant ij Patres (qui a Regia B. Virginis ſeruitute Seruitæ nuncupantur) Henricum, quem ſuum eſſe cognouerunt, & Principem literarij exercitus delegerunt, ſequi, & voluere; atque in diſputando, docendo, ſcribendo producere: non dubito, quin ex acutiſsimis, & ſolidiſsimis tanti viri fundamentis multum negotij, tum Scotiſtis, tum Thomiſtis faceſſant.*

Scotus præcipuè impetit Henr. Gãdauenſem ordinis Seruorũ

Vitalis Zuccolius Commentator Henrici.

5 Quare & primarium Henrici colluctatorem eſſe Scotum, agnouit Vitalis Zuccolius Abbas Camaldulenſis Henrici Commentator *in præfatione commentationum in Quodlibeta*, inquiens. *Flores apparuerunt in terra noſtra, tempus putationis aduenit. Flores odoris ſuauiſsimi, tum ſeuit, tumq; plãtauit Doctor ille Solemnis Henricus Gandauenſis; non adeò tamen manifeſta virtutis, vt eorum beneficio quiſque potiri poſſet. Quòfactum eſt, vt neophitis, in campis Theologiæ nondum tempus aduenerit putationis. Vt autem aduenire optatũ eſt à multis; quod ſperari quidem poterat, ſi quis amore ductus olitor, & hortum aperiret, & ignotiorum virtutes florum patefaceret hortum ingredientibus. Cæterùm valdè peritus exigebatur olitor, qui fortè tamen nequaquam inueniri poterat tantum laborem ſuſcepturus. Nimirum is ille Doctor ſit, aduerſus quem tanta moliri Subtiliſsimus contendit Scotus; quippè ſatis cognouerit ingenium viri.*

Scotus primarũ colluctatorem elegit Henricũ

Magna Scoti ſobrietas in examinandis S. Thopiacitis

Non ergo Sancti Thomæ antegoniſta Scotus, ſed Henrici; in Doctoris autem Angelici theſes licet aliquando inſurgat, pronuntiata tamen eius non acerbè ſed modeſtè examinat, cum Chriſtiana tamen libertate, & integritate (quare à Deo integra mente donatus à Poſſeuino aſſeritur,) eaque pietate, & iudicio, vt magno Doctori, qui tunc inter ſanctos ab Eccleſia relatus non erat, nunquam iniurius appareat, ſed ſuus ho-

nos

nos (quo digniſsimus eſt) ſartus tectus ſubſiſtat.

Scotus etiã inexcutiẽdis Ethnicis authoribus modeſtiam docet.

6 At ſuperuacaneum æſtimo pietatis Scoticæ officia erga primarios & Catholicos viros adſtruere, quando circa exleges & ethnicos homines ita ſe temperatè geſsit, vt etiam illorum lapſus pijſsimè interpretans normam omnibus ſcholaſticis tradat ſobrietatis & modeſtiæ in aduerſantium placitis taxandis.

Scotus

Accipe ex Scoto ſcribendi, & aduerſarios expugnandi, Canonem ex 1. ſententiar. diſt. 8. quæſt. 5. §. de intentione iſtorum. ſub numer. margin. 8. vbi inquit. *De intentione iſtorum Philoſophorum Ariſtotelis, & Auicennæ neſcio, ſed nolo eis imponere abſurdiora quàm ipſi dicant, vel quàm ex dictis ipſorum neceſſariò ſequatur; & ex dictis eorum volo rationabiliorem intellectum accipere quem poſſum.* Pende ſcribendi regulam Chriſtiano Doctore dignam.

Canõ & regula Scoti pro taxandis pronuntiatis aduerſariorum

7 Similia habet in Quodlibet. 7. §. Sed quia nulli. ſub numer. marginal. 38. *Nulli imponenda eſt ſententia falſa, vel multum abſurda, niſi habeatur expreſsè ex dictis eius, vel ſequatur euidenter ex dictis eius. Et cùm iſtud;* Angelum eſſe ens à ſe; *ſit non tantùm falſum, ſicut patet, ſed etiam valdè abſurdum, quia oppoſitum eius poteſt demonſtrari, vt patebit, nec iſtud legatur expreſsè ex litera Ariſtotelis; non videtur hoc ſibi rationabiliter imponi.* Diſcant ergo æmuli Scoti ſe à dicterijs & impoſturis temperare; tanti Doctoris in aduerſariorum expugnatione ſuſpicientes ſobrietatis normam.

Scotus ruſticos & abiectos homines inſtruit ad ſalutem.

8 Aſt, vt deſcriptioni huicce eximiæ Scoti in proximos charitatis coronidem imponamus; haud leue extitit Scoticæ pietatis indiciũ ſubtilis ea admonitio, qua ruſticum in fide vacillãtem, & vitę licentiam ex certitudine æternæ prę ſcientiæ, & ex prædeſtinationis arcanis impiè depromentẽ coercuit, & ad rectam mandatorum Dei viam gnauiter percurrendam excitauit: rem ita ſcribit Ferchius in vita Scoti, cap. 6. n. marg. 19.

Subtilis & pia admonitio Scoti ad ruſticum in fide vacillantẽ.

Sapientibus, & inſipientibus debitor, libens ingenioſos docere, ac etiam rudes erudire non detractauit. Lucidum charitatis, atque dignationis documentum profert Gulielmus Vorilonus in 1. diſt. 38. Doctor Subtilis per Britaniam iter agens ſeminãti cuidam occurrit, & Chriſtiana pietate monita ſalutis inſerere ſtuduit. Tum ruſticus: Cur mones? ſi Deus præſciuit me ſaluãdum, ſiue benè, ſiue malè fecero, ſaluabor; ſi verò damnãdum, damnabor. Excepit ſubtiliter Subtilis: ſi diuina ſcientia, vt arbitraris, hanc rebus neceſsitatem infigit; ne ſemines; ſi nãque Deus præuidit naſciturum fore triticum, ſiue ſemines, ſiue non ſemines, naſcetur: ſi non naſciturum, non naſcetur: arena itaq; ſemina mãdas. Illum obmutescentem ſubinde pius Doctor inſtruxit.

Gul. Vorilo. Ferchius.

Idem ex Vuadingo

9 Eamdem Scoti cum ruſtico congreſsionem ita refert Vuadingus ad annum 1308. ſub num. marg. 41. *Non obſcurum ſanè charitatis argumentum, & indita à Domino ſapientiæ, proximis proficuæ, illud, quod de eo refert Gulielmus Vorilonus; nimirum per Britanniam maiorem, ſeu Angliam, iter agentem occurriſſe cuidam agricolæ hordeum ſeminanti, & Chriſtiana pietate eumdem, (fortaſsis iurantem, aut laboris impatientem) æternæ ſalutis, & diuinæ legis monuiſſe. Cui indignabundè ruſticus: vt quid fruſtra verba profundis? Illud perſuaſum, & certum habeo, Dei adimplendam erga me voluntatem; & æterna præſcientia iam vidiſſe quidquid de me acturus ſit. Si ſaluare, vel condemnare me ſtatuit, mea inanis eſt opera, ſiue bona, ſiue mala; nec illa ſalvabit, nec iſta condemnabit. Excepit patienter vir pius pernitioſam doctrinam, & familiari retorſit exẽplo. Si diuina (inquit) ſcientia, vt arbitraris, hãc neceſsitatem rebus imponit; vt quid hunc ſeminãdi laborem aſſumis? Etenim ſi Deus præuidit naſciturum fore hordeum, ſiue ſemines, ſiue abſtineas ab opere, naſcetur; ſi verò non naſciturum præuidit, vtiq; non naſcetur: arenæ itaque ſemina mãdas. Illum obmutescentem ſubinde pius Doctor inſtruxit.*

Replica Scoti acumine, & pietate digna

Gul. Vorilo. præco charitatis Scoti.

Quod autem ex mẽſa Scoticæ charitatis hoc fruſtulum, vel micã, nobis ſeruauerit, & propinauerit Gulielmꝰ, & à tenebris antiquitatis vindicauerit

eſt

eſt cur gratulemur illi; fuit autem Gulielmus Vorilonus author ferè ducẽtis annis nobis antiquior & charitatis Scoti magnus æſtimator & præco, vt liquet ex verbis, quæ ex illo tranſcripſimus in §. 8. num. margin. 4. agentes de pręcellenti charitatis dono in Scoto, amoris ſpicula in Deum, & proximos iaculante.

§. 12. De ſupernaturali dono ſpei in Scoto; vbi excutitur fabella de deſperatione eius in ſepulchro.

Spes non pẽdet in cõſeruatione ſui à charitate.

1 PRiùs de virtute ſpei quàm de charitatis dono agendum erat, ita enim diſputationis ſeriem attexunt ſcholaſtici Doctores; ſiquidem ordine generationis & independentiæ anteit ſpes charitatem: nec enim ſpes (ſicut nec fides) in conſeruatione ſui à charitate pẽdet, ſicut è contra charitas ab ſpe: ideò tamen in hiſtorico hoc vitæ Scoti proceſſu priùs charitatis Scoticæ præſtantiã elucidauimus, vt firmiora pręſterneremus vel apparemus fundamẽta ad proterendas technas & cauillos aduerſantium, qui iniurioſiſsimè & contra omnem hiſtoriæ fidem, effutiuerunt, Scotum in ſepulchro deſperaſſe, & ſui ipſius carnificem extitiſſe.

Paul ad Hebræos, c. 6.

2 Supernaturalis autem doni ſpei præſtantiam, & neceſsitatem ita referat Paulus ad Hebræos cap. 6. *Qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem, quam ſicut anchoram habemus animam tutam ac firmam, & penetrantem uſque ad interiora velaminis, vbi præcurſor pro nobis introijt Ieſus.* Quem locum hocce erudito illuſtrauit Commentario Magnus Pat. Ambroſius, tomo 3. in hunc textum Pauli. *Sicut anchora iacta è naui non permittit eam circumferri, licet venti commoueant eam, ſed iacta firmam facit nauem, ſic & fides ſpe roborata introducit nos in rerum ſpeciem, quam modo in fide, & ſpe tenemus; ideo addidit dicens.* Et penetrantem in interiora velaminis: *tempeſtas enim, & multus imber commouet ratem, anchora autem non permittit demergi, &c.*

Diffinitio ſpei anchoræ ſalutis noſtræ

S. Ambro.

Iouius præceps hiſtoricus ſpei anchorã ab Scoto ſurripere pertentauit poſt duo ſęcula ab obitu Scoti

3 Quam ſalutis anchoram impiè ab Scoto ſurripere voluit, poſt integra duo ſęcula ab illius obitu elapſa, Iouius præceps, & ambiguæ fidei hiſtoricus ab inuidis, & gloriæ tanti Doctoris æmulis ad maledicendum conductus, vt Mariani candoris aſſertor in deſperationis impingatur ſcopulos, quando inſtaurantur belli reliquiæ contra innoxium Virginis conceptum, & quando Scoti funus fragrans, lacte ſcens, & igneum, reſumit vires ad triumphum: vt oſtendimus in §. 10. numer. margin. 12. & 13. Sed apertè reuincitur Iouius ex ſequentibus Ambroſij pronuntiatis: *Spes verò penetrat interiora velaminis, dum cœleſtia abſque vlla dubitatione credit, & ſperat, & amat, operibuſque oſtendit, vt potequi credit quod & ſperat: vt firmiorem itaque nobis ſpem adderent, ſubiunxit: Vbi præcurſor pro nobis introijt Ieſus.*

Excutitur fabella & impoſtura Iouij

Si ergo ex fide, dilectione, & ſanctis operibus pateſcit ſpei firmitas, cur in deſperationis barathrum ſe ſe illidat Scoti animus, eo fidei robore communitus, tanto diuinæ dilectionis igne æſtuans, tot ſanctarum operationum ſatellitio ſuffultus, ita de Regina miſericordiæ, ob aſſertam ſui conceptus immunitatem, demerens, tandem pueri Ieſu ditatus amplexu, ac proinde & inuitatus, & quaſi manuductus à Ieſu præcurſore ad penetranda interiora velaminis, vt loquitur Paulus. Quis enim ſuauiſsimos illos amplexus præcurſiones, ſponſiones, vel arrhas gloriæ, in Scoto noſtro non æſtimet? Cur præterea Scotus in deſperationis prolabatur præcipitiũ, ſi ita religiosè de Dei bonitate ſentiat, vt illius piiſsimã miſerationem circa me

Scotus introductus ad interiora velaminis à Ieſu præcurſore

rita per peccatum mortificata luculenter exaltet ad inſerendā mētibus de eximia Dei bonitate confidentiam?

Scoti doctrina de meritis mortificatis qualiter reſpiciantur à miſericordia Dei?

4 Accipe auream Scoti doctrinam ex 4. ſententiar. diſtinctione 22. quæſtione vnica. §. Secundum corollarium eſt: nume. margin. 13. vbi habet ita. *Illa, quibus reſpondet magnus gradus gloriæ, dum ſunt mortificata, non poſſunt mereri minimam gratiam; alioquin qui cecidiſſet à multis meritis, iam meruiſſet, vt reſurgeret ab illo lapſu per primam gratiam ſibi propter iſta merita conferendam. Nec tamen credo, quòd merita mortificata omnino nihil faciant in acceptatione diuina ad primam gratiam dandam huic lapſo; quia etſi ſecundùm ſtrictam iuſtitiam iſte inimicus Dei non ſit dignus de propinquo ad aliquam gratiam, & gloriam: Tamen excellens miſericordia Dei propter præcedentia merita licet mortificata citiùs dat gratiam ad reſurgendum.*

Homo ſanctior qualiter cadat grauius, & ſurgat citiùs?

Vnde ſicut credo, quòd perfectior grauiùs cadit propter maiorem ingratitudinem: ita credo, quòd cæteris paribus citiùs reſurgit propter Dei benignitatē, merita prædicta ad hoc aliqualiter acceptantem.

Exēplum, de homine iuſto grauiſſimè lapſo

Vnde aliquando audiui de viro priùs valdè perfecto, & poſtea profundiſſimè lapſo, (cùm propter facinora ſua eſſet morti adiudicatus) miſericordiſſimè viſitato; perfectiſſima pœnitentia ſibi ſubitò inſpirata eſt. Iſtud benè debet allicere quemlibet ad ſemper meritoriè agendum pro viribus; quia ſiue manſurus, ſiue lapſurus ſit, non erunt iſta in obliuione totaliter coram Deo.

Opportuna illatio cōtra Iouium ex doctrina & moribus Scoti

5 Si ergo Scotus omnes ad ſpem alliciens, ipſe inſperans defecit, merito reprobus efficeretur, dum alijs prædicat probitatem; & qui priora merita etiam per peccatum mortificata non eſſe totaliter in obliuione coram Deo ad diuinam pietatem excitandam ſeriò affirmauit; cur ſui impos, & immemor piorum laborum, quos pro Deiparæ immunitate adiuit, feruidæ etiam Beguardorum hæreticorum debellationis, inſuper & vitæ innocentiſsimæ in ſumma auſteritate, paupertate, & iugi rerum cœleſtium contemplatione exactæ oblitus, ſolo accuſante, poſt duo integra ſęcula, Iouio deſperat? Aſt ita perſpicuum eſt non defeciſſe Scotum, imò inconcuſſum illius animum anchora ſpei communitum, carnis ſarcinam exuiſſe; ſicut & conſtat, venalem & malæfidei hiſtoricum, apud omnes bonæ notæ authores haberi Iouium. Sed iam fabellam eius ſubijcio, quam lubens excepit Bzouius, & Bzouium tranſcribens Mateneſius, quibus ſubſcripſit Ioannes Caſus Oxonienſis hęreticus à nobis diſpunctus *in §. 6. num. 2.*

Iouius Bzouius. Caſus Oxōnienſis

Viruleꝫ opprobrationes Iouij contra Scotum.

6 *Iouius.* Sed qui aliquot præclara eius ordinis ingenia ad optimam frugem nata, diſtorto ſcilicet ad veritatem itinere, ſuſpendiſſe, perdidiſſeque videtur; manifeſti, aut certè occulti alicuius criminis, apoplexia correptus, pœnas perſoluit: ita quidem vt nimis feſtinato funere pro mortuo tumulatus, cùm, redeunte vita, ſerò morbi vim natura diſcuteret; fruſtra ad petendā opem miſerabili mugitu edito, pulſatoq; diu ſepulchri lapide, eliſo tandē capite perierit. Hucuſq; Iouius ſtipatus colluuione nugarū, vt Scotū traducat, & laceſſat figmentis. Nec hęc nos ſuppudet tranſcribere, vt medicam manum, & tergentem adhibeamus ſpongiam.

Ingenua Iouij confeſsio de fide ſuę Hiſtorię

7 Iouij vox fuit (*vt tradit Ferchius libr. 3. Apologiæ numer. margin. 8.*) multa ſe in hiſtorijs vera, multa falſa poſuiſſe; ſed poſt centum annos omnia tanquam vera credenda fore. At mentita eſt ſibi iniquitas: falſa enim veris inſerens, & immiſcens, omnem ſuæ hiſtoriæ fidem eleuauit. Quod miro apotegmate Sabaudiæ Dux approbauit; cùm enim ea prælia, quorum pars magna fuerat, in Iouianis ſcriptis perlegeret, (*Ioanne Botero in dictis memorabilibus teſtante*) repentè exclamauit Sabaudius: *Hiſtorias eſſe fabulas.* Et certè quidem, Iouianæ hiſtoriæ magna ex parte cōmenta ſunt, & quam de Scoti morte concinnauit, fabella eſt, aniles nugæ ſunt, niſi eas velis intēperati animi appellare liuores: quos euidētiſsimè

Iudicium Ducis Sabaudiæ de Hiſtoria Iouij.

& eruditiſsimè confutat Ferchius, quem vt grauem virum, & oculatum teſtem tranſcribo; ei enim ſolertiſsimè omnia loca ſepulturæ Scoti pericrutanti debetur patens Scoti vindicatio à tenebrionum impoſturis, qui lucidiſsimi noſtræ ſcholæ ſideris rotam obnubilare & denigrare conãtes obmutescere coacti ſunt.

Verſutiſsimè Iouius accuſat in Scoto peccatum occultum

8 *Verſutiſsimum accuſandi genus fidem accuſatori detrahit. Ait enim: Manifeſti, aut certè occulti alicuius criminis, apoplexia correptus pœnas perſoluit. Certè? Certè occulti criminis? Cur obſecro, certitudinem de occulto peccato, non de manifeſto ingerit? Quoniam apertum ſcelus imponere extrema fuiſſet impudentia, cùm à nullo proditum legamus; vir callidus occultum affirmauit crimen. Si tamen peccatum eſt occultum, non ne & Iouio poſt ducentos annos viuenti occultum erat? Incredibile eſt nos occulta certò ſcire, qui maiorum noſtrorũ aperta crimina neſciamus.*

Diſpungitur Iouij criminatio.

Ad hæc; manifeſtum crimen accuſare erat hiſtorici officium, vt exemplo pœnæ culpam ſequentis prodeſſet lectoribus, reo non detraheret. Quis tamen figmentum publicum non inuenit, occultum nobis obtrudere ſategit. Fortaſſe ex pœna culpam, ex fumo ignem, ex effectu cauſam probare Iouius voluit. Teterrimum etenim funeris genus maxima pœna eſſe videtur, nec Deus eſt vltor, niſi priùs homo fuerit peccator; ego peccator eſt Scotus, qui Deo pœnas perſoluit iuſtiſsimas.

Fallacia à conſequentis cõmittit Iouius

Grauiter Horatius: Rarò antecedentem ſceleſtum deſeruit pede pœna claudo. *Si Iouius Dunſium legiſſet, ſe fallaciam conſequentis committere cognouiſſet, dum ex truci funere graue argutatur crimen; non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe: à truculenta morte abeſt aliquando culpa, ergo non probat culpam.*

Probatur ex ſanctis viris crudeli morte conſumptis

Si Iouius de filijs Iobi, aut Iobo iudicet; iſtum tot malis tortum, illos miſerè enectos, ſceleribus plenos vociferaretur. Ex varia complexione, ex varijs violentijs ex varijs euentibus, variæ lethi ſpecies oriſtur, lenes, aſperæ. Graniſsimo afflictatus eſt morbo Lazarus ex natura; Iſaias crudeliſsimè ſectus ex violentia; Iordanus Dominicanus in mari ſumerſus eſt ex Dei diſpoſitione: hos nihilominus beatos cenſemus. Si magno cum tormento Ioannes Dunſius obiiſſet, vel ex morbi qualitate, vel ob exercitium virtutis à Deo dolorem inflictum dicere poteras, & non continuò ſcelus inferre.

Detegitur cõmentum Iouij

9 Diſſoluimus argumentum à negatione conſequentiæ, occulti ſcilicet criminis ex teterrimo funere deprompti; diſſoluamus iterum à negatione antecedentis de truci morte, ex qua expiſcantur occultum ſcelus. Ioannes Scotus nec ſepultus reuixit, nec pulſauit, nec mugijt (miſerabilem hominis gemitum, bouis appellat mugitum, non ſine amarulentia) nec tamen eliſo capite perijt. Non ego primus, ſed me prior Aubertus Miræus magnæ authoritatis vir in chronico ſuo, *in annũ 1308.* fabuloſum hoc mortis genus deprehendit; Petrus Rodulphius 3. *lib. hiſtoriæ in Scoto*, vt iniquũ reprehendit. Id ipſum & ego indicabo de Scoti morte ab opinionum varietate, atque earum iudicio: à ſepulchri Scotici conditione: ab hiſtoricorum antiquorum ſilentio.

Aub. Miræus Pet. Rodul.

Quæ ſint certa de obitu Scoti.

10 Primum in Ioannis Scoti obitu conſtat locus, ac tempus; locus eſt Agrippina Colonia, Germaniæ vrbs celebris: annus eſt milleſimus tercenteſimus octauus; dies, octaua Nouembris! morbus, vt aliqui ſentiunt, eſt apoplexia ſola. In hunc multi veraces, & multi fallaces conſpirant: ſed huic narrationi fabula eſt addita, quod Scotus viuus fuerit ſepultus.

Diſſidiũ de morbo Scoti Nurember. Eyſengren. Bergomẽſis Poſſeuinus Dreau. Iouius Sabellicus.

Apoplexiam recenſent Nurembergenſis, in chronico; Guilielmus Eyſengrenius; Bergomas, in ſupplemento: Poſſeuinus, in apparatu: Dreau, author Gallus in lib. de ſtatu & ſucceſſu Eccleſiæ.

Secunda Iouij opinio putat, Scotum apoplecticum fuiſſe viuũ ſepultum, deſertumque caput eliſiſſe. Tertia opinio Sabellico audita; Dunſium in extaſim raptum ab eius rei neſcijs pro mortuo tumulatum.

Volaterran. Genebrard.

Quarta Volaterrani; Scotum à diſcipulis fuiſſe graphijs confoſſum Pariſijs. Quinta Genebrardi; Ioannem Scotum lethargo oppreſſum pro mortuo ſepultum, ſed poſtmodum in gradibus ſepulchri corroſis manibus repertum.

Placita Iouij & Genebrardi fabuloſa.

Steph Broelmen

Secundum placitum Iouij, & quintum Genebrardi, inter fabulas merito computat doctiſsimus vir atque in perſcrutandis antiquitatum Colonienſium monimentis ſolertiſsimus, Stephanus Broelmen iuris vtriuſque Doctor, & in patria Vniuerſitate Agrippinenſi publicus Canonum profeſſor. Iam hos omnes adverſantes fidem ſibi vendicare non poſſe; à tempore; à loco, à perſonis; oſtendo. Non poſſunt, qui à Scoto ducentis annis poſteriores ſunt, veram Scoti mortem agnoſcere; quapropter ad contemporaneos recurrendum, quorum nullus hęc figmenta. Omnes præcitati loco diſiunctiſsimi erant ab Vbiorum Colonia; Iouius, Sabellicus, Volaterranus, Itali: Genebrardus, Gallus: Germanis potiùs eſt accommodanda fides de rebus Germanicis, tales autem erant Nurembergēſis, & Eyſengrenius.

Germanis authoribus præſtãda fides

Pugnãt inter ſe, Iouius. Sabellicus. Volaterran. Genebrard.

11 Non poſſunt perſonæ æqualis ferè authoritatis, cùm ſibimet refragantur, ſibi authoritatem conciliare; ſed altera alteri authoritatē adimit. Sint magni nominis Iouius, Sabellicus, Volaterranus, Genebrardus; cur alter alteri pręponitur; cur vni, non alteri creditur? Aut omnibus, aut nulli credendum.

Probant rumore vulgi.

Nullius probat niſi rumore vulgi: Prædicari audio: *Ait Sabellicus*; Dicitur: *inquit Volaterranus*: Ferunt; *ſcribit Genebrardus*: *nec ſolidiori ratione Iouius aſſerere poteſt*. *Quare prudenter ac ingenuè Volaterranus faſſus eſt ſcribens*: Nec ſatis de illius fine veritas comperta. *Si veritas vna eſt, quomodo tot relationes verę*.

Sepultura Scoti nõ fuit vna vacua

12 Nunc ad ſecundum propero. Sepultura Ioannis Dunſij non fuit vrna vacua, ſed foſſa, quæ illius ſuſcepto corpore terra eſt oppleta. Primitùs quidem ante introitum Sacriſtiæ Frãciſcanæ Colonienſis quieuit, ex Trithemio Abbate in Chronico Hirſaugienſi; ſed illic circa introitum Sacriſtiæ, nec ego, nec multi mecum, vllum cauernoſæ tumbæ veſtigium inuenimus. Inter id temporis, quo Trithemius Coloniæ fuerat, & quo Milmanus Chronicum Colonienſe edidit, Scotus translatus eſt in Chorum Eccleſiæ Minorum, quo in loco deinceps quieuit: ſed nec tunc, nec cum tegumentum ęreum, ſublato marmoreo obtinuit, ſepulchrũ habebat concameratum.

Ferebis teſtis occulatus

Quid ſi cõcameratum ſepulchrũ Scoto erectum?

Anno duntaxat milleſsimo ſexenteſsimo decimo nono, menſe Ianuario, tumulus effoſſus fuit, & in arcæ quadratæ formam extructus: oſſa Scotica in arca plumbea concluſa, & in eumdem locum repoſita die 15. Ianuarij, præſentibus multis, tum ex Religione, tum ex ſæculo honeſtiſsimis viris, maxima pietate erga Scotum, erga Religionē cohortatione ad bonas literas capeſſendas, quibus & viuus, & mortuus Doctor Subtilis tãtum honoris adeptus eſt, quantum pluribus thiaris, ac diadematibus non tribuitur.

Tranſlatio honorificentiſsima oſſiũ Scoti.

13 Quæ autem coniectura eſt, Scotum viliori in loco concameratum habuiſſe ſepulchrum, in honeſtiori non habuiſſe? Quid quod cæteri Regulares etiam nunc humantur Coloniæ, Minores prę ſertim, quibus nullum ſepulchrum inane præſtò eſt, aut fuiſſe olim memoria eſt? Si itaq; Scoto vacuum patuit ſepulchrum, aut Scoto ante mortem, aut poſt, paratum eſt; antea paratum ſepulchrum non eſt credibile, tum ex feſtina morte, tum ex ætate, tum etiam quia non poterant vaticinari fratres eum, qui Oxoniæ lector, & Pariſiis Regens vixerat, Coloniæ iuuenem moriturum. Poſt mortem ſpeluncam Scoto conſtructam arbitrari promptum eſt, ſed nimis multum temporis exegiſſet opus; quo tēpore, vera ac falſa mors, nullo negotio deprehenſa fuiſſet. Sed omiſsis argumentis, res ita habet, in terra humatus eſt; quare nec pulſare, nec vocare, nec elidere caput

Ratio primõs contra primũ Scoti ſepulchrũ in vna vacua

imò nec reuiuiſcere potuiſſet: fabulę hinc detectæ ſunt ex euidentia loci clariſsima.

Idē ex cōſenſu Scriptorū Germaniæ.

14 *Poſtremò: ſcriptores in hiſtoria referunt, vel maximè ſuſpicienda, vel horrenda, & omnino inſolita; quare igitur toto ſæculo priore poſt Scotum, & penè toto ſecundo id ab ſcriptoribus prætermiſſum? Minutiſsimè, quod ad locum attinet, vrbem, Eccleſiam, Eccleſiæ particulam ſignificarunt; minutiſsimè quoque annum, menſem, diem; magna profectò incuria fuiſſet iſta narrare particulatim, & reticere mortem teterrimam. Nihil deſcriptum, quia nihil mirandi deſcribendum reperere Abbas Trithemius, in Chronico Hiſaurgienſi, & Milmanus in Chronico Colonienſi, qui Coloniæ antiquitates, dum eſſent Colonia, noſſe poterant; nil eiuſmodi ſcribunt Germani tamen ſunt: Guilielmus Eyſengrenius, & Nurembergenſis, nil tale aſſerunt; & Germani ſunt.*

Trithemius. Milmanus. Eyſengren. Nurēbergēn.

Taxatur cōductitia hoſtilitas Iouij in Scotum

15 Fallax igitur Iouius ſpecioſi ſermonis cortice, ſed amaris medullis in Scotum atrociter inuaſit; quot crimina? Quot probra? Quot infamiæ? Ignoſce lector ſuauiſsime, ſi erumpentes indignationis flammas non cohibeam; ſi exclamem, parce iuſto dolori. Quid omiſit; imò quid non congeſsit, & expuit in Scotum, quo illius acta, dicta, mores, vitam, & mortem, craſsiſsimis tenebris obvolveret? Non pepercit patriæ Ioannis Scoti; quam importunam ingenijs excolendis aſſeruit. Non Religioni Scoti; cuius optima ingenia perdita proclamauit, Non perſonæ Scoti; quem diro mortis genere defunctum edixit. Non doctrinæ Scoti; quā confuſionem & dilluſionem eſſe fidei, criminatus eſt. Non moribus Scoti; dum ipſum aperti, aut occulti criminis conſcientia diuexat. Non corpori Scoti; nam & apoplexia correptum, & capite eliſum, truculenter deſcribit. Non animæ Scoti; quam licet non aſſerat damnatam, in ſuſpicionem damnationis rapit, dum ſui ipſius peremptorem inducit. Non denique requiei, & gloriæ Scoti; cùm tertio Scoti ſæculo requiem intercipere; gloriā ſit conatus denigrare. Quin & ipſam miſeriam, cuius miſereri oportebat, inſultabundus irriſit, dum miſerabilem fingit fletum, & bouis appellat mugitum. Nonne ſeptem diſcuſsis accuſationum capitibus ſepticipitem hydram virulentos euomentem ignes repræſentauit? Sed iam Dunſium adverſus Iouium apud Deum iudicem cauſam dixiſſe arbitror: ego apud homines dixi.

Quali Iouij fides in re hiſtorica?

16 Cæterùm, vt apud homines magis explorata ſit Iouij amarulentia; Vuadingus hocce compendio perſtrinxit atros calculos, quibus à cādidis ſcriptoribus exprimitur virulenta Iouij dicacitas; ita enim habet ad annum 1308. *ſub n. marg. 29.*

Vuadingus

Quod verò ex Paulo Iouio adlunxit Bzouius; redeunte ſcilicet vita, ſerò morbi impetum naturam deſcuſsiſſe; fruſtra eumdem ad petendam opem miſerabili mugitu edito, pulſatoque diu lapide, eliſo tandem capite perijſſe: admirationem incutit, quod vir religioſus, fraternæ charitatis vinculo, ſaltim debito, coniunctus, adeò facili calamo tranſcripſerit in celebrem Doctorem ſummam iniuriam, eamque non mediocri auxerit incremēto, aſſeuerās: Teterrimo mortis genere, manifeſti aut certè occulti criminis pœnas perſoluiſſe. Tantæ fidei, tantæ authoritatis, aut opinionis Iouius, vt Bzouio Eccleſiaſtico Annaliſtæ vnus ſufficiat pro ſcribenda re graui, ampliſsimo Minorum inſtituto exoſa, claſsico Doctori, viro Chriſtiano numeroſiſsimæ ſcholæ Anteſignano iniurioſa? Iudicio & fide ambiguum; dicit Lypſius: Et vbi affectus adſunt, obnoxium, ad gratiam ſe dare, & auram. Robertus Turnerius: Malè ſanum (ait) ſcriptorem, qui laudat, vituperat, non ad normam veritatis, ſed pro ratione præmij. Vt non immeritò elogij loco, ei ſymbolum Aubertus Miræus appoſuerit. Venalis cui penna fuit. Alij acerbius eius vacillantem fidē infringunt, Paganiſmum potiùs, quam Chriſtianiſmum redolere, ex Gentilium more loquendi probant; cui potius verborum lenocinium, quàm hiſtoriæ veritas applaudebat, cui

Iuſt. Lypſius Rob. Turne. Aub. Miræ. Aliorſū de ſui candore cenſiones

men-

mẽtiri, fingere, fallere, religio fuit, modo ſub affectata verborum illecebra lectorẽ circũuenire, inescare, & capere poſſet, ipſam veritatem certis & importunis figmentis, noua & peregrina impreſsione inficere: ea demum ſcribere, quæ animus non veritas dictabat.

Bzouius Soli Ioano adhæſit, vt Scotũ traducat.

Ante hunc, quem mihi dabit Authorem Bzouius, qui miſeram hanc referat tragœdiam, aut Scotum ſui ipſius dicat homicidam? Bina integra ſæcula elapſa ſunt ab obitu Scoti antequam fabuloſum hoc mortis genus adinuenerit Iouius; pro quo nullum citat authorem, traditionem nullã præſcribit; neque ipſum vulgi profert rumorem. Adfuit ſcilicet funeri Scoti ſolus Iouius, qui ea referat, quę nullus vidit, nullus audiuit, ducẽtis annis nullus excripſit? Hic tantus hiſtoricus ſolus, & vnus, quem grauis iniuriæ authorem præferat Bzouius? Et ex quo calumniam vniuerſam in ſuos corriuet Annales?

Bzouius actiter Scotum lacerat.

17 Dicet tamen Bzouius ſe planè retuliſſe, & excripſiſſe Iouiana verba, ſed iudicium reliquiſſe penes authorem; neque fidem propria extorſiſſe ſuadela. Quid tamen ſibi volunt illa narrationis exordia, ex propria penu deſumpta? Hoc anno volens, nolens, ex humanis abijt Ioannes Dunſius: &c. Quid item ſecundæ editionis auctariũm, quo plurimùm aggrauauit iniuriam? Monitus erroris primæ impreſsionis, Minorum querelas eo temperamento leniuit, vt ad narrationem Iouianam de feſtinato funere, miſerabili intra ſepulchrum mugitu, & eliſo capite, addiderit etiam manus deuoraſſe, authorem citans Genebrardum. Sed poſtquam ſincerè & candidè Genebrardus ex Trithemio retulit nihil aliud quàm Scotum obijſſe Coloniæ; adiunxit de feſtinato funere rumorem incertum quorumdam ſub dubio verbo (Ferunt) quod tamen Bzouius omiſit, certum volens apud lectorem, quod dubium & fabuloſum erat apud Genebrardum.

Malè citat Genebrardũ

Iouij calamus venalis ex Melchiore Cano

18 Poſtremò, pro Iouianæ Hiſtoriæ candore ſubnecto ſapientiſſimi viri Melchioris Cani Dominicani, quondam Canarienſis Epiſcopi iudicium ex libr. 11. De locis Theologicis capit. penultimo. *Paulus Iouius, eſt in quamlibet partem nimius odio, & amore, gratia, & ſimultate, & quoniam pecuniam amabat, in hiſtoria quoque ſcribenda pecuniæ ſeruus fuit.*

Cur à Minoritis nõ redẽptus fallax Iouij calamus?

Quibus acutè ſubiungit Ferchius cap. 11. de vita Scoti. n. mar. 41. *Atqui Scotiſtæ veraces pauperes, nec præ inopia potuiſſent, nec præ veritate voluiſſent pecunijs fallacem calamum redimere.*

§. 13. *Diſpunguntur criminationes Bzouij, de deſperatione Scoti in ſepulchro.*

Fraterna caſtigatio Bzouij adhærentis Ioano.

1 QVare ſobrietatis religioſæ, & Chriſtiani officij Abrahamũ Bzouium Pauli Iouij, vel ſectatorem, vel tranſcriptorem, ita monitum voluit Ferchius, apologeticã acredinem, quæ è genere ſuo ignea eſt, attemperans, & aqueam reddens; vt in ſpiritu lenitatis (ſicut religioſum & chriſtianum hominẽ decet) fratrẽ errantẽ corrigat. *lib. 2. Apolog. in Bzouium, n. mar. 18.*

Ferchius.

Quid autem abſterrere te poteſt, Abrahame dilectiſsime, ne pius cùm ſis, de pio Doctore piè ſentias, chriſtianè de chriſtiano, fraternè de fratre? Nihil opinor, niſi peccatum, cuius conſcientia Dunſius perterritus, & extimulatus Deum iudicem fugere voluerit; ſed fugere non potens ad horrendum ineuitabile tribunal volens nolens (vt tu loqueris) raptus ſit. Teſtimonium grauiſsimum & authenticum, tum in vita, tum poſt vitam Dunſius à ſequutus eſt. In vita Gondiſaluus Generalis, non modo dignitate, ſed etiã probitate ampliſsimus, de Scoto Guardianum Pariſienſem ſic affatur.

Scotus non moritur *volens nolens*, cõtra criminationem Bzouij

Gundiſaluus Generalis Minorum.

Dilectum in Chriſto patrem Ioannem Scotum, de cuius vita laudabili, ſcientia excellenti, ingenioque ſubtiliſſimo, aliiſque cõditionibus ſuis, partim experientia longa, partim fama, quæ vbique diuulgata eſt, informatus ſum ad plenum.

Gundiſaluſ iudicia præfertur machinationi Iouij

Confer in rationis lance teſtimonium Gondiſalui, ac teſtimonium Iouij, & vtrum præponderet, inſpice. Gondiſaluus fuit Generalis Minorum vigilantiſſimus, & optimus, prout teſtis eſt Aluarus Pelagius lib. 2. de plãctu Eccleſiæ. cap. 67. Iouius cuius fidei fuerit atque integritatis, dicat Iuſtus Lipſius vir noſtrorum temporum eruditiſſimus, in notis ad librum politicorum: cuius item probitatis extiterit, facilius tibi ſcitu, quàm mihi dictu. Ad Gondiſaluum ſpectabat vigilare ſuper Scoto, tanquam ſuper oue ſibi credita: ad Iouium Scotus non attinet. Gondiſaluus Dunſio æqualis; Iouius duplici ſæculo poſterior. Gondiſaluus, & experientia, & fama Dunſium nouerat; Iouius experientia non poterat, fama ſe noſſe, non probat. Gondiſaluus Scoticæ ſectæ non olor; Iouius Thomiſticæ aſſentator.

Scotus floruit in primo aureo ſæculo Ordinis Minorum

2 Quatuor annis ab hoc teſtimonio Doctor Subtilis diem clauſit; nec credere par eſt, eum, cuius ab incunte ætate viuendi ratio laudabilis fuerat, in fine vitijs mancipari voluiſſe. Certè vel temporum felicitas, qua Scotus floruit, hoc ipſum conteſtatur; vixit enim in aureo illo naſcentis religionis ſæculo, & cum illo, in anno milleſimo tercenteſimo octauo, expirante expirauit: nam anno milleſimo biſcenteſimo octauo, menſe Octobris, die S. Lucæ, S. Franciſcus religionem inchoauit, ex chronicis Franciſcanis. p. 1. lib. 1. cap. 7.

Vindicatio Scoti ex fama poſthuma.

Vetuſtiſſimum autem Leonino carmine epitaphium luculenter docet, Ioannem Dunſium non aliam de virtute à morte opinionem reliquiſſe niſi eandem, quam vita in ſtudioſis actibus tracta adeptus eſt. Epitaphiũ lege hic, licet & inferius ſuo loco.

Carmẽ Leoninũ quodã buſto Scoti appenſum

Clauditur hic riuus, fons Eccleſiæ, via, riuus
Doctor in littera, ſtudij flos, arca ſophiæ:
Ingenio ſcandens, ſcripturæ abdita pandens.
In teneris annis fuit, ergo memento Ioannis,
Hunc, Deus, ornatum fac cœlitus eſſe beatum.
Pro patre tranſlato modulemur pectore grato,
Dux fuit hic cleri, clauſtri lux, & tuba veri.

Corrigitur Epitaphium Scoti in Petr. Rodulph.

Ex quo epitaphio corrigendum eſt tranſcriptum Petri Rodulphij lib. 3. Hiſtoriæ Seraphicæ, in Ioanne Scoto, ita ſcribentis: *In terris quantus fuit; ergo memento Ioannis. Hunc Deus ornauit: fac cœlitus eſſe beatum.* Peccat enim Rodulphius contra fidem exemplaris Colonienſis; & contra harmoniã & numerum Carminis Leonini.

Inanis rumor poſtnabedus

3 *Cum igitur, & ante, & poſt funus de ſingulari, ac eximia virtute Scoti, publica teſtimonia non deſint; vnde illi crimen obijcies, certo authore, aut incerto rumore? Author certus refractarij obitus non eſt Iouius, qui ducentos poſt annos natus ſcribit nullo authore certo. Rumor incertus nonnulla de Scoto falſa; non pauca de Alberto (in eadem vrbe, & eodem ferme tempore mortuis) quem Magum, non Magnum dictat, adſtruit. Nos ab Apoſtolo edoctos anies fabulas deuitare, operæ prætium eſt opinari, Ioannem Dunſiũ immatura morte raptum:* Ne malitia mutaret intellectum eius, aut fictio deciperet animã illius: placita enim erat Deo anima illius, propterea properauit illum educere de medio iniquitatum.

Albertus Magnus impudẽter Magus vocitatus

Cur Scotus adhuc iuuenis vitã tranſlatus in iuuentutis flore

Saluberrimo Dei conſilio in portum Scotus appulit ex turbulẽtiſſimis, quæ religionẽ noſtram agitarũt procellis, anno milleſimo tercenteſimo decimo, Alexãdro de Alexandria communitatem ordinis defendente aduerſus Vbertinum de Caſali; ex firmamento trium ordinum in memoriali ordinis. Quæ deinde controuerſiæ ſub Ioanne XXII. ſeuiſſimè tum Chriſtianum, tum Franciſcanum gregem

di-

diuexarunt, atrociſsimo ſebiſmate dilaniarunt.

Ex atroci funere non inferatur crimẽ antecedens.

4 Et infra ſub numer. margin. 42. Vnde igitur coniectetur Iouius apertum, vel occultum crimen Abrahame? Ex atroci funere, reſpondebis, opinor; nec enim teſtes adducit. Atqui, & Beatus Iordanus (ex Ioanne Michaele in lib. de vitis hominum illuſtrium Dominicanorum parte 1. inter Beatos carta 253. & parte 2. inter Generales carta 9.) cum pluribus ſocijs ſepultus antequam mortuus: iſte quidem in aqua ſubmerſus, Scotus verò (ſi ita placet) in terra defoſſus: nihil refert obrui terra, vel aqua, ſed obrui peccato. Qua ratione diſcernes trux funeris genus in Ioanne noſtro iræ; in Iordano veſtro gratiæ ſignum extitiſſe? Quid moror? Eccleſiaſt. 9. Neſcit homo vtrũ amore, vel odio dignus ſit, ſed cuncta in futurum ſeruantur incerta: eo quòd vniuerſa æquè eueniunt iuſto, & impio.

B. Iordanus Dominicanus aqua obrutus

Ruina domus oppreſſi nocentes & innocentes

Miſerè obruti caſu domus filij Iob, ſed innocentes: miſerè caſu turris Siloe Ieroſolimitæ, ſed nocentes. Porrò qui antea peccatum occultum, nunc incertum obiectat, an fortaſſe cum Dauide concinet: Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi? Qui verò aſſerat, quod eſt incertum & occultum, vix dignus eſt, cui fidem accommodemus in rebus apertis, & certis.

Replica pro Bzouij accuſatione

Sed argumentabere; Scotus deſperabundus eliſo capite perijt; Iordanus non item.

Diluitur & expẽditur circũſtantiæ denudantes fabulam.

5 Circunſtantiæ fabulam vel ſolæ denudant: Ioannes Scotus, quo nemo ſubtiliùs, aut acriùs diuina tractauit myſteria; qui nouam condidit Philoſophorum, Theologorumque ſectam; qui pietate Chriſtiana flagrans, Franciſcanam profeſſus eſt Religionem, non eſt ignotus: humiſis quidem ſibi, at pietate ſpectatus, doctrina ſpectatiſsimus. Quamobrem inveriſimile eſt, huic medicos defniſſe, & qui affuerint morbi periculum non feciſſe; aut explorandę apoplexiæ (ſi infuit) tempus non expectaſſe. Aliqua ergo intercedit mora. Quid fratres? Nonne Religioſo probatiſsimo ſolitas noctu excubias cuſtodiunt? Nonne poſtridie ſacras de more precationes, exequias, ſacrificia perſoluunt? En longior mora. Diſcipulos itidem, quibus tum ex clauſtro, tum ex ſæculo ſtipatus, ſupremas Doctori Subtili laudationes declamaſſe; ſolemnioribus iuſtis grato, & mœrenti animo parentaſſe, eſt longè clariſsimum. Magna ſatis mora, ne raptim tumulatus credatur.

Scotus non raptim tumulatus.

Data feſtinatione funeris occupantur effugia effutientium criminationes in Scotum.

6 *Sed eſtò ſit feſtinatum funus; ſepulchro incluſus, diu pulſauit, iugiter clamauit. Age iam; hoc expendamus. Si nullus audiuit; fabula eſt. Sed quis audiuit? Qualem finges auditorem? Si primò; barbarè ferunt aliquem, qui tali, ac tanto viro miſerabiliter imploranti opem negauerit; fabula eſt. Si ſecundò; timidum quempiam, atque animo defectum figures, & is non vultu, voce, tremore, non omnibus modis, & ſibi, & ſepulto auxilium clamet; fabula eſt. Si tertiò; cordatum deſcribas, qui audita re, adiumentum pollicitus ſit; tum quòd Scotus deſperauerit, quòd caput eliſerit, quòd in ſepulchro obierit; fabula eſt; niſi patientiam cum impatientia copules, vt Scotus abſque promiſſa ſpe patiens expectando, pulſando, clamando, ſpe promiſſa impatiens euadat ad ſui enectionem vſque.*

Ratio vrgẽs criminatores

7 Iam verò cùm, reſerato ſepulchro, defuncti caput eliſum apparuit; Franciſcani, & in primis ſuperiores, cadauer impium ſacro loco exturbare debuerant; ſed non exturbarunt, quia nec inuenerunt, nec etiam quęſiuerunt, qui cauſam, cur quærerent, non habuerunt.

Alia ratio euidens

Profectò arcta in vrna, caſu lapſus, vel offendens, non elidetur mortali ictu; cùm excuſsio mortalis non modicam violentiam, non leuem impetum requirat. Ergo ſui apparuiſſet interfector; ſpero te non præſumpturum, fratres ſuę fuiſſe ſalutis immemores, pro damnato damnari voluiſſe, & animas proprias cœlo extrudi, quàm ſacrilegum

corpus templo extrudere. Itaque in Scoti obitu, feſtinatum funus perſonæ dignitas; diuturnum clamorem, auditoris conditio; capitis eliſionem, ſacer locus refutat.

Roboratur præterea ex cõmuni conſenſu ſcriptorum Germanicę.

8 Mirandum adiungam; neminem ex Germanis Authoribus, quòd Scotus in ſepulchro reuixerit, pulſauerit, clamauerit, caput eliſerit, literis conſignaſſe; neminem, quòd viuus ſepultus fuerit aſſeueraſſe. Primo igitur apoplexia ſecundo ſæculo ſcripta; deinde, quòd viuus ſepultus, additũ: tertiò, reuiuiſcentis pulſus, clamor, eliſio, perditio. Forſan aliquis Thyeſtea illa de corpore Dunſij aſſeret.

Apoplexis ſecũdo ſęculo ab obitu Scoti ſcripta, deinde: additæ nugę aliæ

Ipſe ſummis ſaxis fixus aſperis,
Euiſceratus, latere pendens, ſaxa ſpargens tabo,
Sanie, & ſanguine atro.

De anima quoque ſpectrum aliquod ad ſepulchrum oberrans, vel aliquẽ turbans conſcribet; dicens, vt Horatius ad Canidiam.

Quin vbi perire iuſſus expirauero,
Nocturnus occurram furor,
Petamque vultus vmbra curuis vnguibus;
Quæ vis Deorum eſt Manium:
Et inquietis aſſidens præcordijs
Pauore ſomnos auferam.

Perchij iudicium de nugis ſepulchri Scoti

Spero, tempore procedente fore, vt commentis commenta iungantur lepidiora; quò enim res à ſuo exordio magis recedunt (ceu arenis flumina) hoc pluribus farciuntur quiſquilijs falſitatis.

Eccernũtur cauilli aduerſariorũ ex inſpectione ſepulturæ Scoti.

9 Vltimò caliginem à Dunſij funere potenter diſijcit eius inueſtigatio ſepulturæ. *Collocatus in terra immediatè fuit, immediatè quoque terra contectus. Itaque os aperire non potuit, quin humus impleret; lapidem pulſare, quem tellus impediret: Ad ſe reuerti, cùm terra, vel ſola obrueret. Nam, ſi concameratum in ſepulchrum Dunſij corpus illatum eſt; illud aut eidem fuit ſpeciale, aut commune cum cæteris fratribus. Commune antrum eſſe non potuit duas ob cauſas; primam, quia nulla eſt apud Franciſcanos Agrippinenſes vacua tumba, nec antea fuiſſe, aut eſt in mentibus hominum memoria, aut in Eccleſia, vel Conuentu veſtigium. Secundam; quia Scoti oſſa non potuiſſent ab aliorum oſſibus ſecerni, qua tamen hoc anno milleſimo ſexcenteſimo decimo nono, die decima tertia Ianuarij, plurimis ampliſſimis viris inſpectantibus, in pila lapides bipedali ſeorſim inuenta ſunt: itidem & anno milleſimo quingenteſimo nono, effoſſa, & reperta, vt nobilius eiſdem buſtum præpararetur ex auricalcho, quale nunc viſitur.*

Duę ſepulturæ Scoti.

Prima, in introitu Sacriſtię.

Tritemius Secũda, in medio choro Chronicum Colonienſe.

Similiter oſſa Scoti antequam in medium chori transferrentur, proprium habuere monumentum. Duas enim ſepulturas habuit Scotus; priorem accuratiſſimè notat Abbas Tritemius in chronico Hirſaugienſi, Vrbem, Eccleſiam, & Tumulum indicans, nempe Coloniæ in Eccleſia Franciſcanorum, ante introitum Sacriſtiæ. Poſteriorem notat chronicum Colonienſe in medio Chori Eccleſiæ Frãciſcanorum; in quem locum honoris cauſa maiores noſtri Ioannem Scotum tranſtulerunt.

Nullũ veſtigiũ arcę vacuæ in vtroque loco.

Inueſtigauiſſe ſuperſtitioſius vtrumque locum; ſed in neutro inanis arcæ ſignum vllum inueni.

Premitur ratio cõtra impoſtores ex Vuadingo.

10 Deinde, impoſturam vel ſic patenter obruit Vuadingus ſub numer. margin. 20. Adiunge ritum communem & perpetuum ordinis, alligatis manibus, & pedibus defunctos ſepeliendi; in illa vero prouincia Colonienſi vltra hoc ſubſternitur eis aſſer, ſeu tabula, cui cadauer alligatur, & ſic ſtrati ſepulchro inferuntur. Demus ergo hominem ſanum, robuſtum aſſeri nexis manibus ſimul & pedibus alligatum, & extra ſepulchri anguſtias in plano locatum, nec aſſurgere, nec quod deſuper eſt, pultare capite poterit; nec ligatas manus deuorare. Quo modo ergo in ſepulchro (demus cõ-

ca-

cameratum fuiſſe) infirmus, & cum infirmitate multis horis luctatus, id
præſtare, eaque vehemencia potuit, vt caput eliſerit? Deinde, ſi ad gradus
aſcenderit, vbi pulſauerit, miſerabili mugitu opem inclamauerit, idque in
Eccleſia ad introitum Sacriſtiæ, vbi communis erat tranſitus Fratrum, a-
deò impij & crudeles erant in virum optimè de illis meritum, vt nec ſepul
chrum aperire, nec lapidem amouere voluerint?

Cautio contra Bzouiũ ex calumnijs inſperſis Alberto Magno.

11 Sed è re erit pro Bzouiani commenti expugnatione admotare; quòd præter animaduerſionem eam, quam petimus ex calumnijs inſperſis B. Alberto Magno, Coloniæ etiam (vbi Scotus) ſepulto, & ab inuidis impudenter Alberto Mago vocitato; ita vt Ferchius ſcribat *in vita Scoti, cap. 10. num. margin. 38.* ſe legiſſe in vita Alberti ab Anonymo Dominicano concinnata; plures actus prauos vulgi errore perſonam pro perſona ſupponentis, impoſitos (non tamen inuſtos) Alberto Magno ſapientia, & probitate clariſsimo (cui etiam accedit obſeruatio Cardinal. Bellarmini de *Scriptoribus Eccleſiaſticis* circa duos libros de mirabilibus, & de ſecretis mulierum ſuperſticioſos, & planè indignos, qui tanto viro tribuantur) debuit ergo Bzouius in ſuo conſodali Alberto ſimilia expertus, eam ſibi in Scoto cautionem ſeruare, de qua alios admonet circa Bonifacij Octauj tunus. De quo diſertè loquentem, & ſpicula Bzouij in eumdem intorquentem accipe Vuadingum, ad annum 1308. ſub numer. margin. 21.

Vuadingi admonitio ad Bzouium ex impoſturis cõtra Bonifaciũ VIII.

12 Vellem in hoc caſu conſideraret R. P. Bzouius, qua facilitate, qua leuitate abſque vllo fundamento ſecundum animorum varias affectiones huiuſmodi ſparguntur calumniæ, & diffunduntur iniuriæ; quarum ipſe patulum & manifeſtum palpauit & exſcripſit exemplum. Hæc etenim ipſa, quæ Scoto imponuntur, nimirum extrema manuum deuoraſſe, & caput ad parietem eliſiſſe, etiam de Bonifacio Octauo Summo Pontifice ſcripſerunt varij Authores Paulo Iouio, & rumore incerto apud Genebrardum longè potiores: & tamen inuenta ſunt corpus eius, caput, & manus illeſa, anno milleſsimo ſexcẽteſsimo ſexto, quo (diruto ſepulchro) inuentum eſt cadauer integrum in ſarcophago reconditum, Pontificalibus veſtitum: ita vt ad hoc manifeſtum ſpectaculum non immerito ipſe ita ſcripſerit Bzouius ad annum 1303. n. 7.

Apud plures ſcriptores Bonif VIII ſua rũ manuum extrema deuotauit

Bzouij hiſtoria cauigans præcedens commẽtum

13 *Fa ſama eſt, quod in Regis Philippi, atque Columnenſium gratiam, aliqui impoſtores olim dixere; quaſi Bonifacius in tam violentum morbum inciderit, vt ſibi ipſe manuum extrema eroſerit, ac furenti ſimilis, capite parieti eliſo, deceſſerit. Nam me in Vrbe, &c. Bonifacij ſepulchro aperto, tota Vrbe ad ſpectaculum concurrente, repertum eſt eius corpus Pontificalibus veſtibus indutum, adeò integrum, incorruptumque, vt non niſi extremum naſi deſideraretur. Porrò manus, quas eroſas aduerſarij mentiuntur, tam viuida, tam integra, omnibuſq; digitis conſtantes, vt etiam vena, & nerui pelle & carnibus operti, extuberanteſque, viſæ fuerint.*

Intorquetur in Bzouium cautio eiuſdem.

Si ergo ei (vrget Vuadingus) exemplo manifeſto, & publica experientia compertum fuit, in huiuſmodi calumnijs prçualuiſſe animi paſsiones; vt quidam in gratiam Philippi Pulchri Gallorum Regis, aut Columnenſium Bonifacij inimicorum, eas indignè effinxerint: cur eaſdem in viri nominatiſsimi, & celeberrimi Doctoris iniuriam effictas, non potius retellerit, quàm retulerit, aut tãquam dubias potius ſilentio inuoluerit, quàm ſuo probauerit iudicio?

Iouius impiè adſcribit Scoto id quod euenit Zenoni Iſauro

14 *Atque vt ad primum Authorem Iouium redeam; admirer ſanè vnde exorſus eſt huiuſmodi fabellam; nec ſcire, aut perſcrutari potui, vnde fundamentum, aut occaſionem aliquam eamdem ſcribendi deſumere ſuerit: niſi fortaſsis ea, qua per vniuerſam ſuam hiſtoriam vſus eſt, fingendi licentia, voluerit quæ de Zenone Iſauro Imperatore legit, Scoto etiam, in alicuius gratiam, adfigere. Hæc enim ipſa, quæ de Scoto Iouius refert, ſcripſit etiam Euagrius de Zenone,*

Na-

Baronius.

Narrat ex hoc Authore Baronius; comitiali morbo, quo crebrò laborabat, arreptum, pro mortuo habitum, viuum ſepultum eſſe; cùm verò è ſepulchro lamentabiliter domeſticos, & ſatellites implorare, prohibente Ariadna vxore, cui inuiſus eſſe cœperat, ne quis monumentum aperiret, miſerè periit; ſuis ipſius lacertis, & caligis, quas geſtabat, comeſtis, vt poſt compertum eſſe Cedrenus narrat.

Zeno viuus ſepultus, opẽ implorans deſertus.

Quid ſi Iouius pro ſuo arbitrio, & libertate ſcribendi Scotum nobis pro Zenone ſupponat? Aut hominem pium, ſibi tamen, vel ſuis infenſum, denigrare contendat infami morte ſceleratiſſimi Zenonis? Nunc ego; quis miſerabiles Scoti mugitus percipientem coercuit, vt tanto Doctori non opitularetur, Ariadnæ atrocitatis & ſæuitiæ æmulus?

Vuadingi collectio de Iouio

15 Imò quamuis Scoto intra concamerati ſepulchri anguſtias cum morte colluctanti, & inaniter exclamanti nullus vellet humanas adferre ſuppetias; adfuiſſet ſuæ Immaculatę Conceptionis vindici & patrono ipſa Deipara, quæ piiſſimæ & Venerabili Virgini Beatrici à Silua ſorori Beati Amadei nouæ Apocalypſis Authoris in arca lignea per triduum abſque cibo, & potu incluſæ ſubuenit, dum virginitatem ſuam in honorem Immaculatæ Conceptionis deuouet; illi apparens in habitu, quo Conceptioniſtæ Moniales modò per Hiſpaniam vtuntur, tunica ſcilicet, atque ſcapulari albis, cæruleoque mantello: de quo lege Hiſtoriam Venerabilis Patris, & genere clariſſimi, Serui Dei Franciſci Gonzagæ Mantuani Epiſcopi de origine Franciſcanæ Religionis, part. 1. §. *Conceptioniſtarum ſororum inſtitutio. Sub Capitulo quinto Generaliſſimo.* Et adi Antonium Vaſconcelium Ieſuitam in *Anacephalæoſi actorum Regum Luſitaniæ, in Deſcriptione Regni Luſitani. Sub §. Sacræ aliquot Virgines Luſitanæ. num. marg.* 16. quem tranſcribo, ne domeſticis tantùm teſtibus contra Iouium pugnare videar; licet Franciſcus Gonzaga is ſit, de cuius canonizatione ob inſignẽ ſanctimoniam & miracula agatur; quæ legi poterunt in libro vitæ Frãciſci Gonzagæ compoſito ab Hyppolito Donelmundo Mantuano. Sed iã Antonium Vaſconcelium audi.

Apta analogia Scoti ad venerab. Virginẽ Beatricẽ de Silua Cõceptioniſtarũ monialium fundatricem.

Franc. Gõzaga in Hiſtor. de origine Seraphicæ religionis.

Hyppol Donelmundus in vita Franciſci Gõzagæ

Anto. Vaſcõcelius Ieſuita

Huc ſpectat Beatrix à Silua ſoror Beati Amadei, & Iacobi à Silua Comitis Portalegrenſis; quæ Iſabellam Ioanni Secundo Caſtellæ Regi nupturam inter chariores pediſſequas conſequuta, in amorem adeò inſanum Caſtellanos ob raram formæ elegantiam incendit, vt non ſemel cadibus, & inſignibus duellis, de illa fuerit decertatum. Quod ita Regina doluit, vt Beatricem iuſſerit in capſulam annulo munitam detrudi, & cibo potuque multari. In locum adeò anguſtum ſe compoſitam conſpicata Beatrix, cordis oculos in cœlum ſuſtulit, & velut alter Ionas ex Ceti viſceribus, ex illa caligine preces funditans, periculum agnouit, ſuãque caſtitatem Deo deuouit ſub Beatiſs. Virginis ſignis; quæ nocte proxima illi ſe videndam exhibuit, candido & cæruleo ornatu circumamictam. Deinde prope finem num. 16. *Examinis Beatricis fronti ſtella aurea inſoliti fulgoris inſedit, ipſiuſq; cadauer à Præſule Toletano, non Dominicanis Patribus, quorũ monitis prius paruerat, ſed Franciſcanis fortiſſimis Conceptionis intemeratæ propugnatoribus fuit poſtlongam litem adiudicatũ; vt eodem coleretur loco, quem ad colendam Beatam Virginem ipſa delegerat.*

Beatrix de Silua incluſa in capſula per triduum abſque cibo & potu

Liberatur à Deipara ſibi apparente in habitu Monialium Cõceptioniſtarũ

Illa ergo cunctorum mortalium ſpes vnica, quæ Beatrici Immaculatũ Mariæ conceptum profitenti adfuit; Scotum eiuſdem innoxij conceptus primarium vindicem deſeruit? Quare æquiorem & certiorem æſtimo Ferchij collectionem, & de Scoto iudicium in lib. 1. Apologiæ contra Matenesium n. marg. 4.

Cur nõ ergo Scotus Primarius Immaculatę Cõceptionis vindex à cæteris admiſſa fabella Iouij Æquum Ferchij iudicium de ope Virginis in Scotũ Eccleſ. 25.

Ipſa namque pollicita eſt (quæ immenſa eſt eius liberalitas) eos, qui ſe illuſtraſſent, perennem felicitatem aſſequuturos, dicens: Qui operantur in me non peccabunt, qui elucidant me, vitam æternam habebunt. *Cùm igitur Ioannes Scotus gloriosè atque robuſtè docendo, diſputando, ſcribendo, & per ſe ipſum, & per ſua diſciplina filios, Deiparentis animationem Immaculatam fuiſſe docuerit; ac proinde in eam operatus ſit, ipſam elucidauerit (Solem videlicet lucerna)*

iuſtum eſt, & vitam Scoti tanta protectricis ope, à peccatis, vel ſeruatam, vel ereptam: & Scoti exanimationem pretioſa morte cohoneſtatam fuiſſe, credere: vt qui Beatæ Virginis deuotus initia illuſtrauerit, finem aſſequatur illuſtrem.

§. 14. Caſtigatio Friderici Mateneſij ſiniſtrè ſentientis cum Bzouio de ſepulchro Scoti; vbi etiam excernitur Hiſtoria Henrici Spondani ex parte adhærentis Genebrardo.

Vrgens ratio ad vindicandũ totum iniuriosè & falsò accuſatum

1 HIS Inſiſtere cogit rei grauitas, doctrinæque neceſsitas; & vt verbis Ferchij agam (in præliminari ad lectorem Epiſtola Apologiæ trium librorum contra Mateneſium, Bzouium, & Iouium) *nunc & finem mihi propoſitum audi. Is eſt Eccleſiæ Chriſtianæ vtilitas; Franciſcanæ Religionis honos: quibus adde famam innocentis viri. Quis, quæſo, Chriſtianorum amplecteretur doctrinam de Chriſto tractantem, quæ prauæ ſit, & à prauo authore? Prauæ accuſatur doctrina Subtilis, quæ Chriſti dogmatibus illudat, figmentis obumbret, ſacrarum rerum fidem cõfundat; captioſè, atq; proteruè procedat. Prauus dicetur Doctor Subtilis, qui S. Thomæ inſectator fuerit; dubitabũdus de fide quæſierit: lites immortales inter fratres ſeuerit; crimen publicum, aut occultũ perpetrauerit; à Deo, atq; hominibus in morte ſit deſertus, & capite eiſo damnandus perierit.*

Matt. Ferch.

Frider. Mateneſius ſubſcribit Bzouio

2 Cautæ vero Scoti magis incommodare potuiſſet Fridericus Mateneſius, qui Coloniæ Agrippinæ ſcribens, videretur ſepulturæ Scoti veſtigia inueſtigaſſe; at ea obcitatione Hiſtoriam Scoti contexuit, vt Scoto pariat triumphum, dum ei nocere ſatagit. Mateneſio quaſi in faciem reſtitit Ferchius antiquam Scoti ſepulturam perluſtrans, iudicij lance perlibrans, coque lumine perfundens, vt cimmerias tenebras, quas Scoto offundere pertentauit Mateneſius, vno quaſi lucis ictu ablegauerit, criminatores obticere coegerit, & illorum ora obturauerit. Bzouiũ enim tranſcribens Mateneſius, licet eum in Scoti hiſtoria defœcare Coloniæ exiſtens valuiſſet (ſicut aliquando in alijs ad Scotum non attinẽtibus præſtitit) ſciẽs & volens manum cum Bzouio conſerit, vt Scotũ laceſſat in 3. tomo ſuæ hiſtoriæ Eccleſiaſticę, cui talem affixit titulum.

Fi reſtitit in faciem Ferchius ſedulos perſcrutator antiqui ſepulchri Scoti

Mateneſius.

Hiſtoria Eccleſiaſtica ex Annalibus R. P. Abrahami Bzouij Poloni ſacræ Theologiæ Doctoris, aliorumque virorum illuſtrium Eccleſiaſticorum, hiſtoricisque monumentis Tomus tertius. Authore R. D. Ioanne Friderico Mateneſio, ſacræ Theologiæ Licentiato, Canonico & Paſtore Agrippinenſi, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Protonotario, Hiſtoriæ, atque Græcæ linguæ Profeſſore ordinario. Ex qua inſcriptione imminens, quod caueat nocumentum, & Scoti obſcurationem ex ſcriptis Mateneſij erumpentem, ita aperit Ferchius; quem hic plenius tranſcribo teſtem oculatũ, & Coloniæ ſcribentem, vt prementẽ indicem conſilij rationem, quæ nos impulerit vt ex Apologia Ferchij cõtra Mateneſium plura fragmenta decerpamus.

Ferchius.

Nocumentũ quod ex ſcriptis Mateneſij accedere poſſet famæ Scoti.

3 *Ferchius.* Cuncta vel ex inſcriptione ſola lucidè patent. Authoritas quidem; in Paſtoris Agrippinenſis & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Protonotarij titulo. Doctrina; in Sacræ Theologiæ, Hiſtoriæ, atque Græcæ linguæ profeſſione. Facultas denique cognoſcendi (quod ad rem attinet) acta, & vitæ & mortis Ioannis Duns Scoti; ex inhabitatione præclariſsimæ huius Agrippinenſis Coloniæ, in qua Canonicus, Paſtor, & Profeſſor es: cuius vrbis monumenta tum antiqua, tum moderna probè nota, & perſpecta habere valuiſti. Quamobrem quæcunque de Ioanne Scoto ſcripſeris, ea ſiue in bonum, ſiue in malum, ingentem ſibi fidem ſunt comparatura; ob idque,

si malè sonent, præsentaneo remedio propulsanda.

Iouius non ita incōmodare valuit honori Scoti sicut Matenesius.

Hanc ob causam autumo, Patres nostros neglexisse Pauli Iouij aduersus Doctorem Subtilem testimonium; quòd illum in Italia scribentem, regione ab Vbiorum Colonia dissitum, ducentis annis Ioanne Dunsio posteriorem, veritatem è latebris antiquitatis eruere potuisse non credidérint; nec eos fefellit iudicium, siquidem propterea Iouius eorū, quę narrat circunstantias loci, ac temporis ad historiæ fidem quàm maximè optaras, non protulerit.

Matenesius ignauiter cōcessit Scoti historiā etiā scribens Colonię.

At quoniam Abraham Bzouius vulnus refricuit, vir etiam Religione coniunctus Scoto, Dominicanus nimirum Franciscano, commenta Iouij aliquid fidei acquirere visa sunt. Sed & Bzouius, tametsi temporis documēta tradere conatus sit; adhuc ansam dubitandi reliquisse videbatur, mutilāque historiæ fabulosæ narrationem dimisisse, quia loci distantia præpeditus ne locum quidem apponere, vel agnoscere potuerat. Tandem tu dolorem dolori addis; & in scriptione de Scoto, loci, atque temporis defectū imples. Loci; quoniam Coloniæ viuis, vbi Scotus est mortuus. Temporis; quia iunior historicorum prisca monumenta (tui operis principio proclamante) perscrutatus es.

Matenesius

Corrigitur circa annum obitus Scoti

4 Deinde errata Matenesij sic eruditè castigat Ferchius; & primò circa Pontificem, Imperatorem: & Annum, in quo vita defunctus sit Scotus. *Primò; quid ais Matenesi? Quo Christi anno Ioannes Scotus Doctor Subtilis obyit? Anno (inquit) Christi millesimo biscentesimo nonagesimo quarto. Quo Pōtifice? Cœlestino V. Quo Romanorum Rege? Adolpho. Tria quidem responsa sunt; sed prorsus falsa sunt.*

Fosseuinus

Siquidem Antonius Posseuinus; in Apparatu sacro, Ioannē Duns anno 1308. mortuum tradit.

Pet. Rodul.

Petrus Rodulphius Episcopus Senogalliēsis, in libro tertio Historiæ Seraphicæ: Anno 1308.

Sixtus Senē.

Sixtus Senensis in Bibliotheca, libro quarto; anno 1308.

Fran. Gonzaga

Franciscus Gonzaga, in libro de Origine Franciscanæ Religionis, parte prima: anno 1308.

Eyser gren.

Guilielmus Eysengrenius, in Catalogo testium veritatis: anno 1308.

Iacob. Gualterus.

Iacobus Gualterus, in Tabulis Chronographicis, in tertio decimo sæculo: anno 1308.

Ioa. Rioche

Ioannes Rioche, in Compendio temporum; anno 1308.

Genebrard. Trithemius.

Genebrardus lib. 4. Chronographiæ: anno 1308.

Ioannes Trithemius Abbas, in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis: anno 1308.

Item in Chronico Hirsaugiensi: anno 1308.

Gerar. Mercator.

Gerardus Mercator, in Atlante, de Scotia: anno 1308.

Bellarminus

Bellarminus, in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis (correcto codice) anno 1308.

Chro. Colo. Aub. Miræus

Chronica Colonienſia Germanicè impressa; anno 1308.

Aubertus Miræus, in Chronicis rerum toto orbe gestarum: anno 1308.

Et in Chronico Belgico: etiam anno 1308.

Mart. Carill.

Martinus Carrillus Abbas Montaragonensis, in Annalibus Hispanè editis: anno 1308.

Heri. Spondanus

Henricus Spondanus, in auctario Chronologico ad Annales Baronij: anno 1308.

NOTA. Duo tātū authores Bzouius, & Matenesius lapsi circa annum obitus Scoti. Reuincūtur Bzouius & Matenesius ex publicis monumētis.

Denique quotquot ante Bzouium, & Matenesium legi, aut Scotica mortis tempus non afferunt, quemadmodum Iouius; aut incertum relinquunt, vti Volaterranus; aut in annum 1308. referunt: vt sæpe numero miratus sim, duos hosce historicos in illam sententiam incidisse.

5 *Secundò; ex publicis monumentis reuincam, Ioannem Dunsium non anno 1294. morti cessisse, sed anno 1308. quorum spectatissimum est Epitaphiū*

ari

eri inciſum duobus vltimis carminibus concinnent.

Epitaphium Scoti.

Anno Milleno ter CCC. cumque adderet octo
Poſtremum claußit, lethо agitante, diem.

Alia probatio ex gradu lapideo

Deinde; à ſepulchro Scoti verſus altare ſummum diſtat ferè pedem geometricum gradus lapideus, in quo literæ craſſæ, antiquitate, aſcenſu, ac deſcenſu partim attritæ, at lectu adhuc faciles, hæ ſunt.

Obijt Fr. Ioannes Scotus, Sacræ Theologiæ Doctor Subtilis nominatus, anno 1308.

Ex libro ſacrarij Colonienſis.

Præterea; in Altari Sacrarij eſt alligatus ferrea catena liber membranaceus ſatis antiquus omnia nomina tum religioſorum, tum benefactorum ſæcularium, pro quibus propitiatorium Miſſa ſacrificium offerendum eſt, continẽs: quo in libro, ſub die octaua Nouembris legitur.

Obijt F. Ioannes Scotus, Sacrę Theologiæ Doctor eximius, Lector Colonienſis. *Mox ſubditur.*

Ex tabula defunctorũ Coloniæ.

Qui obijt anno Domini 1308. ſexto Idus Nouembris.

Vltimò: in Capitulo claußri tres tabulas nomina fratrum defunctorum in hoc noſtro Conuentu Colonienſi continentes reperies; quarum prima, & antiquiſſima refert iſta.

R. P. Ioannes Scotus ſacræ Theologiæ profeſſor, Doctor Subtilis nominatus quondam lector Coloniæ: qui obijt anno 1308. ſexto Idus Nouembris.

Omnia cõſpirant cõtra deceptionem Matneſij

Iam in aperto eſt, & libros, & lapides, & æra, primum dictum refellere; quæ ſequuntur, etiam reliqua duo redarguent.

Scotus nõ obijt ſub Cœleſtino V. ſed ſub Clemẽte V. cõtra ſecũdũ lapſum Matneſij

6 Nunc oſtendam, Ioannem Scotum non obijſſe ſub Cœleſtino Quinto; quoniam poſt Cœleſtinum Pontificatu ſe abdicantem, eodem anno 1294. die 24. Decembris, Bonifacius Octauus ſucceſſor Petri deſignatus eſt: & Scotus in 4. ſentent. Diſt. 6. quæſt. 3. Bonifacium Octauum nominat. Bonifacio ſuffectus eſt anno 1302. die prima Nouembris Benedictus XI. quem Scotus in 4. Diſtinct. 25. quæſtion. 1. commemorat. Poſt Benedictum anno 1304. Clemens Quintus electus fuit; ſub quo Scotus fato ceſſit.

Nec etiam mortali vita defungitur ſub Adolpho Imperatore cõtra tertiũ erratum Matneſij

7 Vnam de Imperatore periodum appono; aliò migraturus. Adolphum interemptum vel cum Bzouio anno 1299. vel cum alijs 1298. ſentis; quantum colligo ex tuo libro. Scotus autem exijt è vita anno 1308 qui annus Alberto vltimus, Henrico Lutzemburgenſi primus fuit, ex Trithemio in Chronico Hirſaugienſi, ad annum 1308. Conferamus dicta: anno 1308. Ioannes Scotus migrauit; tu anno 1294. migraſſe, doces. Clemẽte V. moritur; ſecundum te Cœleſtino V. Regnantibus Alberto, vel Henrico, vt opinor ego; Adolpho Rege, te arbitro: vter noſtrum veriùs, candidi iudicabunt lectores.

Occupatur inanis fuga pro Matricidio

8 At reſpondentem audio; te illud tempus Annalium Abrahami Bzouij fide, non tua, poſuiſſe. Inanis fuga; multitudo peccantium non minuit crimen. Bzouius, qui Coloniæ non erat, publica ſaltèm teſtimonia ſcrutari non poterat; te autem quid impediuit? Sed aliud eſt collectoris officium, aliud Authoris; ſi nihil de tuo addidiſſes, iure eximereris. Collector ſuperflua demit, neceſſaria ſummatim perſtringit, aliorum affert ſenſa, non propria; id an præſtiteris, rimare: tu addere, tu minuere, tu corrigere ſoles.

Matneſius tur ſcribit Bzouiũ non vt collector, ſed vt author hiſtoriæ

Addidiſti Bzouio Coloniam, Eccleſiam, Chorum; quid ſi Bzouius putauit, Scotum in Scotia, vel Gallia ſepultum? An non potuit errare in loco, qui in tempore falſus? Demiſti porrò Scoti Magiſtrum Alexandrum Alenſem, quò Scoti gloriam de tanto præceptore, conſilio tuo, fraudares; correxiſti (cum ad annum 1298. Chronologos aduerſari Bzouio Authori Annalium obſeruas) in Adolphi nece. Quæcunque igitur de Scoto abſte ſcripta ſunt, authoritate ſcriptoris, non libertate compilatoris agnoſco ſcripta. Hucuſque tres aſſertiones cribrauimus; pergamus ad reliquas.

Criminatio Matenesij

9 *Matenesius*: Hoc anno, volens nolēs ex hac vita migrauit Ioannes Duacius Scotus.

Etiam fallitur in nomine Scoti,

Subsiste iam: nam hac clauſula de re nos, deque nomine fallit. Dere; quia Scotum inuitum emigraſſe dicis. De nomine; quia eum Duacium *appellasti itaque ſingulis penè verbis premor. Doctorem Subtilem Ioannem Scotum cognomine Duns, ſiue à patria, ſiue à cognatione mutuato, decorari, omnium penè ſcriptorum concordat authoritas; imo & Abraham Bzouius cognomen Scoti, barbarè Dūs, latinè Dunſium, ſcitè formauit: tu (quæ tua authoritas eſt) corrupto vocabulo,* Duacium *nominaſti. Satis de voce; nunc de re agitur.*

Ferchius.

Calumnia, quod Scotus volēs nolēs obijcit

10 *Diſputant Theologi, num hominis cogitatus, & voluntates ſuapte natura Angelus cognoſcere valeat; & quidem de poteſtate diſſidium: de lege diuina, & facto, concordia viget: nec Angelum quidem poſſe. Nunc effer te, Matenesi, & Angelo maior effectus, ſecreta conſcientiæ Scoti, liberos actus illius diſcerne, penetra, inſinua; nam quod Angelo, & homini negatum, tibi conceſſum. Duo humanorum arcana cordium agnoſcunt, Deus, & homo; Deus omnium: homo vnus ſui ipſius.* Audi 1. Regum 16. *Home videt ea, quæ patent, Dominus autem intuetur cor.* Et Ieremiæ 17. *Prauum eſt cor hominis, & inſcrutabile, quis cognoſcet illud? Ego Dominus ſcrutans cor, & probans renes.* De homine inquit Apoſtolus 1. Corint. 3. *Quis enim ſcit hominum, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt?*

Lepidè & nec uonè obtunditur.

Scoti hoſtē ſe exhibet Matenesius

Quapropter ſi Scoti voluntatem noſti, aut Deus es; aut Scotus. Scoti hoſtis es, non Scotus; ergo Deus eris. At nec Deus, nec Scotus; ſed ex alterutrius reuelatione occulta ſcis. Si Dei reuelatione, ediſſere; nam diuinas reuelationes venerabimur. Si Scoti, prode; an tibi Scoti anima apparuerit, an tu Scoti morti interfueris an tādem qui aderant dixerint, aut ſcripſerint. Vbi tales probationes, teſtes, tabulas, nactus ſis; produc tantùm & cedo, vnàq; tecū clamo: Voluit; noluit Scotus: *facilè fingere, difficilè fictionem, ne deprehendatur, adornare.*

Vulgi Colonienſis nuge de triumpho Scoti contra Alb. Magnū

11 *An vulgum ſequeris? Non putabam, te vulgarem eſſe. Sed vulgo fertur: Scotum diſputaſſe cum Alberto Magno, victoriam reportaſſe, tampanam Prædicatorum lucratum fuiſſe; ob idque Scotum ſub campana ſepultum. Item ante illam diſputationem, Deiparam Scoto victoriam promiſiſſe; mox diſputanti Scoto ſudorem abſterſiſſe, & alia multa, quæ figmenta eſſe vir cordatus credet.*

Fabella alia Colonienſiū de Deipara Scoti ſudorē abſtergente.

12 Annecto & iſta. Omne peccatum in Scoto, vel ex præcepto, vel voto violatis oriri potuit, quod mortale eſſet; cuius verò præcepti, cuius voti effregit Scotus iura, dum viueret? Nec fingere quidem licet. Sed qui rectè viuit, mortem non formidat: *Intonat Beat. Gregorius Homilia 13. in Euangelia*: Aperire iudici pulſanti non vult, qui exire de corpore trepidat; & videre eum, quem contempſiſſe ſe meminit, iudicem formidat: qui autem de ſua ſpe, & operatione ſecurus eſt, pulſanti confeſtim aperit, quia lætus iudicem ſuſtinet. Verùm, ſi Doctor Subtilis delictum admiſit, qualenam? Apertum ne, an occultum? Si apertum; cur à Bzouio, & Matenesio non narratum? Cur non commemoratum ab alijs tot, qui de Scoto meminerunt, ſcriptoribus? Si occultum; quæro quì ſcias? Nam vltimum illud, quo deſperabundus, dicitur ſcelus perpetraſſe, vix primum eſſe dederim.

Scotus non formidauit mortem ex aperto vel occulto crimine. S. Gregor.

Impoſtura de occulto crimine Scoti nō poteſt excuſari à graui peccato mortali cū onere reſtitutionis.

13 *Qui peccatum occultum, & verum alterius detegit, peccat* (vt Nauarrus in Manuali cap. 18. num. 26. *& ſequentibus docet, nec vlla, quantum capio, exceptio in Ioannem Dunſium locum habet*) *atque ad reſtitutionem tenetur diuino iure, famam proximi ſartam tectam ſeruando. Si falſum crimen obijcit, amplius peccat; quia & famam lædit, & calumniam componit. Ego quomodo ſe ſe Scotus habuerit, ignoro; ſed ex vita irreprehenſa benè habuiſſe conijcio.*

Sectur ſe ipſū aſſerit ab impoſtura occulti criminis.

Demus ergo, benè habuiſſe, tunc & verum opinor, & ſine culpa; demus malè habuiſſe, fallor vtique, at ſine culpa: iuxta Scotum in 4 ſententiar. Diſtinct. 15. quæſtion. 4. §. de ſecundo dico: taliter aſſeuerantem. Quilibet præſumendus eſt

bo-

bonus, donec probetur contrarium, iuxta illud Extra, De ſcrutinio in ordine faciendo, capit. vnico: Humana fragilitas illum, quem indignum eſſe non nouit, dignum debeat æſtimare. Sed iſte non eſt probatus malus coram iſtis; ergo bonum eſt perſuadere eis, quòd ipſi non reputent eum indignum, nec malum. *Vbi videtur Scotus quaſi in proprijs terminis ſuam cauſam egiſſe, feliciterque intentum obtinuiſſe. Scotus enim non eſt probatus malus coram iſtis* (ſcilicet Iouio, Bzouio, & Mateneſio) *ergo bonum eſt, perſuadere eis, quod ipſi non reputent eum indignum nec malum.* Videtur enim Scotus quaſi prophetans, ſibi ipſi, ne cauſa caderet, prouidiſſe ſuppetias, & textum canonicum in ſui aſſertionem advocaſſe.

Scotus.

Optima doctrina è re ex S. Hieronym. grauiter laeſuto.

Quibus etiam adiungi poteſt ex Hieronymo in Epiſtola 45. ad Aſellam, ea proximos iudicandi norma. *Licet me ſceleratum quidam putent, & omnibus flagitijs obrutum, & pro peccatis meis etiam hæc parua ſint; tamen tu benè facis, quòd tuæ tuæ mentis, etiam malos, bonos putas. Ego probroſus, ego verſipellis, & lubricus, ego mendax & ſatanæ arte decipiens; quid enim eſt tutius hæc vel credidiſſe, vel finxiſſe de inſontibus, an etiam de noxijs credere noluiſſe.*

Alia criminatio Mateneſij in Scotum

Sed adhuc amarulentiorem audi Mateneſium: *Et cùm omnia in dubium vocaret, mors quoque eius in dubium vocata eſt; apoplexia enim correptus, exanimem putantes, nimis feſtinato funere ad ſepulchrum in choro ſui ordinis deferunt.*

Ferchius. Hiſtoria Mateneſij de Scoto omni fide orbatur ob craſſos lapſus.

14 Merito hìc incertitudinem mortis Scoti irridet, & expungit Ferchius criminatorem proſternens. Qua ratione mors in dubium vocata, & à quo? Si enim à nullo dubitatum, nec dubium quidquam eſt. An intelligis ita, vt qui priùs certò ſibi de Scoti morte perſuaſerant, poſteriùs dubitauerint? Cur priùs certos, poſteriùs incertos arbitraris? Certos dices; quia apoplecticum viderunt, quia in chorum tulerunt, quia in ſepulchrum intruſerunt. Do; permitto iſta. Incertos; quoniam audiere mugitũ, pulſum exhorruere, caput eliſum inuenere: non aſſentior. Num quem falſum reperi in tempore obitus Scoti; falſum in Pontifice Cœleſtino Quinto; falſum in Rege Adolpho; falſum in Scoti voluntate; dum eum volentem nolentem ex hac vita migraſſe effutis; falſum in cognomento Scoti, quem Duacium appellas; veracem in ſequentibus exiſtimem? Abſit.

Mors Scoti certa; primum. Funus Scoti dilatum; ſecundum. Sepulchrum priſtinum diuerſum; eſto tertium; de quibus nunc tecum. Reliqua de regreſſu, mugitu, pulſu, eliſione, non tam contra te (tametſi & cõtra te) qui non es author, quàm contra Iouium agitanda.

Mors Scoti explorata ante ſepultum Scotum.

15 *Ad primum reuertor. In hoc noſtro Conuentu Colonienſi, feruente populorum deuotione in Beatam Franciſcum, Franciſcanis fulgentibus doctrina, & operibus, ducenti, & vltra numerabantur Scoti tempore fratres. Omnes decepti tamen; tu verò indeceptibilis. Omnes medici, diſcipuli, fratres, mortuum dicunt? Iouiani non dicũt; ergo Iouiani verum dicunt? Imò non dicunt; potioris teſtimonij ſunt præſentes, quàm abſentes. Qui autem certi fuerant, non habuerunt cauſam dubitandi poſteriùs; nam ſepultura terrea (Scotus quippe in terra ſepultus) terrorem omnem ambiguitatis depellit. Accedit, quod Ioannes Scotus tempore ſtudiorum obierit, hoc eſt die octaua Nouembris, quo tempore non eſt veriſimile diſcipulos abfuiſſe; quare Gerardus Mercator Dunſium à diſcipulis terræ traditum opinatur.*

Idẽ Ferchius in vita Scoti cap. 10. nu marg 36.

Nõ feſtinatũ Scoti funus, ex officijs quibus tanto Doctori præſtitiſ eſt.

16 *Secundum de dilato, nec minis feſtinato funere; ſic oſtendo. Quæ fratres Minores alijs fratribus officia perſolvere conſueuere in exequijs, ea fratri Ioanni Scoto perſoluiſſe non eſt obſcurum; quæ item alijs Doctoribus iuſta ſoluebantur, ea Doctori Subtili quoque reddita fuiſſe, tanquam clarum ſuppono. Fratres igitur mortuum fratrem lauant, in choro, vel capitulo, noctu excubantes ſeruant, die ſequenti oblato miſſæ ſacrificio, & funeralibus Eccleſiæ precibus profuſis, ſepulchro dedunt. Doctores verò (præſertim inſigniores) in feretro libris circumdatos ſeruant vſque ad veſperas, vt minimum; deinde proceſſione, laudatione, & precibus ſolemnioribus parentant, ac tandem in ſepulturam recondunt.*

Nec

Nec fratres in fratrem iniquos, nec diſcipulos in talem, ac tantum Præceptorem ingrati animi vitio laborantes autumem: quin hac eadem in Ioannis Dunſij exequijs obſeruauerint.

Cõfectarijs pro indubitata Scoti extinctione ante ſepulturã.

Quò fit, vt prior pars de vera, reali, certaque Scoti extinctione, certior cuadat; nam & calor ablutionis, & frigus noctis, & rumor multitudinis, & dilatio temporis, aliquod in viro iuuene vitæ indicium (ſi vita infuiſſet) præſtitiſſent. Nec mouet, quòd aliqui longiore tempore non mortui perdurarint: niſi velis, omnia defunctorum cadauera, octo, vel quindecim diebus exhumata, domi retineri. Nil ſingulare in Doctoris Subtilis morte euenisſe cõiector: quoniam toto illo ſæculo hiſtorici nihil de re iſta ſcripſerunt; expectabatur quippè Iouius, qui poſt ducentos, & amplius annos nullius authoritatem ſequutus, fabulam à maleuolis quibuſdam confictam, vt ſentio, & ab ſcriptoribus neglectam adſtrueret. Tardè venit.

Alius Matenesij lapſus de primo ſepulchro Scoti in choro conuentus Colonienſis, caſtigatur

17 Tertium de ſepulchro primo Scoti in choro Conuentus Colonienſis; ſic diſpungo. Scito, Mateneſi, ſepulchrum Ioanni Dunſio non fuiſſe conſtructum antequam moreretur, nec inſcriptiones appoſitas de mortis tempore ante mortem; nec enim vaticinari poterant Franciſcani, Scotum iuuenem moriturum Coloniæ, qui nec Oxonij lector, nec Pariſijs Regens deceſſerat: ſed primò ſepultus fuit humatus, quemadmodum, & cæteri fratres ſepeliebantur in terra, poſtea lapis ei ſuperpoſitus: deinde gliſcente ſubtilium Principis gloria in medium chorum tranſlatus. Duo ſepulchri Scotici loca mihi ſunt ſatis perſpecta: alterum eſt in medio chori Eccleſiæ Minorum ſub campana: alterum ante introitum Sacriſtiæ circa altare trium Regum.

Duo loca ſepulchri Scoti.

Primi ſepulchri in introitu ſacriſtiæ

18 *Hæc autem patrocinio duplici fulciam; primum nactus ſum in chronico Hirſaugienſi, eximio inter Hiſtorica Trithemij, quod ſub anno 1308. inquit.* Anno prænotato, ſexto Idus Nouembris, obijt in Colonia Ioannes Scotus Doctor Subtilis Ordinis Minorum: ibidem in ſuo Conuentu ad introitum Sacriſtiæ ſepultus, &c. *An autem Trithemius id ex propria cognitione tradat, qui ſapiùs Coloniæ fuit; an potiùs ex aliquo eorum, quos recenſet in præfatione Hirſaugienſis chronici, hoc prompſerit, & in primis ex Gotfrido Monacho S. Pantaleonis, in hiſtoria Colonienſium, quæ in manus meas non peruenit, nondum conſtitui. Hic prior tumulus.*

Trithemius in chronico Hirſaugienſi

Poſterior tumulus & honoratior in choro Colonienſi

19 Poſterior verò & honoratior in choro apparet ex Chronicis Colonienſibus anno 1499. excuſsis Germanicè, quæ de Doctore Subtili ad annum 1308. ita loquuntur. *Et ſepultus eſt apud Mineritas in choro ſub campana prout declarat ſuperſcriptio apud ſuum ſepulchrum.*

Quando trãſlatus Scotus ad honorificentiorem tumulum?

De tempore autẽ, quo funus Scoti tranſlatũ fuerit, cenſet Ferchius in vita Scoti *cap. 8. n. marg. 29.* huiuſmodi trãſlationẽ ſub Sixto IV. factã, quo quo myſteriũ Immaculatæ Cõceptionis Deiparæ illuſtratum eſt Pontificijs decretis, indulgentijs peccatorum, ſacri Palatij feſto, confraternitate; tunc enim decebat, præcipuum tam inſignis priuilegij defenſorem præcellentius innoteſcere.

Suppar apparatur tumulus Alberto Magno, & Scoto, quieſcentibus Coloniæ

Cur autem in medio chori aſsignatus ſit buſto Scoti locus? Conijcit idem Ferchius *lib. 1. Apologia contra Mateneſium num. marg. 51.* id ex amica æmulatione Dominicanorum, & Franciſcanorum emanaſſe, quòd nimirum eamdem conſilij rationem iniuerint in ſuppari apparando ſepulchro vtrique Magno Doctori, Alberto, & Scoto, cùm Albertus Magnus in medio chori Coloniæ apud Dominicanos, & Ioannes Scotus etiam in medio chori Coloniæ apud Franciſcanos requieſcãt. Quare æſtimat Ferchius Scotum paulò ante, vel poſt Albertum, tranſlatum; quia Albertus trãſlatus eſt anno Domini milleſsimo quadrigenteſsimo nonageſimo tertio, & tertio Idus Ianuarij, vt in eius vita Coloniæ impreſſa ab Anonymo Dominicano ſcripta reperitur.

20 Alterum præmiſſæ veritatis fulcrum, quod deceptionem Mateneſij referat circa primum ſepulchrum Scoti (non in medio chori, vt

vult

Studium Ferchij in eruẽda veritate ex antiquis monimentis Colonienſibus

vult Mateneſius, ſed in Sacriſtia prope Altare trium Regum, vt docuit Trithemius) id eſt, quod ex epitaphio funeri Scoti appẽſo ſatis ſuperq; liquet. Nam illud epitaphium, quod nunc æneis renidet literis, cultum ſapit moderniorem, ex ipſa ratione carminis, & ex compoſitionis æuo; anno enim 1513. æneo tegumine Scoti ſepulchrum condecoratum extitit. Quare Ferchius animum ad antiquioris epitaphij diſquiſitionem impellẽtem ſequens, & penè ſpe inueniendi orbatus, tandem in Bibliotheca Colonienſi Franciſcana ad dexteram ingrediẽtis inter literas G. & H. in tertio pluteo librum quẽdam inuenit manu ſcriptum, in quo præter tẽpus Scotici obitus, etiam erant adiecta ſequentia.

Clauditur hic riuus, fons Eccleſiæ, via vinus
Doctor iuſtitiæ, &c.

Cum alijs carminibus à nobis tranſcriptis *in §. 13. precedenti ſub n. marg. 2* Deinde inſpicitur ſequens adiunctio epitaphij.

Epitaphium Scoti, in quo referantur duo loca ſepulturę eius

Hic lector Scotus Subtilis ſit benè notus,
Doctor humi ſtratus, hac ſubque nola tumulatus,
Pro quo orate, Chriſti veniam flagitate,
Dicentesque piè, tu ſumme Deus miſerere.

Carmẽ Leoninũ deficiẽs à regula carminis qualiter corrigi queat ex Ferchio.

Vbi ad amuſsim Leonini carminis obſeruauit Ferchius lib. 2. Apolog. in Bzouium. n. marg. 52. quòd ita legendum erat. *Pro quo rogate Chriſti veniam flagitate: dicentesque verè, tu ſumme Deus miſerere.* Sed ad hiſtoriæ fidẽ, ea carmina tranſcripſit Ferchius, qualia reperit; nec enim hęc antiquitatis monimenta, quæ ſuppetunt ad veritatem è tenebris eruendam, expoſcunt criticam limam.

Sũ Tulcitæ aſſertio de duobus Scoti ſepulchris

Ex quibus carminibus conſtat, duo Scotum nactum eſſe ſepulchra; primum humi, quare dicitur: *Doctor humi ſtratus*: & hic fuit prior tumulus in ſacriſtia iuxta altare trium Regum. Secundus verò tumulus exprimitur ſequentibus verbis eiuſdem carminis: *Hac ſubque nola tumulatus*: quæ indicãt tranſlationem oſsium Scoti in medio chori ſub nola vel campana ibidem pendenti; cui epitaphio conſonant Chronica Colonienſia citata dum adſtruunt, *Scotum ſepultum apud Minoritas in choro ſub campana, prout declarat ſuperſcriptio apud ſuum ſepulchrum*: vbi ad firmiores hiſtoriæ neruos citata chronica Colonienſia meminerũt antiqui epitaphij, quod trãſcripſimus & elucidauimus.

Tertiũ Scoti funus anno 1513.

21 Deinde accipe tertium Scoti funus ex Ferchio *libr. 1. Apologiæ in Mateneſium, num. margin. 53.* Poſtea anno milleſimo quingenteſimo nono reliquiæ Scoti erutæ poſt excelſius Altare ſunt ſeruatæ, dum ſepulchrum, quod præſenti æuo ſupereſt, ædificatur, & auricalcho tegeretur; in quod ſepulchrum anno milleſimo quingenteſimo tertio decimo, die decima ſexta Auguſti denuò repoſitæ fuere. Cuius rei Chirographum in ſarcophago arcula plumbea incluſum fuerat; ſed ab admodum R. P. Commiſſario Ioſepho Piſcullio Melphienſi (qui poſtea & Generalis Ordinis Minorum Conuentualium, & Epiſcopus Eccleſiæ Catãzariẽſis) educta; in archiuio Conuentus huiuſce reſeruata eſt cum inſtrumento à me lecto.

Deipara rependit vices honorũ vindicti ſuo Scoto.

Quartũ funẽ honorificẽtiſſimũ Scoti Teſtes triũ ſæculorum oſsiũ Scoti. Albergatus Nũn. Apoſt. Gereonus Epiſcopus. Morel. Inquiſitor.

22 Demum (*en quartum Scoti funus; Deipara enim Alumno, & Aſſertori ſuo, dum eum aduerſarij obnubilare & tenebris intercipere ſtudent, quaſi ſuæ vindicationis ab Scoto præſtita vices repenſans, alternat, & repetit honorũ fulgores*) Reuerendiſ. P. Generalis Iacobus Bagnacaballenſis hoc anno milleſimo ſexcenteſimo decimo nono, die tertia decima Ianuarij effodit oſſa Scoti præſentibus Illuſtriſ. & Reuerendiſs. D. Antonio Albergato Epiſcopo Vigiliarum, & Nuntio Apoſtolico per tractum Rhenanum cum poteſtate Legati de latere; Reuerendiſs. D. Othone Gereon Epiſcopo Cyrenẽſi, & ſuffraganeo Colonienſi: Reuerendiſsim. P. Colina Morelio Hiſpano Dominicani inſtituti, Coloniæ Inquiſitore aduerſus hæreticam

prauitatem: atque aliis pluribus. Tum inuenta ſunt oſſa in lapidea pila trium palmorum longitudinis, non quidem in ſepulchro, ſed ad caput ſepulchri. Die ſequenti tentatum ſepulchrum, humoque oppletum eſt deprehenſum, coram clariſſimis Doctore Thoma Aubel, Coloniæ Mathematico ordinario, & D. Theodoro Herl, Iuliacenſi, iuris licentiato, & eximio D. Rugero Hagens, Colonienſi, teſtibus peculiariter aſcitis. Tũc erideratum fuit monumentum, & in cameræ formam ædificatum: reliquiæ Doctoris Subtilis in arca plumbea clauſæ, & domum æternam introductæ iuſſu eiuſdem Reuerẽdiſs. P. die decima quinta eiuſdem menſis Ianuarij. Hactenus de caſtigatione Mateneſij circa Scoti ſepulchrum.

Alia excurſio, & incuſatio Mateneſij in Scotum.

23 Pergit deinde Mateneſius in Scotum incurrens, & incuſans: *Dein morbi violentia ceſſante ad ſe reuerſus Scotus, pulſato fruſtra ſepulchro, & miſerabili mugitu edito, eliſoque tandem capite, perijt Coloniæ.*

Ferchius.

Ferchius. Eum, qui fallitur in apertis, quis credat in occultis de re eadem non falli? Epitaphium Scoticum eſt Coloniæ præſens, & apertum, & in eo defeciſti; acta Scoti intra ſepulchrum occulta, & præterita: & in eis non deficies? Si annum in Bzouio correxiſſes, locum appinxiſſes verum, & falſo remoto epitaphio, genuinum ſubiunxiſſes: tunc demum apud Lectores, quam huic figmento fidem optas, comparaſſes. Non permiſit veritatis Mater, non Filius Veritas, tam pulchris coloribus falſum exornari.

Oſcitatio Mateneſij circa hiſtoriam Scoti.

Falſum eſſe oſtendam; quia hiſtorici de aliquâ ſcribentes perſona, in primis notant, quæ illi contigere rara, ſumma, horrenda; ſed quam horribile bis mori? viuentem ſepeliri? reuiuiſcentem ſe ſe interficere? ſepultum diù opem implorantem nõ adiuuari, idque à Fratribus, quorum in chorum (tu enim in choro tumulatum aiebas) frequens acceſſus; diuturna mora? Nunc ergo produc in primo ſæculo Scoti, hoc eſt à nato Chriſto, anno 1308. vſque ad annum 1408. aliquem tam atrocis calamitatis teſtem hiſtoricum; produc ex altero ſeculo, ab anno ſupra milleſimum quadrigenteſimo octauo vſque ad quingenteſimum, aliquem aſſertorem: aut ſumma ſcribentium de Ioanne Dunſio negligentia, aut Iouiana hæc narratio falſa.

Ratio vrgẽs cõtra falſitatem criminationis Mateneſij.

Obitus Scoti nõ violentus ſed naturalis

24 Quod patefaciam primò atteſtatione publica tabellæ olim ad ſepulchrum poſitæ, cuius hi duo verſus conſiderentur.

Tempora poſt Chriſti, propria dulcedine lethum
Venit atrox raptim cartere compoſito.

Reuincitur Mateneſius ex fide epitaphij

Diſquiro; an lethum atrox propria dulcedine venerit in eum, qui gratiſſimas per anguſtias adactus ſit ad inferendam ſibimet violentam mortem? mortuus ſit Ioannes Dunſius raptim, feſtino morbo inuadente cõſumptus; ſed propria dulcedine, & motu imualetudinis, ceu decurrente egritudine, vt canit carmen, non refractaria & violenta occiſus nece.

Detegitur Mateneſij impoſtura.

25 Sed adſtruis, Ioannem Scotum eliſo capite periiſſe: à quonam eliſo? nempe à ſe ipſo. Nam idem caſus agens eſt in tota conſtructione ſubintellectus; pulſato ſepulchro, videlicet ab ipſomet Scoto pulſante: miſerabili mugitu edito, hoc eſt ab ipſo edente; eliſo capite, nimirum ab Scoto ſe ipſum elidente: vt ſcilicet animam, & corpus Dunſij peſſundata crederemus.

Caſus hæreticus expuit virus in Scotum.

26 Imò Ioannes Caſus Oxonienſis hæreticus in eamdem venit amarulentiam, in ſumma ſuæ Dialecticę; Ferunt Scotum in ſepulchro ſuum ipſius excuſiſſe cerebrum, ſuæque curioſitatis iuſtam luiſſe pœnam; quare illum vt ſpinam, & vrticam (quæ nuda ingenia pungunt) aut cautiùs tractandum, aut prorſus à catalogo veterum delendum eſſe ſuadeo. Hæc eſt illa concluſio ſummopere ab huius genii, & furfuris hominibus expetita: Deleatur Scotus à catalogo ſcriptorum: quã tamen nec aſſequuti ſunt, nec vnquam ſe ſperent aſſequuturos.

Vult Scotũ à catalogo ſcriptorum expunctum

Ex

Ratio cõcludens.

Nõ cõſtat ſi bi Matenesius.

Calũnia Matenesij dãnat conniuentes fratres ordinis in atroci ſcelere

Obtunditur Matenesij machinamẽtũ ex ſacrificijs pro Scoto oblatis

Premitur expugnatio Matenesij, expiatate totius ordinis in Scotum.

Series fratrũ defunctorũ Conuentus Colomenſis

Nullũ cõcameratum ſepulchrũ exti tit in conuentu Colomẽſi

Exeutitur inanis fabula de inani ſepulchro Scoti.

Ex his elucet, Scotum tanquam crudeliſsimum ſui ipſius homicidam depingi; ſed percuſsio facta, vix (ac nec vix quidem) in vrna & arcta, & breui hominem interemiſſet; ſponte igitur iuxta tuam piam miſericordiam Scotus ſe ſe eliſo capite necauit. Ergo volens perijt; tu nolentem dicebas; non reſpondent vltima primis.

27 Nunc autem exploratum eſt, eius, qui ſibi mortem conſciuerit; & vniuerſaliùs eius, qui cognoſcatur in peccato mortali deceſsiſſe, & corpus, & animam plecti; corpus quippe è ſacris locis eijciendum; & ſi iniectum ſit exhumandum: anima ſine vlla Eccleſiæ precatione, aut propitiatorio Miſſæ ſacrificio relinquenda. Siquis verò præſumpſerit vel corpus in ſacro retinere, vel pro anima ſacrum offerre, is diuinæ maieſtatis reus, & Eccleſiaſtico mucroni ſubiectus erit.

Iam verò pro Scoto ſacrificijs annuatim litatum, agnumque immaculatum Sanctiſsimæ Trinitati oblatum fuiſſe, non eſt ignotum ei, qui legit in ſacrario noſtro librum complectentem eos, pro quibus anniuerſaria commemoratione precabantur, & precantur fratres. Corpus item Scoti, non modò non expulſum è ſacro loco à Patribus noſtris, ſed in medio choro repoſitum, ac editiori monumento coboneſtatum intuemur.

Quamobrem alterum pronuntiare te oportet, Matenesi, vel omnes quot quot fuerunt Fratres conſcij (equidem inſolens iſtud monſtrum latuiſſet?) maximè Superiores, Prouinciales, & Guardianos, Dei, & Eccleſiæ ſcita abieciſſe, in quo illo ſcelerato facinore defunctos eſſe; vel nemunem Fratrum eius rei conſcium extitiſſe.

28 Quare operæ pretium erit fragmentum quoddam ſeriei defunctorum Fratrum tranſcribere ex ea tabula, qua notantur Fratres Coloniæ defuncti, vbi plures Lectores Colonienſes mortui ante Doctorem Subtilem deſignantur; ex quibus aliquos recenſet Ferchius in vita Scoti. cap. 7. numer. margin. 24. vel inde patefaciens, Scotum nec Vniuerſitatem Colonienſem, nec priuatum ſtudium apud Franciſcanos Colonienſes inſtituiſſe.

Fr. Andreas, quondam lector Coloniæ.
F. Albertus de Mediolano, quondam lector Coloniæ.
F. Hymicus Vol, quondam lector Coloniæ.
F. Gerardus, quondam lector.
Reu. Pat. Fr. Vuillelmus lector Coloniæ, qui obyt anno Domini milleſsimo tercenteſsimo quinto. Vbi in eadem tabula poſt trigeſsimum quintum vita defunctum ſequitur: R. P. F. Ioannes Scotus ſacræ Theologiæ Profeſſor, Doctor Subtilis nominatus, quondam lector Coloniæ; qui obyt anno 1308. ſexto Idus Nouembris.

29 Robuſtiùs profligatur de obitu Scoti commentum: Quia vt oſtendit Ferchius oculatus teſtis; *Nec noſtro tempore vllum Fratribus condendis concameratum ſepulchrum in Capitulo, Eccleſia, vel Cæmenterio Colonienſi Franciſcano inuenitur; vnde tot Lectores, tot Doctores, tot Miniſtri Prouinciales in mortuorum tabulis annotati, ante, & poſt Scotum humati, ſufficienter indicant, ipſum quoque fuiſſe humatum. Tametſi verò, & Scoto, & aliis, lapides honoris cauſa ſuperpoſiti fuerint; nullius tamen ſepulturæ vacuæ veſtigium in Colonienſi Cœnobio Minorum deprehendi.*

30 Imò quod non leuem adijcit fidem, nec id nobilius, atque excelſius buſtum vacuum erat, in quod Scotus tranſlatus fuit; ſed in paruo vaſe lapideo ipſius oſſa collecta, & partim conſumpta ſeruabantur ſub terra. Cùm itaque nec ſepulchrum commune vacuum habuerit; nec peculiare; ſiue ſecundum in medio choro, ſiue primum ante ſacriſtiæ introitũ vacuum extiterit (quod ſi vacuum fingeretur, ſtructuræ tempus poſcereſſet) liquet, Scotum in pleno ſepultum, non in vacuo. Scrutare Scoticæ mortis, quoad locum, ac tẽpus circunſtãtias; & opinionem de inani ſepulchro inanem iudicaueris.

Corrigitur historia Spōdani de obitu Scoti.

31 Ex quibus corrigenda incidit Henrici Spondani historia, in Auctario Chronologico ad Annales Baronij sub anno 1308. ita scribentis. *Ioannes Duns Scotus Theologus Franciscanus, Doctor Subtilis dictus, moritur Coloniæ. (Trithemius.) Quem nondum mortuum sepulchro illatum ferunt, sed dumtaxat lethargo correptum, vt post cognitum est aperto sepulchro.* (*Genebrardus.*)

Spondanus sequitur Genebrardū ex vulgi errore scribentem.

Vbi, licet ex vulgi rumore loquatur, sub verbo *Ferunt*, Genebrardum Gallum & ipse Gallus imitatus; adhuc tamen modestiùs, & temperatiùs se gerens, etiam dum Genebrardum allegat, barbaram illam truculentiam de corrosione manuum contempsit. Debuit tamen vir cordatus, & grauis Scriptor, inanes vulgi nugas de ante obitum sepulto Scoto posthabere; & præcipuè fabellam illam de lethargi morbo excernere, quam solus Genebrardus ferè post tria sæcula ab obitu Scoti elapsa ex somnijs anilibus erumpentem scripsit, nullo authore assignato, & sub illa eadem voce *Ferunt*, quam Casus Oxoniensis hæreticus ad exauthorandum Scotum vsurpauit.

Ferchij iudicium de Scoti morbo.

32 Vnde merito obseruauit Ferchius, *lib. 1. Apologiæ in Matenesium num. 54.* quòd de Scoti morte tempus est certum, nempe annus 1308. dies octaua Nouembris; certus locus, Colonia videlicet, & Franciscanorum Conuentus, modus tamen mortis ignotus. Apoplexis enim ab igne literarij certaminis (vel contra Beguardos hæreticos, vel contra Immaculatæ Conceptionis impugnatores initi) excitata, in secundo ab extinctione Scoti sęculo excogitata est: licet compertum non sit, hunc morbum ex æmulorum libidine subortum. Quare à pijs aliquot viris id ægritudinis genus vtcunque admittitur, licet certum non æstimetur; tum ob validam, quam patitur, exceptionem silentij scriptorum totius integri sæculi, & vltra, ab obitu Scoti: tum quia talis ægritudinis antiqua cœnotaphia haud meminerint, nec Trithemius, qui gnauiter, & summa historiæ fide, cunctas Scotici obitus circunstantias aperuit: de quo pleniùs in §. de obitu Scoti.

Apoplexis in secundo sæculo excogitata.

Ferchius.

Latet postrema Scoti ægritudo.

Nec mirum (inquit Ferchius loco citato) *si Scotici morbi genus lateat; cùm etiam plurimorum Principum, & in Regularibus plurimorum Generalium ægritudo prorsus ignoretur. Quis mihi enarret modum, quo mortuus est Ioannes, sine Gulielmus Varro, Scoti præceptor? Aut quo obyit Gonsalvus Scoti æuo Generalis? Quamquam & Scotici finis modus non omnino ignotus fuerit; cùm in tabula ad sepulchrum antiquitus pendente dicatur, spontaneæ, non coactæ morte obijsse.*

§. 15. *Authores pro Scoto contra impostura Iouij; vbi quæ fuerit occasio nugamenti Iouiani; item & erroris vulgi de Scoto apud Volaterranum?*

Testes cōtra temeratores funeris Scoti

1 CÆterùm in veritatis subsidium (est quòd ex præmissis euidentissima sit) licebit candidos scriptores, sanctimonia, & doctrina conspicuos in Scoti vindicationem accersere, & aduocare.

Bar. Pisanus coæuus Scoti miraculis clarus.

Primus occurrit Venerabilis Seruus Dei Bartholomæus Pisanus, Author libri Conformitatum, qui eodem in sæculo cum Scoto floruit, & tandem plenus dierum fermè centenarius in Domino obdormiuit; cuius vitam & miracula breui compendio perstrinxit Vuadingus tom. 4. Annalium, ad annum milleſimum tercenteſimum nonageſimum nonum, à numer. margin. 8. vsque ad 10. Hic igitur Scriptor doctrina, & sanctitate celebris, Scoto coæuus, & omni exceptione (ob patrata ab

ipſo miracula) maior, ita de Scoto ſcribit, in libro Conformitatum S. Frãciſci ad Chriſtum, *lib. 1. Conformitate vndecima, fructu vndecimo*, agens de Prouincia Angliæ.

Piſani aſſertio pro pietate obitus Scoti.

2 *In hac Anglia Prouincia fratres ſemper fuerunt, & ſunt ad diuinum officium, miſſas, & alias ordinationes noſtri ordinis ſpecialiter ordinati; propter quæ Deus auxit eos numerò, bonis temporalibus, & ſcientia: habuit enim magnam copiam ſemper magiſtrorum, & proborum. De hac ſiquidem prouincia fuit Magiſter Ioannes Scotus, Doctor Subtilis, cuius memoria, quoad ſufficientiam erit perpetua, qui multa opera fecit.* Quod Piſani teſtimonium, non ſolùm eorum probitatem, à quibus Scotus in Religione eruditus eſt, explanat; ſed etiam indicat, Scotum in præmium bonitatis ſodalium, eis à Deo præſtitum: vt adnotauit Ferchius *lib. 1. Apologia contra Mateneſium ſub n. marg. 15.*

Aliud Piſa teſtimonium pro Scoto

3 Accedit eiuſdem Piſani de Scoto præconium *loco citato* ſcribentis de Prouincia Coloniæ, vbi Scotus vita mortali defunctus eſt; qui ſubdit *in pagina ſequenti.*

Prouincia Coloniæ habet ſeptem Cuſtodias. Cuſtodia Colonienſis habet locum Coloniæ, in quo iacet Doctor Subtilis F. Ioannes Scotus, qui ibidem Lector deceſſit. Locum de Miſſia, in quo iacet F. Nicolaus, qui in vita, & poſt, ſignis multis claruit, & mortuos ſuſcitauit. Ibidem reconditus eſt F. Electus, qui ſuo tactu ſanabat infirmos.

Iudicium Piſani de bonitate cõſodalium inter quos obijt Scotus

Et in fine deſcriptionis Cuſtodiarum Prouinciæ Colonienſis, ſubiungit: *Hæc Prouincia Coloniæ eſt notabilis prouincia in fratribus valoris & bonitatis; & multi fuerunt in dicta prouincia notabiles prædicatores, & ſunt, quorum fructus in aula cœli reperitur.* Quod opus Conformitatum approbatum eſt ab Henrico Alfero Aſteſano Miniſtro Generali Ordinis; & ab vniuerſo Capitulo Generali cõgregato Aſsiſij, die prima Auguſti, anno milleſsimo tercenteſsimo nonageſsimo nono.

Vretur ratio cõtra machinationes aduerſariorũ

Pendant igitur criminatores Scoti, qualiter ab illius obitu fama eius ſemper optimè audierit; dum inter viros illius ævi ſanctitate & miraculis claros, Scoti nomen recenſetur. Obſeruetur præterea contra technas Ioannitij, pro ſodalibus Prouinciæ Colonienſis, inter quos in Domino obdormiuit Scotus, & quos fratres notabilis valoris, & bonitatis ſcribit Piſanus, & qui cœlorum horrea ſuis fructibus impleuerint; an cùm proprio animarum diſpendio virum ſuimet carnificem ſepultura Eccleſiaſtica dignum iudicauerint?

Teſtimonium Mariani Florentini de ſanctitate & ſepulchro Scoti

4 Suffragatur etiam (ex Vuadingo ad annum 1308. num. margin. 29.) Marianus Florentinus proximi poſt Scotum ſæculi fidus Hiſtoricus, lib. 3. ſuæ hiſtor. cap. 15. vbi habet ita *Scotus Coloniæ tandem conſummatus in breui ex operibus ſuis æterna præmia recepit; ibique in Conuentu Coloniẽſi Agrippino ſuperioris Germaniæ honorificè ſepultus, in magnaque veneratione habitus eſt: exceſſit anno ſalutis 1308.*

Ant. Andreas Scoti auditor.

5 Tertius occurrit teſtis, acutiſsimus Metaphyſicus & Theologus, Antonius Andreas, Aragonius, Scoti auditor; qui paucis, & vt vult Ferchius, duodecim tantùm annis poſt Scotum præceptorem defunctus eſt; qui in Commentarijs ad lib. 12. Metaphyſicæ, ad calcem Commentariorum, ſubijcit. *Tam ſentẽtiando, quã notando, ſequutus ſum doctrinam illius ſubtiliſſimi, & excellentiſsimi Doctoris, cuius fama, & memoria in benedictione eſt: qui pote ſua ſacra, & profunda doctrina, totũ orbem adimpleuit, & facit reſonare: ſcilicet Magiſter Ioannes Duns, qui fuit natione Scotus, religione Minor.*

Scotus memoria & fama benedictus.

Premitur vindicatio Scoti ex teſte occulato.

Hæc probatio, etiam ex teſte domeſtico vrgentiſsima æſtimari debet; ſi enim Scotus ita impium, & refractarium habuiſſet exitum, qui fieri poſſet, vt ſuperſtitibus, & videntibus cunctis, qui tam trucem Scoti necem nouerant, (nec enim tam immane ſcelus latere potuiſſet,) impudenter emoueret, Scoti famam, & memoriam in benedictione ſupereſſe, cætera alia eximiæ laudationis ornamenta ſubnectens? Floruit autẽ Antonius Andreas (Bellarmino teſte, *in lib. de Script. Eccleſ.*) anno 1317

quare de Scoto honorificentiſsimè ſcribēs publicam in ſe criminationem excitaret oculatorum teſtium: quod & adnotauit Ioannes Sleidanus in præliminari epiſtola ad commentarios hiſtoricos Philippi Cominæi. *Quo tempore ſi quid alienum à vero dixiſſet, facilè poterat à multis, qui ſpectatores fuerãt eorum, de quibus agit, inſimulari mendacij.*

Validū Trithemij pro Scoto iudicium.

6 Quartum ſubijcio Scoti aſſertorem Ioannem Trithemium, Abbatē Spanheimenſem grauem hiſtoricum, & ſcriptorem Germanum (qui in his quæ ad res Germaniæ attinent propter vicinitatem locorum merito præferri debet) antecelluit aurē Trithemius Coloniç aliquando degens; vbi & primæ ſepulturæ Scoticæ veſtigia, & teſtimonia, ſtremitate debita perluſtrauit, ſicut & gnauiter de Scoto ſcripſit in eximijs chronicis Hirſaugienſibus ad annum 1308.

Annus obit⁹ Scoti ex Trithemio contra Bzouiū, & Matenesium.

Anno Henrici Abbatis octauo, qui fuit Dominica Natiuitatis 1308. Albertus Rex Romanorum, cùm Rhenum nauigio cum paucis tranſiiſſet, reliquo exercitu nauigium ab altera parte litoris (vt fieri ſolet ſpectante.) Ioannes ex fratre nepos cum ſocijs conſpirationis ſuæ accedens, ipſum nil tale metuentem occidit & fuga lapſus euaſit. Quod paucis interiectis tradit accidiſſe in die SS. Iacobi, & Philippi Apoſtolorum, qui fuit dies primus Maij; & poſtea enarrata electione Henrici Comitis Lutzenburgenſis, qui Rex Romanorum renūtiatus eſt, die 27. menſis Nouembris: ſubdit.

Occiditur Albertus Rex Romanorū.

Electio Henrici Lutzenburgenſis.

Anno prænotato, ſexto Idus Nouembris obijt in Colonia Ioannes Scotus Doctor Subtilis ordinis Minorum, ibidem in ſuo Conuentu ad introitū Sacriſtiæ ſepultus: qui quanta ſcripſerit, quàm ſubtilia, & profunda in Theologia receptiua, & omnes Theologi nouerunt, & nos in libro noſtro de Eccleſiaſticis ſcriptoribus adnotauimus.

Præconium Scoti ex Trithemio

Quis autem credat, celebrem hiſtoricum ita ſeriò de Scoto ſcribentem, vt nulli parcat circunſtantiæ, quæ è re eſſe queat ad veritatis indaginem, vel id Scoti ſcelus Iouianum, non ſolùm non attigiſſe, ſed Scotum potiùs debitis euexiſſe laudibus? Cùm ad Chriſtianam conducat diſciplinam truculentæ atrocitatis eius generis exempla referre, vt homines à vitijs perpetrandis arceret.

Ratio reuincēs aduerſarios ex accurata hiſtoria Trithemij de ſepulchro Scoti.

7 Fauet etiam S. Antoninus 3. p. hiſtor. tit. 24. cap. 8. de claris viris aſſumptis ad Papatum, & alias dignitates ex Ordine Minorum, & eorum Doctoribus. in §. 2. in initio. *Anno Domini 1300. vel circa, claruit F. Ioannes Scotus, qui ſcripſit ſuper ſententias multa ſubtilia; vnde & dicitur Doctor Subtilis.*

Atteſtatio S. Antonini de Scoto.

Cùm autem è munere hiſtorici ſit, præcipuè ſi ſanctitate ornatus exiſtat, nil ſilentio obuoluere, quod Chriſtianam promoueat inſtitutionem; non pepercißet Antoninus Scoto, ſi aliquid in vita, vel doctrina taxandum, aut improbandum comperiſſet. Quod quàm conſentiens ſit ſyndereſi, & ſtylo Antonini, liquet ex his, quæ ſubiungit, iudicijs de alijs Frāciſcanis Doctoribus; de Aureolo enim ita habet loco citato poſt pauca.

Ratio efficax ex ſilēno ſan. Antonini cōtra munus integri hiſtorici.

Celebris quoque opinionis fuit Petrus Aureolus ſcripta relinquēs ſuper librū ſententiarum; in quo, quia manus eius contra omnes, vertens in dubium firmata per alios, & in quæſtionem vertens, manus omnium contra eum: aſſumptus tamen fuit ad Archiepiſcopatum.

S. Antonin non parcit Aureolo auditori Scoti.

Ex qua Antonini de doctrina Aureoli cēſione, ea erumpit caſtigatio amarulētiæ Iouij, & Bzouij, quā Scoto inurere moliti ſunt, Scotum ſatorē diſsidiorum immortalium, & Chriſtianorum dogmatum illuſorem blaterātes; cùm Antoninus eum diſſertandi, & aduerſarios labefactandi impetum non agnoſcat in Scoto, quem adſcribit Aureolo.

Profligatur ex Antonino calumnia aduerſariorū.

Inuehitur S. Antoninus in Aluarum Pelagiū auditorē Scoti

8 Deinde eodem zelo extimulatus Antoninus, & intendens hiſtoriæ ab eo contextæ candorem, incuſauit celebrem illum virum Aluarum Pelagium Epiſcopum Siluenſem, & Sanct. Rom. Eccleſiæ Cardinalem, qui fuit Scoti Auditor, & poſtea Author eximij illius operis de planctu Eccleſiæ; de quo Doctore hæc ſuæ Antoninus mandauit Hiſtoriæ.

S. Antonin.

Librum composuit Alvarus Hispanus ipsius Ordinis Minorum, quem intitulauit de planctu Ecclesiæ; in quo ex iuribus Canonicis, & dictis glossantium ea, ponit multiplices defectus statuum Christianorum, Clericorum, & Laicorum; in hoc tamen errauit in dicto libro, quòd ita commendauit paupertatem, quòd videtur tenere opinionem Fratricellorum reprobatam ab Ecclesia.

Defenditur Aluarus ex Car. Bellar.

9 Sed Sanctus vir in Alvaro excutiendo aliquid humanæ deceptionis passus est; quia Aluari liber inoffenso pede currit. De quo accipe Cardinalis Bellarmini iudicium, in lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, in Pelagio Aluaro. *Pelagius Alvarus, natione Hispanus, Religiosus Ordinis Minorum, & Episcopus Siluensis, vixit tempore Ioannis XXII. Pontificis, circa annum Domini 1320. cuius Pontificis acerrimus defensor fuit. Scripsit insigne opus de plãctu Ecclesiæ. Apologiam contra Gulielmum Ocham. Speculum Regũ. Et in libros Magistri sententiarum.*

Ratio præstringens ex Syndereſi & stylo S. Antonini

Quì ergo fieri queat, vt Antonini integritas nec in minimis indulgens Aureolo, & Aluaro, sapientissimis S. R. Eccl. Cardinalibus (de quibus nos seriò infra agẽtes de auditoribus Scoti) in truci illo Scoti scelere cõniueat, & dissimulet?

Vindicatio Scoti ex Ioãne Eckio.

10 Aduoco etiam Ioannem Eckium, scriptorem Germanum (quẽ Sixtus Senensis in sua Bibliotheca lib. 4. propugnatorem acerrimum fidei Catholicæ aduersus Lutheranæ hæreseos impietatem, non abs re censuit; qui Eckius postquam in suo opere, quod *Christus passus* inscripsit, pluribus Scotum ornauit elogijs, *in Centuria secunda, in Appendice*, loquens de Heruæo natali Brito, Ordinis Prædicatorum Magistro Generali, viro sapientissimo (de quo honorificam exhibet censionem Bellarminus lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis) hæc Eckius de nostro attexit Scoto reuincente Heruæum.

Eckius.

Is est Heruæus ex familia Sancti Dominici, Doctor illuminatus (at Lazarus Soardus cognomen Subtilis ei tribuit) qui cum Ioanne Duns Scoto, vero cognomine Doctore Subtili, apud Agrippinam Coloniam, nobilissimam Germaniæ Academiam, publicitùs de summis Theologiç apicibus magna cum gloria disputasse fertur. Verùm palmam Scotum tulisse aiunt, in eo articulo, qui de Immaculata Virginis Conceptione fortassè tunc in controuersiam venit, è regione verò Heruæum insigniter contra formalitates Scoti dimicasse, vti hodie Colonienses submurmurant: subtilitates Heruæi destruxerunt formalitates Scoti. Statim post hoc, debitum naturæ persoluit Scotus, Coloniæ apud Cordigeros sepultus, anno gratiæ 1308. sexto Idus Nouembris, quo anno inuicta Alpestrium Heluetiorum in superiori Germania multis nobilibus, & principibus exitiosa confœderatio, & liga initium sumpsit. Sed vtcunque sit, exploratum est nasuto, & docto lectori, Heruæum fuisse virum doctum, acri ingenio, & subtili: attamen Ioannem Scotum multis subsellijs ei præferendum.

Concertatio inter Scotũ, & Heruæum de Immaculato conceptu Mariæ.

Obitus Scoti post superatũ Heruæum

Iudicij Eckij de Scoto exuperante Heruçum.

11 Ex quibus Eckij assertis obseruanda aliquot ad veritatem suffulciendam aptè eruimus. Primum est; quòd pius Doctor, & acerrimus hæreticorum Antegonista, fidei hostes profligans, debitis Scotum non eucheret præconijs, si se se Scotus truculẽta morte interemisset; ridiculum enim pro asserenda veritate contestem sibi asciceret, & hæreticis opponeret eum, qui impio, & refractario obitu propriam doctrinam pessundaret, & attereret.

Apta defensio Scoti ex Eckio expugnante Notatores.

1. obseruatio ex accurata historia Eckij de obitu Scoti.

12 Obseruandum secundo; quòd Eckius annum, & diem obdormitionis Scoti ex fide, & minutissimè referans, & de re sibi satis explorata, & tanquam Germano homini, & Germaniæ commoranti peruia scribens, nil insolitum in morte Scoti agnoscit, nec adumbrat; vnde euanescit impia, & præceps Iouij in Scotum irruptio, nisi mauis, quòd grauibus historicis, & notæ pietatis viris explosis, soli Iouio tricoso, & nuganti

cum magna veritatis iniuria sit fides præstanda.

Scotus destinatus Coloniã cõtra Beguardos, occasione data expugnat Heruæum

13 Tertia adnotatio est; quod licet Scotus ad id muneris ad Viorum Coloniam maximè destinatus sit, vt Beguardos hæreticos prosterneret, vt ostendimus supra in §. 5. existens tamen Coloniæ, occasione data redintegrauit bellum pro innoxio conceptu Virginis, in quo Heruæum feliciter coercuit. Quòd autem præcipua ratio immigrationis Scoti in Coloniam non fuerit vindicatio Virginis à communi laptu, sed ea, quam præmisimus, de Beguardis debellandis, infertur ex illis EcKij verbis indicantibus; *palmam Scotum tulisse in eo articulo, qui de Immaculata Cõceptione fertasse tunc in controuersiã venit.* Vbi ly *fortasse tunc*, indicat victoriam, incidẽte non quæsito, certamine, partam.

Festino morbo obijt Scotus post Heruæum deuictum.

14 Vltimò deinde considerandа occurrunt illa EcKij verba, quę haud modicum luminis offundunt ad veritatem de obitu Scoti patefaciendam. *Statim post hoc* (scilicet post certamen cum Heruęo initum, & obtentum pro Deiparæ immunitate triumphum) *debitum naturæ persoluit Scotus, Coloniæ apud Cordigeros sepultus, an. ogratiæ 1308. sexto Idus Nouẽbris.* Si ergo debitum naturæ Scotus persoluit, non igitur se interfecit; nec enim vllus Deo, aut naturæ debet, vt propriam vitã nefaria cæde extinguat, & trucidet.

Sed non violenta nece.

EcKius concordat cum elogio sepulchri Scoti.

15 Præterea præmissum EcKij pronuntiatum congruit, & consentit elogio Epitaphij, quod super lapidem antiqui sepulchri Scoti ex abaco pendebat; vt docet Ferchius, in cap. 8. vitæ Scoti. num. marg. 32:

Scoti obitus

Doctor Subtilis soluens sua lustra Ioannes
Scotus, in obiectis vltima verba dedit.
Huic humilis casto Franciscus cordula renes
Strinxit, erat sapiens, præsbiter officio:
Feruebat studio, nullis virtute secundus.

Expenditur epitaphij veritas de festino morbo Scoti post certamẽ pro Deipara.

Vbi circa illud secundum carmen: *Scotus in obiectis vltima verba dedit*: Quod insinuat Scotum post celebre disputationis prælium breui languore extinctum (ita vt vltima pij certaminis verba, quasi postrema fuerit nostri Cygni pro Deiparæ assertione vox, & olorinum melos) restat adnotandum; quòd id elogij roborat Ioannis EcKij assertionem, quòd statim post aditam cum Heruæo concertationem, & obtentum triumphum, naturæ debitum persoluit Scotus. Vnde arbitratur Ferchius in vita Scoti, cap. 7. num. margin. 27, quòd breui morbo ingruente ob acrem & igneũ disputationis agonem, glorioſiùs pro cœlesti patria mortem oppetiuerit Scotus, quàm ij, qui pro terrenis, quæ inhiant, incrementis, vitam profundunt. Quis autem felicissimum hoc funus quia festinum, aut quasi extemporale incuset, quod cœlo extitit maturum? ita vt cum Ferchio exclamare liceat. *O fortunata mors, quæ peccato debita, est reddita gratiæ; nec tam iniuriæ Adami compensandæ, quàm gloriæ Christi comparandæ oblata! Nec, quia propera, est formidabilis; nisi cito cruciatus euadere, aut immensam cõsequi voluptatem, formidandum esse videatur.*

Scoti præconiũ ex obitu post assertã Deiparam

Ferchius.

16 In quo sensu accipienda moneo, quę Cardinalis Bellarminus de immaturo Scoti obitu tradit in libr. de Scriptoribus ecclesiasticis, in Ioanne Scoto: subdens. *Ioannes Duns Scotus Ordinis Minorum, vir fuit acutissimo ingenio præditus; & cùm docuisset primùm Oxonij, deinde Parisijs, immatura morte diem extremum obijsse dicitur anno Domini 1308.* Vbi in illis verbis: *immatura morte diem extremum obijsse dicitur*: tantum vult Bellarminus, Scotum, vel festino morbo, vel in ipso iuuentutis flore raptum: ea enim vsitata est huius vocis maturitatis, aut immaturitatis, apud Bellarminum, vsurpatio; vt liquet ex ipso authore vel sic Ioannis Pici, Mirandulæ Comitis, ingenium & literaturam describente. *Ioannes Picus, Mirandulæ Comes, vir ingenio & doctrina pro ætate maximus; vixit annos solum triginta tres, & obijt anno Domini 1494.* Denique recensitis plurimis in tenera

Quid sonet immatura Scoti mors apud Bellarminum?

Apta elucidatio Bellarmini ex elogio Pici Mirandulani.

ætate variæ eruditionis à Pico editis libris, & feliciſsimi ingenij monimentis; ſubdit Bellarminus. *Quid ſi hoc ingeniũ alijs triginta annis excoli potuiſſet? omnino enim nihil ei defuit, niſi maturitas.*

Scotus & Mirandulanus vita defũcti ante annum 34. expletũ.

Si ergo iuxta Bellarmini loquutionem, ideò defuit acumini Ioannis Pici maturitas, quia ante trigeſsimum quartum annum vita defungitur; igitur ob id etiam, apud Bellarminum, immaturo obitu decеſsit Scotus, quia ante trigeſsimum quartum annum expletum transfertur ad ſuperos, ſupparem mortalis vitæ metam ſortitus cum Ioanne Pico, (qui ſui æui *Phœnix* cognominatus eſt, vt tradit Sixtus Senenſis in ſua Bibliotheca) eam tamen in iuuentutis flore Scotus venerabilem morum, & doctrinæ ſenectutem nactus, quæ annorũ numero nõ computatur, nec animi, & iudicij candorem ex niueis trahit capillis.

Heruęus nõ incuſat funus Scoti

17 Sed vt ad præmiſſam Scoti, & Heruæi concertationem redeã; illud præcipuè recolendum ſubijcio, quòd Heruæus Scoti colluctator, tametſi in certamine deficiens, nil de Scoti funere inhoneſtum ſcripſit, licet illius placita pro viribus oppugnet; obiit autẽ Heruæus anno 1325. vt tradit Bellarminus, lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis: quare & valuit cunctas Scotici obitus circunſtantias callere, & ſuis commentarijs inſerere, dum in Scotum inuehitur.

Nec Palud.

Nec etiam quid ſepulchro Scoti iniurium pronuntiauit Petrus Paludanus, Hieroſolymitanus Patriarcha; qui defunctus eſt anno Domini 1330. ex eodem Bellarmino. Quibus adiunge Ioannem Capreolum, ardẽtem Sancti Thomæ aſſeclam, qui commentaria edidit (etiam apud Bellarminum) anno 1410. nec aliquid fabellæ Iouianę reſpondens, vel conſentiens inſinuauit. Vltimo, Caietanus acerrimus Scoti inſectator, omnibus neruis Scoticam diſciplinam labefactare pertẽtans, nec ſimilem Scoti cartificinam ſomniauit: imo nec vllus ex cunctis alijs S. Thomæ ſectatoribus, vno excepto Bzouio, id Scoti ſcelus literis admandauit, qui Iouium in tã probroſo cõmento vnicum ductorem ſequi voluit, cæteris probatæ notæ ſcriptoribus poſthabitis.

Nec Caiet. nec vllus ex Thomiſtis buſtũ Scoti denigrauit

Proſternitur figmẽtum Iouij ex Miræo

18 Aſt Iouianum figmentum ſtrenuè diſpungit Aubertus Miræus, ſolers & grauis ſcriptor, in Chronicis rerum toto orbe geſtarum ad annum 1308. vbi Scoti extinctionem ita elucidat, & Iouij amarulentiam excernit.

Aub. Miræus in chronicis rerũ toto orbe geſtarum

Ioannes Dunſius Scotus Doctor Subtilis cognomento, Ordinis Franciſcani, moritur Coloniæ, octauo Nouembris. Fabuloſum illi mortis genus Paulus Iouius in Elogijs virorum doctrina illuſtrium affinxit; vt pote cuius nulla ſit Coloniæ memoria in Monaſterij archiuijs, aut epitaphijs varijs tumulo appenſis.

Idem in chronicis Belgicis

Et in Chronicis Belgicis, ſilentio Iouianum figmentum ſupprimit, & contemnit, etiam ad annum 1308. ita ſcribens. *Albertus Auſtrius Romanorum Rex, Ioannis patruelis ſui inſidijs, Kalendis Maij occiditur; Spiræ in choro conatus. Henricus III. Comes Luxemburgenſis; 25. Nouembris Francofurti Rex Romanorum eligitur. Ioannes Duns Scotus, Doctor Subtilis, ex Ordine Minorum 8. Nouembris, Coloniæ moritur.*

Confutatio Bzouij, & Mateneſij de obitu Scoti ſub Adolpho

Ex quibus Miræi pronuntiatis de nece Alberti Romanorum Regis, & de Henrici Tertij electione, quæ omnino reſpondent aſſertis Trithemij in Chronicis Hirſaugienſibus à nobis ſupra in hoc §. ſub num. 6. tranſcriptis facilè quis perſpiciet accuratum iudicium, & defœcatam hiſtoriæ fidem Bzouij, & Mateneſij, autumantium, Scotum obiiſſe ſub Adolpho Romanorum Rege; cùm Adolphus, ex Miræo in Chronicis Belgicis, electus ſit Francofurti die 6. Ianuarij, anno 1292. & in atroci prælio cum Alberto Auſtrio (die 2. Iulij, anno 1298) prope Vuormatiam commiſſo, occubuerit Adolphus, cui ſucceſsit Albertus Auſtrius etiam occiſus ante Scoti obitum; ſiquidem Albertus vita defunctus Kalendis Maij anno 1308. & Ioannes Scotus, die octaua Nouembris eiuſdem anni. Quæ autem fuerit

occa-

occaſio anticipationis obitus Scoti ſub Adolpho, inſinuatur à Dermicio Thadæi à nobis infra tranſcripto in præſenti §. ſub n. 25.

Pet. Rodul. Iouium iniquũ hiſtoricũ in Scotũ cenſet.

19 Vltimò tandem Iouij impoſturam refutat Petrus Rodulphius in Hiſtoria Seraphicæ Religionis, libro tertio, in Ioanne Scoto; inquiens. *Scribit Paulus Iouius, nulla tamen ratione ſuffultus, tanquam iudex iniquus in deſcribenda morte eius; apoplexia correptum nimis feſtinato funere pro mortuo tumulatum, & cùm ad ſibi ferendam opem ſæpius (ſed fruſtra) conclamaſſet, tandem colliſo capite periiſſe. Aduerſus quem bis diebus ſe gnauiter exercuit ex noſtris Frat. Ioannes Stommelius Colonienſis, auditor noſter Bononiæ, in quadam ſua oratione Coloniæ pro roſtris habita, cuius initium eſt:* Quod veteribus illis. *Re vera (ait) nil impudentius, nil inconſultius dici poteſt; nulla enim de hac re habetur mentio nec libris ſcripta, nec epitaphijs inſcripta.*

Ioa Stõmelius cõtra Iouij appellat impudentiſsimum in oratione Coloniæ habita

20 Deinde, idem Rodulphius, Senogallienſis Epiſcopus, denudans machinamentum Iouij, qui Scoti famam denigrare molitus eſt, noſtri Ioannis Scoti acta, & nomen permiſcens cum geſtis alterius Ioannis Scoti Benedictini; vel ſic Iouium refellit. *Fuit alius Scotus (referente Crinito) qui à coniuratis diſcipulis, graphijs confoſſus fuit; hic rogatu Caroli Calui Francorum Regis, cùm è Gallijs reuocatus in Angliam, apud Monaſterium Malmesberienſe fuiſſet; contra ipſum diſcipuli, quos ipſe eruditendos ſuſceperat, conſpirantes, graphijs (quod etiam de Beato Caſſiano Epiſcopo Forocornelienſi legitur) tranſfixerunt, atque illum ſæuiſſimè interemerunt.* Hucuſque Rodulphius Iouium expugnans.

Iouius impetit Scotũ ex vicinitate nominis cum alio Scoto Benedictino

Excuſitur Iouius

Cæterùm, id figmentum de Scoto graphijs confoſſo à diſcipulis (quod callidè ſubiunxit Iouius, vt noſtro Scoto, ob vicinitatem nominis, tenebras offunderet) erupit ex errore vulgi apud Volaterranum lib. 21. Antropologiæ; ne autem Volaterranus ex deceptione vulgi loquens, fucum faciat alicui, dum oſcitanter ſcribens non diſtinxit inter Ioannem Scotum Monachum Benedictinum, qui vocabatur *Ærigena*, & Ioannem Scotum Franciſcanum, appellatum Duns, vel Dunſium; lege Ferchium eruditè per ſtringentem eam (quæ inter vtrumque Ioannem Scotum interceſsit) abſimilitudinem: ſic igitur rem explanat Ferchius, in Vita Scoti. cap. 3. ſub n. marg. 8.

Scotus Benedictinus cõfoſſus graphijs diſcipulorum.

Ferchius diſtinguẽs Scotum Ærigenã, & Scotũ Dunſium

21 *Seternuntur verò hi duo Scoti, cognomine*, (inquit Ferchius) *nam Benedictinus*, Ærigena, *Franciſcanus cognominatur* Dunſius. *Ærigena ſub anno 883. Dunſius, anno 1308. claruit. Ærigena Oxonienſis Academiæ, (ab Aelfredo Rege Angliæ, vel inſtauratæ, vel reſtauratæ) lector primus fuit; Dunſius ibidem Oxonij legit ſub Eduardo Primo Angliæ Rege, teſte Volaterrano, libr. 3. Geographiæ, cap. vltimo. Ioannes Scotus Ærigena in Angliæ Conuentu Malmesberienſi, diſcipulorum, quos obiurganerat ſeuerius, gladijs peremptus eſt; Dunſius in Germania Coloniæ Agrippinæ ſpontaneo morbo obyt. Ærigenæ libros de myſterio Euchariſtiæ Synodus Vercellenſis ſub Leone Nono damnauit; iuxta Polippum Bergomenſem* ad annum 1052. *Bellarminum tomo 3. controuerſiarum lib. 1. ca. 1. de Euchariſtia. Dunſij nihil hactenus, aut à Summis Pontificibus, aut à Concilijs Oecumenicis, vel Prouincialibus eſt reiectũ; annotante Antonio Poſſeuino, in apparatu ſacro, in Ioanne Scoto.*

Cauillus Iouij denudatus à Ferchio

Deinde Cauillum Iouij vel ſic detegit Ferchius lib. 3. Apologiæ contra Iouium. num. marg. 7. Accuratè diſtinxit Iouius, & callidè hos duos tantum ex eadem prouincia, & nomine indicatos retulit; voluit quippe à fumeſto, ſed certo vnius obitu, alterius falſam necem confirmare; atque ex illius maculata doctrina doctrinam huius facilius labefacere; quaſi neceſſario eos, qui nomine & patria coniuncti ſunt, criminum quoque conſortes fuiſſe, ac pœnarum credere debeamus. Verùmtamen inſuperabilis veritas, quibus impugnatur armis, expugnat.

Diſquiritur occaſio nugamẽti Iouiani de deſperatione Scoti in ſepulchro

22 Cum igitur inconcuſſa perſtent pro Scoti funere tot celebriũ ſcriptorum iudicia, eſt cur miremur, & diſquiramus talis nugamenti Iouiani ſcaturiginem; eam ſubodoratus videtur Ferchius, in prætatione, ſeu præ

li-

liminari epiſtola Apologiæ trium librorum contra Mateneſium, Iouium & Bzouium, ità ſcribens.

Ferchius,

Quo tempore de B. Virginis Conceptione diſceptatum eſt acerbiùs, fabula quædam de Ioannis Duns Scoti doctrina, & moribus, vita, & morte, eſt exorta, grauis, & ignominioſa; cuius authores nec ſcio, neque ſi ſciã facilè dixerim. Sed quoniam non ſtatim oppreſſa fuit, in plurimas excreuit falſitates. Paulus Iouius illam, vel nondum deſcriptam, vel deſcriptam malè, ſtylo verbis graui, at graui cum veritatis iactura ſcriptis dedit, auxit, ornauit; & pro ætatis noſtræ conditione, quę verborum calamiſtris magis, quàm veritatis lætatur ſimplicitate, quod eleganter expreſſum erat, alta mente Lectoribus impreſſum remanſit. Hanc ob cauſam Pauli Iouij elogium de Ioanne Scoto, longè, latèque per animos Catholicorum, atque hæreticorum peruaſit: prout ex profugis Ioannes Balæus, & Ioannes Caſus Oxonienſis, Angli: ex filijs Eccleſiæ, Abraham Bzouius Polonus, & Ioannes Fridericus Mateneſius, alijque eadem reculcantes commonſtrant.

Nota tẽpus in quo exorta fuerit fabula de Scoti deſperatione

Cẽſio Dermicij Thadęi de initijs huius nugamẽti de obitu Scoti.

23 Rem tamen fuſiùs explicaſſe, & penitiùs calluiſſe videtur Dermicius Thadæi in Nitela Franciſcanæ religionis contra Bzouium, in defenſione Scoti fol. 72. editionis Lugdunenſis. Vbi ita harum ſepulchri Scotici criminationum fontes indigitat.

Fabulæ progreſſus quando vẽtilabatur immunitas conceptionis.

Vnde autem, vel quibus authoribus, eluſmodi fabellę cuſſæ ſunt; nihil affirmare poſſum, interpretari licet, non ex ſano, aut æquo animo habuiſſe originem. Id etiam aduerto, potiſsimum innaluiſſe, quando Immaculatæ Conceptionis quæſtio ventilabatur, ſeu vires acquirebat immunitas Virginis à peccato originali, quam Scotus defendit, & cui primas inter Scholaſticos communi cõſenſu tribuit. Emanauit decretum Conſilij Baſilienſis, quod præter Gallicanam amplexa eſt Eccleſia Germanica, non ſine aliquibus etiam turbis; vt concertatio Trithemij cũ Vigando demonſtrat. Proximè poſt hoc decretum ſuccreuit ex aduerſo fama illa de extaſi & morte Scoti, & ſimul apoplexia.

Cur additæ circũſtantiæ de mugitu & eliſione capitis?

24 Perſeuerauit altercatio ſub Sixto Quarto maximè in Lombardia, vt propter collationem Ferrarienſem inter Franciſcanos; & Bandellum, teſtatur etiam Extrauagans eiuſdem Pontificis: *Graue nimis*. Et peruenit lis ad Concilium Lateranenſe ſub Leone Decimo, cuius litis monumentum extat inter Caietani Opuſcula, illud quod de hac materia inſcripſit. Hinc proximè ſubſequutæ ſunt, adiectæ prioribus figmentis, circũſtantiæ mortis Scoticę; pulſatio lapidis ſepulchralis, mugitus, eliſio capitis & huiuſmodi: primus eas monumentis conſignauit Paulus Iouius, vt reliqua omittam.

Irruptio Bzouij in Scotũ anticipata morte Scoti per quatuor decim annos

25 In Hiſpania efferbuit eadem contreuerſia annis proximè elapſis, vt Romam pro remedio ſcandalorum deſtinarit ſuum legatum Rex Catholicus Philippus Tertius Patrem Generalem Ordinis Sancti Benedicti; hic ſimul Romæ ſua fungebatur legatione, & Abrahamus Bzouius ſcribebat Annales, tàm in Scotum diligens ſcriptor, quàm alter officioſus in Virginem. Emanauit decretum Pauli Quinti contra prædicantes contrarium Immaculatæ Conceptionis; emanauit & ſcriptum Bzouij in Scotum anticipata per quatuordecim annos eius morte, contra omnium hiſtoricorum fidem; ne cunctatio præiudicium infetret indignę vindicationi, aut nocumentum peruerteret medela. Nam ſi veritas, & fides hiſtoricorum ſequenda foret, tum neceſſariò differenda erat vltio in alterius tomi annum nonum; quem nondum paratum, aut elaboratum habuit.

Iudiciũ Thadęi de candore Bzouij circa hiſtoriam Scoti

Hoc de Bzouij intentione ſcribo, non modo ex affectu, & opere: verùmetiam ex fidedigna relatione eorum, qui id ſcire potuerunt; hiſce accelsibus creuit ea fabula, ſed non plenè ad votum aduerſariorum, cùm Scoti innocentia præualuerit inuidiæ; nec defuerint ſemper viri graues, qui ex veritatis zelo patrocinium non denegarent integritati, vt ſuo dam-

no conqueritur etiamnum Bzouius.

Quæ authoris mens in his enodandis ex Ferchio

Hæc ad coercendas Iouij, Bzouij,& Mateneſij,in mores & pietatem Scoti irruptiones benignus accipiat lector;cæteras vindicationes circa doctrinam(in quam etiam virulenta quæque expuunt)acceptarus, quãdo agatur de vtilitate doctrinæ Scoti, & admirando illius in ſcientijs profectu. Quas Scoti defenſiones cum moderamine iuſtæ tutelæ clariſsimi noſtræ Scholæ Anteſignani,& ad propulſandam iniuriam grauiſsimam ſcripſi;imò ad verbum tranſcripſi,ne aculeatum quid ex noſtro penu excidiſſe videretur;quare & Ferchium alijs prætuli, non ſolùm quia ex fide oculari antiquitatum Colonienſium accuratiùs ſcribat,ſed etiam quia minus pungat,& cùm aduerſarijs ſe gerat temperatius;ne cùm Scoti modeſtiam in refellendis exlegibus, & ethnicis authoribus percelebramus, videamur à ſobrietatis canone defeciſſe.

§. 16. *De obedientia, paupertate, & caſtitate, ceu de votis Regularis inſtituti, acta, & pronuntiata Scoti.*

Priùs agitur de obedientia quàm de aliis votis inſtituti regularis, & cur?

1 EXaratis his,quæ ad dona ſupernaturalia fidei,ſpei, & charitatis attinent,quæ Monacho,& cęteris Chriſtiano cultui addictis,communia ſunt ; reliquum eſt, vt ſpeciales virtutes, quæ monachatus normam reſpiciunt,expendamus. Quia tamen in formula ea,qua Franciſcani ſe Deo per ſolemnem profeſsionem deuouent,prior obedientia promittitur,deinde paupertas,& tertiò caſtitas, (*viuendo* (inquiunt) *in obedientia,ſine proprio,& in caſtitate*,) ideo hoc ordine, acta,& dogmata Scoti,quæ regularem canonem ſpectant,elucidanda venient. Et iure quidem anteit obedientia, cùm per cælibatum immoletur Deo caro corruptibilis,per obedientiam verò litetur macteturve ſpiritus,& immortalis animus;quare,ſi obedientia anteueniat immolationem corporis auul ſi à carnis illecebris;quidni antecellat contemptum illius (quæ extra nos eſt)terrenæ ſubſtantię? De quo ſcitè Bernardus,vel pius alius author Sermonis in illud Sapientiæ 7. *Sapientia vincit malitiam*:qui habetur inter opera Bernardi.

S. Bernard.

Inobedięntia eſt proprietas interioris bonorum.

2 *Qui vendidiſti exteriorem poſſeſsionem tuam,vt abſconditum in agro Regularis diſciplinæ theſaurum continentiæ emeres;vade & vende interiorẽ proprietatem,longè graviorem ad relinquendum,& omnino perniciosam ad retinendum,vt prætioſam margaritam ſapientiæ compares,quam qui inuenit beatus, ſi tenuerit eam.Vis eam habere? ſerua mandata:impende igitur obedientiam, & recipies ſapientiam.*

Obedięntia ianua ſapięntię

Scotus ſapięntiſsimus, quia obedięntiſsimus.

Iure ergo Scotus ſapientiſsimus,& ſubtiliſsimus, qui prædicatur obedientiſsimus;interiorem enim proprietatem,qua effrænis animus,cano nec obedientię poſthabito, ſuarum vendicat operationum iura, & appropriat affectus;quare inobediens rectè appellatur interiorum bonorum proprietarius: eam, inquam, interiorem proprietatem (quam obtemperans ſpiritus excutit,quaſi ſui oblitus,& alieni iuris effectus) ita à cordis penetralibus ablegandam cenſuit Scotus,vt nec in minimis ſibi indulgendum præſtituerit;ita ſe ſe ſuperioris nutibus attẽperãs, vt in eius quaſi mancipatum aduenisſe æſtimaretur. Inania non loquimur ; ſpectet lector, qualiter facta Scoti noſtrę narrationi reſpondeant.

Heroicũ ſpecimen obedientię Scoti

3 Cùm enim Scotus in Pariſienſi Academia docens (cui vt nouus Appollo affulgebat) abſolutaque cuiuſdam diei lectione, extemporaliter accepiſſet literas Miniſtri Generalis Ordinis,iubentis vt relicta Lutetia,immigraret Coloniam;illicò iter arripit,& à diſcipulis comitibus interrogatus,quònam pergeret,cur ve ſalutatum Fratres in Conuentum nõ

iret?

iret? Dignam præſtitit tanto viro ſententiam: *Pater Generalis Coloniam ire iubet, non in Conuentum, vt Fratres ſalutem.* Heroicum præbens regularis diſciplinæ ſpecimen, dum totius orbis celebriorem Academiam expedito curſu relinquens, amicos, diſcipulos, ſcripta (chara ingenij, vel germina, vel pignora) poſthabens, Deo gratam obſequentis animi victimam mactat. Quem præcellentis obedientiæ triumphum plures percelebrant hiſtorici; Vuadingus ad annum 1308. Dermicius Thadæi in Nitela Franciſcanæ Religionis, in Ioanne Scoto. Ferchius in vita Scoti capit. 5. & alij quàm plures.

Scotus obedientię norma præſcribitur omnibus Regularibus

4. Quare non abs re Gulielmus Vorilonus, Scriptor (vt aliàs obſeruaui) nobis ducentis annis antiquior, Scotum præelegit ex numeroſo Regularium virorum cuneo, quem tanquam ſpectatiſsimum obedientiæ exemplar Religioſorum hominum exhibeat obtutibus; dum obedientiam ſuperiori præſtandam vrget exemplo Scoti; inquiens in 4. ſentent. diſt. 44. quæſt. 1.

Gul. Vorilonus

Narratur de Doctore Subtili, quòd in prato Clericorum viſa Generalis Miniſtri obedientia, dum actu Regens eſſet in Scholis Pariſienſibus, aut pauca, aut nulla de rebus (forſan libellis, aut ſcriptis) habita diſpoſitione, Pariſijs exiuit ſecundùm Miniſtri ſententiam. Quam Gulielmi doctrinam hocce commentario elucidauit Ferchius lib. 1. Apologię in Mateneſium. nume. margin. 27.

Ferchij ſententia de obedientia Scoti

O ſingularem obedientiam! Lutetiam florentiſsimam Vniuerſitatem, in qua Regens erat, relinquere; & Coloniam proficiſci, nec vale dicto Fratribus Diſcipulis quippe comitatus ad portam Ciuitatis greſſus direxit; & interrogatus, cur non rediret in Conuentum, Fratreſque ſalutaret; reſpondit, dignam Ioanne Scoto ſententiam. Pater Generalis iubet ire Coloniam, non redire domum ad ſalutandos Fratres. Ita fecit, ita dixit, ita edocuit præſtantiſsimus Doctor. Egregiè intonat Sapiens; Prouerbior. 21. *Vir obediens loquetur victoriam.* Quoniam ex hoc promptiſsimo obſequendi ſtudio Doctor Subtilis, & publicum, & priuatum teſtimonium adeptus eſt: & à ſuo Generali coram Deo, & hominibus laudem nunquam intermorituram.

Prouer. 21.

Idem ex Hugone Cauello

Rem ita deſcribit Hugo Cauellus *in cap. 3. vitæ Scoti.* De eius obedientia illud eſt memorabile; quòd accepto Pat. Miniſtri Generalis mandato, de eundo Pariſijs Coloniam, dum extra Conuentum Pariſienſem, (vbi tunc tanto omnium applauſu docebat) deambulationis, vel recreationis cauſa ageret; non eſt reuerſus ad conuẽtum, vt cõfratribus vale diceret ſed obedientiæ ſanctæ, quã promptam exhibuit, vinculum ſentiens, ſtatim iter, quò ipſa dixerit, inchoauit.

Conſentit Vuadingus.

Conſentit etiam Vuadingus hæroicum id obedientiæ exemplar ita narrans; ad annum 1308. nec enim in caſſum tot grauium virorum teſtimonia ad verbum tranſcribimus, vt inconcuſſum ſubſiſtat inſigne tanti Doctoris in audienda voce ſuperioris famulitium. *Magno auditorum concurſu legit Pariſijs Scotus ſub hoc tempore de quo alias egimus diffuſius* (anno 1304. n. 41. & ſequentibus) *donec hoc anno 1308. ſuperuenere Miniſtri Generalis Gunaſſalui obedientiales literæ, vt Coloniam Agrippinam ſe transferret. Acceptis literis extra Lutetiam in prato Clericorum, quò eo die cum diſcipulis remittendi animi gratia ſeceſſit, cæca & prompta obedientia, vale dicto ijs, qui aderant, in Coloniam iter aſſumere cœpit, quin domũ libros, aut ſcripta colligeret, ſeu Fratres ſalutaturus rediret. Admirati diſcipuli interrogarunt, cur non abiret in Conuentum Fratribus vale dicturus? At ille dignam Ioanne protulit ſententiam: Pater Generalis Coloniam ire iubet, non in Conuentum ad ſalutandos Fratres redire.*

Præclara dogmata Scoti de obedientia ſuperiori præſtanda

5. Cæterùm, ſicut Scotus ad obediendum gnauiter ſe exercuit, ita eximiè de obedientiæ præcepto cogitauit, & ſcripſit, *in 4. ſent. diſt. 3. quæſt. 4. §. Hæc autem dixit. ſub n. marg. 6.* vbi poſtquã aſſeueraſſet, quòd teneatur homo

mo non ſolùm præcepta Dei, ſed etiam eius conſilia non poſthabere intellectu, vel contemnere iudicio, illa irrationabilia, & infructuoſa iudicando; ſtatim de præcepto hominis prælati ſequentem attexit doctrinam.

Scotus. Licet poſthabere iudicio irrationabile præcepti ſuperioris, ſed non licet nõ obſeruare

Hæc dixi de conſilio, & præcepto diuino; quia ſecus eſt de humano, etiam loquendo de conſilio, ſeu præcepto hominis ſuperioris, ſeu prælati. Licet enim tàm conſilium, quàm præceptum alicuius ſuperioris contemnere, id eſt irrationabile & infructuoſum iudicare; ſed non licet, dum eſt prælatus, contemnere nõ obſeruando: quia dicitur Mat. 13. Super Cathedram Moiſi ſederunt. &c.

Ratio prorũ tiati Scotici.

6 *Iſtud de contemptu conſilij, vel præcepti ſuperioris; probatur. Quia non tenetur aliquis neceſſariò habere falſam opinionem de ſuo ſuperiore, ſed monitio eius, vel præceptum, poteſt in ſe eſſe irrationabile, & infructuoſum: & rationabiliter, & vtiliter tunc laborandum eſt ad eius reuocationem, & ad correptionem, vel amotionem talis prælati fatuè præcipientis. Ergo non tenetur ſubditus reputare præceptum eius, tanquam rationabile, & fructuoſum: ſed poteſt oppoſitum reputare, ſicut eſt; & ſic contemnere non approbando.*

Scotus tollit errorẽ iudicij & fouet exequutionẽ obedientię

7 Vbi elucet miræ eruditionis Soti pietas, & candor; qui nec in intellectu obedientis errorem, nec in operatione inobedientiam ſuſtinet. Permittit enim, & dat iudicio ſubditi, vt irrationabile eſtimet id, quod re vera, & de facto infructuoſum exiſtit; at non indulget exequutiuæ facultati vt torpeat, & prælato rationabilia præcipienti obnitatur. Hæc noſtra, qualis qualis de Scoti obedientia obſeruatio.

Paupertas Euangelica Scoti

Vt autem Euangelicæ paupertatis theſaurum in Scoto noſtro locupletem explanem, præuia accipe dogmata Sanctiſsimi Leonis Papæ, re & nomine Magni, quæ Euangelicæ paupertatis fouent, & explicant diuitias: Ita enim Magnus ille Pater, in Sermone 4. de Quadrageſima, prope medium.

S. Leo Mag.

Religioſorum modeſtia non ſit maſta, ſed ſancta; nec inueniantur in eis vllarum murmura querelarum, quibus nunquam deſunt Sanctorum ſolatia gaudiorum. Non timeatur inter opera miſericordiæ terrenarum diminutio facultatum. Semper diues eſt Chriſtiana paupertas: quia plus eſt quod habet, quàm quod nõ habet: nec pauet in iſto mundo indigentia laborare, cui donatum eſt, in omnium rerũ Domino omnia poſſidere.

Videtur adũbraſſe ſpiritũ paupertatis Euangelicæ Scoti.

8 Vbi Magnus Pater adumbraſſe videtur Scotum Euangelicum pauperem, Apoſtolica nuditate opulentum, omnia in Deo poſsidentem, modeſtia non mæſta, ſed ſancta diuitem, ſolatijs ſanctorum exuberantem; abſque vllo querelarum murmure, imò cum magno ædificationis proximorum fructu & fœnore hoſtiatim mendicantem; quamuis ob egregia merita, vt doctrinæ columen, & ingeniorum prodigium Scotus digito ab omnibus commonſtratus, Summo etiam Pontificatu dignus renuntiaretur. Ita enim de Scoto, & duobus alijs Apoſtolicis viris eiuſdem inſtituti conſodalibus, Alexandro Alenſi, & Richardo Mediauillano, cenſuit grauis Scriptor, & acutus Theologus Ioannes Maior, in 4. ſententiar. diſtinct. 38. quæſt. 11.

Ioa. Maioris præconium de Scoto.

Conſtat quòd in itinere, vbi non habebant Cœnobia, amore Dei victum, hoſpitium, & tranſitum per Occeanum à Britania in Gallias, & è contra petebant in grande meritum ſibi, & aliorum ædificationem: quòd viri Summo Pontificatu digni digito demonſtrati, ob eminentes ſuas virtutes, ſic eleemoſynas non ſunt veriti petere. Quam Maioris obſeruationem amplexantur, & tranſcribunt Ferchius in vita Scoti, numer. marg. 14. Vuadingus, ad annum 1308. num. marg. 40. & Hugo Cauellus Archiepiſcopus Armachanus, in vita Scoti cap. 3.

Ferchius. Vuadingus. Hug. Cauel.

Scotus rigidus ſectator paupertatis Apoſtolicæ

9 Scotum præterea rigidum paupertatis Euangelicæ ſectatorem oſtendit pannoſa, & vilis lacerna, ſub qua nudipes, etiam abiectis ſandaliis, hilari animo, alacri modeſtia, iuxta Leonis Magni doctrinam, mendici mo

re ad ſtipem accedebat; vnde & de Scoto concinuit vetuſtum carmē, quod veræ effigiei Scoti adfixit Petrus Rodulphius, in Hiſtoria Seraphica, libr. 3.

Epitaphium Scoti.

Scotus Subtilis, nomen ſubtilia donant:
Quem veſtis vilis, pes nudus, corda, coronant.

Poſt pueri Ieſu apparitionē ſtrictioris pauperta tis exēplar Scotus.

Adde ex Luca Vuadingo, & Dermicio Thadæi à nobis tranſcriptis ſub §. 9. præcedenti, numer. margin. 5. & 7. quòd Scotus poſt dulciſſimos pueri Ieſu amplexus nouam tunicam admittere nolucrit, ſemper pannoſa, & lacera vſus; & deinceps carnibus abſtinuit vltra regulę præſcriptum, propter deuotionem dulciſſimi Pueruli, & Sanctiſſimæ Genitricis Deiparæ: adeò vt apud Marianum Florentinum, & Marcū Olyſiponenſem, Portuenſem Epiſcopum, notæ pietatis hiſtoricos, Scotus audiuerit, & prędicetur præcipuus auſterioris vitæ, & paupertatis Euangelicæ Zelotes, & Apoſtolicus propugnator: & apud Ferchium, in vita Scoti cap. 5. *Inſignis cultor paupertatis, habitu vili, pictacijs ornato, nudis pedibus incedens, vt pauperē Chriſtum pauper ſequeretur.*

Marian. Florent. Marcus Oliſipon. Ferchius.

10 Vt verò factis dogmata cohęreāt, accipe de paupertatis Euangelicæ præſtantia aureum Scotici textus fragmentum ex 4. ſententiar. diſt. 3. quæſtion. 4. §. Et notandum generaliter, ſub numer. marginal. 5. vbi ait.

Dogma Scoti pro obſeruantia paupertatis

Promulgatio facta de conſilio diuino obligat ad non contemnendum; qui enim conſilium contemnit, contemnit conſulentem inquantùm conſulentem: & ideò nolens ſeruare conſilium diuinum Euangelicum, quaſi cōtēnens illud, tanquā irrationabile, & infructuoſum, peccat mortaliter. Vnde videant mordentes paupertatem Euangelicam, ne fortè (cùm nolint ſeruare, quia non eſt neceſſarium) cō temnant; quia tales contemnentes, vel parùm pendentes, contemnunt Chriſtū, qui hanc ſuaſit obſeruari, tāquam meritoriam, & vtilem ad vitam æternam: vt habetur in 6. lib. de verborum ſignificatione.

Memores reddit Fræciſcanos ſui officij circa paupertatis votum

11 Nec etiam inter ſcholaſticas diſſertationes oblitus eſt, Franciſcanos conſodales ſui officij admonere, vt margaritam Euangelicæ paupertatis tanquam hæreditarias opes, & Patris monimenta gnauiter cuſtodiāt; vt liquet ex 4. ſen. diſt. 15. q. 2. §. De primo ſit hęc concluſio. ſub n. marg. 11. ſubijciens monita ſequentia.

Scotus

Ex hoc patet, quid requiritur ad iuſtam donationem; quia liberalis tranſlatio ex parte donantis, & voluntas recipiendi ex parte illius, cui fit donatio; & libertas ex parte amborum, huius dōnandi, & illius recipiendi, hoc eſt, quòd nulla lege ſuperiori prohibeatur iſte, vel ille, nec per actum alterius, à quo dependeant in iſta tranſlatione. Et propter defectum ſecundi, non poteſt quis donare pecuniā Fratri Minori, quia ille non vult eſſe dominus.

Scotus ſcripſit librū de paupertate Chriſti

Cum autem mirarer, & hæretem; cur tam ardens Euangelicæ paupertatis ſectator ſpecialem de paupertate Chriſti tractatum non edidiſſet? Inuenī apud Ferchium in vita Scoti *capit. 11. ſub num. margin. 29. in fine numeri*, quod Scotus compoſuerit librum de paupertate Chriſti, qui citatur in *Firmamento trium ordinum*, & modò extat manuſcriptus in Bibliotheca Vaticana.

Illibata Scoti caſtitas

12 Ex his, quæ de paupertate, & rigida corporis maceratione in Scoto obſeruauimus, rectè colligimus illibatum in Scoto caſtitatis donum; quia licet caſtitas ſit theſaurus abſconditus, nec enim in actu externo, ſed in negatione contrariæ operationis conſtat cœlibatus; adhuc tamen ex auſteritate vitæ, & ſtrenua ſenſuum cuſtodia depromitur legitima huius virtutis aſſertio. Qui enim vires carnis obtundit ne rebellet in ſpiritum, maior eſt quàm quod ſuccūbat ſpurcitijs, proſternatur illecebris. Audi Magnum Baſilium, qui etiam ex ethnicis ſapientibus Chriſti inam hanc decerpſit philoſophiam, quam nobis propinat in Oratione 8. de temperantia, & incontinentia: vbi inquit.

S. Baſilius.

Ca-

Quis castitatis titulo cõdecorãdus apud Basiliũ

13 *Castum autem dicimus, non eum, cuius iam libidinis plens appetitus, à senectute, aut morbo, aut alio quouis casu exarserunt, languidique facti sunt; nam talis prauitate non caret, sed operationes eius prapediuntur imbecillitate instrumẽtorũ. At tẽperantia est vera quadã scientifica potẽtia, profundè admodũ in anima impressa, & qua vestigia inhærentia turpium appetituum penitus extinguit, ac delet.*

Rẽ aptis illustrat exẽplis

14 *Nec enim eos ob castitatem in cælum ferre debemus, quorum membra exacta sunt; nam neque equos ideo extollimus, quòd cornu non petant, sed quòd calce non feriant: boues verò si cornibus non petierint, mansuetudinis ergò charos habemus. Non enim quisquam ob id, quod efficere non valet, sed cùm possit, nec abutitur tamen potentia ad iniustitiam perpetrãdam, suspicitur, atque admirationi est. Nã temperantia, quæ est in senecta, non est temperantia, verũ libidinis cuiusdã ac incontinentiæ quædam imbecillitas; mortuus non coronatur, nemo iustus ideo quòd malum perpetrare nequeat.*

Suadet castigationem corporis.

15 *Proinde par est, nos totum corpus castigare, & quasi cuiusdam bestiæ impetus coercere, ac tumultus eos, qui ab ipso in animo excitantur, ratione, veluti flagro quodam sedare; nec totis laxatis habenis voluptati, mens negligenda est, ne tanquam auriga quidam, ab effrenatis equis fuma cum violentia agitatis, diripiatur.*

Vrget etiã sapientũ ethnicorũ monitis

16 *Sed Pythagoram imitemur, qui cùm didicisset, quemdam ex suis seipse, & exercitatione, & omni genere cibi saginare, ac carnosum reddere, sic ait.* Non desinis grauiorem tibi carcerem parare? *Vnde etiam Platonem ferunt, cùm ante animo percepisset nocumentum, quod ex corpore proficisci solet, de industria Academiam elegisse, locum Attica vel maximè pestilentem; vt vita præcideret nimis bonam corporis dispositionem, veluti superfluam quandam viris fertilitatem.*

Scotus in iuuentute carnis vires attriuit.

17 Quæ Philosophiæ Christianę axiomata aptissimè ad nostrum quadrant Scotum, qui dum obsequitur fructibus incorruptæ mentis, fertilitatem corporis iugi mortificatione attriuit, vt in ipso iuuentutis flore mortalitatis metam exantlauerit, Quod autem regularis disciplinæ flagro tumultus eos, qui contra rationem strepunt, sedauerit, & silere coegerit; ostendit authenticum Epitaphium antiquo Scoti busto statim ab obitu illius affixum, vbi castitatis honorifico condecoratur elogio.

Epitaphium cõmendans castitatem Scoti.

Huic humilis casto Francisci cordula renes
Strinxit, erat sapiens, præsbiter officio:
Feruebat studio, nulli virtute secundus.

Celebratur puritas Scoti & simul sacerdotium eius & cui?

Vbi appositè, quando illibata colitur Scoti castitas, etiam Sacerdotalis eius functio recolitur; quatenus ea puritate Angelicum illud munus obierit, quæ pijssimum ac nominatissimum Doctorem decebat; de qua religiosè docentem perlege Scotum à nobis transcriptum, in §. 9. sub numer. marg. 4.

Virgẽs Scoti ex puritatis assertio ex dono altissimæ contemplationis.

18 Vltimò, præclaram animi & corporis in Scoto sanctimoniam nobis exploratam reddit limpidus ille diuinę contemplationis obtutus, & Scoticæ mentis in Deum iugis ascensio, quam in illo emicuisse obseruarunt graues historici, vt infra ostendam; qui ergo fieri posset, vt cœlestibus assuetus, & immersus colloquijs, carnis illecebras, & sordida quæque, & fœculenta, quæ mentem fascinant, & denigrant, non excusserit? Quia, vt docet Hugo (apud Collectorem sermonum extraordinariorum Sancti Bernardini Senensis, Sermone 13.) *Contemplatio est claustrum animæ, vbi animus cœlestia meditatur, à turba carnalium cogitationum longè ponitur, delitiæ carnis sopiuntur in domo, delectabiliter vagos sensuum motus restringit, Angelica dulcedine fruitur.* Quo diuinæ irradiationis lumine perfusus, & nectare delibutus, quid de castimoniæ splendore censuerit Scotus, iubijcio; ex 4. sententiar. distinct. 42. quæstion. vnica prope finem quæstionis. sub numer. marg. 12.

Hugo, de claustro animæ apud Collectorem sermonum S. Bernardini

Dogmata Scoti, quę niuem redolẽt candorem.

19 *Non eſt admirandum, ſi ſolicitudinem tantam ponit Eccleſia in ordinando matrimonia: quia communitas Chriſtianorum vtitur matrimonio, per cuius vſum multiplicatur populus Chriſtianus; & ideo ſic ordinari debet, vt in eius contractu, & vſu vitentur ea, quæ obuiant charitati, ſiue in Deum, ſiue in proximum: & ſeruanda ſunt, quæ congruunt honeſtati, vt ſic honeſtatum matrimonium Chriſtianum congruè ſignificet illam benedictam coniunctionem Chriſti, & Eccleſiæ; de qua dicit Apoſtolus, Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & Eccleſia. Quæ coniunctio nũc eſt per fidem, & aliqualẽ dilectionem, ſed in patria erit per viſionem, & perfectam fruitionem Sponſæ non habentis maculam, nec rugam, ad Spõſum ſpecioſum præ filijs hominum; cui ſit honor & gloria in ſæcula ſæculorum.*

Scotus

Scotus piè fulciens & elucidans cę libatum clericorum.

20 Item ex Clericorum cœlibatu, quem egregiè fulcit, & elucidat Scotus, eius candorem & puritatem veſtigare licebit; ita enim habet in 4. diſt. 37. quæſtio. vnica. §. dico igitur. nume. marg. 4.

Nec propter votum continentiæ propriè dictum annexum Ordini Sacro, nec annexum ex præcepto Eccleſiæ præcipientis tali non contrahere, eſt quòd iſte non poteſt contrahere; ſed ex hoc quòd Eccleſia facit talem perſonam ſimpliciter illegitimam. Quod ſtatutum fuit rationabile, ſiue habitum fuerit à Chriſto, ſiue nõ quia talis deputatur miniſterio ſacro, quod requirit munditiam mentis & carnis, perſpicacitatem intellectus, & fauorem affectus, ad quæ omnia diſponit continentia, & ad eorum oppoſita, frequentia carnalis actus. Nec in hoc debet aliquis dicere, Eccleſiam ſibi præiudicare in ſuo iure; quia Eccleſia communiter non cogit aliquem ad ſuſceptionem Ordinis Sacri; & ſatis publicauit, quia poſt talem ordinem ſuſceptum, ſuſcipiens eſt inhabilis ad contrahendum: igitur voluntariè incurrit talem inhabilitatem. Ex his igitur fontibus Scoti puritatem hauriat lector, & ſuſpiciat inter ſcholaſticas concertationes piæ mentis ignes.

§. 17. *Synopſis, & Breuiarium cæterarum virtutum Scoti; vbi de humilitate, patientia, oratione, & de ſapientiæ infuſæ, & timoris diuini donis ſpecialiter agitur.*

Firma fides Scoti.

1 CÆterùm antequam ad explanationem præfulgidi luminis Scoticæ ſapientiæ procedamus; è re erit cæteras virtutum & donorum operationes Scoti, quæ ad mores ſpectant, ſynopſi, vel breuiario quodam perſtringere.

In primis fuiſſe in fide robuſtum; conſtat ex §. 4. vbi & deuotiſsimum Scoti Eccleſiæ canoni iudicium planè oſtenditur. Ob fidem tutandam præclia dura dedit hæreſi Beguardorum; vt liquet ex §. 5

Prælia cõtra hæreticos

Ob viuidum vegetumque doctrinæ acumen ad hæreticos profligandos, à Nouatoribus imperitur; vt patet ex §. 6. Scoti doctrina hęreſi retundendæ opportuna ex Iacobo Breullio, Benedictino, in §. 1. numer. marg. 4.

Hæretici blaterantes in Scotum.

Furit Eraſmus hæreticus Batauus in Sanctum Thomam, & Scotum, Scolaſticę Theologiæ columina; & vindicantur à criminationibus Eraſmi in §. 6. n. marg. 1.

Balęus Centuriator hæreticus debacchatur in Scotum; eum de vmbra aſini diſputaſſe blaterãs, quando Coloniæ hæreſim Beguardorum debellat; in §. 5. n. mar. 6. Diſpungitur hæretici dicacitas: *ibidem.* Balæus per irriſionem vocat Scotum, *Herculem Papicolarum*; ſed cedit in magnã exaltationem Scoti, amarulentia Balæi; ibidem in §. 5. n. 6.

Alię hæreticorum criminationes in Scotum

2 Caſus hæreticus irruit in Scotum, eum à catalogo veterum ſcriptorũ delendum effutit; ſpinam, & vrticam nuda ingenia pungentem vocat, §. 6.

Iob. cap. 41

num. marg. 2. Obtunditur hæretici machinamentum; Scotus nō ſpina, ſed enſis, & lancea Eccleſiæ confodiens hæreticorum genia; nō nuda, ſed ſquamis ſe premētibus, inſtar corporis Behemoth, cōpacta. Scotus nō vrtica, quæ vitiorum excitet pruriginem, & virulēto attactu mētes ad impietatem extimulet, vt Caluini Sinagoga; ſed oliua pullulās, cuius nitētis olei riuulis fouentur lampades Eccleſiæ, & vnguntur Athletæ fidei ad proſternendam hæreſim. in §. 7. n. mar. 1. & 2.

Præconia Scoti ex odio hæreticorum.

Hæretici Angli tradunt flammis libros Scoti

3 Irruptio hæreticorum in libros & monumenta Scoti apud Anglos; cachinnis & flammis parentāt funeri Scoti, & Scotiſtarum: §. 7. à n. 3. vſq; ad 5. Angli hæretici magis in Scotum, quàm in cæteros Catholicos Doctores exardent rabie; ibidem. Vbi expenditur ratio, cur hæretici in Anglia in Scotum atrociùs, quàm in cæteros Doctores ferociam exercuerint. num. mar. 6. Pluſquàm ducenti alumni Scoti paſsi in Anglia ob fidei Catholicę aſſertionem, ibidem n. 7.

Eximia Scoti charitas in Deum

4 Charitas Scoti in Deum ardentiſsima; eminet etiam inter ſpinoſas ariditates ſcholaſticarum diſſertationum myſticis iaculaminibus æſtuās. in §. 8. à n. mar. 1. vſq; ad 5. Ignita ſubtilitas Scoti eam firmat ſentētiā, quod non liceat damnato appetere nō eſſe obvitādos ęternos pœnarum fluctus, & quòd quilibet teneatur optare annihilationem ſubſtātiæ immortalis, ne à Deo per peccatum deficiat. in §. 8. à n. mar. 6. vſq; ad 10. Scotus optimè audit, & prædicatur vexillifer charitatis, trophæū dilectionis diuinæ, ob æſtuantem doctrinam, & ignitos mores: in eodem §. 8. ſub n. mar. 11.

Charitas Scoti in Ieſum.

5 Eximia Scoti charitas in Chriſtum, excitauit acumen Scoticum vt ſpecialibus encomijs eueheret humanitatem à verbo aſſumptam; docēs à Deo donatam extitiſſe eo donorum ſupernaturalium accremento, vt intenſius, aut exuperantius aliud repugnet de abſoluta Dei potentia; ſubiungens, quòd in commendando Chriſtum velit potius excedere quàm deficere, ſi propter ignorantiam oporteat in alterum incidere. in §. 9. numer. margi. 2.

Cur Ieſu ſub paruuli imagine amplexetur Scotum?

6 Petit pueri Ieſu amplexus Pariſijs in nocte Natiuitatis Domini, & obtinet; in eodem. §. 9. num. marg. 5. Ieſus ſub parvuli imagine Scotū inuiſit, vt ſe eſurientem & famelicum charitatis Scoticæ inſinuaret; paruuli enim appetētiores pabuli, & famelicoſi exiſtunt. in eodem. §. 9. n. marg. 10. Analogia Scoti ad S. Antonium Paduanum; vterque enim donatur eiſdem pueri Ieſu amplexibus, vterque arrhas, & ſponſiones gloriæ in Ieſu amplexante ſuſcipiens vocatur ad cœlos in ipſo flore iuuentutis: in eodem §. 9. n. marg. 10.

Charitas Scoti in Virginem

7 Summa charitas & Scoti pietas in Deiparam; eam in omnibus vitæ gradibus oſtendit glorioſam, omnes vias eius pacificas elucidat abſque vllo næuo peccati iuxta S. Amedei Epiſcopi Lauſanenſis votum. §. 10. à nu. marg. 1. vſque ad 3. Chriſtus Dominus ad protegendam Matris dilectæ dignitatem deſtinauit Scotum ad Pariſinam concertationem cum aduerſarijs innoxij Deiparæ Cōceptus ineundam; ex officio Eccleſiaſtico à Sixto IV. approbato. §. 10. num. 4. Feliciter litem terminauit, ducētis argumentorum ictibus excuſsis: ibidem §. 10. num. 5. Obtinet votum Vniuerſitatis Pariſienſis, quòd nulli pateat ad Doctoralem lauream aditus, niſi iure iurā do præſtito de Immunitate Virginis tutanda. §. 10. numer. margi. 6. In præuia oratione ante agonem aditum pro vindicatione Deiparæ inflectit caput ſtatua Virginis alumno ſalutanti; & hucuſque proſtat inflexum caput, triumphi Scotici glorioſum monumentum. §. 10. à numer. marg. 7. vſque ad 11.

Scoti officia pro aſſertione Deiparæ cōtra oppugnatores Immaculatæ Cōceptionis.

Deiparę dilectio & fauor erga Scotū

8 Apparent oſſa Scoti rubra, admodum redolentia, & lacte deliburta, decurſis duobus ſæculis ab obitu Scoti, quando redintegratur bellum cōtra Immaculatum Conceptum Virginis. in §. 10. numer. marg. 12. & 13. Apta analogia Scoti ad Sanct. Ildefonſum Toletanum Archipræſulem Mariani candoris vindicem. §. 10. numer. 15. Scotus reuincens aduerſa-

rios in lite Immaculatæ Conceptionis, inuocatur Patronus in diſsidijs grauioribus, & fert ſuppetias cœleſtes. §. 10. num. 16. Expenditur quantum ſibi obſtrinxerit Eccleſiam Scotus ob ſuperatum certamen contra Immaculatum Conceptum Deiparæ: ibidem. §. 10. num. 17. Duodecim flores coronæ Virginis ex viridario doctrinæ Scoticæ decerpti. §. 10. n. mar. 18. Enodatur, quòd ſibi conſtet Scoti pietas, Virginem à noxij conceptus turpitudine liberans, & Chriſtum peccabilem de abſoluta Dei potentia aſſeuerans; contra mordẽtes dogma Scoticum ob inconſequentiam doctrinæ §. 10. n. marg. 19.

Charitas Scoti in proximos, ex doctrinæ eandore, & pietate

9 Elucidatur æſtuans charitas Scoti in proximos; & quòd nullum Authorem impetiuerit libidine contendendi, ſed ſolo reſerandæ veritatis zelo extimulatus. §. 11. Scotus non decertat contra Sanctum Thomam ex præſcripto ſibi diſputationis ſcopo, ſed ferè præter intentum, & ſuppreſſo nomine Sancti Thomæ; ſicut etiam expendit placita Alenſis, Bonauenturæ, Varronis & aliorum primariorum ſcholaſticorum. in §. 11. nume. margin. 3. & 4. Neruos omnes & diſputandi aciem contra Henricum Gandauenſem intendit, etiam parcens nomenclaturæ talis Doctoris, dum illius excernit aſſerta; vt opiniones, non opinantem impetere oſtendat. §. 11. nu. 5. Etiam in taxandis exlegibus & ethnicis authoribus, charitatem, & modeſtiam explicat Scotus. §. 11. numer. 6. & 7. Charitatiua condeſcenſio Scoti ad ruſticum in fide vacillantem, & vitæ licentiam depromentem ex certitudine præſcientiæ Dei, & arcanis prædeſtinationis; ruſticum enim humiliter excepit, vt ictum ignito acumine obtundens, & intorquens, ruſticum à damnationis voraginibus erueret. §. 11. numer. 8. & 9.

Inconcuſſa ſpes Scoti.

10 Exaratur præſtantia ſupernaturalis doni ſpei in Scoto; & refutantur nugæ de deſperatione eius in ſepulchro, contra Iouium, Bzouium, & Mateneſium. §. 12. 13. 14. Scotus anchora ſpei communitus vocatur ad interiora velaminis à Ieſu Præcurſore; Pueri enim Ieſu amplexus fuerunt præcurſiones, ſpontiones, & arrhæ beatitudinis Scoti. §. 12. à numer. marginal 1. vſque ad 30 Pia Scori ſententia de meritis per peccatum mortificatis, qualiter non ſint totaliter in obliuione coram Deo ad excitandam eius miſericordiam ad prębendum auxilium, vt lapſus reſurgat; quod dogma Scoticum inſerit mentibus de eximia Dei pietate confidentiam, & fouet ſpem; in §. 12. numer. marginal. 4. & 5. In Conuentu Colonienſi nullum extat, neque extitit à tota memoria hominum, ſepulchrum concameratum, ſeu inanis arca, quæ præbuerit antàm nugamento de eliſione capitis Scoti. in §. 12. contra Iouium. numer. marg. 13. & in §. 13. contra Bzouium num. marg. 9. & contra Mateneſium. §. 14. n. marg. 29.

Defenſiones Scoti circa habitum ſpei

11 Impoſturę contra Albertum Magnum, quę cautionem ingerunt Bzouio circa nugas de obitu Scoti. §. 13. num. 3 & 11. Retorquetur in Bzouium admonitio eius circa funus Bonifacij Octaui. §. 13. n. 12. Iouius impiè ſupponit Scotum pro Zenone Iſauro. §. 13 nu. 14. Quamuis Scoto intra concamerati ſepulchri anguſtias nullus auxiliari vellet; adferret ſuppetias Deipara ſuę Cõceptionis vindici; ſicut liberauit venerabilẽ Virginem Beatricem de Silua fundatricem Monialium Cõceptioniſtarum, apparens Beatrici incluſę per triduum in capſula abſq; cibo & potu. in §. 13. n. 15 Impoſtura occulti criminis Scoti nõ excuſatur à peccato mortali cũ onere reſtitutionis. in §. 14. n. 13. Probatorum ſcriptorum iudicia Barth. Piſani, Antonij Andreæ Aragonij, Mariani Florentini, Ioannis Trithemij S. Antonini, Ioannis Ec Kij, Auberti Mirçi, Petri Rodulphij, cõtra Iouiũ & alios temeratores funeris Scoti contra omnem hiſtoriæ fidem. in §. 15.

Summariũ de obediẽtia paupertatę & caſtitate Scoti

12 Quæ ad obedientiam, paupertatẽ, & caſtitatẽ reſpiciunt ſatis ſuperque. in §. 16. explanãtur, adiunctis etiam his, quæ præmiſimus. in §. 3. de moribus, & virtutum officijs Ioannis Scoti in Monachatu; vbi venera-

bilis ſerui Dei Gundiſalui, ordinis Minorum Generalis Miniſtri de Scoto cenſionem tranſcripſimus.

Alta Scoti humilitas.

13 Præluxit etiam in Scoto alta deſpicientia ſui, & illius præcordijs inſidens vera, non fucata, exinanitio, fuit enim humillimus, quia obediẽtiſsimus; obedientiam enim legitimam humilitatis prolem cenſeo, nec enim turgida mens ſe ſe tanto obſequio deuoueret nutui, alterius; quod obedientiæ ſtudium in heroico gradu Scoto noſtro infuiſſe, luculenter oſtẽdimus. Commendatur autem Scoti humilitas à Ferchio à nobis tranſcripto in §. 13. nu. 5. & ab Hugone Cauello in vita Scoti, cap. 3. vbi obſeruat; *Quòd Scotus omnia dicta, & facta, huic virtuti, virtutum omnium matri ita attẽperabat, vt nihil ei ſaperet, quod ſancta humilitatis ſale conditum non eſſet.* Humilitatem præterea Scoti effundit ſublimis illa, & nunquam ſatis laudata tanti Doctoris modeſtia, & ſobrietas in refellendis oppoſitis placitis, quæ Poſſeuino (à nobis tranſcripto in §. 11. numer. margin. 1.) & cunctis ſani ſenſus, & palati viris ſonat, & ſapit, Scotum cœleſtibus donis affluentem extitiſſe.

Præconium humilitatis Scoti ex modeſtia doctrinæ.

14 Vnde humilitatem Scoti ex modeſtia docendi ritè deprompſit Cauellus ſubdens in vita Scoti cap. 3. *Quid dicam de eius humilitate & modeſtia in aliorum ſententijs refutandis? Dum oppugnat etiam abſurdiſsimas quorundam opiniones, & conuincentibus ſæpe argumentis, ab omni abſtinet cenſura, authorem non nominat vtens verbo:* Hìc dicitur: Hìc reſpondetur: Quidam Doctor ait. *Quàm diſsimilis eſt multis recentioribus, qui quò minus ſunt docti, eò magis doctiſsimos, vel leuiuſculis ſui cerebri rationibus cẽſurant, reprehẽdunt lacerant: hi ſcientiam habent ſed inflantem, quia charitatem non habent ædificantem.*

Ferchius.

Scoti etiam humilitatem prædicat Ferchius ex lib. Scoti de primo rerum principio, inquiens (in lib. 2. Apolog. in Bzouiũ. n. mar. 41.) *Qui Scoti humilitatem, charitatem, deuotionem agnoſcere volet, conſideret Soliloquiũ Doctore Subtili dignum in libro toto de primo rerum principio.*

15 Sed pro humilitate Scoti & cæterarum virtutum eius compendio accipe pium & doctum Ferchij commentarium in illa Epitaphij Carmina.

Laus humilitatis Scoti ex Epitaphio ſepulchri.

Huic humilis caſto Franciſci cordula renes
Strinxit, erat ſapiens præsbiter officio:
Feruebat ſtudio, nulli virtute ſecundus,
Quod didicit, totum mox alios docuit.

In his rutilat caſtitas corporis; cuius gratia renibus accinctus docetur. Rutilat ſapientia mentis; in quam ſtudio feruentiſsimus incubuit. Rutilat charitas affectus; quia ſapientiam ſine fictione didicit, & ſine inuidia proximis verbo & ſcripto liberaliſsimè communicauit. Rutilat virtutum chorus; cũ nulli ſecundus virtute per hyperbolem dicitur. Rutilat omnium fundamentum virtutum humilitas; dum humilis Franciſci imitator, vel humili corda cinctus canitur. Qui autem ſe humiliat exaltabitur. ”

Heroica Scoti patientia in dura ſeruitute.

16 Humilitati affinis eſt patientiæ virtus in calamitatibus æquo corde perferendis præfulgens; cuius etiam heroicum præbuit ſpecimen Scotus, quando, vt docet Ferchius capit. 5. vitæ Scoti (ex Iacobo Ballantino, Doctore Sorbonico, in ſupplemento Hiſtoriarum, & Thoma Dempſter, in libro inſcripto: Aſſerti Scotiæ ciues ſui.) ſub Eduardo Primo Angliæ Rege, à longijs tibijs cognominato Longs KanKs, miſerabilem ſeruitutem ſuſtinuit Scotus; vt liquet ex verbis Ferchij à nobis tranſcriptis ſupra in §. 2. numer. margin. 3. Vnde & coniectat Ferchius, quòd ideo ſeruitutem tanquam hoſtrendum malum taxet, & eam maledictam appellet expertus, & memor duriſsimæ (quam ſub Anglo perpeſſus eſt) tyrannidis. Audi Scotum in 4. ſentent. diſt. 36. quæſt. 2. §. Ad argumenta. ſub nu. marg. 9.

Scotus.

17 *Quod Philoſophus dicit de ſeruitute illa maledicta, qua ſeruus eſt*

ſicut

Scotus de acerbitate seruitutis, quã sustinuit.

ſicut pecus; poteſt intelligi, quòd eſt domini ſui ſicut poſſeſſio, vel pecunia, non tamen quòd in actibus ſuis ducatur tantùm, & non ducat, quia quantumcunque ſit ſeruus, eſt tamen homo, & ita liberi arbitrij. Ex quo patet magna crudelitas in prima inductione ſeruitutis; quia hominem arbitrio liberum, & dominum ſuorum actuum ad virtuosè agendum, facit quaſi brutum, & libero arbitrio non vtentem, nec potentem agere virtuosè. Vbi Scotus (ex Ferchij obſeruatione,) non conqueritur quaſi dolens vicem ſuam in atroci captiuitate, quã ibi narrat Ferchius, nec vt iniuſtum, quod magnanimiter tolerauit, exaggeret, & verbis amplificet, ſed vt doctrinæ debito reſpondeat.

Confutatio Cauelli negantis captiuitatẽ Scoti ſub Rege Angliæ

18 Vnde euaneſcit Hugonis Cauelli, Hiberni, & Archiepiſcopi Armachani, collectio *in cap. 2. vitæ Scoti*, quæ vel inde depromit, Doctorem Subtilem ad Scotos non attinere; quia ſub Eduardo Primo Angliæ Rege, qui Scotiam atrociter inuaſit, & viros Scotos doctrina cælebres horrore catenarum oppreſsit, Scotus ſuppares agones non adiuerit. Cui etiam accedit ex Volaterrano (apud Ferchium tranſcriptum in §. 15. ſub nu. marg. 21.) quòd Scotus ſub Eduardo Primo, Angliæ Rege, Oxonienſem Academiam, apud Anglos celeberrimam, ſua ſapientia illuſtrauerit, vbi & publicè docens edidit Commentarios in Magiſtrum ſententiarum, quos ideò Oxonienſes vocitamus; non ergo ſub Eduardo agonizans Scotus, nõ acerbę captiuitatis perpeſſus labores, cũ potiùs de Anglo Rege ob illuſtratam Academiam demereretur obſequio gratiſsimo.

Aſſeritur Scoti captiuitas ſub Rege Angliæ

19 Id enim non obſtat; potuit enim Eduardus patientia, humilitate Scoti, & præclaris alijs animi dotibus tandem ſuperatus, Scotum antea grauia perpeſſum, & catenatum expedire (ea enim eſt rerum humanarum vicisſitudo), & tanti viri doctrina allectus lucidiſsimam illam ſapientiæ facem, ad primariam Theologiæ elucidandæ Cathedram euehere; vt doctrinæ theſaurum, quem Scotus inuidit Eduardus, Anglis expanderet. Ita etiam ſuis votis reſpondebat Eduardi machinamentum, ab Scotis ſurripiens communem Magiſtum; *Veritus ne Magiſtrorum doctrina effecti ſapientiores Scoti, iugum Angli Regis reijcerent.* Vt vult Cauellus ex Bzouio, & Hectore Boetio.

Aſſertio captiuitatis Scoti ex miraculo S. Franciſci

20 Accedit etiam inſigne miraculum Seraphici Patris noſtri Frãciſci, cuius oculatus extitit ſpectator idem Rex Eduardus Primus, quod ferociam Eduardi deponere coegerit in Scotum; imò & magnam Regis gratiam erga Franciſcanos ómnes conciliauerit; quod ita deſcribit Vuadingus tomo 3. ad annum 1303. numer. marginal. 28. *Rem miram huius temporis narrat Marianus, quòd in illis bellis, quæ indefeſſo ſtudio gerebat bis ipſis annis Eduardus Primus Anglorum Rex cum gente Scotorum, quæ narrant Thomas Vuaſingamus, Hector Boetius & alij; quidam Vaſco nobilis, nomine* Amanerius de Lebreto, *prædicto Regi valde charus, reportauit præmium eximiæ ſuæ deuotionis erga Sanctum Franciſcum, eiuſque ſectatores. Nã in cruento bello narrat apparuiſſe S. Patriarcham, ſuumque amicum interpoſita manu à pleriſque ſpiculis, & ſagittis in eumdem contortis, liberaſſe. Deinde fugato Regio exercitu, Rege ipſo in quodam tugurio delitescente, ad cladem ſuorum ingemiſcẽte iacturam tanti viri, & chari amici, quem occiſum iudicabat, deplorante; ecce ex alio latibulo hominẽ inimicis circũdatum, equo lethaliter vulnerato inſidẽtẽ, per medios hoſtes, parta victoria lætãtes Seraphicus Pater tutiſsimè ducit ad Regis cõſpectum; vbi ad miraculi commẽdationem, ad ipſum oſtili equus, cuius inteſtina ex vulnere defluebãt, ſubito expirauit, & Dux itineris diſparuit.* Quid ergo mirũ, quòd Eduardus tanto Franciſci miraculo extimulatus, redderetur Scoto, & Franciſcanis omnibus placatior? Hæc de incõcuſſa Scoti in malis perferendis tolerantia.

Marianus.

De dono timoris diuini in Scoto.

21 Humilitatem & patientiam circumcingebat filialis timor, Scoti comes indiuiduus, & ſtrenuus aliorum donorum cuſtos, quo imbutus, & ſuffultus Scoti animus cautionem mentibus inſtillat, & ſuggerit ſobrietatem, ne circa profunda diuinæ prædeſtinationis myſteria nutet,

aut labaſcat audax humani obtutus pernicitas ; vt liquet ex 1. ſententiar. diſtinction. 41. quæſtion. vnica. §. ſecundum dubium, ſub num. marg. 13. vbi inquit.

Scotus.

De iſtis opinionibus omnibus, quia Apoſtolus videtur diſputans de iſta materia ad Romanos in fine, quaſi totum imperſcrutabile relinquere : O altitudo (*inquiens*) diuitiarum Sapientiæ, & ſcientiæ Dei! Et quis nouit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit? *Ideò ne ſcrutando, de profundo, ſecundum dictum Magiſtri, eatur in profundum; elegatur quæ magis placet, dum tamen ſaluetur libertas diuina ſine aliqua iniuſtitia, & alia, quæ ſaluanda ſunt circa Deum, vt liberaliter eligentem.* Timor ergo Domini initium ſapiẽtiæ Scoti, & vallum vel munimen illius.

De dono ſapiẽtiæ cœleſtis in Scoto

22 Vidiſti timoris diuini donum, nunc ſuſpice cœleſtis ſapientiæ, theſaurum ; dono enim hoc ditatum Scotum colligit Antonius Poſſeuinus à nobis tranſcriptus in §. 11. numer. marginal. 1. ex modeſtia docendi, ex charitate in excutiendis aduerſantium placitis abſque vllo liuore, aut æſtu denigrandi Authores ſtantes pro oppoſito ; vnde Scoto inhæſiſſe ſapientiam, quæ de ſurſum eſt, quia pudica appareat, pacifica, modeſta, plena miſericordia, etiam in debellandis ethnicorum pronũtiatis (vt liquet ex prælibatis in §. 11. numer. marginal. 6. & 7.) nunquam ad tumorem, vel ferociam taxandi inſoleſcat ; & tandem quia ſine ſimulatione iudicet, & libret authorum aſſerta; cum Iacobo Apoſtolo haud dubitanter pronuntio.

In epiſt. Canonica ca. 3

Sapientia infuſa Scoto ope Virgin.

23 Præterea, ope Deiparæ infuſam Scoto Sapientiam, tradit Ferchius à nobis tranſcriptus in §. 2. numer. margin. 3. imò & quòd ne magnitudo gratiarum, quas Scotus ex Deiparę impetratione obtinuit, inflaret illum, compulſus ſit tolerare miſerabilem captiuitatem, ſub Eduardo Primo Rege Angliæ ; ſicut & Paulus Angelum colaphizantem perpeſſus eſt, ne à magnitudine reuelationum extolleretur.

Cõfentiunt Cauellus, & Vuadingus.

His accedunt, quæ ex Hugone Cauello, & Luca Vuadingo ſcripſimus in §. 2. agentes de Scoti ad ſcientias capeſſendas acumine, & plenè ad literas facto ; id enim à Deipara Scotum alumnum inuiſente conceſſum, adſtruunt prædicti Authores. Imò & ſubiungit Vuadingus ad annum 1304. ſub numer. marginal. 28. *Tanto itaque Oxonij literarum incremento enituit in ipſa adoleſcentia Scotus, vt humanas vires, & communem naturæ curſum tranſcendiſſe viſus ſit; & verum eſſe probauerit, quod ſupra ſub num. 22. retulimus de peculiari Dei dono concedendo per Virginis Deiparæ ſibi apparentis interceſſionem.*

Nõ eẽtradicit hiſtoria Bruni Ciſtercienſis

Nec repugnare videtur Gilbertus Brunus, Abbas Dulcicordij, Ordinis Ciſtercienſis, *in Hiſtoria Eccleſiaſtica Scotiæ*, ſcribens ; quòd Scotus adhuc puer, & cuſtodiendis gregibus præpoſitus, Orationem Dominicam (cuius antea erat inſcius) à Franciſcanis, vel ſen el auditam, non abſque docentium ſtupore, extemporaliter illicò recitauerit ; hæc enim mira ad imbibendas diſciplinas viuacitas, optimè conſtat cum apparitione & dono Virginis, itaut acumen illud Scoticum, vel ingenij aciem anteiuerit Deiparæ viſitatio, & cœleſtis muneris largitas.

Sapientię donũ ex agone pro Immaculato conceptu.

24 Etiam ſupernum Sapientiæ donum in Scoto demonſtrat celebris ille conflictus pro Immaculata Conceptione Deiparæ, vbi ducentorum argumentorum ictus intra altæ mentis caua, & ſinus excipiens, ita tenaciter apprehendit, fideliter Auditoribus reddidit, in oppugnatores intorſit, replicaſque ea dexteritate contriuit, vt vna excurſione aduerſarios labefactans, & proſternens, Sanſonis adumbraret, & referret vires, ſe ſe ab aduerſariorum laqueis, vel tricis expedientem ; vt narrat Pelbartus Temeſuarius à nobis tranſcriptus in §. 10. num. marginal. 5.

Idē ex Vernulæo Louanienſi.

Cui etiam conſentit præconium Vernulæi Louanienſis, in panegyrico Scoti, tribuens Scoti victoriam ſcientiæ obtentę ope Virginis. *Teſtor hìc te, & te appello, O cœli, ac terræ Regina (namhunc animam tuo auxilio, & hanc doctrinam tuo Scoto procuraſti) an non Immaculatæ Conceptionis tuæ honorem in terris per Scotum ipſa defendiſti? An non eius grauiſſimos pro te conflictus ſemper probauiſti? An non pro te pugnaturo vires, & animum ſemper addidiſti?*

Præconium Scoti ex veritate morū & doctrinæ.

25 Deinde ad ſapientiæ cœleſtis columen ſpectare apparet eximium veritatis præconium, quo apud probos authores inſigniter audit Scotus; ſiue veritas illa ſit, quæ mendacium reſpuit in dictis, & nūcupatur veracitas: ſiue veritas vitæ, aut morum integritas ea, & ſimplicitas, quæ dolum, aut fucum negat in factis. De quo veritatis dono appoſitè S. P. Bernardinus Senenſis (in ſerm. 19. ad Dominicam 22. poſt Pentecoſtem. tom. 4. ex correctione Ioannis de la Haye.) *Veritas quippe requirit, quòd homo non tantū ſit verax in verbo, ſed etiam quòd ſit verus, & rectus in facto. Non ſolùm diligat, intendat, ac veritatem doceat; ſed neceſſe eſt, quòd eam opere adimpleat. Hinc ad Epheſios 4. Apoſtolus ait: Veritatem autem facientes (non ſimulantes ſicut hypocritæ, vel non negligentes ſicut deſides, vel non impugnantes ſicut homines peſtilentes.)* Et ſubdit: *creſcamus in charitate.* Quę veritatis deſcriptio Scotum vita & doctrina veracem adumbrat, & charitatis Scoticæ indicat incrementa.

S. Bernardinus.

Cōfirmatio ex epitaphio Scoti.

Veracis elogio nobilitatur Scotus in epitaphio à nobis tranſcripto in §. 13. ſub num. marg. 2. *Vbi vnus Doctor iuſtitiæ Dux cleri, clauſtri lux, & tuba veri aſſeritur.*

Ferchius.

Vt minus mirum ſit (ſubiungit Ferchius, in vita Scoti. cap. 5. n. marg. 14.) *Scotum homines ad mortem pro veritate, & virtute generosè oppetendam cohortatum eſſe; qui pro eiſdem ſeruandis, non mortali dumtaxat corpore, verùm etiam anima immortali, ſi poſſibile foret, mori: imò, quia poſſibile erat, in nihilum reſolui paratus eſſet.* Præterea, idem Ferchius in vita Scoti. cap 8. ſub n. marg. 28. vocat Scotum. *Athletam fidei, normam veritatis, Theologiæ fontem, religionis decus, probitatis exemplum.*

Suffragatur Nicolaus Vernulæus

Idem firmat Nicolaus Vernulæus profeſſor Louanienſis, in panegyrico Scoti; vbi Scotum alloquens, ſubdit. *Tu Inquiſitor maximus veritatis, tu redargutor falſitatis, tu veri area, tu legum ſumma, tu rerum comperta ſanctio.*

Pet. Rodul.

Accedit Petrus Rodulphius in hiſtor. Seraph. lib. 3. in Ioanne Scoto. *Fuit quoque Scotus veritatis præcipuus amator; in tertio ſent. inducit homines ad moriendum pro iuſtitia & æquitate, ſicut Chriſtus mortuus eſt pro veritate dicēda.*

Æſtuans Scoti contemplatio.

26 Tandem virtutum Scoti, vel agmen, vel cuneum claudat iugis illa in Deum aſcenſio, ſeu earum aſcenſionum, quas in corde ſuo diſpoſuit, ſcala myſtica, vel ſchola orationis; vt in valle lacrymarum, ob dilecti abſentiam, languentem animum refocillaret, & ſuſpirātem refoueret. Scotum enim inter extaticos Doctores annumerandum tradunt hiſtorici omnes, qui eius acta ſinceris ſcriptis poſteritati commēdarunt; ex quorū aſſertis ad noſtrę hiſtoriæ fidem, catenatam narrationem ſubijciam. *Tanto meditationis, deuotioniſque exceſſu ſuſpendebatur, vt ſupra ſemetipſum raptus, ſeorſum ab humano ſenſu videretur:* inquit Petrus Rodulphius, in Hiſtoria Seraphic. lib. 3. in Ioanne Scoto. *Chriſti amplexu perpetim functum Scotum, ſed & viſibili fuiſſe donatum:* aſſerit Ferchius, lib. 3. Apologiæ in Iouium. num. marg. 34. Qui etiam vocat Scotum, *ſtrenuū amoris militem, diuinæ dilectionis tropheum; & quòd benedicta Scoti anima perpetim anhelabat ad amorem Dei flagrantem:* hæc omnia in lib. 1. Apologiæ contra Mateneſium. cap. 2. num. marg. 20. Accedit Ioannes de Incarnatione Olyſiponēſis. in vita Scoti, annotatione 3. *Si teſte D. Dionyſio, lib. de diuinis nominibus, cap. 7. extaſim faciens eſt diuinus amor; quomodo (quæſo) Deum Scotus amabat, qui totus ferè ſemper erat extaticus?*

Pſalm. 83

Pet. Rodul.

Mat. Ferch.

Ioann. de Incarnatione

27 Subſcribit Hugo Cauellus, rem accuratè promens; *in vita*

Scoti, cap. 3. Immobilis ſedebat Scotus feriatis ſenſibus, mente, alta contemplatione in diuina myſteria, abſorta; transvolabat irruentia vndique phantaſmata corporearum ſimilitudinum, mentis puritate non requirente ſenſuum functiones. Hìc experiebatur, quàm bonum ipſi fuerat ſanctioris vitæ iugum ab adoleſcentia portaſſe; quia leuabat ſe ſupra ſe, elongabat fugiés, & cũ Deo manebat in ſolitudine, exaltabatq; ſuper terram habitatione ſuã ciuiſque conuerſatio in cœlis erat.

Alijs mũ cõtẽplationis Scoti donũ ex Cauello

In his exceſsibus plus ſcientiæ, & ſapientiæ infuſæ accepiſſe, quam labore tam breuis ætatis acquiſiuit; vt ab initio aſſerui, pie mihi certo perſuaſum habeo; quia tam magnam ſapientiæ omnis generis theſaurũ tã paruo annorum numero naturaliter acquirere, impoſsibile fuit.

28 Suffragatur etiam Daniel Pergulius, Patauinus, collector Sermonum extraordinariorum Sancti Bernardini Senenſis (qui habẽtur in tomo 3. nouæ editionis operum Sancti Bernardini, ex caſtigatione Ioannis de la Haye Pariſini) *in Serm. 1. de Regno Dei.* Vbi exemplo contemplationis, & extaſis Scoti excitat mentes ne torpeant, ſed terrenis poſthabitis ad cœleſtia adſpirent; ducta ſimilitudine corporalis ſtillicidij ad reſerandum obſtaculum animæ vt cœleſtes immiſsiones excipiat; inquit igitur: *Dato quòd fortiter plueret, & tu ſtares ſubtus pluuiam, & teneres os clauſum, & plicatum uersùs terram, tu nunquam reciperes aquam in ore tuo; ita accidit in mente oppreſſa, & procliui terrenis deſiderys. Nam oportet ſublenare mentem ab iſtis corporeis ad ſpiritualia; ſicut accidit Magiſtro Subtili, ſcilicet Scoto, qui ita fuit extractus de materialibus ſublunaribus ad ſpiritualia, & ita fuit eleuatus, quòd Fratres, qui ignorabant eius ſolitum morem, credentes, ipſum fore mortuum ſepelierunt eum oiuum.*

Suffragatur ex Daniele Pergulio Collectore ſermonũ ſancti Bernardini.

Dan. Pergul

29 Quare ex frequentiſsimis Scoticę mentis exceſsibus, & myſticis alienationibus à functione externorum ſenſuum, ea ſuppullulauit pij huius Collectoris deceptio, cui aliquot ex noſtratibus recentioribus ſubſcripſere; quod Scotus extaſim patiens ſepultus ſit ante obitum: quem Danielis in re hiſtorica laptum refutabimus in §. de obitu Scoti. Cum in præſenti ſatis ſuperque ſit pro Scoticæ contemplationis dono obſeruare; quòd adeò celebris fama extaſis Scoti Italorum animos peruaſerit, vt ignorato poſtremo morbo Scoti, vel ob elapſa ferè duo ſæcula ab Scoti extinctione, quãdo ſcripſit Daniel Pergulius, vel ob ſepulchri Scotici diſtantiam vbi veritatem ex antiquitatum Colonienſium veſtigijs, & monumentis eruere poſſent; excogitarunt, Scotũ extaticum, & mortuo ſimilem, nõ mortuum fuiſſe ſepultum.

Ex raptu & extaſi Scoti erupit deceptio de ſepultura Scoti ante obitum.

In quam ſententiam de Scoto in extaſi, ſeu in oſculo Domini, ante obitum ſepulto, iuerunt ex noſtratibus recentiores quidam; Petrus Rodulphius, Franciſcus Gonçaga, & alij: & ex exteris Paulinus Berti Auguſtinianus, & illis multo antiquior Sabellicus (viuens anno 1500. vt tradit Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis) omnes tamen Itali, qui veſtigia ſepulchri Colonienſis & antiqua epitaphia perſcrutati non ſunt; nullus tamen ex Germaniæ ſcriptoribus, qui monimenta antiquitatis Coloniẽſis iuſta iudicij lance perlibrauit.

Authores ſa uentes decep tionis Pergulij

30 Cui deceptioni nerios fecit vulgi error perſonam pro perſona ſupponens; videlicet Scotum pro Sancto Præſule Gerone, Colonienſi Archiepiſcopo, qui extaſim patiens, viuus ſepultus eſt fraude Vualrami Epiſcopatum ambientis. Quo Præſulatu obtento, cùm ſceleris pœnitens Vualramus, & à Summo Pontifice abſolutus, ex præſcripto ſibi ſatisfactionis onere Monaſterium Monachis Scotis conſtruxiſſet; id emolumentum, quod ex ſepulcro Coloniæ ante obitum Præſule, exteris Scotis acceſſit, anſam deceptionis poſtea prębuit decurrente tempore, vt ille in extaſi ante obitum ſepultus, æſtimaretur natione Scotus. Quo dato, haud difficile extitit (vigente fama nominatiſsimarum extaſium Scoti) quòd ex vno Scoto in extaſi ante obitum ſepulto irreperet commentum in noſtrũ Ioan

Sca turigo falſę hiſtoriæ fuit error vulgi ſupponẽs Scotũ pro Gerone

nem

nem Scotum, etiam Coloniæ (vbi Geron) ſepultum, & frequentiſsimis in Deum aſcenſionibus inſignitum: de quo preſsè infra, vbi ſeriam, & luculentam huius deceptionis expugnationem præſtabimus.

Etiam inter diſsidia ſcholaſtica orat Scotus

31 Vt autem ad mihi præſcriptum contemplationis Scoti ſcopum redeam; ſi inter ſcholaſticarum concertationum ariditates non exuccus Scoti animus myſticis æſtuat ignibus, vt oſtendimus in §. 8. reliquum eſt, & conſequens, vt inter aſcenſiones myſticas, & cœleſtia diuinæ contemplationis pabula exardeat: quare non abs re inibi ſcripſimus, quòd Scoti animus hiſce vehiculis igneis in cœlum raptus, ſuam in cœlis conuerſationem haberet. Sed quis tenerrimam Scoti erga Chriſtum dilectionem, mellita colloquia, pernices volatus in Ieſum, myſticoſque amplexus, quibus perpetim functus eſt, enarrare ſufficiat? illud ſaltim de Scoto prædicare licebit, quod Hieronymus ad Heliodorum de ſuo Nepotiano (libr. 2. Epiſtola 22. de Epitaphio Nepotiani.) *Quòd lectione aſſidua, & meditatione diuturna, pectus ſuum Bibliothecam fecerat Chriſti.*

Pectus Scoti Bibliotheca Chriſti

S. Hieron.

Nepotianus laudatus à S. Hieronymo adũbrat mores Scoti.

Inſuper in Nepotiano Sacerdote in flore iuuentutis extincto, Ioannis Scoti mentem, pietatem, & mores, ornatiſsimè depinxiſſe videtur Hieronymus; ſubdens in eadem Epiſtola. *Sermo eius de ſcripturis aliquid proponere, libenter audire, reſpondere verecundè, recta ſuſcipere, prava non acriter confutare, diſputantem contra ſe magis docere, quam vincere; & ingenuo pudore, qui ornabat ætatem, quid cuius eſſet ſimpliciter confiteri; atque in hunc modum, eruditionis gloriam declinando, eruditiſsimus habebatur.*

Lacrymæ Hieronymi pro Nepotiano extincto in flore iuuẽtutis.

Adiungam pro maturo ſibi, rei autem literariæ immaturo obitu Scoti, pias Hieronymi pro Nepotiano lacrymas; accipe ergo, & ſuſpice flentem Hieronymum. *Quotieſcunque nitor in verba prorumpere, & ſuper tumulum eius, epitaphij huius flores ſpargere; toties lacrymis implentur oculi, & renouato dolore totus in funere ſum. En rerum in nobis ordo mutatus eſt, & in calamitatem noſtram perdidit ſua iura natura; quod exhibere ſenibus iuuenis debuit, hoc iuuenis exhibemus ſenes.* Subnecto etiam pro Scoto cum Chriſto in cœlis regnante, Hieronymi de æterna Nepotiani felicitate iudicium; in eadem Epiſtola. *Scimus quidem Nepotianum noſtrum eſſe cum Chriſto, & ſanctorum mixtum choris; quod hic nobiſcum eminus rimabatur in terris & æſtimatione quærebat, ibi videntem cominus dicere: ſicut audiuimus, ſic & vidimus, in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei noſtri.*

Etiã Scotus iuuenis rapitur ad Chriſtum.

Sex alæ Seraphicæ, quibus Scotus adolauit in cœlos ex S. Bernardino

32 Id ergo quòd Hieronymus æſtimauit de Nepotiano pietatem, & mores Scoti referente, & in flore iuuentutis ad cœlos tranſlato, etiam nos de Ioanne Scoto cenſemus; in quo orationem feruentiſsimam, altam deſpicientiam ſui, inſignem in malis perferendis tolerantiam ſuſpicimus; ita vt tanquam verus Seraphici Patris ſectator illa Franciſcanæ normæ præcepta ad amuſsim obſeruauerit. *Orare ſemper ad Deum puro corde, & habere humilitatem, & patientiam in perſequutione.* Vbi Sanct. Bernardinus Senenſis, (in Sermon. de ſtigmatibus Sanct. Franciſci; tom. 4.) in paupertate, obedientia, & caſtitate; & in alio virtutũ ternario, ſcilicet oratione, humilitate & patientia, ſex alas Seraphici ſpiritus contemplatur; accipe præclaram Bernardini ſententiam. *Pauperum Patriarcha Franciſcus in principio regulæ ſuæ tria prima proponit vt vouenda tanquam fundamenta dicens*: Viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate. *Alia verò tria poſtmodum deſideranda commendat tanquam complementa, dicens*: Orare ſemper ad Deum puro corde, & habere humilitatem, & patientiam in perſequutione. *Igitur in tribus primis vir perfectus crucifigitur mundo; tribus verò ſequentibus conformis efficitur Deo; vt quaſi ſex alis Seraphicis à mundialibus eleuetur, & in diuina feratur.*

S Bernardinus.

Cùm autem ſex hiſce virtutibus obedientia, paupertate, caſtitate, oratione, humilitate, & patientia Scotus inſigniter condecoratus extiterit, vt patefecimus; reliquum eſt, vt ſex alis volans & Seraphicis ignibus ęſtuãs rapiatur ad ſuperos.

Catena Authorũ percelebrantium ætatem Scoti.

33 Cæterùm pro huius Breuiarij virtutum Scoti complemento, & coronide, tranſcribendum iudicaui id, quod accuratè Ferchius ex probatis ſcriptoribus de Scoti moribus cõcinnauit elogij compendiũ; inquiẽs in vita Scoti. cap. 5. n. marg. 15.

Ferchius.

Qui tam acerbus vitiorum oſor fuerit, nonne ardens eſſet probitatis amator? Ex amore boni, mali odium animus ſpirat. Attulit vir præſtãtiſſimus probitate, maximiſq; rebus geſtis, doctrinam rudibus, ſapientibus incrementum, fidelibus exemplum, clero normam, religioſis lueẽ, cœlis gloriam, Deo honorem ſempiternum. Cæterùm de Scoti virtute diſperſa dicta in vnum quaſi ſertum coruſcantibus gemmis contextum, coercui; quæ hunc in locum transferre perplacuit.

Poſſeuinus

* Laudat Antonius Poſſeuinus in Scoto eximiam modeſtiã, charitatem, animi integritatem.

Eyſengren.

* Gulielmus Eyſengrenius, fidei catholicæ profeſsionem, exercitationem in diuina lege.

Trithemius

* Abbas Trithemius, ſtudioſam cœleſtium Scripturarum eruditionem.

Tataretus

* Petrus Tataretus, contemptum vitæ pro iuſtitia, & æquitate, extollit.

Chro. Fran.

* Chronicum Franciſcanum, opulentiam paupertatis Euangelicæ celebrat.

Vorilonus

* Gulielmus Vorilon, obedientiæ magnam propenſionem commendat.

Piſanus.

* Bartholomæus Piſanus, educationẽ in diuino cultu, & religioſis ſanctionibus commemorat.

Epig. in epitaph.

* Epigrammatarius in epitaphio Scoti penes Petrũ Rodulphium, prædicat cœlibatus puritatem.

Gonſaluus

* Gonſaluus, Ordinis Franciſcani Generalis Miniſter, conſcripſit Ioannem Scotum vita laudabilem.

Soſa.

* Philippus à Soſa, narrat Scotum morte venerabilem.

Ant. Andr.

* Antonius Andreas, Scotum memoria benedictum extollit. Omnes agnoſcunt eius in Deiparam pietatem.

§. 18. *De Scientia Scoti, & mirabili eius in literis profectu.*

Mirabilis profectus Scoti in ſcientia.

1 PRIMAM Chriſtiani Doctoris partem, quæ ad mores attinet in Scoto noſtro in præmiſsis explanauimus, & pro noſtra, quæ exigua eſt, hiſtorię notitia; ab aduerſariorum irruptionibus aſſerendã & vindicandam curauimus, probatis vitæ Scoti Hiſtoricis haud ſegniter verſatis: modo reſtat ea, quæ ad doctrinam reſpiciunt, expendere.

Scotus imbibit ſeueriores diſciplinas Oxon.

Eam igitur nactus Scotus, vel natiuam, vel ex dono Virginis partam ingenij aciem, quam in §. 2. vtcunque deſcripſimus; eam optimis diſciplinis imbuendam curauit. Quare patrium ſolum, ſcilicet Scotiam relinquens, Angliam immigrauit, vt Oxonij ſeueriorum diſcipliuarum tyrocinium exerceret; erat enim Oxonienſis Academia æuo illo celeberrima, quę ante Scoti Cathedram tria millia ſtudentium capiebat, docente tunc Gulielmo de Vuarra, ſeu Gulielmo Vatrone, Scoti Magiſtro. Quo ad Pariſienſem Cathedram euecto, cùm in Magiſtri locum ſuffectus eſſet Ioannes Scotus; Academia Oxonienſis ſub Eduardo Primo Longs Kanks cognominato, ea adiuit incrementa, Scoticis fulgoribus irradiata, vt teſte Ioanne Pitſeo tomo 1. anno 1300. triginta millia Scholaſticorum exceperit, & aluerit: Pitſeo ſubſcribit Ferchius, in vita Scoti, cap. 6. numer.

mar.

marg. 19. & Lucas Vuadingus. tom. 3. Annalium, ad annum 1304. ſub n. marg. 28.

Quis Scoti præceptor? ad firmandã veritatem hiſtoriæ

2 Sed adhuc in hiſtoriæ limine, ſeu in ipſis diſciplinarum Scoti initijs, occurrit ſcrupulus neceſſariò excutiendus circa præceptorem Scoti: in quo allucinati Scriptores aliquot anſam præbuere, vt nutare & fluctuare poſſet totius Scoticæ hiſtoriæ fides, inuerſa annorum, & euentuum ſerie, quæ maximè è re eſt ad veritatem ſuffulciendam; ex qua etiam reuincitur Bzouius ſepulturam Scoti denigrare pertentans, Quam iudicij trutinam, quæ ex legitima annorum ſupputatione erumpit, callidè vitauit Iouius, omittens Scoti Magiſtrum, annum, diem, locum Scotici obitus; ne ex ſeria annorum inueſtigatione: nugæ (quas commentus eſt) deprehenderentur.

Calliditas Iouij.

Placitũ autumantium Ale. Alẽſem fuiſſe præceptorem Scoti

3 Scoti igitur præceptorem extitiſſe Alexandrum Alenſem, tradidit Trithemius: *in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, cuius authoritas decepit Sixtum Senenſem, *in ſua Bibliotheca, in Ioanne Scoto*: at Trithemius, ſicut in his, quæ ad Colonienſes euentus attinent, cæterorum ſcriptorum fidem exuperat, cùm Colonienſem Hiſtoriam contexat tanquam accuratus illarum antiquitatum veſtigator, & monimentorum, quibus veritas eruitur, oculatus ſpectator; in præceptore tamen, quem non apud Germanos, ſed apud Anglos nactus eſt Scotus, nil mirum quod errorem imbiberit. Thrithemio, & Sixto Senenſi, circa Scoti Magiſtrum adhęſit Bzouius; fortè ea conſilij ratione ductus, vt Scotum vetuſtiorem reddens, extinctionem illius ad annum milleſimum biſcenteſimum nonageſimum quartũ retrotrahere poſſet, & ad tomum, quem tunc Romæ apparabat, Scoti hiſtoria attineret, iuxta Dermicij Thadæi collectionem à nobis tranſcriptam, in §. 15. lib n. marg. 25.

Trithemius Six. Senenſis Bzouius.

Refutatur placitum præcedens.

Sed quidquid ſit de intentione autumantium, Scotum Alenſis Auditorem extitiſſe, illud omnino indubitatum eſſe debet, quòd Scotus Alenſis tempora, & annos non attigerit; cùm obierit Alexander Alenſis anno milleſimo biſcenteſimo quadrageſimo quinto, vt tradunt omnes chronologi. Sed rem ex Ferchio ſtremio hiſtorico deſcribo, quem tranſcripſerunt Dermicius Thadæi in Nitela Franciſcanæ Religionis, & Vuadingus ad annum 1304. Ferchius enim in hiſtoria Scoti is eſt, qui à cunctis trãſcribi, & omnium manibus verſari debeat. Ita igitur habet in lib. 2. Apologiæ contra Bzouium n. marg. 21.

Ferchius. Der. Thadęi Vuadingus.

Alenſis non fuit præceptor Scoti.

4 De Ioannis Scoti præceptore cum Bzouio lis eſt; cum Bzouius Alexandrum Alenſem, Antonius Poſſeuinus Gulielmum Varronis fuiſſe notat, non Alexandrum: afferam ego in eam rem aliquot coniecturas. Si namque Ariſtoteles, & Scotus comparentur, cùm Stagirites agens annum decimum ſeptimum, Socratem auditurus acceſſerit, demus Ioannem Scotum citiùs, hoc eſt quindecim annos natum Alexandrum adijſſe; ab eoque artem quamuis per triennium audiuiſſe. Tum ab obitu Alexandri anno 1245. vſque ad Dunſianum anno 1308. ſexaginta tres enumeremus. Quibus collectis, ſequetur Scotum octogeſimum primum annum attigiſſe; cum ex aduerſo iuuenis obijſſe tradatur, aut ſecundum Andream Thcuet, Gallum, *in libro de Imaginibus, & vitis virorum illuſtrium*, cùm eſſet annorum trium & quadraginta: aut iuxta carmina ſepulchro appenſa, & à Petro Rodulphio relata, poſt annum ætatis trigeſimum tertium, nam tempora Chriſti triginta, & tria communiter numerantur. Recole carmina.

Alẽſis obijt ante natum Scotum.

And. Theu.

Anni vitæ Scoti iuxta duplicem ſententiam.

Sententia verior ex epitaphio.

Tempora poſt Chriſti, propria dulcedine lethum
Venit atrox raptim, tarcere compoſito.

Virgẽtes probationes, cõtra tyrocinium Scoti ſub Alenſi.

5 Inſuper Alexander Alenſis (Bzouio quoque ad annum 1250. num. 11. aſſertore) duos diſcipulos habuit clariſſimos, Beatos Thomam, & Bonauenturam; Bonauentura verò in 2. diſtin. 23. quæſt. vltima, indicat tunc (cùm ab ſe ſcriberetur) ſuum præceptorem fuiſſe defunctum. Atqui

Dun-

Dunsius in 1. distinctione 26. quæst. 1. citat Sanct. Bonauenturam sub nomine Doctoris antiqui, integra periodo ex eius primo sententiar. distinct. 25. quæstione 1. numer. 10. descripta; non ergo Scotus condiscipulus illius fuit, quem Doctorem antiquum appellauit. Quid? Quòd SS. Thomas, & Bonauentura, citò allequuti sunt Lutetiæ palmam Doctoratus; Ioannes Scotus, (ob viuacitatem, vt dedimus quinto decimo ætatis anno Auditor Alexandri,) non obtinuit vsque ad annum 1305.

Iustus Scoti expugnat discipulatū Scoti sub Alensi

Ad hęc. Generalis Gonsaluus in literis iam citatis, facultatem capessendæ laureæ concedens Ioanni Scoto, & Alberto Methensi, hæc habet. *Si tamen constiterit vobis, quòd Dominus Cancellarius velit duos simul licentiare de nostris; volo, & placet mihi, quòd F. Albertus Methensis, si ad conuentum redire potuerit, cum præfato F. Ioanne debeat expediri. In quo casu mando, & ordino, quòd dictus F. Albertus antiquitatis merito prius incipere debeat, dicto F. Ioanne sub eo postmodum incepturo.* Vbi Albertus Methensis, quia maior natu, præponitur Ioanni Scoto; si ergo Ioannes interim, iuxta priorē supputationē, septuagesimū septimum annum vixisset; inuerisimile esset tam grandæuo alium ob ætatem præferri.

Ab Alexandro vsque ad Scotū transierunt tria germina, & sones Magistrorum.

6 Præterea, Alexander Alensis instituit Sanctum Thomam Aquinatem, & Sanctum Bonauenturam Fidantium; Aquinas Ægidium Columna, Romanum, Bonauentura Fidantius Ioannem de Pechano postea Cantuariensem Archiepiscopum. Ioannes Scotus post Ægidium Romanum scribit; cùm in 4. sententiarum, distinct. 11. quæstion. 3. & Quodlibeto 10. ac alibi, ex Theorematibus Ægidij de Eucharistia, quædam decerpat: quare consequens est, vt ab Alexandro Alensi ad Scotum vsq; tres Doctorum generationes, series, aut germina transierint.

Sanctia alia quòd Ioan. Varro fuerit Magister Scoti.

7 Dispuncto igitur tyrocinio Scoti sub Alensi Magistro, aliqua adhuc circa Scoti præceptorem subnutandi se se offert occasio; quia Scoti Magistrum aliqui Ioannem Varronem, alij Gulielmum Varronem nominant. Philippus enim Bergomensis Scoti præceptorem Ioannem de Guarra, seu Varra, vocitat, *in suo supplemento, ad annum* 1276. cui subscripsit Ioannes Picus Mirandulæ Comes, *in Apologia, Conclusion. 3.* & quod magis vrget, Author Conformitatum Venerabilis seruus Dei Bartholomæus de Pisis, *in Conformitate vndecima, parte 2. & Conformitate 8. parte 2.* qui Author (vt censet Ferchius,) septuaginta septem annis post Scoti obitum scripsit.

Bergomen. Pic. Miran. Bart. Pisan.

Magistrum Scoti vocant Guliel. Varronem.

8 Ex opposito tamen Scoti præceptor appellatur Gulielmus Varro à Possevino, *in Apparatu sacro*: à Ioanne Rioche, *in Compendio temporum, libr. 4. cap. 78.* à Gulielmo Vorilono, *in 4. sententiar. distinct. 11.* ab Henrico Vuillot, *in Athenis orthodoxorum.* De quo etiam Scoti præceptore sic scribit Petrus Rodulphius in Historia Seraphica, lib. 3. *Frat. Gulielmus Oœna, corrupto vocabulo Vuarro, consueta Transalpinarum appellationum in Italia depravatione, cognomen accepit ab eiusdem nominis oppido, quod viginti passuum millibus distat à Londino. Tanta floruit ingenij præstantia, vt Doctoris titulo honestatus, primùm Oxonij in Anglia, deinde Parisijs Scholastica lectioni præfuerit. In Philosophia Aristotelica, more Theologorum eius temporis, longo studio ea usus fit peritissimus; inter discipulos, quos tunc habuit frequentissimos, Ioannem Scotum, eruditissimum produxit disputatorem: scripsit in quatuor libros sent. opus omni laude dignum, à Ioanne Pico Mirandulano in Heptaplo celebratur.*

Possevinus Rioche. Vorilonus. Pet. Rodul.

Præconium Varronis ex Rodulphio.

9 Quo qnali quali dissidio grauium Authorum præmisso, circa præceptoris Scoti nomenclaturam, quod discrimen non de re, sed de voce existimo; vt certamen, quod ad quid nominis attinet, consopiatur, ita illud cum Ferchio dirimendum iudico, vt binomius renuntietur Scoti Magister; nimirum *Ioannes Gulielmus Varro*. Ita enim apud priscos, & recentiores in more est, siquidem Matenesius Annalista insectator Scoti, vocita-

Secunda sententia vera; authores dissident in nomine, non in re.

tur:

Varro eſt binomius Ioannes, & Gulielmus.

tur: *Ioannes Fridericus Mateneſius*; quidni & Varro *Ioannes Gulielmus Varronis, ſeu de Vuarra* nuncupetur? Nec enim nomen Ioannis inuidere Varroni poſſumus propter authoritatem Bartholomæi Piſani ferè coęui Scoto; nec etiam in Varrone Gulielmi nomenclaturam celare, quem ſic Scotus ipſe nominat in 5. Metaphy. quęſt. 1. inquiens: *Sicut recitat Fr. Vuilielmus de Vuarra in 2. parte ſcripti*. Et infra: *Quod Fr. Vuilielmus de Vuarra, in quæſtione, vtrum ſpiritualia habeant menſuram propriam?* In quem Scoti textum adnotauit Mauritius Hibernicus, ab Scoto inibi citari præceptorem eius Varronem. Vbi etiam obiter obſeruo, quòd apud Anglos, & Germanos, *Gulielmus*, & *Vuilielmus* idem ſonent; ſicut & apud noſtrates Hiſpanos *Alfonſus*, & *Ildefonſus*.

Probatur ex Piſano, & Scoto.

Gul. Varro titulo Doctoris Fundati cõdecoratus

10 Quantæ autem eruditionis extiterit Gulielmus Varro Scoti præceptor, præter id elogij, quod ex Petro Rodulphio tranſcripſimus, cõſpicari valebit lector ex titulo *Doctoris Fundati*, quo inſigniter audiuit ob ſolidum viuidumq; doctrinæ acumẽ, & iudicium; vt tradit Ferchius in . vita Scoti cap. 6. cui adhæret Vuadingus to. 2. Annalium, ad annum 1270. n. marg 36. ita ſcribens.

Varronis laudes ex Vuadingo

Pic. Miran.

Eiuſdem temporis fuit Gulielmus Guarronis, alijs Varro, alijs item de Vuarra, ita cognominatus ab oppido natiuo, quod diſtare ferunt Londino plus minus vę milliaribus viginti; Oxonienſis primum, deinde Pariſienſis Doctor euaſit, præclaroſque educauit diſcipulos, ſed omnium nominatiſsimum Ioannem Duns Scotum. Vnde & in circuitu ſepulchri eiuſdem Scoti inter quindecim illos Doctores, quorum nomina & cognomina in ære inciſa ſunt, Coloniæ Agrippinæ apud Minores Conuentuales ita legitur. *Magiſter Gulielmus Varro, Præceptor Scoti*. Propter eruditionis ſoliditatem *Doctor Fundatus* cognominabatur; hunc Ioannes Picus Mirãdulanus mirificè commendat, vocatque *Excellentem Doctorem, Eccleſiæ lumen, fidei propugnaculum*.

Scotus ſummam Varroni parit gloriam.

Hęc pro hiſtoriæ fide tranſcripſi, & in magnam Gulielmi pręceptoris Scoti gloriam; cui eximium præconium Scotus auditor aduexit, ſicut Auguſtinus in fidei tyrocinio Ambroſij diſcipulus, immortalem Ambroſio peperit exaltationem. Illud vnum circa Gulielmum Varronem reſtat obſeruandum ex Ferchio in vita Scoti cap. 6. num. mar. 17. quòd commentaria Varronis in quatuor lib. ſentent. habentur manuſcripta Chamberij in Sabaudia, in Bibliotheca Franciſcana, vbi ea perlegit Ferchius, & eruditiſsima iudicauit.

Vbi habeantur Varronis manuſcripta ex Ferchio.

Progreſſus ſeu volatus Scoti ſub Varrone præceptore.

11 Sub hoc igitur præceptore grauioribus ſtudijs initiatus Scotus, eos breui tempore fecit progreſſus, quos aptiùs pernices volatus appellauerim, vt humani ingenij metas ſuperaſſe videretur. Quare vel inde ritè depromplit Vuadingus certitudinem apparitionis Deiparæ, & tutelæ Scoto promiſſæ ad diſciplinas capeſſendas, quam prædicat traditio communis Prouinciarum Angliæ, Hiberniæ, & Scotiæ. *Tanto itaque Oxonij literarum incremento enituit in ipſa adoleſcentia Scotus* (inquit Vuadingus, ad annum 1304. ſub numer. marginal. 28.) *vt humanas vires, & communem naturæ curſum tranſcendiſſe viſus ſit; & verum eſſe probauerit, quod ſupra retulimus, de peculiari eo concedendo per Virginis Deiparæ ſibi apparentis interceſſionem.*

Tribuuntur miraculo B. Virginis.

Vuadingus

Scotus euehitur ad Cathedram Oxonienſem

12 Ea igitur prætioſiſsima doctrinæ naturalis, & ſupernaturalis, lucra, quę Oxonij fecit Scotus, prælatos ordinis allexerunt, vt Scoti prælectore ad Pariſienſem Cathedram trãſlato, illi ſufficeretur Scotus in ipſo iuuentutis flore; vt exorientis Solis inſtar literariam paleſtram nouis exhilararet, & foueret ſplendoribus.

Habet ibi triginta millia auditorum

Rodulphius

Ad Scotum ergo Oxonij docentem cateruatim ex toto orbe aduolabant diſcipuli; ita vt teſte Pitſeo, quem ſupra retulimus, triginta millia Auditorum Scoti recenſita extiterint. Nec mirum, ſiquidem (vt tradit Rodulphius loco citato) *Penè ex omni mundi angulo confluebant, quò eo Magiſtro*

Ferchius.

& Duce vterentur, & abditiſſima ſacræ Theologiæ arcana, quæ diuino pectore promebat, profundiùs exciperẽt, & diligentius cuſtodirent. Cui ſubſcribit Ferchius in vita Scoti cap. 6. n. mar. 19. addens, eum communem eſſe hiſtoricorũ cõſenſum. *Hinc* (inquit) *admirabilis illa diſcipulorum affluentia ex omni penè mundi angulo ad ſubtilium Principem audiendum celebrant de Dunſio penè ſcriptores omnes.*

Oxonienſem Cathedram regens Scotus, edit plura ſcripta

13 Dum autem Oxonienſem Cathedram nobilitaret Scotus, vltra logicalia, & philoſophica ſcripta, edidit eximios illos in Magiſtrum ſententiarum Commentarios; qui ideo Anglicani, vel Oxonienſes nuncupantur.

An ſcripta quę vocãtur Anglicana edita ſint Oxonij?

Nec præponderat ea obiectio, qua Scotiſtas vno ore proclamantes, Commentarios hoſce Oxonij conſcriptos, commouere pertentauit Ferchius in vita Scoti. capit. 11. numer. margin. 39. quatenus ſcripta illa edita appareant poſt annum milleſimum tercenteſimum, quo Scotus non Oxonij, ſed Pariſijs docebat; vt liquet ex quæſtione 2. Prologi. §. *de ſeptimo, ſcilicet de Eccleſiæ ſtabilitate, ſub numer. marg.* 9. vbi ita habet Scotus.

1. oppoſitio ex textu Scoti.

Si obijcitur, de permanentia ſectæ Mahometi. Reſpondeo, illa incæpit plus quã ſexcentis annis poſt legem Chriſti, & in breui Deo cooperante finietur, quæ multum debilitata eſt anno Chriſti 1300. & eius cultores multi mortui, & plurimi ſunt fugati.

Inſtatur contra ſcripta Oxonienſia.

Inſtatur efficacius; quia Scotus in 4. ſententiar. diſtinctione 25. quæſtione 1. fatetur, ſe legiſſe Bullam Benedicti Vndecimi, qui creatus fuit anno 1303. XI. Kalendas Nouembris; & obijt Peruſij Nonis Iulij, anno 1304. quo tempore tàm creationis, quàm obitus Benedicti, Scotus non Oxonij, ſed Pariſijs fulgebat; vt liquet ex literis Generalis Gundiſalui infra ad plenum tranſcribendis, quæ expeditę ſunt ad licentiãdum Scotum pro capeſſenda Doctoratus Pariſienſis laurea 14. Kalendas Decembris, anno 1304. non igitur ſcripta illa, quæ Oxonienſia appellantur, Oxonij edita ſunt, ſed Pariſijs.

Diluuntur obiecta.

14 Aſt obiectum iſtud nullo negotio obtunditur; potuerunt enim Oxonienſes, ſeu Anglicani Commentarij, apud Oxonienſes conſtrui ante annum milleſimum biſcenteſimum octauum, vel nonum; & poſtea nouis acceſſionibus, quæ tempora poſteriora reſpiciunt, apud Pariſienſes locupletari.

Primus prælo cõmittens ſcripta Oxonienſia fuit Auguſtinianus

Illud ſilentio non prętereundum, in quo Franciſcanus ordo clariſſimæ Auguſtinianorum familiæ ſe agnoſcit obſtrictum: quod primus, qui hæc Oxonienſia Scoti ſcripta prælo commiſit (per Albertum de Standael anno 1474. paulò poſt impreſſoriam artem inuentam,) fuit *Thomas Penket*, Anglus, Auguſtinianus; ſicut & anno 1617. idẽ opus Scoticũ recuſſum fuit à Paulino Berti Lucenſe, etiam Auguſtiniano, qui præfixit Oxonienſibus Commentarijs ornatiſſimum elogium de vita, & doctrina Scoti.

Etiam Collector locorũ communium fuit Dominicanus.

15 In quibus etiam Oxonienſibus ſcriptis elucidandis gnauiter ſe exercuit pius vir, & eruditus Theologus, Hieronymus Ferrarienſis, Inquiſitor Ferrariæ, qui locos communes ex Commentarijs Oxonienſibus concinnauit, & ea doctrinæ ſerie apparauit, vt faciliùs ab omnibus Scoti dogmata percurri poſſent; bono publico vel ſic interuiens. *Licet autem ex eorum grege fuerit* (inquit Paſchalinus Venetus in pręliminari Epiſtola ad Lectorem operis) *qui ſancitos à D. Dominico Canones ſeruare ſponte deliberant, tamen ſibi videndum cenſuit quid venuſti offerrent, quid fructuum producerent fœcundi amæniq; horti fœlicium arborum, excelſarum contemplationum in agro Eccleſiaſtarum à Ioanne Scoto.* Quare ob huius viri pietatem, & doctrinæ officia in Ioannem Scotum, Franciſcani præfulgido Dominicanorũ Ordini ſe deuinctos agnoſcunt.

Paſc. Vene.

16 Verùm enim verò, dum Scotum Oxonij docentem ſpecta-

mus

Scotus Oxonij docens omnũ ſcientiarũ encyclopædiam adipiſcitur

mus, vrget Hiſtoriæ proceſſus, & contextio, vt earum diſciplinarum, quæ in Oxonienſibus ſcriptis eminent, & quarum Oxonij diſcens, & docens Scotus opulentum ſibi theſaurum comparauit, vel aliquod exhibeamus indiculum. Nulla eſt ex præcipuis liberalibus diſciplinis, quam Scotus plenè in tenera ætate nõ imbiberit, vt domonſtrant Oxonienſes Cõmẽtarij, quos edidiſſe ante annũ milleſimũ biſcenteſimũ nonageſimũ nonũ, probabilius æſtimo, & concinnius ad Scoticæ Hiſtoriæ fidem; cùm in annis ſequentibus, Scotus non Anglos, ſed Gallos, & Germanos Colonienſes erudiuerit, Oxonienſia autem, vel Anglicana ſcripta exerens, apparet Scotus cuncti ſcibilis encyclopędiam, complexus, ſeu orbem, aut ſcientiarum circulum conſequutus; quod vel ex enarrandis facilè conſtabit.

Etiam innuens ante trigeſimũ vitę annum

Si autem ab anno milleſimo biſcentiſimo nonageſimo nono vſque ad tercenteſimum octauum (in quo Scotus mortalem ſarcinam exuit, ante trigeſimum quartum vitæ annum expletum) nouem annos demas; fiet vt Scotus ante trigeſimum annum in iuventutis flore cunctarum ſcientiarum anfractus penetrauerit; quod humanas vires exuperare, & tranſcendere videtur.

Ferchius. Vuadingus

17 Sed iam in Scoto ſcientiarum encyclopœdiam accipe, & recole; in qua conſentientes habemus Ferchium in vita Scoti. cap. 6. nume. marg. 20. & Vuadingum ad Annum 1304. ſub num. marg. 25. In primis Logicalia ita ſubtiliter verſauit, vt nil ſupra expeti poſſe videatur; quò fit vt in torpentium & ignauorum inculationes incurrat, qui dum aciei Scoticę viuacitatem non capiunt, Scotum Sophiſtam, & captioſum vocitant, quem ad votum aſſequi ob oſcitationem, vel ingenij hebetudinem deſperant.

Tenuit logicã apprimè Scotus, &

Phyſicam

Phyſicam penitiſsimè calluit, ita vt inter Doctores, qui ethnicos Philoſophos debellant, Doctor Subtilis, Dux belli cenſeatur; mira enim dexteritate phyſicalia accerſit vt Theologica dogmata ſuffulciat.

Metaphyſi.

In Metaphyſica adeo excelluit, vt aliqui audeant Scotum in Metaphyſicis diſſertationibus præponere Ariſtoteli; vt volunt Ferchius, & Vuadingus citati.

Mathematicas etiam diſciplinas, & præcipuè Geometriam

Mathematicas diſciplinas penetrauit; & Geometrices peritiam ita effundit largiter, & Oxonienſibus inſerit Commentarijs, vt ad percipiendum Scotum in quibuſdam illius textus fragmentis, nullus niſi peritus Geometer ſufficiat; quod præcipuè conſtat ex 2. ſententiar. diſtinctio. 2. quæſt. 9.

Item Aſtrologiam.

Etiam Aſtrorum expandit ſcientiam, in 2. ſent. diſt. 14. q. 2. & in 4. diſt. 41. quæſt. 3.

Et Perſpectiuam.

Deinde Perſpectiuæ, ſeu Optices, ſe exhibet peritiſsimum in 2. ſen. diſt. 13. q. 1. & in 4. ſen. diſt. 10. q. 9.

Ius Ciuile & Canonicum

In Iure Ciuili præterea ſapiens, aliquot licet rara ex Iure Cœſarum pronuntiata haurit; cùm ex Iure Canonico frequentiſsima Pontificiarũ Sanctionum petat teſtimonia.

Theologiã ſcholaſticam penitiſsimè

Tandem in Theologicis diſſertationibus vegetum, acre, igneum ſpargit lumen; & neruos facit ad retundendam hæreſim opportunos.

Et ſacræ ſcripturæ intelligẽtiam, & interpretationis arcanorũ donum

18 Nec ſolis Scholaſticis diſciplinis addictus, etiam eruditiſsimos in Sacram Scripturam edidit Commentarios: De quibus ita Ferchius loco citato. *Nec Scholaſticæ Theologiæ Principatum dumtaxat obtinuit, ſed & ſacrarum eruditione Scripturarum glorioſus nitet Ioannes Duns. Scripſit enim Commentaria in quatuor Euangeliſtas; in D. Pauli Epiſtolas; in Geneſim ad literam: poſtillas in Scripturam ordinauit, quod ſuo loco probabo. Sed vt mirabilem ponderandæ legis diuinæ vigilantiam in doctiſsimo ſcriba noſtro Scotiſtis indigitem, legant in Quodlibeto octauo expoſitam illam Seruatoris ſententiam Ioannis cap. 5.* Quæcunque ille (*ſcilicet Pater*) fecerit, hæc & Filius ſimiliter fecit; *Non Scotiſtæ non penetrabunt; Scotiſtas verò ad gemitus*

Ioan. cap. 5.

pro-

prouocandos noui, dum tam pretioſo Ioannis Scoti in Ioannem Euangeliſtã theſauro ſe fraudatos agnouerint.

Explanatio Scoti in Ioannem.

19 Sed perlege citatam à Ferchio Euangelici textus elucidationem, quæ vindicet Scotum à tenebroſitatis nota in ſacrorum voluminum explanandis myſterijs, quam illi invrere moliũtur Iouius, & Bzouius; ita igitur habet Subtilis Doctor in Quodlib. 8. §. *de ſecundo artic. principali n. marg.* 19.

Scotus

Dico, quòd Filius negat à ſe authoritatem primariam cauſandi, Ioannis 5. Non poteſt Filius à ſe facere quidquam: *Concedit autem ſubauthoritatem in cauſando cùm ſubdit*: Niſi quod viderit Patrem facientem. *Et infra ibidem*. Opera, quæ dedit mihi Pater, vt perficiam ea; ipſa opera, quæ ego facio, &c. Dedit mihi Pater: *Ecce ſubauthoritas*. Ego facio: *Ecce cauſalitas.*

Quæ ſit authoritas cauſandi in Patre & ſubauthoritas in Filio?

20 *Conſimiliter reſpectu Spiritus Sancti habet filius authoritatem in agendo; & ratio vtriuſque eſt, quia à quo aliquid habet principium agendi, ab eo habet & agere, & per conſequens virtute illius agit. Non virtute eius tanquam cauſæ ſuperioris, quia non habet virtutem diſtinctam ab eo; ſed virtute illius tanquam principij communicantis ſibi cauſalitatem, & ideò habentis authoritatem in iſta cauſalitate, in qua recipiens habet ſubauthoritatem.*

Idem reſpectu ſpiritus ſancti.

Sed hic obijcitur; quia ſi Pater priùs ordine cauſat quàm Filius; ergo Filius non cauſat illud cauſatum: quia quod priùs cauſatum eſt, poſteriùs cauſari non poteſt, niſi idem bis cauſetur, quod eſt impoſſibile. Similiter poteſt argui de ordine originis, ſicut de ordine cauſalitatis: quia ſi Pater facit à ſe, & Filius non à ſe, ergo Pater cauſat priùs origine; & tunc, vt priùs, non poterit cauſari à Filio, quaſi in ſecundo originis, quia idem non poteſt bis cauſari.

Obiectio cõtra prædicta

21 *Ad iſta reſpondeo, quòd ordo in cauſando poteſt intelligi, vel vt actio reſpicit producens; vel vt reſpicit productum. Si primo modo; eſt ordo authoritatis, & ſubauthoritatis in propoſito, quia ille eſt inter ſuppoſita agentia in habendo principium formale agendi, pro quanto ſcilicet vnum illorum habet illud ab altero. Secundo modo non eſt hic ordo; quia non priùs ponitur creatura in eſſe per actionem Patris, & poſtea ſequitur actio Filij; ſed virtus cauſandi ordinatè ſecundùm ordinem originis habetur in vtroque prius natura quã terminus producatur, &c.*

Infringitur obiectum

22 Vt autem iuſtas excitem lacrymas, & graues noſtrorum querelas de antiquorum ſocordia in ſeruandis Scoti voluminibus, quæ magno rei literariæ damno aut deliteſcunt, aut pericrunt, ita vt Auguſtinianorum familię prima (vt dixi) Commentariorum Oxonienſium editio debeatur; accipe ex Ferchio in vita Scoti, capit. 11. ſub numer. marginal. 40. ſeriem Cõmentariorum Scoti in Sacram Scripturam ex grauibus antiquarijs decerptam.

Recẽſio cõmẽtariorum Scoti in ſacram Scripturam

Poſtillę vniuerſales.

* *Poſtillæ ſuper ſacram Scripturam: Huius operis meminit Bartholomæus Piſanus in Conformitate octaua.*

Cõmen. in 4 Euang.

* *Commentarij ſuper quatuor Euangeliſtas; Bartholomæus Piſanus, Trithemius, Guilielmus Eiſengrenius, Sixtus Senenſis, & alij.*

Commen. in Paulum.

* *Commentarij in Apoſtolum. Fragmentum in Epiſtolam ad Romanos, cuius initium eſt;* Circa Epiſtolam Pauli ad Romanos: *Fatetur ſe legiſſe Lugduni* Sixtus Senenſis. *Recenſent hos Commentarios Piſanus, Trithemius, Eiſengrenius, Bellarminus.*

Lectura in Geneſ.

* *Lectura ſuper Geneſim ad literã; liber vnus. Ex Antonio Poſſeuino, Bellarmino, Rioche, Pitſeo, Vuillot.*

Sermo de tẽpore, & de Sanctis.

* *Sermones de tempore; liber vnus.* Erunt ſigna, &c.

* *Sermones de Sãctis; liber vnus. Sermones referunt Trithemius, Pitſeus Poſſeuinus, Rioche.*

Quis ergo aureos in teneris annis ſciẽtiarum clypeos ad fortium armaturam, vel ad Eccleſię defenſionem ſatellitium, nõ ſuſpiciat, & tanquam eximium Dei donum non prædicet, & exoſculetur?

Scotus relinquit Oxoniã & immigrat Lutetiam

23 Sed iam ad contextionem Hiſtoriæ redeo, quę Magiſterij, & Cathedræ Scoti narrat progreſſus. Editis igitur Anglicanis Commentarijs, & Oxonienſi Academia illuſtrata; cogitarunt prælati Ordinis tanto ſideri ampliorem ſphæram, quę excreſcentes exciperet radios, apparare. Quare ex ſuperiorum preſcripto relicta Anglia, non abſque ingenti inclitæ Oxonienſis Academiæ merore, quæ ſe communi Magiſtro orbatam deplorabat, immigrauit Lutetiam Scotus; vbi ei, anno milleſimo tercenteſimo quarto Pariſijs commoranti facta eſt à Venerabili Pat. Gundiſaluo Ordinis Minorum Generali Miniſtro facultas vt Doctoralem lauream Pariſienſem adipiſci valeret; licet Scotus iam Doctoratus inſignia apud Oxonienſes obtinuiſſet, vt obſeruat Hugo Cauellus in præfatione ad Quodlibeta Scoti à Cauello ſcholijs illuſtrata: inſpice obediẽtiales literas, quę à Præſule ſanctitate & doctrina cõſpicuo irrefragabile pariunt pietatis & ſapientiæ Scoti fulcimentum.

In Chriſto ſibi Chariſsimis Patribus, Gulielmo Guardiano Pariſijs, vel eius Vicario, & Magiſtris Fr. Gundiſaluus *gaudens in Domino.*

Litteræ Gũdiſalui Generalis.

24 AD Expeditionem dilecti in Chriſto P. Ægidij de Legnaco, de quo per literas veſtras certificatus exiſto, cùm de alio (vt moris eſt) eodem calculo præſentãdo, prouidere oporteat, & cùm ſecundùm ſtatuta ordinis, & ſecundùm ſtatuta veſtri Cõuentus Baccalaureus huiuſmodi præſentãdus ad præſens debeat eſſe de aliqua prouincia aliarum à Prouincia Frãciæ, *dilectum in Chriſto Patrem Ioannem Scotum, de cuius vita laudabili, ſcientia excellenti, ingenioque ſubtiliſsimo, alijſq; inſignibus conditionibus ſuis, partim experientia longa, partim fama, quæ vbique diuulgata eſt, informatus ſum ad plenum.* Dilectioni veſtræ aſsigno poſt dictum P. Ægidium principaliter, & ordinariè præſentãdum: iniungo nihilominus vobis ad meritum ſalutaris obediẽtiæ, quatenus præſentationem huiuſmodi cum ſolemnitate ſolita, ſine multo diſpendio facere debeatis; ſi tamẽ cõſtiterit vobis, quòd Dominus Cãcellarius velit duos ſimul licentiare de noſtris, volo & placet mihi; quod F. Albertus Methenſis, ſi ad cõuentum redire poterit, cũ præfato F. Ioanne debeat expediri. *In quo caſu mãdo, & ordino, quod dictus F. Albertus antiquitatis merito priùs incipere debeat, dicto F. Ioanne ſub eo poſtmodum incepturo.* Valete in Domino, & orate pro me. Datũ in loco Eſculi prouincię Marchiæ Anconitanæ XIV. Kal. Decembris Anno 1304.

Scoti præconium.

Pende integritatem Gundiſalui

Obſeruationes in Epiſtolam præcedentem.

25 Quantæ autem ſanctitatis extiterit Gundiſaluus, cõſtat ex dictis in §. 3. num. marg. 3. & 4. quantæ etiam rectitudinis, inibi indicauimus ex Aluaro Pelagio *de Planctu Eccleſiæ*; vbi reuelationem de glorioſa coronatione Gundiſalui ob incorruptam exequendæ iuſtitiæ mentem obſeruauimus. Quæ etiam Gundiſalui integritas ex præſcriptis literis pro Doctoratu Scoti ſatis ſuperque pateſcit: ſiquidem vt ſtatuta Ordinis de præferẽda antiquitate in laureis capeſſendis ſeruaret, voluit Albertum Methẽſem præferri Scoto tot preclaris vitę & doctrinę meritis (quæ & ipſe Gõſaluus percelebrat) inſignito; cùm de his ſileat in Alberto Methenſi, de quo extra has Gundiſalui literas nulla extat apud antiquarios & hiſtoricos noſtros memoria. Vnde prodijt præconij Scotici à tanto viro exhibiti incõcuſſa firmitas omni criminatione, & exceptione ſuperior; quod authenticum vitæ, & doctrinæ Scoti teſtimonium nobis ſpeciali Virginis erga Scotum alumnum patrocinio ſeruatum credimus, & ab iniurijs temporum vindicatum, vt ſartus tectus ſupereſſet tanti Deiparæ vindicis

Albertus ob antiquitatis præfertur Scoto.

honor. Nec cauillari licet quòd Scotus poſtea à recto ſanctimoniæ tramite defecerit; ſiquidem anno 1307. paulò ante obitum Scoti, ab eodem venerabili Præſule Gundiſaluo inſtitutus eſt Scotus Regens ſtudij Pariſienſis; quæ dignitas aureo illo æuo, & à tali viro, nō niſi vita & doctrina probatiſſimis Magiſtris conferebatur.

Doctor ſubtilis nō fuit Hibernus ex Gundiſaluo

26 Ex quibus etiam Gundiſalui literis vrgens erumpit probatio Ferchij in vita Scoti cap. 1. num. margin. 3. agentis, quòd Doctor Subtilis non fuerit Hibernus, ſed Scotus; quia eum Scotum nominat Gundiſaluus quando ei facultatem ad obtinendam lauream impertit. Et ne Hibernos ſuboffendam, illiſque ſubodioſus exiſtam, volui legitimam Ferchij collectionem tranſcribere. *Cùm igitur ex debito Prouinciarum ordine Bacalaureus offerri deberet; oportebat Generalem probè cognoſcere, an Ioannes Scotus eſſet ex Prouincia Hiberniæ, an Angliæ oriundus; nam ſub Angliæ Prouincia Scotiæ Conuentus continebantur.* Aliàs enim, ſi abſque ſeria & præuia indagine illius abſimilitudinis, quæ inter Scotos, & Hibernos intercedit, proceſſiſſet Gundiſaluus ad licentiandum Scotum pro adipiſcenda Doctoratus laurea; prouinciam Angliæ, vel Hiberniæ, in re graui lædere poſſet, ſiquidem Scoti & Hiberni ad diſſitas Prouincias attinebant; Scoti ad Prouinciam Angliæ, & Hiberni ad Prouinciam Hiberniæ; non igitur licebat Scotum pro Hiberno, nec Hibernum pro Scotō ſupponere ad capeſſendum gradū, qui ex præſcripta ſerie, alterius prouinciæ alumnis deberetur.

Scotus alumnus prouinciæ Angliæ, non Hiberniæ.

Quod autem Scotus fuerit Prouinciæ Angliæ alumnus, ad quam omnes Conuentus Scotiæ attinebant, liquet ex teſtimonio Bartholomæi Piſani à nobis tranſcripto in §. 15. numer. margin. 2. Adde etiam ex Vuadingo tom. 4. Annalium ad annum 1400. vbi ſub nume. mar. 13. tranſcribens ex Piſano Cuſtodias, & Conuentus Prouinciæ Angliæ, ſub *Cuſtodia Noui caſtri* recenſet *Beruincum* ex codice manuſcripto Vaticano, Beruicum autem habet ſibi ſubiectum Vicum Dunſeum ex quo ortus eſt Doctor Subtilis iuxta Ioannem Læſleum *in libro de rebus geſtis Scotorum*, cuius teſtimonium tranſcripſimus in §. 1. ſub n. mar. 3.

Firma aſſertio Scoti ex aſſione Gundiſalui

Sed quia magna Scotici candoris aſſertio & vindicatio nobis ex Gundiſalui atteſtatione procedit; ſubijciam præterea fidi Chronologi Petri Rodulphij, Epiſcopi Senogallienſis de Gundiſaluo Generali Hiſtoriam in libr. 2. Hiſtoriæ Seraphicæ Religionis. §. *de Fr. Gondiſaluo, vel Gonſaluo Generali.*

Elogiū Gundiſalui ex Rodulphio

27 Fr. Gondiſaluus, vel Gonſaluus (nomen apud Hiſpanos vſitatum) Vlyſsipponenſis, Luſitanus, Prouinciæ Sancti Iacobi, primò Miniſter Prouinciæ Caſtellæ: Aſsiſij electus eſt Generalis anno 1304. tempore Benedicti XI. *Vir ſanè pius, qui viſitando Ordinem veſtes ſuperfluas à Fratribus auferebat, & ædificia ſumptuoſa dirui faciebat. Ioannem Scotum in Capitulo Tholoſæ anno 1307. celebrato, inſtituit Regentem Pariſijs.* Fuit doctrina pollēs & moribus inſignis, qui compilauit tractatum de præceptis eminentibus Regulæ, de æquipollentibus, & de habentibus vim præcepti; cuius initium eſt: *Regula noſtra, Fratres chariſſimi, non videatur vobis confuſa*: rexit Ordinē annis nouem.

Rodulphius

Et Paulò infra ad finem eiuſdem. §. Vir iſte Gonſaluus præcipuam curam habuit in Generali præfectura, ne ſumptuoſa monaſteria conderentur; multa quoque deſtruxit viſitando Ordinem, quippe quæ viderentur eſſe cōtra Regulę paupertatem fabricata, quam B. Franciſcus eius inſtitutor & fundator ſuam ſponſam vocabat.

Scotus pro obtinenda laurea Pariſienſi, edit Quodlibeta

28 Sed his miſsis, vt in Hiſtoria Magiſterij Scoti ad vltetiora procedamus, illius ſeriem ſubtexentes; acceptis Gundiſalui Generalis literis Scotus (quamuis Oxonienſis Doctoratus nota inſignitus, & authoratus) à Guardiano Pariſienſi oblatus eſt inclitæ Acædemię Pariſinæ Primoribus anno 1305. iuxta ſupputationem Ferchij (in vita Scoti, capit. 6. numer. marg. 18.) vt periculum fieret, an poſſet ad quamlibet quæ-

ſtio-

Gadius

Cauellus

ſtionem reſpõdere pro Doctoratu adipiſcendo iuxta celebrem morem ſtudij Sorbonici; cuius meminit Hieronymus Gadius Bononienſis, in Cõmentario Quodlibeti 1. Scoti; & Hugo Cauellus in præfatione in Quodlibeta Scoti ab ipſo edita; ex qua conſuetudine poſt obtentam lauream ortæ ſunt celeberrimæ illæ Doctorum Pariſienſium diſputationes, quas Quodlibeta vocitant; quales Sanctus Thomas, Henricus Gandauenſis, Ægidius Columna, Romanus, & noſter Cardin. Aureolus, alijque plures conſcripſere: nam quæ in examine publico ventilatę fuerãt quæſtiones, poſtea ſeriò, & robuſtius firmatæ publici iuris fiebant, & ſcriptis mandabãtur. Hinc Scotus, quaſi fœlix arbor, geniali ſidere fœcundata flores [illegible] bilis doctrinæ (ideſt Quodlibeta) pulchritudine, ſubtilitate & vtilitat[illegible] ternãtes excluſit, & parturiuit.

Scotus fit Regẽs ſchole Pariſienſis.

29 Acceptis deinde Doctoratus Pariſienſis inſignibus, Magiſtralem Cathedram obtinens Scotus, Academiam Pariſienſem admirandis ſplẽdoribus irradiauit, & ita de optimis diſciplinis ſe meritum præbuit, vt in Capitulo Generali Tholoſę celebrato Anno 1307. ab Gundiſaluo Generali Regens ſtudij Pariſienſis renunciatus ſit Scotus, vt adhuc inuenis. Nec mirum quod ab æquiſsimo Generali Gundiſaluo ſupremã illam orbis tũc in re literaria præfecturam Pariſienſem obtinerit Scotus, ſi in flore iuuẽtutis, ſi præſentibus Apoſtolicæ Sedis Legatis adeptus celeberrimum triumphũ cõtra originariæ labis in Deipara [illegible]ttores, famoſiſsimus in toto orbe Doctor percelebrabatur: & ſanctitate præcellens, diuinis apparitionibus & pueri Ieſu amplexibus in eodem [illegible]ouentu Pariſienſi cõdecoratus eminebat; vt oſtendimus in §. 9. &

Scribit Lutetię Reportata Pariſiẽſia

30 Lutetiæ doc[illegible] compoſuit in quatuor libros ſententiarum ſcripta Pariſienſia, qu[illegible]eportata, aut Repetita potius vocantur, quia repetitis commentar[illegible] quatuor Magiſtri ſententiarum libros elucidauerit. Sed adhuc nuta[illegible] Scotiſtæ, an opus Reportatarum, aut Repetitarum quæſtionum [illegible] legitimus Scoti fœtus, vel opus alicuius Scotiſtæ ex lecti[illegible]ibus ab Scoto viua voce traditis decerptum, & concinna-

Obiecta cõtra Reportata Scoti.

Ratio dubitãdi eſt, quia Reportatarum ſcriptum diſſideat ab ſtylo & maieſtate docendi Scotica; nec enim veriſimile eſt, quòd Scotus apud Pariſienſes ætate & literis prouectior, ſe ipſo inferior appareat magis iuuene, & Oxonij docente. Deinde, quòd Scotus in Reportatis aliquãdo ab Oxonienſibus ſcriptis diſcrepet.

Infringũtur & aſſeritur Scotus Author Reportatarũ Pariſienſium.

31 Aſt hæ rationes non cogunt, vt ſuppoſititium æſtimemus, aut nothum, nõ autem germanum Reportatarum ſcriptum; potuit enim Scotus ætate maior, & ſtudijs præcellentior ob mortem ingruentem, vltimam manum, & limam Pariſienſi huic ſcripto non adhibere: ſicut, & gnauiter Oxonienſia commentaria caſtigauit, & additionibus iugiter locupletauit, etiam Pariſijs poſteriores vitæ annos degens, & poſt abſolutum opus Oxonij, vt oſtendimus ſub numer. marg. 14. huius §. dum defenſaremus commentaria illa eſſe Anglicana, ſiue Oxonienſia. Opus autem ſpõgiam ab Authore etiam minus literato expertum, haud raro magis viuidum, & vegetum exiſtit; ea enim eſt ingenij humani conditio, vt vno ictu nec pulchriores flores, nec maturiores excludat fœtus, ſed quòd Authores nouis acceſsionibus, & conatu iugi, antiqua ſtudia vegetent, & ita procedãt felicius, & adoleſcant. Nec etiam inſtãtia illa de diſcrepãtia opinionum in vtroque ſcripto, Oxonienſi, & Pariſino, valida eſt; potuit enim Scotus mutare ſententiam, & priora aſſerta reuocare, ſicut & celeberrimi Doctores fecere Auguſtinus, & Thomas.

Ferchius negat, & Vuadingus dubitat circa Reportata Scoti

32 Ita eneruari poſſunt obiectiones Ferchij in vita Scoti, *cap. 11. numer. margin. 39.* aſſeuerantis, Reportata non eſſe ſcripta Scoti, ſed alicuius Scotiſtæ; cum tamen inibi admittat, librum Collationum eſſe Pariſienſem, & Lutetiæ editum, legitimumque Scoti partum. Sic etiam

occurrimus Vuadingo non inficianti, ſed vacillanti circa Reportatarum Pariſienſium Authorem, tom. 3. Annalium ad annum 1304. ſub numero marg. 11.

Maior committit prælo opus Reportatorum.

33 Opus autem Reportatarum primo prælo commiſſum fuit ab acutiſsimo Theologo Ioanne Maiore, dein recognitum, & ſcholijs illuſtratum ab Hugone Cauello Archiepiſcopo Armachano. Sed in germanorum operum Scoti iudicio, & ab illegitimis diſcretione hæreo, & ſuper ſedeo, expectans accuratiſsimam cenſionem Reuerendiſsim. Pat. & Illuſtriſsimi Domini Frat. Ioannis Baptiſtæ à Campanea quondam totius Ordinis Minorum Generalis Miniſtri, pietate, humilitate, integritate, zelo Euangelicæ paupertatis, & literis ſpectatiſsimi Præſulis, deinde Archiepiſcopi Regienſis, nunc verò Epiſcopi Dertoſani deſignati; qui ea, qua feruet, Scotum illuſtrandi auiditate, vniuerſas Orbis Bibliothecas per viros eruditos ad id muneris aſcitos, & conquiſitos luſtrauit, & collecta Scoti monumenta politiſsimo prælo commiſit. Sed dolemus quòd eximiam tanti viri ſol[ici]tudinem anteuerterit furor, & rabies Knoxij hæretici apud Scotiam, omnes Bibliothecas Catholicas impijs flammis exurentis, in quibus ſeruabantur plura Scoti ſcripta; vt ex Thoma Dempſter narrat Ferchius, in vita Scoti, capit. 11. ſub numer. marginal. 40.

Knoxius hæreticus exuſſit libros Scoti.

Illuſt. Ioa. à Campanea ſolicitudo in fouendis literis.

Hoc etiam, quo nitet, rei literariæ promouendæ ſtudio, idem Sapientiſsimus Præſul me nullum Theologum, & peregrinum hominem, ex nouoque orbe aduenam, pro ingenij tam exiguitate haud ſegniter laborātē paternis excepit, & fouit præcordijs: ſub eius auſpicijs, & obedientialibus literis, hæc noſtra qualis qualis opella lucem vidit. Quod grati animi obſequium, & meæ obſeruantiæ ſymbolum, ſic voluit gratū verbis Hieronymi ad Aſellam lib. 1. Epiſt. 45. *Si tibi putem, gratias à me referri poſſe, non ſapiā. Potens eſt Deus ſuper perſona mea ſanctæ animæ tuæ reſtituere quod meretur. Ego enim indignus, nec æſtimare vnquam potui, nec optare, vt mihi tantum in Chriſto largireris affectum.*

S. Hieron.

34 Hæc pro Pariſinis Scoti ſcriptis, à quibus feriari iuſſus obedientialibus literis Gondiſalui Generalis, qui æſtuans zelo illibatæ fidei miſit Scotum in Coloniam Vbiorum, vt graſſantem ibi Beguardorum hæreticorum colluuiem coerceret, & eliminaret, vt oſtendimus in §. 5. Quibus literis ab Scoto in prato Clericorum acceptis, vbi remittendi animi gratia cum diſcipulis aderat poſt abſolutum quotidianæ lectionis penſum; Scotus nec ad Conuentum rediens, nec Lutetiam ingreſſus, ſtatim conceſsit Coloniam.

Scotus miſſus in Coloniam Vbiorum

Scotus profligat hæreticos Beguardos.

Scoto autem pro fide Catholica deſudanti occurrerunt Vrbis Magnates, & ſolemniſsimo apparatu, triumphi inſtar, exceperunt, vt diximus in §. 5. Dum autem Scotus Beguardos hæreticos proſterneret, data occaſione redintegrauit bellum pro innoxio Virginis Conceptu, & Heruæo deuicto, poſtea breui morbo ad cœlos vocatur, pij agonis mercedem acceptu-rus. Hęc de Chronologia Scoti iuxta magis probatam ſupputationem annorum lecturæ, & Magiſterij eius, tam in Oxonienſi, quàm in Pariſienſi Academia.

§. 19. *De Subtilitate, & vtilitate doctrinæ Scoti, vbi propulsantur imposturæ, & criminationes aduersariorum; & excernuntur iniustæ censiones de aliquot Scoti pronuntiatis.*

Defensorij doctrinæ Scoti.

1 REserata in præcedenti. §. volatus Scotici in disciplinis imbibẽdis, & effundẽdis chronologia; restat cõtra mordentes agere & subtilis doctrinæ Anteſignanum, ceu veriùs authorem (ea enim est specialis Scoti gloria, vt propriæ doctrinæ Parens sit, & inuentor) à vellicationibus aduersariorum asserere. Sic igitur in Scotum irrumpit Iouius.

Virulenta diacritas Iouij in Scoti doctrinam.

Scotus proteruo captioſoq; differendi genere Christianis dogmatibus illusisse videtur, cùm passim inducta quæstione dubitabundus sacrarum rerum fidem nequaquam tenui figmẽtorum caligine confudisset. Seuit enim ideo lites immortales, quando eius placita, vel grauiter ab aduersæ sectæ professoribus oppugnata, ex aduerso ab eius discipulis acerrimè defendantur. Deinde subiungit. *Qui aliquot præclara eius ordinis ingenia, ad optimam frugem nata, distorto scilicet ad veritatem itinere, suspendisse, perdidisseque videtur.*

Manũ præbet Bzouius lacessens Scotum.

2 His consentit Bzouius, imò & transcribit Iouium traducentem Scoti manes, & incusantem de captioso docendi genere, de immortalibus litibus ab Scoto satis ad turbandam optimarum disciplinarum firmitatem, de sacrorum dogmatum illusione, & tandem de affectata doctrinæ caligine: quibus addidit, quòd Scotus ob tenebrositatem appellatus sit *Scotinus*, quod obscurissimi Anaxagoræ cognomentum extitit: Iouio & Bzouio etiam subscripsit Mateneſius, itaut contra Scotum intorquere appareant id, quod Tertulianus intonat in Aristotelem *in libro de præscriptione hæreticorum.*

Tertulianus inuehitur in Aristotelem

Miserum Aristotelem! Qui illis Dialecticam instituit, artificẽ struendi, & destruendi, versipellem, in sententijs coactam, in coniecturis duram, in argumentis operariam cõtentionum, molestam etiam sibi ipsi, omnia retractantem, ne quidquam omnino tractauerit.

S. Isidor.

3 Imo & Magnus Doctor noster Hispanus S. Isidorus acutè, & ornatè damnat captiosum & cõtentiosum docendi genus; in lib. 3. de summo bono. Dãnat studium contendendi.

Cõtentionum studium nõ pro veritate, sed pro appetitu laudis certat, tantaque est in his peruersitas, vt veritati cedere nesciant; ipsamque rectam doctrinam euacuare contendant. In disputatione fidelium cauenda est propositio, & artificiosa subtilitas, quæ callidis obiectionibus retia tendit; ita enim versutis assertionibus prauorum disputatio innodatur, vt recta esse simulent, quæ peruersa persuadent.

Criminatur aduersarij Scotum obscuritatis affectatæ.

4 Nec euadere videtur Scotus notam affectatæ caliginis ob scientiæ Altitudinem, & Scholasticæ aciei Subtilitatem; debuit enim obtequens publico Ecclesiæ bono stylum lenire, & demittere, vt omnibus frugi esse posset, iuxta Isidori Peluſiotæ monitionem libr. 3. Epistol. 41.

Isid. Pelus.

Quidam te ob ingenij acumen, ac dicendi facultatẽ admirantes, vt cõtentiosum, atq; ad audiendum difficilem, & morosum accusant; nã cùm ad inferiores te demittere debeas, tu cõtra ne superioribus quidem, ac præstãtioribus cedis. Quo circa fires ita se habet, ne eruditionem eã, quæ in te summa est, per animi sinisteritatem, atque improbitatem probro, ac deaecore affice.

Damnanda igitur est Scoti tenebrositas, cõtendendi auiditas, & indefessum in dissidijs dilleminandis studium; has igitur notas libremus, & dispungamus.

Scotus non eſt Scotus ab obſcuritate

5 Primum; non à tenebroſitate appellatum Scotum, ſed à patria Scotia, eruditè oſtendit Ferchius lib. 1, Apologiæ in Mateneſium. cap. 3. num. marg. 29. inquiens. Vt dem Ioannem Scotum eſſe tenebroſum; eum Scotinum appellatum nō permittam. A Sixto Senenſe, qui ducētis (& eo amplius) annis fuit Scoto poſterior, cœpit hic titulus, quātū conijcio; quā quam Poſſeuinus, qui diligenter Senenſem, & ſequaces legerat, id neglexerit refutare pro ſuæ breuitatis inſtituto; poſuerit nihilominus verā opinionem, nempe à patria Scotum dici, non ab obſcuritate: non erat Scoti tempore illa Græcanicæ literaturæ peritia, non ergo ex Græcia, ſed ex Scotia cognomen inditum.

Vocatur Scotus à Patria.

Deinde conſuetudo Religionis noſtræ & fuit, & eſt; vt hi, qui literis operam nauant, de patria nomenclaturam accipiant. Vnde perraro audies ſtudentes vocari nominè Ioannis, vel Bonauenturæ, vel Auguſtini; ſed Scoti, Poloni, Viterbienſis; quod etiam in aliarum Religionū ſcriptoribus obſeruatum video, quare & Ægidius Romanus, licet ex nobili fuerit Columnenſium familia, vt ait Bellarminus *in lib. de Scriptor. Eccleſiaſticis*, nō tamen Ægidius Columna, ſed Ægidius Romanus, à patria Roma communiter vocitatur; ita & Scotus à patria, certo certius, nuncupatus fuit.

Sicut & Ægidius Romanus, à Roma

Optimæ defenſiones pro cognomine Scoti

6 Prçterea Ferchius, ſic & Bzouium reuincit *libr. 2. Apologiæ in Bzouium num. marg. 25.* Nonne Dunſium è Scotia ortum confiteris? Cur ergo Scotum ex Grecia potiùs quam ex Scotia denominatum putes? Maximè cum Scoti tempore vix Grçcanicæ linguæ eſſet memoria. Non à tenebris nuncupauit Scotum Gundiſalvus Generalis, quando eum magnis euehit præconijs, ita Maironius, Antonius Andreas cum cæteris Scoti auditoribus: inter quos OKam acerrimus ſui Præceptoris inſectator, non eum à tenebris nominat Scotum, imò in eo eximiam ingenij aciem prædicat in 1. ſent. diſt. 2. quæſt. 6. inquiens. *Iſta opinio eſt, vt credo, opinio Subtilis Doctoris, qui alios in ſubtilitate iudicij excellebat.* Quibus coæuis teſtibus adiunge Aſteſanum Aſtenſem, qui teſte Bellarmino de Scriptoribus Eccleſiaſticis, viuebat anno Domini 1330. & Summam Aſtenſem protulit anno 1317. hic autem fol. 3. ita ſcripſit. *F. Ioannes Scotus, famoſiſſimus, & ſubtiliſſimus*: cum tamen Scoti Auditor non eſſet, nec ad Franciſcanos attineret. Quæ ex antiquarijs & Scoti coæuis Scriptoribus teſtimonia & firmant Ioannem Dunſium eſſe natione Scotum; dum Scoti nomēclaturā non à Grecis fontibus petunt, nec ei obſcuritatis notā inurunt, ſed ſummis condecorant elogijs.

Gūdiſaluus Generalis

OKam.

Aſteſanus.

Scotus obſcurior, quia altior & profundior.

7 Sed age; damus Scotum eſſe alijs quam plurimis Doctoribus obſcuriorem, ſicut altiorem & penitiorem veſtigatorem reconditioris Theologiæ; id enim exigit Scoticæ diſciplinæ profunditas; atqui pellucens ex terræ viſceribus effluit fonticulus leniter humi faciem lambens, cum ſubniger & fuſcus decurrit torrens excutiens acriter, & irrumpens obſtacula: nec enim cryſtalli inſtar nitet altus amnis, & profundus Oceanus. Audi doctam Scoti vindicationem ex Ferchio lib. 2. Apologiæ in Bzouium. n. margin. 29.

Ratio obſcuritatis Scoti ex Ferchio pro penitiori iudicio

8 Olim Paulus audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui; Aquila Ioannes Euangeliſta in Solem Solis aſpexit, & quæ viderat enarrauit; num quia hos non intelligo, tenebris damnatos crediderim? Non tam altè Scotus; altè tamen Aquilinum erexit obtutum. Sanct. Auguſtinus olim obſcuritatis notatus; at Auguſtinus eſt Scholaſticorum Dux. Ioannes Dunſius Subtilium Signifer, Subtilis, arduus, difficilis, propoſitiones, & concluſiones alijs ne cogitatas quidem, naturali & ſupernaturali lumine inſtructus effatus eſt; vnde & ſuperat aliorum cogitatus.

Collatio Scoti & Ariſtot.

Prætercа; cogitā in naturalibus Ariſtotelem, in ſupernaturalibus Ioānem Scotum; ille obſcurus, itaut multa ipſius loca tot ſæculorum obſtinato labore nondum ſuperata ſint: anne propterea tenebris damnan-

dus?

dus? Nihil minus; nec Scotus ergo in rebus ſacris. Oculo ſuperficies corporum cernitur, profunditas intellectu; ſuperficialem optent alij Theologiam, Scoto profunda placuit; ſi non potes intelligere, noli reprehendere. Lac ab alijs quære, Scotus cibo paſcet ſolidiore; ſi pauper eſſe velis, labore non eges: diuitiæ verò nec animi, nec corporis abſque ſudore parantur. *Difficilia, quæ pulchra.* Obſcurus Ioannes Dũſius, ſed illa obſcuritas nõ eſt inſuperabilis.

Scotus penitiùs veſtigat abdita Theologiæ.

Cæterùm profunditatis ſapientiæ Scoticę rationem eo accurato examine expendit Ferchius in vita Scoti, capit. 6. numer. marginal. 21. quòd probat, & tranſcribit Vuadingus ad annum 1304. ſub numer. marginal. 29. vbi vel ſic apprimè demonſtrat, quòd Scotus obſcurus appareat, quia altus reconditioris Theologiæ nucleum perueſtiget, nec in ſolo cortice hæreat.

Cẽſio Ferchij & Vuadingi de altitudine acumiris Scoti.

9 Fuit ingenio perſpicaciſſimus, & in rerum abditarum perſcrutatione patientiſſimus, nõ contentus exteriore quadam ſuperficie doctrinę, ſed ad veritatum profunditatem aſpirans: ſicut diſceptationum eiuſdem proli xitas, opinionum expenſarum varietas; & argumentorum congeſtorũ plura litas, commonſtrant. Duabus in rebus excelluit; prima quidem, in famoſis propoſitionibus valde accuratis, & vniuerſalibus eruendis, ad quas tãquam ad principia reſoluit ſubtiliſsimè Theoremata quæque: vnde fit, vt illis, ceu firmiſsimis munimẽtis, Scotiſtę tum arguendo, tum reſpondendo euadãt robuſtiſsimi. Secunda (in rerũ proprijs rationibus, vel eſſentijs, ſiue, vt Scotiſtæ loquuntur, quidditatibus, & rationibus formalibus indagandis) eſt incomparabilis; cùm enim à rerum eſſentijs accidẽtia (ſiue communia, ſiue propria ea ſint) pendere noſcantur, præcipuus Doctorum ſcopus in entium *quod quid eſt* noſcendo cõſiſtit. Accedit natiua quædã Scoticæ ſubtilitatis lõganimitas, quã & in propoſitionibus, & ſpeculationibus conſtantem diſcernis; ob idq; requirit lectorem valde attentum, & laborioſum, alioqui fructu vacuum dimittit.

Suffulcitur cenſione Poſſeuini

10 Ferchij de Scoto cenſionẽ firmat Poſſeuinus in ſuo Apparatu ſacro ita de Scoto loquens. *Inſcripturis diuinis, ac in philoſophia Ariſtotelis adeò præſtitit, vt in diſputationibus palmam cæteris præriperet, atq; ob id Doctor Subtilis fuerit appellatus. Hic primũ in Anglia, Oxonij ſententias interpretatus, deinde in ſchola Pariſienſi primum locum aſſequutus, Academiam illam multum illuſtrauit, Theologiam ſcholaſtica multis ſubtilitatibus aucta; in quibus, quòd multa, quæ nõ ita patebãt, eruerit, factum eſt, vt qui eius doctrinam ſectantur, Scotiſtæ vocentur.* Et poſt catalogum præcipuorum Auditorum Scoti, & operũ ab ipſo editorum, ſubiũgit. *Cuius doctrinæ, graue illud teſtimoniũ extat; quòd eius libri abſq; vllo erroris næuo, vſque in hãc diem trecentos circiter annos in Oecumenicis Concilijs, inuiolati permanſerint, &c.*

Auget Scotus Theologiam.

Libri Scoti abſque nęuo

11 Accedit Alfonſus Ciaconius, Pœnitẽtiarius Apoſtolicus, Dominicanus, to. 1. de vitis & rebus geſtis Romanorum Põtificum, in Clemente V. *Ioannes Dũs Scotus, ordinis Minorum, Magiſter Pariſienſis, in diuinis ſcripturis, & Philoſophia peripatetica verſatiſsimus: qui ob ingenij acumẽ, & rerum abditarum accuratiſsimas interpretationes, Doctor Subtilis vocatus, ſcripſit opuſcula multa, ſermones, & ſuper ſententias Commentaria, cuius opiniones Minores Fratres in ſcholiſs ſuis ſectantur.*

Alfon. Ciaconius Dominicanus, de Scoto.

12 Cõſentit Ioannes Leſlæus Epiſcopus Roſſenſis lib. 7. ſuæ hiſt. *Ioãnes Scotus, tãto fuit ingenij acumine, iudicij vi, doctrinæ cognitione, vt Theologiam illã reconditiorem, quã ſcholaſticam vocant, multis ſubtilitatibus exquiſitis fœliciſſime auxerit; in quibus quòd multa, quæ in obſcuro poſita latebãt, à tenebris acerrima ingenij perſpiſcientia eruerit, qui eius viã, ac doctrinam auidiùs conſectãtur imò qui quæſtionis alicuius intimã rationem ad viuum reſecãt, ac ſubtilius perſcrutãtur, Scotiſtæ ſumma tanti ingenij laude vocãtur: quaſi nihil aut tanta difficultas interſeptum, aut tã denſa caligine involutum, quòd Scoti ingenium nõ potuerit penitius inſpicere, ac clarè aperire.*

Cõſentit Leſlæus circa acié acerrimam mentis Scoti

Pitseus

13 Item Ioannes Pitseus Decanus Liuerduni, in Lotharingia: *de rebus Anglicis* inquiens. *Fuit Scotus, ingenio ad litteras planè facto, & admiraculum subtili, atque acuto, vt non tam hominem acie mentis suspendam, quã inter Philosophos quondam dixerit Deum.* Et paulò infra subdit. *Nihil tam occultum & abstrusum, quod perspicax eius ingenium non penetrauerit, & è tenebris eruerit, nihil denique tam nodosum, quod ille quasi quidam Oedipus non dissoluerit.*

Ingeniũ Scoti perspicax ad miraculũ vsque.

Hect. Boet.

His subscribit Hector Boetius libr. 15. Historiæ Scotorum. *Ioannes Duns Scotus, sub D. Francisci instituto sanctissimo, tãta eruditionis Theologus vt eius ingenio illud sæculum censeri possit indignum.*

Pauli. Berti.

14 Suffragatur Paulinus Berti, Augustinianus, in vita præfixa operibus Scoti; qui etiam Scotum altiùs cæteris volasse perhibet. *Namcũ Ioannes Scotus inuestigandæ veritatis studio mentis aciem paulò altiùs quàm alij, intenderet; nouas rationes & argumenta inuenit, peculiares difficultates excogitauit, alias opiniones præter communem disertissimè tuetur, & aliorum dicta, atq; rationes subinde carpit. Hæc ferè omnia disputationis gratia, vt inde veritatis amatores, & disserẽdi periti haberent, in quo felicissimè exercerentur; nãq; à Scholis auferas peculiares Scoti opiniones, reliquum est, vt ipse planè disserẽdi vsus, & occasio langueat.*

Scoti in scientijs volatus altior.

Præfertur Scotus à Bergomensi

15 Etiam cæteris Theologis præfert Scotum Iacobus Philippus Bergomensis, Augustinianus; in supplemento Chronic. *Ioannes Duns cognomento Scotus Ordinis Minorum Theologorum Subtilissimus, per hoc tempus velut alter Apollo floruit, & præ cæteris Theologis subtilissima edidit; quantum valent eius Commentarij in Diuinis Coactibus, absque nostro testimonio, ipsi ostendunt.*

Pici Miran. de S. Tho & Scoto cẽsio

Idem suffulcit Ioannes Picus, Comes Mirandulanus, sui æui Phœnix *in Apologia, paulò post principium*, vel hic Sancti Thomæ, & Scoti doctrinæ momenta librans. *Vt à nostris, ad quos postremo Patrosoppia peruenit, nunc exordiar: est in Ioanne Scoto vegetum, atque discussum; in Thoma solidum, & æquale.*

Scotus eos ingeniorum ex Lesio

16 Adhęret Leonardus Lessius, in Censura Commentariorum Oxonienſium. *Nemo est, qui nesciat, Scotum esse cotem ingeniorum, & limam subtilioris Theologiæ, ac Philosophiæ, quæ semper in Scholis & eruditis disputationibus maximè triumphare consueuit.* Vbi in id censionis Lesij, vbi Scotum appellat cotem, seu lapidem, quo cultri acuuntur, quadrat illud Prouerbiorum 27. *Ferrum ferro exacuitur, & homo exacuit faciem amici sui.* Scotus enim omnibus amicus, omnes acuit, neminem lædit.

Scotus orbis gloria ex Bessco

17 Subscribit Petrus Besseus, Doctor Sorbonicus, & Regius orator; in Sermone Feriæ 3. Hebdomadæ Sanctæ. *Ioannes Scotus, Doctor subtilis nuncupatus, celebris huius Sorbonæ surculus, & propago, Franciscanorũ columen, orbis denique honor & gloria.*

Præconium Scoti ex Fetmonio

Item Stephanus Fermont, Professor Parisiensis in præfatione in Metaphysicam. *Beatissimum puto Ioannem Duns Scotum, omnium consensu subtilissimum; cuius viri, quò disciplina est acutior eò (tanta est ingenij dexteritas) fœcundior, commodior, magis suculenta.*

Gersonis de Scoto iudicium.

18 Adiunge etiam Ioannem Gersonem inter Parisienses Doctores celebertimum: in tom. 4. lect. 1. Consideratione 5. vbi expendens illud assertum Scoti in 1. sententiar. dist. 2. quæst. 7. in quo actualem distinctionem formalitatum inter Deitatem & attributa vocat virtualem distinctionem realitatum (de quo nos in Controuer. 1. art. 5. à nume. marg. 48. vsque ad 51.) sequens subijcit de Scoticæ doctrinæ pietate, & humilitate iudicium. *Placuit huius Doctoris Scoti inter cæteros meminisse, quoniam ipse non singularitate contentiosa vincendi, sed humilitate vti mihi visus est; & si Doctoris istius mentio repellatur ab altero, ipse viderit quàm verè & sobriè id faciet. Ego nec scio, nec præsumo aliter dicere; quàm quòd resolutio Scoti, & suorum stet cum pietate fidei, & essentiæ diuinæ vnitate.* Et deinde subiungit de asse-

Gerson

cla-

clarum Scoti numero,& authoritate,ſequentem atteſtationem . *Vereor ne curioſitatem increpans,in eamdem me demergam; cum ſtudeo eos, quos* Scotiſtas vocamus,*ad concordiam cum alijs Doctoribus adducere,quorum certè numerus longè maior eſt,& multitudine,& authoritate.* Vbi pende Scotiſtarum cuneum æuo Gerſonis,multitudine,& authoritate exuperantem opppoſitæ ſcholæ aſſeclas.

Scoti elogiū ex Vorilono

19 Tandem agmen aſſertorum Scoti & vindicum claudat acutus Theologus Gulielmus Vorilonus, antiquus ſcriptor,*in Epilogo ad quartum librum ſententiarum.* ſic Scotum alloquens.*Haud puto quamquam in terris tuas laudes dignis celebrare ſermonibus,quem mater Vniuerſitatum Pariſijs ſuo in flore & pretio, tot inter Doctorum turmas,Subtilis nomine inſigniuit;cuius poſtmodum Coloniæ Clerus aduentum ſentiens,vniuerſus tibi obuiaſſe fertur. Te primitus Scotia genuit,te poſtmodum Anglia docuit,rurſus ſuſcepit Francia, ſed Colonia tenet in tumulo.* Et poſtea ſubnectit.*Mirum tot ſubtilia ſcribēs,in errore non es comprehenſus vel aliquo.* Et infrà.*Eius dicta communem tranſcendunt facultatem;Inquiſitor maximus veritatis,redargutor falſitatis,veri arca, legum ſumma,rerum comperta ſanctio.*

Scotus in nullo errore deprehenſus

Vernulæus Louanienſis

Vniuerſ. Hiſtoria,

Sabellicus.

S. Antonin.

Sixtus Senē.

Trithemius.

20 Sed vice compendij præconiorum doctrinæ Scoticę, accipe ſertum ex probatis Authoribus, vernantibuſque ſuauiloquentiæ floribus cōtextum à Nicolao Vernulæo, Profeſſore Louanienſi *in Panegyrico Scoti.* Quamquam vt non tam meo,quàm doctiſſimorum hominum ore Scotus laudetur;prodeant in medium,ac loquantur. Ac imprimis *Vniuerſalis illa mundi hiſtoria*;numquid Scotum velut alterum Apollinē& præ cæteris Theologis,ſubtiliſsima opera edidiſſe teſtatur? Loquatur *Sabellicus*; numquid neminem Scoto Subtilius diuinas tractaſſe literas affirmat ? Loquatur S. *Antoninus*;numquid multa ſubtilia ſcripſiſſe eum,& Subtilis Doctoris nomen reportaſſe ſcribit ? Loquatur *Sixtus Senenſis;* numquid virum admirandæ eruditionis ſubtilitate præditum appellat ? Edat hìc vocem *Trithemius*;& Scotum in diuinis Scripturis ſtudioſum,& eruditum , inque Ariſtotelis Philoſophia doctiſsimum,adeoque profundum, vt eius à paucis intelligi,penetrarique ſcripta poſsint,proclamabit. Audiatur ſummum illud purpuratorum patrum decus *Bellarminus*;& Scotum acutiſsimo ingenio præditum appellabit. Prodeat *Hector Boetius*;& Scotum tantæ eruditionis Theologum extitiſſe teſtabitur,vt eius ingenio ſęculum illud cenſeri poſsit indignum . Adſit *Antonius Poſſeuinus* ;fatebitur profectò, in Ariſtotelis Philoſophia ita Scotum præſtitiſſe, vt cæteris omnibus diſputando palmam præriperet;ita ſanam eius omnem doctrinam fuiſſe,vt hanc vſque ætatem per annos amplius trecentos, eius ſine vllo erroris nævo libri permanſerint inuiolati . Euocetur *Guilelmus Vuorillon*: Non(inquit) quemquam in terris puto tuas, O Scote,laudes dignis celebrare ſermonibus poſſe,quem mater Vniuerſitatum , Pariſienſis , ſuo in flore, tot inter Doctorum turmas, Subtilis nomine inſigniuit;& cui Coloniam aduētanti vniuerſus obuiam Clerus proceſsit. Tua dicta communem tranſcendūt facultatem;tu Inquiſitor maximus veritatis,tu redargutor fallitatis,tu veri arca,tu legum ſumma, tu rerum comperta ſanctio.

Bellarminus Hect. Boet.

Poſſeuinus

Vorilonus

Theologia & Philoſophia illuſtrantur ab Scoto.

21 Alios innumeros nihil attinet citare,qui omnes vno ore proclamabunt,illuſtratam à Scoto Subtiliter Philoſophiam eſſe , & Theologiam fœliciter auctam. Dicunt etiam,& teſtatum toti orbi eſſe volunt ; eruditionis humanæ non miraculum tantùm,ſed terminum etiam , Scotum extitiſſe. O quot,O quanti, O quam admirandi ab hoc Magiſtro diſcipuli prodierunt! Audeo dicere,& verè dicam;non poterat non eſſe ſapientiſsimus Scotus,qui id primum conſenderat,vt eſſet ſanctiſsimus . Quis , inquam,illo doctior fuit, aut eſſe potuit?Nullum ſcientiarum genus , in quo non fuit verſatiſsimus, nulla ſapientiæ pars, quam non accuratiſsimè cognouit. At verò non Philoſophorum ille tantùm Princeps extitit;verum etiam Theologorum Phœnix.

Celebratur ſanctitas Scoti.

Scotus Phœnix Theologorum

Scotus non ſcribit contẽtiosè.

22 Sed iam ad alteram partem criminationis Iouij, Bzouij, & Matenesij expungendam accedentes; qui exeutiunt Scotum quaſi immortalium diſsidiorum ſatorem, & Chriſtianorum dogmatum illuſorem; illos vel ſic reconueniendos iudico ex pronuntiato Chriſti, apud quem ille eſt inimicus homo, qui in agro Eccleſiæ zizaniorum fæces cum frugi ſemine permiſcet, & ſuperſeminat. Igitur amici, & erga Eccleſiam officioſi nouatores, qui Scotum Chriſtianorum dogmatum coiluſorem proſcindunt, vt tenebricoſum, ac tenebrionem damnant, & eius monimenta, & ſcripta flammis, & diris deuouent; imò rectiùs cum Iacobo Breullio, Benedictino, in Antiquitatibus Pariſienſibus, à nobis tranſcripto in §. 1. ſub num. marg. 3. ideò Eccleſiæ hoſtes in Scotum inſoleſcunt & ferociũt, quia eius doctrina ſit hæreſi retundendæ opportuna; vnde Scotum à veterum, & celebrium Magiſtrorum Catalogo excernendum blaterant nouatores, & exleges.

Cur Scotus incurrat rabiem hæreticorum

Breu. Bene.

Generalis inquiſitio Romana approbat ſcripta Scoti.

23 *Quare non immerito* (ex Vuadingo loquor ad annum 1304. ſub numer. margin. 30.) *Sacræ Inquiſitionis Generalis Romæ Tribunal ante annum 1610. præcepit doctrinarũ, aut librorum cenſoribus, vt quidquid Scoti eſſe conſtaret, intactum inviolatamque pertranſirent.* Certè (*ſubiungit Vuadingus*) qui ad eius ſcripta oculos conuerterit, facilè videbit, quòd non modo „ pietas Chriſtiana Orthodoxo Doctore digna, verum etiam Doctrina & hu „ militas pari greſſu in eiſdem incedunt. Diſſeruit ille quidem quod magis „ ex veritate eſt viſum, ea tamen animi moderatione, vt ſine cuiuſquã præiu „ dicio veritas ſuas ferat partes, & illi, quorum ſententia impugnatur, debitã „ reuerentiam. Nec enim ſua ita lectori inculcare ſtuduit velut ſine omni hæ „ ſitatione ſequẽda; imo ne eumdem ab aliorum ſequela abſterreret, propria „ interdum placita, non ſecùs ac aliorum, æqua diſcutit lance; vt vel inde nõ „ ſolum animi ſincerus candor, ſed veritatis, non gloriæ, ſtudium in eo fuiſſe „ legentibus appareat.

Vuadingus.

Etiam admittitur in Cõcilio Tridentino

24 Adiungo etiam pro approbatione doctrinæ Scoti teſtimonium Ferchij *lib. 1. Apologiæ in Matenesium, cap. 2. numer. margin. 24.* Quæ priua- „ tis viris, Religioſorum ſtudijs, Vniuerſitatibus publicis recepta erat, etiam „ ab vniuerſali Eccleſia in Concilio Tridentino Scoti doctrina probata eſt; „ nam Iacobinus Bargius iuſſu Patrum Concilij vnam ad Scoti mentem „ compoſuit quæſtionem; quam in 1. diſtinct. 17. quæſt. 1. & 2. aſſerit à Sa- „ crоſancta Synodo approbatam, & iuxta Scoti placita definitam, Spiritu „ Sancto, qui Scotum illuſtrauerat, illuſtrante vniuerſos Patres. *Hucuſque Ferchius.* Protecto, quæ in 1. diſt. 17. à q. 1. vſq; ad 3. diſſerit Scotus de habitu charitatis, & de illius influxu in actus meritorios, ea ſunt, quæ ab Orthodoxis Synodis approbari mereantur.

Bargius.

Ferchius.

Andreæ de Vega cenſio de Scoto

Quare & Andreas de Vega vnus ex grauioribus Concilij Tridentini Theologis, honorificentiſsimè de Scoto loquitur, *in eruditiſsimo opere de iuſtificatione ad ſacri Concilij Tridentini mentem. in quæſtione 11.* vbi inquit. *Tanta eſt mihi pietas in Doctorem Subtilem, tamque piam habeo opinionem de illius fœlicioſsimo ingenio, & Catholica, & omnino ſingulari, & præcellenti doctrina. &c.*

Theologi commẽdant Scotum in Concilijs Eccleſiæ.

Ioa. de Rag.

25 Nec inſolitum eſt vt in Eccleſiæ Concilijs Theologi contra hæreticos doctrinis Scoti tanquam machinis bellicis robuſtiſsimis arietauerint; liquidem Ioannes de Ragulio Dominicanus in Oratione in Concilio Baſilienſi habita de communione ſub vtraque ſpecie, (quæ extat ad calcem eiuſdem Concilij, in editione Seuerini Binij, to. 4. par. 1. ita Scotum in fidei propugnationem advocat. *Item Scotus, qui præ altitudine, & ſubtilitate doctrinæ antonomaſticè nomen Doctoris Subtilis in Scholis obtinuit, in 4. ſententiar. diſtinct. 8. in 1. quæſtion. Vtrum Sacramentum à non ieiunis poſſit recipi*

Item & Carthenus.

26 Et quod omittendum non eſt, Ambroſius Catherinus etiam Dominicanus Archiepiſcopus Compſanus, *in Diſputatione de Immaculata*

Con-

Conceptione ad Sanctam Synodum Tridentinam, part. 1. vitam & doctrinam Scoti ea iudicij firmitate probauit, vt ironicè, & aduersarios taxans, subinferat. *Ergo in eorum numerum, qui in hanc hæresim incurrerunt, in primis Ioãnem Scotum includere illos oportet, cuius laus quanta sit in Ecclesia, & meritò soli prauè affecti mente non conspiciunt.*

Card. Hosius vtitur Scoto cõtra Brentium.

27 Item & eruditissimus ac pijssimus Cardinalis Staniſlaus Hosius, *in confutatione prolegomenon Brentij libr.* 2. *de legitimis iudicibus rerum Ecclesiasticarum*, vnius Scoti potissimum authoritate ad Missę valorem declarandum vtitur aduersus rabidum illum hæreticum, inquiens. *Quamvis multi sint, qui tractent quæstionem hanc, vtrum Sacerdotis mali Missa tantũdem valeat, quantum boni? (tractant enim eam Thomas de Aquino; & Præceptor eius Albertus, Bonauentura, Ioannes Gerson, Gabriel Biel; & alij nonnulli) nos tamen, vel vnius Ioannis Scoti testimonio contenti erimus, & eius verba paucis scribemus.* Quam ex Quodli. 20. Scoti sentẽtiam profundè, solidè, vbertim explicat Hosius; & ex ea totam Catholicæ Ecclesiæ sententiam de Missę efficacitate corroborat.

Bernard. Corius vocat Scotum sui sæculi Phœnicem.

28 Quare merito Bernardinus Corius, hæc de Scoto tradit, in lib. de rebus Mediolanensibus. p. 2. ad annum 1305. *Florebat his diebus F. Ioannes Scotus cognominatus Doctor Subtilis, tãquam huius sæculi Phœnix inter eos qui Christianam fidem illuminant.*

Vuillot in Atheus.

Consentit etiam Henricus Vvillot, *in suis Athenis*, subdens. *Tales suæ Subtilitatis riuos profudit, vt Doctoris Subtilis nomen calculo omnium sibi congruentissimum inuenerit. Nihil erat vel tam difficile, vel tam densa caligine involutum, quod illius viuax & perspicax ingenium non penetraret; nihil adeò distortum, & nodosum quod non dissolveret. Hic, vt Apollonius alter, discipulos ex omni mundi climate ad se traxit, fecitque vt nihil ad hæc vsque nostra tempora aliud Theologica Gymnasia præter Scoti nomen personarent, sibique egregiè quisque beatus videatur, qui eo Duce vtitur & sacræ Theologiæ abdita, illo Mercurio præeunte, ingreditur.*

Ad Scotum aduolarunt discipuli ex toto orbe.

Paulus scriptor.

29 Scotum etiam Theologica studia promouentem celebrat Paulus Scriptor, vetustus & doctus Author, *in Prologo sententiarum*, vbi loquens de viris, qui abdita fidei mysteria callere, & elucidare valeant, subdit. *Inter quos, salva pace omnium, vnum alijs pluribus præstantiorem Ioannem Duns natione Scotum intueor; qui prædicta omnia, tam clare, tam luculenter, tam subtiliter enodauit, vt merito omnibus admirandus, omnibus venerandus, & omnibus sit studio, & charitate amplectendus. Cuius sententiæ sunt profundæ, & vt patebit, propositiones fœcundæ, in tantum, vt vnius propositionis fœcunditas frequenter decem, vel viginti, & aliquando quinquaginta alias subtiles, veras, & vtiles propositiones virtualiter includat.*

Quæ extiterit Scoticæ mẽtis pernicitas & fœcunditas?

Vuadingus

30 Vltimò tandem pro Scoticæ doctrinæ vtilitate, & pro excutiendo aduersariorum cauillo, quòd impetu contendendi exarserit Scotus, subijcio accuratam obseruationem Lucæ Vuadingi ad Annum 1308. sub numer. marg. 46. Nescio itaque quid adeò displiceat in Scoto, quòd absque Aquinatis offensione, quòd absque vllo eius næuo, doctrinam reddiderit securiorem; quòd nomen extulerit, quòd discipulos ad Magistri sui dogmata clarius illustranda, acriùs defendenda quodam veluti classico excitauerit, & vniuersos Theologiæ sectatores constitutis alternis aciebus ad Christianum bellum conuocauerit: in pacifica pugna instrui docuerit, vt quid in cruenta cum hæreticis quotidie incunda faciendum sit maturè præmeditentur, & qualiter cum vafris inimicis congrediendum sit, opportunè conspiciant.

Acuit Scotus S. Tho. asseclas, ad eluci dationem doctrinę.

Magna Ecclesiæ vtilitas ex doctrina Scoti.

Magnum hoc Sacræ doctrinæ emolumentum perceperunt Ecclesiæ Doctores, & rei literariæ Præfecti, nam tantùm abest, vt has sopire lites, aut contentiones extinguere voluerint, vt potiùs, fouere præpositis præmijs, institutis stipendijs, erectis contrariorum dogmatum Cathedris, solerter excogitarint. Peculiares habet professores, & sectatores in Acade-

mijs

Academię celebriores habent Scoti Cathedram

mijs Doctor Angelicus, ſuos, & habet Doctor Subtilis; ex peculiari docetur Cathedra D. Thomæ, ex altera Scoti doctrina. Ad tres nobiliſsimas in Hiſpania acceſsi Vniuerſitates, Conimbricenſem, Salmanticenſem, Complutenſem; in vnaquaque harum vidi inſtituta ſubſellia, & deſtinatos magiſtros pro Scoti diſciplina tradenda. In Pariſienſi item Academia, in Patauina, Ticinenſi, imò & in ipſa Vrbe, orbis capite, peculiares Cathedras Scotus obtinuit. Eo etiam habetur in pretio, vt dignitate, ſtipendio, aut horæ commoditate multis in locis non cedat eius Cathedra illi, quæ S. Thomę retinet nomen. In Conimbricenſi etenim Academia ęqualis ſunt ſtipendij & auctoritatis; in Salmanticenſi, haud minoris emolumenti quæ Scoti eſt; & magno conatu ad illam adſpirant doctiſsimi illius Academiæ Magiſtri; in Complutenſi omnium primariam Scotus obtinuit. Vltra hæc ſtrictè cauit Vniuerſitas Salmanticenſis, ne Scoti Cathedræ profeſſor aliam, quàm Scoti, diſcipulis tradat doctrinam, neque eam ſummatim aut per concluſiones dumtaxat comprehendat, ſed clarè mentem eius, & textum largiùs exponat.

Conimbricēſis. Complutēſis. Salmantic. Patauinus. Ticinenſis. Patauina-

Statutu m Salmanticē.

Magnū Eccleſię detrimētu, ſi eōſo piatur Scholaſtica cōcertatio.

31 Perceperunt vtique optimi illi Magiſtri, & Cathedrarum inſtitutores magnum ſtudioſorum profectum ex Scholaſtica hac concertatione, & quotidiana diſſertatione prouenire; quorum aliàs ingenia torpeſcerent & tabeſceret intellectus, ſi communibus dumtaxat principijs (quaſi ſtatutis Scholaſticæ diſciplinæ metis) cœca quadam manuductione deuoluerentur: quò fieret, vt Eccleſiæ milites, cum magno illibatę fidei damno, ad adeundas cum hæreticis conflictationes hebeteſcerent, ſilente Scoto; qui his apud doctos viros audit præconijs. *Inquiſitor Maximus veritatis, Redargutor falſitatis, Arca veri, Lima veritatis, Cos exacuens ingenia, ne torpeant.*

Salmanticēſes conantes, quòd SS. Auguſtini & Thomę doctrina defendatur, cęteris ſuppreſsis.

32 Aſt his temporibus, quorumdam Magiſtrorum Salmanticenſium (quorum intererat) ſtudijs & conatibus excitata celebris Salmantina Academia decreuit, vt ſola ea, quæ SS. Auguſtini, & Thomæ pronuntiata eſſe conſtiterit, è Cathedra docerentur; decretum etiam à Salmanticenſibus ſtabilitum iure iurando præſtito ſartum tectumque voluerunt, addita iuramenti formula, *die 9. Menſis Iunij, anni 1627.* in hunc modum:

Iuramētum Academiæ Salmanticę

Iuro, in quotidianis lectionibus, quas in Academia, vel Cathedra moderator vel voluntarius profeſſor legero, me docturum, atque lecturum in Theologia Scholaſtica Doctrinam Auguſtini, & Concluſiones D. Thomæ quas in Summa Theologica docet, vbi horum Sanctorum mens aperta fuerit; vbi verò anceps, & dubia, nihil docturum, neque lecturum, quod eorum doctrinæ aduerſari ſenſerim: ſed quòd vel iuxta meum ſenſum, vel eorum, qui diſcipuli SS. Auguſtini, & Thomæ communiter cenſentur, tantorum Patrum doctrinæ magis conforme inuenerim.

Quando Scotus abijcitur ſuſpicitur & colitur

Excipio Opinionem de Immaculatæ Virginis Conceptione, *& ea, quæ iure Eccleſiaſtico immutata ſunt, vel poſtea immutabuntur, & quæ cum olim controuerſa eſſent, iam conſtitutionibus Apoſtolicis definita ſunt. Et ſi quando Cathedram Scoti, vel Durandi moderabor (quamuis ad id teneri nolo) licere tamē mihi volo, pro eo tantùm tempore, probabiles eorum Doctorum opiniones ſequi, abſque periurij crimine.*

Quam iuramenti formulam lubens tranſcribo, dum enim Scotus abijcitur, ſuſpicitur; cùm enim totus in aſſertione Virginis ſit, non ſe æſtimat poſthabitum, quando primarium aſſertum obtinet religioſè ſuffultum.

Refellitur ſtatutū Salmanticenſe à ſupremo conſeſſu Caſtellæ.

33 Cęterùm, quia Vniuerſitatis illius ſtatuta nil firmi nacta ſunt, dum Supremi Hiſpaniarum Senatus ſanctionibus non ſuffulciantur; dum grauiſsimi illius Conſeſſus confirmatio expectatur, prodijt ab eorum integerrimorum iudicum Concilio, Salmanticenſis decreti reuocatio; & Scoto, Alenſi, Bonauenturæ, ex noſtris Scholaſticis, & Hieronymo Ambroſio Gregorio, & cæteris alijs Patribus (qui omnes tacere in Cathedris cogebā-

tur

Receſſio grauiſſimorum iudicum.

tur, vbi Auguſtino aduerſarentur) ſui iuris redintegratio; ſummo omnium plauſu, & gratulatione, excepta. Quare ad perpetuum rei monumentum iudices ſubſcribentes indigito; qui fuerunt Eminentiſsimus Cardinalis Gabriel de Trexo Paniagua, Supremi Concilij Præſes. Ioannes de Frias. D. Fernandus Ramirez. Don Gondiſaluus Perez. Don Franciſcus de Texeda. Don Berengarius de Aoiz. Don Garcia de Haro, poſtea Comes del Caſtrillo, & Indiarum Senatus Præſes. D. Ioannes de Coello. Don Ioannes Chumazero. Melchior de Molina. Don Alfonſus de Cabrera. Don Ioannes de Chaues. Don Didacus de Corral. Don Ioannes de Frias Mexia. Don Petrus Marmolexo. Don Didacus de Contreras. Dō Franciſcus de Alarcon.

Caſſæ molitiones Complutenſium contra doctrinam Scoti

34 Ante aliquot annos ſimile quid pertentatum in Complutenſi Academia non pro Auguſtino, ſed pro Thoma, alijs Doctoribus poſthabitis, tradit Vuadingus ad Annum 1308. ſub numer. margin. 51. ſed caſſæ extitere aduerſariorum molitiones, dum re expenſa iuſſu Philippi Tertij Hiſpaniarum Regis, qui ad id muneris delegauit D. Gabrielem de Ceſpedes, olim Senatorem Regium in Senatu Granatenſi, poſtea Salmantinæ Schole Magiſtrum, & planè reſerato ab eodem Gabriele, magno rei literariæ (quod emergebat inde) detrimento, coram Supremis Concilijs, Regio, & Generalis Inquiſitionis Hiſpanæ, euanuerunt aduerſariorum conatus.

Defenſoriū doctrinæ Scoti.

35 Verùm reſtat contra vellicantes Scoti doctrinam aliquid defenſionis adhibere; quare ſcholaſticum potiùs quàm hiſtoricum agere cogimur. In primis taxatur Scotus à Vazquez circa diſtinctionem formalē ex natura rei inter Deitatem, attributa, & relationes; qui & vltra progreſſus, cōmentus eſt, ſententiam Scoti parùm diſſidere à lapſu Gilberti Porretani damnato in Concilio Remenſi.

Vazquez imponit Scoto errorem Gilberti.

Sed Vazquium preſsè diſpungimus infra in Controuerſia 1. de eſſentia, & ſimplicitate diuinæ naturæ, art. 6. Quia tamen Vazquius Ottonem Friſingenſem patronum aduocat, vt Scotum laceſſat, licet Otto nil dicat quod Scoto incommodet; accipe de candore Hiſtoriæ Ottonis cenſionem Henrici Spondani ex Baronio, ad Annum 1147. ſub num. marginal 4.

Aſſertio Scotiſtæ cōfutatio Vazquij.

Hēri. Spon.

Pēde candore hiſtoriæ Ottonis Friſingenſis.

36 *Cauſa in Gallijs coram ipſo Pontifice Eugenio III. pleniùs cognoſcenda remiſſa; interea S. Bernardus de his ab Archidiaconis certior factus, zelo, quo aſtuabat fidei Catholicæ, vnà cum eis gnauiter egit, vt promulgata, qua docerentur à Gilberto hæreſes, damnarentur. Narrat hæc pluribus Otto Friſingenſis; ſed ni mis cum laude doctrinæ, & acuminis Gilberti, & quadam reprehenſione credulitatis, ac zeli S. Bernardi.*

Reprehēdit S. Bernar.

Verùm idem, rebus clariùs perſpectis, quem prius excuſare conatus fuerat Gilbertum, & ipſe ad regulas topicas Ariſtotelis Euangelium aptare laborans, poſtea ex hac vita migraturus (vt teſtatur Radeuicus eiuſdem Friſingenſis Eccleſiæ Canonicus) publicè obteſtatus eſt, vt quæ pro Gilberto ſcripſiſſet vnà aliqui offenderentur, ea arbitrio virorum religioſorum corrigerentur ſecundùm Catholicæ fidei, & S. R. Vniuerſalis Eccleſiæ regulam: ac deinde multa cordis contritione, & humili confeſſione reatum ſuum recognoſcens, ſumptis ſacroſanctis myſterijs, in medio multitudinis ſanctorum tam Epiſcoporum, quàm Abbatum, Domino ſpiritum reddidit. Hæc Radeuicus de Ottonis pœnitentia ob Gilbertū laudatum, atq; defenſum.

Moribūdus canit palinodiam Ottonis.

Bellarmin.

37 Conſentit etiam Cardinalis Bellarminus, de Scriptoribus Eccleſiaſticis, in Ottone Friſingenſi. *Quoniam Gilbertum Porretanum aliquando valde laudauerat, in morte reuocauit, ſi quid in eius laudem dixiſſet, quod fidei Chriſtianæ contrarium videri poſſet. Siquidem aliqui articuli in Concilio Epiſcoporum ab Eugenio Tertio Pontifice damnati fuerant ſub nomine Gilberti. Vide hæc omnia apud Radeuicum lib. 2. de geſtis Friderici Imperatoris, cap. 11.*

Otto faucet Gilberto.

Quæ

Cœci ducē elegit Vazquez sum irruptionis in Scotum.

Quæ ex Spondano, & Bellarmino transcripsimus, vt Vazquij, ex Ottone Frisingensi (cui plus æquo defert Vazquius) impetum cohiberemus. Deinde pro doctrinę Scoticæ assertione circa distinctionem formalem attributorum ab essentia, & relationibus; perlege censionem Gersonis antiqui, & nominatissimi Doctoris transcriptam. *in hoc 5. sub numer. margin. 18* vbi docet, sententiam Scoti constare cum pietate fidei, & essentiæ diuinæ vnitate.

Gerson

Alia impostura; quòd Scotus negauerit lumen gloriæ.

38 Secundo imponitur Scoto; quòd luminis gloriæ necessitatem ad visionem beatificam eliciendam negauerit.

Exeritur in iusta cēsura.

Car. Aureol.

Coercetur tamen aduersariorum licentia, & præceps censura, in Cōtrouersia nona de Visione Dei. Distinct. 1. Subdistinct. 2. de principio supernaturali visionis ex parte potentiæ. art. 4. per totum; vbi à num. marg. 4. vsque ad 6. ex Cardin. Aureolo, Magno illius ætui Theologo, ostendimus, quòd nō attineat ad fidei canonem, quòd lumen gloriæ sit habitus intellectui immissus, distinctus realiter ab ipsamet supernaturali forma vidēdi, seu beatificæ intuitionis.

Reuincitur inofficiosa censura ex historia Scoti.

39 Reuincitur etiam præcedens commentum, & irruptio in Scotum ex Historia Scoti, quam exarauimus supra, in 5. 5. vbi ostendimus, Scotum in Coloniam Vbiorum missum, vt Beguardos hæreticos eliminaret adstruentes, hominem ex naturę viribus beari; quod & gnauiter, atque feliciter præstitit Scotus, vt obseruatum inibi præmittimus, sub num. margin. 7.

Cēsio aduersariorum de impeccabilitate Christi

Ferchius.

40 Tertiò circa peccabilitatem Christi (si de absoluta Dei potentia orbaretur omni regimine, & auxilio ad benè operādum) etiam Scotus reprehenditur; nō solùm à Thomistis, sed etiam ex S. Bonauenturæ assecla, à Ferchio, aliàs eximio Scoti vindice, *in vita Scoti, cap. 6. num. mar. 23. in fine numeri.*

Defenditur Scotus à nota improbatę doctrinæ.

Sed Scotum ab omni improbatę doctrinæ nota liberum patefecimus, in Cōtrou. 11. de Scientia Dei, Dist. 2. de Scientia cōtingentium absolutorum, ar. 2. in Digressione, an voluntas possit necessitari à Deo *d n. mar. 67 vsque ad 70. inclusiuè.*

Iudicij Vazquij de adoptione Christi

41 Quartò criminantur Scotum illius assertionis, quòd Christus inquātum homo, vel ratione assumptæ humanitatis, dici possit filius Dei adoptiuus; imò & Vazquez 3. p. disp. 89. cap. 7. prædictam Scoti sententiam damnatam pronuntiat in Concilio Francofordiensi contra Felicem, & Elipandum.

Legitima interpretatio Concilij Frācofordiensis

Lorca.

Sed contra Vazquium acriter decertat, & eum euidenter prosternit Petrus de Lorca. 3. p. disp. 84. Memb. 2. vbi ostendit, Felicem, & Elipandum sub filiationis adoptiuę cauillo (vt hæreticorum mos est) tutari antiquam Nestorij hæresim; qui admittens duas personas in Christo, atque adeò inficians vnionem hypostaticam, & inter Christum & Verbum solam affectiuam, & accidentalem coniunctionem agnoscens, vtramque personam diuidebat. Quod autem hæc eadem fuerit Felicis, & Elipandi hæresis, liquet ex Alcuino coæuo Scriptore *tomo 3. lib. 3. de Trinit. cap. 9.* vbi habet ita.

Alcuinus.

Hæresis Felicis, & Elipandi cohærentium Nestorio.

42 *Christus cum Patre, & Spiritu Sancto vnus est Deus, non nuncupatus tantùm, sicut Hispana hæresis impia temeritate affirmare præsumpsit; asserens, Dei Filium in Diuina natura Deum esse verum in humana nuncupatiuum: & similiter in Diuina natura proprium esse Filium Dei, in humana adoptiuum, diuidens vnam personam Filij Dei in duas personas tum Nestorio.* Quid apertius?

Cēsura Hurtadi de hypostasi creata cōsistente in negatiuo apud Scotū.

43 Ex quo etiam iufringitur obiectio Petri Hurtadi *in sua Metaphysic.* quam in Scotum excursionem ipse Hurtadus exaggerat & amplificat; quatenus Scotus probabiliter sustinet, hypostasim creatam in negatione communicationis, & dependentię ab alio supposito consistere. Subinfert enim prædictus Author; quòd si talis opinio sustineri posset, euanesce-

ret

ret,& cassa redderetur Conciliorum definitio contra Nestorium. Nugatoria enim existeret Ecclesiæ sanctio, dato quòd suppositum consisteret in negatione communicationis;quia idem esset, Verbum diuinum vnitum esse humanæ naturæ, ac humanam naturam esse vnitam, vel non importare negationem vnionis, communicationis & dependentiæ à Verbo diuino, (in qua negatione vnionis apud Scotum posita est hypostasis creata,) ac proinde & non dari in Christo suppositum creatum; non essent ergo duo suppositi, procedente Scoti placito: atque adeo inutilis fieret Cõcilij Oecumenici definitio excludens duo suppositi in Christo, dato quòd hypostasis creata consistat in negatiuo.

Excursio Hurtadi procedit ex deceptione circa lapsum Nestorij.

44 Prædicta enim Hurtadi oppositio erupit ex deceptione circa Nestorij hæresim inficiantem vnionem hypostaticam,& diuidentem inter suppositum Christi,& Verbi, admittentemque solam coniunctionem affectiuam;quam postea(redintegrato contra Ecclesiam bello) sub fuco adoptionis excitarunt Felix & Elipandus. Data enim separatione substantiali suppositorum,& admissa coniunctione solùm affectiua, vel adoptiua, vt loquuti sunt Felix,& Elipandus,stare posset Christi suppositalitas creata in negatiuo consistens, siue in negatione actualis vnionis substantialis,& dependentiæ à suppositalitate Verbi, vt à termino substãtialis;siquidem hæretici vnionem substãtialem inter Christum & Verbum inficiabãtur. Ac proinde procedere posset feliciter Cõcilij definitio, esto quòd Nestorianus quilibet assereret, humanitatẽ Christi cõstitui in ratione suppositi per negationem communicationis & dependentiæ ab alia suppositalitate, vt à substantiali termino.

Tenet definitio Ecclesiæ cõtra Nestorũ, quãuis hypostasis creata consistat in negatiuo

45 Si autem alius, etiam à fidei Canone deficiens, assereret, humanitatem Christi à duplici subsistentia, creata, & increata simul terminatam; non posset sustinere opinionem de hypostasi creata constitente in negatione communicationis: siquidem destrueretur negatio communicationis, & vnionis per vnionem ad suppositalitatem increatam, tanquam per oppositam & contradicentem formam. Quare & sic Hurtadi ictum eneruauimus in Controuersia 1. de Essentia & simplicitate diuinæ naturæ artic: 3. in Appendice Metaphysic. de subsistentia creata, Membr. 1. de probabilitate hypostasis negatiuæ; in quo perlege Hurtadi iniustam de Scoti doctrina censionem, sub numer. margin. 2. Hurtadi excursionem in Scotum, sub numer. margin. 3. & defensionem nostram, sub num. margin. 25.

Hæreticus asserẽs humanitatẽ Christi terminatam propria hypostasi esse assũptam à Verbo, nõ sustineret, suppositalitatẽ creatam cõsistere in negatione.

Cęterùm quòad filiationem adoptiuam Christi secundùm humanitatem assumptam, pende Scoti textum le se ab aduersarijs asserentem, in 3. sent. dist. 10. q. vnica. Et perlege ibi doctum Hugonis Cauelli scholium satis superque diluens aduersariorum obiecta. Verùm felicius triumphat Scotus in Reportatis, seu Repetitis Parisiensibus, in 3. sen. dist. 10. q. vnica sub n. marg. 4. editionis Cauelli, vbi habet ita.

Præclara Scoti doctrina de naturali filiatione Christi.

46 *Dico igitur ad quæstionem, quòd vel Sancti negarunt, Christum esse Filium adoptiuum Dei, & nullo modo naturalem; & ideo cum illis noluerunt Sancti communicare, propter malum intellectum: ideo dixerunt absolutè, quòd non est Filius adoptiuus.*

Scotus

Cur Sancti improbauerint filiationẽ adoptiuã Christi?

47 *Sicut dicit Damascenus de Beata Virgine contra hæreticum, quòd ipsa non est* Christotocon; *quia noluit communicare cum eo, qui dixit, quòd tantum fuit Filius Virginis secundùm naturam humanam: ideo dixit, quod fuit* Theotocon.

Instantia ex S. Damasce.

Vel dico, quòd pro tanto dicunt Sancti, quòd Christus non est filius adoptiuus Dei, si debeat sustineri de virtute vocis; quia ille, qui debet esse filius adoptiuus alicuius, oportet quòd sic generetur, quòd sua generatio nõ requirat cõcomitanter de congruo, quòd habeat ius hæreditandi.

Cur Christus sit filius naturalis?

48 *Et ideo Beata Virgo potest dici adoptari, quia sua generatio non requirit concomitanter de congruo, quòd habeat ius hæreditandi; sed generatio*

Cur Deipara non habeat filiationẽ naturalem Dei?

Chriſti hominis naturaliter requirit, eum concomitanter habere ius hæreditandi; quia hoc requirit vnio perſonalis de congruo, imò magis de congruo, quã paſsio exhibita pro alÿs.

49 *Sed ſi aliquis ex generatione naturali haberet concomitanter paſsionẽ Chriſti ſibi applicatam decongruo; concomitanter haberet ius hæreditandi: igitur magis generatio naturæ humanæ vnita Verbo.*

Acuta inſtãtia ad filiationẽ naturalem Chriſti.

Ideò igitur Chriſtus eſt filius Dei naturalis etiam ſecundùm aſſumptam humanitatem, apud Scotum; quia ratione vnionis hypoſtaticæ, quæ data eſt Chriſto vice complementi naturalis, quod à creata hypoſtaſi petere potuiſſet, debetur ex ſumma congruitate & condignitate, ius hęreditatis gloriæ, & donorum ſupernaturalium: nec enim debitum iſtud, licet ius congruitatis ab Scoto appelletur, ideo æſtimari non debet, & cenſeri ius ſummæ condignitatis; ſiquidem ipſemet Scotus hìc expreſſe aſſerit, quòd ius vnionis hypoſtaticæ ad hęreditatem donorum ſupernaturalium eſt præcellentius iure acquiſito ex paſsione Chriſti exhibita & efficaciter applicata electis: cùm tamen Chriſtus meruerit de cõdigno gratiam & gloriam corporis Eccleſiæ. Pende illa verba: *Quia hoc requirit vnio perſonalis de congruo, imò magis de congruo quàm paſsio exhibita pro alÿs.*

Cõmẽtarius literę Scoti

Scotus

50 Nec etiam inconcinna eſt, ad aperiendam filiationem naturalem Chriſti, illa Scoti inſtantia de eo, qui ex generatione naturali, vel ex dono aliquo ſupplente id intrinſecum, quod complet terminum generationis naturalis, habere poſſet ius adeundi hæreditatem gloriæ; qui etiam taliter genitus appellari poſſet filius Dei naturalis. Verbi gratia, ſi iuxta Scoti inſtantiam, homo ex vi alicuius doni, quod ſufficeretur vice alterius proprietatis attinentis ad complementum intrinſecum termini actionis generatiuæ, haberet paſsionem Chriſti ſibi applicatam, & cõferentem ius hæreditandi gloriam; etiam talis in ea hypotheſi dici poſſet filius Dei naturalis, quia ratione proprietatis ſupplentis complementum intrinſecũ termini actionis generatiuæ, nanciſceretur ius ad gloriam, & bona ſupernaturalia.

Exaratur ſubtilis inſtãtia de paſsione Chriſti applicata ex vi cõplementi generationis.

Atqui talis ſuppoſitio impoſsibilis eſt; & ab Scoto tãtùm exhibita ad doctrinæ præſentis elucidationem.

Scotus procedit ex hypotheſi impoſsibili.

51 Demum hæc doctrina Scoti abſolutè aſſerentis, Chriſtum eſſe filium Dei naturalem, & poſſe dici ſecundùm humanitatem aſſumptam filium adoptiuum, ea ſecuritate, & probabilitate abundat, vt nos pro exiguitate noſtra eam defenderimus, Romæ in Comitijs Generalibus cum approbatione ſuperiorum, & Magiſtri Sacri Palatij Apoſtolici; inter theſes enim Romæ excuſſas Anno 1639. illa quæ in ordine eſt quinquageſima ſexta, ita habet. *Eſt Chriſtus abſolutè & ſimpliciter filius Dei naturalis; & poteſt quòad humanitatem aſſumptam vocari filius adoptiuus.*

Doctrina Scoti de filiatione Chriſti approbatur Romæ.

Hucuſque doctrinæ Scoticæ vtilitatem, & dignitatem demonſtrauimus; reliquum eſt, vt pręcipuos tanti Doctoris Auditores, ceu pulchræ arboris germina, adumbremus, & compendio quodam perſtringamus.

§. 20. Recenſio celebrior um Auditorum Scoti cũm Summario vitæ, & doctrinæ eorumdem.

Studiũ Scoti erga auditores.

3 EA extitit genij Scotici bonificentia, & magnanimitas, vt ſua intereſſe cenſeret, quidquid ſcibilis imbiberat, id auditoribus vbertim infundere; quos & ideo inſtar Solis irradiaſſe, optimi ſcriptores in §. præcedenti trãſcripti obſeruarunt: & commendauit Epigrammatarius in Epitaphio antiqui ſepulchri Scoti.

Epitaphium ſepulchri.

Feruebat ſtudio, nulli virtute ſecundus,
Quod didicit, totum mox alios docuit.

Pet. Bleſenſ.

2 Quia vt ſcitè Petrus Bleſenſis, in Epiſtol. *Scientiarum generoſa poſſeſsio in plures diſperſa non perditur, & diſtributa per partes minorationis detrimenta non ſentit; ſed eò diuturniùs perpetuata ſeneſcit, quò publicata fœcundiùs ſe effundit.* Scotus igitur generoſa ſcientiarum poſſeſsione diues, & virtutis Solis æmulus diſcipulos allexit ex omni orbis climate; quos optimis diſciplinis adeò imbuendos ſtuduit, vt in Auditorum monumentis etiam glorioſè perennet, ſicut & Sol in proceris, & fœcundis à ſe procreatis arboribus. Scotus ergo charitate, & acie mentis ignitus, & ſe ſe diſcipulis attemperans, genialem Solis energiam referebat; de qua aptè Cicero libr. 2. de Natura Deorum. *Solis calor, & candor illuſtrior eſt quã vllius ignis; quippe qui immenſo mundo tã longè, lãtèque colluceat.*

Scotus irradians vt Sol

Cicero, de natura Deorum.

Vbi etiam pro Scoti doctrina, & grata diſcipulorum Schola, Senecam accerſo, in Epiſtol. 108. *Idem & docenti, & diſcenti debet eſſe propoſitum; vt ille prodeſſe velit, hic proficere. Qui ad Philoſophorum ſcholas venit, quotidie ſecum aliquid boni ferat; aut ſanior domum redeat, aut ſanabilior. Reabit autem; ea enim Philoſophiæ vis eſt, vt non ſolum ſtudentes, ſed etiam conuerſantes iuuet. Qui in Solem venit, licet non in hoc venerit, colorabitur; qui in vnguentaria taberna reſederunt, & paulò diutiùs commorati ſunt odorem ſecum loci ferunt: & qui apud Philoſophum fuerunt, traxerint aliquid neceſſe eſt, quod prodeſſet etiam negligentibus. Attende quid dicam; negligentibus, non repugnantibus.*

Apta elucidatio illuminationis Scoti

Seneca.

Quare Scotus ſcientiarum Apollo, & fragrans ſpiritualium odoramẽtorum officina, Auditores ſouit ignitis ſapientiæ lumimbus, & penitentioris Theologiæ deliniuit vnguentis: Quod vel ex breui primariorum Auditorũ Scoti ſynopſi luculenter oſtendere poſſumus.

Scotus Apollo, & odoramentorum officina.

De Franciſco Maironio, Doctore illuminato.

Maironius Scoti auditor

4 PRimum expando Frãciſcum Maironium, quem Ferchius in vita Scoti, cap. 12. n. marg. 42. vocat ferè gloriæ Scoti æmulum; cuius accipe pro maiori hiſtoriæ fide, præconia ex grauioribus authoribus ad verbum traſcripta. Sic igitur de Maironio cẽſet Petrus Rodulphius, Epiſcopus Senogallienſis *in lib. 3. hiſt. Seraphicæ.*

Rodulphius

Maironius Doctor illuminatus.

Fr. Franciſcus Maironius ex Prouincia Prouinciæ, ſiue S. Ludouici, „
Ioannis Scoti Auditor, & Scholaſtica eruditione præſtãtiſsimus; qui tanta authoritate, & opinione floruit, vt acutiſsimus in Gymnaſio Pariſienſi „
diſputator, *& Doctor illuminatus*, vbique vocatus ſit. De rebus Theologicis „
tot & tãta ſcripſit, vt bene inſtitutis ingeniis amori ſemper ſit, & honori; vn „
de acutis telis ſuperbos Gigantes, & Philoſophos, qui Deum bello petunt, „

prosternere solet. Hic Scoti subtilitates auxit, vt aiũt; actum Sorbonicum Parisijs prior instituit, in cuius rei memoriam actus ipse semper ab vno Minoritano inchoatur, & à Dominicano absoluitur.

Catalogus operum Maironij

* Scripsit subtilissimè super quatuor sententiarum libros.
* Quæstionum variarum, *librum vnum.*
* De veritatibus S. Augustini, librum vnum, cuius initium; *Flores B. Augustini.*
* Quandam Epitomen super libros naturales Aristotelis.
* Quadragesimale, & Postillas per annum, & de festiuitatibus Sanctorum.
* Annotationes memoria dignas, in totam sacram scripturam.
* Determinationem paupertatis Christi, & Apostolorum.
* De virtutibus, & vitijs capitalibus; hoc initio; *Circa multiplices mansiones.*
* De Articulis fidei; initium faciens. *Circa Articulos fidei.*
* De decem præceptis, explanationem.
* Edidit quoque compilationem Augustini de ciuitate Dei.
* Super librum Dionysij de Angelica Hierarchia.
* Ferunt etiam edidisse super Decretales. Floruit anno *1324.* obijt Placentię; in cuius commendationem Sanson Generalis monumentum extruxit hoc carmine.

Epitaphium Maironij ex Sansone Generali.

Conditur obscuro lumen, res pulchra, sepulchro,
Doctrina hic sacra gloria, luxque iacet.
Dogmata flete, quibus Franciscus de Maironis
Extremam constat imposuisse manum.
Et quibus arma dedit cœlestia, flete Minores,
En cecidit nostri firma columna chori.
Quj quantò excelsit fulgentia sidera, Phœbus.
Tantò alios superas lumine Doctor, Aue.

Gonzagá

5 Subnecto etiam Actus Sorbonici à Maironio Instituti narrationem, ex Frãcisco Gõzaga in histor. de origine Seraph. religionis. p. 1. *in descriptione Cõuentus Parisiẽsis.* Huius Doctoris subtilissimi Scoti auditores, & postea Cathedræ Parisiensis Rectores, & Doctores fuerũt; Frãciscus Maironius, qui magna ingenij dexteritate ac fidẽtia, primus actum illum Sorbonicum inchoauit, quo sine Præside, sine cibo & potu, sine vllis inducijs, ab hora quintá matutina ad septimam vsq; vespertinã, in amplissimo vrbis, imò etiam orbis theatro, de summis Theologiæ, & Philosophiæ capitibus disserendum, ac respõdendum est. Hinc quoq; factum, vt Baccalaureus ex familia Frãciscana eas disputationes (quæ à collegio Sorbonico Sorbonicæ vocantur) quot annis primus omnium auspicetur. &c.

Descriptio Actus Sorbonici à Maironio instituti.

Maironius ex præscripto Ioannis XXII. fit Doctor Parisiensis.

6 Nec incongruum erit, Lucam Vuadingum ornatè describẽtem Actus Sorbonici à Maironio instituti arduitatem trãscribere; qui postquam exhibuit Bullam Ioannis XXII trãsmissam Cãcellario Parisiensi, vt *Frãciscus de Maironis de Digna* ordinis fratrum Minorum ad Doctoralem laureã eueheretur: quia eum honorem exigerent, tum præclara literatissimi viri merita, tum & Roberti Siciliæ Regis interuẽtus; deinde subiũgit Vuadingus to. 3. Annalium, *ad annum 1323. sub n. marg. 24.*

Actus Sorbonici arduitas ex Vuadingo

Quantum hos Pontificis honores meruerit, postea comprobauit doctissimis scriptis Commentarijs in Magistrum sententiarum, alijsq; præclaris editis lucubrationibus. Sed & in iuuẽtute egregium suæ indolis specimẽ exhibuit, & singulare sui ingenij periculum fecit, dum exortus est sub annũ 1315. magnanimum illũ Actum Sorbonicum, quem primus in Academiã Parisiẽsem inuexit, quo in æstate per singulos dies Veneris respondetur à quinta matutina ad septimã Vespertinam sine Præside, sine socio, sine prãdio, & pastu, sine vlla emigratione, in eadẽ perpetua corporis sede & animi

con-

Iñ & felicitas actus Sorbonici

contentione, donec cunctis opponentibus satisfactum sit, præsertim Baccalaureis primi & secundi Ordinis, qui sunt ad minimum sexaginta, & argumenta citroiter centum agitant. Nam singuli primi Ordinis duo texũt; primus etiam (quem Priorem appellant) nouem. Facinus inexpertis formidabile, & cuius causa nemo hactenus in valetudinis discrimen venerit, plures melius habuerint; siue quia vis audentes diuina iuuat, siue quia mentis contentio non sinit cogitare de corpore, minus de tempore. Prima dies huius concertationis Franciscano, vltima Dominicano decreta est: atque hoc est, quod vulgò dicitur in Gallia: *Franciscanus aperit, Dominicanus Sobornam claudit.*

Fræciscanus aperit & Dominicanus claudit aũ Sorbonicum

Elogium Maironij ex Gonzaga

7 Deinde operę pretium erit, ex Frãciſco Gonzaga Maironij elogium attexere, in hist. Seraphicæ religionis, *in serie illustrium scriptorũ ordinis Minorum* F. Franciscus Maironius Ioannis Scoti auditor, & scholastica eruditione præstãtissimus, qui tantæ authoritatis, & opinionis extitit in Gymnasio Parisiensi, vt Doctor illuminatus vbiq; vocatus sit. * Scripsit subtilissimè super quatuor libros sententiarum. * Quæstionum variarum librũ vnũ. * De veritatibus S. Augustini librum vnum. * Quamdam Epitomẽ super libros naturales Aristotelis. * Quadragesimale, & postillas per annũ. * Annotationes memoria dignas in totam sacram Scripturam. * Ferunt, etiam edidisse super decretales. Floruit anno 1324. obijtq; Placẽtię. Pat. Sanson Generalis Minister in eius commendationem monumentum extruxit.

Item ex Sixto Senensi

8 Summam etiam Maironij sapientiam vel sic celebrat Sixtus Senẽsis lib 4. Bibliothecę sanctæ *Franciscus Maironus, Minorita, Ioannis Scoti discipulus, in scholastica eruditione præstantissimus, & in diuinis scripturis suo tẽpore clarissimus, inter cætera doctrinæ suæ opera edidit Postillas annotationum in totam sacram scripturam, memoria dignas. Claruit sub Ludouico Bauaro Imperatorę, anno Domini 1320.*

Consentit S. Antoninus.

Accedit præterea S. Antoninus 3. p. historialis tit. 24. cap. 8. §. 2. *Nominatur multum à Minoribus Magister Franciscus de Maironis speculativus, multa augens, & declarans de formalitatibus, quas docuit Ioannes Scotus.*

Synopsis scriptorum Maironij ex Bellarm.

9 Item & Cardinalis Bellarminus lib. de scriptoribus Ecclesiasticis, cõmentariorum Maironij, quæ præ cõ exarata extant, id exhibuit compendiũ *Franciscus Maironis, natione Scotus, professione Religiosus Ordinis S. Francisci, Scoti discipulus, vixit tempore Ioannis Vigesimi secundi Papæ, Anno Domini 1320.*

* *Scripsit commentaria in quatuor libros Magistri sententiarum.* * *Item Quodlibeta.* * *Formalitates.* * *De primo principio.* * *De expositione diuinorum nominum.* * *Et de vniuocatione. Quæ omnia simul edita sunt Venetijs Anno 1520. & 1556.*

* *Scripsit præterea Quadragesimale, & Sermones de Sanctis.* * *Item de Paupertate Christi & Apostolorum.* * *De virtutibus, & vitijs capitalibus.* * *De Articulis fidei.* * *De Baptismo.* * *De Humilitate.* * *De Indulgentijs.* * *De Corpore Christi.* * *De Angelis. De suffragijs defunctorum.* * *De Pœnitentia.* * *De Ieiunio.* * *De vltimo iudicio.* * *De septem donis Spiritus Sancti. Quæ omnia iam olim impressa fuerunt Basileæ.*

Correctio Bellarmini circa patriã Maironij

10 Vbi circa patriam Maironij, quem ex Scotia oriundum æstimauit Bellarminus, obseruare oportet ex Vuadingo loco citato, Maironium non Scotum, sed Gallum extitisse, quod liquet ex literis citatis Ioannis Vigesimi secundi, vbi eum vocat Franciscum de Maironis de *Dignis*; est autem Digna oppidum Galliæ Narbonensis. Accedit præterea Laurentij Surij testimonium in vita S. Elzearij Comitis, nati in Prouincia, seu Narbonensi Gallia; Franciscus enim Maironius S. Elzearij conterraneus asseritur à Laurentio Surio.

Maironius confessarius S. Elzearij.

Cæterùm illud magis Maironium nobilitat, quòd non solùm literis, sed & vitæ sanctimonia claruerit, quem ideo cœlestis ille ales, Sanctus Elzearius in Sanctorum Catalogo ab Ecclesia solemniter recensitus, in

confeſſarium elegit, volatilia enim ad ſibi ſimilia conueniunt: & inter Maironij manus ſanctiſsimus iuuenis Elzearius, ſponſus ſimul, & virgo, puriſſimam exhalauit animam. Liceat tamen pro magna Maironij Confeſſarij S. Elzearij commendatione, & ad pietatem tam raro puritatis facinore, fouendam, formulam eam voti inſerere, qua S. Elzearius, & B. Delphina vxor, illibatam Deo virginitatem ſacrarunt; ex Vuadingo ad Annum 1319. n. marg. 9. vel ſic tranſcribente Surium.

Surius Vuadingus

Votũ virginitatis B.B. Elzearij, & Delphinæ

11 Primò Comes Elzearius, flexis genibus, & iunctis manibus ſuper Miſſali, ita dixit: *Domine Ieſu Chriſte, à quo bonum omne, & donum perficitur; Ego peccator fragilis, & infirmus ſine tuo ſpeciali dono non poſſum caſtè & continenter viuere; ſed de tuo ſingulari adiutorio confidens, voueo & promitto tibi & Sanctiſsimæ Matri tuæ, atque omnibus Sanctis, toto tempore vitæ meæ, me caſtè victurum, & virginitatem ſeruaturum, quam hucuſque tua benignitate in me cuſtodiuiſti. Atque huius promiſsionis exequendæ cauſa, paratus ſum quaſcunque afflictiones, & pœnas, atque etiam mortem ipſam perpeti.* Deinde Sancta Virgo Delphina conſimili modo virginitatis votum, quod iam ante ſecretò fecerat, publicè repetiuit. His peractis Garſenda multùm ſpiritu exhilarata inquit: *Domine Ieſu Chriſte ſeminator caſti conſilij, ſuſcipe ſeminum fructus, quos in Delphina virgine ſeminaſti.* Non diù poſt ſancta Garſenda, plena operibus bonis migrauit ad Dominũ, ſicut optarat: ad cuius obitum & ſepulturam B. Elzearius cum Delphina virgine præſens fuit. Apparuit autem illis poſt mortem in habitu ſplendido, atque elegantiſsimo, multa gloria illuſtris, alteri dormienti, alteri vigilanti; eoſque de ſua beatitudine certiores reddidit, atque ſpiritali conſolatione affecit; quemadmodum habet hiſtoria B. Delphinæ. *Corpus eius apud Aptam, in Eccleſia fratrum Franciſcanorum, iuxta tumulum Beatorum Comitum Elzeary, & Delphinæ, in S. Franciſci habitu, cuius Tertium Ordinem, ſine regulam ampliexa fuerat, ſicut etiam Elzearius, & Delphina.*

S. Elzearius & B. Delphinæ tertij Ordinis.

12 Quod B.B. Elzearij, & Delphinæ Virginum, & coniugum facinus merito celebrat Gregorius Vndecimus in Bulla Canonizationis Sancti Elzearij; quia licet Vrbanus Quintus Elzearium Sanctorum Catalogo adnumerauerit ſub vitæ Vrbani periodum, morte tamen præuentus, publicum non dedit canonizationis inſtrumentum; quod obtentum eſt à Gregorio Vndecimo ſub ipſis Pontificatus auſpicijs, & tranſcribitur ab Vuadingo ad Annum 1323. ſub numer. margin. 40. Ex qua Bulla pellucidum accipe virginei candoris Elzearij teſtimonium, B. Delphinæ vxoris S. Elzearij, & Franciſci Maironij S. Elzearij à confeſsionibus atteſtatione ſuffultum.

S. Elzearius canonizatus ab Vrbano V. & Bulla expedita à Gregorio XI.

Sed quoniam maiori profecit ætate, ac in tempora prolixiora proſilijt, tanto in eius exarſit amorem feruore ſpiritus ampliori, & ſic pudicitiæ adhæſit operibus, ſic carnis ſtuduit cultare contagia; quòd licet vxorem habuerit ætate iuuenem, & nobilitate præclaram, tamen prout ex dicta vxoris, & Confeſſoris eiuſdem Sancti teſtimonijs conſiſtit, Sanctus ipſe ſemper candore virgineo rutilauit. Præterea Sanctus ipſe, qui dum vixit in præſenti ſæculo, clariſsimus genere, ſublimis potentia, facultatibus opulentus, moribus elegans extitit, inhoneſtis & turpibus animo penitus relegatis, circa ſeruos Chriſti ac pauperes, aliáſque miſerabiles perſonas valdè compatiens, ſe ipſum in eleemoſynarum elargitione, eis plerumque miniſtrando, munificum exhibebat; tantaque abundauit charitate, quod nil tam charum ſibi erat, quin libenter erogaſſet, vt ſaltem vnam animam traheret potuiſſet ad Chriſtum; nec de vllo ſuo æmulo vindictam facere volebat.

Celebratur virginitas S. Elzearij à Gregorio XI.

Hucuſque Pontifex in Bulla canonizationis Sancti Elzearij; cuius verba tranſcripſi in ſummam Maironij gloriam, qui talem Chriſto in Angelico viro Elzeario præſtitit famulatũ, nec enim id leue apparet pietatis Maironij indicium; & quia in Scoti præceptoris Maironij exaltationem cedat.

Hęc Maironiam & Scotum nobilitant.

Obitus B. Delphinæ iã octogenarię viduę & virginis.

13 Quare etiam è re erit B. Delphinæ obitum fœliciſsimum trãſcribere ex Vuadingo tom. 4. Annalium, ad Annum 1360. ſub num. marg. 2. id enim iure exigit Elzearij, & Delphinæ, coniugalis, & virginalis Societas, quàm non abs re eſtimauerim quaſi quemdã pietatis, & obſequij Maironij fructum: iam igitur audi Vvadingum ex Mariano Florentino, & Marco Olyſiponenſi loquentem.

Hoc anno Kalendis Decembris moritur genere & virtute clariſsima virgo & vidua, nupta & Immaculata, Delphina coniux S. Elzearij Comitis Ariani, (cuius vitam diffuſè ſcriptam dedimus) Anno ætatis octogeſimo. Duodennem diximus viro deſponſatam, cohabitaſſe mundo corde, & corpore, thoro communi & impolluto, annis viginti ſex; & conſeruata ſua virginitate, virum induxiſſe vt caſtè viueret, & ſanctè. Demum optimi Principes quomodo in vita ſua dilexerunt ſe, ita & in morte non ſunt ſeparati; iubẽte Delphina, vt ſub habitu Tertij ordinis, quem profitebatur, ſepeliretur prope viri ſepulchrum. In vno eodemq; tumulo ob ſancti viri reuerẽtiam noluit apponi; multis namq; miraculis, quæ Põtificia examinabãtur authoritate effulgẽtem, & publica ſanctitatis opinione caruſcãtem, vti impẽsè diligebat, ita ſummè venerabatur. Funus eius curaſſe, vel honoraſſe viſi ſunt Angeli; ab eo enim tẽpore, quo deceſſit, donec in Aptẽſi Cœnobio Minorum, tumulo recluſa eſt, auditus eſt in aere ſuauiſſimus cõcẽtus diuerſorũ inſtrumẽtorum ad muſicæ regulas effirmatus. Ex hoc cœleſti ſigno, & multis, quæ patrauit miraculis, omnes ſanctitatem venerabantur; & breui cum Marito ſanctis ad numerandam expectabant, &c.

B. Delphina ordinis Franciſcani.

Agitur etiã de canonizatione B. Delphinæ.

14 Deinde exhibet Vvadingus ad annũ 1363. ſub n. mar. 16. & 17. Bullas duas Vrbani V. Papę, quibus committebatur cura Archiepiſc. Aquenſi, & Epiſcop. Vaſionenſi, & Siſtaricenſi, examinandi vitam & miracula B. Delphinæ; excitato ſummo Põtifice (vt ipſe in Bulla loquitur.) *Quia omnipotẽs Dominus per eiuſdem Delphina ſancta merita in ciuitate Aptenſi, vbi corpus requieſcit eiuſdem, plures ſuſcitauit mortuos, cæcos illuminauit, mũdauit leprosos, ſurdis auditũ reſtituit, mutis loquelã, & paralyticis, & cõtractis reſtituit ſanitatem, &c.* Hæc de his, quę ad Frãciſc. Maironiũ attinere queunt, in quibus licuit aliquãtulum ſpatiari & digredi, vt virginitatis Elzearij, & Delphinæ theſaurum authẽticis teſtimonijs, accurato ſtudio Vvadingi cõquiſitis cõmunitum, toti orbi expãderemus ad fidelium ædificationẽ, & exemplũ. Nec cõtemnenda ſunt, quę pro Maironij pietate collegit Arturus Monaſterienſis ſcriptor neotericꝰ in Martyrologio Frãciſcano, ad diẽ 26. Iulij. vbi inter alia Maironij præconia æſtimat; *quòd eũ tanta affectione proſequebatur S. Elzearius Comes Ariani, vt aſciuerit Maironiũ in confeſſarium, & poſtea inter illiuſmet manus ſpiritum Deo reddiderit Pariſijs anno 1323.*

Vuadingus.

De Ioanne Baſſolio Scoti auditore, & ſectatore præcipuo.

Baſſolius auditor Scoti

15 SEcundum recenſeo ex Scoti auditoribus Ioannem Baſſolium inter alios Scoti alumnos dilectiſsimum; cui id acuminis & doctrinæ momentum deferebat Scotus præceptor, vt Baſſolio præſente, *auditorium adeſſe*; vacuam verò Academiam, abſente Baſſolio, æſtimaret: ſi fides præſtãda ſit Anaſtaſio Turriono in præliminari epiſtola præfixa Commentarijs Baſſolij ad Dominicum Grimaldum Sancti Nicolai Præsbyterum Cardinalem, & Patriarcham Aquileienſem, vbi habet ita.

Auditorium Scoti Baſſolius.

Anaſtaſius Turrionus

Hunc profundiſsimum Theologum Fr. Ioannem de Baſſolis Minoritam, Scoti (dum viueret) fidelem alumnum, antea tanquam theſaurum incomparabilem abſconditum, Duce Magiſtro Orontio Fine, Delphinate (qui eum vigilantiſsimè, quò ad fieri valuit, à mendis purgauerit) in lucem proditum curaui. Qui ſicut inter fulgentia Olympi ſidera

vnum altero (ſecundùm quòd de Sole, magis vel minus participant) clariùs apparet; *Sic planè iſte Theologus inter alios Aquila Subtiliſſimæ Scoti ſublimem volatum, ac ſolidiſſimam doctrinam imitari volentes, præfulgidus extitit.* De quo idem Scotus, dum eum in diſcipulum haberet, & attentiùs in ſcholis intueretur (veluti Plato de Ariſtotele) dicebat: *Auditorium eſt.*

Honorificũ iudiciũ Scoti de Baſſolio

Corrigũtur. Poſſeuinus Eyſengren Bellarminus circa annos Baſſolij.

16 Ex quo detegitur deceptio Antonij Poſſeuini, in Apparatu ſacro, qui ſequutus Gulielmum Eyſengrenium, aſſeruit, Baſſolium vixiſſe ſub Annum 1466. quem etiam in legitima annorum ſupputatione lapſum ebibit Cardinalis Bellarminus, de Scriptoribus Eccleſiaſticis, inquiens. *Ioannes Baſſolius, Ordinis Minorum, ſcripſit in quatuor libros ſententiarum non contemnenda Commentaria. Viuebat Anno Domini 1466.* Si enim Baſſolius fuiſſet ſuperſtes Anno 1466. vixiſſet vltra centum & ſeptuaginta annos, vt Scoti Auditor haberi poſſet; ſiquidẽ Scotus (ex eodem Bellarmino iam citato, & tranſcripto) obijt Anno 1308.

Baſſolius Scoti auditor ex Orontio Delphinate.

17 Quod autem Baſſolius Scotum è Cathedra docentem audierit, præter Anaſtaſium Turrionum iam tranſcriptum, tradit etiam Orontius Delphinas, in Epiſtola ad Michaelem Epiſcopum Lingonenſem, vnum ex Franciæ Primatibus, quos Pares vocitant. *Cùm in reſtituendo* (inquit) *profundiſſimi Theologi Ioannis de Baſſolis, Minoritæ, ac Ioannis Scoti Duns (quem Subtilem Doctorem nominant,) olim Diſcipuli, & alumni ſtudioſiſſimi, egregio in primum ſententiarum opere, iam diù inſudauerimus.*

Atteſtatio Ferchij, & Vuadingi

Accedit etiam Ferchij atteſtatio, qui (in vita Scoti, cap. 12. numer. margin. 424.) aſſerit, quòd dum eſſet in Gallia in antiquis exemplaribus ſic legerit; *Explicit Lectura Fr. Ioannis de Baſſolis ſuper quartum ſententiarum lectum ab eodem Rhemis. Anno Domini milleſimo trecenteſimo decimo tertio*: quod etiam firmat Vuadingus ad Annum 1308. ſub n. marg. 61. agens de Auditoribus Scoti. Et idem Vuadingus ad annum 1313. ſub nu. marg. 16 *Floruit hoc tempore, & legit in ciuitate Rhemenſi F. Ioannes de Baſſolis, vir doctiſſimus, qui adeò illuſtrauit, & claro ordine ſcripſit in quatuor libros ſententiarũ vt Doctor ordinatiſſimus auditet. Magiſtrum habuit Doctorem ſubtilem Scotum, qui tantam concepit de hoc ſuo diſcipulo opinionem, vt cũ aliquando contingeret paucos adeſſe auditores, atq; inter hos Baſſolium, alacriter pergeret Scotus in legendo dicens*, Baſſolius adeſt? en auditorium eſt; *vti olim Plato de Ariſtotele proferebat.*

Elogiũ Baſſolij ex Eyſengrenio

18 Cæterùm non conſtat, ad quam Orbis Prouinciam, vel nationem artineat Baſſolius; cùm tamen exploratum ſit, quod narrat Eyſengrenius: *Baſſolium omnium ſui temporis doctiſſimum, Oratorem facundum, & nulli Theologorum ſecundum extitiſſe.* Quod confirmo ex authoritate Bartholomæi Piſani coæui Scriptoris, apud quem Baſſolius condecoratur agnomine *Doctoris Ordinatiſſimi*; pro illius tempore ratione, qua clarioribus, & literatioribus viris propria hęc celebritatis ſymbola adfigebantur.

Baſſolius Doctor ordinatiſſimus ex Piſano

Elogiũ acuminis Baſſolij

19 Quia tamen Bellarminus quaſi parcè ſentiens de Baſſolij ſcriptis, ea nõ contemnenda cenſeat, nec alia honoris nota Baſſolium lectori commẽdet; id fortè in cauſa fuit, quia Bellarminus, aliàs vir doctiſſimus, Baſſolium nõ verſauerat. Qui autem, vel fragmẽta ea, quæ ſæpe commẽtarijs noſtris miſerimus, perlegerit; inueniet Baſſolium Theologum præſtantiſſimum, & qui mira acuminis perſpicacitate, etiam neotericorum tricas anteuerterit, & effugia præcluſerit: quare Petrus Rodulphius in hiſtor. Seraph. lib. 3. & Franciſcus Gonzaga, de origine Seraphicę religionis, in

Rodulphius Gonzaga

catalogo illuſtrium ſcriptorum Ordinis, profitentur Baſſolium candidiſſimè in quatuor ſententiarum libros ſcripſiſſe.

De

De Petro Aureolo, Archiepiſcopo Aquenſi, & Cardinali.

Aureolus Scoti Auditor.

20 TErtium in diſcipulatu Scoti locum aſsigno Aureolo Cardinali, incomparabilis aciei viro ad ſcholaſtica certamina; & quem Nomenclator Sanct. Rom. Eccleſiæ Cardinalium iure æſtimat, poſt Scotum cæterorum Theologorum acutiſsimum. Quem ita deſcribit Petrus Rodulphius *in Hiſtoria Seraph. lib. 3.* F. Petrus Aureoli Verberius, primò Prouincialis Aquitaniæ electus, deinde Archiepiſcopus Aquenſis, & Cardinalis, vt alijs placet; Dialecticæ, & Theologiæ doctiſsimus, ſcripſit ſtylo ſcholaſtico Compendium omnium Sanctorum voluminum: *Venite, aſcendamus ad montem Domini.* * Super quatuor libros ſententiarum. * Sermones de Tempore. * Item librum, qui inſcribitur, Roſæ diſtinctionum. * Tractatum de paupertate, & vſu paupere rerum. Eius ſcripta habentur in Conuentu Sagienſi Cuſtodiæ Normaniæ; claruit Anno 1317.

Præconium Aureoli ex Rodulphio.

Catalogus Cómentariorũ Aureoli

Aureolus Archiep. Aquẽſis & Cardinalis.

21 Subiungo etiam Sixtum Senenſem in Bibliotheca ſancta, libr. 4. *Petrus Verberius Sanct. Roma. Eccleſiæ Cardinalis, Epiſcopus Aquenſis, cognomento Aureolus, profeſſione Franciſcanus, Doctor, & Rector Academiæ Pariſienſis, in qua temporibus Ludouici Bauari Imperatoris Scholaſticum Theologiæ genus publicè docuit; vir omni ſcientiarum peritia clariſsimus, Eccleſiaſtes & concionator ob ſingularem Scripturarum eruditionem apud ſuos in ſumma admiratione habitus. Scripſit ſcholaſtico ſtylo breue compendium omnium Sanctorum voluminum,* Breuiarum Bibliæ *attitulatum, cuius principium eſt:* Venite aſcendamus ad montem Domini. *Claruit ſub Ludouico Bauaro Imperatore, anno Domini 1317.*

Sixt. Senen.

Aureolus adoleſcẽtulus fit Doctor Pariſienſis.

Vuadingus.

22 Quos autem Aureolus ſupra communem captum fecerit literarum progreſſus, adhuc adoleſcentulus Magiſtralem lauream nactus in Academia Pariſienſi, antequam ei per ætatem liceret Sacerdotio initiari; narrat Vuadingus tom. 3. Annalium ad annum 1306. ſub numer. margi. 6.

Optimũ dogma Celenatis Generalis pro regimine prælatorũ ne bono publico inuideant.

Adfuiſſe ferunt Aureolum Comitijs Neapolitanis, & alium, non Michaelem Ceſenatem, deſideraſſe habere Miniſtrum Generalem; neque defuiſſe, qui hoc retetret Ceſenati, & ſuggereret, vt eum è Cathedra Pariſienſi, quam moderabatur, ad cœnobiolum aliquod humile retraheret. Piè tamen, & religiosè Præfectum reſpondiſſe dicunt. *Ne permittat Deus, vt ego propter peculiares reſpectus, aut proprias iniurias, tantum malum inferrem noſtro inſtituto, & clariſsimum hoc lumen velim abſcondi, multo minus extingui.*

Vuadingus

Aureolus ante ætatẽ Preſbyterij accipit lauream Doctoris Pariſienſis.

Anno ſequenti licentiam in facultate Theologica obtinuiſſe, mihi probat diploma Pontificium, tunc producendum. Singulari priuilegio accepiſſe ſcribunt Pariſijs gradum Magiſterij adhuc adoleſcentulum, antequam per ætatem liceret initiari Præsbyterio. Legit publicè Magiſtrum ſententiarum magna cum laude, donec ad Archiepiſcopatũ Aquenſem in Gallia aſſumptus eſt, vti ſuo loco dicemus. Multa ſcripſit doctiſsimè, quæ omnium calamis commendantur; diſſeruitque acriter peculiari libello *pro Virginis Mariæ Conceptione Immaculata*. Trito vocabulo pro illius temporis ratione appellabatur *Doctor facundus.*

Aliqui dubitãt de Cardinalatu Aureoli.

23 Sed liceat in gratiam Aureoli, erga quem ob eximiam ſcriptorum ſubtilitatem valde afficimur, & cuius pronuntiatis ad verbum trãſcriptis hoſce cõmẽtarios noſtros cõdecorauimus, litẽ adire pro Cardinalatus dignitate, quã aliquot nõ contemnendæ authoritatis hiſtorici dubiã illi eſſe volunt. Ita Vuadingus ad Annum 1316. ſub n. 6. inquiens.

Vuadingus refragatur purpurę Aureoli

Floruerunt hoc tempore plures viri docti in Religione; Frat. Petrus Aureoli de Verberia, olim Vermeria ad Æliam fluuium, Magister in Theologia vndique notissimus, quem plurimi Cardinalem effingunt; sed & in Commentarijs eiusdem in Magistrum sententiarum Romæ editis Cardinalis nuncupatur. Quod mihi haud omnino certum videtur; nec enim apud vetustos Authores huiusmodi Cardinalatus vlla prorsus occurrit memoria: neque vllam de Cardinale mentionem agunt Pisanus, Rodulphius, aut Gōzaga, qui Cardinalium ex ordine Minorum assumptorum catalogum intexunt. Annuere etiam videtur, & placito Vuadingi cōsentire Rodulphius à nobis trāscriptus in hoc 5. sub n. mar. 20 dum Petrum Aureolum Archiepiscopum Aquensem adstruit, eumq; *vt aliis placet*, Cardinalem nuncupat.

Cui ex parte accedit Rodulphius.

Asseritur Cardinalatus Aureoli.

24 Sed Cardinalem prędicant Aureolum Sixtus Senensis, loco transcripto sub numer. margin. 21. & etiam libr. 3. eiusdem Bibliothecæ Sanctę, *In exemplo Compendij Scholastici vniuersalis, ex Compendio Petri Aureoli Cardinalis in vniuersam Scripturam.* Item Franciscus Gonzaga in Historia Seraphicæ Religionis. parte 3. in Prouincia Aquitaniæ antiquioris, in descriptione Conuentus secundi illius Prouinciæ; vbi enumerans claros viros, illius Conuentus Tholosani alumnos, subdit. *Inter hos longè emicuere Illustrissim. & Reuerendissim. Pat. Fr. Vitalis de Furno, Vasatensium Episcopus, ac Sanct. Rom. Eccles. Cardinalis; B. P. Stephanus, atque B. P. Raimundus, qui Auenionem contra hereticos fidei Inquisitores destinati, ibidem sub eisdem glorioso martyrio occubuere. Illustrissim. P. Fr. Bertrandus à Turre, qui ob doctrinæ præstantiam, vitæque Sanctimoniam Sanct. Rom. Eccles. Cardinalis creatus extitit; Illustrissim. Pat. F. Petrus Aureoli à Ioanne XXII. Pontifice Maximo in Sanct. Rom. Eccles. Cardinalium numerum etiam relatus.* Et in eadem etiam parte 3. in Prouincia Aquitaniæ recentioris, ita scribit idem Gonzaga. *Floruit præterea hæc Prouincia doctissimis grauissimisque Patribus quorum quinque, nempe Frat. Bertrandus à Turre, Frat. Fortanerius, Fr. Guilelmus, Frat. Vitalis de Furno, & Fr. Elias de Hannibalis ad Cardinalitiam dignitatem euecti sunt; insuper doctissimus P. frat. Petrus Aureoli, in Sacra Theologia Magister, & Pat. Fr. Franciscus de Fabrica, eadem dignitate insigniti, huius Prouinciæ alumni fuere.*

Sixt. Senen.

Fran. Gonzaga.

Aliud testimonium Gōzagæ de pileo Cardinalitio Aureoli

25 Adhæret Cardinalis Constantius Sarnanus in pręliminari Epistola ad Clementem Octauum præfixa editioni Vaticanę operum Aureoli; vbi inquit. *Mouit me primum iusta literatorum hominum querimonia; deinde quædam vel in Cardinalatus dignitatem, vel in Ordinem Minorum pietas, ad extremum Sixti Quinti Pontifi. Maximi authoritas, vt neque sumptui, nec labori parcendum putarem, quib solertissimi ingenij monumenta, vniuersa penè Europa conquisita, vndecumque haberi possent, eruta, in lucem, aspectumque hominum reuocarē. Conatus sum pridem votis nequaquam irritis; &, multis Galliæ, atque Italiæ regionibus peruestigatis, volumina non pauca in vnum collegi, sedulò ac studiosè recognoui, &, quantum diligentia, studio, ac labore assequi potui, suæ integritati restitui.* Et paulò infra reddens rationem Cardinalis Sarnanus, cur opera Aureoli Cardinalis Clementi Octauo sacraret, subdit. *Hoc vel Aureolus ipse suo exemplo docet, qui, cùm primùm hæc scripsit, & quà Theologus, & quà Cardinalis, Ioanni XXII. tum Pontifici suos labores dicandos putauit.*

Censio Car. Sarnani de purpura Aureoli.

Car. Sarna.

Quis ergo credat sapientissimum Cardinalem Minoritam, qui antiquarios Ordinis Historicos calluerat, peruestigatis vetustis Aureoli scriptis, ex Galliæ, & Italię regionibus summo studio conquisitis, Aureolum Cardinalitia purpura ornatum prædicare, & in ipso Orbis theatro Purpuratorum cœtui adscribere, si ipsi Constantio Cardinali id exploratum non esset?

Quæ fides illi in hac re præstari debeat?

Asserunt Aureolum Car.

26 Præterea, Cardinalem asserit Aureolum Henricus Sedulius, in Historia Seraphica, in Commentario vitæ Sancti Francisci, cap. 3. eiusdem Commentarij; inquiens. *Nec mihi prætereundus Petrus Aureolus, Archie-*

Henr. Sedu.

Itē Nomenclator S. R. E. Cardin.

chiepiſcopus Aquenſis, Sanct. Rom. Eccleſ. Cardinalis; inter cætera ſcripſit Compendium omnium librorum Sacræ Scripturæ, &c. Item & Nomenclator Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, Aureolum inter Cardinales recenſens.

Accedit Victorellus.

Subſcribit etiam Andreas Victorellus tom. 1. Hiſtoriæ Summorum Pōtificum, & Cardinalium, in additionibus ad Hiſtoriam Alfonſi Ciaconij, in Ioanne XXII. §. *Aluarus Hiſpanus*. Et ibi etiam conſentit Ferdinandus Vghellus Abbas Ciſtercienſis, in additionibus ad Ciaconium, & Victorellum, §. *Petrus de Prato*. vbi inquit. *Fortè idem qui Petrus Aureoli de Verbaria ad Æſiā fluuium, ordinis Minorū, Cardinalis ex Archiepiſcopo Aquenſi.* Quod etiam aſſerit F. Vitalis, *in Arbore Franciſcana.*

Et Vghellus Abbas Itē & Vitalis

An Pet. Aureo us fuerit itē Cardinalis cū Petro de Prato?

27 Cæterum, ſi Petrus de Prato ſit ille Petrus ex Archiepiſcopo Aquenſi Cardinalis, cuius meminit Ioannes XXII. in Bulla, quæ incipit; *Sponſo cœleſti* (data Auenione 7. Kalendas Martij, Pontificatus anno 5. qui reſpondet anno 1321. quam Bullam tranſcribit Vvadingus tom. 3. Annalium, in Regeſto Pontificio) non potuit eſſe idem Cardinalis cum Petro Aureolo; ſiquidem Ioannes XXII. inibi inſtituit Petrum Aureolum Archiepiſcopum Aquenſem ob aſſumptionem alterius Petri quondam Archiepiſcopi Aquenſis ad Cardinalatum ſub titulo Sanctæ Pudentianæ.

Placitū Vuadingi, quòd Pet. de Prato fuit immediatus Archiep. Aquēſis ante Aureolum.

28 Verùm nec in Bulla citata, in qua Aureolus præficitur Archiepiſcopatui Aquenſi, vocatur Petrus de Prato ille Petrus Cardinalis, quondam Aquenſis Archiepiſcopus; nec etiam in alia Bulla eiuſdem Papæ Ioannis XXII. expedita Auenione Kalendis Octobris, Anno 4. ſui Pontificatus, quæ incipit: *Summi prouidentia Principis.* In qua Frat. Roſſolinum Minoritam creat Epiſcopum Regienſem ob aſſumptionem cuiuſdam Petri ad Archiepiſcopatum Aquenſem; quem Petrum in vtraque Bulla eſſe Petrum de Prato, vult Vvadingus, tom. 3. Annalium, ad Annum 1321. ſub numer. margin. 13. vbi refutat Claudium Roberti, eò quod putet, quòd Claudius in Catalago Archiepiſcopotum Aquenſium ſubſtituat pro Petro de Prato, *Petrum Aureolum, Minoritam Cardinalem.* Atqui ex Bulla non conſtat, Petrum illum Archiepiſcopum Aquenſem, qui antecſſit Aureolum, vocari Petrum de Prato; vnde non occurrit cur excutiendi ſint Claudius Roberti, Ferdinandus Vghellus, & Vitalis, certantes pro Cardinalatu Aureoli.

Iudiciū Claudij Roberti de Aureolo Cardinali.

Corrigitur hiſtoria Ciaconij dato quòd Aureolus ſit Cardinal. de Prato

Sed ſi Petrus de Prato Archiepiſcopus Aquenſis, & Cardinalis ſit idem cum Petro Aureolo, retrotrahenda non eſt promotio Petri de Prato ad Cardinalatum ad Annum 1320. vt vult Alphonſus Ciaconius; ſiquidem Petrus Aureolus immediatè euectus eſt ex Clauſtris Ordinis Franciſcani ad Aquenſem Archiepiſcopatum Anno 1321. vt liquet ex Bulla: *Sponſo cœleſti.*

Ad firmitatē purpuræ Aureoli nō requiritur itē tas cū Petro de Prato.

29 Aſt neceſſum non eſt pro firmanda certitudine pilei Cardinalitij Aureoli, (pro qua conſpirat tot grauium Hiſtoricorum atteſtatio,) quòd Petrum Aureolum, & Petrum de Prato, eumdem Petrum Aquenſem Archiepiſcopum, eumdemque Cardinalem cenſeamus; cùm adeò preſſa ſeu ſtricta non ſit Cardinalium à Ioanne XXII. creatorum recenſio, vt extra Ciaconij, & aliorum cenſionem non ſuperſit alteri locus. Siquidem Andreas Victorellus in citatis additionibus ad Ciaconium, editis Romę Vaticanis Typis aſſerit, Bertrandum de Monte Fauentio Diaconum Cardinalem tituli Sanctæ Mariæ in Aquiro, fuiſſe Ordinis Minorum; quod omnes alij Hiſtorici etiam ex noſtratibus omiſerunt vno excepto Mariano Florentino, vt refert Victorellus ſub §. *Bertrandus de Monte Fauentio*: ita ſcribens. *Frat. Marianus Florentinus lib. 4. cap. 5. & 9. Faſciculi manuſcripti Chronicorum Ordinis Seraphici, hunc Bertrandum de Monte Fauentio inter Franciſcanos recenſet; obiiſſe Anno 1343. diſcimus etiam ex ſubiecto epitaphio, nouo, ex veteri, lapide Romanis characteribus inciſo; quod in agro*

Bertrandus de Mōte Fauēſio fuit Cardinalis Minorita.

And. Victo.

extra

extra muros Auenionenſes in ede S. Mariæ de Bona requie, & de Monte Fauentio vulgò appellata, ante aram principem legitur; vt Ioſeph Maria Soazeſius monuit.

Obſeruatio, pro Cardinalatu Aureoli

Accedit etiam, quòd inter Cardinales à Ioanne XXII. creatos, quos recenſet Ciaconius, non numerauerit *Aymericum Gallum de Caſtro Lucij*, quem in Collegium Cardinalium cooptatum, & omnino diuerſum ab alio Aymerico à Clemente Sexto ad pileum Cardinalitium euecto, æſtimat Ferdinandus Vghellus in additionibus ad Ciaconium, & Victorellum in Ioanne XXII. quod pronuntiatum grauium Scriptorum patrocinio ſtabilit; potuit ergo & inter Cardinales Ioannis XXII. etiam cauum quoddam relinqui, quod eximia Aureoli merita implerent.

Vghellus

Satisfactio ad ſilentium Piſani de Cardinalatu Aureoli.

30 Nec obſtat, quòd Piſanus coæuus Scriptor non meminerit Cardinalatus Aureoli; potuit enim Aureolus paulò poſt adeptum inſigne Cardinalitium vita defungi. Quare mirum non erat, quod ille honor Aureoli ad vltramontanos attinentis Piſanum lateret; in cauſa enim eſſe poſſet ferè immenſa Franciſcanæ Religionis illo æuo amplitudo, & vaſtitas, antequam ſuppullulantes & graſſantes hæreſes Prouincias vltramontanas, & Aquilonares ſeu Septentrionales regiones fœdarent, & Frãciſcanũ Ordinem exulare coegerint; vt preſsiùs oſtẽdam agẽs de Cardinalatu Aluari Pelagij etiam Auditoris Scoti.

Aureolus vitæ ſanctimonia clarus

31 Verùm non ſolùm Aureolus ſcientia clarus extitit, ſed etiam Religione, & morum ſanctimonia inſignis; quod probant verba Ioannis XXII. in Bulla: *Sponſo cœleſti*: qua præficitur Aureolus Eccleſiæ Archiepiſcopali Aquenſi. Inquit enim Pontifex: *Demum in te Ordinis Fratrum Minorum, Ordinem ipſum expreſsè profeſſum, in Sacerdotio conſtitutum, ac Sacræ Theologiæ Magiſtrum, virum quidem morum grauitate laudabilem, vitæ munditia commendandum, diſcretionis & conſilij maturitate conſpicuum, aliarumque virtutum muneribus circunfultum, aciem direximus noſtræ mentis, &c.*

Ioan. XXII Bulla.

Georgij Ederi iudicium de ſanctitate Aureoli.

32 Etiam vitæ ſanctitatem in Aureolo agnoſcit *Georgius Ederus*, Imperatorum Ferdinandi Primi, & Maximiliani Secundi, conſiliarius, qui ſcripſit Oeconomiam Bibliorum, ſiue Partitionum Theologicarum, in quinque libros digeſtam, cuius meminit Sixtus Senenſis in lib. 4. Bibliothecæ Sanctæ; qui author initio ſuæ Oeconomiæ, ita de Aureolo loquitur. *Cœpi de Sacrorum Bibliorum artificio ſummatim explicando diligentius inquirere, in cogitatione cùm diutiùs (vt par erat) multumque verſatus eſſem; en mihi, (non fortuito, ſed quod conſtanter credo, non abſque Dei quodam nutu) in manus venit liber verè aureus, conſcriptus primum à probatiſsimæ opinionis, & ſanctitatis viro, Petro Aureolo, poſtea verò à doctiſsimo Iacobo Vuimphelingo, magno Germaniæ Theologo, Domino Ioanni Eckio dicatus, qui, quod toties mihi euenire optaram, primâ ſtatim fronte pollicebatur; videlicet, Compendium Bibliorum vtriuſque Teſtamenti, atque adeò totius Sacræ Scripturæ Epitomen.* Cõſentit etiam Georgio Edero Arturus Monaſterienſis in Martyrologio Frãciſcano ad diem 27. Aprilis, agens de Petro Aureolo, vbi illius ſanctitatem percelebrat.

Ederus in Oeconomia Bibliorum.

Cõſentit Arturus Monaſterienſis.

Oſtenditur pietas doctrinæ Aureoli ex Compendio Bibliorum.

33 Quòd autem vltra rei dignitatem Compendium Bibliorum Aureoli non commendauerit Ederus, colligi poteſt ex primo operis fragmento, quod in ſpecimen, & exemplum compendiariæ expoſitionis ſacrorum Bibliorum tranſcribit Sixtus Senenſis lib. 3. Bibliothecæ Sanctæ; ex quo etiam eximiam Aureoli pietatem veſtigare poterit lector. Ita igitur habet Aureolus.

Aureolus

Diuiſio Bibliorum in octo partes ex Aureolo

Scriptura diuina diuidi poteſt in partes octo principales, ſecundùm octo modos docendi, quos aſſumit. Docet namque politicè, & legislatiuè, in prima ſui parte; ſcilicet in Pentateucho. Docet verò ſecundò, chronice, ſeu hiſtoricè, & enarratiue, in altera ſui parte; videlicet in decem libris, Ioſue, Iudicum, Ruth, Regum, Paralipomenon, Eſdra, Tobiæ, &c. Et poſtea expenſis ſex alijs rationibus do-

ctri-

ctrinę reuelatę, quas ex ſanctis libris petit Aureolus, & rediens ad primam legislatiuam & Politicam, ſubdit.

Examinatur prima pars politicæ ſacræ ſcripturę

Prima pars, quæ eſt Politica, & legiſlatiua ſub librorum quinario continetur. Tractatur enim primò de qualitate Domini legem iniungentis: ſecundò de qualitate famuli legem proponentis. & tertiò de qualitate cumuli legem continentis: & quartò de qualitate populi legem admittentis; & quintò de breuitate epilogi legem exponentis. Incipit ergo Geneſis partem politicam, & tractat de Domino legem iniungente; deſcribens eius omnipotentiam, pro eo, quòd creator fuit omnium à principio, quod declarat in quinque capitulis; pro eo, quòd Saluator fuit hominum ſub diluuio, quod declarat in alijs quatuor capitulis; pro eo, quòd diſſeminator fuit omnium gentium confuſo labio per vniuerſum mundum, quod declarat in duobus capitulis. Deſcribens eius benevolentiam, amicitiam ad homines, præcipuè ad patres Iſraelis ſpiritualis; quod oſtendit ex Abrahæ ſegregatione, quantum ad locum. Egredere de terra tua, & de cognatione tua. *Quantum ad ſignum circunciſionis; quantum ad factum obliuionis ſi. y, & hoc à duodecimo capite uſque ad vigeſimum quintum. Similiter ex Iſaac cuſtoditione, quem ſeruauit, & cuſtodiuit inter illas nefarias nationes; & hoc vigeſimo quinto capitulo uſque ad vigeſimum nonum. Similiter de Iacob præelectione, & multiplicatione; à vigeſimo nono capitulo uſq; ad trigeſimum nonum. Similiter in Ioſeph exaltatione; a trigeſimo nono capite uſque ad finem.*

Dei cura, & pietas erga hominē eiusdē & cōpendiariè elucidatur.

Aureolus

34 *Ac ſi vellet ita arguere liber ille; leges illius Domini, qui eſt omnipotentiſſimus, & ſolus Deus benevolus, ſunt ab hominibus obſervandæ; ſed ille Dominus, qui leges, quæ ponentur in hoc tractatu politico inſtituit, & iniunxit, eſt ſolus Deus omnipotentiſſimus, & humano generi ſummè benevolus, & maximè patribus ſanctis: ergo illius leges ſunt ab hominibus obſervandæ. Vt ſicut politica, humanitùs adinuentæ incipiunt à fine omnium actuum humanorum; ſic iſta politica diuinitùs reuelata incipiat à principio productivo vniuerſorum, à quo tanquam ab iniungente omnes leges, & bonitatem, & rectitudinem ſortiuntur.*

Acutè & religiosè viget obſeruantia præceptorū Dei

Analogia artis ſacræ politicæ ad artes politicas humanas

Hucuſque Aureolus compendiario commentario elucidans librum Geneſis, non abſque laude pietatis & acuminis, quem pari & vtiq; fœlici greſſu proceſſiſſe, cæteros Bibliorum libros eadem interpretatione percurrentem cenſuit Sixtus Senēſis loco citato ex libr. 4. Bibliothecę ſanctæ; & Henricus Sedulius iam citatus in capit. 3. Commentarij vitæ Sancti Franciſci.

Laus doctrinæ Aureoli ex Sixto Senenſi.

35 Vltimò tandem pro approbatione eā, quæ Aureoli ſcriptis, ex typis Vaticanis, & ex caſtigatione eruditiſsimi Cardinalis Conſtantij Sarnani accedit, tranſcribo Ludovicum Dolanum Capucinum, in Quadripartita Diſputatione de modo coniunctionis cōcurſuum Dei, & creaturæ, part. 4 cap. 5. num. marg 8. vbi decertans pro placito Aureoli inficiantis immediatum concurſum Dei ad materiale, & ſubſtratum peccati, ſubdit. *P. trus Aureolus S. Rom. Eccleſiæ Cardinalis ex Ordine Minorum mitè trecentos annos idem expreſsè docuit in 2. diſt. 37. quæſt. vnica, art. 1. vtrum actus malus ſit à Deo?* Poſtea idem Dolanus ſubiungit pro ſcriptorum Aureoli Romę editorum probabilitate.

Probabilitas doctrinę Aureoli ex editione Vaticana

Animadvertendum; hanc nouam editionem, qua ego vror, Commentariorum Cardinalis Aureoli Romæ impreſſam fuiſſe Anno 1605 cura & ſumptibus eruditiſsimi Cardinalis Sarnani, eiuſdem Ordinis Minorum Sancti Franciſci, & Clementi Octauo Papæ dicatam, nec non à Petro Capullio Theologiæ profeſſore, & Epiſcopo Conuerſanō remiſam, & iudicatam quòd tutò, & cum fructu in lucem prodire poſſet; quæ omnia mihi videntur non parum commendare doctrinam in ea editione contentam; nec enim facilè paſſurus fuiſſet eruditus iſte Cardinalis, vt noua illa editio Commentariorum alterius celebratiſsimi Cardinalis ex eodem Franciſcanorum ordine aſſumpti, quem ſumma veneratione, & amore colebat, erroneam aut temerariam doctrinam cōtineret, quam, ſi talis fuiſſet, pro ſumma ſua eruditione facilè Sarnanus deprehendere; deprehenſam-

Iudiciū Dolani Capucini de Cōmentarijs Aureoli Romæ editis.

que

que nullo negotio expungere,& corrigere potuiſſet;quemadmodum alios ſanè multos feciſſe nouimus in nouis editionibus Authorum quos ſpeciali honore proſequuti ſunt.

Liberatur à eō ſuus Aureolus negās, concurrere Deū immediatè ad ſubſtratum peccati.

Quòd autem doctrina Aureoli negantis,Deum immediatè concurrere ad ſubſtratum peccati;abſque nota improbatæ ſententiæ procedat ; patet ex his quæ preſſè expendimus, in Controuerſia 11. de Scientia Dei. Diſtinctione 2.de Scientia contingentium abſolutorum,ar.6.n. marg.30 & 31.& à num.106.vſque ad 112.Hæc pro Aureolo celeberrimo auditore Scoti;qui licet ſæpe in præceptorem inſurgat,dum tamen Scotum oppugnat Aureolus,nobis reddit clariorem & ſecuriorem Scotum,vt adnotauimus,in 5.præcedenti n.mar.30. agentes de literaria concertatione inter ſcholam S.Thomæ,& Scoti.

De Alvaro Pelagio, Epiſcopo Silvenſi, & Cardinali, vbi vindicatur ab antiquorum Chronologorum ſilentio Papatus Vicedomini de Vicedominis, & Cardinalatus Alberti Gonzagæ, & Beati Conradi Aſculani, Minoritarum.

Aluar. Pelagius auditor Scoti.

Fuit Hiſpanus.

Gallecus ex Vuadingo.

36. CVncti ex noſtratibus Chronologi tutantur, Inſignem Virum Aluarum Pelagium Scoti Auditorem extitiſſe ; vno Ferchio refragante,cuius rationes infra librabimus & excutiemus.Natus fuit Alvarus in Hiſpania,in Regno Galleciæ,vt tradit Vvadingus ad annum 1303.ſub n.mar.41. recenſens primarios auditores Scoti;quare eum hiſpano idiomate & Galleco agnomine appellat *Alvarū Paio,vel de San Paio.*

Accepit habitū Minoriticū à Gundiſaluo Generali.

Togam Franciſcanæ Religionis ſuſcepit devotiſsimè à Magno illo viro Gundiſalvo Generali totius Ordinis Miniſtro , cuius ſæpe meminimus;cuius facti atteſtationem habeo apud Petrum Rodulphium in Hiſtoria Seraphica,libr.2.dum ſub Gundiſaluo Generali ediſſerit ponderoſos euentus;adeò enim notabilis æſtimata eſt Aluari ad Franciſcanum Ordinem adnumeratio. *Floruit ſub hoc tempus* (inquit Rodulphius) *Alvarus Pelagius Hiſpanus,vir quidem genere nobilis,ſed moribus nobilior, Iuris Canonici prudens,& Euangelicæ paupertatis zelator ardentiſsimus; qui Bononiæ exiſtens Aſiſium profectus eſt, vbi tunc Generalis aderat, ibidem aſſumpto habitu Ordinem intrauit, in quo ſanctè vixit, & multum literis,& vitæ ſanctitate profecit.*

Rodulphius

Sanctitas Aluari

Admiſſus ad Ordinem anno 1304.

Cùm autem Generalis Gundiſalvus electus fuerit Aſiſij Anno 1304 vt idem Rodulphius docet loco citato,reliquum eſt , vt Alvarus à Gundiſaluo ad Ordinem Minorum pronuntietur admiſſus eodem Anno 1304. ſiquidē apud Rodulphiū Aluarus antea Bononiæ exiſtens,profectus eſt Aſiſium, vbi tunc Generalis Gundiſalvus aderat,vt ibidem habitu Franciſcano donaretur;nec credibile eſt vigilantiſsimum Generalem , cuius intererat vniuerſum ordinem perluſtrare,vltra annum ibidem hæſiſſe,vbi electus fuerat.

Ante veſtē Minoriticā ſuſceptā docet Ius Canonicum Bononiæ.

37. Cæterùm ante quàm Minoriticam veſtem indueret Alvarus, Iuris vtriuſque peritiam adeò imbiberat docente literatiſsimo viro *Guidone de Boyſis*, Archidiacono Bononienſi;vt etiam Cathedram obtinuerit Alvarus Bononiç Ius Pontificium interpretans.Poſt emiſſa verò Franciſcani inſtituti vota Piſis aliquantulum demoratus, immigrat Lutetiam vt ab Scoto illius ſęculi Apolline Theologicis diſciplinis imbueretur; vbi adueſantem experimur Ferchium quaſi Scoto tantum Auditorem inuidere

voluiſſet, cuius rationum momenta, quæ ex temporum ſupputatione colligit, vel ipſius verbis tranſcribo, ne robur & neruos ſupprimere apparea. Ita igitur Ferchius in vita Scoti cap. 12. num. marg. 42. in recenſu primariorum auditorum Scoti.

Opinio Ferchij, quòd Aluarus nō fuerit auditor Scoti.

Ex diſcipulis Scoti expungerem Aluarum Pelagium, ſiquidem ex eius libro de Planctu Eccleſiæ Anno 1305. in Ordinem Minorum receptum, Anno 1306. Piſis fuiſſe conſtat, vnde Scotum in Galliis florentem audire non poterat. Nec ante Religionem audiuit; qui legibus Bononiæ diſcendis Doctore Archidiacono, & poſtea docendis operam dederit. Qui verò eum Scoti auditorem cenſet, legat lib. 2. cap. 33. & 52. & facilè cenſuram deponet.

Excuſitur ab Vuadingo ex legitima ſupputatione annorum

38 Sed nullo negotio Ferchij coniecturam proſternere videtur Vuadingus loco citato *ad Annum* 1308. *ſub numer. margin.* 41. Cùm tamē omnes Scoti diſcipulum fuiſſe conſpirent, non auderem refragari; præ ſertim cùm ipſe nihil amplius dicat, quàm ſe à Gondiſaluo Generali Miniſtro acceptum ad Ordinem Aſiſij. Id autem nos ſuperius contigiſſe diximus in Capitulo Generali celebrato Aſiſij; in quo electus eſt in Miniſtrum Generalem prædictus Gonſaluus anno milleſimo trecenteſimo quarto. Expleto autem tyrocinio in Prouincia Sancti Franciſci, vbi ipſe ſe nouitium fuiſſe teſtatur, tranſmitti potuit Lutetiam, vbi tunc moris erat, maioris expectationis Fratres illuc deſtinare; nec diù hæſiſſe Piſis nobis vllatenus conſtat: Scotus autem non niſi ſub illo tēpore, vti aliàs prænonuimus, floruit Pariſiis. Lutetiæ verò per aliquale tempus fuiſſe Aluarum, multis in locis ſui operis ipſe demonſtrat; audiuiſſe ergo potuit Scotum per vnum, aut alterum annum; non tamen eum in omnibus ſequitur, vti videre licet in loco proximè citato.

Aluarus Scoti auditor ex Rodulphio.

39 Aluarum tamen Scoti Auditorem cenſet Rodulphius libr. 3. Hiſtoriæ Seraphicæ; ſic ſcribens. *Frat. Aluarus Pelagius natione Hiſpanus, Ioannis Scoti Auditor, Iuris vtriuſque, ſimul & diuinarum literarum eruditiſſimus, Pœnitentiarius Summus, atque omnium diſciplinarum ſcientiſſimus; antequam togam ſanctæ conuerſationis acciperet; deinde factus Epiſcopus Silueenſis in Luſitania à Ioanne XXII. à quo in pretio fuit habitus, qui ſi ſuperuixiſſet nulli dubium quin ille in Cardinalium Collegium fuiſſet cooptatus; ſcripſit Auinione (ipſo Auctore teſte in proœmio ſui operis) de Planctu Eccleſiæ inſigne opus. * Scripſit quoque Speculum Regum, librum vnum. * Super ſententias libros quatuor. * Apologiam contra Guilelmum OKam pro defenſione Ioannis XXII.*

Catalogus ſcriptorum Aluari

Gonzaga de Diſcipulis Scoti

Maironius

Aureolus

OKam.

Ioa. de Ripa

Godefridus de Fontibus.

Hugo de Nouo caſtro.

Alu. Pelag.

40 Conſentit Franciſcus Gonzaga in Hiſtoria Seraphicæ Religionis, par. 1. *in deſcriptione Conuentus Pariſienſis*; vbi enumerans ſeriem celebriorum Auditorum, quos ibi nactus eſt Scotus, ſubdit. Maironis in ſchola Scoti Condiſcipuli fuerunt, & gradum Magiſterij in eadem facultate adepti ſunt; Petrus Aureoli, poſtea Aquenſis Archiepiſcopus. * Guilelmus OKam, qui Pariſijs docendo, & ſcribendo claruit circa Annum Domini 1330. reliquum vitæ in Germania dicitur conſumpſiſſe. * Ioannes de Ripa, ingenij tam præſtantis vir, vt ante annum ætatis trigeſimum, quatuor ſententiarum libros publicè perlegerit, & Doctoris Theologi in facultate Pariſienſi lauream acceperit. * Godefridus de Fontibus, Doctor Venerandus appellatus, & Cuſtodiæ Pariſienſis Cuſtos inſtitutus. * Hugo de Nouo caſtro, Doctoris Subtilis præceptoris ſui doctrinæ acerrimus propugnator. * Antonius Andreas Aragonius, & ipſe Scoticæ diſciplinæ eximius defenſor. * *Aluarus Pelagius, natione Hiſpanus, vtriuſque Iuris, & Theologiæ Profeſſor, Ioannis XXII. Pœnitentiarius, demumque Silvenſis Epiſcopus, atque Sanct. Rom. Eccl. Cardinalis, librorum de Planctu Eccleſiæ Author.*

Aluarus Cardinalis ex Gonzaga

41 Habes ergo ex recenſu primariorum Auditorum Scoti apud Gonzagam, Aluarum Scoti Auditorem, & non tantùm deſtinatum ad Cardinalitium pileum, quem illi mors præripuerit, vt voluit Rodulphius; ſed

etiam

etiam creatum Sanct. Rom. Eccles. Cardinalem; quod contra inficiantes firmabimus infra attestatione Mariani Florentini, antiqui & probati scriptoris.

Synopsis Scriptorū Aluari ex Gōzaga.

Etiam Alvarum Scoti Auditorem pronuntiat, & monumentorum ab ipso editorum Catalogum attexit idem Gonzaga, *part. 1. in serie illustrium Scriptorum Ordinis Minorum.* Frat. Alvarus Pelagius, natione Hispanus Ioannis Scoti Auditor Iuris vtriusque simul & divinarum literarum eruditissimus Episcopus Siluensis in Lusitania, sub Ioanne XXII. à quo in pretio fuit habitus. Scripsit de Planctu Ecclesiæ opus insigne.* Speculum Regum, librum vnum.* Super sententias libros quatuor.* Apologiā, librū vnum contra Gulielmum OKam. Claruit anno 1320.

Aluarus Pœnitentiarius Summus.

42 Ob præclaras igitur doctrinę, & morum Aluari dotes, primò institutus est Summus Pœnitentiarius antequam se Ordini Minorum addixisset, vt tentit Rodulphius; deinde à Ioanne XXII. euectus ad Episcopatum Coronensem sub Principe Achaiæ, & Archiepiscopo Patracense, Anno 1332. vt constat ex Bulla, quæ incipit: *Quam sit onusta periculis*: expedita Auenione 16. Kalendas Iulij; quam transcribit Vuadingus tom. 3. Annalium, in Regesto Pontificio. Postea ante Annum millesimum trecentesimum quadragesimum translatus est ab eodem Ioanne XXII. ad Siluensem Ecclesiam in Algarbijs, Regni Lusitaniæ; quam promotionem ad Siluensem Episcopatum factam fuisse ante Annum millesimum trecentesimum trigesimum quintum constat ex eodem Aluaro asserente; quod iterum castigauerit opus iam editum de Planctu Ecclesiæ, post correctionem quam exhibuerat Anno 1315. existens in Villa Ramræ Regni Algarbiorū, *vbi* (inquit) *sum Præsul.*

Idem Episcopus Coronensis

Postea Siluēsis

Vuadingus non inuenit Bullā Epī coparus Siluēsis Aluari.

43 Quibus coniecturis vtimur vt expiscemur Annum euectionis Aluari ad Episcopatum Siluensem; eò quòd Vuadingus, quamuis accuratus nostrarum antiquitatum vindex, Bullam hanc non inuenerit. Ceterum superuixisse Aluarum etiam supra Annum millesimum trecentesimum quadragesimum, constat ex ipso autumante; se denuo correxisse opus de Planctu Ecclesię Anno millesimo trecentesimo quadragesimo; quod appareret ex assecuratione, & subscriptione eiusdem Aluari, quæ extat al calcem operis. Tot enim repetitis accessionibus diues euasit Insigne opus de Planctu Ecclesiæ, quod egregiè audit apud Bellarminum, ex quo accipe censionem, & cæterorum Aluari Scriptorum Catalogum, in libr. de Scriptoribus Ecclesiasticis in Pelagio Aluaro; licet alibi etiam Bellarminum transcripserimus, vt celebratissimum opus de Planctu Ecclesię à rigida S. Antonini censura liberaremus, de quo supra in §. 15. n. mar. 8. & 9. ita igitur habet Bellarminus.

Cōmēdatur opus insigne de Planctu Ecclesiæ.

Cēsio Bellarmini de Aluaro.

Pelagius Aluarus natione Hispanus, Religiosus Ordinis Minorum, & Episcopus Siluensis, vixit tempore Ioannis XXII. circa Annum Domini 1320. cuius Pontificis defensor acerrimus fuit. *Scripsit insigne Opus de Planctu Ecclesiæ.* *Apologiam contra Gulielmum OKam.* *Speculum Regum.* *In libros Magistri sententiarum.*

Aluarus acerrimus defēsor Summi Pontificis.

44 Qualem verò se præbuerit Antistitem Aluarus, omnes æqui & candidi Scriptores obseruarunt, dum eum sanctè Episcopalia munia exercentem prædicant; adeò vt Venerabilis seruus Dei Franciscus Gonzaga vocet Aluarum Sanctissimum Præsulem in Historia Seraphicæ Religionis *par. 3. in Prouincia Bætica*, agens de primo Monasterio Monialium Sanctę Claræ Vrbis Hispalensis. Postquam enim descripserat Mausoleum in Choro Monialium erectum Venerabili Virgini Leonoræ Gusmaniæ, quæ ex clarissimo Ducum Methynæ Sidoniç sanguine orta, eximia morum innocentia, & sanctitate colluxit per viginti & octo annos subdita, & per quadraginta & vnum illius Monasterij Abbatissa; subdit Gonzaga loquens de Aluaro Pelagio. *Cui etiam à regione adstat corpus Reuerendissimi Sanctissimique Patris Aluari Minoritæ, atque Siluensis Episcopi, alio sepulchro re-*

Aluarus sanctitate floret in Episcopatu

Aluarus sanctissimus apud Gonzagam.

recondítum. Is Reuerendiſſ. Epiſcopus mortem ſanctè obijt Anno Domini 1335. hoc que Monaſterium pluribus redditibus ditauit.

Quo anno obierit Aluarus & correctio Gonzagæ

Vbi notandum occurrit ex obſeruatione Vuadingi tom. 3. Annalium ad annum 1340. ſub num. mar. 11. quòd incuria Typographi inuerſæ ſunt notæ numerorum, itaut pro 1351. apposuerit 1335. Siquidem ex eiuſdem Aluari atteſtatione iam citata, quæ legitur ad calcem operis de Planctu Eccleſiæ, apparet Aluarum Pelagium nõ obijſſe anno 1335. ſiquidem aſſeuerat, ſe illud opus denuo caſtigaſſe anno 1340.

Aſſerunt Cardinalatus Aluari Pelagij.

45 Reſtat modo, quòd Aluaro Pelagio Cardinalitiam dignitatẽ aſſeramus, & vindicemus; & prẽter authoritatem Rodulphij, & Gonzagæ eam communit Marianus Florentinus citatus ab Andrea Victorello in additionibus ad Alfonſium Ciaconium, in Ioanne XXII. 5. *Aluarus Hiſpanus* vbi ita habet. *Aluarus Pelagius ſcriptor voluminis de Planctu Eccleſiæ, quem fuiſſe Cardinalem opinatus eſt Marianus Florentinus lib. 4. ca. 5. & 9. Faſciculi manuſcripti chronicorum ordinis Seraphici.*

Marianus. Victorellus

Quę fides hiſtorię Mariani Florentini?

At verò Mariani Florentini Hiſtoria licet typis mandata non ſit, eam fidem nacta eſt vt ſæpe ab eodem Victorello, & ab Abbate Vghello citetur in additionibus ad Ciaconium; inſuper & Reuerendiſsimi Coccinus, Pirottanus, & Merlinus Rotæ auditores ea hiſtoria vtuntur in relatione de ſanctitate, & miraculis B. Petri Regalati Minoritæ ad Sanctiſsim. Domin. Vrbanum Octauum edita Romæ Anno 1630. Typis Ludouici Grignani. pagin. 29. vbi pro viro Dei in Sanctorum Catalogo adſcribendo aduocant teſtimonium Mariani Florentini ex Chronicis manuſcriptis penes Bibliothecam Fratrum Minorum ſtrictioris obſeruantię ad S. Iſidorum in Vrbe.

Auditores Rotæ, pro canonizatione B. Petri Regalati

Fauet purpuræ Aluari Ciaconius

46 Fauet etiam purpuræ Aluari Alfonſus Ciaconius in Ioanne XXII. vbi recenſens viros illuſtres ſub eodem Pontifice, ita ſcribit.

Ex ordine Minorum, Odericus vir ſanctus; Franciſcus Maironis, Ioannes Canonicus, & Aluarus Hiſpanus, qui librum edidit (pro Ioanne XXII. à quo valde dilectus eſt) de Planctu Eccleſiæ. OKam ſcripſit contra Ioannem XXII. & tutatus eſt Antipapam, Scoti Magni ſui acerrimus oppugnator; *obijt in Baioaria pœnitens, anathemate ſolutus. Item Aſteſanus Aſtenſis, &c.*

Corollaria ex hiſtoria Ciaconij pro Aluaro Scoto, & OKamo.

Quem Authorem ex clariſsima Dominicanorum familia tranſcripſi, tum quia Aluarum à Ioanne XXII. valde dilectum prædicet, de Summoque Eccleſię Præſule optimè meritum; quæ Pontificis gratia accedentibus eximijs tanti viri dotibus aditum apparabat ad ſummos honores, etiam Cardinalitios. Tum vt oſtendam, OKamum non obijſſe anathemate innexum; vt quidam ſubmurmurant. Deinde vt conſtet, quòd OKamus, *Magni Scoti præceptoris ſui acerrimus inſectator*, (vt loquitur Ciaconius,) etiam à Summo Pontifice defecerit, ſchiſmate ſeparatus; vt liqueat, eum inobedientiæ ſpiritum à pijſsimo præceptore Scoto non hauſiſſe.

Aſteſanus Aſtenſis Minorita cõtra ſilentium Bellarmini.

Vltimò, vt appareat, Aſteſanum Aſtenſem ad Franciſcanos attinere; quod à Bellarmino ſuppreſſum eſt, aut prætermiſſum, in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Fuit autem Aſteſanus Aſtenſis, Prouinciæ Ianuenſis alũnus, omni ſcientiarum genere excultiſsimus, author Summę Aſtenſis à ſuo nomine nuncupatæ; quam edidiſſe exhortãte, & deprecãte Ioanne Cãetano Vrſino, Diacono Cardinale S. Theodori, refert Vuadingus ad Annum 1316. n. marg. 7.

Amplior vindicatio Cardinalatus Aluari

47 Sed vt ad ſcopum regrediar; nec Cardinalatui Aluari Pelagij contradicit ſilentium Bartholomæi Piſani ferè coæui ſcriptoris, quia eam ad Cardinalatum euectionem eclare potuit obitus Aluari ad Cardinalatum aſſumpti, & defuncti ante acceptum pileum. Sicut Piſano, & cæteris alijs Scriptoribus non innotuit (ob mortem ingruentem in eodem die aſſumptionis ſuæ ad Papatum) electio Vicedomini de Vicedominis Frãciſcani, nepotis ex ſorore ſanctiſsimi Pontificis Gregorij X. de cuius canoni

zatione modo agitur Romæ.

Vindicatio Papatus Vicedomini Minoritę

43 Quod autem Frat. Vicedominus electus ſit Summus Pontifex in Interpōtificio, quod inſuit inter Adrianum Quintum, & Ioannem XXI. oſtendit Vuadingus tom. 2. Annalium, ad Annum 1276. ſub nume. margin. 2. & Andreas Victorellus in Additionibus ad Ciaconium; quem tranſcribo ne domeſticis atteſtationibus hunc Summum Eccleſiæ Præſulem noſtris vendicare appaream, adeò vt quinarium impleat cum Nicolao IV. Alexādro V. Sixto IV. & Sixto V. Frāciſcanis conſodalibus: ita igitur in Stephano II. in illa verba Ciaconij, *Quarta die creationis ſuæ expirabit*: ſcribit Victorellus.

Vuadingus. Victorellus.

Vicedominus Papa v. nius diei.

Alijs quoque breuis vitæ periodus in ſuprema dignitate contigit. Præter Adrianum V. qui paucis diebus Pontifex vixit; vnum memoro, quem Pontificē fuiſſe nunquam audiſti. Narrant manuſcripta Placentinæ ciuitatis monumenta, ex nobili Vicedominorum familia Pontificem Maximum extitiſſe, quem dies vna creauit, & extinxit; vt demirari ſines, ſi in Romanorum Antiſtitum ſerie hunc, paucarum horarum, electum, & non coronatum Pontificem non reperias. Placentinorum monumentorum verba cupis; en recito.

Monumēta Placentina

Sunt & in dicta ciuitate Placentina Vicedomini; quæ eſt magna domus, & nobilis; nam de iſta domo fuit vnus Papa, qui nō ſtetit in Papatu niſi vnū diem: & mortuus eſt frater Minor.

Cōſentit Cāpus Placentinus.

Petrus Maria Campus, Canonicus Placentinus, rerum hiſtoricarum ſtudioſus, diurnum Pontificem Vicedominum fuiſſe, opinatur; nullus enim alius ex ea proſapia Summus Pontifex prodijt. Erat is Beati Gregorij X. nepos ex Sorore, Franciſcani Ordinis ſectator, & ab illo purpuram acceperat: obijt Franciſcana amictus tunica, Anno 1276. octauo Idus Septembris, vt colligimus ex ſubiectis priſci Placentinæ Eccleſiæ Kalendarij, vel Diarij verbis.

Cōfirmatio præm. ſorti ex obitu Vicedomini

VIII. Idus Septembris obijt Vicedominus quondam Epiſcopus Prę-neſtinus MCCLXXVI. & reliquit huic Eccleſiæ Anniuerſarium in die obitus ſui, qui fuit 6. Septembris, vt in Archiuio.

Tunc vacabat Sedes; Adrianus enim V. vita hac exceſſerat 12. Kalend. Septēbris, Ioannes XX. (appellatus XXI.) ad Summi Sacerdotij faſtigium Idibus Septembris anno 1276. fuit elatus; quod, quæ dixi ſuperiùs; nō infirmæ probabilitatis robore ſuffulcit.

Vicedominus numerādus inter sūmos Pontifices. Ciaconius

Prædita etiam communit idem Victorellus in Gregorio Decimo, ſub §. *Vicedominus*; vbi inquit. *Alibi ex Chronico manuſcripto Placentino hunc vnius diei Pontificem fuiſſe, dictū eſt.* Cæterùm quamuis vnius horæ tantùm Pontifex extitiſſet Vicedominus, inter veros Chriſti Vicarios recenſendus eſſet; quia vt rectè Alfonſus Ciaconius loquens de Stephano Secundo: *A Pontificum numero non eſt ſubtrahendus, etiamſi horam vnam vixiſſet.*

Aſſertio Cardinalatus Alberti Gōzagę Minoritæ

49 Similem etiam ſuppreſsionis, & ſilentij iniuriam paſſus eſt Cardinalatus Frat. Alberti Gonzagæ, Minoritæ, Epiſcopi Eporediæ apud Gallos Ciſalpinos; de quo Lucas Vuadingus tom. 2. Annalium, ad Annum 1274. ſub numer. margina. 24. Quem Albertum à B. Gregorio Decimo purpura donatum ſcribunt Antonius Poſſeuinus, Iunior, in hiſtoria clariſſimæ familiæ Gonzagæ, lib. 1. & Hippolytus Doneſmundus, in hiſtoria Mātuana, lib. 4. & in vita venerabilis ſerui Dei F. Franciſci Gonzagæ Epiſcopi Mantuani, lib. 1. cap. 1. quibus etiam accedit Victorellus, in Gregorio X. §. *Panuinus opinatus eſt*: vbi ita ſcribit. *Antonius Poſſeuinus Iunior, lib. 1. hiſtoriæ Gonzagæ, Albertum quoq; Gonzagam Epiſcopum, in Cardinalium Senatum à Gregorio X. relatum, dixit.*

Poſſeu. Iun. Doneſmun. Victorellus

Replica Vuadingi.

Nec obſtat exceptio & replica Vuadingi *loco citato* ex Epitaphio ſepulchri Alberti Gonzagæ; quod hiſce duobus carminibus Leoninis conſtat.

Epitaphium

Hic iacet Albertus Gonzaga; decuſque virorum.
Antiſtes Eporediæ, ordinis atque Minorum.

Vbi

Albertus Gonzaga Legatus Gregorij X. ad Palæologum Imperatorem.

Vbi nulla fit mentio Cardinalatus. Quia neque etiam ibi fit mentio honorificentiſsimæ Legationis ad Palæologum Imperatorem Græcorũ, quam iuſſu B. Gregorij X. obiuit idem Albertus Gonzaga, vt narrant citati authores, vt Græcos ad Eccleſiæ obedientiam reduceret, quod feliciter obtinuit; quia Imperator Græcus nouerat Albertum Gonzagam Longobardæ Regiæque familiæ virum, eoque genere nobilitatus Albertus Palæologo acceptior fuit, vt Imperatorem in Gregorij X. traxerit ſententiam, vt narrat Vvadingus ex Poſſeuino loco citato. Vbi etiam ſubiungit Vvadingus; quòd Albertus poſt rectam Sanctiſsimè Eccleſiam Eporedienſem per multos annos, & poſt prædictam ſui tranſitus horam; obijerit anno 1220.

Alia ad veritatem firmandam.

Omiſsionem ergo tantæ Legationis, & Cardinalitiæ dignitatis excuſare potuit epitaphij breuitas, & harmonia, ceu numerus Leonini Carminis; pro quo vide Andream Victorellum in Bonifacio VIII. vbi agens de Cardinalatu Ægidij Romani, quem grauibus atteſtationibus ſuffulcit; trãſcribit epitaphium Ægidij longius, nec metis carminum aſtrictum, in quo Ægidius non nominatur Cardinalis.

Ægidius Romanus Cardinalis.

50 Facilè enim obtunditur Vvadingi oppoſitio ex leui coniectura: cùm ſepulchrum, & epitaphium apparari potuerint ante obitum, & ante dignitatem adeptam. Vnde cùm inconcuſſa perſtent cætera probatorũ authorum monumenta, non eſt cur id honoris clariſsimis viris quaſi inuideamus, dum fidei hiſtoricæ rigidi ſectatores haberi volumus. Cur autem à Piſano viro ſancto, hæc & alia omittantur; in cauſa eſſe potuit (vt obſeruaui agens de Aureolo) ferè incredibilis noſtratum eo æuo per vniuerſi orbis climata extenſio, & mirabilis propagatio, quæ primariorum etiam virorum quaſi ſuffocabat honores.

Enervatur replica Vvadingi cõtra Cardinalatum Alberti Gõzagæ

B. Cõradus Aſculanus Cardinalis.

51 Quod vel ipſe Vvadingus expertus eſt in B. Conrado Aſculano, cuius ad Cardinalitiam dignitatem deſtinatio omnino effugerat accuratam Vvadingi veſtigationem, donec incidit in proceſſum compactũ pro Canonizatione B. Conradi; quem tãdem defectum ſuppleuit in Auctario ad tom. 2. ad annum 1289. à num. marg. 32. vſque ad 35. Vbi dum ſanctiſſimi viri Conradi percelebrat facinora verè Apoſtolica, & quæ primariorum Minoritarum iam canonizatorum laudes exæquant, vt legẽti ſatis ſuperque eſit exploratum; etiam natrat, Conradum à Nicolao IV. Summo Pontifice ad pileum Cardinalitium deſtinatum: verba Vvadingi accipe ex proceſſu pro canonizatione Conradi.

Vvadingus

Hiſtoria ex proceſſu pro Canonizatione B. Conradi.

52 *Aſſumpto demum Cardinale Hieronymo ad Summum Pontificatũ; vocatus eſt Romam Conradus accepturus ex manu tanti amici Cardinalatus inſignia. Hoc vbi præſenſerunt Pariſienſes, nullum non exhibebant honorem, & obſequium; at ille gentem omnem in publico foro, ad virtutes ſectandas, egregio hortatus ſermone, diſceſsit ſolus, ſolemnem, qui parabatur, reſpuens comitatum.*

Publicatur purpura B. Conradi à Nicolao IV

53 Dein, quòd hæc B. Conradi ad Cardinalatum aſſumptio, non in ſolo Pontificis pectore latuerit, ſed etiam publicata fuerit ab eodem Nicolao Quarto antea Hieronymo Aſculano, Miniſtro Generali Ordinis Franciſcani; liquet ex ſequentibus pronuntiatis ab Vvadingo loco citato ſub num. marg. 35. tranſcriptis.

Moritur B. Conradus antequàm deferretur pileum Cardinalitium

Nicolaus Pontifex audita eius morte, valde contriſtatus dixit palàm Cardinalibus; mox futurum collegam perdidiſſe, idque non mediocri Eccleſiæ iactura. Scripſit vt honorifico cõderetur tumulo: factumque eſt, vt arca lignea alteri marmoreæ, ferreis laminis obſeratæ, incluſa reponeretur, appenſa ſuperiùs eius effigie, &c.

Vigetur firmitas Cardinalatus Aluari Pelagij.

Quis autem hæc animo verſans, & antiquorum noſtri Ordinis Chronologorum perlibrans de tanto viro ſilentium, qui vel leuiter B. Conradi meminerint, non credat Mariano Florentino, probato, & antiquo hiſtorico, & Franciſco Gonzagę, Cardinalatus Aluari Pelagij aſſertoribus? eſto quod alij ſcriptores ex noſtratibus purpurã Aluari non expreſſerint? præci-

Puè accedente Trithemij, Bellarmini, Ciaconij, & Rodulphij iudicio de eximio Aluari merito in Pontificem,& dilectione,qua Ioannes XXII. afficiebatur erga Aluarum Pelagium, quæ illi Cardinalatũ maturabat. Deinde,quòd ſicut Vvadingus non inuenit Bullam Epiſcopatus Siluenſis Aluari Pelagij, ita & illum aſſumptio Aluari ad Cardinalatum prætcrire potuit.

Tintus pro Cardinalatu Pelagij

Fauet tandem Cardinalatui Aluari Pelagij Nicolaus Tintus in editione Veneta libri Aluari de Planctu Eccleſiæ; quod opus caſtigauit & nouo prælo commiſit excitante & iubente Zacharia Dolfino Liſſæ Epiſcopo,& Summi Pontificis Nuntio ad Ferdinandum Primum Imperatorem, anno 1560. ex officina Franciſci Sanſouini; vbi Nicolaus Tintus ita præfatur lectorem. *Fuit Aluarus Pelagius natione Hiſpanus, Minoritanæ familiæ, Ioannis Scoti auditor, qui ſumma vitæ integritate, & ſingulari quadam eruditione maximè inſignis,&c.* Et poſt pauca. *Fuit autem huiuſce voluminis de Planctu Eccleſiæ author, Siluenſium Epiſcopus, ac Ioannis XXII. Pœnitentiarius; cui ſi longior vita contigiſſet, nemini profectò dubium eſt, quin ille in Cardinalium Collegium eſſet cooptandus.*

Trithemij iudicium de Aluaro Pelagio.

Accipe præterea ex Trithemio de Scriptoribus Eccleſiaſticis, quòd Aluarus Scoti auditor fuerit; & apud Ioannem XXII. in pretio habitus: & Scriptorum Aluari catalogum.

*Aluarus Ordinis Fratrum Minorum, natione Hiſpanus, Ioannis Scoti auditor, vir in diuinis Scripturis eruditiſsimus, apud Ioannem XXII. in pretio habitus, contra Guilielmum Okam Anglicum ſcripta egit, & verbis. Edidit ingenij ſui quædam præclara volumina, quibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis tranſmiſit; è quibus extat opus magnum & inſigne de Planctu Eccleſiæ, librum vnum. * Speculũ Regum, librum vnum, qui incipit.* In nomine Domini noſtri Ieſu. ** Super ſententias, libros quatuor. * Apologiam, librum vnum.*

Chronologia vitæ Aluari Pelagij.

Vltimò pro chronologia vitæ & geſtorum Aluari ſubijcio ſubſcriptionem Aluari, quæ habetur ad calcem libri de Planctu Eccleſiæ, vbi ipſemet author reuincit aliquorum Scriptorum deceptionem. *Manu propria* (inquit) *vna vice correxi, & poſtillaui anno Domini 1335. in Algarbia Portugalliæ, vbi ſum Præſul in villa Ramra. Secũdo correxi, & poſtillaui in S. Iacobo de Compoſtella, anno Domini 1340.*

Arturus Monaſteriẽſis de pietate Aluari.

54 Hæc pro Aluaro auditore Scoti, de quo etiam agit Atturus Monaſterienſis, Aluari ſanctitatem commendans,& cum Scoti auditorem aſſerens, in ſuo Martyrologio Franciſcano ad diem 5. Iulij; vbi dum Beatum vocat Aluarum Pelagium, ſicut & alibi Beatitatis titulo indigitat Pelbartum Temeſuarium, Franciſcum Maironium, & Aureolum, non vult, quòd eos radijs aut ſplendoribus in ſignum beatitudinis depingere liceat, vel cultu publico coli, qui ſolis his decretus eſt, qui honorem beatificationis à Sede Apoſtolica obtinuerũt; ſed quòd inſigni morum ſanctimonia claruerint, & quod eos piè credamus in cœlo beari; de quibus nos monuit idem Arturus in prologo ad lectorem. Qua etiam ratione Philippus Ferratius, Ordinis Seruitarum B. Mariæ Virginis, edidit catalogum generalem Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non ſunt, Vrbano VIII. dicatum; vbi quam plurimos ex Franciſcanis, & aliorum Ordinum viris, vocat Beatos, qui nondum à Sede Apoſtolica inter Beatos adnumerati ſunt; quod etiam habet de multis pijs fœminis, quas etiam Beatitatis titulo condecorat.

Philippus Ferratius Seruita, eius Martyrologij.

De zelo fidei Aluari contra hæreticos.

Tandem pro puritate,& zelo fidei in Aluaro,& quali conamine hæreticos expiſcabitur,& impeteret, adhuc in minoribus agens, dum eſſet Cõfeſſarius inſignis Monaſterij S. Laurentij in Pane Pernæ Ordinis S. Claræ de Vrbe, vbi S. Birgitta hoſpes aliquando degens, ſanctam efflauit animã, & ſepultum eſt ſacrum corpus antequam transferretur in patrium ſolum, hæc pendc ex Aluaro de Planctu Eccleſiæ lib. 2. c. 52.

Aluar. lib. 2. c. 52.

In Vrbe in quodã Monaſterio Sanctimonialiũ S. Laurentij Paniſpernæ, in quo

illo

illo tempore manebam, erat quidam Theutonius, qui multum ſpiritualis videbatur. Mihi fuit accuſatus de iſto errore, quòd corpus Chriſti non adorabat, quando elenabatur. Et in prædicatione tetigi iſtum errorem contra Begardos, de quorum numero ipſe erat, & tunc aderat; quem correxi ad partem de illo errore; qui nullam pacem habebat, quando tãgebam in meis prædicationibus illos Begardos, quia lupus erat in fabula, nec me libenter videbat. vili habitu ſe tegebat, & lachrymas habebat, ſapè enim diabolus apparentes lachrymas adminiſtrat, & raptus. Vbi pondera hæreticorum aſtus; & candorem fidei, & pietatis Aluari.

Eius congreſsio cũ hæretico Begardo.

De Antonio Andrea, & Guilielmo de Rubione Hiſpanis ex Prouincia Aragoniæ, auditoribus Scoti.

Antonius Andreas auditor Scoti.

55 DE duobus his nominatiſsimis Theologis pauca ſcripſerunt noſtri chronologi, vltramontanis enim & Italis ſcriptoribus de Hiſpanis elucidandis ea auiditas, aut cura non fuit, fortè quia ob locorum diſtantiam res geſtas illorum apprimè non calluerint; quare quæ ſummatim attigere, colligam, ne dũ primarios Scoti diſcipulos narro, hos magni iudicij, & acuminis Theologos ſuppreſsiſſe, aut prætcriſſe videar.

Eius pietas in Scotum Præceptorem.

Antonij Andreæ plenior eſt recordatio, nec enim eam hiſtoriam appellauerim, quæ vitæ progreſsus, nec ſepulturæ locum indicat; quem Scoti alumnum celebriorem reddidit, præter vegetam aciem ad Metaphyſicas, & Theologicas diſciplinas, ardens ea erga Scotum Præceptorem vel gratitudo, vel pietas, quæ in Guilielmi Rubioni ſcriptis nõ ita eminet, vnde à plurib⁹ nec inter Scoti diſcipulos recẽſetur, quòd immeritò factũ opinor, vt ſtatim aperiã: primùm igitur Antoniũ Andreã ediſſerã, deinde Rubionũ.

Card. Bellarminus de Antonio Andrea.

56 De Antonio Andrea hæc habet Bellarminus, de Scriptoribus Eccleſiaſticis. *Antonius Andreæ, natione Aragonius, Ordinis S. Franciſci, Scoti diſcipulus, ſcripſit in quatuor libros ſententiarum, quod ſcriptum editum eſt Venetijs anno* 1578. claruit autem prædictus auctor apud Bellarminum, anno 1317.

Petrus Rodulphius de eodem.

Ita etiam Rodulphius lib. 3. Hiſtoriæ Seraphicæ. *Antonius Andreæ, Aragonius, edidit in Logicam.* * *In Metaphyſicã Ariſtotelis.* * *Et in Quatuor libros ſententiarum. Floruit anno* 1320.

Item & Gõzaga.

Accipe etiam ex Gonzaga, in hiſtoria Seraphicæ Religionis, in catalogo celebrium ſcriptorum Ordinis *F. Antonius Andreæ, Aragonius edidit ſuper Quatuor libros Sententiarum.* * *In Logicalia, & Metaphyſicalia Ariſtotelis.* * *Et alia laude digna. Claruit anno* 1320.

Ant. Andreas d-fensor eximius Scoti.

Eundem Antonium Andream, auditorem Scoti, & eximium doctrinæ ſui Præceptoris defenſorem æſtimauit Gonzaga, *parte* 1. *agens de Conuentu Pariſienſi*, cuius verba tranſcripſimus in hoc §. ſub num. marg. 40. Præterea, in ſerie auditorum Scoti nominat Antonium Andream Ferchius, in vita Scoti, cap. 12. num marg. 42. inquiens, primo iam recenſito Maironio. *Secundus Antonius Andreas, Aragonius, præclaro titulo Scoti fidelis diſcipulus dictus; & merito ſi calcem libri eius de Tribus principijs, & 12. Metaphyſicæ conſideres.* Vnde etiam conſtat, quòd vltra catalogum Commentariorum Antonij Andreæ à Rodulphio, & Gonzaga compactum, etiam ſcripſerit Antonius Andreas librum *de Tribus principijs.*

Vvadingus.

57 Secundum etiam locum Antonio Andreæ inter Scoti auditores aſsignat Vvadingus; (qui primum cenſet Baſſolium) ad annum 1308. ſub num. marg. 61. ſubdens. *Secundus, Antonius Andreas ex prouincia Aragoniæ fideliſsimus per omnia ſui Magiſtri ſectator*, Doctor Dulciſluus, *nuncupatus.* Vbi ſpeciali celebritatis nota, & ſingulari nitet ſchemate, de more illius æui, quo nominatiores Magiſtri propriis ſymbolis indigitabantur. Antonius ergo Andreas in Methaphyſicis, & Theologicis limpidè fluit, & dulciter, præſertim dũ Scoti Præceptoris ſe gratum ſectato-

Ant. Andreas appellatus Doctor Dulciſluus.

rem exhibet; semper enim audit inligniter, & decurrit suauiter grati animi pietas. Hæc de Antonio Andrea indubitato auditore Scoti.

Rubionus auditor Scoti.

58 Cæterùm de Guilielmo Rubiono lis esse potest, an ad Scoti auditores attineat? quia nec Rodulphius, nec Gonzaga, item nec Ferchius, nec Vvadingus eum recensent inter Scoti alumnos, licet eum non expungant; imò Vvadingus in tertio, & quarto tomo Annalium nec modicam celebris Doctoris Guilielmi mentionem facit, cum tamen ad illa tempora spectare posset vel scribens, vel dum vita defungitur.

Silentium Vvadingi de Rubiono.

Vnde & conijcere valebit Vvadingus quantùm præponderet silentium Pisani de Cardinalatu Aureoli; siquidem & ipse Vvadingus (aliàs solertissimus nostrarum antiquitatum vindex) omnino silet in Rubiono; ita vt ex ipsius silentio quis pertentare posset, Rubionum ex Franciscanorum cœtu abolere & dispungere; si valida esset coniectura Vvadingi petita ex silentio huius, aut alterius quamuis accurati scriptoris.

Replica pro Cardinalatu Aureoli contra Vvadingum.

Rubionus auditor Scoti apud Authorem Nitelæ.

59 Sed Rubionum Scoti alumnum prædicat Author Nitelæ Franciscanæ, fol. 27. editionis Lugdunensis, vbi dum Scotum vindicat à tenebrositatis nota, quam ex voce *Scotinos*, ceu ex græcis fontibus hausta m Doctori subtili inurere molitus est Sixtus Senensis, subdit Author Nitelæ. *Guilielmus à Rubione Scoti discipulus in 1. dist. 2. quæstio. 5. concluſ. 4. inquit: Hoc modo intendit Doctor Subtilis ponere, Diuinam essentiam esse non eamdem formaliter cum relationibus originis.* Vbi habemus Rubionum Scoti discipulum, & sui Præceptoris memorem, quem à subtilitatis nomẽclatura commendatum voluit.

Scotus laudatus à Rubiono.

Matthæus de Sosa adstruens Rubionum esse auditorẽ Scoti.

60 Eundem Rubionum vetustissimum Scoti discipulum, vel quòd eòdem redit, Scoti auditorem, (quod consequenter dicendum est obseruata legitima annorum supputatione, vt infra aperietur) æstimat Matthæus de Sosa, *in 1. sent. distinct. 1. quæst. 2. art. 5. difficultate 25. §. 2 sub num. marg. 6.* vbi disquirens, an si Deus imprimeret speciem expressam repræsentatiuam Deitatis, eamque immitteret intellectui merè passiuè se gerenti, talis species censenda esset verbum mentis beatæ? ita habet author citatus.

Sosa expendens, an Visio beatifica sit propriè verbum?

Maximè circa huius resolutionem diuisi sunt Scotistæ; nam Gulielmus de Rubione, vetustissimus Scoti discipulus, *in 1. distinction. 27. quæstion. 2. §. ex dictis apparet, sub concluſ. 3. asserit; visionem illam dicendam esse verbum, etsi à Deo immediatè & adæquatè sine intellectu creato producatur.*

Dissidium Scotistarũ de Specie expressa Deitatis, an sit verbum in beato, potiùs est de nomine quã de re.

Bargius autem ibidem per oppositum sentit, quòd etsi ab intellectu actiuè concurrente sit, non propterea erit verbum; quia habet se intellectus ibi minus principaliter, & ideo à diuina voluntate magis principaliter concurrente sit liberè, propterea que verbum non est. Bassolis tamen eadem distinctione, quæst. 2. art. 2. medius est inter eos: inquit enim quòd si à Deo, & ab intellectu actiuè simul producatur, est verè verbum; etiam Antonius Andreas in eadem distinct. quæst. vnic. Sed id dissidij inaniter exagitare Matthæi Sosæ, & aliorum cerebrum (dato quòd admittatur species expressa creata, & imago formalis diuinæ essentiæ in beatis) ostendimus in Controu. 9. de Visione Dei, dist. 2. art. 4. à num. marg. 29. vsque ad 32. eò quod magis ad quid vocis quàm rei spectet ea Scotistarum discrepantia.

Nota incidens circa placitum Bargij.

Vbi incidenter in pronuntiatum Bargij autumantis, intellectum minus principaliter se gerere respectu visionis beatificę eliciẽdę, adnotare liceat; quòd agens minus principale, & ministeriale, vel instrumentale, in idem recidant, si instrumentum non indicet illud agens, quod exigat impulsum intrinsecum causæ principalis anteuenientem ipsius minus principalis aut instrumentarij comprincipij cooperationem: quamobrem intellectum minus principalem seu instrumentalem causam visionis beatificæ alleuerauimus, in Controu. 9. de Visione Dei, dist. 1. subdist. 1. art. 3. &

in

in Controuerſ. 12. de Ideis, in Appendice de poſsibilitate entis art. 4. an potentia naturalis connectatur cum poſsibilitate actus ſupernaturalis? præcipuè à num. marg. 37. vſque ad 43.

Aliud Matthæi Soſæ aſſertum pro Rubiono auditore Scoti.

61 Præterea, indubitatum Scoti auditorem prædicat Rubionum idem Soſa *in 1. ſentent. diſtinct. 8. quæſtio. 4. art. 4. difficultate 67. §. 2. ſub nu. marg. 16.* recenſens Scotiſtas adhærētes Scoto circa diſtinctionem formalem attributorum & relationum ab eſſentia; vbi taxat Rubionum in hac re ab Scoto deficientem, inquiens. *Atque omnes Scotiſtæ vno dempto Gulielmo Rubiono, qui in 1. diſtinct. 8. quæſt. 4. immerito ab Scoto diſcedit.* Sed id non eneruat Rubioni ſub Scoto Præceptore tyrocinium; quia Aluarus Pelagius etiam aliquando Scotum deſerit, vt oſtendimus ſub num. margin. 35. imò & Scoti primarium aſſertum de Immaculato conceptu Virginis poſthaber, vt conſtabit ex infra dicendis, & tamen à cunctis hiſtoricis aſſeritur Scoti auditor: alij præterea Scoti auditores & alumni aliquando ab eius doctrina deficiunt, ſicut & non pauci ex grauioribus & antiquioribus Thomiſtis à receptis S. Thomæ placitis diſcedunt.

Confirmatur ex Placitis Scoti, quæ tutatur Rubionus.

62 Qui autem perlegerit plures, quas noſtris commentarijs inteximus, pronuntiatorum Rubioni particulas, facilè deprehendet Rubionum apertum Scoti ſectatorem, & alumnum, ſpecialia dogmata Scholæ Scoti acumine acri elucidantem, & communientem. Quod præcipuè oſtendimus in Controuerſ. 11. de Scientia Dei, diſtinct. 2. de ſcientia contingentium abſolutorum, articul. 6. de medio obiectiuo, ſeu ex parte obiecti, ſcientiæ Dei reſpectu actuum præiorum, præſertim à numer. marg. 49. vſque ad 54. vbi eruditè explanat, qualiter quælibet cauſa creata, etiam libera, ſit à ſe indeterminata ad tale indiuiduum actionis præ alio, & quòd contrahatur à prima cauſa ad omnem operationem, etiam circa ſubſtratum peccati. Item quòd indiuiduum ab vna cauſa productum potuerit ab alia produci; & quòd inſit naturæ poteſtas ad corrupti indiuidui generationem, ſi à prima cauſa contraheretur iterum ad eiuſdem indiuidui effectionem, cæteris aliis coeuntibus, quæ pertinent ad identitatem intrinſecæ conſtitutionis eiuſdem indiuidui. Sed de his lege ea, quæ expendimus in Controu. 11. de Scientia Dei, diſt. 2. articul. 5. in Digreſsione, à quonam principio contrahatur voluntas ad talē indiuiduum actionis? per totam digreſsionem, & ſpecialiter ſub num. marg. 72.

Item ſpecialiùs ex aſſertione Conceptionis immaculatæ.

63 Verùm luculentiùs ſe Scoti alumnum explicat Rubionus vindicans innoxium Mariæ conceptum à communi lapſu in 3. Sent. diſtinct. 3. quæſt. 1. §. *quarta concluſio eſt*, vbi ait. *Conſtat quòd Eccleſia nunquam determinauit contrarium, imò videtur huic parti fauere, & ad eam inclinari, cùm ſuſtineat diem conceptionis Virginis ſolemnizari; quod non videtur faciendum, nec per conſequens ab Eccleſia ſuſtinendum, ſi Virginem fuiſſe conceptam in originali eſſet totaliter certum.*

Alia Rubioni pronuntiata pro Immaculato cōceptu Virginis.

Et infrà in concluſione 6. *Si Beata Virgo fuit ſine originali concepta, nobiliori modo fuit redempta, & perfectiorem in ipſa habuit effectum Filij eius paſſionis, adhuc pro tunc præuiſæ, meritum, quàm ſi fuit in originali concepta.* Quid (rogo) de immunitate Mariæ ex ſenſu Eccleſiæ docuiſſet Rubionus ſcribens anno 1333. viginti quatuor, aut viginti quinque annis elapſis ab obitu Scoti, ſi ſæculum Sixti Quarti attigiſſet, & Eccleſiam feſtum vniuerſale de Mariæ conceptu celebrantem ſpectaſſet?

Taxatur Aluarus Pelagius diſcedens ab Scoto in Sententia Immaculatæ conceptionis.

64 Ex Rubioni aſſertis refutātur, quæ nec fideliter admentem Scoti circa immunitatem Virginei conceptus aſſeuerauit alius Rubioni condiſcipulus, & Scoti auditori Aluarus Pelagius, lib. 2. de Planctu Eccleſiæ, c. 52. ſubdens. *Si enim Virgo in peccato originali (quod cōtrahitur in animæ infuſione) non fuiſſet concepta; Sanctificatio neceſſaria nō fuiſſet, ſicut nec in Chriſto. Et ideo Romana Eccleſia feſtū conceptionis nō agit; & ſi tolerat quòd alicubi fiat, maximè in Anglia, non tamen approbat, quia quod permittitur non approbatur.*

Aluarus facit conceptionem Virginis in statu præteriti.

Hæc Aluarus contra innoxium Mariæ conceptum in illo sui æui statu, antequam vniuersali festo à Romana Ecclesia coleretur Virginis immunitas; quæ Aluari assertio, licet pugnet pro statu solemnitatis præsentis, Aluarum tamen Scholæ Scoti tunc refragantem patefacit, dum Scoti æuo gloriosa concertatio adita est pro assertione Mariani candoris. Quare, si non obstante hac Aluari contradictione, adhuc asseritur Scoti auditor Aluarus, quando vel eo titulo illum è Schola Scoti deturbat Ferchius; quidni ergo Scoti auditor prædicetur Rubionus, eodem tempore cum Aluaro scribens, & Scoto Conceptionis vindici subscribens?

Rodulphius & Gonzaga quid de Rubione scripserint?

65 Vltimò tandem de Rubiono hæc pauca accipe ex Rodulphio, & Gonzaga; ita igitur habet Rodulphius, lib. 3. Historiæ Seraphicæ. *F. Guilelmus Rubion, ex Villa Franca, Aragonensis; scripsit super Quatuor Sententiarum libros: claruit anno 1333.* Sic etiam Gonzaga, in Historia Seraphica, in catalogo illustriũ Scriptorum Ordinis. *F. Guilelmus Rubiõ, Cathalonius; scripsit super Quatuor libros Sententiarum; claruit anno 1333.*

Fuit Prouincialis prouinciæ Aragoniæ.

Quod autem sub Gerardo Odone, Ministro Generali Ordinis, & anno 1333. prædictus Gulielmus de Rubione, Franciscanæ Prouinciæ, quæ Aragoniæ appellatur, Minister Prouincialis extiterit, scripsimus in controu. 11. de Scientia Dei, dist. 2. art. 6. sub num. marg. 49.

De Landulpho Archiepiscopo Amalphitano, Ioanne Canonico, Gerardo Odone, Ministro Generali Ordinis, Francisco de Marchia, Hugone de Castronouo, auditoribus Scoti.

Lãdulphus Neapolitanus auditor Scoti, ex Ferchio, & Vvadingo.

66 LAndulphum Neapolitanum inter Scoti auditores numerat Ferchius in vita Scoti, cap. 12. num. marg. 42. & Vvadingus tom. 3. Annalium, ad annum 1308. sub num. marg. 61. recensens Scoti auditores; vbi Landulpho inter celebres Scoti alumnos octauum locum assignãs, ita habet. *Octauus; Lãdulphus Caracciolus, Neapolitanus, vir doctissimus, sanguinis claritate, dignitate Archiepiscopali, & præclaris functionibus, sub Regibus Parthenopeis, seu Neapolitanis notissimus; eius commentaria in Euangelia habẽtur manuscripta in sacro Cõuentu Assisiate.*

Merita Landulphi & catalogus scriptorum eius ex Rodulphio.

De Landulpho etiam hæc scribit Rodulphius *in Historia Seraph. lib. 3. F. Landulphus Caracciolus, Neapolitanus, Archiepiscopus Amalphitanus, scripsit super Quatuor libros Sententiarum; cuius initium est: Fũdamentum primum lapidis Saphiri.* * Super quatuor Euangelia. * In Epistolam ad Hebræos. * In Zachariam Prophetam. * Sermones de tempore. Tenuit cathedram Magistralem Parisijs magno omnium applausu, tempore Ioannis XXII. Summi Pontificis.

Rexit Cathedram Parisijs.

Recensio scriptorum Landulphi ex Gõzaga.

Consentit Franciscus Gonzaga, in Historia Seraph. part. 1. *in catalogo illustrium Scriptorum Ordinis.* F. Landulphus Caracciolus, Neapolitanus, Archiepiscopus Amalphitanus, scripsit super Quatuor Sententiarum. * In quatuor Euangelia. * In Epistolam ad Hebræos. * In Zachariam Prophetam. * Sermones de tempore.

Præclara munera Landulphi & euectio ad Episcopatũ, & Archiepiscopatũ.

67 Huius Doctoris virtutum & doctrinæ officia, quibus de re christiana magnopere demerens, præcipuè apud Neapolitanos, & Siculos præfulsit, Academia Parisiensi summo sapientiæ lumine antea illustrata (vt ex Rodulphio ostendimus) describit etiam Vvadingus ad annum 1326. numer. margin. 10. vbi narrat; Landulphum, Magistrum Parisiensem, Scoti discipulum, & Franciscanæ eius prouinciæ, quæ Terræ laboris apud Neapolitanos vocitatur, antea Ministrum Prouincialẽ, atlum

ptum

ptum fuiſſe ad Epiſcopatum Stabienſem à Ioanne XXII. anno 1326. Inde ad annum 1331. ſub num. marg. 6. oſtendit Vvadingus, Landulphum ab eodem Ioanne XXII. ab Eccleſia Stabienſi ad Metropolitanam Amalphitanam euectum; ſubdens, Landulphum magni iudicij & pietatis virum extitiſſe, ob eaſque dotes præclaris muneribus apud Robertum Regẽ Neapolitanum, & ex comiſsione Summi Pontificis perfunctum.

Præconium Landulphi ex functionibus apud Regẽ Neapolitanum.

68 Inprimiſque id ſummæ Landulphi integritatis & pietatis ſpecimen fuit, & eius æſtimationis, quam Robertus Rex de Landulpho adhuc in clauſtris ordinis degente conceperat, quòd eius detulerit, & fiderit rectitudini, vt cunctos ſui Regni officiales, ſiue miniſtros, tum auitos, tum paternos, & ſuos, vel alias quaſcumque perſonas, pecunias, aut quæcunque alia, illicitè, & indebitè occupantes in ſuæ curiæ præiudicium, Regij fiſci damnum, & periculum animarum, ad ſe accedentes audire poſſet ſub quocumque ſigillo confeſsionis, vel ſecreti; & cum talibus conuenire, ſicut melius iudicaret expedire. Socium Landulpho aſsignans F. Ioannem de Regina Ordinis Prædicatorum; & ſubſtitutũ (ſi quãdo abeſſet, vel occupationibus impediretur) F. Ioannem de Vallono ordinis Minorum, Lectorem Salernitanum.

Fit Logotheta & Protonotarius Regni Siciliæ.

Alia etiam honorificentiſsima obiiſſe munia, item & Legationẽ nomine Regio ad Clementem Sextum Auinione cõmorantem pro ſtabilienda Regni Neapolitani tranquillitate, refert optima fide Vvadingus ad annum 1347. ſub num. marg. 8. Vbi etiam ſubiungit, quòd claris Legationibus ſumma pietate & dexteritate à Landulpho peractis, inſtitutus ſit Logotheta, ſeu Protonotarius Regni (quæ dignitas etiam hoc tempore apud Siculos maxima eſt) qui Landulphi Primatus conſtat ex authentico inſtrumento Archiuij Regij; in quo expedito in fauorem Anzolini Spatiani ita terminat Regia Schedula. *Data Neapoli per Venerabilem Patrem F. Landulphum, Sacræ Theologiæ Doctorem, Archiepiſcopum Amalphitanum, Logothetã, & Protonotarium Regni Siciliæ; anno Domini 1349. die 26. Martij, Indictione 2. Regnorum noſtri Regis anno 1. noſtræ verò Reginæ, anno 7.*

Indignitate Archiepiſcopali ſe exhibet ſollicitate cõſpicuum.

69 Cæterum Landulphus in Archiepiſcopatu multis annis ſuperſtes, nomenque & laudem adeptus docti & Sancti Paſtoris, vita defungitur Amalphi; cuius ſanctitas cõmẽdatur in elogio vetuſti Codicis manuſcripti Archiepiſcoporum Amalphitanorum, tranſcripto ab Vvadingo, ad Annũ 1331. n. marg. 6. quod habet ita. *F. Landulphus Caracciolus, nobilis Neapolitanus, Ordinis Minorũ, anno 1331. ad Sedẽ Amalphitanam, & Archiepiſcopus XIX. creatus. Hic omnibus ſcientijs ornatus, ac ſanctitate conſpicuus, & in Sacra Theologia valdè eruditus, multa opera ſacra compoſuit, Chorum ſuæ Eccleſiæ fieri curauit, omnia bona Eccleſiæ pauperibus erogabat, ipſe verò ſemper in neceſsitatibus manebat.* Et poſt pauca. *Obdormiuit in Domino non ſine ſanctitatis opinione; & corpus in marmoreo Sarcophago collocatũ eſt in Sacello SS. Coſmæ, & Damiani.*

Laus Scoti ex Landulpho auditore.

En quantũ Scotus nactus ſit auditorem, & alumnum, qui vel vnus illius ſcholam nobilitare potuiſſet; cuius Sancti Præſulis etiam meminit Arturus Monaſterienſis in ſuo Martyrologio Franciſcano, ad diem primam Martij; vbi Landulphum adſtruit Scoti auditorem.

Auturus in Martyrolog.

Ioãnes Canonicus, auditor Scoti. Eius merita ex Trithemio.

70 Illuſtrẽ aliũ Scoti alumnum indigito Ioannem Canonicum; de quo hæc Trithemius, lib. de Scriptorib. Eccleſiaſticis. *Ioannes Canonicus, Ordinis (vt dicunt) Fratrum Minorum, Ioannis Scoti quondam auditor, atque diſcipul⁹ in Gymnaſio Pariſiorum; vir in diuinis Scripturis eruditus, & in ſæcularibus Philoſophiæ ſubtiliter doctus, Iuris que tã Pontificij, quàm Cæſarei nõ ignarus; fertur quædã præclara compoſuiſſe Opuſcula, quibus ingenium exercitans, nomen ſuum poſteris notificauit. Super Sententias, libros quatuor.* * *Quæſtiones diſputatæ, librum vnum, & quædam alia. Claruit anno Domini 1320.*

Eadẽ ex Rodulphio, & Gonzaga.

De Ioanne Canonico hæc habet Rodulphius in Hiſtoria Seraphic. lib. 3. *F. Ioannes cognomento Canonicus, vel Marbres, Ioannis Scoti auditor, Phi-*

*Ioſophus Theologus, & Iuriſconſultus; ſcripſit in Vniuerſalia pulchras quæſtiones. * Super quatuor Sententiarum. * Commentarios in libros Ariſtotelis, & alia, anno 1320.* Conſentit Gonzaga in Hiſtoria Seraph. part. 1. in catalogo Scriptorum Ordinis, eiſdem omnino verbis.

Firmatur præterea ex Vvadingo.

71 Præterea Ioannem Canonicum Scoti auditorem prædicant Ferchius in vita Scoti, cap. 12. num. marg. 42. & Vvadingus ad annum 1308. ſub num. marg. 61. in recenſu alumnorum Scoti, ita ſcribens: *Quintus Scoti auditor Ioannes Canonicus, alias Marbres; citat ſæpius Scotum, & coætaneos ſuos Franciſcum de Marchia, Petrum Aureolum, Landulphum Neapolitanum, Gerardum de Odonis, Gualterum Burletum.*

An Gerardus Odo, fuerit Scoti auditor?

Quæ collectio Vvadingi, ex Vvillot in Athenis Franciſcanis, ſi legitima ſit, etiam Gerardus de Odonis inter Scoti auditores veniet adnumerandus; ſiquidem & cæteri omnes ibidem nominati & coætanei nullo excepto inter Scoti auditores recenſentur. Quod & confidenter aſſeuerare poſſumus, legitima annorum ſupputatione, & patria eiuſdem Odonis perſpectis; homo enim Gallus, Scoti tempore viuens, & litterarum ſtudiis ſe accingens, non valuit communem Galliarum nō adire, & audire Magiſtrū.

Aſſeritur tyrocinium Gerardi ſub Scoto.

72 Magnum autem virum extitiſſe Gerardum Odonem, quē Scoti auditorem opinamur, & volumus; accipe ex Rodulphio lib. 2. Hiſtoriæ Seraph. §. *de F. Gerardo Odone Generali.*

Frequentia vitæ Gerardi Odonis, Miniſtri Generalis Ordinis Per Rodulphum.

F. Gerardus Odo, Ruthenenſis de Caſtro Rodulphi, Gallus, Doctor apertus, moribus & virtutibus clarus, electus eſt Generalis Lutetiæ Pariſiorum, anno 1329. die decima menſis Iunij, tempore Ioannis XXII. Pontificis Maximi, cui erat domeſticus; rexit autem ſingulari conſilio & prudentia ordinem annos quatuordecim: deinde à Clemente VI. Pontifice Patriarcha Antiochen', & Eccleſiæ Catanēſis in Sicilia perpetuus adminiſtrator creatus eſt, vbi etiam obijt. *Edidit ſuper Quatuor Sententiarum libros inſigne opus; cuius initium eſt.* Vobis, &c. * *Quæſtionum Variarum, librum vnū.* * *In Logicam, librū vnum.* * *In naturalem Philoſophiam; librum vnum.* * *Commentarios in decem libros Ethicorum.* * *Edidit librum de figuris ſuper Biblia.* * *Contexuit etiam officium ſtigmatum B. Franciſci, quod hodie quoque canitur in Eccleſia.* Porrò hic Generalis tranſiens in prouinciam Vngariæ per Boſnam hæreticis ſcatentem, zelo fidei ſuccenſus ad Principem illius prouinciæ acceſsit, & ipſum ad fidem Chriſti Ieſu adduxit; deinde Fratres ex diuerſis partibus deſtinauit ad prædicandum, qui multos ad fidem conuerterunt, & multas Eccleſias erexerunt, & facta eſt ibi Vicaria, quæ dicitur Vicaria Botnæ. Miſit quoque multos Fratres Aquitanos in Prouinciam Armeniæ ad prædicandum Chriſti Euangelium, requirente hoc, & precibus inſtante Zacharia Armenorum Antiſtite, virtutibus & ſanctitate præclaro.

Catalogus Scriptorū Gerardi.

Conuertit ad fidē Principē Boſnæ hæreticum.

Etiam & dat operam cōuerſioni Armenorum.

Gerardus Patriarcha Antiochenus, & Præſul Eccleſiæ Catanēſis apud Siculos.

Ex quibus non contemnenda collectione depromo, quòd Gerardus Miniſter Generalis Ordinis, & poſtea Patriarcha Antiochenus, & Catanenſis Eccleſiæ apud Siculos adminiſtrator perpetuus, alumnus Scoti fuerit; ſiquidem Gerardus euectus ad Generalem Præfecturam Ordinis Minorum anno 1329. (vt tradit Rodulphius, & Vvadingus, tomo 3. Annalium, ad prædictum annum) viginti tantùm annis decurſis ab obitu Scoti, cùm ad id miniſterij aſſumi non debuerit iuuenis, ſed ſaltim quadragenarius, & litteris atque ætate prouectior, conſequens eſt, vt ante vigeſimum vitæ Gerardi annum, & infra, ſub Scoto Pariſijs ſcueriorum diſciplinarum tyrocinium egerit, ſicut & Gulielmus Rubionus eodem tēpore florens, & ſub Gerardo Odone Generali Miniſtro Aragoniorum Minoritarum Prouinciam regens, Scoti auditor extitit.

Chronologica probatio, quòd Gerardus fuerit Scoti auditor.

73 Quia tamen Gerardum Scoti auditorem cenſemus; ſubiungimus ex Vvadingo ad annum 1347. ſub numer. margin. 5. Clementis Sexti Bullam ad Siciliæ Reges, vbi Pontifex Odonis pietatem, & doctrinā cōmē dat, inquiēs. *Cùm venerabilis Frater noſter Gerard' Patriarcha Ant.o-*

Epiſtola Clementis Sexti commendantis Gerardum.

thenus, ad partes Insulæ Siciliæ, pro visitanda Ecclesia Catanensi, deputetur ea sibi authoritate commissa, & quibuslibet aliis pertractandis negotijs, cum gratia nostra benedictionis accedat; nos ipsum, quem distributor gratiarum omnium multis dotauit muneribus, & cæpisti virtutibus insignisti, ac dictam Ecclesiam Catanensem, ipsiusque bona, iura, & negotia Nobilitati vestræ sinceris affectibus commendamus. Et quia de ipsius Patriarchæ fidelitate ac probitate plena confidimus, quadam super tractatis nuper cum Ambassiatoribus vestris, ad nos, & Apostolicam sedem destinatis, pro parte nostra vobis referenda, sibi duximus imponenda, eui velitis (quæsumus) fidem super illis credulam adhibere &c.

Ioannes Canonicus non coesdidit quæstiones in octo libros physicorum.

Sed vt ad Ioannem Canonicum indubitatum Scoti auditorem redeam; legi in Bibliotheca Matritensi eruditas quæstiones in octo libros Physicorum Venetijs editas, anno Domini 1492. quæ in calce operis ita habet. *Quæstionibus subtilissimis Clarissimi Doctoris Ioannis Canonici ex Ordine Minorum, nuper per Philosophiæ Lectorem S. Nicolai de Venetijs F. Franciscum Montis Ferreti, summa cura castigatis, cum textu in principio quæstionum interposito finis impositus est Venetijs à Boneto Locatello, sumptibus & expensis nobilis viri Octauiani Scoti Modoetiensis, anno Domini 1492. septimo Idus February.*

Iudicium Fecchij de his quæstionibus & lectiones Canonici.

Has etiam Ioannis Canonici quæstiones commendat Fecchius in vita Scoti cap. 12. dum librans inter quæstiones physicas Canonici, & commentaria physica Gualteri Burlei, etiam apud Fecchium Scoti auditoris; censet, *quòd Canonicus celebratur in quæstionibus, & Gualterius in commentarijs physicis.*

Gualterus Burlæus auditor & interpretator Scoti.

74 Præterea Gualterũ inter Scoti auditores nominat Vvading⁹, ad annum 1308. num. marg. 6. 1. vbi ei textum locum deferens in serie alumnorum Doctoris Subtilis subdit. *Sextus Scoti auditor Gualterus Burleus, Anglus, fuit præceptoris accerrimus impugnator; quem sexagesimum secundum annum agentem claruisse, & aliqua adhuc scripsisse memorat Zelandus apud Pitseum de Scriptoribus Anglicis, anno 1337.*

Quid de impetu refellendi Scoti in OKano, & Burleo? Mauritius Hibernicus.

Sed si Gualterus Ordinis Minoritarum extiterit, cuius nullam inuenio mentionem apud Rodulphium & Gonzagam; fortè non impetiuit Scotum præceptorem, nisi contendendi sed vt censuit Mauritius Hibernicus in obseruationibus ad cap. 4. libri Scoti de primo principio, excusans impetũ OKami in Scotũ præceptorem: *Non in vituperium Doctoris (quem OKamus suum, & Religionis, & subtilem, plerique nominat) scripsit sed rigore Minorum, qui nemini parcunt, synderesi, & conscientia sibi appropriati, moti.*

Ex quibus Mauritij verbis, & ex OKam pronuntiatis, (quæ Scotum à tempore OKami, Doctorem Religionis Minorum vocitant) iure colligit Ferchius in vita Scoti, cap. 12. numer. margin. 43. quòd Scotus statim à morte, Ordinis Minorum Magister & communis Doctor renuntiatus sit.

Scotus Statum ab obitu remittit per Doctor Ordinis.

Franciscus de Marchia auditor Scoti.

75 Prædicatur etiam exploratus Scoti auditor Franciscus de Marchia de quo Ferchius in vita Scoti, cap. 12. *Quia Ioannes Canonicus frequenter citat Franciscum de Marchia ex relatis fragmentis egregiè subtilem, ideò Scoti discipulus libenter adderem Franciscum de Marchia, Scotist, aut Italianum dicerno.* Sed cum Picentem ex nomine Marchiæ affirmat Vvadingus ad annum 1308. agens de Scoti auditoribus in quo consentientem habet Antonium Possevinum, in Apparatu Sacro.

Fuit ratione Picens.

Gaza segui Scoti ptolum citra Rodulphin & Gonzagã.

Hugo de Cathio non auditor Scoti.

Verum de Francisco de Marchia hæc tradit Rodulphius lib. 3. Historiæ Seraphicæ. *Franciscus dictus de Marchia, edidit quæstiones in duodecim libros Metaphysicales. * Super libros naturales Aristotelis. * Et in quatuor libros Sententiarũ.* De quo etiam Gonzaga in Historia Seraphica, part. 1. in catalogo Scriptorum Ordinis. *F. Franciscus de Marchia, edidit super libros naturales Aristotelis & super quatuor libros Sententiarum.*

76 Nec prætereunda est in auditorum Scoti recensu Hugonẽ de

Ca-

Ita censent Gonzaga Vvadingus Vvillot. Pitseus.

de Castronouo, quem inter clariores Scoti alumnos numerat Franciscus Gonzaga in Historia Seraphica, part. 1. in descriptione Conuentus Parisiensis, vbi Hugonem vocat præceptoris sui defensorem acerrimum; lege Gonzagam à nobis transcriptum in § præsenti, sub num. marg. 40. Consentit etiam Vvadingus in enumeratione discipulorum Scoti, loco citato ad annum 1308. suffultus attestatione Vvilloti, in Athenis Fracisicanis, & Pitsei de Scriptoribus Anglicis; vbi Hugonem de Castronouo Scoti discipulum, & strenuum Scoti Magistri sui defensorē affcuerat. De quo ita habet Rodulphius in Historia Seraph. lib. 3. *F. Hugo de Castronouo, audiit de Finali iudicio in Theologia. * De Antichristo. * Et in quatuor libros Sententiarum.* Accedit Gonzaga in Historia Seraph. part. 1. in catalogo Scriptorum Ordinis, eisdem verbis.

Catalogus Scriptorū Hugonis.

De Ioanne de Ripa, & Alexandro de Alexandria, Ministro Generali Ordinis, auditoribus Scoti; vbi & tres Summos Pontifices Scoti sectatores ostendimus.

Ioannes de Ripa auditor Scoti ex Gonzaga

77 SCoti etiam Scholæ, & alumnis annecto præstantem virum Ioannem de Ripa, quem Scoti auditorem decernit Fracisicus Gonzaga in Historia Seraphica, part. 1. in descriptione Conuentus Parisiensis, subiungens. *Maironij in Schola Scoti condiscipuli fuerunt, & gradum Magisterij in eadem facultate adepti, Petrus Aureoli, & c. Icānes de Ripa ingenij tam præstantis vir, vt ante annum ætatis trigesimum, quatuor Sententiarum libros publicè perlegerit, & Doctoris Theologi in Vniuersitate Parisiensi lauream adeptus sit.*

Quo anno floruerit Ioannes de Ripa

Floruit clarissimus hic Doctor anno 1319. vt tradit Vvadingus tom. 3. Annalium, ad prædictum annum, sub num. marg. 3. Et tom. 1. ad annum 1250. sub num. marg. 14. in erectione Conuentus Minorum Ripæ Transonis; hæc subijcit de Ioannis de Ripa pietate & doctrina. *Floruit in Conuētu Parisino Magister Ioannes de Ripa Transonum, vulgo dictus, Ripa, qui suo tempore, verbo simul & exemplo nullū habuit potiorē, vt præclara eius monimēta testantur in quatuor libros Sententiarū, & in libros de Anima. Testatur quoque lapis erectus in æde D. Francisci de Ripis à Summo Pontifice Sixto V. tunc Fr. Felice Peretto de Monte Alto, Episcopo Agathensi, & Ordinis Minorum Conuentualium Vicario Generali, qui ita magna illius Doctoris merita percelebrat.*

Titulus, & lapis erectus à Sixto V. in laudem Ioannis à Ripa

78 *Ioanni à Ripis Ordinis Minorum Theologo, & Philosopho clarissimo, qui annos plures in publico Parisiensi Gymnasio docuit; in Sententiarum libros acutissima commentaria edidit, de Anima, de Vitijs, & Virtutibus, aliaque ingenij sui monimenta, quæ temporum iniuria, seu veterum incuria latēt, seu perierūt, posteris reliquit. Claruit sub Ioanne XXII. Pontifice Maximo, Ludouico Bauaro Cæsare Imperante. F. Felix Perettus à Monte Alto, Agathensis Ecclesiæ Episcopus, Ordinis Minorum Conuentualium Vicarius Generalis Apostolicus, Prouinciali suo posuit.*

Fuit Picens natione, sicut & Sixtus V.

Ex quo Epitaphio, vbi Sixtus Quintus vocat Ioannem de Ripa suum Comprouincialem, euidenter constat, prædictum Doctorem fuisse Picentem, siquidem & Picens extitit Sixtus; quod etiam adstruunt Rodulphius, & Gonzaga infra citandi. Vbi obseruanda incidit Ioannis de Ripa eximijs meritis adiuncta felicitas, quæ Magnum Sixtum sortita est immortalis præconij (lapide, & titulo, erectis) assertorem, & Chronologum; nec abs re quidem, quando præter præclara alia insignis viri facinora, etiam Apostolicā Legationē obierit, vt Græcos ad Ecclesiæ caulas, tanquā aberrantes greges, ignitis conaminibus reuocaret; quod & felicitet

Reducit Græcos ad obedientiam Ecclesiæ.

adeptus

adeptus eſt, vt narrat Rodulphius lib. 3. Hiſtoriæ Seraphicæ, inquiens:

Suffulcitur hæc hiſtoria Legationis, ex Rodulphio, & Gonzaga.

Ioannes à Ripa Tranſonum, Picens, qui ſuo hortatu Græcos redegit in Sanctæ Sedis obedientiam; ſcripſit Sermones de tempore, & de Sanctis. Scripſit quoque ſuper Sententias, cuius initium: Amicè aſcende ſuperius.

Conſentit etiam Franciſcus Gonzaga, in Hiſtoria Seraph. part. 1. in catalogo illuſtrium Scriptorum Ordinis. *F. Ioannes à Ripa Tranſonum, qui ſuo hortatu redegit Græcos ad Sanctæ Sedis obedientiam; ſcripſit Sermones de tempore, & de Sanctis.*

Alex. de Alexandria fuit Scotiſta ex Ferchio.

79 Celebrem alium Scoti auditorem nobis ſuppeditat Ferchius in vita Scoti, cap. 12. ſub num. marg. 43. agens de Metaphyſicæ Scoti elucidatoribus. *Metaphyſicæ ex Scotiſtis ſunt Antonius Andreas, qui cæteris palmam præripuit, dum Cõmentaria, & quæſtiones in duodecim libros Metaphyſicæ exarauit.* Et poſt pauca. *Alexander de Alexandria ſcripſiſſe fertur in duodecim libros Metaphyſicæ, cuius opus adhuc latet.*

Si fuit Scoti aſſecla, fuit Scoti auditor.

Sed ſi Alexander de Alexandria Scotiſta fuit, etiam Scoti auditor legitimè, & neceſſariò renuntiandus erit; ſiquidē fuit Antonij Andreæ, & Scoti coæuus, Pariſienſis Doctor, & Miniſter Generalis Ordinis creatus anno 1313. & obiit anno ſequẽti 1314. in craſtino feſti B. P. N. Fr̃ãciſci. Quia tamen magnum hunc Scoto auditorem vendicamus, & aſſerimus; licebit Vvadingi de Alexandro de Alexandria Hiſtoriam ſubtexere ex tom. 5. Annalium, ad annum 1313. ſub num. marg. 31.

Alex. de Alexandria eligitur in Miniſtrum Generalem Ordinis.

80 Patres, quorum intererat, ſtatim de ſucceſſore eligendo cogitauerunt, & comitia in Ciuitate Barcinonenſi, ſub teſto Pentecoſtes celebranda indixerunt. Sumptus omnes adminiſtrauit Petrus, Aragoniæ Rex, Ordini addictiſſimus, eòque ipſe cum Patribus conuenit, & capitularibus actis cum eiſdem voluit intereſſe. Eo præſente, die Iunij 3, vel vt alij volũt, 12. Vnanimi omnium ſuffragio in primo ſcrutinio electus eſt in Miniſtrum Generalem Fr. Alexander de Alexandria Statiellorum, vulgo Italico, *Alexandria della Paglia*, Vrbe Epiſcopali Liguriæ, ſub Ducatu Mediolanenſi, primum nuncupata Cæſarea, deinde Alexandria in gratiam Alexandri Tertij, à quo Sede Epiſcopali anno 1175. eſt condecorata. Miniſter erat, & alumnus Prouinciæ Ianuenſis, vir Doctiſſimus, & Magiſter Pariſienſis, qui paulo ante, vt dixeramus, communitatem Ordinis contra ſequaces F. Petri Ioannis Oliui, Vbertinum de Caſali, & alios defendendã ſuſcepit.

Eius patria & merita.

Deinde idem Vvadingus ad annum 1314. hæc narrat de Alexandri obitu, *ſub num. marg.* 7. Obiit Romæ hoc anno in craſtino feſti S. Franciſci Alexander ab Alexandria, Miniſter Generalis Ordinis Minorum, vir doctus, & ſapiens, cuius plurima in re litteraria ſuperſunt monumenta. Ob ingenij eminentiam cognomen ſortitus eſt Alexandri Iunioris, ad differentiam Alexandri Alenſis; ſcripſit præ cæteris egregios Commentarios in Metaphyſicam, qui ementito titulo tribuuntur Alexandro Alenſi. Ordinẽ rexit annum vnum, menſes quatuor, ſepultus ad templum B. Mariæ de Aracæli propè ſacrarium.

Obitus & celebris nomẽclatura Alexandri Iunioris, vt diſtingueretur ab Alenſi.

An cõmentaria in Metaphyſicam nomine Alexandri edita ſint Alexandri de Alexandria?

81 Ex quibus conſtat nominatiſſima tanti Doctoris litteratura, quæ ei nomenclaturam Alexandri Iunioris, vel ſecundi ab Alenſi, peperit, vt à Magno Alexandro Alenſi ſecerneretur, quem ſimilem exhibebat ſummum in Theologicis, & Metaphyſicis acumen, & altum iudicium; quo factum eſt, vt vigeat lis, an egregium opus, quod nomine Alexandri Alenſis editum eſt, & typis commiſſum in Metaphyſicam Ariſtotelis, ad Alexandrum Alenſem, vel ad Alexandrum Iuniorem attineat? Quod diſſidium non nitur coniectura leui, cùm dogmata appareant Scotica ea, quæ inibi exarantur, & ab Scoti ſectatore elucidata, vt colligitur ex aliquibus illius operis fragmentis, quę Commentarijs noſtris inſeruimus; ſpecialiter de Vnitate entis conſiſtente in poſitiuo, in Controuerſ. 2. de Vnitate Dei, articul. 1. num. marg. 22.

Ratio dubitandi.

&

& 23. & in Controuerſ. 3. de Veritate Dei, artic. 1. *In quo conſiſtat veritas tranſcendentalis entis?* ſub numer. margin. 27. Vbi ex Alenſi oſtendimus, veritatem tranſcendentalem rei poſitam eſſe in vi motiua, & immutatiua obiecti reſpectu intellectus ad generandam veram cognitionem ſui; quæ doctrina verè Scotica eſt, vt ex particulis textus Scoti ſatis ſuperque inibi patefecimus. Sed quia etiam conſentit illi rationi explanandi veritatem tranſcendentalem S. Bonauentura, Alexandro Iuniore, ſeu de Alexandria antiquior, & Alexandri Alenſis auditor; adhuc nihil exploratum nõ extat, cui Alexandro tale opus Metaphyſicum, quod verè egregium eſt, adſcribi debeat.

Res ſub dubio relinquitur.

82 Quòd autem Alexandro Iuniori Commentaria illa Metaphyſicalia tribuenda ſint, æſtimat Petrus Rodulphius, quem in laudem tãti Doctoris tranſcribo; Alexandrum enim de Alexandria Scoti cenſeo auditorem, ſiquidem illum Scoti ſectatorem; Scoto coætaneum, & Pariſijs florentem agnoſcimus de quo hæc habet Rodulphius lib. 2. Hiſtoriæ Seraph. in recenſu Miniſtrorum Generalium Ordinis, adiungens Scriptorum Alexandri Catalogum.

Rodulphi? cenſet pro Alexandro de Alexandria.

Catalogus Scriptorum Alexandri de Alexandria.

Fr. Alexander de Alexandria, vir eruditione ſingularis, delectus eſt ad Præfecturam Generalem, Barcinone, anno 1313. die 11. menſis Iunij tempore Clementis Quinti, Pontificis Maximi 4. ad quem vnà cum multis Prouincialibus Miniſtris ſe contulit perens in Protectorem Ordinis D. Arnaldum de Pielagure. Edidit multa opuſcula, quę eius ingenij felicitatem oſtendunt. * Scripſit enim in quatuor Sententiarum libros. * In Eccleſiaſtem. * In Toblam. * In Iſaiam. * Quæſtiones Quodlibetales. * In Euangelium S. Ioannis. * In Epiſtolas Pauli. * Edidit quoque Scripta aurea in Metaphyſicam Ariſtotelis, quæ ſub nomine Alexandri Alenſis mentito titulo impreſſa ſunt; vocatus eſt Alexander Iunior.

Rodulph.

Et idem Rodulphius lib. 3. Hiſtoriæ Seraph. agens de Scriptoribus Ordinis, de Alexandro ab Alexandria id ſcribit elogij. F. Alexander ab Alexandria Scriptor illuſtris, & Generalis Miniſter Ordinis, de quo ſuperiùs præfati ſumus, ſcripſit Poſtillam, cuius initium eſt: *Annuntiabo tibi.* Scripſit quoque in Euangelium Ioannis, & in Epiſtolas D. Pauli elegantes commentarios; præter alia multa, quæ deſiderantur à doctis viris. Scripſit quoque in Metaphyſicam Ariſtotelis, de quibus latius ſupra meminimus.

Alia Scriptorũ eiuſdẽ authoris recenſio.

83 Ad magnam verò Scoticæ Scholæ exaltationem tres tantùm non Scoti auditores, ſed ſectatores, ex innumeris, quos nactus eſt, ſubijciam, qui Scoticæ diſciplinæ dignitatem ſummè euehunt; audi loquentem Ferchium in vita Scoti, capit. 12. ſub numer. margin. 43. *Authores ex officina Scotica nobiliſſimi prodiere; primùm quidem diſcipuli penè omnes rem Theologicam præſtantiſſimis auxere ſcriptis: Petrus de Candia, qui Eccleſiæ clanes vniuerſæ tenuit; calamum in libros Sententiarum præclarè diſtrinxit. Sixtus Quartus, opus de ſanguine Domini mirabile peregit; quod etiam nunc in Bibliotheca Franciſcana Colonienſi aſſeruatur in membranis.* Cæterùm inſigne opus in quatuor libros Sententiarum Alexãdri Quinti Summi Pontificis, antea Petri de Candia, miſſi oſtẽdere dignatus eſt Sapientiſſimus, & Illuſtriſſimus Antiſtes F. Ioannes Baptiſta à Campanea, Dertoſanus Epiſcopus, & Ordinis Minoritarũ quondam Generalis Præſul, cui & curę eſt, (pro ſumma ſua in antiquis noſtri Ordinis Doctoribus illuſtrandis vigilantia) præclarum Alexandri Quinti opus prælo committere.

Tres Sũmi Pontifices ſectatores Scoti ex Ferchio.

Alexãd V.

Sixtus IV.

Ioã. Baptiſta à Campanea maturat editionẽ operũ Alexandri V.

84 Tertium Scoti aſſeclam Magnum Sixtum V. aſſigno ex eodem Ferchio lib. 1. Apologiæ contra Matenſium, cap. 2. num. marg. 24. *Sixtus Quintus felicißimæ recordationis, è Scotiſtarum Cathedra in Petri Cathedram tranſlatus eſt.* Quod obſeruatum volui, qua nõ omnes Frãciſcani

Sixtus V. etiam Scoti ſectator ex Ferchio.

Con-

Nonnnes Franciſcani Conuentuales adhærẽt Scoto, ſed S. Bonauẽt.

Conuentuales (ex quorum familia fuit Sixtus V.) doctrinam Scoticam profitentur, ſiquidem aliqui S. Bonauẽturam interpretãtur; vt liquet in Petro Capullio Epiſcopo Conuerſano, qui duos tomos edidit in 1. & 2. Sent. Sãcti Bonauenturæ. Imò & ipſe Ferchius, qui Scoti funus, & ſanctimoniam egregiè vindicauit, doctrinam Scoti nõ ſequitur, vnde & ipſe haud infirmũ argumentũ deprompſit ad ſuffulciendam fidem hiſtoriæ à ſe compactæ de Scoti vita, & funere; quatenus non ſcripſerit vt iuratus Scoti aſſecla, ſed tanquam candidus læſæ veritatis vindex: cuius verba pro firmitate hiſtoriæ Scoti (quam præcipuè à Ferchio, vt ab oculato teſte veſtigiorum ſepulchri Scotici petimus) tranſcribenda duxi ex lib. 1. Apologiæ in Mateneſium, c. 8. ſub num. marg. 64.

Ferchius aſſecla S. Bonauent. non patitur exceptionẽ ſcribens Scoti hiſtoriam

85 *Nec mea valdè refert, ſi Scotus ita vixiſſe, ita è viuis exijſſe credatur. Scotiſta nõ ſum; Seraphici Collegij Romani S. Bonauenturæ Baccalaureus fui; ex eo Collegio Doctor prodij. Venetijs Regens Sanctum Bonauenturam declaraui, Prouinciæ S. Bonauent. Miniſter ſum, & doctrinæ S. Bonauenturæ profeſſor, proque S. Bonauentura etiam contra Scotum publicè in Comitijs Generalibus Minorum Conuentualium anno 1617. Romæ coactis, concluſiones vt cunq; defendi. Scrutare itaque pro libito contra Scotum quæuis; me nõ affectu, ſed veritate ducendum profiteor. Rumor auditus in vulgo, ex facili veritate penſandus, nam ſi tunc præſentes, & videntes, Scotum mortuũ credentes, vti aſſeris, decepti ſunt; quidni & poſt ſepultum Dunſium falli potuere ij, qui eum viuum, quamuis poſt mortem, crediderunt?*

Præconium doctrinæ Scoti ex alto iudicio Sixti V. ſectatoris Scoti.

Verùm vt ad Sixtum V. Scoti ſectatorem regrediar, commẽdat Scoti doctrinam altum Sixti V. iudicium, cui cùm integrum eſſet, ſaluo ſuæ familię Minorum Conuentualium canone, non adhærere Scoto, ſed Sanctum Bonauenturam interpretari, cui etiam Sixtus addictiſsimus extitit, eum inter primarios Eccleſiæ Doctores cooptans, & in eius honorem Collegiũ Romanum erigẽs, Scotum tamen in Cathedra ſibi ſequẽdum præſtituit, ex qua ad Petri Cathedram euectus fuit.

Recenſio nationũ auditorũ Scoti

86 Sed miſsis Scoti ſectatoribus, ex quibus tres tantùm Summos Vniuerſalis Eccleſiæ Magiſtros, & Præſules recenſui (nec enim cæterorũ Scholæ Scoticæ aſſeclarum facilè eſſet vel nomina indicare) vt ad Scoti auditores redeam; præter Baſſolium, & Ioãnem Canonicum, quorum natio, aut patria mihi explorata non eſt; hæc ſunt, quæ deſcripſimus, Scoti ſui ævi Apollinis germina. Maironius, Aurcolus, Gerardus Odo, Galli; Aluarus Pelagius, Antonius Andreas, Gulielmus Rubionus, Hiſpani; Franciſcus de Marchia, Landulphus, Ioannes de Ripa, Alexander de Alexandria, Itali; Hugo de Caſtronouo, & Gualterus Burleus, Angli.

Scotus ſcientiarũ Apollo fuit auditores ex vniuerſi Orbis climate.

Quod demonſtrat, Scotum illius ſæculi Solem luminibus perluſtraſſe, & fouiſſe ex vniuerſi Orbis angulo, & climate auditores; & quod indubitatum reddat, nullum vnius Magiſtri fœtum numeroſiorem, vegetiorem, & ſplendidiorem extitiſſe; vt mirum non ſit quòd Schola Scoti hiſce innixa columnis, & firmata propugnaculis, ea adiuerit incremẽta, quòd pijſsimus, & litteratiſsimus Gerſon, floręs anno 1420. iuxta Bellarminum de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & apud Sixtum Senenſem (lib. 4. Bibliothecæ Sanctæ) vita defunctus anno 1419. aſſerult; quòd Schola Scoti tempore Gerſonis eſſet maior quàm oppoſita, non ſolùm multitudine, ſed authoritate ſectatorum; vt oſtendimus in §. 19. num. marg. 18. Gerſonis verbis ex fide tranſcriptis.

Iudicio Gerſonis de Schola Scotica.

Exentiua irruptio ſoluijn Scotũ.

87 Hæc ſunt illa ingenia auditorum Scoti (quorum motes, & ſtudia breui compendio perſtrinximus) *quæ ad optimam frugem nata, diſtorto ad veritatem itinere Scotum ſuſpendiſſe, & perdidiſſe blaterat Iouius*; niſi omnium ingeniorum hæc deplorata perditio ſolius OKami Anglici, auditoris Scoti lapſum exprobret, & exaggeret: ſed nec OKamum, licet Schiſmate aliquando ab Vniuerſali Paſtore Eccleſiæ diſſidentem, finali impœnitentia perditum cenſuit Alfonſus Ciaconius à nobis

tranſ-

tranſcriptus in hoc 5. ſub num. marg. 46. & cæteri alij æqui & cãdidi Scriptores, vt ſtatim aperiam, quod & authenticis teſtimonijs confirmabo.

Actus Sorbonici deſcriptio, qui initiũ ſumpſit at ſchola Scoti.

88 Tandem pro Actu Sorbonico, qui è ſchola Scoti pullulauit, & pro Maironio, qui & vnicus cœtũ Scoticum nobilitare potuiſſet, hæc accipe ex Iacobo Gualterio Societatis Ieſu in Tabula Chronographica ſtatus Eccleſiæ, ſæculo 14. *Franciſcus Mayronis, Ordinis Minorum, in pago Mayronenſi Diœceſis Ebredunenſis natus, Scoti diſcipulus, qui anno circiter 1315. generoſũ illũ Actũ Sorbonicũ introduxit, quo vnaquaque feria ſexta eſtatis ab hora quinta matutina ad ſeptimam veſpertinam ſine Præſide, ſine ſocio, ſine prandio, omnibus opponentibus reſpondetur; præcipuè verò Baccalaureis primi ac ſecundi ordinis, qui ſunt minimùm ſexaginta.* Et idem Author in eodem ſæculo 14. ſub ſerie de euẽtibus memoralibus illi⁹ ſæculi, ſubdit. *Anno circiter 1315. inuentus magnus Actus Sorbonicus à Franciſco de Mayronis, vt in 5. columna dictum eſt.*

De Gulielmo OKamo, Anglico, Nominalium Principe, auditore, & inſectatore Scoti.

OKam auditor, & inſectator Scoti.

89 POſtremũ inter Scoti alũnos Gulielmũ OKamũ nomino, non quia cæterorum lucra in Metaphyſicis & Theologicis ſtudijs non exæquauerit; nec quia Scoti præceptoris ſui acerrimus inſectator extiterit, (cæ enim OKami in Scotũ litterariæ irruptiones ſecuriorẽ & clariorẽ exhibent Scoti doctrinam, quod & obſeruaui in Aureolo) ſed quia in Summum Eccleſiæ Magiſtrum, & Paſtorẽ Ioannẽ XXII. atro & acri calamo ſcripſerit, & ab eo ſchiſmate diuiſus, aliquando ſorduerit.

Cur poſtremus numeretur inter Scoti auditores?

OKamus Scoti deſertor nõ denigrat ſplẽdorẽ Scholæ Scoticæ, quãuis prolaberetur in hæreſim.

Cæterũ, quamuis OKami lapſus Scoticæ Scholæ gloriã conſpurcare nõ valuerit, quando & ille à cõmuni Orbis Doctore defecit, qui Scoti præceptoris ſui antea deſertor extiterat; licebit tamen pro hiſtoriæ fide, merita, & demerita OKami, ſincerè deſcribere, ne ex calũnia triumphum reportaſſe ſentiat Bzouius, qui OKamum vt hæreticum, & hæreſiarcham inculat. Contra quẽ in OKami vindicatione gnauiter ſe exercuit Dermicius Thadæi, author Nitelæ Franciſcanæ, præcipuè à pag. 35. editionis Lugdunẽſis vſque ad 39. & Vvadingus tom. 3. Analium, ad annum 1347. à n. marg. 19. vſque ad 32. vbi magna dexteritate OKamũ, & vniuerſum Frãciſcanorum Ordinem vindicant, in quem ad ferociam vſque inuectus eſt Bzouius.

Magnũ OKami acumen ex Rodulphio.

Fuit igitur OKamus Doctor ſolertiſſimi iudicij in ſcholaſticis diſſertationibus Metaphyſicis, & Theologicis; de quo inſpice Petri Rodulphij, Epiſcopi Senogallienſis cenſionẽ, in lib. 3. Hiſtoriæ Seraphicæ Sixto Quinto Pontifici Maximo dicatæ:

Fuit caput Nominalium.

90 F. Gulielmus OKam, Anglicus, Ioannis Scoti auditor, eiuſq; doctrinæ opugnator acerrimus, iuxta nominis etymologiam bellicoſus, cum galeæ nomenclaturam contineat; primò Prouincialis Angliæ, inter cæteros Familiæ Franciſcanæ alumnos, ob ſingularem eius doctrinam, & eruditionem, *flos modernorum, & venerabilis inceptor appellari meruit.* Fuit caput Nominalium, & doctrinæ illorum propugnator; cuius doctrinam æmulatus eſt ferè in omnibus (ipſo teſte) Gabriel Nominalis. Fuit autem Gulielmus vir in diuinis Scripturis eruditus, in Philoſophia, & liberalibus diſciplinis ita præſtitit, vt ſuo tempore nõ haberet æquales, præſertim verò in Sacris litteris: atque demum in Sacra Theologia non modò verſatus, verùm etiam fuit nobiliter doctus, ingenio ſubtilis, & clarus eloquio.

Ita præſtitit quòd ſuo tẽpore non habuit æquales, in Theologicis diſſertationib⁹

OKami ingenium ex Ferchio.

91 De quo hæc etiam Ferchius, in vita Scoti, c. 12 *num. marg.* 42. Gulielmus OKã, venerabilis Nominalium inceptor, flos modernorum, Doctor pluſquàm ſubtilis appellatus, ex diſcipulo Scoti, antagoniſta Scoti

acerri-

Fuit antagonista Scoti.

acerrimus euasit. Incœptor Nominalium appellatur, non quòd primus illius sectæ fundamenta posuerit (quam refutat Seraphicus Doctor S. Bonauent. longè ante, in 1. Sent. dist. 41. q. vltima, num. 25. & in 3. Sent. dist. 24. q. 3. n. 22.) sed quò magnopere eam illustrauerit, & robore doctrinæ acutissimæ amplificauerit.

Contra Ioannem XXII. scripsit, sed palinodiã cecinit, & piè moritur

Hic parùm gratus erga præceptorem priuatum, & in Ecclesię Doctorem vniuersalem insurgens, impiè contra Ioannem XXII. sensit; sed retractauit benè, quæ malè scripsit, & in Hibernia pro Sancto colitur, teste Volaterrano, lib. 3. cap. Britannia. Ferchio consentit ferè eisdem verbis Vvadingus, ad annum 1302. sub numer. margin. 61. in recensu auditorum Scoti.

Iudiciũ Bellarmini de OKamo.

92 Accipe modò OKami demerita ex Cardinali Bellarmino *de Scriptoribus Ecclesiasticis*, adiuncto etiam Scriptorum OKami catalogo *Guilielmus OKam, natione Anglus, Ordinis Minorũ, Scoti discipul⁹, & æqualis Frãcisci Maironis, vir doctus, sed fautor Ludouici Imperatoris Quarti nimis ardens, ob quã causam in aliquos errores lapsus meruit vt in Indice librorum prohibitorũ eius nomẽ poneretur. * Scripsit in quatuor libros Magistri Sententiarũ. * Librũ Quodlibetorũ. * De fautoribus hæreticorum. * De Sacramẽto Altaris. Cõpendium Theologiæ. * De actibus Hierarchicis. * De ingressu Scientiarum. * De paupertate Apostolorum. * De potestate Pontificum, & Imperatorũ. Opus nonaginta dierum, & Dialogos, quæ duo opera, cum aliis contra Ioannem XXII. scriptis, interdicta sunt in Indice librorum prohibitorum.*

Catalogus scriptorum ex Bellarmino.

Obseruata in censurã Bellarmini

93 In quæ Bellarmini de OKamo pronuntiata, aliquot duxi obseruãda. Primũ; circa scriptorum OKami catalogum; quòd præter ea scripta, quæ ibi attexit Bellarminus, etiam OKamus Physicalia in octo libros Aristotelis ediderit, vt scribit Rodulphius loco citato; item & Logicalia commentaria, quæ legimus acuta & neruosa satis in Bibliotheca Matritensi. Secundũ noto; non damnari OKamum à Bellarmino vt hæreticũ, licet in aliquos errores lapsum asserat circa potestatẽ Papæ, & Imperatoris, quos examinant, & librant Author Nitelæ, & Vvadingus, locis citatis. Vnde libros & tractatus, quos temerariè contra Ioannem XXII. euomuit OKamus, ex corde detestamur, & iustè dispũctos volumus, sicut & Bellarminus in aliquibus censuit de Durando in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis; eũ tamen ab hæresi vel sic liberans.

Obseruat. 1 OKamus non incusatur vt hæreticus à Bellarmino.

Qualiter Bellarmin⁹ liberet Durandum à nota hæresis

Scripsit (Durandus) *in quatuor libros Magistri Sententiarum Commentaria satis dilucida, in quibus quamuis nonnulla scripserit, quæ à communi Doctorum sententia abhorrent, quædam etiam ab Ecclesia improbata sunt, ipse tamen in Præfatione Commentarij sui in Magistrum, disertis verbis asseruit ad Ecclesiã Catholicam Romanam pertinere iudicium de doctrina, seque omnia sua scripta eiusdem Ecclesiæ censuræ submittere.*

Eadẽ ratio vrget pro OKamo ex Sandero.

94 Ita etiam à nota hæresis immunem reddit OKamum insignis Doctor Nicolaus Sãderus, de Visibili Monarchia, lib. 7. anno 1324. *Licet autem OKamus contra Papam scripserit, tamen sine omni controuersia, velut cõtra hominem, non autem velut contra Ecclesiæ Romanæ fidem, aut authoritatem scripsit: nam alioqui fidem suã de Romana Ecclesia apertissimè confitetur in Prologo Libelli, quem scripsit de Sacramento Altaris.*

Nicolaus Sanderus.

Consentit Petrus Matur. liberõs OKamum

Subscribit etiam Petrus Maturus Societatis Iesu, in notis ad S. Antonini chronicon. part. 3. titul. 2. §. 11. & titulo 21. cap. 5. §. 2. inquiens. *Licet OKamus contra Ioannem XXII. quæ in Indice librorum prohibitorum reprobantur, scripserit; non tam in Pontificem Maximum, quàm in Ioannem XXII. (siue potius Iacobum de Caturco, quem semper ita nominabat) inuectus est.*

Item & Gualterius

95 Consentit Iacobus Gualterius, Societatis Iesu, sæculo 14. *Michael de Cæsena, cum Guilielmo OKam censura Ecclesiastica ob quãdam propositionem ictus; licet neuter (quod sciam) se ab Ecclesia Catholica discessionem facere professus sit.*

Et

Confirmatio ex Gualterio.

Et idem Gualterius in collatione ad ſæculum 14. cap. 6. *Eodem fermè tempore excommunicati à Ioanne XXII. fuere Michael de Ceſena, & Guilielmus OKam, quòd pugnaſſent, Ieſum Chriſtũ eiuſque diſcipulos nihil habuiſſe ſuũ, neque particulatim, neque in commune. Legenda verborum Ioannis XXII. cum verbis Nicolai Tertij (qui primo intuitu à ſe inuicem diſſidere viderentur) concordia perdoctè à Cardinali Bellarmino expoſita, lib. 3. de Romano Pontifice, c. 14. Denique in memoriam renocanda, quam ſæpè hactenus tradidi, erroris huius cum malè reformatorum noſtrorum cæcitate comparatio; à qua vtique lõgiſſimè abfuerunt Michael, & OKam, quando quidem hi nunquam ſe quod ſciam, ab Eccleſiæ Romanæ vnitate diſcedere ſunt profeſſi.*

Inſtantia ex eodem.

Quare & idem authot eodem ſæculo 14. OKamum non ſub ſerie hæreticorum, ſed ſub claſſi ſcriptorum ſacrorum vel ſic recenſet. *Guilielmus OKam. Trithemius citatus. Onuphrius, anno 1327. Bellarminus, Sæculo 14. anno 1320. de quo rurſum inferiùs columna 11. & inſequenti collatione, cap. 6.* Vbi non ſolùm ex ſuo ſolo ſenſu, ſed ex Trithemij, Onuphrij, & Bellarmini iudicio OKamum inter Catholicos ſcriptores numerat.

Firmatur immunitas OKami ab hæreſi ex Indice Theologorũ Cõcilij Tridẽtini.

96 Quod etiam firmant Theologi in Oecumenico Cõcilio Tridentino librorum cenſioni præpoſiti, qui ea, quæ OKamus contra Ioannẽ XXII. conſcripſit, in ſecundam claſſem librorum prohibitorũ retulerunt; quæ diſpunctionis ſeries, aut gradus, ſcripta excutit, non damnat authores. Vt apparet ex Præfatione Indicis Franciſci Forerij Dominicani, Secretarij Deputationis Theologorum Concilij Tridentini ad formationẽ Indicis, quæ habet ita. *In ſecundam claſſem, non Authores, ſed libri ſunt relati, qui propter doctrinam, quam continent, non ſanam, aut ſuſpectam, aut quæ offenſionẽ, etiam in moribus tantùm, fidelibus afferre poteſt, reijciuntur; etiam ſi Authores, à quibus prodiere, ab Eccleſia nunquam deſciuerunt.* Deinde in Indice, in ſecũda claſſe, ſub Littera G. vel ſic indigitat, quæ, & qualiter, OKami ſcripta abigat. *Guilielmi OKami, opus nonaginta dierum. Item Dialogi, & ſcripta omnia contra Ioannem Vigeſimum Secundum.*

Forerius Dominicanus.

Vindicatio OKami ex Authore Nitelæ, & Vvadingo.

97 Demum (*vt verbis vtar Authoris Nitelæ Franciſcanæ, loco citato*) rem hanc Theologorum omnium iudicio exponendã relinquo; quorum nemo hæretici, aut hæreſiarchæ nomenclaturã OKamo tribuit. Quin collectores fidelium Scriptorum, qui pro veritate teſtimonium dixere, in claſſe Theologorum ſuo, nec infimo loco conſtituerunt OKamum; conſulendi in hoc potiſsimum Bellarminus, Trithemius, Poſſeuinus, & alij, qui OKami temeritatem & irreuerentiam in Ioannem XXII. commiſſam merito caſtigant, non damnant fidem. Errauit ſtylo, nõ ſcopo, vt qui veritatis defenſionem ſuſcipere viſus eſt ſtylum tamen idoneum non accommodauit; atque in perſonã Ioannis XXII. inſaniuit magis, quàm aliquid in fidei ſubuerſionem prudens excogitauit. Id ergo conceſſerim, debitæ ſubiectionis, temperantiæ, charitatis, reuerentiæ, & obedientiæ leges præterectum fuiſſe; Eccleſiæ tamen Romanæ fidem, & religionem certo tenuiſſe curſu, vt nec nouas contra eam hæreſes excogitarit, nec veteres & iam dãnatas reſtaurarit, vnde hæreſiarchæ vel ſimul, vel ſeorſim conſurgit appellatio. Hucuſque Auctor Nitelæ, cui eiſdem verbis ſubſcribit, & eum tranſcribit Vvadingus loco citato ad annum 1347. num. marg. 26.

Iudicium Antonij Poſſeuini de OKamo.

98 Quare Poſſeuini de OKamo iudicium & cẽſionem tranſcribo ex Apparatu Sacro; ex quo etiam promo Scriptorum OKami catalogum. *Guilielmus OKam, Anglicus, Ordinis Minorum, Ioannis Scoti auditor, acri quidem ingenio; at cuius in Romano indice prohibita ſunt, quæ ſcripſit contra Ioannem XXII. Pontificem Maximum, ſiue Dialogos aduerſus eum, & opus nonaginta dierum. * Cæterùm ſcripſit in libros quatuor Magiſtri Sententiarum librum. * Quodlibetorum alium. * De fautoribus hæreticorum. * De Sacramento Altaris. * Volumen magnum per modum dialogi. * Compendium Theologiæ; qui liber anno 1495. Lugduni prodijt, ſicut eius Quodlibeta anno 1491. Argentinæ. * De actibus hierarchicis, librum vnum. * De ſcientiarum ingreſſu, librũ*

vnum.

gnum. * *In libros Aristotelis, & in Logicam.* * *Quæstiones physicorum, libros octo.* * *De Paupertate Apostolorum; librum.* * *Ac de potestate Pontificum, & Imperatorum.*

Quid de OKamo Bucholcerus author dãnatus?

99 Nec in cõcinnum erit OKami lapsum ex Abrahamo Bucholcero describere, quia licet Bucholcerus sit author dãnatus, appareat tamẽ omnẽ historiæ fidẽ non contẽpsisse, quare index eius Chronologicus cum expurgatione, fideliũ vsui permittitur; qui ita habet de OKamo ad annum 1324.

Gulielmus OKam, natione Anglus, Ordinis Minorũ, & Ioãnis Scoti discipulus, Scriptor acutissimus, excõmunicatur quòd quædã aduersus Papam scripsisset. Hic ad Ludouicũ Imperatorẽ, equè tũ excõmunicatũ fugiens dixisse fertur: O Imperator, tu me gladio defende à Papæ iniurijs, ego te verbis ac scriptis defendam. Acerrimè impugnauit dicta ac scripta Magistri sui Scoti. Trithemius. Vbi Bucholcerus Trithemio & cæteris Catholicis Scriptoribꝰ adhęret OKami perpendens doctrinam, & inobedientiam erga Summũ Ecclesię Præsulem, insuper & defectionem à suo Pręceptore Scoto.

Propulsatur calumnia Bzouij in OKamum.

100 Adde etiã pro vindicatione OKami (ex Vvadingo sub nu. marg. 30.) quòd Bzouius truculenter exagitans manes OKami, vocat eũ depra uatorẽ Theologię, & Philosophię; cuius calũnię acerbitatẽ detegũt OKami scripta Philosophica, & Theologica, quę passim in Scholis legũtur, approbãtur, cõmendãtur; cõfirmãtque destinata sibi subsellia, in quibusdã Orthodoxis Academijs, ex quibus solę OKami sententię rũ Philosophicę, tũ Theologicæ, designatis stipendijs edocentur: eius doctrinã ferè in omnibus æmulatus est Gabriel Biel, ipso teste, legitq; publicè in Vniuersitate Tubingẽsi. *Cũ nostri* (inquit in Prologo Sentẽtiarũ) *propositi sit, dogmata, & scripta Venerabilis Inceptoris Gulielmi OKã Anglici, veritatis indagatoris acerrimi, circa quatuor Sẽtẽtiarũ libros, abbreuiare, tẽtabimus diuino aspirãte ductu, &c.*

OKamus habet specialẽ Cathedrã in Vniuersitatibus Catholicis.

OKamus retractauit quę scripsit contra Ioãnem XXII

Cęterùm, quia Bellarminus, & Posseuinus non exprimunt, resipuisse OKamum, & retractasse, quę contra Ioannem XXII. scripserat; subijcio ex Vvadingo, loco citato ad annum 1347. authenticum testimonium Vaticanum Bullæ Clementis VI. ad Ministrum Generalem Ordinis, vt Gulielmus OKamus, seu de Anglia absolueretur à censuris, quibus innodatus erat, quia Ludouico Imperatori adhæsisset. Fragmentum Bullæ exhibeo, quod præclarum resipiscentiæ OKami exemplum referat, restituto sigillo Generalatus Ordinis Minorum, quod attinuerat ad Michaelem Cæsenam, quondam Ludouici Imperatoris fautorem; integram Bullæ formulam suppeditat Vvadingus ex monumento Vaticano lib. 2. anno 3. Clementis Sexti. Epistola 1543. quæ OKamum ab aduersariorum technis reddet immunem.

Dilecto filio Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum.

Bulla Clementis VI pro absolutione Gulielmi OKami, seu de Anglia.

OKamus resipiscens restituit sigillum Ordinis Minorum.

101 PEtitio pro parte tua, & dilectorum filiorum Capituli Generalis, tui Ordinis, nobis exhibita cõtinebat, quòd aliqui Fratres vestri Ordinis, quamuis pauciſsimi, qui quondam Michaeli de Cæsena, & Ludouico de Bauaria obediuerunt, & specialiter Gulielmus de Anglia, dicti Ordinis Professor, in Monacho remansisse noscũtur; *idemque Gulielmus sigillum antiquum dicti Ordinis, quod diu habuit, tibi remisit*, & tam ipse, quàm alij dicti Fratres residui, ab excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententijs, atque pœnis, in tales per processus Apostolicos promulgatis, quas idẽ Gulielmus & alij Fratres adhærẽdo, seu obediẽdo Michaeli, & Ludouico prædictis, incurrerũt, desiderãt se absolui, sintque parati nostris, & eiusdẽ Ecclesię mãdatis obedire. Quo circa pro parte tua, & ipsorũ Capituli nobis extitit humiliter supplicatũ, vt eisdẽ

Fratribus, qui ad Romanam Curiam, ſicut aſſerunt, commodè venire non poſſunt, ipſorum ſtatui ſuper hoc prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque votis eorũ volentes annuere in hac parte, veſtris ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ (de qua ſpecialem in Domino fiduciam gerimus) Gulielmum, & alios Fratres prędictos eidem Eccleſię reconciliandi, eoſque à dictis ſententijs, atque pœnis iuxta formam per nos ſuper hoc ordinatam, ac de verbo ad verbum pręſentibus annotatam infra annum à data pręſentium, ſi hoc humiliter petierint, abſoluendi plenam & liberam concedimus authoritate Apoſtolica facultatem, &c.

Cõmittitur Miniſtro Generali Ordinis abſoluendi Kanai.

102 Quæ Bulla vindicat pietatem OKami à cruentis, quibus Bzouius in illum inuehitur, cenſuris, de quibus merito conqueruntur Author Nitelę, & Vvadingus. Expecto vrgentiores Vvadingi clamores, & iuſtiores querelas: quando Ordinis Chronologiam peruadens, & elucidans perueniat ad annos B. Amadei, nouę Apocalypſis authoris, ſanctitate, miraculis, & diuinis colloquijs, ac reuelationibus pleni, & exuberantis, quem vocauit Bzouius Pſeudoprophetam, falſarium impoſtorem, hæreticum, de quibus nos aliqua infra. Ita vt omnes illę calumnię eam exigant ſpõgiam, quam gnauiter & opportunè adhibuit Georgius Heruvartus, Cancellarius Ordinum Bauarię, Bzouium in Romana Curia reuincens, & palinodiam recantare cogens (non abſque ingenti eiuſdem Bzouij conſternatione) circa electionem Henrici Septimi Romanorum Imperatoris, quam dolo peractam voluit Bzouius; de quo lege Vvadingum ad annum 1314. ſub numer. margin. 16.

Bzouij fura inuaſio in OKanum.

Itẽ & in B. Amadeum.

Calumnię Bzouij exigunt ſpongiam Heruvarti.

Cogitur Bzouius palinodiam recantare circa electionem Henrici Septimi Imperatoris.

§. 21. *Poſtremus Scoti morbus: graviũ virorum de ſancta Scoti in Domino obdormitione iudicia vbi & inciden ter defenditur legitima doctrina, & etiam ſanctitas B. Amadei aſſertoris Scoti, & nouæ Apocalypſis Authoris, contra accuſationem Bzouij.*

1 EXplicatis & expenſis his, quæ ad vitam & doctrinã Scoti attinent; reſtat poſtremum Scoti morbum fœlicemque mortem deſcribere, ſeu veritatem venari ex antiquis Epitaphijs, quę factum indicant; & aliorũ cogitationes excutere leuibus coniecturis nixas, quę poſt elapſa ferè duo ab obitu Scoti ſæcula excreuerunt.

Varię opiniones circa poſtremum morbum Scoti.

Prima igitur opinio, non morbũ corporis cauſam Scotici obitus aſſignat, ſed altiſſimam extaſim, qnę externos corporis ſenſus cõſopiens, Colonienſes huius myſticę alienationis ignaros (abſentibus Scoti diſcipulis) deceperit, vt Scotũ myſtico Domini oſculo, & amplexu perfruentẽ, tanquã vita defunctum ante obitum ſepeliuerint, & humo iniecto ſuffocauerint. Cuius placiti aſſertor videtur S. Bernardinus Senenſis, tomo 4. editionis Petri Rodulphij, in Sermonibus extraordinarijs, Sermon. 1. vbi habet ita.

1. Opinio de Scoto ſepulto in extaſi.

2 *Oportet ſubleuare mentẽ ab iſtis ſenſualibus ad inſenſualia; ſicut accidit Magiſtro Subtili, ſcilicet Scoto, qui ita fuit extractus de ſenſualibus ad inſenſualia, & ita fuit eleuatus, quòd Fratres, qui ignorabant hunc eius ſolitum morem, credentes, ipſum fore mortuum, ſubterrauerunt eũ viuum. Et poſtea venientes eius diſcipuli, ſcientes id ſibi ſæpe accidere; quid foret de eius Magiſtro interrogãtes; repererunt, eum viuum ſubterratum fore, & ſuffocatum.*

Tribuitur S. Bernardino Senenſi, ex editione Rodulphij.

Cõſentit editio nouiſſima operum S. Bernardini ex correctione Ioannis de la Haye, Pariſini, licet aliquantulum in cortice verborũ diſſideat; ita enim habet in tom. 3. in Sermone 1. extraordinario, qui attitulatur de Regno Dei.

Cõſentit nouiſſima editio ex caſtigatione Ioãnis de la Haye.

Oportet

Pergulius.

Oportet ſubleuare mentem ab iſtis corporeis ad ſpiritualia, ſicut accidit Magiſtro Subtili, ſcilicet Scoto; qui ita fuit extractus de materialibus ſublunaribus ad ſpiriritualia, & ita fuit eleuatus, quòd Fratres, qui ignorabant hunc eius ſolitum morſ, credentes, ipſum fore mortuum, ſepelierunt eum viuum. Et poſtea venientes eius diſcipuli, ſcientes id illi ſæpè accidere, quid foret de eius modo interrogantes; reperierant, eum viuum ſepultum fuiſſe ſuffocatum.

Inflatur pro præmiſſo placito ex authoritate S. Bernardini.

3 Cui pronuntiato S. Bernardini id accedit roboris; quòd Bernardinus nec mentiri vellet, quia Sanctus, nec falli poſſet, quia noſtras, ſeu author domeſticus; nec eum cuētum ignoraret, ſi eum veſtigare optaſſet, quia primo ſæculo ab extinctione Scoti floruit, & authoritate pollēs, rem penitiùs callere valuiſſet; ſiquidem, vt tradit Gonzaga in Hiſtoria Seraph. part. 1. fuit primus Cōmiſſarius Generalis familię Obſeruantium Vltramontanorū electus Florentię anno 1436. vel anno 1438. vt cenſet Rodulphius, in Hiſtoria Seraph. lib. 2. ſub §. *Vicarij Generales de Familia.* Vbi inquit. *Primus Vicarius Generalis fuit S. Bernardinus, electus anno 1438. quem confirmauit Eugenius Quartus; multas fecit ordinationes, & decreta ad frugalitatem, & obſeruantiam conducentia.* Præferri ergo debet S. Bernardini pronuntiatum tanquam Sancti & domeſtici atteſtatoris, primi ſæculi ab obitu Scoti.

Item, quia S. Bernardinus floruerit primo ſæculo poſt Scoti obitū.

Petr. Rodulphius.

Conſentit etiā Sabellicus ſepulturę Scoti in raptu mentis.

4 Suffragatur etiam huic ſententiæ Marcus Antonius Coccius Sabellicus, vir valdè eruditus ex Bellarmini cēſione, qui viuebat anno 1500. iuxta eūdem Bellarminum de Scriptoribus Eccleſiaſticis; de Scoti igitur obitu ſic opinatur, ceu potiùs aliorum retert opiniones Sabellicus, nullū nominatum aſsignās authorem. *Prædicari audio, Ioannem Scotum, quo nemo ſubtilius diuinas tractauit literas, animo lixquè ſolitum, ac velut examinem eodem, quo deprehenſus, loco, per diem interdum, & amplius, immobilem ſedisſe, mente, & ſenſibus ſopitis, aut certè procul à corpore aberrantibus; atque ita demum ab hominibus eius rei ignaris pro defuncto elatum.*

Subſcribūt recentiores Gonzagæ, Rodulphio, Māganelus Ebor. enſis. Mercator. Paul. Berti.

In quam ſententiam iuit recentiorum noſtratium, & exterorum turba; Gonzaga, Rodulphius, Ludouicus Manganelus, & alij; & ex exteris Eborenſis, titulo de contemplatione, Gerardus Mercator, in Atlante, de Scotia, Paulinus Berti, Auguſtinianus, in Vita Scoti, & alij.

Reijcitur opinatio præcedens.

5 Sed præmiſſa opinio, quæ S. Bernardino tribuitur, meritò reijciēda eſt, vt pote quæ omni probabilitate orbata, nec S. Bernardini authoritate ſuffulta; quia author tomi quarti Sermonum extraordinariorum in editione Petri Rodulphij, nō eſt S. Bernardinus, ſed Daniel Pergulius, Patauinus, vt oſtendimus ſuprà in §. 17. ſub n. marg. 28. de quo nos admonuit idē Rodulphius in præliminari epiſtola operū S. Bernardini. Idē etiā eſtimat Ioannes de la Haye in præfatione ad lectorem; vbi ita cenſet de quarto illo tomo, qui apud Ioānem de la Haye tertius eſt, & etiam de Quadrageſimali antea non impreſſo, cuius titulus eſt, *De Pugna Spirituali*, quē tractatum nouiſsimè inuenit, & prælo commiſit idem Ioannes de la Haye, & habetur etiam in eodem tomo tertio citatæ editionis.

Diſquiritur an ſit de mente S. Bernardini?

Neſcio autem an quoddam Quadrageſimale, cuius titulus eſt, Quadrageſimale de Pugna Spirituali, *ſit S. Bernardino tribuendum: nā illius puraſim non ſapit, nec grauitatē, nec eruditionē noſtri authoris redolet. Idem ferè tenendū eſt de alio Quadrageſimali, cuius titulus eſt*: Seraphim Quadrageſimale; *arbitror tamen, Italicè ab eo vtrumque è ſuo geſtu habitum, ſed ab eo concionante nec fideliter acceptum, nec deinde eruditè latinitate donatum; quòſit, vt neutrū illius eſſe cenſeatur. Sermones autem, tum Aduentuales, qui continentur in tertio tomo, quos aliqui* pauciſsimis demptis extraordinarijs, qui carent articulorum diſtinctione) *nec non omnes, quos quartus comprehendit tomus, nemini dubium eſſe debet, nec alterius eſſe quàm noſtri Sanctiſsimi Concionatoris.*

Iudicium Ioannis de la Haye de Sermonibus extraordinarijs S. Bernardini.

6 Ex qua Ioannis de la Haye cenſione, Sermones extraordinarij, qui carent articulorum partitione, & diſtinctione, nō habentur legitimi S. Bernardini fœtus; ſermo autē primus, qui de Scoto loquitur, orbatur ar-

riculorum ſectionibus. Quod comprobatur ex Sermone vndecimo qui articulis caret, agente de conuerſione ad Ieſum, vbi referuntur à Collectore quædam S. Bernardini miracula, & percelebrantur Sancti Concionatoris facinora, quæ ab ipſomet extolli, & recoli nō credimus; nec enim vir Sanctus abſque modeſtiæ offenſione, ea de ſe prædicare poſſet; quæ ibi in eius encomium ſeriò expenduntur.

Verba Danielis Pergulij.

Deinde & rem vrget; quod Collector vel ſic finiat concionem. *Te precor, quicunque hæc legis, quatenus ſi minus benè dicta, imperfectia, vel plus addita reperis, quæ tuo animo alicuius ſuſpicionis erroris inducerent (me & non Dei verum culpabilem reddas; & tua charitas magis corrigat, vbi eſt error, & vbi eſt defectus ſuppleat, quàm mordeat liuor edax.*

Vera ſententia Auctoris

Inter quæ additamēta (quæ cādori & eruditioni Bernardini nō incommodare vult Pergulius, quia legitima non ſint Sancti viri pronuntiata) adnumerādam cenſeo de obitu Scoti narrationem; fortè enim ex ore S. Bernardini Collector exceperat commendationem Scoticæ cōtemplationis, quæ concinnè ibi exaratur ad euchendam mentem auditorum ad iugē alcenſum in cœleſtia terrenis poſthabitis, quem Sanctus Concionator ex inſtituto fidelibus inſerebat; & Collector ex proprio penu ſepulturam ante obitum ex vulgi rumore ſubtexuit. Accedit etiam ſumma S. Bernardini, & Danielis Pergulij in docēdo abſimilitudo, & imparilitas; Collectoris enim oratio inconcinna mutila, & barbara eſt, quæ doctrinę Bernardini venuſtatem & aciem adeò non exæquet, vt nec imitetur.

Explodituꝛ placitum de Scoto in extaſi ſepulto.

7 Cæterū, prædictā de ante obitū ſepulto Scoto additionē proſternit, & conuellit prorſus ipſiuſmet fabulæ proceſſus; qui licet Iouio, & Bzouio nō faueat, quatenus nullū admittat concameratū ſepulchrū, vbi Scotus caput allidere, illudque validis & repetitis ictibus cōterere potuiſſet; cū apertè Scotū in extaſi ſubterrarū, & ab humo irruente ſuffocatū & extinctū fateatur: adhuc tamē euidēter detegitur malè cohærētiū nugarū diſcrepātia, ex deceptione Colōnieſiū circa ſolitā Scoti extaſim, & abſentia omnū diſcipulorū Scoti, quibus exploratæ alienatio myſtica, & notiſſima extitiſſet.

Probatio 1. ex Ferchio.

Quia, vt acutè & acriter Ferchius, in Vita Scoti (*cap. 10. ſub num. marg. 36.*) Ioannes Scotus tempore ſtudiorum obiit, die octaua Nouembris; quo tempore (non exiſtentibus vacantijs, ſeu interſtitijs agonis & conflictionis literariæ) nō eſt credibile diſcipulos omnes abfuiſſe, vt nec ſaltim vnus Magiſtri extaſim referaret; cùm potiùs è contra Gerardus Mercator aſſerat, Scotum à diſcipulis terræ traditum.

Secunda ratio contra commentū de Scoto ſepulto ante obitum.

Deinde, præterquàm quòd copioſiſſimi ſtudentes erant Coloniæ, vbi ducenti Fratres ævo Scoti morabantur; eſtò quod omnes abfuiſſent à Cōuentu, vel ante, vel poſt prandium, nō ſuſtinuiſſent Fratres tres horas Magni Doctoris exequias, vſquequo diſcipuli redijſſent, & meritiſſimis honoribus celeberrimo præceptori parentaſſent?

Cōprobatio tertia cōtra commentū præmiſſum

Accedit tertium; quòd ſi Scoti extaſis ita diuturna, per diem, & ampliùs ſopitis ſenſibus inſolita erat; falsò aſſeritur ſolita. Si ſolita; in tamoſiſſimo viro nominatiſſima extitiſſet, & Colonienſibus notiſſima; qui cum Clero & Primoribus Vrbis nobiliſſimæ Scoto obuiam proceſſerant, & ſolemniſſimo apparatu triumphi inſtar exceperant.

Vltima ratio vrgētior

8 Præterea; nec diſcipuli voluiſſent id donū extaticę cōtēplationis, & myſticę alienationis ab externorū sēſuū munijs & functionibus ſilere; quia Magiſtro honorificētiſſimū, & fideliū ędificationi proficuū. Nec etiā ſi ſilentio ſupprimere ſtuduiſſent, id obtinere valeri tacum intra nullius ſit poteſtatē, qui extra ſe rapitur, aut diuagatur, abſcondi. Præſertim quòd ſolita eā, & per diem & amplius (vt loquitur Sabellicus) perſeuerās extatica ſenſuum externorum conſopitio cogeret Scotum à quotidianæ lectionis penſo, & Cathedræ regimine feriari; quod otium, & docendi interſtitium in publico Academiæ Magiſtro patētiſſimum, & quaſi obuiū omnibus exiſteret; niſi Vbios Colonieſes ex ſæculo, clero, & clauſtro; ſui impotes effutias.

9 Fa-

Scotus Doctor extaticus, sed non in extasi sepultus.

9 Fatemur ergo cum optimæ fidei scriptoribus, Scotum Doctorem extaticum extitisse, (de quo egimus in §. 17. à num. marg. 16. vsque ad 31.) sed fabulosum & inane reputamus, quod adeò posthabita sit Scoti incolumitas, & vita pessundata, vt solitæ raptus & mystici excessus metæ explorari non sint, nec eius durationes folerti iudicio & trutina expensę, antequã charę illę desideratissimi Doctoris exuvię sepulchro mandarẽtur præsentibus discipulis, ac ceteris honorum & gratitudinis symbolis exhibitis, quę in primariotum Doctorum parentatione, & funere seruabantur; vt ostendimus agentes contra Matenesium in §. 14. num. marg. 15. & 16.

Origo deceptionis Pergulij circa obitũ Scoti.

Ferchius V vadingus.

Vnde in §. 17. sub num. marg. 29. & 30. iure censuimus, deceptionem, non S. Bernardini, sed Danielis Pergulij eruptisse ex errore vulgi supponẽtis Scotum pro Sancto Archiepiscopo Colonien si Gerone, sepulto in extasi ante obitum in eadem Vrbe Colonię, fraude V valrami Præsulatũ ambientis; quam legitimam Ferchij coniecturam, etiam probat V vadingus tom. 3. Annalium, ad annum 1308. sub num. marg. 23. his verbis.

S. Gero ante obitũ in extasi sepultus Coloniæ

10 Sanctissimum inuenio virum Geronem, Archiepiscopum Coloniensem, (cuius electioni ex Angelica monitione Summus Pontifex consensit, & consecrationi interfuerunt SS. Petrus, & Ambrosius olcum infundentes) in extasim actum, hærentemque diutius immobilem, à Vvalramo Diacono Episcopatum ambiente vium tumulatumesse. Ductus tamẽ ranti scelleris pœnitudine Vvalramus post obtentam Episcopalem Sedem, Romam venit, & à Pontifice ea ratione absolutus est, vt aut nouum institueret Monasterium, aut vetus aliquod in sua dicœsi instauraret. Cœnobium itaque D. Martini Coloniæ reparauit, & bonis multis pro religiosis ex Scotia aduentantibus dotauit.

Vulgi rumor suppositi S. Gerone.

Non immerito Matthæus Ferchius hinc prodisse putat errorem; dũ enim Monasterium Scotorum audiunt populares ob horninem vium sepultum, fuisse constructum, facilè suspicari aut dici posset, & vulgari rumore spargi, properera illi peregrinę nationi datum graue illud Colonię domicilium, ob aliquem fuæ gẽtis ita indignè occisum, & crudeliter sepulchro viuum iniectum. Sic itaque Scotum viuum tumulatum fuisse, facilè credi potuit; & à viro Scoto ad Ioannem Scotum breui morbo, vt nos dicam, fublatum transferri fabellam ex errore prognatam.

Gualterius Belga Caspar Bruschius. Chronicon Belgicum.

11 Sed pro firmiori historiæ tutamine, accipe factum de ante obitum & in extasi sepulto Gerone, ex Gualterio Belga in Chronicis Ecclesiasticopoliticis, cui consentiunt Gaspar Bruschius, in Epitome de omnibus Archiepiscopatibus, & Episcopatibus Germaniæ, & Magnum Chronicon Belgicum sita igitur habet Gualterius.

Fraus Vvalrami in extinctione Geronis.

Vvarinus, siue Vvalramus fuit Geronis reí giosissimi Præsulis Diatonus, ac planè infidus in dominum suum. Cùm enim Archiepiscopus vehementi capitis dolore, quem morbum extasim dicunt Medici, laboraret, & mortuo per aliquot horas non esset dissimilis, & cum agritudine corriperetur, huius fraude (vt refertur) optimus oppressus est, & sepultus. Cùm tam subitatus esset; Vvalramus Episcopatum ambijt, & obtinuit. Verùm demum ductus pœnitudine de scelere, Romam profectus est, ea tum suum Summo Pontifici confessus, ac ea ratione absolutus, vt aut nouum institueret Monasterium, aut vetus aliquod in Diœcesi instauraret. Monasterium igitur D. Martini Coloniæ restauruit, ac bonis multis pro Religiosis ex Scotia dotauit.

Detegitur occasio deceptionis origo circa Scotum.

Quare, & scite colligit Ferchius (in vita Scoti cap. 10. num. marg. 38.) quod quia Monasterium causa illius ante obitum sepulti, instauratum est Scotis, vanitas vulgi haud rectè diffinguens, Scotum æstimauit viuum sepultum, ac terra obrutum; sed quòd Gero sepelierit or viuus, crimen ambitus in causa fuit, quòd autem Ioannes Dunsius vel sic extinguerctur, nil minus fuit.

Quis fuerit S. Gero in extasi sepultus Coloniæ?

12 Obijt autem S. Præsul Gero (vt obseruauit Ferchius ibidem) circiter annum nongentesimum septuagesimũ quintũ. Licet cõfectationis

Henricus Spondanus.

fuæ in Archiepiſcopum Colonienſem, vt ſic meminerit Henricus Spondanus ex Baronio, ad annum nongentéſimum ſexageſimum quintum, ſub numer. margin. 3. *Eodem anno, quinto Idus Octobris, Bruno Archiepiſcopus Colonienſis, germanus Ottonis Imperatoris obyit; cuius extat vita conſcripta à Rotgero Monacho: laudatur magnopere à Ditmaro, qui eũ interceſſione S. Pauli Apoſtoli receptum tradit in cœlum. Addens verb ãe eius ſucceſſor, fratris ipſius, nomine Gerone; affirmat in eius conſecratione viſos eſſe S. Petrum Apoſtolum, & S. Ambroſium fundentes oleum; Regem autem detrectantem adhibere conſenſum ab Angelo minis exterritum eſſe.*

Vigens deſenſio pietatis Scoti ex obitu S. Gerónis.

Hunc Sanctiſſimum virum tot eximijs electionis & dilectionis diuinæ ſignis ac præconijs condecoratum peſmiſit Deus ſitu & fraude iniquorum intercipi, & ſuffocari Coloniæ, vbi etiam eius excelſit Scotus; quæ truculẽta Sancti Præſulis nex ſicut famam illius non deturpat, ita nec Scoti gloriæ tenebras offunderet vllas incauta Fratrum Coloniẽſium ſimplicitas, quę eum in extaſi ante obitum tepeliſſet. Quare fabellam non vt Scoto iniurioſam excernimus, ceu quia ſingularem Deiparæ erga vindicẽ, & alumnum tutelam extorberſed quia à vero diſcrepet, & ex errore vulgi ſupponentis Seorum pro Gerone emerſerit.

Refellitur placens S. Bellini ex obitu Scoti.

13 Hac igitur prima ſententia de Scoti obitu relecta, quę ſub emẽtito S. Bernardini parrocinio netuos accipiens, plus ibus fucum fecerat; etiam conuellitur, & euaneſcit pronuntiatum Sabellici rumore vulgi ſubnixũ, vt liquet ex illis verbis: *Praticari audio, &c.* nullo authore aſsignato. Quantum autem referat ponderis vulgi loquelæ de anteriorũ ſeculorũ tacitis ſatis luperq; aperuit eruditiſsimus Cardinalis Baronĩ⁹ in notationibus ad Martyrologium Romanum, ad diem 27. Maij, refellens ex Trithemio nugas quaſdam, quæ de S. Beda ex vulgi ſomnijs cruperant, & penes complures fidem inuenerant: audi ergo vel ſic loquentem Baronium.

Caſdin Baronius de S. Beda.

De Beda illud vulgatum conſtat eſſe fig mentum; fuiſſe nimirum oculis orbum: Nemo id veterum teſtatur; quod ſine tacendum non fuiſſet ob viri eximiam doctrinam; & inexhauſtum in ſcribendo laborem. Tractãt & fabellã quadam de ſepulcbri ipſius epitaphio quam idem Petrus refert in Catalog. Cum (inquit) diſcipuli eius, ipſo defuncto, titulum de ſepulchro ponere aſſpoſſiſſet, vnico carmine Leonino ſic incipiens: Hac ſunt in foſſa: *Velletquiſſiuere*: Bedæ Sancti, vel presbyteri oſſa: *Nec metrum ſtare poſſet, nec vllum ei vocabulum aliunde occurreret, ſatio affectus, tandem iuſſi dormitum: & ecce mane in tumulo Angelicis manibus reperitur inſcriptum.*

Hac ſunt in foſſa Bedæ Venerabilis oſſa.

Refutatur fabella de S. Beda ex Trithemio.

Hæc Petrus; & alij, quos iure tredet atque redarguit falſitatis Trithemius lib. 2. de Viris Illuſtribus S. Benedicti, cap. 21. Aiuer enim ſe habere dicit epitaphium ad eius ſepulcbrum inſcriptũ; quod recitat lib. 3. c. 155. eſque buiuſmodi.

Verum Epitaphium S. Bedæ.

Presbyter hic Beda requieſcit carne ſepultus.
Dona, Chriſte, animam in cœlis gaudere per æuum;
Daque Sophię illum debriari fonte, cui ſam
Suſpirauit ouans intento ſemper amore.

Hæc ibi; ex quibus irritum prorſus redditur de Leonino verſu commentum. Hæc fortaſſe pluribus; ſed meæ ſententia pernec ſpicua, cum ea ac Bedæ ſepulcbro penes complures fidem inuenerint. Hactenus Baronius.

Concinna appli atio pro exeat e diu ſupra de obitu ven.

Sicut ergo Baronius fabellas vulgi de S. Bedę factis & funere propulſat ex Trithemio celebri hiſtorico, ita & nos ex eodem Trithemio luculẽter annum diem, locum ſepulturæ, cæteraſque Scotici obitus circunſtãtias elucubratę fatis referante, explodimus nugas de ante obitum ſepulto Scoto. Cui etiam accedit, quod S. Antoninus S. Bernardino poſterior nil inſolitum in Scoti obitu agnouerit; & quod etiam Philippus Bergomẽſis coæuus Sabellico id commenti etiam reprobauerit.

S. Antonin. Philip. Bergamenſ.

Vindicatio Scoti ex Mariano Florentino.

14 Adiungo præterea id, quod virgentius æſtimo; quòd Marianus Florẽtinus S. Bernardini coætaneus, vir probitate & ſcientia cõſpicuus, qui

edidit

Digitized by Google

ediditur historiam. Ordinis ab exoriente Religione Minorum vsque ad annũ milleſimum quadrigenteſimum ſexageſimum, qui fuit decimus ſextus ab obitu S. Bernardini, nil ſpeciale indigitat in enarratione obitus Scoti, præter præconia Sanctitatis, & magnam veneration em Scoti in parentatione funeris; vt conſtabit ex infra dicendis. Et certè non minus honorifica apparent ea epitaphia, quæ buſto Scoti appẽſa ſunt, quam id, quo funus S. Bedæ condecoratur, vt patebit ex §. ſequenti de fama poſthuma Scoti ex monumentis & epitaphijs; quantũm verò momenti & fidei nanciſcãtur hæc elogia, quæ ab obitu Scoti vigent, patefecimus ſupra in §. 5. ſub num. mag. 1.

Opinio ſecundas quòd apoplexis fuerit poſtrema mortibus Scoti.

15 Quare his miſsis; ſecundum placitum autumat, Scotum apoplexi ſublatum; exiſtimarũt enim aliqui, apoplexim in Scotum ingruiſſe ex igne diſputationis ſubortam, vt ſcribit Ferchus, in vita Scoti, cap. 7. num. marg. 27. Vnde eo morbo non conceſſo, ſed vt cunque dato, ſubiũgit Ferchius; quòd ſi id ægritudinis Scotum inuaſiſſet, *gloriaſius pro cœleſti patria ex certamine ſpirituali vitam profuderit, quam qui pro terrena, ex corporali pugna, moriuntur.*

Philip. Bergamenſis.

Hartman. Schedel.

Hartmanni ſequutus eſt Bergomenſem.

Primus iſtius placiti aſſertor reijciens opinationem Sabellici fuit Philippus Bergomenſis cognus Sabellico; Bergomenſem ſequutus eſt Hartmanus Schedel, qui præcipuè ex Bergomenſi ſuam concinnauit hiſtoriã ſatragineam, vt liquet ex Trithemio authore cognoſcendi ita habet de Hartmano in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, quem edidit Trithemius anno 1494. *Hartmanus Schedel, Nurembergenſis, natione Tuſcus ex Arſtum & Medicinæ Doctor, diuinarum quoque Scripturarum non ignarus. Scripſit inter alia ingenij ſui opuſcula ex Iacobo Bergomenſi, & aliis hiſtoriographis addens nonnulla maximè de rebus Germanorum opus grande & inſigne, quod continet hiſtoriam temporum. Viuit vſque hodie apud Nurembergam ſub Maximiliano Rege, anno Domini 1494.* Philippo autem Bergomenſi, & Hartmano Schedel conſentiunt plures recentiores.

Excutitur opinio Bergomenſis, ex Trithemio.

16 Sed huic opinationi ferè poſt duo ſæcula ab obitu Scoti excogitatæ à Bergomenſi oppono Trithemium coætanum hiſtoricum, qui Bergomenſis inuentum ſeu coniectũram legit, & contemſit, cùm tamen fuerit ſcriptor Germanus, & oculatus perſcrutator veſtigiorũ ſepulchri Scotici, cuius & minutiſſima quæque ſolerti diſcuſſione exarauit; quem transcripſimus ex actaritiſſimis Chronicis Hirſaugienſibus in §. 15. num. marg. 8.

Omnes recentiores ſequẽtes Bergomenſem in probando pro apoplexi, excuſo Bergomenſe.

Quia vt ſcitè obſeruauit Author Niteſe fol. 71 editionis Lugdunẽſis, Eyseğrenio, & aliis iunioribus, qui cã de apoplexi narrationẽ quaſi per manus tradiram à primo authore Bergomenſi acceperunt, eatenus debetur fides, quam ipſius Bergomenſis hiſtoria hoc in cuẽtu nacta eſt, quæ exigua, aut nulla apparet, cùm ferè poſt duo ſæcula ab extinctione Scoti ſcribens, neminem priſcum aut vicinum ſæculo Scoti authorem adiuocet, ſed coniectura leui nitatur, quæ à Trithemio poſthabetur, vt pote quæ nullo hiſtorię fulcro ſuffulta. Cum tamen inter coæuos hiſtoricos (quales extiterunt Bergomenſis, & Trithemius) præferri debeat non Bergomas, Italus; ſed loco vicinior & domeſticus, qui antiquariorum monumenta & veſtigia introſpexerit etiam Coloniæ exiſtens Trithemius: de quo conſentientem lege Vvadingi cenſionem ad annum 1302. ſub numer. margin. 16.

Nullus ex priſcis Scriptoribus tale morbum Scoto aſſignat.

17 Verùm, quia nullus ex coæuis & priſcis Scriptoribus aliquid ſpeciale in obitu Scoti cuenſſe narrauit; imò nec coætanei inſectatores Scoti Herneus, Paludanus, & Scoto poſteriores Capreolus, & alij (quare excogitationem eam de apoplexi vt ſecundi ſæculi diuinationem abijcimus) reiiquum eſt, vt Scotiçe extinctionis hiſtoriã ex epitaphijs buſto Scoti ſtatim in ipſa parentatione funeris appenſis expiſcemur, cum hæc vna reliqua ſit (coæuis authoribus ſilentibus) veritatis venandæ ratio.

Confutatur placitũ præcedẽs ex Miræo & Baldunelmio.

Quamobrẽ eximius Chronologus Aubertus Miræus à nobis trãſcriptus in §. 15. ſub num. marg. 18. ideo Ioniũ fabellã deportandam æſtimauit,

Quia eius nullum appareat vestigium, nec in Monasterij Colonien sis Archivijs, nec in epitaphijs variis tumulo adscriptis. Cui etiam fundamento inniti tur, vt nugas Iouij ableget, Balduinus Iunius in Chronico Morali excuso Colonię. par. 4. ad annum 1308. cuius scriptoris de Scoto iudicium infra transcribimus. & expendemus.

Comitis Seriptoribus fidentibus, dedit patentia Scoti quis Epitaphijs.

Cum ergo solis vestigijs Conuentus Colonien sis, & antiquis epitaphijs sit fides præstanda; vel sic Scoticæ obdormitionis seriem ex epitaphijs cõiectat Ferchius, *in vita Scoti, cap. 7. num. marg. 27.*

Plurimis ergo sacrarum actionum, cõcionum, disceptationũ, & scriptionum ad fidem illustrandam, mores corrigendos, religionem amplificandã, posteros instruendos, meritis & virtutibus plenus consummatus in breui expleuit tempora multa, donec ei pro temporarijs laboribus Deus æternam requiem offerre, ac è terris raptum in cœlum euehere dignatus est. Itaque anno à Christi natalibus 1308 die octaua Nouembris, quæ est octaua omnium Sanctorum, ad Sanctorum communionem euocatus est Ioannes Dunsius, ita quidem vt eodem die publicè disputarit, & siue in eadem disputatione, siue paulo post domum reuertius, forsan propter profundam in disceptando cogitationem, & ardẽtẽ pro veritatis zelo laborem, repẽtino morbo è viuis excesserit. Hanc disputationem Poeta de sepulchro pendẽs indicat.

Viderur indica equòd Scotus diurno morbo extinctus fit.

Doctor Subtilis soluens sua iustra Ioannes
Scotus, in obrectis vltima verba dedit.

Et alius antiquior.

Stramine in vico placidi tertaminis orda
Celsirat, vbeu belli desinit esse caput.

Epitaphia Scoti.

18 Sic etiam Scoti obitum describit Vvadingus *ad annũ 1308. sub num. marg. 28.* Ego vero, vt inter tot finitra, meum sincerè de Scoti morte iudicium interponam, naturalem more aliarum fuisse dixerim, celeremtamen breui morbo præcunte: ita enim indicare videntur aliquot carmina ex varijs Epitaphijs ad tumulum appensis. *Ex quibus colligo, eo ipso die, quo repentinus morbus inuasit, pubices disputasse, fortasses obtra hæreticos Begardos, seu Beguinos; & profundè secum de peractis in confessu cogitantem, dum domum rediret ex aeri congressi, frigido anni tempore, calore consipato, & sudore represso, repentè dolore correptum, breui & raptim præmissis Christiani hominis officijs placidè spiritum exhalasse.* Ita enim præscriptos intelligo versus, vt postrema verba protulerit in disputatione iuxta illud carmen: *Scotus in obrectis vltima verba dedit:* deinde raciturnum alte secum pensitantem inuaserit morbus mox propria dulcedine lethum venerit, sed raptim.

Alij obitum Scoti narratione ex Vvadingo.

Subscribere apud Ferchium Vvadingus.

Probabilior sententia de postremo morbo Scoti.

19 VErum enim verò, vt meã qualemqualem opinationẽ in hac re exhibeam; aliquot substernere, & quasi præstituere licebit. Primum, nil speciale & insolitũ in obitu Scoti circa morbi qualitatẽ euenisse: quod confirmo ex silentio Truthemij accuratissimi de Scoto scriptoris, qui exactissima fide omnes funeris circumstantias inuestigauit. Cui etiam consentit Iacobus Gualterius Societatis Iesu in Tabula Chronographica status Ecclesiæ Catholicæ, sæculo 13. vbi inquit. *Ioannes Dunsius, Ordinis S. Francisci, cognomento Scotus, ac Doctor Subtilis, Alexandri Alensis discipulus, qui anno 1308. virtam finxit sepulchro, fuit in Colonesi Franciscano Ecclesiæ Tritheimius in Catalogo, anno 1308. de eo & S. Antonius 3. p. titul. 24. cap. 8. §. 2. Genebrardus in Clement V. Bellarminus anno 1400.* Vbi nil singulare commemorat de extinctione Scoti; imò cum legisset Genebrardum tam eulemam illam fabellam de lethargo & corruptione manuũ in sepulchro ex erroré vulgi natam esse, cõtemptui illi; & silentio suppressit.

Nil speciale & insolitum accidit in obitu Scoti.

Gualterius.

Nota eõtra Genebrard.

Idem ex Iacobo Gordono.

30 Eadem nugas de obitu & funere Scoti posthabuit, nil infolitum in postremo Scoti morbo indicans, alter Chronologus Iesuita, Iacobus Gordonus, ad annum 1308. ita scribens in tomo 2. suæ Chronologiæ. *Obijt nunc Scotus, Titulogus Franciscanus, eorum, qui sunt à D. Thoma, dictus Antagonista.*

Confirmatio ex Bzovio contra hæreticos & præcipue contra Calvin.

Deinde Caso hæretico effutienti fabellam de impio interitu Scoti oppono ex Ecclesiæ desertoribus Abrahamū Bzcholcerum aliàs non contemnendum Chronologum, qui Trithemium sequutus nil insolitum in Scoti extinctione narrat in suo indice Chronologico ad annum 1308. vbi ita habet. *Ioannes Duns, Franciscanus, Scotus, Doctor Subtilis dictus, moritur Coloniæ 8. Nouembris, à morte Thomæ Aquinatis 34.* (Trithemius.) *Huius sectatores dicti sunt Scotistæ.* Hæc enim ex hæretico scriptore vindicatio funeris Scoti contra hæreticos in Scotum oblatrantes haud exigui momenti esse potest.

Pietas funeris Scoti ex Mariano Florentino.

31 Subnecto etiam iudicium Mariani Florentini Scriptoris proximi sæculi extinctioni Scoti, nihil etiā speciale de qualitate postremi morbi Scoti indicantis præter obitū in flore iuuenturis; ita enim habet. *Scotus Coloniæ tandem consummatus in breui, ex operibus suis æterna præmia recepit; ibique in Conuentu Coloniensi Agrippinæ superioris Germaniæ honorifice sepultus, in magnaque veneratione habitus est. Excessit, anno salutis 1308.*

Attestatio Marci Oliuponensis de sacrificato obitu Scoti.

Nec comittam, vt præteream magnum virum Marcum Oliuponēsem, Portuensem in Lusitania Episcopum, pietate & eruditione insignem, qui & ita obitum Scoti commemorat in suis chronicis Hispanis, parte 2. lib. 6. cap. 3. *Fue embiado del Conuento de Paris por Letor à Colonia Agripina de Alemania la alta; donde acabado en breue tiempo la peregrination desta vida, passò al Señor a recebir la corona de la gloria en premio de sus buenas obras: fue sepultado en el Conuento de Colonia Agripina, con mucho sentimiento y congrande veneracion. Falleciò año del Señor de mil y trecientos y ocho.* Vbi postquam Scotum ab eximia vitæ Sanctitate commendatum pradicauerat, & amplexibus pueri Iesu in nocte Natalis eius condecoratum, insuper & ardenti paupertatis euangelicæ zelo, & rigida obseruatione a fluantem; subiungit quod Coloniam missus, breui temporalis vitæ agone exantlato, vocatus sit ad superos, meritorum meredem acceptuntis; & quod magno omnium dolore, & veneratione sepultus fit.

Integritas Marci Oliuponensis in historia Scoti.

Quo autem delectu & iudicio fuam fiane de Scoto historiam scripserit Marcus Oliuponensis, satis superque demonstrat ex his, quæ subiexit in fine capitis. *Otras muchas cosas, y de mucha gloria se dizen de la doctrina i sciencia de Scoto, las quales porque no las hallè autenticas, y autorizadas no las referiré aqui.* Vbi & multa alia quæ à magna Scoti gloria & exaltatione esse possent, præterisse affiscuerat, quæ sine non commendet historiæ, quia ea authentica non inuenerit, & firma authoritate fussulta: quare nec aliquid speciale scribit de postremo morbo Scoti.

Obseruatio 2. pro Epitaphio Scoti in explanando.

32 Ex quo infero (& si secunda adnotatio) quod illa verba Epitaphii *Scotus in obiectis vltima verba dedit* non ita præsse & stricte accipienda sint, vt Scotus post acrem concertationem initam, cum aduersarijs innoxij conceptus Virginis, vel cum Beguardis hæreticis; statim ex eorum aut verba amiserit, & redies in Conuentum eodem die obierit. Si enim in ipso disceptationis æstu, vel in eodem die litterarij agonis, vita defungeretur Scotus, quid speciale esset, & insolitum, quod ab accuratissimis scriptoribus præcipue domesticis in viro nominatissimo non esset obuolvendum silētio, præsertim à Trithemio, qui minutissimè cæteras Scotici obitus circunstantias perstrinxit.

Ex Epitaphio Scoti non colligitur, quod diuino morbo extinctus sit.

Nec infirmat veritatem elogij statim ab obdormitione Scoti, bullo illius adscripti, quòd aliquot diebus superuixerit loquens, & cum ægritudine conflictans; cum optimè conster Epitaphium cum Scoto superstite, & per aliquot dies ægrotante. Tantum enim voluit Poëta in elogio, quod

illa Scoti verba in certamine habita, postremum fuerit eximij acuminis Scoti in disputando conamen. Attemperat enim se elogij author rationi vulgari loquendi, qua insignem concionatorem (quem post celeberrimâ concionem lethalis morbus invaserit) dicimus, *ultima verba in suggestu edidisse*: quia illud postremum extiterit eius generis vocis, aut doctrinæ meritum, quamuis per plures dies aut menses in ecclesiam decumbens, alia plera que salutari animæ & corporis opportuna effarcirur. In quo etiam sensu, vltima in obiectis ea verba Scoti asseruntur, quia nominatissima illa concertatio postremum fuerit Scoti in re litteraria acumen; non tamen vltima vox piij Doctoris Christiana officia implentis, & se se apparantis ad exitū, & abitionem in patriam.

Obseruatio in vocem *Raptus* ex Epitaphio.

23 Tertium noto; quòd huic explanationi, quam germanam iudico, non aduersentur illa Epitaphij carmina.

Tempora post Christi, propria dulcedine lethum
Venit atrox raptim, carere composito.

Vbi innuere videntur, quòd Scotus repentino morbo raptus sit. Quia illud *Raptim*, non exprimit repentinam Scoti extinctionem, sed inexpectatam à discipulis mortem desideratissimi Magistri in ipso iuuentutis flore, antequam trigesimum quartum annum expleret: quare ab eis raptim, celeriter, seu extemporaliter auulsum queritantur, quando ab ipso vberiores & maturiores doctrinæ fructus expectarēt. Qualiter loquutus apparet Suetonius Tranquillus, in Caligula, cap. 7. *Habuit in matrimonio Agrippinam. M. Agrippæ & Iuliæ filiam, & ex ea nouem liberos tulit; quorum duo infantes adhuc rapti, vnus iam puerascens, insigni fe flituitate, cuius effigiem habitu Cupidinis in ade Capitolina Veneris Liuia dicauit: Augustus in cubiculo suo posita m, quotiescumque introiret, exosculabatur; ceteri superstites patri fuerunt.* Vbi raptus sonat Suetonio nō subitaneum exitum, sed extinctionem ferē in ipsis vitæ initiis. In quo etiam sensu iuxta phrasim poeticam, lethum ingruens in dilectissimum Magistrum atrox & crudele inculant discipuli Scotis iuxta illud Virgilij in Georgicis.

Eiusdē ratio ex Suetonio Tranquillo.

Virgilius.

Ecce inimicus atrox magno feridore per auras
Insequitur Nisum.

Idē ex Bellarmino, & Vascōcell.

24 Sic enim immaturum Scoti obitum, apud Bellarminum expendimus supra in §. 15. sub num. marg. 16. Eadem immaturitatis vsurpatione vsus est Antonius Vasconcellius ex Iesuitis disertus historicus in Anacephalæosi 18. Regum Lusitaniæ; vbi narrans felicem obitum Magni & desideratissimi Regis Emanuelis huius nominis Primi, cum dicit raptum præmaturè; licet extinctus sit anno suæ ætatis quinquagesimo secundo, & quòd mors illum suis inuiderit immaturo exitu, quando clariores contra infideles maturabat triumphos; ita enim loquitur sub num. margin. 17. in fine.

In quo sensu Emanuel Rex immaturè raptus

Faliciſſimus denique & in morte, quæ nobis illum præmaturè inuidit ac rapuit Idibus Decembris, anno à partu Virginis 1521. ætatis super quinquagesimum secundo, Imperij sexto & vigesimo. Hæc Vasconcellius de Emanuele, cuius extinctionem non libi, sed publico bono immaturam censuit; ita ergo Scoti exigus licet sibi maturus, litterariæ rei extitit immaturus.

Cōfirmatio ex facta Scriptura, Sapientiæ 4.

Quæ etiam ratione Sapientiæ 4. *Iustus si fuerit raptus, non malitia mutauerit intellectum eius*; cum tamen ibi vice beneficij Spiritus Sanctus non ita indicet iusto subitaneum exitum, vt ille inuitè corditer raptus non adiuuatur, qui à labendi periculis & voraginibus abripiatur, non subitaneo exitu, sed interstitio aut decursu lōgæ inualetudinis: adeo vt iustus, vel sic quam uis prolixo morbo translatus, censeatur iuxta Sacræ Scripturæ phrasim raptus, & raptim præuentus, si antequam in imminentes proruat lapsus, è viis præripiatur etiam naturali ægritudine, præsertim ante senium, & vltra communem expectationem, & desiderium.

Dulcis obitus Scoti ex Epitaphio.

25 Quod in Scoto demonstro ex sequentibus verbis carminis: *Cer-*

tere

cere compositor & ex illis: *Propria dulcedine lethum venit*: quæ Scotum prædicant, mêre & corpore ad pietatem compositum obiisse id enim mihi haud incongruè sonant illa verba: *Carcere compesito*: adeo vt Scotus non detungatur vita acribus corporis cruciatibus concussus, exagitatus, & quasi ad placidum exitum incompositus; sed quòd suaui morbo in manus Matris misericordiæ ipsi simum transmiserit, & effluerit animam relicto corpore, quod spiritui diffolui cupienti, & ad Agni nuptias anhelanti (cuius in amplexu, Parisijs arthas beatitudinis acceperat) carcer fuit & exitus; ita enim Pythagoras (apud S. Basilium à nobis translatum in §. 26. num. marg. 16.) corpus æstimauit animæ carcerem.

Raptus Scotus ne experiretur ingruentes Ordinis Franciscani fluctuationes.

Quòd autem Scotus (speciali prouidentia raptus sit, ne experiretur magnas Ordinis fluctuationes, statim ab illius obitu sub Alexandro de Alexandria Scoti auditore excrescentes, & conspirantes; & rursus ingruentes, tempore Ioannis XXII. conflatas Ferchius translatipitus à nobis agentibus contrà Bzouium §. 13. sub num. marg. 3. Vnde contra Ioannios in Scotum debacchantes liceat intorquere illud Sacri contextus ex eodem Sapientiæ 4. *Condemnat iustus mortuus viuos impios, & iuuentus celeritas consummata longam vitam iniusti. Videbunt enim finem sapientis, & non intelligent, quid cogitauerit de illo Deus, & quare munierit illum Dominus.*

Probabilior sententia de obitu Scoti

26 Quibus præmissis, vel ne leuiem Scotici obitus venor ex illis Epitaphij carminibus, quæ in ipsa parentalione funeris cóscripta teftatur Ferchius supra citatus.

Straminis in vico, placidi certaminis ordo
Cæpitat, hic bella desinat esse caput.

Ioann. Ecius.

Ita ergo (vt coniecto) accidit postremus Scoti morbus; quòd post initum acre certamen, vel contra Hereticum pro Immaculatæ Virginis Cõceptione (vt ostendimus ex Eccio, in §. 13. num. marg. 10.) vel contra Beguardos hæreticos, Scotum in vico straminis (fortè hic appellabatur vicus ille) inuaserit extemporalis seu inexpectatus morbus: ita vt Subtilis Doctor dolore correptus, cæpitans & vacillans grestim ad Conuentum redierit; vbi cuncta salutis animæ & corporis subsidia expertus est à fidis alumnis exhibita, quæ desideratissimo Magistro deberentur; & quod post aliquot dies ægritudinis summa integritate, mundi despicientia, & tolerantia decursus, sanctè, dulciter, compositè, & placidè in Domino obdormierit: id enim exprimunt illa verba: *Propria dulcedine lethum venit*: & illa: *Carcere compesito*. Quare illud *Raptim* referendum iudico non ad celerem aut diurnum morbum, sed ad extimum in virente, & florente iuuenta.

Si Scotus disputans pro Deipara obiisset, id nõ esset obstaculum sanctitio.

27 Si autem verba illa Epitaphij: *Scotus in obitu ultima verba dedit*: non laxè iuxta phrasim poeticam, & vulgarem loquendi rationem, sed precisè accipienda irent, itaut Scotus pro illibata Virgine æstuans, vel pro fide Cathol. ca contra Beguardos defudans, in ipso disputationis triumpho vltimam verborum & vitæ periodum claudiderit: id esset ab exactissimis historicis inter præclara alia Scoti facinora scribendum, iuxta collectionem Baronij in S. Beda luminibus corporeis orbo, vt liquet ex num. marginali 13. Tum quia rarum & singulare, vt supra adnotaui, tum quia recolendum in magnam tanti Doctoris exaltationẽ. Sicut merito percelebrat Tacitus, scriptor coætaneus, quòd Seneca in balneo, & ipso sanguinis ex abruptis venis profluuio propè exanimis, aduocatis amanuẽsibus optima ad mores monimenta instillauerit, itaut docens vltima verba dederit, in aureis monitis exhalans animam.

Tacitus de obitu Senecæ.

Seneca docens extinguitur.

Sic enim de Seneca Cornelius Tacitus lib. 15. Annalium, cap. 63. *Quoniam senile corpus, & parco victu tenuatum lenta effugia sanguini præbebat, crurum quoque & popliteum venas abrumpit. Nouissimo quoque momento, suppeditante eloquentia, aduocatis scriptoribus præcipit tradidit, quæ in vnigus edita eius verbis inuertere superfedeo.* Quod factum vel his extollit præconijs Iustus Lipsius, in vita Senecæ, cap. 8. *O virum! O animi robur! in ipsa etiam*

Lipsius.

morte dictare, quod poſteros iuuaret. Et quis edita Tacitus omiſit, O improuidè factum! & nobis quoque Cygneas illas voces audire, vel leui aure eſſet.

Incuſatur incuria antiquorum, qui vltimã Scoti diſputationẽ non mandarunt ſcriptis.

Ita etiam eos incuſare licebit, qui poſtremam illam & verè auream Scoti diſceptationem, quam pietate ardens, Cygnæa voce cecinit, ſcriptis mandatam, poſteritati non tradiderint; honorificentiſsimum enim Scoto extitiſſet, quòd vſque ad vltimum halitum hæreticos proſternens, vel Deiparam à næuo originariæ labis aſſerens, & Matiæ gratiam ignito agone ſibi ipſi demerens, vitam profunderet. Quare olorinas haſce voces Scoti pro Immaculata Virgine, profligantes Heruetum apud Ioannem EcKium ſuſpicimus, & recolimus in §. 15. num. marg. 10. & 15. dum aſſerit EcKius; *Quòd palmam tulerit Scotus contra Heruetum in articulo de Immaculata Virginis Conceptione; & quòd ſtatim poſt hoc, debitum naturæ perſoluit Scotus.* Vbi illud (*ſtatim*) dato quòd indicaret breuem Scoti morbum poſt certamẽ initum; ſed non exprimit diurnam tantùm ægritudinem, aut ſubitaneum exitum; quòd autem ex EcKio reuincantur Iouius, & Matçneſius, obitus retractarij notam Scoto inurere conantes, ibidem oſtendimus.

Ioann. EcKius.

Quamuis Scotus ſubitaneo morbo, extinctus eſſet, id non obſtaret famæ ſanctitatis Scoti.

28 Nec tamen cò poſtremam vnius tantùm diei ægritudinem Scoti abigimus, quò repentinum morbum, aut ſubitaneum obitum cenſeamus Scoticæ pietati incommodum, aut famæ iniurioſum, cùm plures Sanctiſſimi viri truculenta & ſubitanea morte extincti recolantur; ſed quia talis opinatio de diurno Scoti morbo & extinctione, authoritate orbetur, dum nec vllum priſcum tutelarem ſibi aſciſcat, aut ex Epitaphijs aptè depromi queat. Si autem vel ſic præuentus aut raptus eſſet Scotus, nil illius ſanctitatem imminueret; de quo diſertam accipe cautionem ex Authore Nitelæ fol. 67. editionis Lugdunenſis, & Vvadingo ad annum 1308. ſub numer. marg. 27.

Inſtantiæ ex obitu ſubitaneo pluriũ ſanctorum.

Quis filios & filias Iob ruina domus ſubitò oppreſſos damnabit? quis Simeonem Stellitem fulmine percuſſum; cuius animam ab Angelis efferri vidit Sanctus Abbas Iulianus? quis Sanctum Agatonicum à Leonibus diſcerptum, quem aliàs in frigore noctu fouebãt? quis Sanctum Belinum à canibus laceratum? Author eſt prædictus Holchot, ſanctum quemdam inter libros, & ſtudia in ſuo muſæo obijſſe, & dum quidam inde ſuſpicionis calũniam conciperent, inuentus eſt digito extenſo eum verſum deſignaſſe. *Iuſtus quacumque morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.* Nunquid damnãdus Martinus V. Ioãnes Albertus Poloniæ Rex, Paulus II. Carolus VIII. Rex Galliæ, alijque viri pij, qui quotidie ſub oculis aploplexia intereunt? ergo manifeſti vel occulti criminis pœnam luunt! Gero Archiepiſcopus Colonienſis Sãctiſsimus à Vualramo cathedram eius ambiẽte extaſi correptus, viuus tumulatus eſt; an manifeſti criminis pœna? Quod ſi igitur Doctorem Subtilem apoplexia, aut alia quapiam ſubitanea morte ſublatum fuiſſe dicatur; quid ſingulare contra eum inferendum erat ex ſucceſſu tot viris pijs & ſanctis communi? Repentè & violenter perierunt plurimi, nomine & ſanctitate clariſsimi: per me ita cum illis perierit Scotus, dum ſic perijſſe probetur, & non liuore potiùs quàm ad hiſtoriæ veritatem referatur.

Author Nitelæ. Vvading.

Obijt Scotus anno ſuæ ætatis trigeſimo quarto. Ferchius Author Nitelæ.

29 Obijt Doctor Subtilis ante annum trigeſimum quartum ſuæ ætatis expletum; quod colligit Ferchius (in vita Scoti, c. 4 num. marg. 9. & lib. 2. Apologiæ contra Bzouium, num. marg. 21. quem tranſcripſimus in §. 18. ſub num. marg. 4. cui ſubſcribit Author Nitelæ fol. 25.) ex illis carminibus Epitaphij Scoti: *Tempora poſt Chriſti, propria dulcedine lethum venit*, &c. quæ aſſerunt, Scotum attigiſſe metam mortalis vitæ Seruatoris noſtri, ſcilicet triginta & quatuor annos nondum expletos.

Placitum Vvadingi de annis vitæ Scoti.

Nec obſtat replica Vvadingi opinantis, quòd illa verba carminis: *Tempora poſt Chriſti*: quæ indicant tempus Scotici obitus, referenda nõ ſint ad metam triginta quatuor annorum mortalis vitę Saluatoris, ſed ad annum ſalutis noſtræ 1308. quem in margine indigitat Petrus Rodulphius hæc

car-

carmina tranſcribens in lib. 3. Hiſtoriæ Seraphicæ: ita vt non veluti elogiũ, quòd Scotus tranſlatus ſit æqualem decurſum annorum vitæ Chriſti ſortitus, ſed quòd vita defunctus anno 1308. Sed audi Vvadingi de hoc iudicium ipſiuſmet verbis exaratum.

Ratio Vvadingi ex Epitaphio Scoti.

Illa autem prima verba; *Tempora poſt Chriſti*; non ita mihi ſonant, vti & alijs, vt indicent Scotum obiiſſe poſt annos ætatis Chriſti, anno ſcilicet trigeſimo quarto, aut quinto ſed annum poſt Chriſti natiuitatẽ, quo Scotus obijt, ſignificant; appoſito tamen è regione in margine annorum computo, prout Epigrammatarius appoſuit, & ex illo Rodulphius excripſit, in hunc modum.

* Anno 1308.

*Tempora poſt Chriſti * propria dulcedine lethum.*

Vſus enim eſt hac partitione propter difficultatem diſtribuendi computum Arithmeticum in carmine. Conſideratione verò dignum eſt, quòd ſi calore diſputationis pro fidei aut veritatis zelo morbum incurrit, & occubuit; glorioſius ſanè in certamine ſpiritali vitam profudit, quàm qui pro terrena re, corporali pugna moriũtur. O fortunata mors, quę peccato debita, eſt gratiæ reddita; nec tam pro iniuria Adami compenſanda, quàm pro gloria Chriſti comparanda eſt ſuſcepta.

Refellitur opinatio Vvadingi.

30 Hęc enim non obſtant; quia Rodulphius vitiatis tranſcriptis elogiorum Scoti vſus apparet, nec ad fidem exemplarium Colonienſium: quod non ſemel in ſuperioribus oſtendimus in §. 5. ſub num. marg. 2. vbi citca illa verba Epitaphij:

Concepta eſt Virgo primi ſine labe Parentis
Hic tulit: hic hæreſi prælia dura dedit.

Rodulphius vſus eſt vitiatis tranſcriptis Epitaphij Scoti.

Taxauimus vitiata Rodulphij carmina, quæ habent: *Hoc tulit: hoc dicto prælia dura dedit.* Quem apud Rodulphium tranſcriptorum elogiorum lapſum etiam referauimus in §. 13. ſub num. marg. 2. vbi peccat in hiſtoriam obitus Scoti in teneris annis; cùm enim legere debuiſſet iuxtà Colonienſe exemplar.

Vera Epitaphij carmina.

In teneris annis fuit, ergo memento Ioannis,
Hunc, Deus, ornatum fac cœlitus eſſe beatum.

Ita habet vitiatum Rodulphij tranſcriptum:

In terris quantus fuit; ergo memento Ioannis
Hunc Deus ornauit, fac cœlitus eſſe beatum.

Detegitur vitium Epitaphij Scoti apud Rodulphiũ.

In quo (vt inibi obſeruauimus) non ſolùm deficit à fide exẽplaris Colonienſis, ſed etiam ab harmonia & numero Leonini carminis. Quibus miſſis, vt ad illa regrediar, quæ in præſenti expendimus, & ex quibus præfixam annorum Scoti metam venari conamur; in tranſcripto Ferchij, qui Colonienſe exẽplar inſpexit, illa verba: *Tempora poſt Chriſti*: non habent in margine reſpondentem numeri notam, quæ indicet annum 1308. quare abſolutè intelligenda veniunt de triginta quatuor annis nondum expletis vitæ Chriſti ſignantibus vltimam vitæ Scoti periodum; quod & cõfirmat aliud elogij carmen adſtruens, Scotum in teneris annis obijſſe.

In teneris annis tranſlatus Scotus, adeptus eſt longitudinẽ dierũ.

31 Scotus ergo in teneris annis tranſlatus, eam dierum longitudinem nactus eſt, quam exquiſiuit ardenter; ſcilicet in patria amplecti Salutare Dei Ieſum cuius fruitionis arrhas & pignus acceperat in corpore degẽs dulciſsimi pueri amplexus; de quibus mellito ſermone loquẽtem adi Bernardum ſuper pſalmum, *Qui habitat in adiutorio altiſsimi*, in Sermone 17. prope finem, vbi expendens illud pſalmi; *Longitudine dierum replebo eum & oſtendam illi ſalutare meum*: vel ſic pro Scoto in teneris annis ad ſuperos rapto cenſere videtur.

S. Bernardus.

Deſcribitur quæ ſit vitæ longitudo expetenda.

Longitudine dierum replebo eum: ac ſi manifeſtiùs dicat; ſcio quid deſideret, ſcio quid ſitiat, quid ſapiat ei. Non ei aurum, vel argentum ſapit, non voluptas, non curioſitas, non dignitas aliqua ſecularis; omnia detrimentum facit, omnia aſpernatur, & arbitratur vt ſtercora: exinaniuit penitus ſemetipſum, nec ſe ex his patitur occupari, quibus nouit ſe non poſſe repleri. Non ignorat ad cuius imagi-

nem

nem conditus ſit, cuius magnitudinis capax ſit; nec ſuſtinet de modico creſcere, vt de maximo minuatur. Itaque longitudine dierum replebo eum; quem niſi lux vera reficere, niſi æterna implere non poteſt: ſiquidem nec longiturnitas illa terminum, nec claritas illa occaſum, nec ſatietas illa faſtidium habet.

Non ergo deſiderauit Scotus, de modico temporalis vitæ creſcere: in maximo (ſcilicet in clara Dei intuitione, & jugi fruitione) imminutus, & in carnis ergaſtulo retardatus.

S. Bernardus.

32 Et paulò infra, in illa verba; *Et oſtendam illi ſalutare meum*: ſubdit Mellitus Pater. *Ad hoc quoque referri poſſe videbitur quod adiecit: Et oſtendã illi ſalutare meũ. Alioquin accipiamus, ſi magis placet, etiam hoc modo, vt ipſos quos promiſerat dies, in hac oſtenſione ſalutaris exponat. Longitudine, (inquit) dierum replebo eum. Et tanquam quæreres, vnde erit dies in ciuitate, de qua legimus, quia non lucebit ibi Sol per diem, nox enim non erit in ea; oſtendam illi, ait, ſalutare meum: vt quemadmodum & in illa ſcriptura dicitur; Lucerna eius ſit agnus. Oſtendam illi ſalutare meum. Non iam in fide erudiam, non iam exercebo in ſpe, ſed ſpecie adimplebo. Oſtendam illi ſalutare meum, oſtendam illi Ieſum meũ, vt in æternũ tã videat, quẽ dilexit, quẽ ſemper optauit.* Bellè quidẽ & concinnè in Ioannem Scotum etiam in mortali vita, Pueri Ieſu fotum amplexibus.

Ieſus, Salutare Dei, Scoto oſtẽſus.

Etiam ex Senecæ iudicio Scotus longitudinem dierũ adeptus.

33 Scotum præterea in teneris annis longitudinem dierum adeptũ, etiam ex ethnicis confirmat altum Senecæ iudicium, in libro de breuitate vitæ ad Paulinum, cap. 8. *Non eſt itaque, quòd quemquam propter eanos, aut rugas, putes diu vixiſſe; non enim ille diu vixit, ſed diu fuit. Quid enim? ſi illum multum putes nauigauiſſe, quem ſæua tempeſtas à portu exceptum huc & illuc tulit, ac viribus ventorum ex diuerſo furentium per eadem ſpatia in orbem egit? nõ ille multum nauigauit, ſed multum iactatus eſt.* Multum ergo vixit Scotus, etiã in iuuentute ſarcinam carnis exuens, qui inanibus circuitionibus iactatus nõ eſt, nec à recto tramite deuiauit otij diſpendijs; ſed robuſtis conaminibus pietatis & doctrinæ compendiariam viam aggreſſus, ſemper Eccleſiæ extitit frugi, dum nouis nec antea excogitatis miræ ſapientiæ fluẽtus Theologiam locupletauit.

Scotus non obijt ſub Cœleſtino V. Summo Pontifice contra Bzouium, & Mateneſium.

Probatur ex textu Scoti vbi citat Bonifacij Octauum.

Itẽ & Benedictum Vndecimũ.

Reuincitur commentũ Bzouij.

34 Defunctus eſt die octaua Nouembris anno 1308. vt tradunt cũcti ſcriptores, Bzouio, & Mateneſio exceptis; quare nec ſub Cœleſtino Quinto è viuis exceſſit, quòd luculenter oſtendimus contra Mateneſium in §. 14. ſub num. marg. 6. Scotus enim in 4. ſentent. diſt. 6. quæſt. 8. citat Bonifacium Octauum Cœleſtini Quinti ſucceſſorem; vt liquet ex ſequentibus Scoti pronuntiatis. *Bonifacius Octauus in proœmio ſexti libri mandat, quòd de conſtitutionibus editis à tempore Gregorij Noni vſque ad tempus ſuum illæ ſolæ habeant robur, quæ ibi inſertæ ſunt.* Item & in 4. ſent. diſt. 25. quæſt. 1. allegat Benedictum Vndecimum Bonifacij ſucceſſorem, creatum anno 1303. inquiens. *Vnde Benedictus Vndecimus cum quodam tali ſine dispenſatione ordinato, &c.* Quamobrem Scotus non obijt anno 1294. nec ſub Cœleſtino Quinto; ſiquidem in ſcriptis Oxonienſibus meminerit Bonifacij Octaui, & Benedicti Vndecimi ſucceſſorum Cœleſtini; niſi (vt perlepidè & acutè obijcit Nitelæ Author) velit Bzouius, quòd inter mortuos, quos in ſepulchro nolens volens emiſit Scotus, adnumeranda veniant pronuntiata ea, quæ poſteriora tempora reſpiciunt: aut Scotum ſpiritu prophetico cõdecoratum æſtimet, qui futuros euentus anteuiderit.

Scoti obitus non ſub Adolpho Imperatore.

Trithemius. Antert. Miræus. Ægidius Bucherius. Iacobus Gordonus.

35 Defunctum igitur Scotum aſſerimus ſub Clemente Quinto, quare non ſub Adolpho Imperatore (vt ſcribit Bzouius, & ex eo Mateneſius) ſed in interregno, ſeu vacãte Imperio ob occaſionem Alberti Auſtrij anno 1308. die prima Maij: vt oſtendimus in §. 15. ſub num. margin. 6: ex Trithemio in chronicis Hirſaugienſibus; & ex Auberto Miræo in chronicis Belgicis, adi §. 15. citatum ſub num. marg. 18. Quibus etiam adiunge Ægidium Bucherium Societatis Ieſu, in chronologia de geſtis Pontificũ Leodienſium (cuius fragmentum de Scoti obitu infra ſubijciam) & Iacobum Gordonum in chronologia, tomo 2. ad annum 1308.

Gra-

Grauium Authorum de ſanctitate Scoti iudicia.

Grauium Authorum iudicia de Sanctitate Scoti.

36 MOdo percurrenda incidit grauium authorum de ſanctitate Scoti ſententia, quam tranſcribo ex Vvadingo tomo tertio Annalium, qui iuſſu Magiſtri Sacri Palatij Apoſtolici recognitus, & approbatus eſt; ita igitur habet ad annum 1308. ſub nu. marg. 43.

Vvadingus.

Hinc aliqui inter Diuos, & Beatos pium Doctorem enumerãt; quibus donec à Sancta Sede approbetur non ſubſcribo. Ludouicus de Manganellis in vita eiuſdem à ſe ſcripta & Commentarijs ſuis in 1. ſentent. præfixa, ait, non deeſſe homines, qui eum ſanctum vocent. *Verè in libro Reuelationũ; qui manuſcriptus circumfertur ſub nomine Beati Amadei, ſæpius à Sanctitate & gloria commẽdatur; plenum ſanctitate Angelus ibidem dixit, diademate Beatorum in capite, & aureola Doctorum inſignitum oſtendit; ab Angelis & Regina cœli dilectum appellat.* Erardus Vinheim, Carthuſianus, in ſacrario Aggrippinenſi, eum Diuum vocat. Petrus Cratepolius in libro edito anno 1591. Coloniæ; eum inter ſanctos enumerat. Thomas Dempſterus, præterquam, quòd intrepidè Beatorum adnumeret catalogo; refert ex Gilberto Bruno Dulcicordij Abbate, Cittercienſi, eum coluiſſe Scotos Dunfriſij, tanquam cœlitem, & Eccleſiaſtico officio cohoneſtaſſe. Bargium item, Doctorem vetuſtum & eruditum ferunt, quotidie commemoratione Eccleſiaſtica confeſſoris non Pontificis, eius auxilium imploraſſe.

B. Amad. Rap 1. & 6.

Erardus in Sacr. Eccleſ

Cratepol. de Sanctis Germ.

Dempſter. in Apolog. Scotorum.

Gilbertus Brunus Bargius.

Piè inuocatur à fidelibus Scotus in Regno Neapolitano.

37 Noui ego profecto nunc plurimos eſſe in varijs regionibus, præſertim in Regno Neapolitano, (vbi vitam eius largiùs deſcripſi, quam etiã huc tranſtuli) qui magna fiducia & deuotione eius nomen inuocent; neque id inaniter, dum eius opem in varijs neceſsitatibus & ægritudinibus ſe expertos narrant. Vidi plurima teſtimonia authentica Notariorum ſyngraphis & ſigillis munita, in quibus variæ hominum cõditiones & ætates cœleſtia munera ſanitatum, aliarumque gratiarum, ſe Scoti meritis & inuocatione accepiſſe, omnibus volunt manifeſtum. Nõ ea refero ſigillatim dum ordinariorum, aut Romanæ Curiæ aprobatione non confirmẽtur. *A varijs ægritudinibus quàm plurimos, à periculis alios, à moleſtis puerperijs fœminas liberaſſe teſtantur; & in litibus grauioribus, ſeriſque diſſidijs ſe eidem expertos propitium iure iurando & iuris ſolemnitate confirmant. Suſceptam pro Virginis innocentia litem feliciter terminauit, nihil mirum ſi in alijs pretenſionibus honeſtis inuocetur vt patronus. Plurimi autem ex his, qui ſe exauditos dicunt, aliquot donarijs, tabellis laminiſque magnis argẽteis, quas præ manibus habui, ſuam gratitudinem ſunt profeſſi, quæ in ſua quæque tempora reſeruãtur, opportunius proiucenda.* Longè latèque nunc ſpargitur, & diuino quodam conſilio diffunditur eius gloria eo maximè tempore, quo famæ inſidiari, & nomen obſcurare quidam intentarunt. Sed *ita fiet ei, quem Rex honorare deſiderat*, vt quãto maiori conatu alij detrahunt, eo ſolicitiùs Deus illius conſulat honori. Sanè illud erga Dei Genitricem impenſum obſequium digno præmio nõ potuit defraudari: imò eodem tempore, & Virginis priuilegium à Scoto aſſertum, & Scoti honor mirificè diffuſus, magnum ſuſcipiunt incrementum.

Imploratur auxiliũ Scoti in litibus grauioribꝰ, & cui?

Offeruntur Scoto donaria & magnæ laminæ argenteæ.

38 Quibus ſcriptoribus apud Vvadingum Scoti ſanctitatem aſſerentibus adiungo iudicium Ægidij Bucherij Societatis Ieſu, qui Scotum inter Beatos recenſet in Chronologia ad ſecundam partem hiſtoriæ de geſtis Pontificum Leodienſium, excuſæ Leodij anno 1613. qui author ita habet ad annum 1308. ſuæ chronologiæ. *Theobaldus Epiſcopus Leodienſis obſidet, & capit caſtrum Agimont. Beatus Ioannes Duns Scotus, Doctor Subtilis moritur Coloniæ, 8. Nouembris. Albertus Auſtrius Romanorum Rex a Nepote ſuo caditur, 1. Maij.*

Teſtimoniũ Ægidij Bucherij de Sãctitate Scoti

Subscribit Balduinus Iunius.

39 Etiam beatitudini Scoti subscribere videtur, ineptas atque aniles fabulas Iouij cũ Apostolo deuitare suadens Balduinus Iunius, in Chronico Morali excuso Coloniæ Agrippinæ, parte 4. ad annum 1308. vbi subdit.

Ioannes Dunsius Scotus, Doctor Subtilis cognomento, Ordinis Franciscani, moritur Coloniæ 8. Nouembris.

Prouerbiorum 8.

Nunc ergo, filij, audite me, beati, qui custodiunt vias meas. Audite disciplinã & estote sapientes, & nolite abijcere eam. Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem a Domino.

Expungitur fabella Iouij. 1. Timoth. 4.

Fabulosum illi mortis genus Paulus Iouius in Elogijs virorum doctrina illustrium, affinxit vt pote cuius nulla sit Coloniæ memoria in Monasterij Archiuis, aut Epitaphijs varijs tumulo appensis.

Ineptas autem, & aniles fabulas deuita, exerce autem te ipsum ad pietatem.

Scoti facinus ob suprarum certamen pro innoxio cõceptu Deiparæ.

40 Vbi cùm de morte Balduini Iunij sit, cuilibet Doctori, cuius facinora describit, aliquot Sacræ Scripturæ testimonia, quæ munijs & meritis talis Doctoris congruant, attexere; Scoto vice elogij aptat fragmentum Epistolæ, quod Ecclesia in sensu accommodatitio Beatæ Virgini addicit, in festo Immaculatæ Conceptionis. Quia tamen Balduinus Sacræ Scripturæ textum subijciens, nõ exhibuit explanationem; id ex nostro penu accipe commentarij. Quòd si Deipara eos commendatos velit, qui vias omnes vitæ Virginis ita à Deo custoditas prædicent, vt nulla extiterit morula, vllum momentum, aut primum exorientis vitæ initium, quod peccato originis sorduerit, expugnationi dæmonis peruium; de quo perlege S. Amedeũ Episcopum Lausanensem in Homilia de iustificatione, & ornatu Mariæ in illa verba: *Via eius pulchra, & omnes semitæ eius pacifica*: cuius fragmẽtum transcripsimus in §. 10. sub num. marg. 2. Item, quòd si beata sint illorum conamina, qui ita ad postes ostij vitæ Mariæ obseruant, vt primum vitæ Deiparæ aditum agnoscant sanguine immaculati Agni Iesu in æterna Dei præscientia & præuisione perlinitum, itaut non patuerit peccato originis, nec percutienti Angelo; (Sic enim hunc locum de Virgine interpretor, vt respondeat capiti 12. Exodi, & præseruatis postibus, sanguine Agni insignitis) consequens est, vt piè credamus, quòd primarius huiusce Virginei candoris asserror, & vindex Scotus censeatur inuenisse vitam, & hausisse salutem à Domino.

Apta expositio loci ex lib. Prouerb. c. 8. pro cõceptione Virginis.

Alia probatio Sanctitatis Scoti ex Matthæo Sosa.

41 Nec etiam contemnendũ est id antiquitatis pro sanctitate Scoti monumentum, quod refert Matthæus de Sosa, se se iuramenti religione obstringens, in vita Scoti præfixa commentarijs in primum librum Sentẽtiarum; vt pote quod sanctitatis Scoticæ opinionem à trecẽtis abhinc annis, seu ab obitu Scoti conspicuam demonstret: ita igitur scribit in §. 4. *de sanctitate & miraculis Scoti*, prope finem.

Effigies Scoti radijs redimita à trecentis annis in Choro Salmanticensi.

Sed argumentum aliud sanctitatis Scoti, cæteris longè clarius, est pictura tabulæ; vbi effigies eius, sanctitatis titulo signabatur. Nam abhinc trecentis annis fuit constructus chorus nostri Conuentus S. P. N. Francisci Salmanticensis, cuius vetustissimas sedes seu sedilia, ad modum coronæ sursum ornabant imagines omnium Sanctorum & Beatorum Ordinis, qui illius sæculi ætate in Ecclesia Dei, vita, aut miraculis coruscarunt. Erantque in tabulis singulis cum subscriptione nominis, Sancti, aut Beati, depicti; inter eas autem in tabula, propria effigies Scoti stabat cum titulo antiquis characteribus sic scripto: *Beatus Scotus*. Quam imaginem ego F. Matthæus de Sosa, Lector bis iubilatus, & eiusdem Ordinis Sanctæ Prouinciæ S. Iacobi indignus Prouincialis Minister (qui hæc scribo) me ipsum oculis meis vidisse, titulumque prædictum in ea perquàm sæpè legisse, tum in ipso choro, quando conseruabatur in sua vetustate primæua, tum quoque post chori translationem & renouationem, in cella, seu cubiculo Sapientissimi Magistri mei P. Fr. Francisci de Herrera (qui etiam super Scotum scrip-

sit) *iuro in signo sanctissimæ Crucis, & in verbo Sacerdotis testificor.*

Suadetur fides huius facti de effigie Scoti.

Hæc commentaria Matthæi Sosæ, quibus vita Scoti annexa est, inclita Academia Salmanticensis approbauit die 14. Septembris, anno 1626. quod demonstrat facti fidem de antiqua Scoti effigie radijs redimita; superstitibus enim tot viris spectatoribus eius effigiei; non in angulo Conuentus delitescentis, sed in choro Ecclesiæ cunctis peruiæ, nõ auderet Matthæus Sosa id commenti in re tam seria obtrudere, præsertim læsæ religionis iuramenti reus.

Ratio pro sanctitate Scoti ex Sosa.

Quare subiungit idem author *loco citato*. Quantæ autem authoritatis sint Scripturæ antiquæ, probant textus in cap. *ex causam, de probationibus*, loquens de Scripturâ in columna, vel lapide: cap. *Sanè*, 24. q. 2. vbi alia iura citat glossa in dicto cap. *Cum causam*, verb. *per libros antiquos*: & tradunt Iason, Decius, & DD. in l. 1. ff. *si certum petatur*. Si igitur tũc tẽporis Scotũ veteres, vt Beatum venerabantur, ac illum inter Beatos, & Sanctos, titulo que Beati ornatum collocarunt; cur inuidi tempestatis præsentis, Scotum, aliàs Beatum, audacter diffamare, aut detestari non dubitant.

Cautio authoris circa pingendam Scoti effigiẽ in quo præsenti.

Hæc Sosa; quibus non obstantibus non probo, quòd in præsenti æuo absque Sanctæ Sedis Romanæ facultate imago Scoti splendoribus in signũ beatitudinis insigniatur.

Aliud sanctitatis Scoti præcensũ ex antiquo Epitaphio.

42 Accedit etiã pro fama sanctitatis Scoti apud Hibernos à trecentis annis vigente, id testimonij ex Bibliotheca Vitorum, in Oppido Clonmeliæ; vbi inter alia monumenta, quæ adhuc inter irruptiones hæreticorum sarta tecta seruantur, eminet Epitaphium Scoti sub titulo Beati editum à F. Dermicio Scoto Hiberno Subtilis Doctoris coætaneo & cõsanguineo; quod deprõpsi ex vindicationibus Apologeticis Magistri Gulielmi Ocahasæ, Hiberni, Vicarij perpetui Oppidi Clonmelicnsis. Quæ Apologia (vbi plures viros sanctitate & doctrina insignes suæ Hiberniæ asserit) iussu Ordinariorum approbata, prælo committenda extat; censentibus eruditissimis viris F. Angelo Manrique, quondam Ordinis Cisterciẽsis per Hispaniam Generali, Catholicæ Maiestatis Philippi Quarti à concionibus, & Primariæ Theologorum Cathedræ apud Salmanticenses moderatore; & Doctore Ioanne Gonzalez, Primarię etiam Theologorum Cathedrę apud Complutenses Rectore; vbi sequens Epitaphium, & meritorum Scoti panditur elogium: illud transcripsi Matriti, quare pij & docti viri, qui egregio candore eius mihi copiam fecit, volui vel sic præcursorẽ agere, & cæterarum eiusdem Apologiæ pro Hibernis vindicationum, id quasi præludij specimen apparare, & præmittere.

Dermicij Scoti Epitaphium de Doctore Subtili.

Epitaphium F. Dermicij Scoti Hiberni, in obitũ Beati P. Ioãnis Scoti consanguinei sui iam mortui; vbi cum hoc modo loquentem introducit.

Me dedit Vrbs Dunum, tenet hanc Vitonia fœlix,
Fructifero tellus nobilitata solo.
Clarus erat genitor, matrix patricia, vtrique
Venit ab antiqua nobilitate genus.
Seraphicique Patris tenerum susceperat ordo:
Perfectæ exemplum religionis eram.
Secreta Altisoni penetrauit arcana Tonantis;
Tanta erat ingenio res superata meo.
En morior iuuenis! morientem mundus adorat;
Ast iacet in lachrymis mœsta Iuuerna parens.

Scoti obitus in iuuẽtute.

Epitaphiũ præcedens addicit Doctorẽ Subtilem Hibernis.

Quod Epitaphium & magnæ antiquitatis monumentũ Hibernis Scotum adscribens, transcribo lubens, ne quid, quod è Hibernorum gloria esse queat, omiserim; nec enim tot pios viros pro fide & Ecclesia fortiter decertantes lacessere præsumo, quibus in omnibus officiosum me exhibere studeo. Vnde cunctis perpẽsis, circa Scoti patriam nil decerno, aliorum iudicium expectans; qui ex præmissis, & ex Ferchij probationibus, quid rationabilius æstimandum sit expiscari conentur.

Quæ faciũt pro Scotis

Pro Ferchij autem & aliorum placito, qui Doctorem Subtilem volunt Scotum, & quòd Scotia quo Scoti diſtincta ſit ab Hibernia, quæ antiquitus Scotia maior appellari ſolebat, facit Bulla canonizationis S. Laurentij Archiepiſcopi Dublinenſis, Regis ac Reginę Hibernię filij; vbi Honorius III. nõ vocat S. Laurẽtiũ, Scotũ, ſed Hibernũ: vide Bullariũ Cherubini, Bulla 7. & Martyrologiũ Romanũ ad diẽ 14. Nouẽbris. Quare vel ideò Ferchius in vita Scoti c. 1. n. marg. 3. inſtat quod ſi nomẽclatura Scoti pateret Hiberno, in cõmuni & vſuali acceptione; cur Mauritius de Portu Hibernicus ſe ſe nõ appellauit Scotũ? Quib⁹ etiã adiũge ex Martyrologio Romano ad diẽ 15. Maij. *In Brabãtia Sãctæ Dympnæ Virginis & martyris, filiæ Regis Hiberniæ, quæ pro fide Chriſti & virginitate ſeruãda à patre iuſſa eſt decollari.* Quæ Virgo nõ appellatur Regis Scotię, ſed Hiberniæ filia; cũ tamẽ claruerit anno ſexcẽteſimo à natali Chriſti, vt obſeruauit Baroni⁹ in notis eius diei. Tãdẽ Martyrologiũ Romanũ Scotos ab Hibernis diſtinguẽs, Scotis adſcribit S. Brãdanũ Abbatẽ 16. Maij. S. Brigidã, Virginẽ 1. Februarij. S. Canicũ, Abbatẽ, 11. Octobris. S. Colũbũ, Cõfeſſorẽ, 9. Iunij. S. Fintanũ Cõfeſſorẽ, 17. Februarij. S. Margaritã, Reginã, 10. Iunij. S. Ninianũ, Epiſcopũ & Cõfeſſorẽ, 16. Septẽbris. S. Queranũ, Abbatẽ, 9. Septẽbris. S. Vvironẽ, Epiſcopũ, 8. Maij. Hibernis vero tribuit S. Celsũ, Epiſcopũ, 6. Aprilis. S. Egbertũ, Presbyterũ, 24. Aprilis. S. Ethbinũ, Abbatẽ, 19. Octobris. S. Laurẽtiũ, Epiſcopũ, 14. Nouẽbris. S. Patriciũ, Epiſcopũ, & Cõfeſſorẽ, 17. Martij. Quæ nõ cõtendendi libidine, aut ęſtu ſcripſi, ſed vt fundamẽta ſubſternam, vt quis defæcatum formet iudicium pro Doctore Subtili, aut Scotis, aut Hibernis aſſerendo.

Pende ex Martyrol. Roman.

Reuelatio B. Amadei de Scoto. Magneſius. Marganel. Vvadingus. Ferchius. Author Nitelæ.

43 Vltimò reuelationẽ B. Amadei de gloria Scoti pleniùs exaratã accipe ex Hugone Magneſio, Epiſcopo Dunẽſe in Apologia pro Doctore Subtili; quam præter Mãganelum & Vvadingum, etiã probant & tranſcribunt Ferchius in vita Scoti, c. 5. n. marg. 16. & Author Nitelæ fol. 67. editionis Lugdunẽſis. Ita igitur habet Magneſi⁹ in examine c. 10. prope finẽ capitis.

Cũ ſpeculatione ſanctitas atq; beatitudo manifeſta cõiũcta erat; nõ quòd canonizatus fuerit, ſed inquãtũ nobis ſuę sãctitatis, homines, & Angeli, & opera eius teſtimoniũ perhibere videtur. Nõ deſũt homines plurimi, qui eũ sãctũ vocẽt, &c. Angelus etiã ſic teſtat⁹ eſt nobis in Apocalypſi B. Amadei fratris eiuſdẽ Ordinis; *quãdo eruditẽs ipſũ Amadeũ de Sacramẽto Altaris, mouit, vt in eius difficultatibus cũ Scoti doctrina cõſuleret, dicẽs: Sẽtias de ipſo ſecũdũ modũ quẽ ſcripſit vnus Doctor Ordinis tui, qui eſt plen⁹ sãctitate, quia prim⁹ gladium ſuũ exemit pro Cõceptione Immaculatæ Virginis Matris ac Reginæ noſtræ;* & oſtẽdebat Angel⁹ Ioanẽ Scotũ, &c. in ipſa etiã Apocalypſi de eiuſdẽ etiã Sacramẽti difficultatib⁹ loquẽs idẽ Angel⁹ oſtẽdit Scotũ cũ diademate Beatorũ in capite, & aureola Doctorũ. Ibi etiã idẽ Angelus loquẽs de Scoto dicit: *Amic⁹ noſter, quẽ Regina noſtra multũ diligit, quia eã publicè defẽſauit.*

Hugo Magneſi⁹ de B. Amadeo.

Hæc ille; B. autẽ Amadeus quẽ hic citat, fuit filius Comitis Portalegrẽſis, Sixto IV. à cõfeſſionibus, portẽtũ sãctitatis, & auſteritatis vitæ, vt videre eſt apud Rodulphiũ, lib. 2. & 3. Hiſtoriæ Seraph. & Marcũ Oliſiponẽſẽ in Chron. Minorum; ſcripſit Apocalypſim ingens volumẽ ſuarũ reuelationũ, quod ſeruatur in celeberrima Bibliotheca Regis Hiſpan. apud S. Laurẽtiũ del Eſcurial. Hæc Hugo.

Bzouius acerbè inuehitur in B. Amadeum.

Quia tamen Bzouius in Scotum acriter irrumpens, acerbius inuehitur in B. Amadeũ Scoti aſſertorẽ, inſignẽque Immaculatæ Cõceptionis vindicẽ, operæ pretiũ duxi ſartã tectã germanã Amadei ſententiam oſtendere, inſuper & aliquot pro iuſta ſancti viri vindicatione quaſi compendio quodam perſtringere; donec prodeant, vel tomus Annalium Vvadingi ad annos Amadei peruenięs, vel germanũ nouæ Apocalypſis B. Amadei opus à ſuppoſititijs additamẽtis defæcatũ, quod poſt plura à ſe elucubrata in Geneſim, & Exodũ volumina, & poſt nouã editionem operum S. Bernardini; ſic promittit eruditus vir Ioannes de la Haye Pariſinus in præliminari epiſtola præfixa ſuę caſtigationi operũ S. Bernardini, vbi Bibliothecã ſanctam

Fran-

Ioannes de la Haye de editione Apocalypſis B. Amadei.

Frãciſcanam ea ſerie à ſe apparatam pollicetur. *Primus tomus Beatiſſimo P. N. Franciſco, nec nõ S. Antonio Paduano aſſignabitur, & eorum operibus Secundũ, tertium, quartũ, & quintum tenebit Seraph. Bonauentura. Sextũ, & ſeptimum (vt diximus) S. Bernardinus. B. autem Ioannes Capiſtranus, vir in vtroq; iure eruditiſſimus, octauum, & nonum accipiet. Hunc ſequentur B. Amadeus cũ B. Leone, & Petro Alcantarenſi* Confido enim, vt ſicut acer Bzouij genius, dũ Scotum laceſsit, Franciſcanos ad Scoti aſſertionẽ excitauit: ita & irruens in B. Amadeum volens nolens (vt ipſi in loquela & phraſi eſt contra Scotum) Franciſcanos exacuerit ad doctrinæ B. viri elucidationẽ, & tutelam: quibus etiam & noſtram opellam ſubminiſtrare vrget vel ipſa Franciſcanæ Religionis communio, quã B. P. Amadeus ſpectatiſſimis vitæ & doctrinæ fulcris communiuit, ac ſplendoribus condecorauit.

Incidens defenſio B. Amadei nouæ Apocalypſis authoris contra criminationem Bzouij.

Irruptio Bzouij in B. Amadeũ.

44 MIrum eſt quàm impunè excurrat Bzouius, B. Amadei vitã, & doctrinam taxans, dum vel ſic ſanctum virũ traducit in tom. 18 ad annum 1471. ſub n. mar. 41. in fine; vbi poſt plurimas nugas, fabulas, hæreſes quaſi ex noua Apocalyſi Amadei tranſcriptas, quibus plures infarcit & temerat paginas, ſic de Amadeo cenſet inquẽ vt pſeudo uidentem exardet: *Si Amadeus hæc finxit, & ſcripſit, iudiciũ ſit penes omnes, an Sixtus Quartus, tali impoſtore, falſario, hæretico, Pſeudopropheta vſus fuerit ad ſacras cõfeſſiones, & ad munera Hierarchia Eccleſiaſtica, præſertim ad res fidei definiendas? vt aliqui volunt.* Quòd autẽ hæ aniles fabulæ: & hęreſes, non ab alio quã à nouæ Apocalypſis authore eruperint (ita vt nulla noſtris pateat excuſatio, quòd liber manuſcriptus ſuppoſititiis quibuſdam adauctus ſit) oſtẽdere pertentat Bzouius cũ aliis, quos innominatos omittit (vt cauillũ & aſtũ ſuæ criminationis tegens, detegat, dum nullũ ſignat huius cẽſuræ authorem: nec enim contra B. Amadeum, ſicut in Scotum, cõſentientem ſibi Iouium aſciuit; quare innominatos quoſdam quaſi Iouij vicarios ſuffi cit, & ſubſtituit authores) ſita igitur loquitur Bzouius ſub n. 39. *De Apocalypſi volumine lectores, qui ſtyli æqualitatẽ, argumẽti thema tractationis ordinẽ, & modum narrationum, non interruptam neq; hiantem ſeriem obſeruarunt, & exempla recentiora cũ antiquiſſimis & ferè ipſis authographis in Bibliothecis, Vaticana, Altempſiana, Sfortiana, Auguſtiniana, Eſcurialenſi, & alijs cõtulerunt, ouũ ouo ſimilius non repererunt præ identitate exẽplariũ Apocalypſis Amadeiana; ex qua hæc digna nota exceperunt, & in tres claſſes diſtributa, orbi repræſentare voluerunt, vt oſtenderent authorem quidem, ſiue temeratorem libri, fuiſſe inſignem hæreticum, pſeudoprophetam, atque impoſtorem: librum verò dignſſimum, qui flammis eremetur.* Hæc Bzouius.

Vult B. Amadeũ fuiſſe authorem hęreſum, quas tranſcribit Bzouius.

Pende cãdorẽ Bzouij in B. Amadeũ

Obtunditur ictus Bzouij

45 Ceterum inter tot antiquiſsima exẽplaria, & ferè authographa, quæ Bzouij auiditas cõquiſiuit, & gnauiter æqua (vt vult) iudicij trutina perlibrauit, miror quòd eius ſolertiam præterierit exemplar aut tranſcriptum Apocalypſis Amadei, in cõuẽtu Patrũ Dominicanorũ ſeruatũ; cuius mẽmini nit Anton. Poſſeuinus Societatis Ieſu, in ſuo Apparatu ſacro, vbi nil notã dignum, nil flammis ac diris deuouẽdum indigitat; ita de Amadeo ſcribẽs *Amadeus ordinis Minorum, ſiue Amator, ſiue Ioannes Meneſius, è nobili Comitũ Villa Regiã familia, Reuelationes quaſdã ſcripſit, quarum meminit Petrus Caniſius è noſtris Theologus in opere ſuo Mariano; quas ipſe manuſcriptas Lugduni quadraginta ante annos apud Dominicanos legi. Vixit Paulo II. Pontifice Maximo, ac ſucceſſore eius Sixto IV. Pontifice Maximo, obijt anno* 1482. Ex quibus conſtat, quòd etiam B. Amadeo ſuffragetur Petri Caniſij pũſsimi ac literatiſsimi authoritas, qui B. Amadei doctrinã vſus appareat:

Ant. Poſſeuinus de B. Amadeo.

46 Ideo autem Ant. Poſſeuinus autumat, Petrum Caniſiũ meminiſſe reuelationum B. Amadei, quia in noua Apocalypſi à Poſſeuino perlecta Lugduni apud Patres Dominicanos inuenerit eã doctrinã, quã à Petro Galati-

Singulare priuilegiũ Deiparę ex Amadeo & Galatino apud Canisiũ

no assertã fulcit idẽ Canis. lib. 1. de B. Virg. c. 13. ita habens. *Cæterũ ad Marianæ pulchritudinis commendationẽ facit & illud, quod Galatinus annotauit; omnia Virginis mẽbra à vertice capitis ad vngues vsq; pedũ, omesq; sensus eius, & cogitationes, anima imperio absq; omni repugnantia obtẽperasse, vsque adeò quidẽ, vt oculi nil inhonesti, nil illiciti vnquã aspexerint, imò vt oculos nunquã eleuarit, sicut cæteri homines facere solent, sed semper nisi Deũ oraret, humi defixos tenuerit. Atq; inter cæteras perfectiones eo prophetiæ spiritu donata est, vt si fortè aliquid incõcessum, seu illicitũ vel auditura, vel visura esset, illicò aures eius, & oculi clauderentur: itavt eius mẽbra & sensus omnes nõ nisi volũtati diuinæ deseruire viderẽtur. Et si verò diuinare nõ possum, ex quo fonte Galatinus ista depromat, tamen nihil dubito, quin prudentes omnes narrationi eius credibilem esse fatebuntur, præsertim qui cũ eodem Galatino in Maria gratiã pura & illibata Conceptionis agnoscunt. Ac nimis profectò stupidũ & insulsum esse necesse est, qui in hac sacra semper & admirãda Virgine summas animi dotes semper latuisse putauerit, vt illa in eiusdem incessu, sermone, gestu, oculis, totoque corporis habitu non apparerent, neque mirificam lucẽ siue bonis, siue malis multis adferrent.*

Petrus Canisius de B. Virgine.

NOTA.

Hæc Canisius ex Galatino, Galatinus autem ex Amadeo apud Posseuinũ; quòd autem Galatinus Amadei reuelationes ex noua Apocalypsi transcribat, ostendimus ex Cornelio à Lapide infra sub n. mar. 51.

Posseuinus de B. Amadeo.

47 Præterea hæc Posseuinus de nostro Amadeo in Apparatu Sacro. *Amadei, siue Amodei, Raptus octo extabãt in Bibliotheca Cardinalis Sirleti, quæ nunc est apud Asc anium Cardinalem Columnã.* Quod transcriptũ Amadei; & illud etiã Lugdunẽse à Dominicanis seruatũ, abiq; vllo rumore & nota improbatæ doctrinæ recipit Posseuinus; cũ ei è munere & instituto sit, quidquid offensionis appareat referare, ne incautis lectoribus incõmoder; quod Amadei exẽplar ab eruditissimo & pijssimo Cardinali Guilielmo Sirleto custoditũ non vidit nec citat Bzouius, dũ Amadeum traducit in lõgo illo exẽplarium Amadeianorum recensu. Quòd autem Posseuinus distinxerit inter nostrũ Amadeum, siue Amodeũ, & Amedeum Lausanensem Episcopum authorem octo Homiliarum de B. Virgine, cõstat ex verbis sequẽtibus in eodem Apparatu Sacro. *Amedeus Episcopus Lausana scripsit de Maria Virgine Matre homilias octo; quæ fuerunt excusæ Basileæ, cùm nõdum hæreseos veneno contaminata prorsus fuisset illa Ciuitas, anno Domini 1517.*

B. Amadeus non fuit authors homiliarum de B. Virgine

Excursio Bzouij in titulũ Apocalypsis nouæ

48 Sed vt ad Bzouiũ redeam, candorem, quo Bzouius ad cẽsionem reuelationũ B. Amadei accesserit, satis superq; demõstrat irruptio in titulũ; quasi hæresis esset vel sola tituli libri canonici imitatio. Ita enim habet sub citato n. mar. 39. *Hæreticum in primis renuntiãt, quòd nouã Apocalypsim mentitus, sacrumq; titulum suffuratus, &c.* Vbi ex solo libri titulo hæreticum Amadeo impingens, seu Bzouius se se impingens in libri frõtem, quasi in offensionis lapidem, virũ sanctum vt hæreticum incusat; cũ aliter sentiant pij & docti viri, etiã titulũ nouæ Apocalypsis in seruo Dei amplexãtes; vt liquet ex Franc. Sosa Episcopo Oxomẽsi & in supremo cõsessũ Generalis Inquisitionis Hispanæ Iudice, in suis cõsultationibus, tract. 3. fo. 120. & ex Anto. Daza in lib. de Cõceptione c. 3. ex cẽsione Reuerẽdiss. P. Ferd. de Salazar ex supremo Senatu Generalis Inquisitionis, quibus accedunt Ægidius Augustinianus, & Biuarius Cisterciẽsis infra transcribendi, & alij quàm plures cum B. Petro de Alcantara, & Pet. Rodulphio lib. 2. histor. Seraph. pa. 156. vbi liber clausus (quem vera Amadei effigies inter manus habet) eo insignitur emblemate: *Aperietur in tẽpore*: quasi cautionem instillans, vt futurorum euentuum ex serui Dei prædictione præstolemur. Præterea effigiei Beati viri hæc apud Rodulphium adscripta carmina.

Refellitur Bzouius. Ex Franc. Sosa. Ant. Daza. Aegidio Lusitano. Biuario Cistercienfi. Pet. Rodul.

Multa reuelari hic meruit sibi,
Quo Duce multos Franciscꝰ accendit Religionis amor.

Dispsigitur criminatio Bzouij.

Vnde excutitur amarulentia Bzouij sub n. marg. 39. vel inde B. Amadeum Pseudoprophetam vocitantis: *Quòd multa signa, atq; portenta, quæ nunquã postea contigerunt, falsus somniator, seu nugarum, & mendaciorum conserci-*

na.

nator præruntiauerit. Quia liber hucusque clausus vrget in tempore aperiē dus, non pro diuinatione Bzouij, sed pro Dei placito, cuius nutibus euentuum decursus, tempora, & momenta nostra subduntur.

Detegitur cōmentum Bzouij de sepulcro B. Amadei.

49 At id maximè prosternit cunctam fidem historiæ Bzouianę de Amadeo, quòd hæc de funere B. Viri commentus sit sub num. marg. 38. in fine; dum Antonium Vasconcellium Societatis Iesu, grauem & disertum historicum quasi in fide historiæ peccantem carpit. Quia (in actis Regū Lusitanię, in descriptione Regni Lusitani, §. *Sanctorum diuersorum ordinū exē pla*) scripserit; *Quòd B. Amadeus obijerit Mediolani, miræ sanctitatis existimatione, vbi situs, multis post mortem miraculis claruit, & velut vnus ex cœlitum numero suspicitur, & ad impetranda Dei beneficia euocatur.*

Anton. Vasconcellius.

B. Amadei sepulchrum apud Bzouium.

Vasconcellium ergo ita falsitatis damnatum vult Bzouius loco citato. *Ista Vasconcellius in descriptione Regni Lusitaniæ de Amadeo; sed quam sibi ipsi, quàm alijs consona! alij tribuerint. Sanè, vt alia omiserim, quod de obitu Amadei scripsit; ipsi Minoritæ Obseruantes, qui Romæ ad S. Petri Montorij ædes inhabitant, impugnare videntur: dum apud suam Ecclesiam, sepulchrum illius ostendūt; vbi nec vlla miracula, nec aliqua inuocatio, nec tanta sanctitatis, quanta Vasconcellius memorat, indicia.*

Iusta & vrgens B. Amadei defensio.

50 Religiosa conditio non patitur vt duras Bzouij rixas aculeatis apologijs retaliemus, vnde & Christianus cādor magis eminet, si tā acriter lacessiti sobriū attemperemus responsum; præsertim cū è Bzouio modicę authoritatis historico, & vltra modū suis affectib⁹ indulgēte nil peti queat, quod B. Amadeo labē aspergat vllam. Quod vel liquet ex solo commento Romani sepulchri contra omnium historicorū consensum, vt infra ostēdemus, imò & contra ipsam ocularem fidem; adeò vt pertentarit Bzouius totius orbis obtutum & iudicium illudere, qui corpus B. Viri non Romæ, sed Mediolani asseruatū suspicit, & religiosè veneratur. Nisi duos fingat Amadeos Franciscanos Bzouius nouæ Apocalypsis authores; quia vt acutè Tertulianus (cōtra Marcion. lib. 1.) *Lippientibus etiā singularis lucerna numerosa est.* Quare æstimo quòd non ex Escurialensi exemplari (nec enim illibata Hispanorum fides, & pietas, eas sordes & fæces, quas Bzouius transcribit, custodiri annueret, & pateretur in celebri Bibliotheca erecta religiosissimi Regis Philippi Secundi munificentia & studio) sed ex autographo Amadeiano Bzouij, ex quo tanquam ex promptuario aut penario id hausserit commenti de Beati Amadei sepulchro, quod Franciscani Romæ apud Sanctum Petrum Montorij ostendant absque inuocatione vlla, & miraculis.

Tertulianus contra Marcionem.

Bzouij fabula de sepulchro Romano B. Amadei.

Cùm autem Bzouius sciens & volens à veritate sepulchri B. Amadei defecerit, dum Marcum Olysiponensem, & Antonium Vasconcelliū exprimentes verum funeris locum sc legisse ostendat, & transcribat; euidēs est, vt nulla ei reliqua fides sit in B. Amadei historia, nec vllus nos vrgeat scrupulus vindicandi B. Virum à tot hæresibus delirationibus, & sanæ doctrinæ corruptelis, quæ B. Amadeo adscribuntur. Sed adhuc dum nostri chronologi medicam manum & spongiam adhibent, & veri iudicij cribro hasce falsitatis quisquilias excutiunt; ę re erit aliquot Bzouij pronuntiata (quæ licet ad doctrinam B. Amadei respiciant, eam tamen sugillant & cōspurcant) ab impostoris asserere, & defæcare.

Accusatio Bzouij circa septē Angelos à B. Amadeo indigitatos.

51 Accipe ergo primum Bzouij commentum sub num. margin. 41. vbi hæc Apocalypsi B. Amadei adscribit. *Septem Angelos eiusdem naturæ & speciei, qua Deus perfectiorem producere non potest, cunctis prælatos Angelis & hominibus citra Christum, & Matrem; quorū nomina Michael, Gabriel, & Raphael ex Sacris literis, Vrielis ex Esdræ Apocryphis, cætera Salthielis, Barchielis, & Græcobebraici Euchidielis ex Cabalistarum insomnijs, vel ex proprio cerebro mentitur.*

B Amadei mens.

Pende Annalistæ sobrietatem in taxādo B. Viro miraculis præfulgido, ex Regio Lusitanorum sanguine orto, cōgregationis Amadeorū Minoritarū

Parente, Sixti Quarti confessario, & in grauioribus negotijs consiliario, vt infra ex probatissimis Scriptoribus ostendam.

Defensio Amadei ex Cornelio à Lapide.

Primò; nunquàm asseruit B. Amadeus, quòd septem Angeli eam naturæ exuperantiam nacti sint, vt præcellentior Angelus sit impossibilis de absoluta Dei potentia; B. Amadei reuelationem sic transcribit Cornelius à Lapide in Apocalypsim, in proœmio. *Petrus Galatinus (qui edidit lib. de arcanis fidei mysterijs contra Iudæos) hic scripsit in Apocalypsim decem libros, eosque dedicauit Carolo Quinto Imperatori. Extant manuscripti in Bibliotheca Vaticana, vbi eos legi. Prophetat instar Abbatis Ioachim de futuris Ecclesiæ temporibus, persecutionibus, successibus, ac præsertim de pastore (Pontifice) Angelico, qui admirandæ sapientiæ & sanctitatis futurus sit, tantaque humilitatis & modestiæ, vt neminem ad osculum pedum admissurus sit: ac instar Christi habiturus duodecim Apostolos, per quos reformabit & diuino amore succendet totam Ecclesiam, vt illa ad primordia sanctitatis suæ sub Apostolis redire videatur. Post illum verò sequaturum Antichristum, qui omnia pessundabit: ac deinde fore finem mundi, iudicium & resurrectionem.*

Petrus Galatinus transcripsit plures prophetias ex Apocalypsi B. Amadei.

Prophetia B. Amadei de Pastore Angelico.

Rursum, septem spiritus, de quibus Apocalyps. 1. versu 4. censet esse septem Angelos principes, Deo assistentes, qui proximè à Deo illuminentur, eorumque nomina esse: hæc, Michael, Gabriel, Raphael, Vriel, Sealtiel, Iehudiel, Barachiel: quæ omnia B. Amadeo à Gabriele reuelata esse asseuerat, de quibus plura dicam cap. 1. vers. 4.

Nomina septē Angelorū ex B. Amadeo, & Galatino.

Hæc Cornelius à Lapide Societatis Iesu; vbi nihil Galatinus, & Cornelius de præstantia naturæ horum BB. septem Spirituum, qua maior alia repugnet de absoluta Dei potentia; nihil etiam de identitate specifica eorumdem septem Angelorum.

Pende contra Bzouiū.

Quis fuerit Petrus Galatinus? ex Vvadingo?

52 Quis autem fuerit Petrus Galatinus, cuius monumenta in Bibliotheca Vaticana asseruãtur; audi ex Luca Vvadingo in præliminari epistola ad Opuscula S. Francisci. *Occurrit mihi inter cæteros Petrus Galatinus, vir doctissimus, cuius opera multis ijsque magnis Tomis in Vaticana Bibliotheca asseruãtur: quorũ exẽplar magna & importuna prece præfati nostri supremi Rectoris, eiusque Vicarij Generalis in familia Cismõtana Bernardini à Moncalvo, ad me remisit Illustrissimus & Reuerendissimus D. Laurentius Galatinus, noster Archiepiscopus, Episcopus Puteolãnus, qua prope diem dabimus in lucem.*

Item ex Iacobo Gualterio.

De Galatino hæc etiam Iacobus Gualterius, Societatis Iesu, in Tabula Chronographica status Ecclesiæ, sæculo decimosexto, sub titulo, Scriptores Sacri. *Petrus Galatinus Ordinis S. Francisci, cuius opera, lingua Hebraica viguit in Italia.*

Prophetiã Pastoris Angelici sumpsit Galatinus ex B. Amadeo

Ex quibus verbis Cornelij à Lapide constat, quòd Petrus Galatinus non ex suo cerebro futura diuinet, sed quòd B. Amadei prophetiam de Pontifice Angelico transcribat; de qua vide censionem Venerabilis serui Dei Francisci Gonzagę in Historia Seraphica, part. 1. in 5. *de Amadeorũ Fratrum origine, & progressu.*

Bzouius nõ transcribit fideliter nomina Angelorum Amadei.

53 Secundò obseruo contra Bzouium; vnum ex septem B. Amadei Angelis nõ vocari Græcohebraico nomine Euchidielem, sed Iehudielem, vt liquet ex testimonio Galatini, & Chronicorum Ecclesię S. Mariæ Angelorum, Patrum Carthusianorum, Romę in Thermis erectæ; quibus subscribit idem Cornelius à Lapide in Apocalypsim, in Commentario capitis 1. vers. 4. in illa verba *Et à septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt*: vbi ita habet.

Probatur ex Chronicis Carthusianorum.

Cornel. à Lapide.

Porrò nomina septem Angelorum iam recensita, diuinitus fuisse reuelata B. Amadeo, viro sanctitate, miraculis, & prophetijs illustri, legi in Chronicis Ecclesiæ S. Mariæ Angelorum paulò ante citatis; idque contigisse sub annum Domini 1460. Idem testatur Petrus Galatinus libro 2. in Apocalypsim, capit. 8.

Reuelatio B Amadei de septē Angelis est approbata à sūmis Pontificibus.

54 Tertiò accipe, quòd B. Amadei doctrina de septem Angelis, à pluribus Ecclesijs recepta sit; imò & à Summis Pontificibus Iulio Tertio, & Pio Quarto approbata; vt tradit idē Cornelius loco citato, in Cōmentario capitis 1. vers. 4.

Purgatis ergo Thermis locus anno 1551. à Philippo Archinto Vicario Generali Iulij Tertij Pōtificis dedicatus est B. Virgini Angelorū, siue septē Angelis stipatæ & circūdatæ. Cūque per bella rursū locus hic neglectus & profanatus esset; iterū anno 1555. alia visione significatū est, diuino decreto, Thermas hasce ad honorē septē Angelorū, in templum consecrandas esse. Quare Pius IV. Pontifex auditis eius rationibus & reuelationibus, negotiū dedit Michaeli Angelo Bonarotæ, nobili architecto, vt formā templi in Thermis hisce delinearet, & appararet. Quo facto, Pontifex ipse indicto Cardinalium cœtu, die 5. Augusti anno 1561. coram Cardinalibus, tota curia & populo Romano, pontificalibus indutus, Thermas in honorem S. Mariæ Angelorum solemni prece & ritu dedicauit, illamque Ecclesiā titulo Cardinalitio ornauit, eòque ex Ecclesia S. Crucis in Ierusalem transtulit Monasterium Patrum Carthusianorum.

Cornel. à Lapide.

Colūntur septem Angeli indicati à B. Amadeo.

Adiungit etiam idem author loco citato; *Quòd horum septē Archangelorum celebris est memoria in Sicilia, Neapoli, Venetijs, Romæ, aliisque Italiæ vrbibus, vbi & imagines eorū affabrè, quin & opere mosaico expressæ cernūtur. Neapoli de eisdem editus est libellus anno Dñi 1594. Panormi, quæ vrbs est primaria Siciliæ, extat templum septem principibus Angelorum dicatum, in quo anno Domini 1516. vetustæ eorumdem effigies repertæ sunt.* Hæc pro enerūdā prima excursione Bzouij in B. Amadeum.

Alia crimination Bzouij in B. Amadeum.

55 Secunda Bzouij irruptio in B. Amadeum hæc est, quā scribit *sub num. marg. 40. ex Raptu 5.* vbi vult quòd Sanctus vir Summis Ecclesiæ Pontificibus Sixto Quarto, Innocentio Octauo, & Alexādro Sexto appareat iniurius sit a igitur loquentem excipe Bzouium.

Vult quòd Amadeus inuehatur in Sixtū IV. Innocentiū VIII. & Alexandrum VI.

Tangens Summum Sacerdotem sui temporis, in Patrem inuehitur amens, & Summo Pontifici maledicens, vocat illum, multorum bonorum, sed & malorum auctorem, quem aliàs multum bibisse de Christi sanguine ait; & pro disputatione balbutienti (quæ nihil erat, respectu eorum, quæ sibi reuelata fuerant) primam dignitatem accepisse, Indè futura prædicens, successurum in Romana Sede, quem creauerat Sixtus ipse, nec calidum in bono, nec frigidum in malo. Ita Innocentium censet. Tangit postea Alexandrum, quem ita describit; Venit post illum bos cornupeta, taurus, non bos, Simon Magus, &c. Bouem progente dixit, cùm is esset ex clarissima Borgiarum stirpe, cui stemma auitum, bos est. Huiusque Bzouius.

Sibi nō constat Bzouius impetens Amadeum.

56 Rectè in Bzouium quadrat, quòd oporteat, eum, qui à vero discedit, esse dictorum memorem, vt sibi constet, nec à prioribus pronuntiatis deficiat. Antea sub num. margin. 37. scripserat Bzouius, quòd Amadeus vaticinium ediderit de Pastore Angelico eximijs donis prædito in gratiam Sixti Quarti, cuius confessarius extiterat Amadeus, quasi Sixto blandiri cupiens prophetasset, vt allentationis notam Beato viro inureret; vt liquet ex illis verbis. *In quodam antro Apocalypsim suam scripsit, in qua plurima de statu Ecclesiæ Romanæ, de Pontifice Angelico (Sixtum Quartum volunt indicari) de mutatione Religionis, Regnorum, & Principum prænunciauerit.* Postea verò subdit; quòd Amadeus in eundem Sixtum Quartum inuehatur, & Summum Ecclesiæ Præsulem maledictis impetat.

Bzouius.

Prosternitur cōmētū.

Ex quo detegitur malè cohærētium nugarum dissidium; & quòd Bzouius sub larvato, seu personato Amadei eloquio, Sixto Quarto infensus appareat. Causam non calleo, nisi quia primus vniuersale Festū Immaculatæ Cōceptionis instituerit; siquidē & ob editū decretū Pauli Quinti in prædicantes contra innoxiū cōceptum Virginis, irrupit in Scotū Bzouius, Scoti obitu per quatuordecim annos anticipato, & tot fœdato commentis, vt refert Author Nitelæ à nobis transcriptus in §. 15. sub num. marg. 25.

Videtur Bzouius infensus Sixto IV. & cur?

Etiam Innocentio Octauo, ob similē causam.

57 Quod etiam in causa esse potuit vt Innocentium Octauum pūgeret Bzouius; quia primus approbauerit Ordinem Monialium Conceptionistarum à Venerabili Virgine Beatrice de Silua vterina sorore B. Amadei institutum: quod vnum est ex robustioribus Immaculatæ Conceptionis propugnaculis, siquidem Ecclesia in approbatione Religionum fallere, aut decipi non potest, de quo lege Franciscum Gonzagam in Historia Seraphicæ Religionis, part. 1. *sub* §. *de Conceptionistarum Sororum institutione*; vbi refert Bullam anno 1489. ab Innocentio Octauo expeditam, & alia miracula, quæ in huius sanctissimi instituti erectione emicuere. Reuelationem præterea de Immaculato Deiparæ conceptu factam Venerabili Sorori B. Amadei ab Antonio Vasconcellio Societatis Iesu, & Francisco Gonzaga descriptam, & à nobis transcriptam vide in §. 13. nu. marg. 13.

Franc. Gonzaga.

Cur Bzouius traducat Alexandrū Sextū.

Cur verò etiam Alexandrum Sextum traducat Bzouius, ignoro; suspicor tamen quòd ob necem Sauonarolæ, erga quem haud modicè afficitur Bzouius; quare vel eò Alexandro Sexto inimicus apparet, quòd Hieronymum Sauonarolam sacerdotio exauthoratum flammis addixerit: assignatis iudicibus Francisco Romulino Hispano, & Ioachimo Turriano, Magistro Generali Ordinis Prædicatorum; cuius Sauonarolæ obitum pluribus etiam miraculis ornatum, latissimè describit Bzouius (nō absque in Franciscanos amarulentia) ad annum 1498. à num. marg. 5. vsq; ad 30.

Bzouij pronunnatum de Sauonarola, & de Conceptione Deiparę.

58 Vbi silentio prætereundum non est quod scribit sub numer. 30. *Quod Cardinales Pisis contra Iulium Secundum congregati promiserint Bartholomæo Fauentino Vicario Generali Prouinciæ Romanæ (si is cæteri illorum vnà cum suis Dominicanis Pisanis adhæreret) Hieronymum Sauonarolā catalogo Sanctorum inscribere, & controuersiam de Conceptione B. Mariæ Virginis ad fauorem Dominicanæ opinionis definire.* Hæc Bzouius referens Thomam Netium in libello Apologetico.

Collectio ex præcedenti asserto Bzouij.

Cuius pronuntiari fidem & iudicium candido lectori deferimus; nec enim percipio quid affine & cohærēs interceserit inter Sauonarolæ canonizationem, & fœdati conceptus Virginis decretum, vt hæc adeò disidētia, vno quasi promissionis ictu, aut vinculo connectātur; nisi quia fortè Sauonarola ex primarijs extiterit immaculati conceptus Virginis insectatoribus. Sed his missis, nec enim merita, aut demerita Sauonarolę expendimus, & ad subsellia vocamus; per me enim Sauonarola miraculis fulgeat, si ita sit, & verum esse comprobetur; cùm id tantùm conemur, vt Bzouium debiti officij admoneamus, qui cùm Sauonarolam, Prophetam, & miraculis præfulgentem censeat, B. Amadeum, vt pseudouidentem, impostorem, & hęreticum incusat.

Admonitio circa irruptionē Bzouij in Amadeū.

Si autem noua Apocalypsis Summis Ecclesię Pręsulibus maledixisset, iustam eam damnationem incurreret, qua Alexander Quartus dispūgit librum attitulatum *de Periculis nouissimorum temporum*, vbi habent ita verba Pontificis.

Alexā. IV.

Sanè quidam Scripturæ Sacræ intelligentiam se habere fatentes, sed diuertentes à tramite recti sensus cogitauerunt nuper malitiam, & contra innocentes, & rectos iniquitatem maximam sunt loquuti; exarserunt in cordibus suis, & lingua eorum maliloqua dolum & nequitiam conuinnauit; surgentes aduersus fratres detraxerunt, & contra dilectos Matris Ecclesiæ filios scandalum posuere.

Retorquetur accusatio in Bzouium.

Si hæc Pontifex in eos, qui pios Ecclesię filios mordēt; quid ergo si filius in Patres Ecclesię inuehatur amens? Imò quid si ea pronūtiata, quæ in noua Apocalypsi, innominato aliquo Summo Ecclesiæ Præsule habeantur, vt vult Bzouius (quod non concedimus) Bzouius Sixto Quarto, Innocentio Octauo, & Alexādro Sexto (corū nominibus sigillatim expressis) addixerit, & prælo commiserit? Quod patenter demonstrant ipsa verba

Bzouij dū inductione, aut interpretatione vtitur, in qua nec ſibi conſtat (vt oſtēdimus) vt illa qualia qualia aſſerta prædictis Pontificibus adaptet; cuius interpretationis pietatem collige ex citata Bulla Alexandri Quarti, quæ eſt octaua eiuſdem Pontificis in Bullario Cherubini.

Paſtor Angelicus non fuit Sixtus Quartus apud Amadeum.

Cæterùm, quòd nec B. Amadeus, nec Franciſcani prophetiam Paſtoris Angelici Sixto Quarto adſcripſerint; conſtat ex Petro Galatino à nobis tranſcripto ſub num. marginali 51. vbi de Summo Paſtore in fine temporum ante Antichriſti aduentum loquitur.

Scaturigo irruptionū Bzouij in B. Amadeum.

39 Sed iam peruenimus ad ſcaturiginem criminationum Bzouij in B. Amadeum, quæ ſub herba, & fuco chriſtianæ cenſuræ, latentem anguē demonſtrat; teſerat enim Bzouius, quòd ſua intereſſet B. Amadei labefactare doctrinam: ità igitur habet Bzouius ad annum 1471. ſub num. marg. 39. *Alios præter Chriſtum, & Virginem Matrem à peccato originali præſeruatos, imò ante Conceptionem ſanctificatos, idque ex meritis parentum, & aliorum iuſtorum lachrymis conſtituit Raptu 4.*

Bzouius.

B. Amadeus non dixit, alios præter Virginem præſeruatos à peccato originali.

Quòd autem id pronuntiati de alijs à næuo originariæ labis ereptis, ſit manifeſta impoſtura; oſtendo ex ipſis germanis reuelationibus B. Amadei à probatis authoribus tranſcriptis, vbi ſolam Virginem à noxa peccati originalis prædicat immunem: ſic enim Amadei reuelationes tranſcribit Ægidius de Præſentatione, Ordinis S. Auguſtini ſacræ Theologiæ Primarius profeſſor emeritus in Academia Conimbricenſi, in ſuo opere de Immaculata Conceptione, lib. 2. quæſt. 4. art. 7. §. 4. num. marg. 62. vbi inquit.

Ægidius de Præſentat.

Vera Amadei pronuntiata,

60 Poſtremò, pro hac opinione ego addo nonnulla Apoſtolorum teſtimonia S. Andreæ, Thomæ, Matthæi, & Matthiæ, quæ ex reuelatione S. Gabrielis ſcribuntur à S. Fratre Amadeo in libro, qui intitulatur Apocalypſis noua. & habetur in Bibliotheca Regia S. Laurentij. Vbi S. Andreas de B. Virgine ità ſcribit.* *Tu ſola ab vniuerſali omnium damnatione præſeruata fuiſti; non tu mortua in Adam fuiſti; vnica es; vnica immaculata, receſſiſti à quocunque peccato; recedere tam longè à peccato nemo poteſt.* * S. Thomas Apoſtolus ita habet. *O quàm fœlix es quàm fortunata, & in initio viarum Dei ab ipſo electa fuiſti, & Adæ peccato præuiſo, non fuiſti cum alijs omnibus condēnata, ſed voluit vt merita filij tui tibi ſuper omnes prodeſſent; itaque pro minimo momento noluit inimicam, ſed ſemper amicam puriſſimam* * S. vero Matthæus ita habet. Niuei candoris es ô Maria immaculata; ſcirpus ſine nodo, Spiritus Sanctus, qui eſt æternum donum, te ſanctificauit, præſeruauit, purgauit & illuminauit, & ſingularibus priuilegijs decorauit * Denique S. Matthias ita ſcribit: In peccato non fuit concepta, omni gratia & omni ſcientia fuit impleta.

S. Andreas Apoſtol.

S. Thomas Apoſtol.

S. Matth.

S. Matthias

Et concludit Ægidius: Nec de ſanctitate B. Amadei dubito; nec quòd illi hæc facta fuerit reuelatio. Et lib. 3. quæſt. 6. art. 4. §. 2. num. marg. 16. ſubijcit: Secundo loco adducemus reuelationem de hac veritate factam B. Amadeo, quam ſcribit in libro Apocalypſis nouæ, qui aſſeruatur in Regali Bibliotheca S. Laurentij el Real.

Iudicij Ægidij de B. Amadeo.

Has etiam reuelationes B. Amadei pro conceptione Virginis extollit, & recolit Vvadingus in hiſtoria Legationis pro Conceptione Immaculata, ſectione 3. in tractatu 11. de Reuelationibus §. 3. fol. 343. numer. marg. 13. inquiens. *Aliæ alijs factæ ſunt poſtea reuelationes de hac eadem miriſſima conceptione; quarum illæ non ſunt obſcuræ, quas ſibi factas refert Raptu octauo, B. Amadeus præclariſſimus congregationis Amadeorum fundator, cuius corpus magna cum veneratione colitur Mediolani.*

Vvadingus de Reuelationibus B. Amadei.

61 Quare perpenſis B. Amadei, & Minoritarum in Deiparæ vindicatione officijs, merito æſtimauit idem Ægidius de Præſentatione, Auguſtinianus; quòd hæc exhibita fuerint nō in gratiam, ſtudium, ſeu ſequelam Scoti, ſed eruperint ex pietate in Mariam; è re tamen erit ſapientiſſimi huius authoris verba inſerere, ne noſtris aliquid vltra ius arrogare videamur:

Magnū B. Amadei præconium ex aſſertione Immaculatæ Cōceptionis.

ita

ita igitur habet in lib. 3. de Immaculata Conceptione, quæſt. 6. articul. 4. §. 3.

Ægidius de Præſentatione.

Inter omnes in hoc laudandus eſt Ordo ſanctiſsimus Minorum, cuius omnes Theologi cum ſuo Duce doctiſsimo Scoto, hanc immunitatem, & B. Virginis innocentiam, eo ſtudio, & vigilantia defendunt, vt Iulius Secundus ingratiſsimum huic Ordini commendarit curam Ordinis Monialium, quem ſub titulo immaculatæ Cõceptionis ſub propria regula inſtituerat; quod mihi argumento eſt, huius familiæ Theologos, non tam Ducis ſui amore, & ſcholæ Scoticæ contentione, quam zelo honoris B. Virginis in hac veritatis defenſione indefeſſo labore ſudare.

Quæ occaſio excurſionis Bzouij in B. Amadeum?

Hæc magna B. Amadei erga Virginem officia ſuſpicor fuiſſe præcipua Amadei piacula, quæ Bzouium commouerunt vt Amadei reuelationum fidem proterere moliretur; quaſi ſanctus vir (qui Sixto Quarto à confeſsionibus fuit, & penitioribus ac grauioribus conſilijs) Sixtum Quartum extimulauerit vt vniuerſale feſtum immaculatæ Conceptionis indiceret. Ne ergo reuelationes immaculati conceptus, quibus Amadeus donatus extitit, in cauſa eſſent, vt pia ſententia neruos acciperet, Amadeum exauthorare, & eius pronuntiata eneruare pertentauit Bzouius eo commento; quòd Amadeus alios plures à næuo originis præſeruatos aſſeruerit.

Firmatur præcedens collectio.

62 Et ne quis ſuſpicionem noſtram inanem reputaret, non valuit ſe ſe cohibere Bzouius quin cõſpicuum exhiberet & exploratũ iudicium noſtrum; dum ſub num. marg. 41. propè finem numeri, inter alios erroneos Amadei lapſus numerat, dixiſſe: *Andream Virginis præſeruationem aſſeruiſſe.*

Hæreſis impoſita B. Amadeo.

Adde, quòd antea (vt cunctam Amadei authoritatem conuelleret circa peccati originalis in Adami poſteros deriuationem) autumauit; haberi apud Amadeum in Raptu 5. *Per peccatum Adæ nullum malum filijs illatum, ſed repoſitos duntaxat in terminis naturalibus.*

Reuincitur commentũ.

Quæ hæreſis manifeſtè reuincitur ex illis verbis S. Thomæ Apoſtoli apud Amadeum, quæ ex Ægidio Auguſtiniano tranſcripſimus: *In initio viarum Dei ab ipſo electa fuiſti, & Adæ peccato præuiſo non fuiſti cum alijs omnibus damnata.* Item & ex S. Andreæ Apoſtoli aſſertis: *Tu ſola ab vniuerſali omnium damnatione præſeruata fuiſti.* Agnouit ergo Amadeus vniuerſalem damnationem in poſteris Adami ex peccato originis; & ſolius Deiparæ præſeruationem turatus eſt.

S. Thomas Apoſt. S. Andreas Apoſt.

Cautio cõtra crimination Bzouij in B. Amadeum.

63 Quòd autẽ Bzouius nec temperatè & reuerenter ſe geſſerit in Sixtum Quartum, & quòd illius pictatem erga Amadeum eiuſdem Põtificis confeſſarium, & in grauioribus negotijs conſiliarium taxauerit, conſtat ex verbis Bzouij trãſcriptis ſub num. marg. 44. *Iudicium ſit penes omnes, an Sixtus Quartus tali impoſtore, faſſario, hæretico, pſeudoprophetæ vſus fuerit ad ſacras confeſsiones, & ad munera Hierarchiæ Eccleſiaſtica, præſertim ad res fidei definiendas, vt aliqui volunt.*

Refellitur Bzouius.

Nullus vult probatus hiſtoricus, quòd Sixtus Quartus vſus fuerit manuductione Amadei in rebus fidei definiẽdis; vt conſtabit ex catenata narratione omnium Scriptorum, qui Amadei acta mandarunt hiſtoriæ, quorum pronuntiata tranſcribimus infra. Si autem Bzouius de Immaculata Conceptionis decreto loquatur; caueat quòd Chemnitius hæreticus inuehatur in Concilium Tridentinum, & in Sixtum Quartum ob editam pro Mariæ Immunitate conſtitutionem inſulſis miraculis, & reuelationibus innixam; vt oſtendit Caniſius lib. 1. de B. Virgine, cap. 8. inquiens.

Caniſius

Cum verò non habeat Chemnitius quæ vel huius Pontificis Sixti Quarti, vel dicti Concilij Tridentini Patribus firmiter opponat, nouam excogitat fallaciam ad inuidiam illis augendam; qui nempè ad hoc decretum edendum per reuelationes, miracula, legendas, ſcriptaque prorſus inſuſa incitati fuerint, atque promoti. Ita more ſuo ludit Chemnitius, & rem ſeriam ſuis figmentis involuit; vt Sixti Pontificis, Patrumque illorum omnium voluntatem optimam, & ſtudium ſanctiſsimum non ſolùm inuidiosè traducat, ſed prorſus malignè deprauet.

Firmitas sententiæ Scoti ex testo indicio ab Ecclesia.

64 Quantum verò momenti & ponderis accesserit sententiæ Scoti ex indicto festo Ecclesiæ; & quòd immaculatæ Conceptioni ab Ecclesia officio solemni assertæ & communitæ non refragetur Doctoris Angelici authoritas; piè & eruditè demonstrat ex recentibus S. Thomæ assecl is F. Ioannes de Sancto Thoma, publicus in Academia Cõplutẽsi sacræ Theologiæ professor, in commentarijs in primam partem, in tractatu præambulo de authoritate doctrinæ D. Thomæ disput. 2. art. 2. §. *Confirmat se D. Thomas sensui Ecclesiæ*; vbi inquit.

Iudicium Ioan. de S. Thoma de sententia Angelici Doctoris.

Vnde cùm modò Romana Ecclesia, non solùm toleret, sed etiam positiuè præcipiat celebrari tale festum, illudque magnis fauoribus prosequatur, loquendo in vi doctrinæ D. Thomæ oportet vice versa de his sententijs censere, & D. Thomas sic censeret; si enim ex sola tolerantia Romanæ Ecclesiæ, illa festiuitas tunc non erat spernenda; ex positiuo præcepto, & fauore, quantò magis diceret venerãdam? Præsertim cùm ex hoc probet B. Virginem sine peccato fuisse natam, quia eius Natiuitas celebratur ab Ecclesia, vt patet eadem quæst. 27. articul. 1; ergo idem de Conceptione diceret, si tunc eodem modo celebraretur sicut Natiuitas.

Eiusdẽ authoris cẽsio de pietate Scoti.

65 Nec obuoluendum silentio, quàm honorificè prædictus author sentiat de Scoto; in eodem art. 2. §. *His plane litteris edocemur*: inquiens. *Quidì quòd Scotus ipse subtilissimus, ita & modestissimus Doctor, adeò sobriè & cautè rem istam tractauit; vt mirandum posteritati de hac re exemplum reliquerit?* Et in Disput. 1. eiusdem tractatus præambuli, art. 3. §. *Dico tertio*: vbi inquit. *Qui tamen sine irreuerentia, vel contemptu, sed ex alio motiuo D. Thomæ doctrinam deserit, & aliam sequitur etiam oppositam, nullam cẽsuram meretur; sed vnus quisque in sensu suo potest abundare; sicut Scotus in multis D. Thomæ doctrinam impugnauit, sed hoc cum magna modestia, & nulla irreuerentia, sola disputatione, nullis alijs verbis agens. Itaque contra irreuerentiam cadere potest censura, non contra disputationem, vel opinionem.* Quæ omnino respondẽt & cohærent his, quæ de candore Scoti in oppugnatione doctrinæ S. Thomæ scripsimus in §. 11. *de charitate Scoti in proximos, à num. marg. 4. vsque ad* 6. nec dubito, cæteros oppositæ scholæ Doctores, qui Immaculatæ Virginis conceptioni suffragantur, esse in Scotum æquiores, & Scoti merita debitis eucheie præconijs.

Scoti cãdor in oppugnatione S. Thomæ.

Testimoniũ S. Epiphanij pro innocentia & cæptu Deiparæ.

66 Liceat tandem, antequam ad alia properemus, pro nostra erga Mariæ immunitatem affectione, id muniminis aduocare ex S. Epiphanio, *in sermone de laudibus S. Mariæ Deiparæ*, interprete Ioanne Pico, ex editione Coloniæ Agrippinæ apud Antonium Hierat; vbi Epiphanius plura insinuat, quæ pro Mariæ immunitate decertare videntur; ex quibus sequentia excerpo dogmata. *O beata Virgo, columba pura, & sponsa cœlestis Maria, cœlum, Templum, & Thronus diuinitatis, quæ coruscantem in cœlo & in terra Solem babes Christum. Nubes lucida, quæ fulgur de cœlo lucidissimum ad illuminandum mundum deduxisti Christum. Nubes cœlestis, quæ Tonitruum Spiritus Sancti in se ipsa reconditum deduxit in mundum, & imbrem Spiritus Sancti in vniuersam terram ad producendum fidei fructum cum impetu demisit.*

Deipara Columba pura ex Epiphanio.

Quis autem concinnè ad Epiphanij mentem, Mariam felle peccati in primo initãti originis intinctam adstruat, quam Epiphanius puram columbam appellat, quæ de sensu Patrum omni felle careat; quamobrẽ apud Tertullianum, columba asseritur Spiritus Sancti symbolum, quia candida auis puritatis & innocentiæ nota & signum habeatur. Ita igitur Tertullianus lib. de Baptismo aduersus Quintillam, cap. 8. *Tunc ille Sanctissimus Spiritus super emundata & benedicta corpora libens à Patre descendit, super baptismi aquas tanquam pristinam sedem recognoscens conquieuit, columbæ figura delapsus in Dominum; vt natura Spiritus Sancti declararetur per animal simplicitatis & innocentiæ: quòd etiam corporaliter ipso felle careat columba.*

Tertullian. Cur Spiritus Sanctus appareat sub columbæ specie?

S. Isidorus.

Accipe etiam S. Isidorum, Doctorem Hispanum lib. 7. etymologiarũ. cap. 3 *Spiritus Sanctus idcirco in columbæ specie venisse scribitur, vt natura eius*

pij

per auem ſimplicitatis & innocentiæ declaretur. Vnde & Dominus, Eſtote, inquit, ſimplices ſicut columbæ. Hæc enim auis corporaliter ipſo felle caret: habens tantùm innocentiam & amorem. Ideo igitur Mariæ innocentia Spiritus Sancti ſymbolo indigitatur; vt referetur, quòd decuerit Virginem ea puritate nitere, qua maior ſub Deo nequeat intelligi.

Columba felle carẽs.

Deipara Nubes cœleſtis nũquã carens gratiæ imbribus.

67 Præterea vrgeo ex Epiphanio; quòd cum S. huius Patris pronũtiatis non conſtet, quòd Mariæ anima pro aliquo inſtanti exucca, & Spiritus Sancti imbribus orba renuntietur, quæ nubes extitit imbrem Spiritus Sancti in vniuerſam terram ad producẽdum fidei fructum cum impetu demittens; & quæ verbum incarnatum conceperit, quod Epiphanius appellat Tonitruum & fulgur Spiritus Sancti omnia diaboli machinamenta irrumpens, & proſternens. Sed audi Epiphanium pro exceptione Mariæ à communi laqueo altiùs, & expreſsiùs intonantem: ſubdit enim paulò infra.

Pronuntiata Epiphanij pro Cõceptione immaculatæ Virginis.

Ouis immaculata, quæ peperit agnum Chriſtum. Iuuenca nunquam iugum experta, quæ vitulum genuit. Fidei menſa intellectualis, quæ panem vitæ mundo ſuppeditauit. Quid dicam? & quibus verbis explicabo gloriam radicitus fundatã? O virgo ſanctæ lucis æternæ mater, lucis inquã, quæ in cœlis illuminat copias Angelorum: lucis, quæ illuminat ipſorum Seraphim incomprehenſum oculum: lucis, quæ illuminat Solem ſplendidis facibus. Lucis, quæ fines terræ illuminat ad credendum Trinitati. Lucis, quæ dixit: Ego ſum lux mundi: lucis, quæ dixit. Ego lux in mundum veni. Lucis, quæ aſſumpta eſt, & illuminauit cuncta, quæ ſunt in cœlis & in terra.

S. Epiphanius.

Maria Ouis immaculata. Iuuenca ſine iugo. Mẽſa pannis Euchariſtici.

Vbi Mariam ouem immmaculatã expreſsè tutatur, qũia Agnum Dei Chriſtum, qui peccata mundi tollit, genuerit; & ideò etiam iuuencam nũquam ſatanæ iugum expertam proclamat: inſuper & menſam intellectualem, ſeu myſticam, quæ panem vitæ Euchariſticum mundo ſuppeditauerit; acproinde menſam puram, nunquam pollutam peccati fæcibus. Quare & ideo Mariæ gloriam cenſet radicitus fundatam; igitur non in radice, ſeu vitæ primordijs labe originis fœdatam. Pende illa verba: *Quid dicam? & quibus verbis explicabo gloriam radicitùs fundatam*, vbi vult (ni fallor) quòd à radice, & vitæ initijs Deipara glorioſa prædicetur. Deinde, quis etiam pro primo exorientis vitæ radio, tenebris peccati eam perfuſam æſtimet, quæ immenſis coruſcauit ſupernæ lucis facibus? vnde & Mariam paulò infra Epiphanius ideo *Multoculam* appellauit, quia in Virginem nec leuis peccati caligo irrepſerit: ſubdit enim.

S. Epiphanius. Maria multocula. Item & velamentum intellectuale.

68 *Aue gratia plena, quæ habes radium de cœlo lucidis facibus coruſcantem, vtpote Solem Chriſtum. Virgo plurium nominum, & multocula, effecta eſt. Seraphim incomprehenſæ viſignis: quæ inuenta eſt velamentum quoddam intellectuale corporis vniuerſalis, Cherubim tranſcendens.* Qua enim ratione (premit adhuc Magnus ille Pater) fieri poſſet, vt velamentum intellectuale, ſiue vmbraculum myſticum totius corporis Eccleſiæ, quo ipſa ab æſtu diabolicæ expugnationis protegitur, ſatanæ ignibus virorem gratiæ populantibus, & abſumentibus ſubiacuerit? Hæc pro innoxio Deiparæ conceptu ſufficiant, & pro vindicatione Amadei à Bzouij vellicationibus circa Mariæ immunitatem: nec ſuſpicor, præmiſſam noſtram ex Epiphanio digreſſionem Mariæ alleclis minus gratam extituram.

S. Cypriani dogma pro Immaculata Conceptione Deiparæ.

69 Subtexo etiã diſertũ S. Cypriani præconiũ, in Sermone de Natiuitate Chriſti ad Cornelium Papam, vbi habet ita de Deipara loquens. *Spiritu Sancto obumbrante incendium originale extinctum eſt; ideoque innoxiã affligi non decuit, nec ſuſtinebat iuſtitia, vt illud vas electionis communibus laſſaretur iniurijs: quoniam plurimum à cæteris differens, natura communicabat non culpa.* Et poſt pauca. *Vnde & matri plenitudo gratiæ debebatur, & virgini abũdantior gloria; quæ carnis, & mentis integritate inſignis, ſpiritalis & corporali intus & extra Chriſti præſentia fruebatur.*

Pamelius. Feuardentius.

Quæ Cypriani pronuntiata pro innoxio Mariæ conceptu decertare

quis

quis nō videat? quod & accuratè obſeruarūt ſapientiſsimi viri, Iacobus Pamelius, in ſuis notis in Cyprianum loco citato n. 5. & noſter Feuardentius in Annotationibus in Irenæum lib. 3. aduerſus hæreſes, c. 38.

Excurſio Bzouij in B. Amadeū.

70 Cæterùm, vt ad ſcopum redeam, & alias Bzouij in B. Amadeum criminationes diſpungam; en duas nō minus graues Bzouij inuaſiones ſub n. mar. 39. *Quòd reuelata ſibi ea omnia à Deo affirmet, vel potius blaſphemet, adiuncta cauſali; quia, inquit, voluntas Dei eſt, vt multa vana, & ſuperſtua de fide ſua reſecentur.* Raptu primo. *Quòd cùm Apollinari hæreſiarcha, Animā Chriſti Deitatem fuiſſe ſubdubitet, & futuro Paſtori decidendum relinquat; cùm tamen iſtud commentum iam à multis ſæculis fuerit exploſum.* Raptu 2. Poſterius hoc cōmentum de Deitate vice animæ rationalis compoſita corpori Chriſti, primam impoſturam detegit; quòd ſcilicet Amadeus aliqua ad fidē attinentia euacuanda, ſeu reſecanda autumauerit. Nullus enim primam hæreſim B. viro adſcribere auſus eſt vno Bzouio excepto; imò cū Cornelius à Lapide infra tranſcribendus perlegiſſet Romæ quoddam vitiatum nouæ Apocalypſis tranſcriptum, & aliquot errata, quæ à canone fidei nullatenus deficiunt, & nil falſitatis imbibunt (vt infra oſtendam) acriter notaſſet; nil indicat his duobus pronuntiatis affine & proximum, nec prioribus commentis, quæ Bzouius Amadeo impingit. A probis ſcriptoribus receptum eſt B. Amadeum quædam prophetaſſe de mutatione Regnorum, & Religionis quòad ritus & cæremonias aliquas ad fidei canones, & apices non ſpectantes, quæ tranſcripſit Petrus Galatinus à Cornelio à Lapide perlectus, & à nobis tranſcriptus ſub num. marg. 51. ſcilicet de Paſtore Angelico, qui eximijs donis inſignitus Eccleſiam ignitis conaminibus fouebit & ad primęuam ſanctitatem excitabit: de quo etiam adſtruit, quòd id humilitatis exhibebit exemplum, quòd neminem ad oſculum pedum admiſſurus ſit.

Hæreſis impoſita B. Amadeo.

Excutitur commenta Bzouij ex Cornelio à Lapide.

Cōuellitur prima impoſtura de reſecandis attinētibus ad fidem.

Expenditur prophetia B. Amadei de Paſtore Angelico.

71 Quæ quidem reuelatio non ita accipienda eſt, vt aduerſetur ſanctiſſimæ diſciplinæ, qua vniuerſi orbis fideles, Summi Pontificis pedes religioſè exoſculantur; ſed imitetur humilitatem Petri non admittētis Cornelium Centurionem ad oſculum pedis; vt liquet ex lib. Actuum Apoſtolorum, c. 10. *Et factum eſt, cū introiſſet Petrus, obuius venit ei Cornelius, & procidens ad pedes eius adorauit. Petrus verò eleuauit eum dicens: Surge, & ego ipſe homo ſum.* Quòd Petri factum ita elucidat Summus Eccleſiæ Paſtor Gregorius lib. 21. Moral. in Iob, c. 10. inquiens. *Hinc eſt enim quòd primus Paſtor Eccleſiæ, cùm adorante ſe Cornelio, ſuper ſe ſibi honorem videret oblatum, ad aqualitatem conditionis ſuæ citiùs recurrit, dicens:* Surge & ipſe ego homo ſum. *Quis enim neſciat quòd cōditori ſuo homo debeat, & non homini proſterni. Quia ergo humiliari ſibi plus quā debuit proximū vidit, ne vltra humanitatis metas mens intumeſceret, eſſe ſe hominem recognouit; quatenus illati ſibi honoris elationem frangeret, ex conſiderata aqualitate conditionis.*

Actuū Apoſtol. c. 10.

S. Gregor.

Cur Petrus nō admiſerit Cornelium ad oſculum pedis?

72 Fortè enim in illo ſtatu, & pro viciſsitudine temporum, magis proficua erit in Summo Eccleſiæ Præſule ab his quantumuis debitis, & pijſſimis ſubditorum officijs temperantia. Quòd autem legitimæ B. Amadei reuelationes de ſtatu, & Eccleſiæ progreſsibus à pijs, & doctis ſcriptoribus ſuſpiciantur; accipe ex Franciſco Biuario, in Romana curia Procuratore Generali Ordinis Ciſtercienſis, in ſuis Commentarijs ad Chronicon omnimodę hiſtoriæ Flauij Dextri, vbi ita habet ad annum 36. à Natali Chriſti.

Defenditur piū fidelium obſequiū in Summum Pontificem

Franc. Biuarius.

Vide autem quæſo Dei prouidentiam in his duobus Apoſtolis. Eodem anno 36. quo Iacobus in Hiſpanias contendit, Paulus ad fidem conuertitur, quaſi locum illius & ſortem ſuppleturus (*id quod diuinitus B. Amadeo reuelatum fuiſſe, ipſemet ex iuſſu Angeli ſcripſit in noua ſua Apocalypſi*) vterq; Iudæis & Gentibus prædicat, vtrique Hiſpanicæ prædicationis curam ſuſcipit. Vis autem videre ita cordi fuiſſe Paulo Hiſpaniæ conuerſionem ſicut Iacobo? Audi quid ad Romanos ſcribat. *Cùm in Hiſpaniā proficiſci cœpero*

Paulus Hiſpanorum Apoſtolus ex Apocalypſi B. Amadei.

ſpe-

Aſſeritur B. Amadei p.o pheria de Paulo Hiſpanorum Apoſtolo.

ſpero quòd præteriens videam vos, & à vobis deducar illuc ſi vobis primùm ex parte fruitus fuero. Et iterum; *Per vos proficiſcar in Hiſpaniam cap.* 15. Quid eſt cum in Hiſpaniã proficiſci cœpero, ſpero quòd præteriẽs videam vos: niſi quòd maior multò cura illi erat de Hiſpanis, quàm de Romanis? *Huc uſque Biuarius.*

Vellicatio Caietani in B. Amadeũ.

73 Præmiſſã infringunt impetum Bzouij ex Caietano, qui etiam minus cãdidè de B. Amadeo cẽſuiſſe videtur in Cõmentarijs in 2.2.q.174.ar.6. in reſpõſione ad tertium: vbi in illa verba S. Thom. *Singulis temporibus nõ defuerunt aliqui prophetiæ ſpiritum habentes; non quidem ad nouam doctrinã fidei depromendam, ſed ad humanorum actuum directionem*: ita inuehitur in Amadeum Caietanus: *Nota benè contra nouos Prophetas, & ſpecialiter quemdam Amadeum (qui (vt aiunt) librum edidit nouam doctrinam eorũ, quæ ad fidei chriſtianæ myſteria ſpectant) introducere conãtes, & ſuos ſequaces, & ſimiles.* Hæc Caietanus; cuius vellicatio eam in primis patitur exceptionem, quòd Amadei librum non legerit, ſed ex rumore vulgi in Amadeum excurrat; vt liquet ex illis verbis: *Vt aiunt.* Tum deinde, quòd de Amadei doctrina ſiniſtram exiſtimationem conceperit propter reuelationes de Immaculata Conceptione Virginis; ſiquidem ita de cunctis reuelationibus de innoxio Deiparæ conceptu cenſuit Caietanus in Opuſculo de Conceptione, cap. 5 nec excipiens S. Birgittæ reuelationes, quarum expreſsè meminerat in eodem Opuſculo. *Nouæ autem reuelationes contra tot Sanctos, & antiquos Doctores Angelum Satanæ in Angelum lucis transformatũ, aut phantaſias, vel etiam figmenta ingerere videntur.* Qui ergo S. Birgittæ reuelationes abigit; quid ſi Amadeum poſthabeat? Item in eodẽ cap. 5. vel ſic taxat Caietanus Pariſiẽſem & alias Vniuerſitates Immaculatæ Conceptioni fauentes: *Sed quoniã Vniuerſitates contra tot Sanctorum, & communem priſcorum doctrinam in his, quæ ſunt fidei, præſumptuoſa ſunt, &c.* Vbi cũ celebriores Academias orbis tãquam præſumptuoſas in fidei negotio incuſet, eòquòd ſe ſtudioſas exhibuerint in aſſerẽda Deipara à næuo labis originariæ; reliquũ eſt, & cõſequens, vt ideo Caietanus Amadeum excutiat quaſi nouæ doctrinæ circa fidei myſteria inſtillatorem, quia reuelationes pro Immaculata Cõceptione edidérat, quæ ex phraſi Caietani ſonant nouitatẽ in negotio fidei. Quã tum verò momenti deferendũ ſit cenſioni Caietani de hiſce, quæ nõ fœdant tam Deiparæ Conceptionem fulciant, vide in Ægidio Luſitano lib. 3. de Conceptione, q. 4. ar. 5. perlege etiam Hugon. Cauellũ in Roſario pro Immaculata Cõceptione, Sæcul. 15. §. *Hæc ſunt præcipua veterũ.* Et Franc. Sosã Epiſcopum Oxomenſem, in ſuis cõſultationibus Hiſpanis, Tract. 3. fo. 126.

Caietanus abigit reuelationes S. Birgittæ pro immaculata Cõcep.

Quid sẽtiat Caietanus de Vniuerſitate Pariſiẽſi & aliis faucntibus Cõceptioni Immaculatæ?

Ægidius Luſitanus.

Hug Cauel.

Frãc Soſa.

74 Tandem Bzouius quoddam Amadei aſſertum carpit, quod legitimum eſſe B. viri pronuntiatum docti & probi Theologi agnoſcunt; ita igitur Bzouius ſub n. mar. 40. ex Amadeo Raptu 5. inter alios Amadei lapſus recenſens, quòd docuerit, *Chriſtum in Euchariſtia latentem, ſenſu nos corporis videre & audire; diuina id virtutẽ per miraculũ operante.* Sed hæc doctrina apud antiquos, & recentes Theologos ſemper inoffenſo pede proceſſit; de qua (allegato etiam B. Amadei teſtimonio) exhibeo iudiciũ Ludouici Turriani Societatis Ieſu, Primarij Complutenſis, in ſelectis diſputationibus, p. 1. diſp. 15. dub. 3. *an B. Virgo oculis corporeis viderit Chriſtũ ſub ſpeciebus Euchariſtiæ?* vbi inquit. *Secundùm opinionem aſſerentium ea fieri poſſe ſaltim de potentia abſoluta; Alenſis 4. p. q. 10. ar. 3. §. 8. expreſsè dixit, hoc fuiſſe conceſſum Beatiſsimæ Virgini, quam ego non ſemel defendi; & viri docti, & fide digniſsimi teſtantur, hoc traditum eſſe à B. Amadeo in ſuis Reuelationibus, & multi Theologi huius temporis, qui de hac re tractárunt, eam ſententiam iudicant eſſe piam, & probabilem, ſuppoſita poſſibilitate huius rei.*

Vindicatio Amadei ex Ludouico Turriano.

Deipara vidit obtutu corporeo Chriſtum in Euchariſtia latentẽ.

Eadem autem ratio militat in potentia viſiua Chriſti ſub modo præſentiæ ſacramentalis, & indiuiſibilis, ſi comparetur ad obiectum extenſum; ac verſa vice, de obtutu corporeo Virginis ſub modo naturalis, & extẽ-

Elucidatio præcedentis ſententiæ B. Amadei.

præ-

Soarius.

præſentiæ, ſi referatur ad obiectum ſub præſentia indiuiſibili in ordine ad locum, ſeu inextenſa corporis Chriſti latentis ſub ſpeciebus Euchariſticis: de probabilitate verò huius ſententiæ lege Soarium in 3. part. tom. de Sacramentis, diſp. 53. ſect. 3. §. *Dico ſecundò.*

Reuelatio B. Amadei de Scoto.

75 His Bzouij contra Amadeum accuſationibus propulſatis, reſtat B. Amadei de gloria & beatitudine Scoti reuelationem expendere; in qua nos vel eo munere ſibi obſtrictos velle apparet Bzouius, quòd inter damnata Amadei pronuntiata, quæ expungenda, & flāmis deuouenda iudicauit, reuelationi de perpetua Scoti fœlicitate pepercerit, eam quaſi ſartā tectam habere indicans, iuxta celebrem Iuris regulam, quòd exceptio firmat non excepta; niſi integrum librum ignibus abſumendum pronuntiet, cuius iudicium non formidamus, nos Eccleſiæ decretis ex animo ſubmittentes. Quia tamen Lucas Vvadingus huiuſmodi reuelationem prælo cōmiſit cum facultate Magiſtri Sacri Palatij Apoſtolici; & eam typis admādarunt Ludouicus Manganelus, Matriti; Dermicius Thadæi, Lugduni; Matthæus Ferchius, Bononiæ, anno 1622. & iterum Neapoli, anno 1629. & Hugo Magneſius, Epiſcopus Dunenſis, Coloniæ Agrippinæ, vbi Scotus è viuis exceſſit; prædictam reuelationem germanam agnoſco, & legitimū B. Amadei fœtum. Quam B. Amadei de Scoti beatitudine ſententiam firmant præclara Scoti ſanctitas, indefeſſus labor pro tutanda immunitate Virginis, & aſſertione fidei contra hæreticos; & aliæ non ſatis laudatæ pijſſimi Doctoris dotes, quas in ſuperioribus vtcunque deſcripſimus.

Videtur eā non reſpuere Bzouius.

Illam recipiunt Vvadingus. Dermicius Thadæi. Matth. Ferchius. Hugo. Magneſius. Ludou. Manganel.

Defenſio præcedentis reuelationis de Sanctitate Scoti.

76 Nec infirmat Amadei de Scoto pronuntiatum, quod B. Amadeus ab Angelo acceperit, quod in veritatibus Euchariſtiæ Scotum haberet Ductorem, itquidem Scotus inter omnes Scholaſticos Primarius æſtimatur aſſertor ſententiæ ſuſtinētis, idem corpus poſſe de abſoluta Dei potentia eſſe extenſo & quantitatiuo modo in pluribus locis. Quia licet Alēſis & Richardus ex noſtris Theologis eam ſententiam docuerint, illam tamen non ita robuſtis fulcris & doctrinæ momentis ſeu ponderibus communierunt, vt labefactari non poſſet; quod tamē fœliciſsimè obtinuit Scotus rem acutiſsimè verſans, & ſuffulciens in 4. ſent. diſt. 10. per multas quæſtiones, ſcilicet à queſt. 1. vſque ad 8.

Scotus præſternit hæreticos oblatrantes contra Euchariſtiam.

Quantum verò momenti & muniminis advexerit hæc ſententia ad debellandos hæreticos contra myſterium Euchariſticum oblatrantes, oſtēdit inſignis Theologus Franciſcus Soarius Societatis Ieſu in 3. p. tom. 3. de Sacramentis, diſp. 48. ſect 4. §. *Dico tertio.* vbi poſtquam aſſeruit, Scoti ſententiam communiter ſuſtineri ab ſcriptoribus Theologis, qui contra huius temporis hæreticos decertant, ſubdit.

Soarius.

Nota pro ſententia Scoti.

Eſt enim hæc opinio non ſolùm aptior ad reſpondendum hæreticis, & veritatem Catholicam tuendam, ſed etiam iudicio meo, tam neceſſariò, tamque euidēter conſequens illam, vt mirabile ſemper mihi viſum fuerit, contrariam ſententiā grauiſsimis Theologis perſuaderi potuiſſe.

Iudicium & modeſtia Scoti circa præſentiam quantitatiuā eiuſdem corporis in pluribus locis.

Cuius ſentētiæ (de pluralitate præſētiæ quātitatiuæ in diſsitis locis) cōnexionem cum veritate Sacramenti Euchariſtiæ perſenſit altum Scoti iudicium, & aquilino præuidit obtutu; dum in citata diſt. 10. quæſt. 3. §. *Dico ergo.* ſub num. marg 4. ita acriter vrget aduerſarios, ſolita tamen illa (quæ vbique in eius ſcriptis emicat) modeſtia; quare & ſe dubitantem exhibet, & non percipientem aduerſariorum placitum, dum triumphat fœliciter, inquiens.

Scotus decertans pro Euchariſtia

Et fortè illi, qui negant, Deum poſſe facere corpus ſuum in pluribus locis, aliter quàm per conuerſionem ſub ſacramento: negarent etiam hoc niſi quia fides dicit hoc. De modo autem iſto eſſendi, ſcilicet non quantitatiuè, vel non dimenſiuè, vel localiter, non video ſi poteſt fieri idem in pluribus locis non ſub modo naturali, quin etiam poſsit fieri modo naturali: tùm in primo ſint duo miracula, in ſecundo tantùm vnum, vt ſupra oſtenſum eſt. In primo quidem ſunt duo miracula, vnum ſcilicet in cauſando præſentiam corporis hic: & aliud in ſeparando

Parente, Sixti Quarti confeſſario, & in grauioribus negotijs conſiliario, vt infra ex probatiſsimis Scriptoribus oſtendam.

Defenſio Amadei ex Cornelio à Lapide.

Primò; nunquàm aſſeruit B. Amadeus, quòd ſeptem Angeli eam naturę exuperantiam nacti ſint, vt præcellentior Angelus ſit impoſsibilis de abſoluta Dei potentia; B. Amadei reuelationem ſic tranſcribit Cornelius à Lapide in Apocalypſim, in proœmio. *Petrus Galatinus (qui edidit lib. de arcanis fidei myſterijs contra Iudæos) hic ſcripſit in Apocalypſim decem libros, eoſque dedicauit Carolo Quinto Imperatori. Extant manuſcripti in Bibliotheca Vaticana, vbi eos legi. Prophetat inſtar Abbatis Ioachim de futuris Eccleſiæ temporibus, perſecutionibus, ſucceſsibus, ac præſertim de paſtore (Pontifice) Angelico, qui admirandæ ſapientiæ & ſanctitatis futurus ſit, tantæque humilitatis & modeſtiæ, vt neminem ad oſculum pedum admiſsurus ſit: ac inſtar Chriſti habiturus duodecim Apoſtolos, per quos reformabit & diuino amore succendet totam Eccleſiam, vt illa ad primordia ſanctitatis ſuæ ſub Apoſtolis redire videatur. Poſt illum verò ſequuturum Antichriſtum, qui omnia peſſundabit: ac deinde fore finem mundi, iudicium & reſurrectionem.*

Petrus Galatinus tranſcripſit plures prophetias ex Apocalypſi B. Amadei.

Prophetia B. Amadei de Paſtore Angelico.

Rurſum, ſeptem ſpiritus, de quibus Apocalypſ. 1. verſu 4. cenſet eſſe ſeptem Angelos principes, Deo aſsiſtentes, qui proximè à Deo illuminentur, eorumque nomina eſſe hæc, Michael, Gabriel, Raphael, Vriel, Sealtiel, Iehudiel, Baracbiel: quæ omnia B. Amadeo à Gabriele reuelata eſſe aſſeuerat, de quibus plura dicam cap. 1. verſ. 4.

Nomina ſeptẽ Angelorũ ex B. Amadeo, & Galatino.

Hæc Cornelius à Lapide Societatis Ieſu; vbi nihil Galatinus, & Cornelius de præſtantia naturæ horum BB. ſeptem Spirituum, qua maior alia repugnet de abſoluta Dei potentia; nihil etiam de identitate ſpecifica eorumdem ſeptem Angelorum.

Pende contra Bzouũ.

52 Quis autem fuerit Petrus Galatinus, cuius monumenta in Bibliotheca Vaticana aſſeruãtur; audi ex Luca Vvadingo in præliminari epiſtola ad Opuſcula S. Franciſci. *Occurrit mihi inter cæteros Petrus Galatinus, vir doctiſsimus, cuius opera multis iſque magnis Tomis in Vaticana Bibliotheca aſſeruãtur: quorũ exẽplar magna & importuna prece præfati noſtri ſupremi Rectoris, eiuſque Vicarij Generalis in familia Ciſmõtana Bernardini à Moncaluo, ad me remiſit Illuſtriſsimus & Reuerendiſsimus D. Laurentius Galatinus, noſter Archiepiſcopus, Epiſcopus Puteolanus, qua prope diem dabimus in lucem.*

Quis fuerit Petrus Galatinus? ex Vvadingo?

Item ex Iacobo Gualterio.

De Galatino hæc etiam Iacobus Gualterius, Societatis Ieſu, in Tabula Chronographica ſtatus Eccleſiæ, ſæculo decimoſexto, ſub titulo, Scriptores Sacri. *Petrus Galatinus Ordinis S. Franciſci, cuius opera, lingua Hebraica viguit in Italia.*

Prophetiã Paſtoris Angelici ſumpſit Galatinus ex B. Amadeo.

Ex quibus verbis Cornelij à Lapide conſtat, quòd Petrus Galatinus non ex ſuo cerebro futura diuinet, ſed quòd B. Amadei prophetiam de Pontifice Angelico tranſcribat; de qua vide cenſionem Venerabilis ſerui Dei Franciſci Gonzagę in Hiſtoria Seraphica, part. 1. in §. *de Amadeorũ Fratrum origine, & progreſſu.*

Bzouius nõ tranſcribit fideliter nomina Angelorum Amadei.

53 Secundò obſeruo contra Bzouium; vnum ex ſeptem B. Amadei Angelis nõ vocari Græcohebraico nomine Euchidielem, ſed Iehudielem, vt liquet ex teſtimonio Galatini, & Chronicorum Eccleſię S. Mariæ Angelorum, Patrum Carthuſianorum, Romę in Thermis erectæ; quibus ſubſcribit idem Cornelius à Lapide in Apocalypſim, in Commentario capitis 1. verſ. 4. in illa verba *Et à ſeptem ſpiritibus, qui in conſpectu throni eius ſunt*: vbi ita habet.

Probatur ex Chronicis Carthuſianorum.

Porrò nomina ſeptem Angelorum iam recenſita, diuinitus fuiſſe reuelata B. Amadeo, viro ſanctitate, miraculis, & prophetijs illuſtri, legi in Chronicis Eccleſiæ S. Mariæ Angelorum paulò ante citatis; idque contigiſſe ſub annum Domini 1460. Idem teſtatur Petrus Galatinus libro 2. in Apocalypſim, capit. 8.

Cornel à Lapide.

Reuelatio B Amadei de septē Angelis est approbata à sūmis Pontificibus.

54 Tertiò accipe, quòd B. Amadei doctrina de septem Angelis, à pluribus Ecclesijs recepta sit; imò & à Summis Pontificibus Iulio Tertio, & Pio Quarto approbata; vt tradit idē Cornelius loco citato, in Cōmentario capitis 1. vers. 4.

Cornel. à Lapide.

Purgatis ergo Thermis locus anno 1551. à Philippo Archinto Vicario Generali Iulij Tertij Pōtificis dedicatus est B. Virgini Angelorū, siue septē Angelis stipatæ & circūdatæ. Cūque per bella rursū locus hic neglectus & profanatus esset; iterū anno 1555. alia visione significatū est, diuino decreto, Thermas hasce ad honorē septē Angelorū, in templum consecrandas esse. Quare Pius IV. Pontifex auditis eius rationibus & reuelationibus, negotiū dedit Michaeli Angelo Bonarotæ, nobili architectō, vt formā templi in Thermis hisce delinearet, & appararet. Quo facto, Pontifex ipse indicto Cardinalium cœtu, die 5. Augusti anno 1561. coram Cardinalibus, tota curia & populo Romano, pontificalibus indutus, Thermas in honorem S. Mariæ Angelorum solemni prece & ritu dedicauit, illamque Ecclesiā titulo Cardinalitio ornauit; eòque ex Ecclesia S. Crucis in Ierusalem transtulit Monasterium Patrum Carthusianorum.

Colūtur septem Angeli indicati à B. Amadeo.

Adiungit etiam idem author loco citato; *Quòd horum septē Archangelorum celebris est memoria in Sicilia, Neapoli, Venetijs, Romæ, alijsque Italiæ vrbibus, vbi & imagines eorū affabrè, quin & opere mosaico expressæ cernūtur. Neapoli de eisdem editus est libellus anno Dñi 1594. Panormi, quæ vrbs est primaria Siciliæ, extat templum septem principibus Angelorum dicatum, in quo anno Domini 1516. vetustæ eorumdem effigies repertæ sunt.* Hæc pro eneruāda prima excursione Bzouij in B. Amadeum.

Alia criminatio Bzouij in B. Amadeum.

55 Secunda Bzouij irruptio in B. Amadeum hæc est, quā scribit *subnum. marg. 40. ex Raptu 5.* vbi vult quòd Sanctus vir Summis Ecclesiæ Pontificibus Sixto Quarto, Innocentio Octauo, & Alexādro Sexto appareat iniurius sita igitur loquentem excipe Bzouium.

Vult quòd Amadeus inuehatur in Sixtū IV. Innocentiū VIII. & Alexandrum VI.

Tangens Summum Sacerdotem sui temporis, in Patrem inuehitur amens, & Summo Pontifici maledicens, vocat illum, multorum bonorum, sed & malorum auctorem, quem alias multum bibisse de Christi sanguine ait; & pro disputatione balbutienti (quæ nihil erat, respectu eorum, quæ sibi reuelata fuerant) primam dignitatem accepisse. Indè futura prædicens, successurum in Romana Sede, quem creauerat Sixtus ipse, nec calidum in bono, nec frigidum in malo. Ita Innocentium censet. Tangit postea Alexandrum, quem ita describit; Veniet post illum bos cornupeta, taurus, non bos, Simon Magus, &c. Bouem progente dixit, cùm is esset ex clarissima Borgiarum stirpe, cui stemma auitum, bos est. Hucusque Bzouius.

Sibi nō cōstat Bzouij impetens Amadeum.

56 Rectè in Bzouium quadrat, quòd oporteat, eum, qui à vero discedit, esse dictorum memorem, vt sibi constet, nec à prioribus pronuntiatis deficiat. Antea sub num. margin. 37. scripserat Bzouius, quòd Amadeus vaticinium ediderit de Pastore Angelico eximijs donis prædito in gratiam Sixti Quarti, cuius confessarius extiterat Amadeus, quasi Sixto blandiri cupiens prophetasset, vt assentationis notam Beato viro inureret; vt liquet ex illis verbis. *In quodam antro Apocalypsim suam scripsit, in qua plurima de statu Ecclesiæ Romanæ, de Pontifice Angelico (Sixtum Quartum volunt indicari) de mutatione Religionis, Regnorum, & Principum præmunciauerit.* Postea verò subdit; quòd Amadeus in eundem Sixtum Quartum inuehatur, & Summum Ecclesiæ Præsulem maledictis impetat.

Bzouius.

Prosternitur cōmētū.

Ex quo detegitur malè coherētium nugarum disidium; & quòd Bzouius sub larvato, seu personato Amadei eloquio, Sixto Quarto infensus appareat. Causam non calleo, nisi quia primus vniuersale Festū Immaculatæ Cōceptionis instituerit; siquidē & ob editū decretū Pauli Quinti in prædicantes contra innoxiū cōceptum Virginis, irrupit in Scotū Bzouius, Scoti obitu per quatuordecim annos anticipato, & tot fœdato commentis, vt refert Author Nitelæ à nobis transcriptus in §. 15. sub num. marg. 25.

Videtur Bzouius infensus Sixto IV. & cur?

Etiam Innocentio Octauo, ob ſimilē cauſam.

57 Quod etiam in cauſa eſſe potuit vt Innocentium Octauum pũgeret Bzouius; quia primus approbauerit Ordinem Monialium Conceptioniſtarum à Venerabili Virgine Beatrice de Silua vterina ſorore B. Amadei inſtitutum: quod vnum eſt ex robuſtioribus Immaculatæ Conceptionis propugnaculis, ſiquidem Eccleſia in approbatione Religionum fallere, aut decipi non poteſt, de quo lege Franciſcum Gonzagam in Hiſtoria Seraphicæ Religionis, part. 1. *ſub §. de Conceptioniſtarum Sororum inſtitutione*; vbi refert Bullam anno 1489. ab Innocentio Octauo expeditam, & alia miracula, quæ in huius ſanctiſſimi inſtituti erectione emicuere. Reuelationem præterea de Immaculato Deiparæ conceptu factam Venerabili Sorori B. Amadei ab Antonio Vaſconcellio Societatis Ieſu, & Franciſco Gonzaga deſcriptam, & à nobis tranſcriptam vide in §. 13. nu. marg. 15.

Franc. Gonzaga.

Cur Bzouius traducat Alexandrũ Sextũ?

Cur verò etiam Alexandrum Sextum traducat Bzouius, ignoro; ſuſpicor tamen quòd ob necem Sauonarolæ, erga quem haud modicè afficitur Bzouius; quare vel eò Alexandro Sexto inimicus appareat, quòd Hieronymum Sauonarolam ſacerdotio exauthoratum flammis addixerit aſſignatis iudicibus Franciſco Romulino Hiſpano, & Ioachimo Turriano, Magiſtro Generali Ordinis Prædicatorum; cuius Sauonarolæ obitum pluribus etiam miraculis ornatum, latiſsimè deſcribit Bzouius (nõ abſque in Franciſcanos amarulentia) ad annum 1498. à num. marg. 5. vſq; ad 30.

Bzouij pronuntiatum de Sauonarola, & de Conceptione Deiparæ.

58 Vbi ſilentio prætereundum non eſt quod ſcribit ſub numer. 30. *Quod Cardinales Piſis contra Iulium Secundum congregati promiſerint Bartholomæo Fauentino Vicario Generali Prouinciæ Romanæ (ſi is cæteris illorum vnà cum ſuis Dominicanis Piſanis adhæreret) Hieronymum Sauonarolã catalogo Sanctorum inſcribere, & controuerſiam de Conceptione B. Mariæ Virginis ad fauorem Dominicanæ opinionis definire.* Hæc Bzouius referens Thomam Nerium in libello Apologetico.

Collectio ex præcedẽti aſſerto Bzouij.

Cuius pronuntiati fidem & iudicium candido lectori deferimus; nec enim percipio quid affine & cohærẽs interceſſerit inter Sauonarolæ canonizationem, & fœdati conceptus Virginis decretum, vt hæc adeò diſsidẽtia, vno quaſi promiſsionis ictu, aut vinculo connectãtur; niſi quia fortè Sauonarola ex primarijs extiterit immaculati conceptus Virginis inſectatoribus. Sed his miſsis, nec enim merita, aut demerita Sauonarolę expendimus, & ad ſubſellia vocamus; per me enim Sauonarola miraculis fulgeat, ſi ita ſit, & verum eſſe comprobetur; cùm id tantùm conemur, vt Bzouium debiti officij admoneamus, qui cùm Sauonarolam, Prophetam, & miraculis præfulgentem cenſeat, B. Amadeum, vt pſeudouidentem, impoſtorem, & hęreticum incuſat.

Admonitio circa irruptionẽ Bzouij in Amadeũ.

Si autem noua Apocalypſis Summis Eccleſię Pręſulibus maledixiſſet, iuſtam eam damnationem incurreret, qua Alexander Quartus diſpũgit librum attitulatum *de Periculis nouiſſimorum temporum*, vbi habent ita verba Pontificis.

Alexã. IV.

Sanè quidam Scripturæ Sacræ intelligentiam ſe habere fatentes, ſed diuertentes à tramite rectæ ſenſus cogitauerunt nuper malitiam, & contra innocentes, & rectos iniquitatem maximam ſunt loquuti; exarſerunt in cordibus ſuis, & lingua eorum maliloqua dolum & nequitiam contemnauit; ſurgentes aduerſus fratres detraxerunt, & contra dilectos Matris Eccleſiæ filios ſcandalum poſuere.

Retorquetur accuſatio in Bzouium.

Si hæc Pontifex in eos, qui pios Eccleſię filios mordẽt; quid ergo ſi filius in Patres Eccleſię inuehatur amens? Imò quid ſi ea pronũtiata, quæ in noua Apocalypſi, innominato aliquo Summo Eccleſiæ Præſule habeantur, vt vult Bzouius (quod non concedimus) Bzouius Sixto Quarto, Innocentio Octauo, & Alexãdro Sexto (eorũ nominibus ſigillatim expreſsis) addixerit, & prælo commiſerit? Quod patenter demonſtrant ipſa verba

Bzouij dū inductione, aut interpretatione vtitur, in qua nec ſibi conſtat (vt oſtēdimus) vt illa qualia qualia aſſerta prædictis Pontificibus adaptet; cuius interpretationis pietatem collige ex citata Bulla Alexandri Quarti, quæ eſt octaua eiuſdem Pontificis in Bullario Cherubini.

Paſtor Angelicus non fuit Sixtus Quartus apud Amadeum.

Cæterùm, quòd nec B. Amadeus, nec Franciſcani propheriam Paſtoris Angelici Sixto Quarto adſcripſerint; conſtat ex Petro Galatino à nobis tranſcripto ſub num. marginali 51. vbi de Summo Paſtore in fine temporum ante Antichriſti aduentum loquitur.

Scaturigo irruptionū Bzouij in B. Amadeum.

59 Sed iam peruenimus ad ſcaturiginem criminationum Bzouij in B. Amadeum, quæ ſub herba, & fuco chriſtianæ cenſuræ, latentem anguē demonſtrat; referat enim Bzouius, quòd ſua intereſſet B. Amadei labefactare doctrinam: ita igitur habet Bzouius ad annum 1471. ſub num. marg. 39. *Alios præter Chriſtum, & Virginem Matrem à peccato originali præſeruatos, imò ante Conceptionem ſanctificatos, idque ex meritis parentum, & aliorum iuſtorum lachrymis conſtituit. Raptu 4.*

Bzouius.

B. Amadeꝰ non dixit, alios præter Virginem preſeruatos à peccato originali.

Quòd autem id pronuntiati de alijs à næuo originariæ labis ereptis, ſit manifeſta impoſtura; oſtendo ex ipſis germanis reuelationibus B. Amadei à probatis authoribus tranſcriptis, vbi ſolam Virginem à noxa peccati originalis prædicat immunem: ſic enim Amadei reuelationes tranſcribit Ægidius de Præſentatione, Ordinis S. Auguſtini ſacræ Theologiæ Primarius profeſſor emeritus in Academia Conimbricenſi, in ſuo opere de Immaculata Conceptione, lib. 2. quæſt. 4. art. 7. §. 4. num. marg. 62. vbi inquit.

Ægidius de Præſentat.

Vera Amadei pronuntiata,

60 Poſtremò, pro hac opinione ego addo nonnulla Apoſtolorum teſtimonia S. Andreæ, Thomæ, Matthæi, & Matthiæ, quæ ex reuelatione S. Gabrielis ſcribuntur à S. Fratre Amadeo in libro, qui intitulatur Apocalypſis noua & habetur in Bibliotheca Regia S. Laurentij. Vbi S. Andreas de B. Virgine ità ſcribit.* *Tu ſola ab vniuerſali omnium damnatione præſeruata fuiſti; non tu mortua in Adam fuiſti; vnica es; vnica immaculata, receſſiſti à quocunque peccato; recedere tam longè à peccato nemo poteſt.* * S. Thomas Apoſtolus ita habet. *O quàm fœlix es quàm fortunata, & in initio viarum Dei ab ipſo electa fuiſti, & Adæ peccato præuiſo, non fuiſti cum alijs omnibus condēnata, ſed voluit vt merita filij tui tibi ſuper omnes prodeſſent; itaque pro minimo momento noluit inimicam, ſed ſemper amicam puriſſimam* * Si verò Matthæus ita habet. Niuei candoris es ò Maria immaculata; ſcirpus ſine nodo, Spiritus Sanctus, qui eſt æternum donum, te ſanctificauit, præſeruauit, purgauit, & illuminauit, & ſingularibus priuilegijs decorauit * Denique S. Matthias ita ſcribit: In peccato non fuit concepta, omni gratia & omni ſcientia fuit impleta.

S. Andreas Apoſtol.

S. Thomas Apoſtol.

S. Matth.

S. Matthias

Et concludit Ægidius: Nec de ſanctitate B. Amadei dubito; nec quòd illi hæc facta fuerit reuelatio. Et lib. 3. quæſt. 6. art. 4. §. 2. num. marg. 16. ſubijcit: Secundo loco adducemus reuelationem de hac veritate factam B. Amadeo, quam ſcribit in libro Apocalypſis nouæ, qui aſſeruatur in Regali Bibliotheca S. Laurentij el Real.

Iudicij Ægidij de B Amadeo.

Has etiam reuelationes B. Amadei pro conceptione Virginis extollit, & recolit Vvadingus in hiſtoria Legationis pro Conceptione Immaculata, ſectione 3. in tractatu 11. de Reuelationibus §. 3. fol. 343. numer. marg. 13. inquiens. *Aliæ aliis factæ ſunt poſtea reuelationes de hac eadem miſeriſſima conceptione; quarum illæ non ſunt obſcuræ, quas ſibi factas refert Raptu octauo, B. Amadeus præclariſſimus congregationis Amadeorum fundator, cuius corpus magna cum veneratione colitur Mediolani.*

Vvadingus de Reuelationibus B Amadei.

Magnū B. Amadei præconium ex aſſertione Immaculatæ Cōceptionis.

61 Quare perpenſis B. Amadei, & Minoritarum in Deiparæ vindicatione officijs, merito æſtimauit idem Ægidius de Præſentatione, Auguſtinianus; quòd hæc exhibita fuerint nō in gratiam, ſtudium, ſeu ſequelam Scoti, ſed eruperint ex pietate in Mariam; è re tamen erit ſapientiſſimi huius authoris verba inſerere, ne noſtris aliquid vltra ius arrogare videamur:

ita

ita igitur habet in lib. 3. de Immaculata Conceptione, quæſt. 6. articul. 4. §. 3.

Ægidius de Præſentatione.

Inter omnes in hoc laudandus eſt Ordo ſanctiſsimus Minorum, cuius omnes Theologi cum ſuo Duce doctiſsimo Scoto, hanc immunitatem, & B. Virginis innocentiam, eo ſtudio, & vigilantia defendunt, vt Iulius Secundus in gratiſicationem huic Ordini commendarit curam Ordinis Monialium, quem ſub titulo immaculatæ Cõceptionis ſub propria regula inſtituerat; quod mihi argumento eſt, huius familiæ Theologos, non tam Ducis ſui amore, & ſcholæ Scoticæ contentione, quam zelo honoris B. Virginis in hac veritatis defenſione indefeſſo labore ſudare.

Quæ occaſio excurſionis Bzouij in B. Amadeum?

Hæc magna B. Amadei erga Virginem officia ſuſpicor fuiſſe præcipua Amadei piacula, quæ Bzouium commouerunt vt Amadei reuelationum fidem proterere moliretur; quaſi ſanctus vir (qui Sixto Quarto à confeſsionibus fuit, & penitioribus ac grauioribus conſilijs) Sixtum Quartum extimulauerit vt vniuerſale feſtum immaculatæ Conceptionis indiceret. Ne ergo reuelationes immaculati conceptus, quibus Amadeus donatus extitit, in cauſa eſſent, vt pia ſententia neruos acciperet, Amadeum exauthorare, & eius pronuntiata eneruare pertentauit Bzouius eo commento; quòd Amadeus alios plures à næuo originis præſeruatos aſſeruerit.

Firmatur præcedens collectio.

62 Et ne quis ſuſpicionem noſtram inanem reputaret, non valuit ſe ſe cohibere Bzouius quin cõſpicuum exhiberet & exploratũ iudicium noſtrum; dum ſub num. marg. 41. propè finem numeri, inter alios erroneos Amadei lapſus numerat, dixiſſe: *Andream Virginis præſeruationem aſſeruiſſe.*

Hæreſis impoſita B. Amadeo.

Addè, quòd antea (vt cunctam Amadei authoritatem conuelleret circa peccati originalis in Adami poſteros deriuationem) autumauit; haberi apud Amadeum in Raptu 5. *Per peccatum Adæ nullum malum filijs illatum, ſed repoſitos duntaxat in terminis naturalibus.*

Reuincitur commentũ.

Quæ hæreſis manifeſtè reuincitur ex illis verbis S. Thomæ Apoſtoli apud Amadeum, quæ ex Ægidio Auguſtiniano tranſcripſimus: *In initio viarum Dei ab ipſo electa fuiſti, & Adæ peccato præuiſo non fuiſti cum alijs omnibus damnata.* Item & ex S. Andreæ Apoſtoli aſſertis: *Tu ſola ab vniuerſali omnium damnatione præſeruata fuiſti.* Agnouit ergo Amadeus vniuerſalem damnationem in poſteris Adami ex peccato originis; & ſolius Deiparæ præſeruationem tutatus eſt.

S. Thomas Apoſt.
S Andreas Apoſt.

Cautio cõtra crimination Bzouij in B. Amadeum.

63 Quòd autẽ Bzouius nec temperatè & reuerenter ſe geſſerit in Sixtum Quartum, & quòd illius pictatem erga Amadeum eiuſdem Põtificis confeſſarium, & in grauioribus negotijs conſiliarium taxauerit, conſtat ex verbis Bzouij trãſcriptis ſub num. marg. 44. *Iudicium ſit penes omnes, an Sixtus Quartus tali impoſtore, faſſario, hæretico, pſeudoprophetа vſus fuerit ad ſacras confeſſiones, & ad munera Hierarchiæ Eccleſiaſticæ, præſertim ad res fidei definiendas, vt aliqui volunt.*

Refellitur Bzouius.

Nullus vult probatus hiſtoricus, quòd Sixtus Quartus vſus fuerit manuductione Amadei in rebus fidei definiẽdis; vt conſtabit ex catenata narratione omnium Scriptorum, qui Amadei acta mandarunt hiſtoriæ, quorum pronuntiata tranſcribimus infra. Si autem Bzouius de Immaculatæ Conceptionis decreto loquatur; caueat quòd Chemnitius hæreticus inuehatur in Concilium Tridentinum, & in Sixtum Quartum ob editam pro Mariæ Immunitate conſtitutionem inſulſis miraculis, & reuelationibus innixam; vt oſtendit Caniſius lib. 1. de B. Virgine, cap. 8. inquiens.

Caniſius

Cum verò non habeat Chemnitius quæ vel huius Pontificis Sixti Quarti, vel illius Concilij Tridentini Patribus firmiter opponat, nouam excogitat fallaciam ad inuidiam illis augendam; qui nempè ad hoc decretum edendum per reuelationes, miracula, legendas, ſcriptaque prorſus inſuſa incitati fuerint, atque præmoti. Ita more ſuo ludit Chemnitius, & rem ſeriam ſuis figmentis inuoluit; vt Sixti Pontificis, Patrumque illorum omnium voluntatem optimam, & ſtudium ſanctiſsimum non ſolùm inuidiosè trahat, ſed prorſus malignè depraueт.

Firmitas ſententiæ Scoti ex teſtio indicto ab Eccleſia.

64 Quantum verò momenti & ponderis acceſſerit ſententiæ Scoti ex indicto feſto Eccleſiæ; & quòd immaculatæ Conceptioni ab Eccleſia officio ſolemni aſſertæ & communitæ non refragetur Doctoris Angelici authoritas; piè & eruditè demonſtrat ex recentibus S. Thomæ aſſeclis F. Ioannes de Sancto Thoma, publicus in Academia Cõplutẽſi ſacræ Theologiæ profeſſor, in commentarijs in primam partem, in tractatu præambulo de authoritate doctrinæ D. Thomæ diſput. 2. art. 2. §. *Conformat ſe D. Thomas ſenſui Eccleſiæ*; vbi inquit.

Iudicium Ioan. de S. Thoma de ſententia Angelici Doctoris.

Vnde cùm modò Romana Eccleſia, non ſolùm toleret, ſed etiam poſitiuè præcipiat celebrari tale feſtum, illudque magnis fauoribus proſequatur, loquendo in vi doctrinæ D. Thomæ oportet vice verſa de his ſententijs cenſere, & D. Thomas ſic cenſeret; ſi enim ex ſola tolerantia Romanæ Eccleſiæ, illa feſtiuitas tunc non erat ſpernenda; ex poſitiuo præcepto, & fauore, quantò magis dicere tenerãdam? Præſertim cùm ex hoc probet B. Virginem ſine peccato fuiſſe natam; quòd eius Natiuitas celebratur ab Eccleſia, vt patet eadem quæſt. 27. articul. 1. ergo idem de Conceptione diceret, ſi tunc eodem modo celebraretur ſicut Natiuitas.

Eiuſdẽ authoris cẽſio de pietate Scoti.

65 Nec obuoluendum ſilentio, quàm honorificè prædictus author ſentiat de Scoto; in eodem art. 2. §. *His planè litteris edocemur*: inquiens. *Quidni quòd Scotus ipſe ſubtiliſſimus, ita & modeſtiſſimus Doctor, adeò ſobriè & cautè rem iſtam tractauit; vt mirandum poſteritati de hac re exemplum reliqueret?* Et in Diſput. 1. eiuſdem tractatus præambuli, art. 3. §. *Dico tertio*: vbi inquit. *Qui tamen ſine irreuerentia, vel contemptu, ſed ex alio motiuo D. Thomæ doctrinam deſerit, & aliam ſequitur etiam oppoſitam, nullam cẽſuram meretur; ſed vnus quiſque in ſenſu ſuo poteſt abundare; ſicut Scotus in multis D. Thomæ doctrinam impugnauit, ſed hoc cum magna modeſtia, & nulla irreuerentia, ſola diſputatione, nullis alijs verbis agens. Itaque contra irreuerentiam cadere poteſt cenſura, non contra diſputationem, vel opinionem.* Quæ omnino reſpondẽt & cohærent his, quæ de candore Scoti in oppugnatione doctrinæ S. Thomæ ſcripſimus in §. 11. *de charitate Scoti in proximos, à num. marg. 4. vſque ad* 6. nec dubito, cæteros oppoſitæ ſcholæ Doctores, qui Immaculatæ Virginis conceptioni ſuffragantur, eſſe in Scotum æquiores, & Scoti merita debitis euehere præconijs.

Scoti cãdor in oppugnatione S. Thomæ.

Teſtimoniũ S. Epiphanij pro innoxio cõceptu Deiparæ.

66 Liceat tandem, antequam ad alia properemus, pro noſtra erga Mariæ immunitatem affectione, id muniminis aduocare ex S. Epiphanio, *in ſermone de laudibus S. Mariæ Deiparæ*, interprete Ioanne Pico, ex editione Coloniæ Agrippinæ apud Antonium Hierat; vbi Epiphanius plura inſinuat, quæ pro Mariæ immunitate decertare videntur; ex quibus ſequentia excerpo dogmata. *O beata Virgo, columba pura, & ſponſa cœleſtis Maria, cœlum, Templum, & Thronus diuinitatis, quæ coruſcantem in cœlo & in terra Solem habes Chriſtum. Nubes lucida, quæ fulgur de cœlo lucidiſſimum ad illuminandum mundum deduxiſti Chriſtum. Nubes cœleſtis, quæ Tonitruum Spiritus Sancti in ſe ipſa reconditum deduxit in mundum, & imbrem Spiritus Sancti in vniuerſam terram ad producendum fidei fructum cum impetu demiſit.*

Deipara Columba pura ex Epiphanio.

Quis autem concinnè ad Epiphanij mentem, Mariam ſelle peccati in primo inſtãti originis intinctam adſtruat, quam Epiphanius puram columbam appellat, quæ de ſenſu Patrum omni felle careat? quamobrẽ apud Tertullianum, columba aſſeritur Spiritus Sancti ſymbolum, quia candida auis puritatis & innocentiæ nota & ſignum habeatur. Ita igitur Tertullianus lib. de Baptiſmo aduerſus Quintillam, cap. 8. *Tunc ille Sanctiſſimus Spiritus ſuper emundata & benedicta corpora libens à Patre deſcendit, ſuper baptiſmi aquas tanquam priſtinam ſedem recognoſcens conquieſcit, columbæ figura delapſus in Dominum; vt natura Spiritus Sãcti declararetur per animal ſimplicitatis & innocentiæ: quòd etiam corporaliter ipſo felle careat columba.*

Tertullianꝰ

Cur Spiritus Sanctus appareat ſub columbæ ſpecie?

Accipe etiam S. Iſidorum, Doctorem Hiſpanum lib. 7. etymologiarũ. cap. 3 *Spiritus Sanctus idcirco in columbæ ſpecie veniſſe ſcribitur, vt natura eius*

S. Iſidorus.

Columba felle carẽs.

per auem ſimplicitatis & innocentiæ declaretur. Vnde & Dominus, Eſtote, inquit, ſimplices ſicut columbæ. Hæc enim auis corporaliter ipſo felle careret: habens tantùm innocentiam & amorem. Ideo igitur Mariæ innocentia Spiritus Sancti ſymbolo indigitatur; vt referetur, quòd decuerit Virginem ea puritate nitere, qua maior ſub Deo nequeat intelligi.

Deipara Nubes cœleſtis nſiquã carens gratiæ imbribus.

67 Præterea vrgeo ex Epiphanio; quòd cum S. huius Patris pronũtiatis non conſtet, quòd Mariæ anima pro aliquo inſtanti exucca, & Spiritus Sancti imbribus orba renuntietur, quæ nubes extitit imbrem Spiritus Sancti in vniuerſam terram ad producẽdum fidei fructum cum impetu demittens; & quæ verbum incarnatum conceperit, quod Epiphanius appellat Tonitruum & fulgur Spiritus Sancti omnia diaboli machinamenta irrumpens, & proſternens. Sed audi Epiphanium pro exceptione Mariæ à communi laqueo altiùs, & expreſsiùs intonantem: ſubdit enim paulò infra.

Pronuntiata Epiphanij pro Cõceptione Immaculatæ Virginis.

Ouis immaculata, quæ peperit agnum Chriſtum. Iuuenca nunquam iugum experta, quæ vitulum genuit. Fidei menſa intellectualis, quæ panem vitæ mundo ſuppeditauit. Quid dicam? & quibus verbis explicabo gloriam radicitus fundatã? O virgo ſancta lucis æternæ mater, lucis inquã, quæ in cœlis illuminat copias Angelorum: lucis, quæ illuminat ipſorum Seraphim incomprehenſum oculum: lucis, quæ illuminat Solem ſplendidis facibus. Lucis, quæ fines terræ illuminat ad credendum Trinitati. Lucis, quæ dixit: Ego ſum lux mundi: lucis, quæ dixit. Ego lux in mundum veni. Lucis, quæ aſſumpta eſt, & illuminauit cuncta, quæ ſunt in cœlis & in terra.

S. Epiphanius.

Maria Ouis immaculata. Iuuenca ſine iugo. Méſa panis Euchariſtici,

Vbi Mariam ouem immmaculatã expreſsè tutatur, qũia Agnum Dei Chriſtum, qui peccata mundi tollit, genuerit; & ideò etiam iuuencam nũquam ſatanæ iugum expertam proclamat: inſuper & menſam intellectualem, ſeu myſticam, quæ panem vitæ Euchariſticum mundo ſuppeditauerit; acproinde menſam puram, nunquam pollutam peccati fæcibus. Quare & ideo Mariæ gloriam cenſet radicitus fundatam; igitur non in radice, ſeu vitæ primordijs labe originis fœdatam. Pende illa verba: *Quid dicam? & quibus verbis explicabo gloriam radicitùs fundatam*, vbi vult (ni fallor) quòd à radice, & vitæ initijs Deipara glorioſa prædicetur. Deinde, quis etiam pro primo exorientis vitæ radio, tenebris peccati eam perfuſam æſtimet, quæ immenſis coruſcauit ſupernæ lucis facibus? vnde & Mariam paulò infra Epiphanius ideo *Multoculam* appellauit, quia in Virginem nec leuis peccati caligo irrepſerit: ſubdit enim.

S. Epiphanius. Maria multocula. Item & velamentum intellectuale.

68 *Aue gratia plena, quæ habes radium de cœlo lucidis facibus coruſcantem, vtpote Solem Chriſtum. Virgo plurium nominum, & multocula, effecta eſt. Seraphim incomprehenſæ viſignis: quæ inuenta eſt velamentum quoddam intellectuale corporis vniuerſalis, Cherubim tranſcendens.* Qua enim ratione (premit adhuc Magnus ille Pater) fieri poſſet, vt velamentum intellectuale, ſiue vmbraculum myſticum totius corporis Eccleſiæ, quo ipſa ab æſtu diabolicæ expugnationis protegitur, ſatanæ ignibus virorem gratiæ populantibus, & abſumentibus ſubiacuerit? Hæc pro innoxio Deiparæ conceptu ſufficiant, & pro vindicatione Amadei à Bzouij vellicationibus circa Mariæ immunitatem: nec ſuſpicor, præmiſſam noſtram ex Epiphanio digreſſionem Mariæ aſſeclis minus gratam extituram.

S. Cypriani dogma pro Immaculata Conceptione Deiparæ.

69 Subtexo etiã diſertũ S. Cypriani præconiũ, in Sermone de Natiuitate Chriſti ad Cornelium Papam, vbi habet ita de Deipara loquens. *Spiritu Sancto obumbrante incendium originale extinctum eſt; ideoque innoxiã affligi non decuit, nec ſuſtinebat iuſtitia, vt illud vas electionis communibus laſſaretur iniurijs: quoniam plurimum à cæteris differens, natura communicabat non culpa.* Et poſt pauca. *Vnde & matri plenitudo gratiæ debebatur, & virgini abũdantior gloria; quæ carnis, & mentis integritate inſignis, ſpiritali & corporali intus & extra Chriſti præſentia fruebatur.*

Pamelius. Feuardentius.

Quæ Cypriani pronuntiata pro innoxio Mariæ conceptu decertare

quis

quis nō videat? quod & accuratè obſeruarūt ſapientiſsimi viri, Iacobus Pamelius, in ſuis notis in Cyprianum loco citato n. 5. & noſter Feuardentius in Annotationibus in Irenæum lib. 3. aduerſus hæreſes, c. 33.

Excurſio Bzouij in B. Amadeū.

70 Cæterùm, vt ad ſcopum redeam, & alias Bzouij in B. Amadeum criminationes diſpungam; en duas nō minus graues Bzouij inuaſiones ſub n. mar. 39. *Quòd reuelata ſibi ea omnia à Deo affirmet, vel potius blaſphemet, adiuncta cauſali; quia, inquit, voluntas Dei eſt, vt multa vana, & ſuperflua de fide ſua reſcentur.* Raptu primo. *Quòd cùm Apollinari hæreſiarcha, Animā Chriſti Deitatem fuiſſe ſubdubitet, & futuro Paſtori decidendum relinquat; cùm tamen iſtud commentum iam à multis ſæculis fuerit exploſum.* Raptu 2. Poſterius hoc cōmentum de Deitate vice animæ rationalis compoſita corpori Chriſti, primam impoſturam detegit; quòd ſcilicet Amadeus aliqua ad fidē attinentia euacuanda, ſeu reſecanda autumauerit. Nullus enim primam hæreſim B. viro adſcribere auſus eſt vno Bzouio excepto; imò cū Cornelius à Lapide infra tranſcribendus perlegiſſet Romæ quoddam vitiatum nouæ Apocalypſis tranſcriptum, & aliquot errata, quæ à canone fidei nullatenus deficiunt, & nil falſitatis imbibunt (vt infra oſtendam) acriter notaſſet; nil indicat his duobus pronuntiatis affine & proximum, nec prioribus commentis, quæ Bzouius Amadeo impingit. A probis ſcriptoribus receptum eſt B. Amadeum quædam prophetaſſe de mutatione Regnorum, & Religionis quòad ritus & cæremonias aliquas ad fidei canones, & apices non ſpectantes, quæ tranſcripſit Petrus Galatinus à Cornelio à Lapide perlectus, & à nobis tranſcriptus ſub num. marg. 51. ſcilicet de Paſtore Angelico, qui eximijs donis inſignitus Eccleſiam ignitis conaminibus fouebit & ad primęuam ſanctitatem excitabit: de quo etiam adſtruit, quòd id humilitatis exhibebit exemplum, quòd neminem ad oſculum pedum admiſſurus ſit.

Hæreſis impoſita B. Amadeo.

Excuſitur commenta Bzouij ex Cornelio à Lapide.

Cōuellitur prima impoſtura de reſecandis attinētibus ad fidem.

Expenditur prophetia B. Amadei de Paſtore Angelico.

71 Quæ quidem reuelatio non ita accipienda eſt, vt aduerſetur ſanctiſſimæ diſciplinæ, qua vniuerſi orbis fideles, Summi Pontificis pedes religioſè exoſculantur; ſed imitetur humilitatem Petri non admittētis Corneliū Centurionem ad oſculum pedis; vt liquet ex lib. Actuum Apoſtolorum, c. 10. *Et factum eſt, cū introiſſet Petrus, obuius venit ei Cornelius, & procidens ad pedes eius adorauit. Petrus verò eleuauit eum dicens: Surge, & ego ipſe homo ſum.* Quòd Petri factum ita elucidat Summus Eccleſiæ Paſtor Gregorius lib. 21. Moral. in Iob, c. 10. inquiens. *Hinc eſt enim quòd primus Paſtor Eccleſiæ, cùm adorante ſe Cornelio, ſuper ſe ſibi honorem videret oblatum, ad æqualitatem conditionis ſuæ citiùs recurrit, dicens:* Surge & ipſe ego homo ſum. *Quis enim neſciat quòd cōditori ſuo homo debeat, & non homini proſterni. Quia ergo humiliari ſibi plus quā debuit proximū vidit, ne vltra humanitatis metas mens intumeſceret, eſſe ſe hominem recognouit; quatenus illati ſibi honoris elationem frangeret, ex conſiderata æqualitate conditionis.*

Actuū Apoſtol. c. 10.

S. Gregor.

Cur Petrus nō admiſerit Corneliū ad oſculum pedis?

72 Fortè enim in illo ſtatu, & pro viciſsitudine temporum, magis proficua erit in Summo Eccleſiæ Præſule ab his quantumuis debitis, & piiſſimis ſubditorum officijs temperantia. Quòd autem legitimæ B. Amadei reuelationes de ſtatu, & Eccleſiæ progreſsibus à pijs, & doctis ſcriptoribus ſuſpiciantur; accipe ex Franciſco Biuario, in Romana curia Procuratore Generali Ordinis Ciſtercienſis, in ſuis Commentarijs ad Chronicon omnimodę hiſtoriæ Flauij Dextri, vbi ita habet ad annum 36. à Natali Chriſti.

Defenditur piū fideliū obſequiū in Summum Pontificem

Franc. Biuarius.

Vide autem quæſo Dei prouidentiam in his duobus Apoſtolis. Eodem anno 36. quo Iacobus in Hiſpanias contendit, Paulus ad fidem conuertitur, quaſi locum illius & ſortem ſuppleturus (*id quod diuinitus B. Amadeo reuelatum fuiſſe, ipſemet ex iuſſu Angeli ſcripſit in noua ſua Apocalypſi*) vterq; Iudæis & Gentibus prædicat, vterque Hiſpanicæ prædicationis curam ſuſcipit. Vis autem videre ita cordi fuiſſe Paulo Hiſpaniæ conuerſionem ſicut Iacobo? Audi quid ad Romanos ſcribat. *Cùm in Hiſpaniā proficiſci cœpero*

Paulus Hiſpanorum Apoſtolus ex Apocalypſi B. Amadei.

ſpe-

Soarius.

præſentiæ, ſi referatur ad obiectum ſub præſentia indiuiſibili in ordine ad locum, ſeu inextenſa corporis Chriſti latentis ſub ſpeciebus Euchariſticis: de probabilitate verò huius ſententiæ lege Soarium in 3. part. tom. de Sacramentis, diſp. 53. ſect. 3. §. *Dico ſecundò.*

Reuelatio B. Amadei de Scoto.

75 His Bzouij contra Amadeum accuſationibus propulſatis, reſtat B. Amadei de gloria & beatitudine Scoti reuelationem expendere; in qua nos vel eo munere ſibi obſtrictos velle apparet Bzouius, quòd inter damnata Amadei pronuntiata, quæ expungenda, & flāmis deuouenda iudicauit, reuelationi de perpetua Scoti fœlicitate pepercerit, eam quaſi ſatrā tectam habere indicans, iuxta celebrem Iuris regulam, quòd exceptio firmat non excepta; niſi integrum librum ignibus abſumendum pronuntiet; cuius iudicium non formidamus, nos Eccleſiæ decretis ex animo ſubmittentes. Quia tamen Lucas Vvadingus huiuſmodi reuelationem prælo cōmiſit cum facultate Magiſtri Sacri Palatij Apoſtolici; & eam typis admādarunt Ludouicus Manganelus, Matriti; Dermicius Thadæi, Lugduni; Matthæus Ferchius, Bononiæ, anno 1622. & iterum Neapoli, anno 1629. & Hugo Magneſius, Epiſcopus Dunenſis, Coloniæ Agrippinæ, vbi Scotus è viuis exceſsit; prædictam reuelationem germanam agnoſco, & legitimū B. Amadei fœtum. Quam B. Amadei de Scoti beatitudine ſententiam firmant præclara Scoti ſanctitas, indefeſſus labor pro tutanda immunitate Virginis, & aſſertione fidei contra hæreticos; & aliæ non ſatis laudatæ piiſſimi Doctoris dotes, quas in ſuperioribus vtcunque deſcripſimus.

Videtur eā non reſpuere Bzouius.

Illam recipiunt Vvadingus. Dermicius Thadæi. Matth. Ferchius. Hugo. Magneſius. Ludou. Manganel.

Defenſio præcedentis reuelationis de Sanctitate Scoti.

76 Nec infirmat Amadei de Scoto pronuntiatum, quòd B. Amadeus ab Angelo acceperit, quod in veritatibus Euchariſtiæ Scotum haberet Ductorem, tuquidem Scotus inter omnes Scholaſticos Primarius æſtimatur aſſertor ſententiæ ſuſtinētis, idem corpus poſſe de abſoluta Dei potentia eſſe extenſo & quantitatiuo modo in pluribus locis. Quia licet Alēſis & Richardus ex noſtris Theologis eam ſententiam docuerint, illam tamen non ita robuſtis fulcris & doctrinæ momentis ſeu ponderibus communierunt, vt labefactari non poſſet; quod tamē fœliciſsimè obtinuit Scotus rem acutiſsimè verſans, & ſuffulciens in 4. ſent. diſt. 10. per multas quæſtiones, ſcilicet à quæſt. 1. vſque ad 8.

Scotus præſtermit hæreticos oblatrantes contra Euchariſtiam.

Quantum verò momenti & muniminis adverxerit hæc ſententia ad debellandos hæreticos contra myſterium Euchariſticum oblatrantes, oſtēdit inſignis Theologus Franciſcus Soarius Societatis Ieſu in 3. p. tom. 3. de Sacramentis, diſp. 48. ſect 4. §. *Dico tertio.* vbi poſtquam aſſeruit, Scoti ſententiam communiter ſuſtineri ab ſcriptoribus Theologis, qui contra huius temporis hæreticos decertant, ſubdit.

Soarius.

Nota pro ſententia Scoti.

Eſt enim hæc opinio non ſolùm aptior ad reſpondendum hæreticis, & veritatem Catholicam tuendam, ſed etiam iudicio meo, tam neceſſariò, tamque euidēter conſequens illam, vt mirabile ſemper mihi viſum fuerit, contrariam ſententiā grauiſſimis Theologis perſuaderi potuiſſe.

Iudicium & modeſtia Scoti circa præſentiam quantitatiuā eiuſdem corporis in pluribus locis.

Cuius ſentētiæ (de pluralitate præſētiæ quātitatiuæ in diſsitis locis) cōnexionem cum veritate Sacramenti Euchariſtiæ perſenſit altum Scoti iudicium, & aquilino prænidit obtutu; dum in citata diſt. 10. quæſt. 3. §. *Dico ergo.* ſub num. marg 4. ita acriter vrget aduerſarios, ſolita tamen illa (quæ vbique in eius ſcriptis emicat) modeſtia; quare & ſe dubitantem exhibet, & non percipientem aduerſariorum placitum, dum triumphat fœliciter, inquiens.

Scotus decertans pro Euchariſtia

Et fortè illi, qui negant, Deum poſſe facere corpus ſuum in pluribus locis, aliter quàm per conuerſionem ſub ſacramento: negarent etiam hoc niſi quia fides dicit hoc. De modo autem iſto eſſendi, ſcilicet non quantitatiuè, vel non dimenſiuè, vel localiter, non video ſi poteſt fieri idem in pluribus locis non ſub modo naturali, quin etiam poſsit fieri modo naturali: tùm in primo ſint duo miracula, in ſecundo tantùm vnum, vt ſupra oſtenſum eſt. In primo quidem ſunt duo miracula, vnum ſcilicet in cauſando præſentiam corporis hic: & aliud in ſeparando

ſententiæ aſtruuntur; nec enim quis dubitare poteſt, quòd in manuſcriptũ codicem ferè poſt duo ſæcula ab autographi conſtructione valuerint ſuppoſititia aliquot commenta irrepere, & hæc rurſus in noua alia tranſcripta deriuari.

Admonitio pro defecatio iudicio circa Apocalypſim B. Amadei.

Moneo tamen pro Apocalypſis Amadei cenſione, & pro pietate ea, qua ſimiles libri interpretari debeant; quòd quamuis aliquæ opiniones, ſeu probabilia placita inter reuelationes inſerantur, id non imminuit cæterarum reuelationum fidem. Quia excitti ſpiritus inter immiſſiones doctrinæ cœleſtis, haud rarò proprias meditationes lectoribus infundunt, cũ tamen probabiles illæ ſententiæ, quibus in ſuis contemplationibus vtũtur, non pro oraculis inconcuſſæ & infallibilis veritatis accipiantur; ſed à doctis & probis ea firmitatis linea, aut meta illis deferatur, quam vẽdicet rei conditio, & qualitas.

Cõfirmatio ex reuelationibus S. Thereſiæ.

79 Quod confirmo ex quadam reuelatione S. Thereſiæ, præſertim ex illius doctrina de loquutione Angelorum abſque impreſſione alicuius qualitatis intentionalis in mente Angeli audientis; vbi S. Thomæ ſententiam quaſi oraculum ex diuino colloquio inſtillare apparet. Cùm tamen probabile S. Thomæ placitum inde ad infallibilem firmitatem euectum non ſit, nec pia S. Virginis contemplatio, quæ Thomiſtico placito ſuffragatur, maiorem aliarum eiuſdem Virginis reuelationum certitudinem, pro rerum ac euentuum qualitate, & merito euacuauerit; quæ tamen firmior aſſertio à pijs & doctis viris æſtimanda & metienda relinquitur.

Obſeruatio pro loquutione Angelorũ de Scoti mente.

In quo ſenſu accipienda eſt ea probatio, quam Carmelitæ Excalceati petunt ex S. Thereſiæ reuelationibus pro loquutione Angelorum in tomo tertio Collegij Salmanticenſis, in materia de Angelis, tractatu 7. diſp. 15. dub. 2. *in quo conſiſtat angelica loquutio?* vbi ita arguũt pro doctrina S. Thomæ ex libro vitæ S. Thereſiæ, cap. 27.

Collegium Salmanticẽſe Carmelitarũ Excalceatorum.

Hæc ergo Magiſtra Angelica, ab Angelici Præceptoris doctrina nec tranſuerſum vnguem diſcedens, omnino ſpiritualem loquutionem, nullis exterioribus ſignis indigentem in cœleſtibus agnouit. Cuius verba, quæ inter pauperculi ſimplicitatem eloquij ſtructos ſcholaſtici rigoris nõ prætergrediuntur cancellos, proprio ſermone, vt in fonte ſuo iacent, apponere libuit: vt ſic appareat, quàm mirificè correſpondeat Angelicæ Palladis doctrina cum mente Angelici Apollinis.

S. Thereſia in lib. vitæ ſuæ, c. 17

80 Sic igitur inquit capite citato: *Pues tornando à eſta manera de entender, lo que me parece es, que quiere el Señor de todas maneras tenga eſta alma alguna noticia de lo que paſſa en el cielo. I pareceme à mi, que aſsi como allà ſin hablar (intellige corporaliter, aut aliquo corporali, ſiue ſpirituali ſigno ad extra producto) ſe entienden (lo que yo nunca ſupe, cierto es aſsi, haſta que el Señor por ſu bondad quiſo que lo vieſſe, y me lo moſtrò en vn arrobamiento) aſsi es acà, que ſe entienden Dios y el alma, con ſolo querer ſu Mageſtad que lo entienda, ſin otro artificio para darſe à entender el amor que ſe tienen eſtos dos amigos. Como acà ſi dos perſonas ſe quieren mucho, y tienen buen entendimiento, aun ſin ſeñas parece que ſe entienden con ſolo mirarſe.* Hucuſque laureata noſtra Magiſtra.

Carmelitæ Excalceati.

Vnde hãc ſententiam ſequuntur communiter eius diſcipuli, Capreolus citata diſt. 11. q. 1. concl. 2. & 3. Caietanus, Bañez, Ripa, Nazarius, & alij in præſenti. *Hactenus Collegium Carmelitanum.*

Obſeruatio circa S. Thereſiæ aſſertũ

Vbi liceat adnotare circa illa verba S. Thereſiæ: *Me parece à mi, que aſsi como allà ſin hablar ſe entienden*: quòd (ſpectato ſolo literæ cortice) videbatur S. Thereſia negare loquutionem in Angelis, cùm tamen ſit dogma certiſsimum, dari veram loquutionem ſpiritualem inter cœleſtes ciues; quare Collegium Carmelitanum doctè & piè ita interpretatur S. Virginis pronuntiatum, quòd ſolum negauerit loquutionem egẽtem ſignorum ſpiritualium, aut productionis qualitatis immiſſiæ Angelo audienti.

Qualiter interpretandæ ſint B Amadei ſētēt ę?

81 Quòd etiam ſit, vt aliquot probabiles ſententiæ, quas Amadeus ſuis attexuit reuelationibus, ita accipi debeant, vt ſanæ doctrinæ, & menti B. viri æquè reſpondeant, nec ad duros ſenſus extrahantur ab oppoſita placita ſuſtinentibus; quaſi ſibi caueant, ne ex Serui Dei aſſertis aliquid illis inferatur aut inuehatur incommodi. Sicut nec Scotiſtæ timent, quòd ex tranſcripto placito S. Thereſię, quod (vt à Carmelitanis interpretatur) fauet Thomiſtis, & à S. Virgine quaſi oraculum inſeritur, infirmetur Scotiſtarū ſententia inficians, eā loquutionē inter Angelos intercedere vt innoteſcat audiēti Angelo cogitatus loquētis ex ſola interna ordinatione volū tatis Angeli loquentis: cōtra quod Thomiſtarū placitū acriter ſe exercent ex Theologis recētioribus acutiores, Vazquius 1. p. diſp. 211. c. 8. & Soarius, tomo de Angelis, lib. 2. c. 27. à num. marg. 19. de quibus & nos aliqua in controuerſia 6. de immēſitate Dei, art. 1. à num. marg. 38 vſque ad 41. Nec enim in omnibus ita præſtò eſt infallibilis prophetię ſpiritus, vt Prophetæ iugiter irradientur, & aliqua non ex proprio penu inſtillent.

Vazquius. Soarius.

Pende pro ſpiritu prophetiæ ex S. Gregorio.

Quod firmat doctrina S. Gregorij re & nomine Magni lib. 1. in Ezechiel. Homil. 1. vbi habet ita *Quia autem Prophetis prophetiæ ſpiritus nō ſemper adeſt, etiam vir Dei indicat, qui contra Samariam miſſus mala, quæ ei ventura erant nuntiauit; qui tamen prohibitus à Domino in via comedere, prophetæ falſa perſuaſione deceptus eſt: quem fallax ſermo non deciperet, ſi prophetiæ ſpiritum præſentem habuiſſet. Sciendum quoque, quòd aliquando Prophetæ ſanctī dū conſuluntur, ex magno uſu propbetandi quædam ex ſuo ſpiritu proferūt, & ſe hæc ex prophetiæ ſpiritu dicere ſuſpicantur.*

Itē ex Rabano in Gloſſa Ordinaria.

Accedit etiam Rabanus in Gloſſa Ordin. in illa verba lib. 2. Reg. c. 7. *Dixitque Nathan ad Regem: Omne quod eſt in corde tuo vade fac, quia Dominus tecum eſt.* Vbi ita docet Gloſſa ex Rabano. *Patet quod prophetiæ ſpiritus Prophetarū nōtes nō ſemper irradiat; Spiritus enim vbi vult ſpirat. Hinc Hæliſeus ait.* Domin⁹ celauit à me, & nō indicauit mihi. *Quod De⁹ ex diſpēſatione pietatis diſponit; quia dum prophetiæ ſpiritum dat, & ſubtrahit, prophetantium mentes eleuat in celſitudine, & cuſtodit in humilitate.*

Quo cādore expendēdæ ſint prophetiæ Sāctorum virorum &c.

Cardinal. Turrecrem.

82 Quo autem candore & pietate Sanctorum virorū reuelationes ſint in iudicij trutinam vocandæ; docuit Cardinalis Turrecremata in prologo ad Reuelationes S. Birgittæ, in fine prologi, vbi habet ita. *Planè omnes & ſingulos articulos accurato ſatis ſtudio iuxta vires meas examinaui, & nullū eorū piè, & modeſtè intellectū reperiens Sacræ Scripturæ, aut Sanctorū Patrū aduerſum ſententijs, ſed conſonū, & conformem ſatis reputo; vnumquemque & omnes eos iuxta eorum modeſtam, & piam intelligentiā eſſe admittēdos, & poſſe legi in Eccleſia Sancta Dei eo modo, quo multorum aliorum Doctorum libri, & Sanctorum hiſtoriæ, & legendæ licentiantur legi fidelibus.*

Notandā aliquot pro excutienda cēſione Cornelij à Lapide.

83 Quibus præmiſsis ad refellendam cenſuram Cornelij à Lapide circa illa pronuntiata, quæ non germana Amadei, ſed ſuppoſititia iudicat; adhuc eſto quòd additamenta ſint, ea tamen omni nota carere iudico. Pro quo ſuppono, quòd non attineat ad fidei canones, quòd Angeli, & ex creaturis corporeis cuncti orbes cœleſtes ſimul cum terra in ſua propria & determinata ſpecie, extiterint termini creationis in eodem inſtanti temporis; quod non inferri ex illis verbis Geneſis: *In principio creauit Deus cœlum & terram*: doctè elucidat Paulus Burgenſis in repliciis ad Nicolaum Lyranum in caput primum Geneſis: vbi oſtendit ex ſenſu Scripturæ & Patrum, quòd ibi Scriptura per proleptim ſeu anticipationem loquatur. Accipe vel ſic docentem Burgenſem.

Obſeruat. 1 Paul. Burg.

Qualiter accipienda in rigore literæ verba Geneſis. *In principio creauit De⁹ &c.*

In primis igitur quoddam ſummarium totius diuinæ operationis ſeu creationis in toto ſpatio ſex dierum contentum Moſes videtur proponere, cùm dicit; *In principio creauit Deus cœlum & terram.* In his enim verbis (ſecundùm Chryſoſtomum) præmittitur ſummariè, & compendiosè, totū opus diuinum circa creationem, diſtinctionem, & ornatum mundi, in omnibus ſex diebus primis ſucceſsiuè factum. Sicut ſi quis dicat; talis artifex

ædifi-

ædificauit hanc domum, & poſtea ſubdatur; primò fecit fundamenta, ſecundò erexit parietes, & tertiò ſuprà poſuit tectum, & huiuſmodi. Secundùm quam expoſitionem, cùm dicitur, Deum creaſſe cœlum & terram; intelliguntur omnia cœleſtia, & terrena eſſe à Deo creata, quæ in proceſſu ſex dierum fuerunt creata, ſeu producta.

Quid ex definitione Eccleſiæ apud Vazquium?

84 Adi etiam Vazquium 1. p. diſp. 224. c. 3. vbi aſſerit, quòd nec definitum ſit, nec vllum firmum fundamentum ſubſit, quo Eccleſia niti queat, vt definire poſsit, quòd Angeli creati non ſint ante mũdum, & creaturam corpoream, contra plures Patres, qui id autumarunt. Quare & teſtimonio Auguſtini vtitur ex lib. 11. de ciuitate Dei, cap. 32. vbi ait. *Proinde vt volet vnuſquiſque accipiat: quod ita profundum eſt, vt ad exercitationem legentium, à fidei regula non aberrantes plures poſsit generare ſententias; dum tamen Angelos Sanctos Deo non coæternos nemo ambigat.*

S. Auguſt.

Triplex cœlũ in phraſi Scripturæ, & Patrum.

85 Suppono etiam ex Soario in tomo de opere ſex dierum, lib. 1. cap. 3. *an cœlum æthereum in principio temporis creatum fuerit?* triplex eſſe cœlum ex modo loquendi Sacræ Scripturæ, & Patrum; ſcilicet empyreum, æthereum, aereum. Cœlum empyreum eſt ſedes Beatorum, & de hoc communis Doctorum ſententia ſuſtinet, in initio mundi, ſeu in primo creationis inſtanti ſimul cum Angelis ex nihilo creatum eſſe; quod expreſsè aſſerit B. Amadeus apud Cornelium à Lapide.

1. Cœlum empyreum.

Secundum cœlum eſt æthereum, ſub quo comprehenduntur omnia corpora cœleſtia, & ſimplicia, inter cœlum empyreum, & elementum aeris contenta; & de his nutant Doctores, an in primo inſtanti creationis ſimul cum Angelis & empyreo cœlo condita ſint? Negant enim quàmplurimi ex antiquis; & ex neotericis Abulenſis in caput primum Geneſis, Molina 1. p. tract. de opere ſex dierum, Salmeron, 2. Petri 3. diſp. 4. de quo vide Soarium loco citato, ſub num. marg. 4. Ex oppoſito ſtant alij aſſtruentes, cunctos orbes cœleſtes vſque ad vltimam Lunę ſphæram in primo inſtanti creationis à Deo fonte emanaſſe; quibus conſentit Soarius loco citato ex cap. 3. ſub num. margin. 5. & ex parte adhæret B. Amadeus quòad omnes orbes cœleſtes, cœlo cryſtalino excepto, quod in ſecũdo die à Deo productum docet.

2. Cœlum æthereum.

Abulenſis. Molina. Salmeron.

Soarius.

86 Tertium cœlum vocatur aereum, quod comprehendere poteſt elementum aeris, & fortè etiam ſuperius elementum ignis; circa cuius cœli aerei productionem in initio mundi, ſeu in primo creationis inſtãti, etiam diſſident recentiores. Soarius loco citato de opere ſex dierum, cap. 7. ſub numer. margin. 3. ſuſtinet, cœlum aereum in initio mundi per creationem productum. Negant tamen plurimi, & ex his omnes, qui cœlum æthereum non in primo inſtanti à Deo per creationem pullulaſſe aſſeuerant: inter quos Iacobus Salianus Societatis Ieſu, in Epitome ſuorum Annalium, *in die ſecundo mundi*, vbi poſtquam aſſeruiſſet ſub num. margin. 4. omnes cœlorum orbes ex aqua factos; ſubdit quòd ſicut ex aqua condenſata facti ſunt cœli, ita ex aqua rarefacta prodierunt elementa ignis & aeris, itaut ex aqua aer, & ex aere productus ſit ignis: ita enim habet loco citato.

3. Cœlum, aereum.

Soarius.

Iacobus Salianus.

Vult Salianus, omnes orbes cœleſtes ex aqua formatos.

Eam ergo condenſationem aquarum ſequebatur vacuum, quod natura ſumma contentione refugit; res enim addenſatę minorem requirunt locum; itaque id ſpatium ſtatim aere & igne, quæ ſunt tatiora corpora, repletum eſt, vſque ad aquas inferiores, quæ totam adhuc terram operiebãt. Ex aqua porro rarefacta factus eſt aer, & ex aere ignis; aquarum natura efficaci Creatoris imperio celerrimè obtecundante.

Itẽ & Firmamẽtum eſſe naturæ aqueæ.

Et poſtea ſub num. marg. 7. docet, firmamentum eſſe naturæ aqueæ; & aquas, quibus vtimur, eſſe eiuſdem naturæ homogeneæ cum ſupercœleſtibus aquis, quas modo ſupra firmamentum exiſtentes agnoſcit; ita igitur loquitur *loco citato*.

Salianus.

87 His ergo, aliiſque Sanctorũ Patrum, Doctorumque ſententijs

Sacræ Scripturæ apprimè conſentientibus cõfirmati, ſtatuere poſſumus firmamẽtum intelligendum eſſe cœleſte corpus, ſideribus poſtea nobilitatũ, naturamque eius eſſe aqueam, vtpote ex aqua dẽſata, & ſolidata productã, idemque cœlum aquas ſuperiores ab inferioribus ſeparare.

Placitũ Saliani de aquis ſupra cœlum exiſtentibus. Daniel 3. Pſal 103 & 148. Auguſt. lib. 2. de Geneſi ad liter c. 5.

Ex quo etiam intelligitur eiuſdem vtraſque eſſe naturę; neque enim homogenea diuiſione naturam mutãt. Itaque ſi veræ ſunt aquæ inferiores, quibus vtimur, veræ ſunt & ſuperiores, quæ his continuæ in abyſſo creatę ſunt, & hodie interiectu cœleſtium corporum ſeparantur, vt Moſes aperte ſcribit, cui Daniel, & Dauid ſemel iterumque ſubſcribit: quę teſtimonia hanc ab Auguſtino vocem expreſſerunt. *Quomodo autem, & qualeslibet aquæ ibi ſint; eas eſſe ibi minimè dubitemus. Maior eſt quippe Scripturæ huius auctoritas, quàm omnis ingenij humani capacitas.*

Cui ſubſcribit Torniel.

88 Iacobo Saliano conſentit quantũ ad aquas ſupra firmamentum deliteſcentes Auguſtinus Torniellus, etiam ex recentibus Annaliſtis diſertus & grauis hiſtoricus, tom. 1. §. *Dies mundi ſecundus*, ſub nu. marg. 4. Quã ſententiã de firmamento ex aquis producto fulcit authoritas Hugonis Cardinalis in cap. 1. Geneſis, in illa verba: *Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis*: vbi ita habet. *Firmamentũ, ſuperficies mundi ſenſibilis ex aquis congelatis in cryſtallum, vt dicunt: alia omnia ſenſibilia continens ad ſimilitudinem teſtæ oui. Et dicitur firmamentum, quia firmum; & quia terminus eſt aquarum, quæ ſuper ipſum ſunt, intranſgreſſibilis.*

Conſentit Hugo Cardinalis.

Notãda aliquot pro creatione aquæ, & terræ. Soarius.

89 Vltimò tandem obſeruo pro productione elementorũ terræ & aquæ; quòd etiam ſit apud graues authores diſſertatio, an hæc elementa in ſua propria & ſpecifica forma à Deo in initio mũdi, & in primo creationis inſtanti producta ſint? Multi authores aſſerũt; quibus ſubſcribit Soarius loco citato, cap. 8. id adſtruens de elemento terræ ſub ſpecifica forma in mũdi primordijs condito; quod docet ſub num. marg. 16. & de elemẽto aquæ ſub num. marg. 17.

An terra ſub ſpecifica forma ſit creata in mundi primordijs?

Alij autem nominatiſsimi Theologi ex antiquis & recentioribus ſtãt pro oppoſito; ex antiquis Lyra in caput. 1. Geneſis, pagina 22. nouiſsimæ editionis Gloſſæ Ordinariæ, vbi ex Beda, & Strabo Fuldenſi Gloſſę Ordinariæ Collectore locum illum Geneſis: *In principio creauit Deus cœlum, & terram*: ſic interpretatur. *Terram, id eſt materiam omnium corporum, quæ ſunt ſub empyreo; quæ producta eſt ſub vna forma communi in genere ſubſtantiæ, vtpote corporeitatis; & propter talem communitatem nominatur diuerſis nominibus, vtpote nomine abyſſi, & aquæ Terra autem erat inanis & vacua; quia illa materia non erat adhuc per formas ſpeciales diſtincta.*

Nicolaus de Lyra. S. Beda.

Subſcribit etiam Hugo Cardinalis, in hunc locum, vbi elucidans illa verba: *Creauit cœlum, & terram*: ſubdit. *Secũdùm Auguſtinum, cœlum empyreũ cum Angelis. Terram, materiam omnium corporum. Vnde in libro Confeſsionũ: Duo feciſti Domine, alterum prope te, alterum prope nihil. Vel cœlum, & terrã; id eſt vtriuſque materiam informem: materia verò de nihilo facta eſt, ſed mundus de materia informi.*

Adhęret Hugo Cardin.

90 Et ex Doctoribus Scholaſticis S. Bonauẽtura in 2. Sent. diſt. 12. dub. 1. circa literam §. *Quarta expoſitio, quæ communior eſt ſecundùm expoſitores.* Et expreſsiùs in quæſt. 3. eiuſdem diſtinctionis 12. vbi cũ in initio quæſtionis *in argumento* 1. oppoſuiſſet contra propriam ſententiã. *Si dicas quòd cœlum ſtat ibi pro cœlo empyreo, & terra pro materia corporalium. Obijcitur per textum ſequentem: Congregentur aquæ in locum ſuum, & appareat arida. Ergo videtur quòd tertio die terra ſolummodo manifeſtata fuit, non producta; ergo in ipſo chaos videbantur iam eſſe elementa.*

S. Bonauentura tutatur eandem ſententiam.

Prędictam oppoſitionẽ infringit Doctor Seraphicus in reſponſione ad primum. *Ad illud ergo quod primò obijcitur in cõtrarium de textu; dicẽdũ quod cœlũ ſtat ibi pro empyreo. Et ſi obijcitur, quòd Scriptura conſequenter dicit, terrã apparuiſſe, non formatam eſſe. Dicendum, quòd ſicut artifex facit apparere effectũ producendo, non oſtendendo ſolùm; ſic intelligendum eſt, quòd Deus fecit terram*

Terra ſub ſpecifica forma terræ cõdita eſt die tertio.

appa-

S. Bonauē. *apparere non ſolùm ſeparando elementa ab inuicem, ſed etiam producendo: ita quòd productio fuit cum diſtinctione, & diſtinctio cum productione.*

Obiectio cōtra propriā ſententiam. 91 Item cùm in argumento ſecundo ita obiecisſet contra propriā ſententiam ex Hugone de Sancto Victore dicente: *Nomine terræ elementū ſignatum puto:* Si ergo erat ibi elementum terræ, pari ratione & alia elementa. Si tu dicas; quòd ibi vocat elementum terræ, non quia iam erat, ſed quia futurum erat. Obijcitur per illud, quod ſubditur: *Eratque terrenum hoc elementum in medio, & in vno loco ſubſidens, cæteris in confuſione permixtis.* Si ergo permixtio non eſt eiuſdem, ſed diuerſorum, videtur quòd ibi iam erant diuerſæ formæ elementares.

Diluitur obiectio. Quam obiectionem ita enerua Bonauentura, *in reſponſione ad ſecundum*. Ad illud verò quòd obijcitur; quòd Hugo dicit per terram intelligi elementa terræ. Dicendum; quòd hoc non dicit propter formam terræ, quæ iam ineſſet illi materiæ, ſed propter quamdam aptitudinem incompletam, quæ inerat illi parti materiæ, vt perficeretur poſtmodum forma terræ; per eum modum, ſecundùm quem conſueuit aliquid appellari eius nomine ad quod ordinatur. *Materia enim illa non poterat niſi quodam modo balbutiendo deſcribi; quia nedum ſermo perfectè non explicat, ſed etiam intellectus in imaginatione deficit.* Vnde & illud, quod ipſe ſubiungit de permixtione, non eſt ſic dictum quòd ibi fuerit vera oppoſitarum formarum coniunctio, ſed quia non erat ibi perfectè formarum diſtinctio.

Pende doctrinam S. Bonauent. pro materia terræ in primo die creationis.

Cōfirmatio alia ex S. Bonauent. 92 Qualiter verò Bonauentura materiam informem, ex qua elementa poſtea producta ſint, elucidauerit, pete ex reſponſione ad argumenta, §. *Et ideo alius modus dicendi rationabilior*: cuius verba infra tranſcribam in examine ſecundæ propoſitionis notatæ à Cornelio à Lapide ex Apocalypſi Amadei. Eamdem ſententiam de materia informi ſuſtinent Abulenſis in hunc locum Geneſis, (de quo vide Soarium de opere ſex dierum, lib. 1. cap. 8. §. *Tertia ergo opinio eſt*, ſub numer. margin. 3.) & Matthias Doringius in Correctorio Burgenſis, in caput 1. Geneſis; & ex recentioribus Auguſtinus Torniellus iam citatus in §. *De mundi primordijs*, ſub numer. margin. 21. & 22. vbi non ſolùm ſuſtinet in mundi initio creatam eſſe materiam ſub aliqua forma communi, ex qua cætera corpora poſtea formata ſint; ſed etiam admittit materiam primam, vt à Philoſophis materia prima preſsè & ſtrictè accipitur; cuius verba infra tranſcribam in defenſione ſecundæ propoſitionis notatæ à Cornelio. Quibus prælibatis, nullo negotio rigidam Cornelij à Lapide cenſionem excutere valemus.

Cui conſentiunt Abulēſis. Matthias Doringius.

Examen & diſcuſsio præmiſſarum aſſertionum, quæ ſuppoſititiæ æſtimantur in Apocalypſi B. Amadei.

1. Pronūtiatum tamen à Cornelio à Lapide. 93 PRimum pronuntiatum, quòd planè de falſitate ſuſpectum cē ſuit Cornelius, illud eſt, quòd in noua Apocalypſi habeatur: *Quòd Angeli cum cœlo empyreo diu ante cœlum & terram creati ſint.*

Enervatur cēſio rigida Cornelij. Hæc propoſitio ſanā & receptam continet doctrinam; loquitur enim Amadeus de creatione cœli empyrei ante terram ſub ſpecifica forma terræ, quæ producta eſt tertio die, vt ex S. Bonauentura oſtendimus. Non tamen negauit Amadeus, terram ſub illa acceptione inanitatis & communitatis ad cæteras formas ſpecificas corporum (ſub qua etiam ratione vocitatur materia prima) eſſe creatam in initio mundi ſimul cum cœlo empyreo, & natura Angelica.

Apta elucidatio mẽtis B. Amadei.

Quod euidenter conſtat ex ſecundo pronuntiato, quòd taxat Cornelius adſtruens, Amadeum dixiſſe: *Terram initio mundi creatam materiam primam.* Igitur corpus illud, ex quo tanquam ex materiali & ſubſtrato cõſtat vniuerſum, fuit in initio mundi ſimul cum natura angelica & cœlo empyreo creatum ante cœlum cryſtalinum, quod apud Amadeum (vt patebit ex ſequentibus) productum eſt ſecundo die; & ante terram, quæ ſub ſpecifica forma terræ producta eſt die tertio.

Roboratur explanatio præcedens.

94 Nec obſtat huic expoſitioni, quæ non ſolùm catholica eſt, ſed menti B. Amadei omnino cohærẽs, quòd dixerit; Angelos cum cœlo empyreo diu ante cœlũ cryſtalinũ, & terrã ſub ſpecifica forma terræ creatos; quia illud *diu* non indicat ibi intervallum decurrens, quod reſpondeat longiſſimo tempori, cùm iuxtà Sacræ Scripturæ phraſim etiam indicet durationem, quæ non tranſiliat metam vnius diei, aut noctis.

Vox Diu in phraſi Sacræ Scripturæ etiã ſignificat durationem vnius diei.

Quod oſtendo ex ſacro textu lib. 2. Machabæorum, cap. 7. vbi agit de martyrio primi ex Machabæorum fratribus, de quibus conſtat, eodem die fœlicem ſuum agõnem terminaſſe: quare & eorum feſtum Kalendis Auguſti recolit Eccleſia. De primo igitur Martyre ita habet textus ſacer: *Et, cùm iam per omnia inutilis factus eſſet, iuſſit ignem admoueri, & adhuc ſpirantem torreri in ſartagine, in qua cum diu cruciaretur,* &c. vbi illud *diu* non exuperat vnius diei periodum. Et apertiùs ex libro Actuum Apoſtolorum, cap. 20. vbi ita habet. *Vna autem Sabbati cùm conueniſſemus ad frangendum panem, Paulus diſputabat cum eis, profecturus in craſtinum, protraxitque ſermonem vſque in mediam noctem. Erant autem lampades copioſæ in cœnaculo, vbi eramus congregati. Sedens autem quidam adoleſcens nomine Eutychus ſuper feneſtram, cùm mergeretur ſomno graui, diſputante diu Paulo, ductus ſomno cecidit de tertio cœnaculo deorſum, & ſublatus eſt mortuus.*

Lib. 2. Machab. c. 7

Actuũ Apoſtol. c. 20.

Suffulcitur aſſertum præcedens.

95 Vbi illud (Diu) non ſignificat, vel concionem Pauli, vel ſomnũ Eutychi vltra vnius diei aut noctis metam protendi; ſiquidem textus adſtruit, quòd Paulus diſputans profecturus eſſet in craſtinum; & quod Paulus ſermonem protraxerit vſque in mediam noctem. Accedit præterea ex latinæ loquelæ fontibus apud Ambroſium Calepinum; *quòd diu aduerbium ſignificet pro die, a quo fit interdiu*; & ex Antonio Nebriſſenſi, in ſuo Dictionario: *Diu ablatiuus poteſt eſſe à dies diei, vnde interdiu, quod Hiſpanicè, entre dia.*

Corollariũ ex dictis.

Quare cunctis libratis, non video in hoc primo nouæ Apocalypſis aſſerto, ſeu germano, ſeu ſuppoſititio, ea paradoxa, aut planè ſuſpecta de falſitate, quæ veſtigat & odorat Cornelius à Lapide.

Pronũtiatũ alterũ taxatũ ex Apocalypſi Amadei.

96 Secundum pronuntiatum nota dignum, illud apud Cornelĩũ eſt, quòd noua Apocalypſis ſcribat: *Terram initio mundi creatam fuiſſe materiam primam.*

Defenſio præcedentis aſſerti ex S. Bonauẽtura

B. Amadeus non voluit, terrã in mundi initio fuiſſe materiam primã omni forma ſubſtantiali orbam; acproinde primæuum illud corpus (ex quo tanquam ex materiali & ſubſtrato alia corpora eſſe compoſita agnoſcit, & quod à Sacra Scriptura adumbratur nomine aquæ, abyſſi, vel terræ vacuæ & inanis) non dixit Amadeus, eſſe materiam primam de rigore phyſico & ſcholaſtico; ſed loquutum eum æſtimo metaphoricè & per analogiam ad materiam artefactorum. Quare ſicut ea in artefactis prima materia nuncupatur, quæ totius conſtructionis fundamentum ſubſternitur; ita corpus illud informe appellatur prima rerum materies, quia ex illo vt ex materiali cauſa Deus cæteras formas in eius potentialitate deliteſcentes eduxerit: de cuius corporis in mundi initio creati potentialitate ad varias formas excipe doctum S. Bonauenturæ commentarium in 2. Sent. diſt. 12. q. 3. in reſponſione ad argumenta.

S. Bonauẽt. de materia informi in mũdi initio.

Et ideo eſt alius modus dicendi rationabilior; quòd materia illa producta eſt ſub aliqua forma: ſed illa non erat forma completa, nec dans materiæ eſſe cõpletũ,

&

& ideo nõ ſic informabat, quin adhuc materia diceretur informis: nec appetitum materiæ adeò finiebat, quin adhuc materia alias formas appeteret: & ideo diſpoſitio erat ad formas vlteriores, non completa perfectio. Et quoniam ad multas formas materia informis appetitum & inclinationem habebat; ideo quamuis illa forma non haberet in ſe naturas diuerſas, tamen materia in diuerſi ſui partibus quamdam diuerſitatem imperfectam habebat, non ex diuerſis actibus cõpletis, ſed magis ex appetitibus ad diuerſa: & ideo permixta dicitur, & confuſa.

S. Bonauē.

97 Sed age; damus, Amadeum aſſeueraſſe, materiam primam, vt à Philoſophis ſpectatam, & omni forma ſubſtantiali vacuam, à Deo in primo creationis initio effluxiſſe; nil inde de falſitate ſuſpectum ſubodoti cenſuit ex recentibus Theologis Auguſtinus Torniellus, tom. 1. Annalium, §. *De mundi primordijs*, num. marg. 21. vel ſic præmiſſam ſentẽtiam vt catholicam & probabilem elucidans.

Alia explanatio mẽtis B. Amadei.

Aug. Torn.

1. Opinio de materia informi in mundi primordijs.

Verumenimverò, quid per materiam inuiſam ſeu informem accipiẽdum ſit, non omnes conueniunt. Etenim, vt docet S. Thomas in Quæſtionibus diſputatis, quæſtion. 4. artic. 1. in corpore, duæ fuerunt hac de re opiniones, Catholicæ veritati minimè repugnantes; quarum prima, quã idem S. Doctor tribuit B. Auguſtino, tenet materiæ informis nomine in Scriptura Sacra debere accipi materiam abſque omni forma, in potentia tamẽ exiſtentem ad omnes formas. Altera materiam nõ omni forma carentẽ, ſed quæ nondum habebat vltimum naturæ ſuæ cõplemẽtum & decorem.

Alia ſententia, de materia prima orba omni forma.

Igitur primæ opinionis ſectatores exiſtimarunt, materiam inuiſam ſeu informem, eſſe illam, quæ à Peripateticis materia prima dicitur; & inter tria rerum naturalium principia connumeratur. Nec defuerunt qui putarint, Moyſen quoque huius meminiſſe Geneſ. cap. 1. verſ. 2. licet ſatis obſcurè, illis verbis: *Terra autem erat inanis & vacua*, ſiue (vt habet editio Septuaginta Interpretum) *Terra autem erat inuiſibilis & incompoſita. Et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.* Quo loquendi modo (inquiunt) diuinus Vates de re omnino inſenſibili verba faciens, vt à rudiori quoque populo, cui Geneſim ſcribebat, aliqualiter capi poſſet, conatus eſt naturam memoratæ materiæ primæ, quæ vix à doctis viris intelligi poteſt, quibuſdam rerum ſenſibilium terminis exprimere, & certis veluti ſimilitudinibus circunſcribere.

Probatio aſſerti præcedentis ex analogia materiæ primæ ad aquam.

98 Et primò, quoniam ipſa materia prima omnium eſt ſuſceptiua formarum, appellauit eam terram aquis opertam; terra enim valde materialis eſt, & præſertim ſi madida ſit ad varias formas atque figuras ſuſcipiẽdas admodum accõmodata. Vnde veteres Græciæ Sapientes materiam omnium rerum *Hylen*, ſiue *Hylin* appellarunt, quæ vox terram aquis permixtam, id eſt, cœnum, limum ve ſignificat.

Confirmatur ex nomine terræ inanis & vacuæ.

Et quia vlterius materia prima obſcuram quandam, & ferè nullam habet actualem exiſtentiam, cùm ſit in pura potentia; rectè non ſimpliciter terram, ſed terram inanem & vacuam Prophera nuncupauit: quas voces Aquila & Theodotion (vt videre eſt in Scholijs ad editionem LXX. Interpretum adiectis) interpretati ſunt *vanitatem, & nihilum*; non quia re vera materia nihil penitus ſit, ſed quia parum habet entitatis: diffinitur enim à Philoſopho 7. Metaphyſicæ, textu 8. *quòd neque quid, neque quantum, nec aliquid aliud tale quidpiam dicitur.*

Inſtatur ex nomine abyſſi.

99 Præterea; quia nullam habet propriam formam, qua cerni, dignoſci terminari ve poſſit; ſed interminata, ac propterea etiam penè imperceptibilis eſt; (ſiquidem non per ſe, ſed tantummodò per analogiam ad rerum artificialium materiam cognoſcitur) appoſitè informis, & incompoſita, & inuiſa, ſeu inviſibilis dicta eſt. & *tenebroſa abyſſus*, quæ vox profunditatem ſignificat vliſ impenetrabilem.

Aſſeritur probabilitas præmiſſæ ſententiæ.

Hactenus Torniellus elucidans notas, quibus vult, nomine materiæ informis in mundi initio productæ materiam primam deſignari. Cui placito etiam fauet S. Bonauentura loco citato in reſponſione ad 2. argu-

mentum à nobis transcriptus sub num. marg. 91. dum loquens de inuisibilitate materiæ in primo instanti creationis, illam talibus notis indicat, quæ materiæ primæ de rigore physicæ speculationis, nec quantæ, nec quali, nec vlli formæ compositæ respondeant; ita enim habet. *Materia enim illa non poterat nisi quodammodo balbutiendo describi, quia nedum sermo perfectè nõ explicat, sed etiam intellectus in imaginatione deficit.* Quæ verba magis quadrant in materiam primam omni forma substantiali & accidentali orbam, quàm in primæuum aliquod corpus ex materia prima & quali quali forma substantiali constitutum.

S. Bonau.

Roboratur August. Torneli sententia.

100 Quare Torniellus *loco citato sub num. marg.* 21. æstimauit, informitatem terræ vel communis materiæ in mundi initio creatæ, nõ ita aptè, & conuenienter interpretari iuxta sacri textus litteram, si solùm exprimat inanitatem aut carentiam accidentalis ornatus, non admissà compositione ad qualemcunque substantialem formam potentialem ad actualiores alias formas vltimas, & specificas; ita enim rem vrgere pertentat.

Videtur magis conformis rigori litteræ Geneſis.

Sed quia nimis durum videtur, substantiam in se perfectam, & proprijs cœlorum terræque formis imbutam ac distinctam, ob id solum quòd
" conuenientem ornatum nondum esset assequuta, appellatam esse in li-
" bro Sapientiæ materiam inuisam, seu informem, ex qua factus est Mun-
" dus; præsertim cùm ipsi cœli & terra primariæ partes sint eiusdem Mundi,
" & ipsorum appellatione totus quodammodò Mundus in Sacris Scriptu-
" ris sæpissimè indicari videatur: idcirco alij aliam quamdam excogitarunt
" materiam inuisam, siue informem inter memoratas mediam; nimirum nõ
" omni prorsus forma expertem, neque aliqua particulari cœlorum terræ
" ve forma induram, sed generali dumtaxat quadam forma præditam, & in
" potentia ad omnes alias suscipiẽdas; *& hæc materia ad primã reducitur, &c.*

Torniellus.

Confirmatio ex Sacro contextu.

101 Postremò tandem idem author probabilitatem illius interpretationis de terra inani & vacua pro materia prima, vt illa à Philosophis spectatur omnis formæ expers, ita firmat *sub numer. marg.* 22. *Quæ positio diuinæ potentiæ nihil derogare videtur. Nam si Deus, qui profuldubio poterat vnico actu cuncta non solum ex nihilo creare, sed etiam illicò perfectissima facere, maluit nihilominus primò res imperfectas producere, vt sacri eloquij textus manifestè declarat; quid prohibet opinari, eundem priùs materiam primã ex nihilo creasse, mox ex ipsius potentia paullatim, vt diximus, cætera omnia quæ voluit eduxisse?*

Confectarij pro vindicatione asserti B. Amadei.

Hæc Torniellus, de primæua illa materia, ex cuius virtualitate Deus cœli & terræ formas eduxit; quam que Amadeus materiam primam, seu primum materiale & substratum diuinæ operationis ad extra circa corporum constructionem scitè appellauit, petita analogia à prima materia & fundamento artefactorum; quæ iniustam Cornelij censionem prosternunt

Examẽ tertij pronuntiati B. Amadei.

102 Quare ad tertij pronuntiati B. Amadei discussionem accedẽtes; id etiam in noua Apocalypti reprehendit Cornelius, quòd doceat: *Lucem initio mundi creatam fuisse Solem*; vnde infert Cornelius; *Solem non quarto die (vt dicit scriptura Genes. 1.) sed primò mundi die creatum.*

Refellitur acris censio Cornelij à Lapide.

Cẽsor immeritò id siue Amadei seu cuiusque alterius incusat assertũ; cùm plures magnæ authoritatis viri doceant, Solem in mundi primordijs in exigua illuminatiuæ virtutis portione aut inchoatione creatũ, qui motu suo diem & noctem peregerit, discernens inter diem ex præsentia lucis, & noctem ex absentia eiusdem luminosi corporis; quod quarto die, energia aut influxus potestate adaucta, Solis nomenclatura illi accremẽto virtutis congruente donatum sit. Audi Lyranum in cap. 1. Geneſis, in illa verba: *Fiant luminaria in firmamẽto cœli; & diuidant diem ac noctem*: fol. 18, nouissimæ editionis Glossæ Ordinariæ, vbi ita docet.

Nicol de Lyra.

Substantia Solis creata est primo die.

Fiant luminaria, &c. *Istud* fieri *secundùm istam expositionem, nõ intelligitur quantùm ad substantiã luminariũ, nec quantùm ad lucem, quæ facta est primo die; quia tunc facta fuit lux Solis, vt prædictum est, & per consequens aliorũ*

luminarium, quia illuminantur à Sole, ſed intelligitur quantùm ad quandam informationem huius luminis, quod fuit informe aliquo modo vſque ad quartã diẽ, in qua fuit formatum, quia tunc accepit à Deo virtutem influendi ad varios effectus in inferioribus; ſenſibiliter enim percipitur quòd rady diuerſorũ luminariũ cœli habent varios effectus, & diſtinctos circa inferiora.

Nicol. de Lyra.

103 Et idem Lyra in pagina 22. in illa verba Geneſis: *Fiat lux*: quæ exprimunt productionem lucis in primo die; vbi ſic habet. *Fiat lux. Secundùm iſtam expoſitionem, iſta lux fuit quadã nubes lucida de ſuperiore parte materiæ communis prædicta facta à Deo, qua motu ſuo faciebat diem, & noctẽ vſque ad quartã diem, in qua factus eſt Sol: verùntamen imperfectiori modo quã ipſe Sol. Quia ſicut in generatione naturali eſt proceſſus ex imperfecto ad perfectum, ita in prima rerum productione; non propter imperfectionem agentis, ſed ad oſtendendum ordinem ſuæ ſapientiæ. Conſiderandum tamen, quòd illa nubes lucida non poteſt conuenienter dici eiuſdem rationis cum nubibus, quæ fiunt in aere; quia illa erat de natura cæleſti, iſtæ autem ſunt de natura elementari.*

Cõfirmatio Lyræ pro creatione Solis primo die.

Subſcribit Auguſtin. Torniel.

104 Lyrano ſuffragatur Auguſtinus Torniellus tom. 1. Annaliũ, §. *Dies mundi primus*, ſub num. marg. 5. vbi apertè Amadei tutatur ſententiam ſubdens.

S. Dionyſ. S. Thom.

Sed ne longior ſim in recenſendis varijs de hac prima luce opinionibus; dico, multo probabiliorem eſſe illam, quæ fuit primò Dionyſij Areopagitæ, & quam poſtea, alijs refutatis, probarunt D. Thomas part. 1. quæſt. 67. art. 4. & quæſt. 7. art. 1. & aliquot Geneſis expoſitores; *nimirum lucem illam, ſeu prædictum globum communem lucis naturam in ſe continentem, fuiſſe ipſummet Solare corpus adhuc informe; quod nõ per miraculoſam ſucceſſiuamque radiorum ſuorum emiſſionem ac retractionem, vt aliqui arbitrati ſunt, ſed ſua præſentia & abſentia, id eſt per motum, quem vocant raptus, efficiebat diem ac noctem.* Illicò enim ac creatum fuit corpus Solare ſic imperfectum, ſimul cum primo mobili, ac vniuerſo cœlo, ferri cœpit circulariter ab Oriente in Occidentẽ; & hoc modo diuiſit Deus lucem à tenebris in toto primo triduo. *Appellauitq; lucẽ Diem*; videlicet, vt vocãt, artificialem; & tenebras noctem; *factumque eſt veſpere & manè dies vnus*; id eſt primus. Vel ex vno die artificiali & vna nocte, dies vnus naturalis & completus, qui fuit omnium primus; & eodem modo reliqui duo, qui proximè ſequuti ſunt. Atque ita hæc diei noctiſque diſtinctio eadem menſura facta eſt, qua poſtmodum quarto die facere cœpit Sol omnino abſolutus atque perfectus. *Et hinc illa ſoluitur quæſtio: Quomodo Sol factus ſit quarta die, cùm ex quo ipſe raptu ſuo efficit diem, nulla ante ipſius creationem præceſſiſſe videatur dies?* Hæc Auguſtinus Torniellus.

Probatio pro ſententia B. Amadei

105 Cæterùm vt ad alia tranſeamus; nec rationabilior apparet cenſio Cornelij à Lapide de ſequenti Amadei pronuntiato, quod indicat: *Initio creatum eſſe primum mobile, & cœlos Planetarum; ac proinde ingẽs fuiſſe vacuum intermedium, quod ſecundo die, quo creatum eſt cœlum cryſtalinum, impletum ſit.*

Examen cẽſuræ Cornelij à Lapide.

Aſſeritur B. Amadei pronũtiatũ.

Prima pars huius aſſerti de creato in mundi primordijs mobili primo, & cæteris orbibus, qui Planetis inſigniuntur, nil ſapit falſitatis, cum ſit cõmunior Doctorum ſententia; vt liquet ex dictis. Quòd autem nil referat abſurdi altera pars de ingenti vacuo à cœlo cryſtalino impleto in die ſecundo, quando huiuſmodi orbis apud Amadeum productus aſſeritur; etiã patenter demonſtrabo.

Quid nomine vacui intellexit Amadeus?

Amadeus nomine vacui non intellexit eam inaniratem, quæ mera negatio ſit corporis replentis, vel quæ in tale nihilum entis realis & poſitiui recidat, quod ab Scholaſticis appellatur ſpatium imaginariũ; & quod æſtimat Cornelius eſſe vacuum interiectum apud Amadeum inter orbes Planetarum in initio mũdi creatos, & orbem cryſtalinum in ſecundo die productum; tale enim vacuum repugnat Philoſophiæ.

Cornel. à Lapide deceptio.

106 Quare nomine vacui iuxta Sacræ Scripturæ phraſim (quæ cor-

Cornelius nõ percepit ſenſum vacui in noua Apocalypſi.

pus illud informe in initio mũdi creatum, ex quo cœlum cryſtalinũ; aquà, & terrà, ſub ſpecificis formis poſtea producta ſunt, vocat aquam, abyſſum, ſeu terram inanem & vacuam; vel vanitatem, & nihilum iuxta Aquilæ & Theodotionis interpretationẽ) in hac igitur vacui acceptione docuit Amadeus, præextitiſſe vacuum illud ſeu inanitatem; ſcilicet corpus informe implens illud loci ſpatium, quod poſtea occupatum eſt à cryſtalino cœlo ex materia illa inani & vacua producto in ſecundo die. Quæ explanatio mẽti Amadei ſatis ſuperque cõgrua obtundit Cornelij ictum, qui allucinatus apparet non diſtinguens inter vacuum ex phyſica ſpeculatione, & vacuum ex Sacræ Scripturæ phraſi.

Quintũ pronũciatũ reprehẽſum à Cornelio.

107 Quinta propoſitio Cornelio diſplicens in noua Apocalypſi eſt: *Corpus Adæ formatum eſſe à tribus Angelis.*

Obtunditur ictus Cornelij à Lapide ex doctrina Scoti.

Si Angelus Amadei fuit Scotiſta, vt de cuiuſdam innominati cenſoris iudicio æſtimauit Cornelius, (de quo infra ſub num. 114.) nullo negotio excutiet ſcrupulum circa præmiſſum aſſertum de corpore Adæ à tribus Angelis formato. Siquidem apud Scotum in 4. Sent. diſt. 43. quæſt. 5 *Vtrũ reſurrectio futura ſit in inſtanti?* ſub num. marg. 3. nullus Angelus valet eſſe efficiens principium ſubſtantialis organizationis corporis humani; licet aſſeri queat adminiſter ad collectionem & compactionem partiũ materiæ, ex quibus humanum corpus à Deo immediatè formatũ coaleſcat. Quare S. Thomas 1. p. q 91. art. 2. *Ad primum*, ideo ſuſtinet, Angelos valuiſſe aliquid miniſterij in formatione primi hominis exhibere, non circa humanã organizationem, ſed circa compactionem partium limi; quià in generali reſurrectione id muneris adibunt in colligendis cineribus, ſeu coaptandis defunctorum oſſibus. De quo lege Soarium in Tractat. de Opere ſex dierum, lib. 3. c. 1. præcipuè num. marg. 5. 10. & 15. & Ioannem de la Haye Pariſinum, in Geneſim, cap. 2. in expoſitione verſus 7. Dubio 3. *An corpus Adæ à ſolo Deo fuerit immediatè productũ?* ex quibus explorata apparet magnà huius ſententiæ Amadei probabilitas.

Qualiter Angelus ſit adminiſter ad formationem corporis?

S. Thom.

Soarius.

Ioan. de la Haye.

Confutatur cẽſura Cornelij ex Pererio, & Saliano.

108 Accipe præterea contra Corneliũ ſequentia ex Ieſuitis Scriptoribus Pererio, & Saliano, in Epitome Annaliũ Eccleſiaſticor. 5. *Dies mũdi ſextus*, n. marg. 14. vbi ita habet Salianus: *Verũ de hominis formatione quatenus dici poſſit à Deo facta, vel Angelis, conſule Pererium, vbi conſedit ſimulacrũ illud corporis humani ab Angelis figurari potuiſſe; ſed cũ id niſi animæ beneficio, quæ ſolo à Deo eſt, non ſit corpus humanũ, certè Angeli corporis humani effectores dici nõ poſſunt.* Cũ autẽ Amadeus, etiam apud Corneliũ, hõ dixerit; *humanum corpus Adæ ab Angelis formatum*; de luteo aut terreo corpore ab Angelis compacto intelligi debet, niſi coactè ad duros ſenſus extrahatur.

Cõfirmatio ex Chryſoſtomo.

Quod verò corpus Adami luteam quãdam & inanimã formã induerit antequã vita & anima à Deo donaretur, tradit apertè Chryſoſt. Homil. 12. in Geneſ. ſubdens: *Cogita (obſecro) formationis ordinem; & expende tecũ antequã inſpiraretur à Domino ſpiraculum vitæ, quis erat formatus ille? ſimpliciter inanimis quædam imago, operatione carens, & ad nihil vtilis.* Perlege etiam Orationẽ ſecundã diſertiſsimã S. Gregor. Nyſſeni de hominis procreatione, *poſt mediũ*. Accedit etiã Marginator Caietani in cap. 2. Geneſ. verſ. 7. inquiens: *Itaut iaceret Adami corpus exangue ante pedes Dei, mẽbris & artubus delineatum, terreus homo quemadmodum in figulorum officinis videre ſoleas.* Quis autem prohibeat, inanimam hanc & terream ſtatuam Angelorũ miniſterio formari valuiſſe? de qua vide Soarium loco citato, num. marg. 5.

Item ex S. Gregorio Nyſſeno.

Etiam ex Caietano.

Soarius.

Cur ad id opus aſſũptus Ternarius Angelorum?

109 Cur autẽ ad id operis, apud Amadeũ, aſcitus ſit Angelorũ Ternarius? Facti huius haud incõcinna ea ratio occurrit, quòd Deus tres Angelos myſteriũ Trinitatis adũbrãtes (ſicut in viſitatione Abrahã Patriarchæ) adminiſtros aſſũpſerit ad formationẽ lutei corporis Adamii; ſiquidẽ limoſa illa, aut lutea cõpactio, incohatione quadã tẽdebat in corp' humanũ Adæ, quod apparabatur habitaculũ rationalis animæ, in qua imaginem ſuam exprimere eo cõſilio Sancta Trinitas cõſtituerat, & pietatis officio, quod acu

Rupertus.

tè & ornatè describit Rupertus lib. 2. in Geneſim, de Trinitate & operibus eius, cap. 1. inquiens.

Corpus Adami fuit habitaculũ animæ, in qua Trinitas expreſsit ſuã imaginem,

Hæc planè humana, ſcilicet, creatura, illud potiſſimum opus eſt, quod eadē Beata Trinitas, magna ſibi dignatione diuiſit; vt Pater conderet, Filius redimeret, Spiritus Sanctus igniret. Huius ergo creationis dignitatem, non per qualemcunque iudicem, ſed per digitum Dei, cuius eſt ſcriptura hæc, diligenter expreſſam, reuerenter (vt dignum eſt) audiamus. Ait: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. *Mutauit vocem ſuam, quippe qui hactenus de ſingulis dixit; Fiat, & factum eſt, producat terra, producant aquæ, & factum eſt. Nunc autem tanquam à circuitu terræ, cœli, & maris, laſſabundus reſederit, & inter reſpirandum in mentem illi venerit, adhuc vnum deeſſe quod deceret vel oporteret fieri*: Faciamus (*inquit*) hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.

Alia defenſio doctrinæ præcedētis.

110 Verùm, nec eleuat momentum, aut pondus imminuit huius reuelationis de tribus Angelis formationis corporis Adami adminiſtris (ſi Amadei reuelatio ſit) quod in Sacra Scriptura non exprimatur; ſiquidem exuberant S. Birgittæ & aliorum ſanctorum libri reuelationibus, quæ ad aliqua Chriſti acta reſpiciunt, quæ in ſacro textu non adeò referentur. Ex quibus hæc accipe ex S. Birgitta lib. 1. ſuarum Reuelationum, cap. 10. vbi loquens de Chriſto in perſona Deiparæ ita habet.

S. Birgitta.

Eius reuelationes referant aliqua, quæ nõ exprimuntur in Textu Sacro.

Alligatus autem nihil omnino operimẽti habebat, ſed ſicut natus eſt, ſic ſtabat, & patiebatur erubeſcentiam nuditatis ſuæ. Conſurrexerunt autem inimici eius, qui fugientibus amicis ſuis vndique aſtabant, & flagellabant corpus eius ab omni macula, & peccato mundũ. *Ad primũ igitur ictũ, ego quæ aſtabam propinquiùs cecidi quaſi mortua, & reſumpto ſpiritu, vidi corpus eius verberatũ, & flagellatũ vſque ad coſtas, ita vt coſtæ eius viderẽtur. Et quod amarius erat, cùm retraherentur flagella, carnes ipſis flagellis ſulcabãtur.*

Mirãda nuditas Chriſti in Cruce.

111 Et paulò infra in eodem capite ſubdit etiam loquens in perſona Virginis. *Stante autem filio meo ſicut natus erat nudo corpore, vnus tunc accurrens, apportauit ſibi velamen, quo ipſe exultans intimè, velabat verẽda ſua.* Poſtea rapuerunt eum ſæui tortores, & extenderunt in Cruce. Primò dexteram manum eius affigentes ſtipiti, qui pro clauis perforatus erat. Et manum ipſam ex ea parte perforabant, qua os ſolidius erat. Inde trahentes cũ

Quatuor Claui.

fune aliam manũ eius, ad ſtipitem eam ſimili modo affixerũt: Deinde dextrum pedem crucifixerunt, & ſuper hunc ſiniſtrũ duobus clauis, ita vt omnes nerui, & venæ extenderentur, & rumperentur. Quo facto aptauerunt

Iterata coronatio.

coronam de ſpinis capiti eius, quæ tam vehementer reuerendum caput filij mei pupugit, vt ex ſanguine fluente replerentur oculi eius, obſtruerẽtur aures, & barba tota decurrente ſanguine deturbaretur.

Sumarium præcedẽtiũ.

Vbi referatur immanis illa immaculati Agni flagellatio, quæ coſtas Agni carnificum aperuit obtutibus; & erubeſcentia nuditatis Chriſti abſq; operimento vllo; inſuper quòd ſacratiſsimum caput ſemel atque iterum coronæ aculeis terebratum fuerit, primùm in prætorio, & poſtea in Cruce poſt crucifixionem: de quibus vide doctas Gonſalui Duranti notas in librũ 6. S. Birgittæ, cap. 15. num. mag. 2. Sed potiùs adi textum, qui nimiam Dei erga redemptos charitatem explanat, quem ad piorum charitatem fouendam ſubijcio.

S. Birgitta expendens ſeriem crucifixionis Chriſti.

112 Dominus autem conuerſus ad me, dixit mihi. Attende tu, quia in iſto foramine petræ infixus fuit pes Crucis meæ tempore paſsionis; & *ſtatim vidi qualiter ibi Crux eius à Iudæis figebatur, & firmabatur fortiter in foramine petræ montis cum lignis cõfixis cum malleo validiſsimè circumquaque, vt Crux ſolidiùs ſtaret, ne caderet. Cùm igitur Crux ita ſolidè firmata eſſet ibidem; ſtatim adaptabantur tabulæ lignea in circuitu ſtipitis Crucis per modum graduũ, vſque ad locũ, vbi pedes eius crucifigi debebãt*, vt poſſent per illos gradus tabularum, tam ipſe quàm crucifixores aſcendere, & ſuper tabulas illas aptiori modo ſtare ad crucifigendum eum.

Poſt

Chriſtus affixus Cruci erectæ.

Poſt hoc autem aſcenderunt ipſi per illos gradus ducentes eum cum irriſione, & vituperio maximo, qui gratanter aſcendens, velut agnus manſuetus ductus ad immolandum; cùm eſſet iam ſuper tabulas illas non coactus, ſed ſtatim volũtariè extendit brachium, & aperta ſua dextera manu poſuit eam in Cruce, quàm illi ſæui tortores immaniter crucifixerunt, perforabant eam clauo per illam partem, qua os ſolidius erat; tunc etiam trahentes cũ funo vehementer manum eius ſiniſtram, Cruci affixerunt eam ſimili modo.

Alia attinẽtia ad crucifixionem.

Deinde extenſo corpore vltra modum in Cruce, poſita fuit vna tibia eius ſuper aliam, & ſic iunctos pedes affixerunt in Cruce duobus clauis, & in tantum extenderunt illa gloriosa membra in Cruce, quòd quaſi omnes venæ & nerui eius rumpebantur. Quo facto Coronam de ſpinis, quam depoſuerant de capite eius, cùm crucifigeretur, iterum impoſuerunt, & aptauerunt capiti ſuo Sacratiſsimo, quæ tàm fortiter pupugit reuerendum caput eius, quòd oculi ſui repleti fuerunt illicò fluente ſanguine.

Conſaluus Durãtus in notis ad reuelationes S. Birgittæ.

113 Ex qua reuelatione conſtat, Chriſtum non fuiſſe affixum Crucì in terra iacenti, ſed deſtinato foramini infixæ, & erectæ, ad quam apparatis ligneis gradibus aſcendit Agnus pro mundi piaculis immolandus; de quo lege Conſaluum Durantum loco citato vbi inquit: *Hactenus dubitatũ eſt, fuerit ne Chriſtus Dominus in terra iacenti Cruci affixus, & ſimul cũ Cruce erectus; an verò prius Crux fuerit erecta, & infixa, ad quam per aliquos ligneos gradus aſcendens, ei poſtea fuerit affixus? Atque hoc poſtremo crucifigendi modo in Redemptoris noſtri morte vſos fuiſſe Iudæos ſcribitur hic.*

Corollarium ex prælibatis.

Ex quo deprómo, quòd ſicut reuelationum S. Birgittæ fidem nõ proſternit, quòd aliqua referet ad facta Chriſti attinentia, quæ in ſacro textu non aperiantur, ita & poſthaberi non debeat B. Amadei doctrina de tribus Angelis in corporis Adami plaſmatione adminiſtris, quamuis, in Geneſi non exprimatur; ſi conſtet, eam germanam eſſe B. Amadei ſententiam, & quòd eam aſſeruerit vt ex diuino oraculo acceptam.

Poſtrema cenſio Cornelij circa Apocalypſim Amadei.

Vltima denique cenſio Cornelij à Lapide contra tranſcriptum nouæ Apocalyſis à ſe Romæ conquiſitũ & perlectum ea eſt: *Opiniones Scoti (qui fuit Minorita vti Amadeus) in ijs paſſim inſeri quaſi oracula; vt non ſine cauſa vir grauis dixerit: Angelus B. Amadei fuit Scotiſta.*

Refellitur acculatio, quæ pungere apparet Scoti doctrinam.

114 Hæc accuſatio de falſitatis ſuſpicione inſufficiens, & mutila eſt, qua non tam Amadeus (cum illa non germana Amadei aſſerta, ſed ſuppoſititia iudicet Cornelius) quàm Scotus ipſe quaſi falſitatis damnari videtur; non indicatis tamen minus receptis Scoti pronuntiatis, quæ Amadeus amplectitur ex Angeli monitu. Debuit enim Cornelius, qui leuiora alia à ſe exploſa tranſcripſit, & quæ in præcedentibus omni nota carere patefecimus; cætera alia ſibi diſplicentia circa Scoti doctrinam ſigillatim indicare, vt ſui iudicij rationem redderet, noſque ad debitam defenſionem excitaret.

Excutitur innominati cenſoris iudicium circa Angelũ B. Amadei.

Authores pro Apocalypſi Amadei

Caniſius. Poſſeuinus Turrianus. Ægidius Auguſtin. Biuarius. Galatinus. Vvadingus Ferchius. Magneſius. Author Nitelæ.

Nec etiam vrget illius grauis, innominati tamen cenſoris authoritas, qui Angelum Amadei vt Scotiſtam reijcit, quaſi dedecorum eſſet Angelo in aliquibus Scoto ſuffragari; cum tamen in veritatibus ab Scoto elucidatis, & ab Amadeo receptis, (quales eæ ſunt, quas pro Immaculatæ Virginis Conceptione, & Euchariſtiæ Sacramento ſcripſit Scotus) nanciſci poterit conſentientem Angelum; & circa vniuerſam Scoti doctrinam ſtatutum ſit ex Sãctæ Generalis Inquiſitionis Romanæ præſcripto, vt quidquid Scoti eſſe conſtaret, intactum inuiolatum que prælo committi queat, vt oſtendimus in §. 19. num. marg. 23. Quare fraternè à Cornelio petimus, vt ediſſerat grauem illum cenſorem, cuius nomen celat & ſupprimit; quia non fuit ex Ieſuitis Petrus Caniſius, Antonius Poſſeuinus, aut Ludouicus Turrianus, qui reuelationes Amadei recipiunt; nec etiam ex Auguſtiniana familia Ægidius Luſitanus & ex Ciſtercienſi Franciſcus Biuarius B. Amadei doctrinam amplexantes nec ex Franciſcana Petrus Galatinus, Lucas Vvadingus, Matthæus Ferchius, Hugo Magneſius, Dermicius Tha-

dæi,

Mãganelus Carthuſiani

dæi, Ludouicus Manganelus, & alij quàm plures nec ex Carthuſiano rum Ordine, hi qui Monaſterium S. Mariæ Angelorum Romæ inhabitant, & Eccleſiæ ſuæ Titulares ſeptem Angelos B. Amadei reuelationibus reſeratos prædicant. Nec etiam illuminatiſsimus & extaticus Vir B. Petrus Alcantarenſis inter Beatos ab Eccleſia recenſitus, qui Nouam Apocalypſim B. Amadei ſua ſubſcriptione communiuit; cuius authenticum tranſumptum infra tranſcribam ad cohibendam excurſionem Bzouij.

B. Petrus de Alcantara.

Angelus Amadei non eſt Scoti aſſecla.

Quòd verò B. Amadei Angelus eam non patiatur exceptionẽ, quòd appareat quaſi iuratus Scoti aſſecla, patet ex pronuntiato Amadei trãſcripto ſub num. marg. 74, vbi corporalis obtutus Chriſti in Euchariſtia latẽtis diuina virtute cuehitur ad inſpicienda obiecta materialia. Quod eſt cõtra Scotum in 4. ſent. diſt. 10. quæſt. 5. num. margin. 5. & in eadem diſt. quæſt. 9. ſub num. marg. 5.

Sed his miſsis reliquum eſt, vt ad plenam Amadei vindicationem, illius ſanctitatem & prophetiæ ſpiritũ ex candidis Scriptoribus expẽdamus.

Beati Amadei ſanctitas, & prophetiæ ſpiritus ex probatis Hiſtoricis, & atteſtatio B. Petri de Alcantara pro Apocalypſi B. Amadei.

B. Amadei Hiſtoria ex Petro Rodulphio.

IN primis Petrus Rodulphius Senogallienſis Epiſcopus in Hiſtoria Seraphica Sixto V. dicata, hæc de B. Amadeo ſcribit lib. 2. pag. 156.

De Amadeis, & de eorum Authore Amadeo.

B. Amadei Patria & Genus clariſsimum.

115. FRatres Amadei qui alio titulo dicuntur de Pace, auctorem F. Amadeum equitem Luſitanum; qui dictus antea eſt Ioannes Meneſius ex illuſtri familia natus; *Mater eius fuit filia primi Comitis Villæ Regiæ, Frater verò vterinus Diegus de Silua, Comes principalis Portalegrenſis; necnon & pientiſsima Soror Beatrix à Silua Ordinis Monialium Cõceptionis perilluſtris fundatrix, vnde Conceptioniſtæ Moniales inſtitutæ ſunt.* Ille ex Portugallia regione fertiliſsima cum Eleonora Eduardi Luſitaniæ Regis filia, ac Friderici Tertij Germanorũ Imperatoris legitima vxore in Italiã traiecit; cùm in bello inter Principes Hiſpaniarum moto pugnãs vulneratus in brachio fuiſſet, diuinaque gratia præuentus, Eremitis D. Hieronymi Fratribus adiunctus eſt, in Eccleſia B. Virginis de Breſſarono Cremonenſis Diœceſis, apud Caſtrum Leonis, quod Inſubrum eſt oppidum, anno ſuæ ætatis vigeſimo.

Conuerſio B. Amadei, & auſteritas vitæ in habitu Anachoretico.

116. Conuertitque Dominus cor eius ad diuinum amorem, vt Amadei nomen retineret; ibi ſola amictus tunica in habitu anachoretico, nudis pedibus incedebat; pane & aqua ſemel in die veſcebatur poſt horam nonam, & ita totam vitam ſuam duxit: erat grauis in ſermone & habitu, breuis erat ſermo eius & ſapientia plenus.

Quomodo B. Amadeus à Chriſto & B. Franciſco præmonitus, priori dimiſſo, aſſumpſit habitum Sancti Franciſci.

Qualiter vocatus ſit ad Ordinem Minorum?

117 CVm ſanctè viueret B. Amadeus in habitu anachoretico, præmonitus fuit à Chriſto Domino, à B. Virgine, & B. Franciſco, vt eo viuendi inſtitituto relicto, Aſiſium ſe conferret, & habitum S. Frãciſci ſuſciperet. Annuit diuinæ admonitioni S. Vir, & Aſiſium ſe cõtulit; vbi cùm videretur cunctis ingratus, & contemptibilis, à Magiſtro

An-

Assumpsit Fratrũ Laicorum institutum.

Angelo Perusino tunc Generali Ministro non fuit admissus ad Ordinem: crescente tamen bona eius fama à Magistro Iacobo Sarzuela Generali postea togam sanctæ conuersationis deuotè suscepit, *sub Fratrum Laicorũ habitu annumeratus*: mansitque in sacro Conuentu Assisij tres annos plus minusue.

Mira Amadei sanctitas, austeritas, & contemplatio.

118 *Cella ipsius erat Ecclesia, exercitium eius fuit frequens oratio, studiumque assiduæ diuinarum rerum contemplatio; siquidem quatuordecim horas, & decem & octo etiam visus est in oratione, nullo interposito temporis intervallo, perstitisse.* Erat sermo eius purus, pius, simplex, breuis, sapientiæ sale conditus, omnibus erat charus, nulli oneroſus, vel infensus: aduersa quæque constantissimè tolerabat, ieiunijs, & abstinentijs se conficiebat.

Confert se in Regnum Granatense vt fidē Mauris annũtiet.

119 *Fuitque ei semel in animo desiderium martyrij, vnde ob eam causam in Betbicam, quam Granatã appellant, se cõtulit, sed ibi ab aduersarijs velut explorator captus, & verberibus profligatus est; neque tamen ab ea re destitit, sed tandem cognoscens hanc non esse Dei voluntatem in Italiam commigrauit.*

Paulo Secũdo ob insignem sanctimoniã valde acceptus.

120 Cuius exemplo, & vitæ sanctitate permotus Paulus Secundus Pontifex Maximus ei Romæ locum Sancti Petri in vrbis Ianiculo in mõte aureo concesit, vbi Apostolorum princeps pro confessione fidei Cruci affixus, occisusque fuit, Quem Sixtus Quartus Pontifex Maximus multis ornatum Priuilegijs Ordini S. Francisci adscripsit; & hãc suam confessionem Apostolico diplomate confirmauit.

A Sixto Quarto ad Sacerdotiũ euehitur, cui fuit à Sacris confessionibus, & grauioribus cõsilijs.

121 *Beatum Amadeum Sacerdotem instituit, & in suum confessarium adhibuit, cui propriæ conscientiæ punctiones panderet; eo frequẽter vtebatur tũ in colloquijs familiaribus, tum etiam in grauissimis negotijs, habuitque eum semper in maxima veneratione*: qui licet grauioribus implicaretur negotijs, nihil tamen solitæ humilitatis, aut asperitatis prætermisit.

De præcipuis reuelationibus, quibus intellectus eius fuit à Deo collustratus.

Habuit prophetiæ spiritum.

122 POrrò B. Amadeus Romanæ Curiæ virtutis exemplum, & sanctitatis norma, plurimis gratijs fuit à Deo locupletatus: nam in quadam specu apud Vrbis Ianiculum, in monte aureo (vt dictum est) *habuit plures reuelationes à Deo, nempe de mundi, & Angelorum creatione, de plasmatione Adæ, & eius prolapsione, de gloria Paradisi, de statu Romanæ Ecclesiæ*: scripsit enim ingentem librum, qui fictis imaginibus, & commentis fuit à nonnullis corruptus, vt iam Amadei non sit.

Scripsit librum reuelationum, qui reperitur vitiatus.

De celebri eius fama, quæ multos attraxit.

Instituit cõgregationẽ seu reformationẽ Fratrum Amadeorum.

123 FRanciscus Sforcia Mediolanensium Dux ad se vocatum B. Amadeum singulari amore complexus est, eiusque precibus vsus est instantissimis apud Deum ad obtinendam exoptatissimam prolem, quæ in Ducatu succederet: qua obtenta ipsi Francisco Duci, & Blancæ eius cõiugi in posterum gratissimus, amantissimusque extitit; ab eoque nuntius & veluti Angelus pacis missus est Mantuam ad Pium II. Pontificem Maximum pro rebus agendis, quæ res etiam in causa fuit, vt erga eum magis magisque Dux afficeretur, & locum pro construendo Monasterio Mediolani concederet, habito assensu Summi Pontificis, sub titulo S. Mariæ de Pace, eo quòd ibi optatissimam sui spiritus pacem assequutus esset.

Obijt Mediolani, vbi colitur miraculis celebris.

B. itaque Amadeus post loci de Pace constructionem, in hac laudabili vita annis duobus de viginti perseuerans, acquisita sibi merito, diem extremũ clausit anno 1482. miraculis insignis, quæ tot, & tanta sunt, vt facilè narrari non possint, breuitati itaque studens omitto.

Rodulphij Historia Sixto V. dicata.

Hæc Rodulphius de B. Amadeo; alium modo omni exceptione maiorem testem accipe venerabilem seruum Dei F. Franciscum Gonzagam,

de cuius canonizatione ob eximia merita, & patrata miracula agitur

Franciſcus Gonzaga.

Ex Franciſco Gonzaga in Hiſtoria Seraphicæ Religionis, parte 1. §. Amadeorum Fratrum origo atque progreſſus.

B. Amadeus Regio ſanguine clarus.

124 FVit nobilis quidam Luſitanus nomine Ioannes Meneſius, *primi Comitis Villæ Regiæ ex matre nepos, ac primi itiæ Comitis Portalegrenſis, necnon & pientiſſimæ Sororis Beatricis à Silua, Ordinis Monialium Conceptioniſtarum illuſtris fundatricis vterinus frater, Regio ſanguine clarus*; qui ex Portugallia, cum Eleonora Eduardi Luſitaniæ Regis filia, ac Federici Tertij Germanorum Imperatoris legitima vxore in Italiam traijciẽs, diuina gratia præuentus, Eremitis Diui Hieronymi Fratribus, in Eccleſia Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Breſſanoro Cremonenſis diœceſis, apud Caſtrum Leonis, quod Inſubrum eſt oppidum, ſub Anachoritico illorum habitu adiunctus fuit.

B Amadei vocatio ad Ordinẽ Frãciſcanum.

125 Poſtmodum à Beatiſſimo Patre Franciſco, atque à Seruatore noſtro Chriſto, eiuſque Sanctiſſima Matre prænonitus, vt, eo viuendi inſtituto relicto, Aſiſium, à Generali Franciſcanorum Miniſtro Minoritico induendus habitu, peteret; diuinis illorum oraculis acquieſcens, ibidem, à prædicto Generali Miniſtro cæteris Franciſcanis Conuentualibus, *ſub Fratrum Laicorum habitu*, annumeratus eſt. Cuius cellula Ipſamet Eccleſia, exercitium verò perpetua oratio, aut diuinarum rerum contemplatio, aut humile obſequium fuit.

Fuit Frater Laicus.

Decimo profectione in Ciuitatem Mediolanẽſem.

126 Eius igitur famam cùm excellentiſsimus Franciſcus Sforcia Mediolanenſium Dux accepiſſet, à Generali Miniſtro obtinuit, vt Frater Amadeus, (ſic enim vulgò appellabatur, licet eius nomen Amator eſſet) Mediolanum de cætero moraturus, ſe transferret. Quò cùm peruenisſet, & Duci, atque Duciſſæ eius coniugi gratiſsimus, amantiſsimuſque extitit, & illis optatiſsimam prolem, quam obtinere non poterant, inſtãtiſsimis precibus ab altiſsimo impetrauit. Quod in cauſa fuit, vt ſibi magiſque afficerentur, atque locum, pro ædificando monaſterio Mediolani concederent.

Inſtituit Congregationem Fratrum Amadeorum.

127 Quo denique obtento, de Summi Pontificis licentia Conuẽtum ſub titulo Sanctæ Mariæ de Pace, qui vſque in præſens perſeuerat; eò quòd optatiſsimam ſui ſpiritus pacem aſſequutus eſſet, omni adhibita diligentia, inibi conſtrui curauit, Fratreſque Conuentuales, tum de Generalis Miniſtri licentia, tum quoque ex Summi Pontificis auctoritate ſibi, ad inſtantiam prædicti Mediolanenſium Ducis, facta, ad ſe venientes recipere, & alios ſæculares eius conſortium affectantes Minoritico habitu, qui ei, quo Obſeruantes vtebantur, perſimilis erat, induere cœpit, ſanctiſsimiſque legibus ac conſtitutionibus, quibus Regulæ candorem fœlicius conſeruarent, Sanctiſsimique Patris Franciſci veſtigijs tenacius hærerent, eos aſtrinxit.

Mira Congregationis Amadei propagatio.

128 Quibus maximè ſuccreſcentibus nouellus hic Amadeorum ordo ab eius Fundatore ſic dictus, anno à Dominica incarnatione 1460. inchoatus, mirum in modum per Italiam, cuius ambitu circumſcribebatur, præcipuè verò per Inſubriam dilatari cœpit. Adeò vt viginti octo loca, in vnicam tantùm Prouinciam erecta, & proprio Prouinciali Miniſtro ſubacta, ſub cura tamẽ, ac obedientia Generalis Miniſtri, ſucceſſu tẽporis obtinuerit.

Vocatur à Sixto Quarto Amadeus, & initiatur Sacerdotio quamuis ob humilitatẽ renuens.

Fit Cõfeſſarius Sixti Quarti.

129 Accidit interim, vt anno Domini 1471. Sixtus Quartus, cui Frater Amadeus notiſsimus erat, ad Summum Pontificatum, ob Pauli Secundi mortem, (vt prædicti ſumus) euehereturꝫ *qui eximiam ſanctitatem, maximamque religionem in homine pro ſua pietate veneratus, eum Romam accerſiuit, conſecratumque ſacerdotem, licet inuitum ob dignitatis atque miniſterij reuerentiam, quo ſe indignum, pro ſua humilitate, iudicabat, in confeſſarium, atque fidiſsimum ſecretarium, cui ſuæ conſcientiæ vulnera panderet, detegeretque, atq;*

gra-

grauiſſima negotia communicaret, elegit; ac eius Ordinem, collata ſibi quoque Sancti Petri Montorij, ſiue Montis Aurei Eccleſia in Vrbis Romanæ Ianiculo, qui & Mons Aureus vulgò dicitur, ſita; eo videlicet in loco, in quo Apoſtolorum Princeps Diuus Petrus, pro Chriſti confeſsione Cruci affixus, occiſuſque fuit, plurimis gratijs, priuilegijs, atque fauoribus locupletauit.

Ferdinandi & Eliſabethæ Catholicorum Regum pietas in Amadeũ.

Quã quidẽ Diui Petri Eccleſiã Gallorũ Rex in iuſtum Cõuentum promouere cœpit; ſed cùm proſequendo operi ſupерſediſſet, eam Catholici Hiſpaniæ Reges Ferdinandus, eiuſque vxor Eliſabetha curioſiſsimè elaboratam omnibus ſuis numeris, collato etiam ampliſsimo ſibi adiacẽte ſitu, ac Regijs Hiſpaniæ armis parietibus affixis, abſolui, atque in elegantiſſimi monaſterij formam redigi curarunt.

Eximia ſanctitas & auſteritas vitæ Amadei.

130 *Fuit Beatus pater Amadeus vniuerſa Romana curiæ virtutis exẽplum, ac ſanctitatis norma: qui licet Summo Pontifici chariſſimus eſſet, grauioribuſque implicaretur negotijs, nihil tamẽ ſolitæ humilitatis, aut aſperitatis prætermiſit. Nam pane tantùm & aqua laboribus defeſſum, atque vigilijs attritũ corpuſculum ſemel in die reficiens, nudiſque pedibus incedens, ſimpliciſsimo amictebatur habitu; & duabus horis ſeclusis, quibus hilari, atque benigniſsimo vultu eum omnibus ad ſe aduentantibus humaniſsimè conuerſabatur, quod reliquum ſibi temporis ex die ſupererat, id vel in diuinis perſoluendis laudibus, vel in cæleſtium myſteriorum contemplatione in quodam montis eiuſdem ſpecu ſegregatus ab alijs inſumebat.*

Scripſit librum Reuelationum.

131 *In quo & pulcherrimum libellum de reuelationibus, & prophetijs Romanæ Eccleſiæ ſtatum, Angelicum quendam Põtificem, Regnorum, Dominorum, atque Religionis mutationem concernentibus compoſuit.* Quem tamen alij quidam proprijs imaginationibus, atque phantaſticis adinuentionibus cõſpurcantes, adeò obſcurarunt, atque in ordinem pro libito redegerunt, vt ipſorum potiùs, quàm B. Amadei libellus dicendus iure optimo veniat.

Qui reperitur vitiatus

Obijt Mediolani vbi ſepultus claret miraculis.

132 His igitur virtutibus inſignis B. Amadeus, cùm præfatum Cõuentum de Pace à ſe conſtructum inuiſurus Mediolanum conceſsiſſet; ibidem expletis à ſua conuerſione in huiuſmodi laudabili vita, atque pœnitẽtia viginti duobus annis, anno à ſalutifera Chriſti natiuitate 1482. à Pontificatu verò præfati Sixti Quarti duodecimo, diẽ clauſit extremum, atq; in medio maiori ſacello miraculis ante, & poſt mortẽ clarus, ſepultus eſt.

Idem Gonzaga in deſcriptione ſecundi Conuentus Prouinciæ Romanæ, qui eſt S. Petri in Monte Aureo, ſequentia de B. Amadeo attexit.

B Amadeꝰ obtinet prolem maſculam Regibus Catholicis.

133 QVem montem Ianiculum multò illuſtriorem reddunt præſens Eccleſia, adiunctumque Monaſterium Beato Apoſtolo Petro ſacratum, quod Catholici Hiſpaniæ Reges Ferdinandus, eiuſque legitima vxor Eliſabetha, reſtaurata priùs, atq; à ruinis vindicata eius Eccleſia, proprijs ſumptibus ex Beati Patris Amadei conſilio, ædificari curarunt. Suaſerat ſiquidem illis Beatus is Pater, vt ſi maſculinam prolem, cuius deſiderio maximè tenebantur, à Deo optimo Maximo impetratam cuperent, hanc ſacram ædem, à quodam Rege Gallorum à fundamentis erectam, ſemique conſtructam, atque derelictam, ſoluto priùs iuſto pretio, in tanti Apoſtoli honorem ex voto, perficerent, ſibique conuentum coædificarent. Quod & illi voti compotes effecti, eiuſque curam patribus Amadeis committentes, ex tempore præſtiterunt.

Iuuenit B. Amadeus ex diuina reuelatione Imaginem Deiparæ fulgentem miraculis.

Præterea idem Gonzaga in Conuentu 35. eiuſdem Prouinciæ Romanæ, qui eſt S. Mariæ de Gratijs Scandriliæ, hæc de Amadeo ſubdit.

134 ET ab eo tempore decem Fratres ibi conuiuunt, ſolicitoq; cultu imaginem quandam glorioſiſsimæ Deiparæ Virginis miraculis

culis celeberrimam,& à fidelibus ſæcularibus (præcipuè verò feria ſecunda poſt Penthecoſten, in qua quotquot ipſam ritè diſpoſiti viſitauerint, plenariam ſuorum exceſſuum indulgentiam, ex Apoſtolica liberalitate, conſequuntur) maximè frequentatam; *atque ab eodem Patre Amadeo ex diuina (vt fertur) reuelatione inuentam, hucque ſacræ edi adiudicatam, proſequuntur.*

Ad cõtactũ Mantelli B. Amadei fiũt miracula.

Inuiſere adhuc licet hoc in loco eiuſdem Patris Amadei & Cellulam, & Mantellum; ad cuius contactum, diuina operante virtute, plures à diuerſis languoribus curantur, liberanturque.

Item in deſcriptione Prouinciæ Mediolanenſis, in Conuentu ſecunda, qui eſt S. Mariæ de Pace, vbi corpus B. Amadei requieſcit.

Deſcriptio Monaſterij & Eccleſiæ Mediolanẽſis vbi requieſcit corpus B. Amadei.

135 ECcleſia ſiquidem, quæ & Saluatoris noſtri Chriſti vita graphicè depicta, atque B. Patris Amadei corpore, in medio choro honorificè ſepulto, exornatur ſacellis, iiſq; pulcherrimis, atque capaciſsimo choro, & ſummo altari affabrè elaborato, inſuper & Sacriſtia pretioſiſsimis ornamẽtis inſtructa, adeo perficitur, vt nihil ad eius ſiue decorem, ſiue honeſtatem deſiderari queat. Monaſterium verò ſibi contiguũ triplici clauſtro, quadripartito dormitorio, quod ex ſexaginta cellulis conſtat, viginti optimis cubiculis ad hoſpites cæteroſque aduentantes excipiendos omnino idoneis, auguſtiſsimo refectorio eleganter depicto, atque omnibus neceſſarijs officinis apprimè abſoluitur.

Mantellus B. Amadei in Sacrario aſſeruatus, & Puteus Amadei miraculorum inſtrumẽta.

136 Accedunt præterea ad huius loci (quem & quinquaginta Fratres inhabitant) decorem Mantellus eiuſdem B. Patris Amadei in Sacrario aſſeruatus, qui mulieribus, in puerperio periclitantibus opportunè adeſt; & Puteus in primo clauſtrorum ab eodem Patre Amadeo effoſſus, cuius hauſta cum deuotione aqua febres pellit.

Ex Marco Olyſiponenſi in ſuis Chronicis Hiſpanis.

Hiſtoria Marci Olyſiponenſis ad refellenda commenta Bzouij.

137 PEtro Rodulphio, & Franciſco Gõzagæ ferè in omnibus cõſentit Marcus Olyſiponenſis, Epiſcopus Portuenſis in Luſitania, eruditione & pietate præſtans, in ſuis Chronicis Hiſpanis part. 3. lib. 6. cap. 30. cuius verba de ſepulchro B. Amadei Mediolani quieſcentis ſubijciam, vt ex hoc hiſtorico, quem ſe legiſſe narrat Bzouius, pateat, qua fide Bzouius Romæ exiſtens ſcripſerit, quòd ſepulchrum B. Amadei apud S. Petrum de Montorio Romæ oſtendatur abſque inuocatione vlla & miraculis; vnde & legitima erumpit collectio de ea fide, quæ Bzouio præſtanda ſit in alijs, quæ in B. Amadeum effutiuit. Ita igitur habet Marci Olyſiponenſis hiſtoria.

Imago Amadei radijs redimita, & ſepulchrum Mediolani.

Fallecio eſte ſieruo de Dios nueſtro Señor en ſu Monaſterio de la Paz en Milan à diez de Agoſto, y eſtà ſepultado en el medio de la Capilla mayor; y ſobre ſu ſepultura eſtà ſu imagen de piedra rodeada la cabeça de rayos como bienauenturado; y al rededor vna rexa baxa; y deſta meſma manera eſtà pintado en la Capilla de S. Pedro Montorio en Roma.

Idem ex Vvadingo.

Accedit etiam pro Mediolanenſi ſepulchro B. Amadei Vvadingus in hiſtoria Legationis aditæ pro Immaculato Conceptu Virginis à nobis ſupra tranſcriptus ſub num. margin. 60. & demum hiſtorici omnes; ita ut Bzouius ſciens & volens id commenti obtruſerit. Sed iam alios ſanctitatẽ Amadei, & prophetiæ ſpiritum expendentes, & atteſtantes adhibeo.

Ioannes Ludouicus Gotofredus in Archontologia Coſmica lib. 3. de origine omnium Ordinum, tam Religioſorum, quàm Militarium, ſiue Equeſtrium per orbem Chriſtianum, §. De congregatione Amadeorum ſiue Amicorum Dei.

Summariũ vitæ B. Amadei ex Ludouico Gotofredo.

138 EOdem, quo S. Franciſcus Paulenſis, tempore, viuebat Vir S. Amadeus, natus in Luſitania, qui habitu Eremitæ in Galliam Ciſalpinam venit, vbi in loco, qui à S. Maria nomen habet, in agro Breſanenſi versùs Cremonam, ad Ducatum Mediolanenſem pertinente, ſubſtitit, & Congregationi ſuæ initium dedit.

Inde poſt aliquod tempus Romam profectus eſt, & habitauit in Monte Aureo, qui hodie dicitur S. Petri in Montorio, vbi Princeps Apoſtolorum capite inuerſo crucifixus fuit, & hodie elegans admodum Monaſteriũ huius Ordinis conſpicitur.

Spiritꝰ Prophetiæ Amadei.

139 *Erat ille admodum contemplatiuus, multaſque habuit viſiones propheticas, & res futuras prædixit.*

Ordo Amicorum Dei à B. Amadeo inſtitutus.

Ab ipſo hic Ordo Amicorum Dei, ſiue Amadeorum nomen accepit. Veſtitum habent cinerei coloris, & calopodia geſtant ſine caligis: funecinguntur, quemadmodum Calogeri. Hodie XXVIII. Cœnobia in Italia poſsident: neque enim extra eam ſe extendunt.

Quis Calogeroiũ Ordo apud Gotofredum?

Hæc Gotofredus de B. Amadeo; qui author Calogeros vocat Ordinis Minorum Regularis Obſeruantiæ ſectatores; vt patet ex §. præcedenti, cui talem præfixit titulum: De Ordine Calogerorum inſtituto à S. Bernardino.

Antonius Vaſconcellius Societatis Ieſu, in deſcriptione Regni Luſitani, num. marg. 11. §. Sanctorum diuerſorum Ordinum in Luſitania, exempla.

B. Amadei nobilitas ex Vaſcõcellio

140 EGregiam hanc cohortem claudat B. Amadeus, ſecundo genitus loco à Roderico Gomeſio Syluio, Præfecto arcium Cãpi maioris, & Ouguellæ, & Iſabella Meneſia; quæ patrem habuit Petrum Meneſium Comitem Viannæ, & primum Septæ Ducem, Villaregelenſis domus auctorem, fratremque Didaci Syluij, primi Comitis Portalegrenſis, ſub quo pædagogo bullam ſuſpendit Rex Emanuel. Ioannes ille à matris cognomine, Meneſius dicebatur: Franciſcani tamen, quorum probauit inſtitutum, vocabuli corruptione, vel ex veritatis expreſsione Amadeum nominarunt: ſic enim ſe totum in Dei amorem tranſtulit ex aſsiduo orationis vſu, vt in ſummam perfectionem conſcenderit, & ſuperioribus annuentibus vitam ſolitariam coluerit, impetrato à Summo Pontifice ſacello prope Vaticanum, quod nomen habet à Diuo Petro Montorio.

Cur Ioãni Meneſio nomenclatura Amadei adaptata?

Amadei ſanctitas & ſumma auſteritas.

Hic cœleſtem, & ſumma aſperitate conſtrictam per multos annos vitam exegit, ob quam & Summo Pontifici charus, & Purpureorum Patrum ſenatui venerabilis habebatur. Poſt aliquot inde annos illius ob reuerentiam Iſabella Hiſpaniæ Regina Ferdinandi Catholici vxor, eodem in loco celebre Cœnobium Franciſcanis Patribus erexit.

Regũ Hiſpaniæ reuerentia erga B. Virum.

141 Mul-

Liber reuelationũ B. Amadei.

141 Multis à Deo reuelationibus fuit illuſtratus, quæ in volumen non exiguum Latino ſermone concinnatum compulſæ fuerunt; ſed is impiorum hominũ artificio adulteratus primã illã authoritatẽ amiſit.

Eiuſdem obitus & ſepulchrũ Mediolani, nobilitatum miraculis.

Obijt tandem miræ ſanctitatis exiſtimatione Mediolani, vbi ſitus, multis poſt mortem miraculis claruit, & velut vnus ex cœlitum numero ſuſpicitur, & ad impetranda Dei beneficia euocatur.

B. Amadeꝰ Beatricis de Silua Cõceptioniſtarũ Monialium inſtitutricis vterinus frater ex Vaſconcellio.

142 Hactenus Vaſconcellius de Amadeo; quòd autem B. Amadeus fuerit vterinus frater Venerabilis Virginis Beatricis de Silua Monialium Conceptioniſtarum inſtitutricis, tradit idem Vaſconcellius à nobis ſupra tranſcriptus in §. 13. ſub num. margin. 15. vbi inquit: *Huc ſpectat Beatrix à Silua, ſoror B. Amadei, & Iacobi à Silua Comitis Portalegrenſis,* &c. Adi Vaſconcellium in deſcriptione Regni Luſitani, ſub §. *Sacræ aliquot Virgines Luſitanæ*, num. marg. 16. Quòd etiam B. Amadeus fuerit Sixti Quarti confeſſarius, ſcribit etiam Cornelius à Lapide à nobis ſupra trãſcriptus ſub num. marg. 78.

Sixti IV. Cõfeſſarius ex Cornelio à Lapide.

Arturus Monaſterienſis, in Martyrologio Franciſcano, ad diem decimum Auguſti.

Merita B. Amadei ex Arturo Monaſterienſi.

143 QVarto Idus Auguſti. Mediolani B. Amadei, Cõfeſſoris: qui Regio ſanguine, & vitæ auſteritate, ac ſummis virtutibus clariſsimus: tanta fuiſſit ſanctitate, vt & congregationi Amadeorum initium dederit; & dono prophetiæ, ac miraculorum illuxerit.

Idem author in ſuis notis Martyrologij ad prædictum diem decimũ Auguſti, poſt plura ex Rodulphio, & Gõzaga de B. Amadeo tranſcripta, tandẽ ſubdit.

Sepulchrũ B Amadei quieſcentis Mediolani.

His igitur & alijs virtutibus inſignis, cùm prætatum Conuentum de Pace à ſe conſtructum inuiſurus Mediolanum cõceſsiſſet: ibidem expletis à ſua conuerſione in huiuſmodi laudabili vita, ac pœnitentia 22. annis, anno Chriſti 1482. è viuis ereptus, cœlis eſt redditus, miraculis ante & poſt mortem clarus: cuius corpus in medio maiori Sacello honorificè conditũ iacet. Mantellus eiuſdem B. Patris in Sacrario aſſeruatur, qui mulieribus in puerperio periclitantibus opportunè adeſt: & Puteus in primo clauſtro ab eodem B. Amadeo effoſſus extat, cuius hauſta, cum deuotione, aqua febres pellit.

Mantellus & Puteus Amadei claret miraculis.

144 Nonnulla etiam edidit opuſcula. Erat enim eloquio pius, ſimplex, breuis, & ſale cõditus; collectiſsimo animo, diuinis & cœleſtibus cõtemplationibus ex integro cùm ſe conſecraſſet, miris reuelationibus illuſtrari meruit. Quas cùm ſcripto redegiſſet, talia de futuro Eccleſiæ ſtatu, & Imperiorum translatione prædixit: vt idem, quod Danieli Hieronymus Epiſtol. ad Paulinum, tribuit epitheton, illi congruere, totiuſque mundi *Philohiſtor* appellari poſsit.

Spiritus prophetiæ, & reuelationes de futuro ſtatu Eccleſiæ

Scripſit & homilias de B. Virgine Maria, eiuſque authoritas magni apud Petrum Caniſium, & noſtrum Ioãnem Benedicti, Gallum, habetur: quòd vterque eadem niratur: ille in ſuo Mariali frequentius; hic in ſua Sũma, quam vernaculè edidit, non rarò.

D: hoc vide infra ſub n. 146. & 147

Ex quibus velim aduertas, quàm impunè Bzouius Tom. 18. Annalium Eccleſ. ad annum 1471. §. 36. & ſequenti, cauillari eum, modis omnibus tẽtauerit; ſed perperam, cùm ſcripta ipſius B. Amadei, ab eius æmulis, ſiue mentitis viris, depravata fuiſſe nullus eſt qui non videat: vt ſcitè obſeruarunt præfati Authores, Vlyſſiponenſis, Gonzaga, &c.

Iniuſta criminatio Bzouij in B Amadeum

145 Hæc Arturus Monaſterienſis; circa cuius authoris pronũciata è re erit aliquot obſeruare. Primũ, quòd nõ incõgruè ob prophetiæ ſpiritũ præuidentẽ cuctus Eccleſiæ appellatur Amadeus Philohiſtor, quæ nomẽclatura Danieli Prophetæ cohæret ex Hieronymo: ob rationẽ, quã expẽdit Leũder de S. Martino in Cõmẽtario Prologi Hieronymi ad Paulinũ, c. 7. in nouiſsima editione Gloſſ. Ordin. vbi Hieronymi aſſertũ vel ſic elucidat.

Cur B Amadeus appelletur Philohiſtor?

Leander de S. Martino de nomẽclatura Danielis apud Hieronymum.

Temporum conſcius, quia ab ipſa ætate ſua Monarchiarum ſibi ſuccedentium præuidit decurſum, & 70. Annalium hebdomadarum durationẽ, & quaſi catenam vſque ad Chriſtum Dominum pertingentem apertiſſima prædictione connexuit, & conſignauit, *Totius mundi Philohiſtor*, cupiens ſcire mundi poſt ſe futuri hiſtoriam: ideoque ab Angelo vocatur *vir deſideriorum*, ſolicitus nimirum de futuro Sanctæ Eccleſiæ ſtatu vſque ad finem ſæculi.

Amadeus Philohiſtor Angelo docente.

Quia ergo Amadeus ab Angelo edoctus, futuros nouiſſimorum temporum decurſus ediſſerit, aptè audit quòd fuerit Eccleſiaſtici ſtatus Philohiſtor; ea tamen abſimilitudine, & imparilitate (vt euidens eſt) intercedente, quòd Danielis hiſtoria attineat ad fidei canones, & Amadei reuelationũ ſeries prophetica ſolùm piè recipiatur.

B. Amadeꝰ Frãciſcanus non fuit author Homiliarum de B. Virgine.

146 Obſeruandum ſecundò; deceptum eſſe Arturum dum autumat, B. Amadeum fuiſſe authorem octo Homiliarum de B. Virgine. Nec eum excuſat quòd lapſum ab Henrico Vvillot in Athenis Franciſcanis, & Ioanne Benedicto propinatum ebiberit; cùm citet Arturus Petrum Caniſium in ſuo opere Mariano, quod ſi perlegiſſet, nullo negotio excuſiſſet errorem; cùm Caniſius harum octo Homiliarum authorem renuntiet B. Amadeum Lauſanenſem Epiſcopum: vt conſtat ex lib. 1. de B. Virgine, cap. 8. vbi rabidum hæreticum Chemnitium proſternens circa innoxiũ Deiparæ conceptum, & circa reuelationes, quibus Mariæ immunitas ſuffulcitur, ſubdit pius & eruditus Doctor Caniſius.

Exeutitur deceptio Hẽrici Vvillot

Petr. Caniſ.

Ioelis Prophetæ c. 2.

147 An fortaſſe Chemnitio ſtulti ſunt illi, de quibus in Chriſtianam Eccleſiam proſpiciens non obſcurè prædixit Spiritus ſanctus? *Prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ: & iuuenes veſtri viſiones videbunt, & ſeniores veſtri ſomnia ſomniabunt.* Certè inclytus, & perquàm eruditus Chriſti martyr Cyprianus non dubitat in medium adferre, & crebrò quidem, viſiones ac reuelationes ſuo ſæculo factas: tùm de Sacerdotum contemptoribus queritur, quòd eiuſmodi reuelationes vt ridiculas aſpernarentur. Nos cum præclaro Epiſcopo Amadeo ingenuè profitemur: *Sciendum certiſsimè, quòd creberrima miracula, ſpirituales viſiones, cæleſtes reuelationes, ſublimes conſolationes almæ Parentis Domini orbi terrarum aſsiduè coruſcabunt, donec finem mundus iſte ſeneſcens inueniat.*

S. Amadeus Epiſcopus Lauſanẽſis, Homil. 8.

Vbi apertè referat Caniſius, quòd author huiuſmodi Homiliarum fuerit Amadeus Epiſcopus; cùm noſter Amadeus apud nullum ex noſtris & exteris hiſtoricis exiterit Epiſcopali infula redimitus. Præmiſſum præterea Amadei Lauſanenſis pronuntiatum ex Homilia octaua fouet reuelationes noſtri Amadei pro immaculato Deiparæ conceptu, quatenus aſſerit; *Quòd cæleſtes reuelationes Deiparæ orbi terrarum aſsiduè coruſcabunt.* Fauet præterea reuelationi Immaculatæ Cõceptionis, & apparitioni Deiparæ ſub eodem habitu, quo Conceptioniſtæ Moniales vtuntur, inuiſentis Venerabilem Virginem Beatricem de Silua B. Amadei ſororẽ in capſula abſque cibo & potu incluſam; vt ex Gonzaga & Vaſconcellio oſtendimus ſupra agentes contra Bzouium in §. 13. ſub num. marg. 15.

S. Amadeus Lauſanenſis fauet reuelationibus Cõceptionis Immaculatæ.

Amedeus Lauſanẽſis, author Homiliarũ de B. Virgine ex Miræo, & Poſſeuino.

De Amadeo Lauſanenſi octo Homiliarum de laudibus Virginis authore vide Bibliothecã Eccleſiaſticã Auberti Miræi, in Auctario, c. 384. vbi etiam lapſum Hẽrici Vvillot refellit, qui Homilias haſce noſtro Amadeo adſcripſerat. Adi etiam Antonium Poſſeuinum in Apparatu Sacro à nobis ſupra tranſcriptum in §. præſenti ſub num. marg. 47. vbi Amedeum Lauſanenſem à noſtro Amadeo diſtinguens, tribuit Homilias de B. Virgine Amedeo Lauſanenſi Epiſcopo.

S. Amedeus Lauſanenſis attinet ad Ordinẽ Ciſtercienſem.

148 Fuit autem B. Epiſcopus Amadeus Ordinis Ciſtercienſis profeſſor, & Lauſanenſis Eccleſiæ Præſul, cuius meminit Guilielmus Abbas in vita S. Bernardi lib. 2. cap. 3. inquiens: *Sed & diuerſarum Regionum Ciuitates ex hoc Collegio meruere Epiſcopos. In primis Roma Summo ornatur*

Ponti-

Gulielm. Abbas.

Pōtifice. Præneſte Stephanum habuit tot tuis gloria virum. Hoſtia virum magnū Hugonem. In ipſa quoque Romana Curia Henricus, Bernardus, alter presbyter, alter Diaconus ornati ſunt Cardinales. Et poſt panca: *Citrà Alpes Lauſana datus eſt Amedeus,* &c.

Theoph. Rainaudus.

At ſummariū vitæ S. Amedei Lauſanenſis Epiſcopi lege apud Theophilum Rainaudum Societatis Ieſu, quod præfixit Opuſculo octo Homiliarum S. Amedei; ex quo hæc accipe.

Vera hiſtoria de authore Homiliarum de B. Virgine.

149 Scripſit Homilias in laudem Chriſtiparæ Virginis octo, tā dicendi iuuanitate, quàm myſteriorum profunditate delicioſas. Quas cum nulli adhuc mortalium manifeſtaſſet, ſolicitatur tamen à ſorore ſanctimoniali, Virgine religioſa, quatenus ei iucundum illud munuſculum communicaret. *Annuit frater ſororis deſiderio ea conditione; vt & illa iucundum quoque munuſculum, quod à gloriosa Virgine accepiſſet, vicissim impertiret. Mittit continuò ſoror laneam chirotheeam, quæ in præſentem diem Lauſanæ in reliquiario ſacroſanctæ Virginis Mariæ viſitur, quamplurimis laudata miraculis.* Vnde coniectura facilis, quantum vtrique viuenti adhuc cum Diuis commercium. Præfuit Lauſanenſi Eccleſiæ annis quatuordecim. Mortuus illic, & ante altare Sanctæ Crucis in æde Diuæ Mariæ ſepultus.

Obſeruatio circa Apocalypſim B. Amadei.

150 Verùm, licet Arturus & cæteri alij hiſtorici ſcribant, opus nouæ Apocalypſis B. Amadei Franciſcani reperiri ſuppoſititijs commentis denigratum; non tamen deſpondemus animum, quòd inuento nouæ Apocalypſis autographo, ſerui Dei reuelationum fides redintegretur. Ne tamen Ioannis de la Haye, qui editionem huius libri pollicitus eſt, aut aliorum ex noſtris conatum retardet, quòd aliqua à B. Viro prophetata impleta non ſint; quia vel ad poſteriora tempora reſpiciant, vel ſi ad præterita, non in acceptione materialis corticis, ſed in ſpirituali ſenſu intelligi debeant; exhibeo ex reuelationibus S. Birgittæ canonē huiuſmodi prophetias interpretandi; vbi ita habet Chriſtus ad Sponſam, *lib. 5. Reuelatione decima.*

S. Birgitta.

Canon interpretandi reuelationes.

151 Filius loquitur ad Sponſam. Noli turbari ſi loquor vnum verbum obſcurius, aliud expreſsius; aut ſi aliquem dico nunc ſeruum meū, vel filium, & amicum, & iterum inuenitur contrarium: quia verba mea diuerſimodè interpretari poſſunt. *Et poſt pauca.* Etiam quandoque dico aliqua obſcurè vt & timeas, & gaudeas; timeas ne alio modo eueniant propter patiētiam meam diuinam, qui noui mutationes cordium: gaudeas etiā, quia voluntas mea ſemper adimpletur.

Monita Chriſti ad Birgittā de regula intelligendi reuelationes à Deo acceptas.

152 Sicut etiam in veteri lege multa dixi, quæ magis ſpiritualiter, quàm corporaliter intelligi debebant. Sicut de templo, & Dauid, & Hieruſalem, vt homines carnales ſpiritualia addiſcerent deſiderare. Nam ad probandam fidei conſtantiam, & amicorum meorum ſolicitudinē, multa dixi, & promiſi, quæ ſecundùm diuerſos ſpiritus meireffectus, diuerſimodè à bonis & malis intelligi poſſent. Et vt in diuerſis ſtatibus ſinguli habeāt vnde exercitari & probari poſsint, & à me eruditi. Quod verò obſcurè aliqua dicta ſunt, ex iuſtitia mea eſt, vt conſilium meum abſconderetur, & vnuſquiſque patienter expectaret gratiam meam. Ne fortè ſi conſilium meum ſemper certo tempore inſinuaretur, omnes in expectando tepeſcerent. Multa etiam promiſi, quæ propter hominum ingratitudinem ſubſtracta ſunt. Et multa corporaliter dicta ſunt, quæ ſpiritualiter perficientur, ſicut de Hieruſalem, & de Sion, quia Iudæi ſunt, ſicut ſcriptum eſt: Cæcus populus Domini, & ſurdus.

Gonſaluus Durantus in notis ad S. Birgittam.

Hæc Chriſtus ad Sponſam; de quo vide doctas notationes Gonſalui Duranti in librum ſecundum reuelationū S. Birgittæ, cap. 28. in illa verba Chriſti: *Nec ideo erant falſa, quia vnū dixi ſemel, aliud ſecūdo, vnū expreſsius, aliud obſcuriùs; quia ad probandam fidei meæ conſtantiam, & amicorum meorum ſolicitudinem, multa oſtendi, quæ ſecundùm diuerſos effectus ſpiritus mei, diuerſi-*

modè à bonis, & malis, intelligi benè & malè poſſint, vt haberent in diuerſis ſtatibus, vnde diuerſi diuerſa exercere poſſent in bono: ſub numer. margin. 1. 2. 3. & 4. Adi etiam ea, quæ diſſerimus infra in controuerſ. 11. de Scientia Dei, diſtinction. 3. de Scientia contingentium conditionatorum, artic. 3. An præſcientia conditionata ſit de fide? à num. margin. 28. vſque ad 30.

Atteſtatio & iudicium B. Petri de Alcantara de Apocalypſi B. Amadei.

153 Poſtquam hæc prælo maturaueram, accepi quòd in Ciuitate Barcinonenſi extaret noua B. Amadei Apocalypſis ſuffulta atteſtatione illuminatiſsimi P. & extatici Viri B. Petri de Alcantara inter Beatos Chriſti Confeſſores ab Eccleſia cooptati; quia tamen Matriti exiſtens librum videre non potui, obtinui tandem authenticum teſtimonium Notariorum ſingraphis munitum. Ex quo perſpicuè ſatis liquet quid Eminentiſsimus Cardinalis Alfonſus Manrique, Archiepiſcopus Hiſpalenſis, & Supremus Inquiſitionis Generalis Hiſpanæ Cēſor de hoc exemplari Amadeiano iudicauerit; apparet etiam ea æſtimatio, quam de B. Amadei Apocalypſi conceperit Magnus ille Theologiæ reconditioris, & myſticæ Magiſter B. Petrus de Alcantara, qui S. Thereſiæ Carmelitarum Excalceatorum inſtitutrici extitit à confeſsionibus, & præcipuo illius Ducatu in itineribus myſticis; qui B. Petrus tali libro vtebatur, eumque ſua ſubſcriptione communitum poſteritati reliquit. Sequens ergo teſtimoniū pro B. Amadei vindicatione exhibeo.

Atteſtatio B. Petri de Alcantara de Noua Apocalypſi B. Amadei, quæ ſeruatur in Bibliotheca Franciſcana Ciuitatis Barcinonenſis.

Teſtimoniū Notariorū Barcinonenſium de Apocalypſi B Amadei ſeruata Barcinone.

154 NOuerint vniuerſi, quòd anno à Natiuitate Domini milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo, die verò Iouis, tertia Menſis Maij eiuſdem anni, præſente & ad hæc vocato Laurentio Spigal ſcriptore iurato, ſub me Ioanne Serra, Regia authoritate Notario publico Barcinone infra ſcripto, & præſentibus etiam Ioanne Oriola cauſidico Ciue, & Martino Serra literarum profeſſore, Barcinone degentibus, pro teſtibus ad iſta vocatis ſpecialiter, & aſſumptis, atque rogatis; exiſtens perſonaliter conſtitutus R. P. F. Ioſephus Cardona, Lector Theologus, Guardianus Collegij S. Bonauenturæ, præſentis Ciuitatis Barcinonis, Ordinis F. Minorum Seraphici Patris S. Franciſci de Obſeruantia, intus Librariam dicti Collegij, & ibi coram teſtibus prædictis exhibuit & tradidit dicto Scriptori meo iurato quemdam librum papireum formæ communis manuſcriptum cum ſuis cooperculis nigris, intitulatum verbis maternis: *Apocalypſis noua del Beato Amadeo*: repertum cuſtoditum in dicta Libraria. Eumdemque Scriptorem meum iuratum coram dictis teſtibus inſtauit & requiſiuit, quatenus ex dicto libro tranſcriberet, exemplaret, & authenticaret, ac in publicam & authenticam formam reduceret quoddam teſtimonium & approbationem B. Petri de Alcantara deſcriptam & contentam in dicto libro ſub fol. 266.

Liber B. Amadei manuſcriptus, & munitus ſubſcriptione B. Petri de Alcātarā

F. Antonius Ortizius eō mendatus, à B. Petro de de Alcātara

Et in continenti dictus Scriptor meus iuratus coram ſæpe dictis teſtibus tranſcripſit, exemplauit, & authenticauit, ac in publicam & thenticam formam redegit dictum teſtimonium & approbationem ex dicto libro. Vbi loquendo de quodam religioſo vocato *Fr. Antonius Ortiz*, qui fuit vir magnæ virtutis, & deuotionis, & magnus concionator, & fuit Prouincialis Prouinciæ S. Gabrielis, ſunt deſcripta & contenta verba ſequentia Hiſpanico ſermone, & ſunt, quæ ſequuntur.

Iudicium P Ortizij de Apocalypſi Amadei.

Y ſiendo Prouincial, le oì loar mucho eſſe libro del Beato Amadeo, y le oì dezir, que à todo lo que el alcançaua era Catolico, y que no tenia coſa que repugnaſſe à nueſtra ſanta Fè Catolica.

Cæſio Card. Manrique Inquiſitoris Generalis, de Apocalypſi Amadei.

Y sè que ſiendo Prouincial embiò eſte libro con dos frailes al Reuerendiſſimo ſeñor Cardenal Arçobiſpo de Seuilla Don Alonſo Mãrique Inquiſidor mayor de Eſpaña; y el diebo ſeñor Arçobiſpo le eſcriuio dende algunos dias al dicho Fray Antonio Ortiz vna carta en que dezia, que el auia mandado leer aquel libro del Beato Amadeo, y ver tõ cuidado à algunos Teologos, y q̃ no eſtauan eſcandalizados en lo en el contenido, &c. Et in fine dicti teſtimonij ſunt verba ſequentia. *Y porque es verdad lo arriba contenido, lo firmè de mi nombre. Hecha en Aſeiton à veinte y vno de Febrero de 1543. Frater Petrus de Alcantara.*

Subſcriptio B. Petri de Alcantara.

De quibus omnibus & ſingulis ſupradictis ſic (vt præmittitur) actis, dictis, geſtis atque ſequutis, dictus R. P. Guardianus ad certos fines & effectus ſibi, ſeu ſuæ Religioni vtiles & neceſſarios; vnum & plura, publicum ſeu publica fieri petijt inſtauit, & requiſiuit ac fecit; & ſibi ac alijs, quorum interſit, dari & tradi inſtrumentum, & inſtrumenta per me dictum & infra ſcriptum Notarium. Quæ fuerunt acta Barcinone, ſub anno, die, menſe, & loco prædictis, præſente dicto ſcriptore meo iurato, & præſentibus etiam teſtibus prædictis ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & aſſumptis atque rogatis, prout ſuperiùs continetur.

Atteſtatio trium Notariorũ Barcinonenſiũ.

✠ Locus ſigni.

Signum meum Ioannis Serra, Regia authoritate Notarij publici Barcinonis ſupra memorati, qui hæc propria manu ſcripſi, & clauſi rogatus & requiſitus.

Nos Notarij publici Barcinonis infra ſcripti, atteſtamur, & fidem facimus, quòd ſupra dictus Ioannes Serra, qui præſcriptum inſtrumentum clauſit & ſubſignauit, eſt authoritate Regia Notarius publicus Barcinonis, fidelis, & legalis, illiuſque actis & inſtrumentis publicis in iudicio & extra ab omnibus fides plenaria adhibetur. In cuius rei teſtimoniũ hic nos ſubſcribimus manu & ſigno noſtris, die & anno prædictis.

✠ Locus ſigni.

Signum Antonij Axada Notarij Barcinonis prædicta atteſtantis.

✠ Locus ſigni.

Signum Franciſci Lentiſila Notarij Barcinonis atteſtantis prædicta.

Tranſcriptũ Barcinonẽſe cohæret exemplari Cardinalis de Quiñones.

155 In qua atteſtatione B. Petri de Alcantara ad calcem libri Apocalypſis ſcripta adſtruit idem B. Petrus, quod Barcinonenſe tranſcriptum Apocalypſis B. Amadei fideliter reſpondeat, & omnino cohæreat exemplari, quod ex Italia ad Hiſpaniam reportauit Reuerendiſſimus P. Fr. Franciſcus de Angelis, vel de Quiñones, Ordinis Minorum Generalis Miniſter, & poſtea S. Roman. Eccleſiæ Cardinalis, generis nobilitate, & inſigni morum integritate (quam rectè ſanctimoniam dixeris) conſpicuus; quod Cardinalis de Angelis exemplar Amadeianum ad verbum tranſcripſit P. F. Antonius Ortizius Prouinciæ S. Gabrielis Minoritarum Excalceatorum apud Hiſpanos ſemel atque iterum Prouincialis. Hæc enim ita haberi in atteſtatione originali B. Petri Alcantarenſis, ad me ſcripſit prædictus P. F. Ioſephus à Cardona, Collegij S. Bonauenturæ Guardianus; monens nõ omnia aſſerta atteſtationis B. Petri de Alcãtara circa Apocalypſim B. Amadei à Notarijs Barcinonenſibus fuiſſe trãſcripta, ſed ea tantùm, quæ ad præcipuam nouæ Apocalypſis commendationem conducere poſſent.

Illud ex fide tranſcripſit F. Antonius Ortizius.

Quis fuerit Antonius Ortizius, qui exẽplar Barcinonẽ. fecerſcripſit?

156 Quantæ autem pietatis extiterit P. Antonius Ortizius, qui Barcinonenſe exemplar nouæ Apocalypſis tranſcripſit, præter teſtimoniũ B. Petri de Alcantara omni exceptione ſuperius, vbi ſupradicti ſerui Dei Antonij Ortizij merita recoluntur, audi etiam ex Franciſco Gonzaga in Hiſtoria Seraphica, parte 3. in Prouincia S. Gabrielis, in deſcriptione Cõuentus S. Margaritæ Xereſij, qui eſt Conuentus decimus in Hiſtoriæ Frãciſci Gonzagæ recenſu.

Apoſtolici agones Antonij Ortizij ex Gõzaga.

Sepultus iacet in huius Monaſterij Eccleſia omni virtutum genere præditus, omnique ſanctitate conſpicuus P. F. Antonius Ortizius, qui poſt Miniſteriatus officium hac in Prouincia bis laudabiliter functum ad Occiduos Indos prædicandæ Catholicæ Fidei gratia cum quibuſdam alijs Patribus (de quibus 4. huius operis parte fuſius) traiecit; quique martyrij deſiderio flagrans ex India reuerſus ad infideles Aphros transfretauit. A quibus tamẽ poſt perpeſſa plurima ludibria, verbera, atque tormenta, Deo optimo maximo, cuius conſilium inſcrutabile eſt, ſic diſponente, in Hiſpaniam ſua ſpe fruſtratus remiſſus eſt.

Iudiciũ Supremi Cenſoris Hiſpanæ Inquiſitionis de Apocalypſi Amadei. quæ extat Barcinone.

157 Hic igitur Apoſtolicus Vir Ortizius, vt liquet ex ſubſcriptione B. Petri de Alcantara, nouam B. Amadei Apocalypſim egregiè commẽdabat, & pro ea, qua vigebat pietate, librum examinandum tradidit Eminentiſsimo D. Alfonſo Manrique Archiepiſcopo Hiſpalenſi, S. R. Eccleſiæ Cardinali, Supremoque Fidei apud Hiſpanos Cenſori, qui adhibitis ad id iudicij pijs & doctis adminiſtris, cenſuit; nil in libro B. Amadei reperiri, quod lectorem offendere, aut illi eſſe queat ſcandalo. Quem librum, ſi nobis ante huius operis editionem perlegere licuiſſet, fortè nullo negotio Bzouij irruptiones in B. Amadeum ſigillatim, & minutiſsimè proſternere valuiſſemus; ſed nec inutile æſtimamus vel locum indicaſſe vbi liber Amadei aſſeruatur B. Petri Alcantarenſis ſubſcriptione ſuffultus, & approbatione ſerui Dei Antonij Ortizij, qui illud ad fidem exemplaris Eminentiſsimi Cardinalis Franciſci Quiñones, vel de Angelis, tranſcripſit.

Quãtæ pietatis extiterit Cardinalis Quiñones, qui Apocalypſim Amadei ad Hiſpanos reportauit?

158 Qua autem ſanctitatis fama & inſigni morum innocentia claruerit Franciſcus de Angelis, vel de Quiñones primogenitus Comitis de Luna, Miniſter Generalis Minoritarum, deinde Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus, & Epiſcopus Caurienſis apud Hiſpanos, vide in Tom. 2. de vitis Pontificum, & Cardinalium, excuſo typis Vaticanis anno 1630. ſub Clemente Septimo, in Auctario ad Ciaconium & Victorellum edito à Ferdinando Vghello Abbate Ordinis Ciſtercienſis; vbi diſerto & accurato compendio huius pijſsimi Cardinalis facinora perſtringit, ad annum 1527. ſub §. *Is iuuenili ætate Quignoniæ nobiliſsimæ, ac præpotentis Hiſpaniæ familiæ vniuerſalis hæres, & dominus, &c.* Ex cuius authoris hiſtoria hæc tantùm pro æterna fœlicitate pijſsimi Cardinalis tranſcribo.

Vghellus Ciſtercienſis

Reuelatio de Beatitudine Cardinal. Quiñonij.

Refert idem citatus Codex, eo die, quo Quignones ex hac mortali vita ad cœleſtem tranſiuit gloriam, in Hiſpania F. Bernardinum Laredum, magnæ Sãctitatis virum, ac Prophetiæ dono inſignem, in oratione defixum, vt Miniſtri ſui quinta iam die demortui animæ ſuccurreret, vidiſſe Cardinalis animam ſtatim è corpore egreſſam Cœliſecreta penetrantem, eiuſque meritis Miniſtrum è Purgatorij pœnis liberatum.

Ratio vrgẽs Bzouium.

Quis autem credat, tantæ doctrinæ & pietatis Cardinalem ad Hiſpanos deprauandos aduexiſſe Amadei Apocalypſim, ſi eis ſcateret lapſibus, & hæreticalibus additamentis, quæ illi adſcribit Bzouius; præcipuè ſi ea inter cuncta exemplaria Amadeiana interſit ſimilitudo, vt ille vult, quòd ovum ovo ſimilius non appareat.

Motiuũ defenſionis B. Amadei in Hiſtoria Scoti.

159 Hanc de B. Amadei ſanctitate & prophetiæ ſpiritu digreſsionem à nobis aliud agentibus extorſit iuſta Scoti defenſio; quia cùm apud graues ſcriptores haud exigui momenti æſtimetur B. Amadei de Scoti ſanctitate præconium, ne id peſſũdaretur Amadeo exauthorato, vt cõtẽ-

debat

debat Bzouius, vrgens etiam fuit Beati atteſtatoris vindicatio ab impoſturis & commentis, quibus eum denigare pertẽtarunt aduerſarij. Acceſſit etiam pro Amadei aſſertione pietas erga non fœdatam Deiparæ Conceptionem, quæ etiam B. Amadei reuelationibus ſuffulcitur; nec enim Scoti hiſtoria à primario illius facinore de innoxio Mariæ conceptu, & ab his, quæ ad id reſpiciunt, ſecerni debuit. Sed iam prolixo itineri metã præfinientes, pro hiſtoriæ Scoti coronide famam poſthumam ex monumentis & epitaphijs expendamus.

§. 22. *Fama poſthuma Scoti ex monumentis, Archiuis Colonienſibus, & Epitaphijs tumulo Scoti appenſis.*

Fama poſthuma Scoti.

1. MOdo operæ pretium erit Matthæum Ferchium oculatum ſpectatorem epitaphiorum Scoti, & veſtigiorum primi funeris Doctoris Subtilis accuratum veſtigatorem tranſcribere; qui ita habet in vita Scoti, cap. 8. à numer. margin. 28. vſque ad 34.

Funus Scoti ex Ferchio.

Mœror Fratrum, & luctus diſcipulorum, quibus fidei athleta, norma veritatis, Theologiæ fons, Religionis decus, ſpeculum probitatis ereptũ, à quò ſatis deſcribi poterit? Iuſta defuncto exhiberi ſolita non omiſſa, nec debita Doctoribus Pariſienſibus ſolemnitas. Celebratis officijs, quæ de religionis, & Catholicæ, & Minoriticæ more peragũtur, die 9. Nouẽbris, terræ corpus Dunſianum eſt redditum.

Sepelitur Scotus die nona Nouembris.

Scotus non habuit apparatum ſibi ſepulchũ concameratum.

Nullam Coloniæ habuere, vel habent vacuam tumbã Fratribus omnibus præparatam, qui pauperum more ſub terra defodiuntur: neque peculiare ſepulchrum Scoto breui tempore poterat ædificari: ideo & ipſe terra contectus, à ſuperiore Conuentus (operta cadaueris facie) data corpori benedictione, ter ligone humum iniecit: veſpillones humo foueam repleuerunt in Eccleſia Sancti Franciſci Minorum Conuentualium Coloniæ, ad dexteram, ante introitum Sacriſtiæ, propè altare trium Regum *ex Chron. Hirſaug. anno* 1308. Lapis poſtea ſuperpoſitus cum antiquiore epitaphio *in Bibliotheca Colonienſi Franciſcana ad dexteram ingredientis inter litteras G. & H. in* 3. *pluteo, manuſcripti codicis beneficio à me inuento*, quod tale eſt.

Prima ſepultura Scoti ante introitum Sacriſtiæ, ex Trithemio.

Epitaphium Scoti.

Primum Epitaphium Scoti.

* Ita legẽdũ. *non Duns ornatum*, ex Ferchio lib. 2. Apologiæ in Bzouium, n. marg. 19.

Clauditur hic riuus, fons Eccleſiæ, via, riuus
Doctor iuſtitiæ, ſtudij flos, arca ſophiæ.
Ingenia ſcandens, ſcripturæ abdita pandens.
In teneris annis fuit, ergo memento Ioannis:
*Hunc * Deus ornatum fac cœlitus eſſe beatum.*
Pro Patre translato modulemur pectore grato.
Dux fuit hic cleri, clauſtri lux, & tuba veri.

Sepulchrũ Secundum Scoti in medio Choro.

2. Præterea; gliſcente fama Doctoris Subtilis, in dieſque clariùs reboante, nobiliore loco digna iudicata ſunt eius oſſa: qua propter in medium chorum Eccleſiæ Franciſcanæ, ſub campana de tecto pendente, in lapidea pila, latiore cooperta lapide, ſunt repoſita: de hinc terra complero loco lapis honoratior ſuperpoſitus eſt, & ad epitaphium præcedens quatuor, qui ſequuntur verſus adiecti ſunt ex eodẽ libro manu ſcripto, in quo poſt præcedens epitaphium immediatè ſequitur.

Ad-

Additio ad Epitaphium Scoti.

Hìc lector Scotus Subtilis ſit benè notus.
Doctor bumi ſtratus, hac ſubque nola tumulatus;
Pro quo crate Chriſti veniam flagitate,
Dicentesque pie, tu Summe Deus miſerere.

Auctariũ ad primum Epitaphiũ Scoti.

Huius tumuli Chronicon Coloniẽſe editum 1499. teſtimonium perhibet, ſub anno 1308. Fuit verò facta hæc translatio (ſi coniecturis ſit locus) tempore Sixti Quarti, quo myſterium Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ Virginis illuſtratum eſt Pontificijs decretis, indulgentijs peccatorum, Sacri Palatii Feſto, Confraternitate; tunc enim decebat præcipuum tam inſignis priuilegij defenſorem, præcellentiùs innoteſcere.

Chronicon Coloniẽſe.

Translatio Scoti, tempore Sixti Quarti.

Tertiũ funus & parẽtatio Scoti anno 1509. cum redintegratur bellum cõtra Immaculatã Cõceptionem Deiparæ.

3. Tertiò; cùm anno Domini 1509. ardenter agitaretur Immaculata Deiparæ Conceptio (ait Andreas Theuet in libro de vitis, & imaginibus virorum illuſtrium, in Ioanne Scoto) Ioannes Scotus è terra rurſus eamdem ſua præſentia defenſurus egreſſus eſt, oſsibus cruris poſt altare ſummum Franciſcanæ Eccleſiæ ſeruatis, donec editius monumentum auricalcho affabrè elaborato tectum fabricaretur; anno verò 1513. in eadẽ pila lapidea ad caput ſepulchri ſunt repoſita. Hoc ex chirographo in arcula plumbea propè Scoti oſſa inuento ab Admodum R. P. tum Cõmiſſario Generali, Ioſepho Piſcullio Melphienſi, & in Archiuo Conuẽtus collocato cuincitur. Chirographum annecto.

Chirographum authenticum de mirãdis qualitatib⁹ oſsiũ Scoti.

4. Notum ſit omnibus & pateat euidenter vniuerſis, & ſingulis tã præſentibus, quàm futuris, quòd anno Domini milleſimo quingenteſimo nono, penultimâ menſis Auguſti, Sub Pontificatu Sanctiſsimi Patris, & Domini Iulij diuina prouidentia Papæ Secundi; Archiepiſcopatu Colonienſi, Philippi Dieberſtein, atque Imperio Maximiliani Archiducis Auſtriæ electi, Miniſteriatu Colonienſi F. Vueſſeli Gosbrinch de Monaſterio Sacroſanctæ Theologiæ Magiſtri, Guardianatu huius inſignis noſtri Conuentus Colonienſis F. Ioannis Cuſter, Lectoratu verò F. Vvillelmi Frãch, Theologicæ facultatis Magiſtri, Pœnitentiariatu Fr. Gerardi Pauli facultatis dictæ Baccalaurei formati, Curſoratu F. Cornelij de Dauentria; ſtudij Magiſterio F. Rutgerij de Rattinge. *Apertum eſt ſepulchrum Doctoris Subtilis F. Ioannis Scoti ob ſingularem affectionem Patrum, & Fratrum: & inuenta ſunt eius oſſa integra, & admodum redolentia, ſubrubra, & in iunctura; alba ad inſtar lactis vncta. Et ex tunc in altari ſummo retrorſum poſita.* Mox in hoc ſarcophago ex auricalcho facto, vt apparet ex nunc eleemoſyna Guardiani prædicti collecta.

Apparuerũt oſſa Scoti admodum redolentia, ſubrubra & liquore ad inſtar lactis perlimta.

Anno verò Domini milleſimo quingenteſimo decimo tertio, ſextadecima menſis Auguſti, hæc eius cuncta oſſa hoc in ſarcophago poſita, atque recondita, Pontificatu Domini Sanctiſsimi Leonis Decimi, Archiepiſcopatu Domini Philippi Dieberſthein, Miniſteriatu R. P. F. Hermani Haucilor ſacræ Theologiæ Magiſtri, Cuſtodiatu cuſtodiæ Friſiæ R. P. F. Ioannis de Durſtẽ, Guardianatu R. P. F. Gerhardi Pauli ſupradictæ facultatis Magiſtri, Lectoratu F. Cornelij de Dauentria Baccalaurei formati, Senioratu F. Iacobi Rutgerij Procuratoris Conuentus, & Rugerij Rattingẽ Sacriſtæ Conuentus, Curſoratu F. Iacobi de Mondorp, ſtudij Magiſterio F. Vvillelmi de Solingẽ; quo quidem anno in octaua Regum ex tumultu populi Colonienſis decollati ſunt in foro fœni burgi Magiſtri, videlicet Ioannes de Reit, & Ioannes Oldendorp nobiſcum in Capella S. Franciſci ſepultus, & reddituarius Ciuitatis Ioannes Bergum, aliàs Papegei, & alii plures ex ciuibus tres, quorum animæ in pace perpetua lætentur.

Collocatio oſsium Scoti in apparato Sarcophago.

Scriptum per me F. Liborium Rodolphi de Conuentu Paderbonenſi matoris ſtudij, huius inſignis Conuẽtus Decani. Anno Domini 1513. 16. die mẽſis Auguſti.

Deſcriptio præmiſſi ſepulchri Scoti erecti anno 1513. ſub pontificatu Leonis Decimi.

5 Deſcribam in præſentiarum ſitum ſepulturæ Scoticæ ab his Patribus extructæ. Deſcendenti à ſummo altari ad chori planitiem occurret vltimus gradus lapideus, in quo litteris exculptis hoc dicitur. *Obijt F. Ioannes Scotus, Sacræ Theologiæ Doctor Subtilis nominatus anno 1308.* Diſtat ab hoc gradu in chori planitie media Scoti ſepulchrũ pedis geometrici menſura; tribuſque ferè geometricis palmis eminet à terra quadrangulum altera parte longius, lamina ex aurichalco, vel ære coopertum: occurret ad pedes tegumenti hoc exaſticum inciſum.

Epitaphiũ Scoti receptionis & cultionis Minervæ, vide ſupra in §. 14 ſub nu. marg 10.

Ante oculos ſaxum Doctorem deprimit ingens,
Cuius ad interitum ſacra Minerua gemit.
Siſte gradum lector, ſuluo dabis oſcula ſaxo:
Corpus Ioannis hæc tenet vrna Scoti.
Anno Milleno ter CCC. cumque adderet octo,
Poſtremum clauſit letho agitante diem.

Splẽdor ſepulchri Scotici ſub anno 1513.

In medio æneo tegumenti eſt imago Scoti librum tenẽtis ſcitè elaborata, ad eius pedes hinc inde ſtrati iacent duo Leones, velut cuſtodes: in extremitatibus longitudinem ad dexteram, & ad ſiniſtram occupant inſculpti præclariſsimi quidam Religionis noſtræ Doctores, non omnes tamen ſunt Scoti diſcipuli; eos aſcendens enumero. Ad dexteram, Gulielmus Okam. Hugo de Nouocaſtro. Franciſcus de Mayronis, Ricardus de Media villa, Alexander de Ales. Ad leuam, Nicolaus de Lyra, Petrus Aureolus, Rogerius Varro, Alexander de Alexandria, Gulielmus Varro. In ſuperiori parte ſepulchri ad caput Scoti tres in medio exculpti ſunt Pontifices, quos Minorum familia enixa eſt, Alexander Quintus, Nicolaus Quartus, Sixtus Quartus cum eorum ſtemmatibus. In angulis, latitudinem, & longitudinem implentes ſunt duo Cardinales, ſcilicet D. Bonauẽtura Doctor Eccleſię, & Bertandus cum inſignibus eorum. Tegumẽtum verò eſt egregium, & perpulchro artificis opificio intextum. A ſepulchro ſtatim in pauimento Chori lapis quadratus inuenitur his litteris deſuper ornatus. *Hic aperietur ſepulcrum Doctoris Subtilis, dicti Ioannis Duns.*

Antiqui ſepulchri Scoti Epitaphia quæ nunc extant in Bibliotheca Colomenſi

6 Super hoc lapide de abaco pendebant duæ tabellæ duobus Epigrãmatis ornatæ, vt Henricus Vvillot, ac Toſsinianus meminere; ſed ijs vetuſtate exeſis, in vnam tabellam epigrãmata tranſcripta ſunt. Tabella poſtea (ne furto auferretur, vt alia quædam) in Bibliothecam translata eſt.

Primum Epitaphium.

Pariſius plora, mœſtis incede lacernis
Hic perit in toto, quod volat orbe, decus.
O Sorbona tuis humiles compone cathedras
Cultus ab ingenijs fons ſacer artis abeſt.
Straminis in vico placidi certaminis ordo
*Ceſſitat * heu belli deſinit eſſe caput.*
Pondere ſupremi validos componite luctus
Doctiloqui, pulſet triſtia corda pauor.
Hunc, poſito vultu læto, deflete togati,
Diſcipulis labor hic omnibus vnus erit.

* De hoc vide ſupra in §. 21. n. marg. 26.

Secundum Epigramma.

Doctor Subtilis ſoluens ſua luſtra Ioannes
*Scotus in obiectis vltima * verba dedit.*
Huic humilis caſto Franciſci cordula renes
Strinxit, erat ſapiens, presbyter officio.

* Vide in §. 21. à nu. marg. 22. vſque ad 26.

Fer-

Fernebat ſtudio, nulli virtute ſecundus,
Quod didicit totum mox alios docuit.
Concepta eſt Virgo primi ſine labe parentis
Hic tulit: Hic hæreſi prælia dira dedit.
Inde genus meriti tantum ſibi Papa refundens
Doctor Subtilis dicitur, inde dedit.
Quatuor in ſcriptis, quæ ſunt diuina probauit:
Hinc reliquis vates lumine plus viguit.
Quin & ſancta mihi, quæ digna problemata liquit,
Ingenijs noſtris fertiliora valent.
Artibus egit opem tutò, nunc ille modernos
Proſequitur pandens, quæ via ſit veterum.
*Tempora poſt Chriſti * propria dulcedine lethum*
Venit atrox raptim carcere compoſito.
Dogmata qui quondam retulit non infimus orbi,
Exiguus cunctis nunc ſilet exanimis.
Qui ratione ſtetit non victus, ſemper Achilles,
Cœno ſordidior vincitur ille ſimo.
Horrida iam ſarcos trabitur ſub lite voranda,
Hunc ſubeunt vermes, prob! noua præda venit.
Ante gradus medios Nola nunc vbi pendet ab alto
Hic chorus in terris oſſa tenet tumulo.
Turba futura canet bona, quæ congeſſit in vnum,
Singula, quæ docuit, ſcripta recta manent.
Flebile, qui tuſti præſens epigramma tueris,
Hanc animam ſociet, poſce Deum ſuperis.

* Nõ eſt apponenda nota anni 1308. vide in §. 21. à nu. marg. 29. vſque ad 30. incluſiuè

Poſtremum honorifi. ſepulchrum Scoti, anno 1619.

7 Poſtremò; Reuerendiſsimus P. Generalis Miniſter Conuentualium Iacobus Bagnacaballenſis coram Illuſtriſſ. D. D. Antonio Albergato Epiſcopo Vigiliarum, & Nuncio Apoſtolico per tractum Rhenanum cum poteſtate Legati de latere anno 1619. die 13. Ianuarij Scotica erui iuſsit oſſa. *Elato itaque lapide ad caput ſepulchri, effoſſis ad perpendiculum duobus pedibus geometricis humi, quadratus lapis alter ſublatus eſt: tum in pila lapidea trium palmorum extentæ manus, apparuit caluaria ſuper maioribus oſſibus corporis: ſub his aliquanta terra minoribus quibuſdam oſſibus concreta. Oſſibus in ſacrario ſub duplici clauſ repoſitis, die ſequenti ſepulchrum eruderatum, parietibus lateritijs, atque ſtrato quadrangulari opere ædificatum, aſſere in medio librata.*

Oſſa Scoti tãſlata die 13. Ianuarij anno 1619.

Item duplex arca parata, vna lignea, quæ humo ſub Scoti oſsibus exiſtente repleta, in fundo ſepulchri collocata eſt; altera plumbea quatuor palmorum exertis digitis cementorum longitudinis, duobus latitudinis, penè duobus altitudinis, & in hac rurſus arca querna tegumẽto vitreo tecta, eſt ad amuſsim incluſa; in ea pluribus collatis odoribus die 15. Ioannis Dũs Scoti oſſa ſunt recondita; ſuperque mediam ſepulchri aſſerem collocata. Cum Scoti oſsibus in eadem arca repoſitum eſt chirographum ſuperius relatum anno 1513. factum; & ſequens adiectum in valculo plumbeo.

Teſtimonij authentici huius tranſlationis.

8 In nomine Sanctiſsimæ & indiuiduæ Trinitatis. Amen. Anno poſt natiuitatem Domini noſtri Ieſu Chriſti 1619. Pontificatus Sanctiſſ. D. N. Papæ Pauli Quinti quatuor decimo, Inuictiſsimi Imperatoris Matthiæ Primi Auſtriaci ſemper Auguſti ſeptimo. Sereniſsimi ac Illuſtriſſ. Ferdinandi Ducis Bauariæ Archiepiſcopi, & Electoris Colonienſis anno octauo: indictione ſecunda. Cùm prima die menſis Decembris in hanc Illuſtriſsimam Ciuitatem Colonienſem paterno affectu, & zelo ductus Reuerendiſſ. in Chriſto P. F. Iacobus Bagnacaballenſis Ordinis Minorum Conuentualium Miniſter Generalis ad viſitandum, & reformandum eiuſdem Ordinis Minorum Conuentualium Dini Franciſci Cõuentum veniſ-

ſet,

set, cumque multa pia,& salubria,& sancta in actibus visitationis instituisset: *Mandauit quoque vt sepulchrum F. Ioannis Duns, Scoti dicti Ordinis Minorum Conuentualium Doctoris Subtilis in medio Chori sub campana situm, & ænea lamina (quæ ipsius Doctoris Subtilis effigie illustrata est) coopertum aperiretur, ad videndum vbi, & quomodo ossa omni veneratione digna, requiescerent.*

Etiam inspectiõ ossium Scoti adstitit Cosmas Morellius Hispanus, Dominicanus, Inquisitor Coloniæ, ita Ferchius lib. 1. Apologiæ in Matenesium, c. 7. n. marg. 53 vide supra in §. 14. n. marg. 11.

Die ergo 13. mensis Ianuarij, præsentibus,& inspectantibus Illustriss. ac Reuerendiss. D.D. Antonio Albergato Bononiæ, Episcopo Vigiliarum ac Nuncio Apostolico per tractum Rhenanum cum potestate Legati à latere. Item Reuerendiss. D.D. Othone Geron Episcopo Cyrenense,& suffraganeo Colonienſi, eodemmet etiam Reuerendiss. Patre Iacobo Bagnacaballensi Generali. Admodum Reu. P. Ioanne Pelchingio Prouinciali Ministro, & Guardiano Coloniæ, ac Visitatore Generali, Admodum R. P. Matthæo Veglensi Prouinciali S. Bonauenturæ. Admodum quoque R. P. Ludouico de Castro Prouinciali Leodiensi. R.R. demum Patribus sacrosanctæ Theologiæ Doctoribus Gerardo Romero, &*** supradicti sepulchrum apertum est per vespillones subleuando lapidem iacentem ad caput sepulchri, cui inscriptum erat. Hic aperitur sepulchrum Ioannis Dũs Scoti Doctoris Subtilis. *Effossa ergo aliquantulum terra, inuentus est sarcophagus ex lapide viuo, coopertus alio lapide. Et in eodem reperta sunt pleraque ossa supradicti Doctoris valde rubea.*

Pietas erga ossa Scoti.

Sed quoniam hoc modo parum decenter condita,& seruata putabantur: eo quod ad caput ipsius sepulchri in lapide impolito requiescerent; Hinc præfatus Reuerendiss. Pater Generalis præcepit, vt euacuata ex sepulchro terra, opus concameratum sub ipso lapide construeretur, vt supra memorata ossa honestiùs ac decentiùs pro tanti Doctoris dignitate collocari possent. *Confecta est ergo arca plumbea, cui ossa arculæ ligneæ inclusa piè sunt imposita, ac postmodum in sepulchro concamerato reuerenter collocata. Sarcophagus quoque ligneus præparatus est, in quo terra recondita est, quæ in antedicto sarcophago lapideo ossibus intermixta iacuerat: idemque in sepulchro apud ossa collocatus.* Assistente & adspectante cum supradictis Patribus Reuerẽdissimo Patre Iacobo Bagnacaballensi Ministro Generali; admirabili cum affectu, zelo, ac pietate pro decore ac illustratione, honore, ac gloria Doctoris Subtilissimi, atque Religionis Seraphicæ.

Etiam seruata humus antea intermixta ossibus Scoti.

In quorum omnium fidem ego F. Gerardus Romerus sacræ Theologiæ Doctor, Notarius ad hoc à Reuerendiss. P. Generali specialiter deputatus, præsens hoc instrumentũ (salua semper copia vlterioris dilatationis) confeci; vocatis ad illud idem testibus Admodum R. P. Vberto Iunchmanno P. prouinciæ, & R.R. Patribus P. Vvinando Stomellio, & P. Ioãne Molmanno Fremonienſi. Actum Coloniæ in Conuentu nostro D. Frãciſci M.D.C.XIX. die mensis, vt supra.

F. Iacobus Bagnacaballensis Minister Generalis.

Attestatio præcedẽtiũ.

Ita est; Ego F. Gerardus Romerus sacrosanctæ Theologiæ humilis Doctor, tanquam Notarius, vt supra attestor.

Ego F. Ioannes Felix de Brixia Ordinis Minorum Conuentualium S. Francisci secundus Secretarius, fidem facio,& testor prædicta fuisse hæc scripta à Patre Magistro Gerardo Romero de mandato Reuerendissimi, in veritatis testimonium. Die 15. Ianuarij 1619. in Conuẽtu S. Francisci.

✠ Locus sigilli.

Titulus latens intra sepulchrum Scoti.

9 Plumbeum arcæ operculum intrinsecus in membrana osse pellucido tecta, hæc habet. *Hic iacent ossa F. Ioannis Duns Scoti, Doctoris Subtilis, pijssimi cultoris, & defensoris Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis Mariæ: qui è terra effossus, & in hunc locum (terra, qua plenus erat, eiecta) lapide stratum iussu Reuerendissimi P. Magistri F. Iacobi Bagnacaballensis*

Ordinis Minorum Conuentualium Ministri Generalis positus est; anno 1619. 18. Kal. Februarij.

Timulus in externa fronte sepulchri

Extrinsecus pagina inscripta hæc est. *Reuerendissimus P. F. Iacobus Bagnacaballensis Artium, & sacræ Theologiæ Doctor, nec non vniuersi Ordinis Minorum Conuentualium Minister Generalis, anno 1619. dum hunc Conuentum visitat, Fratris Ioannis Duns Scoti, Doctoris Subtilis meritò nominati, intemeratæ Conceptionis Virginis Mariæ pijssimi cultoris, & acerrimi propugnatoris ossa, quæ terra immixta in diem illum vsque iacuerant, effossa humo, in loculum concameratum, stratumque eiusdem Reuerendissimi iussu constructum, ac plumbea arca inclusa intulit 18. Kal. Februarij.*

His exactis, arca plumbea concluſa eſt, & à quatuor lateribus, ne poſſet aperiri ſigillo Religionis Minorum Conuentualium munita: duobus Prouincialibus Matthæo Veglenſe, & Ludouico à Caſtro ferentibus, præſente Reuerendiſsimo Patre egregij facinoris auſpice, toto Conuentu, & quàm plurimis, tùm doctrina, tùm nobilitate preſtantibus viris, qui ad tãti Doctoris Reliquias videndas confluxerant, à ſacrario in ſepulturam delata, & ſuper aſſerem in medio ſepulchro poſita eſt.

Honor Scoti, & Immaculatæ Conceptionis Deiparæ triumphus ſimul emicant,

10 Nec mirum, ſi defenſor Immaculatæ Conceptionis hoc tempore gloriosè exiliuit, quoniam paulò ante ſcilicet anno 1617. 12. Septẽbris Paulus Quintus ſanctæ recordationis decretum ediderat, quo ſententia Scoti eſt illuſtrata, ſententia verò oppoſita, ne in publicis concionibus, lectionibus, concluſionibus, & alijs actibus publicis aſſereretur, eſt preſſa. Quin & modò, cum plurium Doctorum virorum laboribus Scoti vita, mores, doctrina tùm Apologijs, tùm hiſtorijs illuſtrantur, Scoticum quoque placitum coruſcat. Nam Sanctiſsimus Dominus noſter Gregorius XV. hoc anno 1622. die 24. Maij ſanxit, ne oppoſita ſententia, Diuam Virginem peccato pollutam aſſerẽs poſsit in ſermonibus, aut ſcriptis priuatis affirmari; atque vt iuxta Scoticæ deuotionis nomenclaturam, omnes eccleſiaſtici, ſæculares, aut regulares in officijs, ſacrificijs publicis, ac priuatis ſub Conceptionis intemeratæ titulo Deum Optimum Maximum & Deiparentem collaudent: *Nam ſimul, & ſingulare Doctoris Subtilis dogma, & Subtilis Doctor illuſtrantur.* Hucuſq; Ferchius; reſtat modo aliquid commentarij & defenſionis circa prædicta adhibere.

Obſeruatio 1. circa chirographum Viſitationis ſepulchri Scoti.

11 Circa quæ præmiſſa ex Ferchio (cui in cunctis conſentit Vvadingus Ferchium oculatum teſtem tranſcribens) aliquot occurrunt obſeruanda; & primò circa chirographum viſitationis ſepulchri Scoti tranſcriptum ſub num. marg. 4. in illa verba: *Apertum eſt ſepulchrum Doctoris Subtilis F. Ioannis Scoti ob ſingularem affectionem Patrum, & Fratrum: & inuenta ſunt eius oſſa integra, & admodum redolentia, ſubrubra, & in iuncturis alba ad inſtar lactis vncta. Et ex tunc in altari ſummo retrorſum poſita.* Quòd fidem huius chirographi non imminuit quòd poſtea in altera viſitatione oſsium Scoti anni milleſimi ſexcẽteſimi decimi noni, centum & decem annis decurſis à prima illa viſitatione, quæ incidit in annum 1509. non apparuerint oſſa Scoti admodum redolentia, & in iuncturis alba, ad inſtar lactis vncta, ſicut in reſeratione ſepulchri omnium oculis exhibita, anno milleſimo quingenteſimo nono; eſtò quòd etiam in poſtrema reliquiarum Scoti inſpectione valde rubrum colorem retinuerint ignitæ pietatis Scoti ſpecimen. Quia prima illa propalatio ſepulchri anno 1509. vrgente bello cõtra innoxium conceptum Virginis, clariores exigebat fulgores Scoti immunitatis Mariæ Patroni, vt oſtendimus ſupra in §. 101. de pietate Scoti in Deiparam, num. marg. 12. & 13. tunc enim ſignis mirandis præditum, impetu in aduerſarios facto, quaſi ex ſepulchro proſilidit Scoti corpus odorum lacteſcens, & igneum vel rubrum, vt propugnationi Virginis maturaret ſuppetias; quæ non ita deſiderabantur parto iam triumpho, & indicto aduerſarijs ſilentio in poſtrema propalatione reliquiarum Scoti.

Enerватur obiectio de abſimilitudine qualitatum, quæ apparuere in poſtrema Viſitatione oſsium Scoti.

Confirmatio ex fragrantia corporis S. Thomæ.

12 Quod etiam oſtendit Deus in corpore Angelici Doctoris, quod aliquando fragrans repertum eſt; non tamen conſtat quòd dein iugi odore ſemper ſuperſtite inſignitum extiterit; vt liquet ex Bulla canonizationis S. Thomæ, quæ eſt vndecima Ioannis XXII. in Bullario Cherubini, cuius fragmentum tranſcribo, tum ad rei probationem, tum in magnam Angelici Doctoris gloriam.

Ioannes XXII in Bulla Canonizationis S. Thomæ.

Hanc ſimilem fragrãtiã poſt ſeptem annorum ſpatium, quidam ex teſtibus, quidam verò poſt quatuordecim annorum ſpatium ſenſiſſe ſe referunt, dũ corpus ipſum diuerſis ex cauſis per temporum vices ſedulò inſpexiſſent. Quippè odor, carnis eius munditiam Deo acceptam exprimebat, orationum eius odoramenta repræſentabat, famam quoque eius claram diffuſione virtutum, & illarum aromata non celabat. Vbi non aſſerit Pontifex, quòd perpetuus odor ſacro corpori Doctoris Angelici vſque ad annum ſuæ canonizationis inſuerit, aut inſederit; ſed quod per ſeptem & quatuordecim annos à S. Doctoris exitu, fragrantia Virgineo corpori inhæſerit. Quare & poſt duo integra ſæcula erumpens oſsium Scoti odor, aptè candorem puritatis corporis expreſsit, quem indicauimus ſupra in §. 16. à num. marg. 12. vſque ad 18. Item & orationis conamen extaticum, quod deſcripſimus in §. 17. à num. margin. 26. vſque ad 32. Scoti ergo oſſa admodum redolentia, & lacteo liquore delibuta, poſt duo integra ſæcula ab ipſius obitu exacta emicuere, in magnam aſſertoris & vindicis Deiparæ gloriam.

Cenſio Protomedici Regis Catholici de ſignis oſtẽſis in oſsibus Scoti.

13 De quibus ſignis in Doctoris Subtilis ſepulchro oſtenſis exhibeo grauem & diſertam cenſionem eruditiſsimi viri D. Antonij Ponce de Sãctacruz, Protomedici Generalis Hiſpaniæ, & à cubiculo Philippi Tertij, & Philippi Quarti Catholicorum Regum, item & quondam Primariæ cathedræ Valliſoletanæ Moderatoris, & Abbatis Cobarrubienſis, in ſuis Prælectionibus Valliſoletanis in librum Hippocratis Coi, de Morbo ſacro, excuſis Matriti apud viduam Ludouici Sanchez Typographam Regni, anno 1631. Sic igitur habet doctiſsimus vir, tam ex ſuo iudicio, quàm ex communi Vniuerſitatum Hiſpaniæ conſenſu, in cap. 21. operis citati, prope finem capitis.

Antonius Pontius Sãctacruz in librũ Hippocratis, de morbo Sacro.

Sed quando huc deuentum eſt, offert ſe Venerabilis ille Scotus Philoſophorum, & Theologorum prodigium, non minus ſanctitate clarus, quàm ſubtilitate ſcribendi, cuius memoria in benedictione eſt. Nam poſt tot annorum curricula, ſepultum eius corpus, ſine vlla conſeruationis diligentia, ſed (vt alia communia corpora terræ mandata) terrenis viſceribus, vbi omnia cadauera ſolent putrefieri incluſum; *tandem reperta ſunt omnia oſſa colore roſeo, & rubicundo perfuſa, & redolentia, atque ſuccus quidam lacteus intra aliquas cauitates contentus, & hoc inſolitum poſt 200. annos ſic viſum, & plurimis, & grauiſsimis teſtibus comprobatum ad noſtram cenſuram, poſt iudicia Vniuerſitatum Hiſpaniæ, non ſine noſtra admiratione appulit. Atque omnibus ritè perſpectis affirmauimus, & noſtro ſigillo dicta munita dedimus: ſigna in oſsibus Venerabilis Scoti reperta, eſſe omnino à cauſa diuina, & ſupernaturali; à Deo ſcilicet, qui ſic voluit illuſtrare, non ſolùm tanti viri vultum (animum ſcilicet) ſed oſſa ſancti tabernaculi ſuſtentacula. Et exiſtimauimus, quod & nunc etiam pro certo habemus, in aliqua ſupereminenti extaſi expiraſſe; tantumque fuiſſe Diuini amoris ſupereminens incendium, vt oſſa eius exultarent in Deũ viuum, roſeumque colorem induerent, pignus æterni ſplendoris.* Hæc de Scoto vir ſapientiſsimus, & Cobarrubienſis Præſul, communi Vniuerſitatum Hiſpaniæ iudicio ſubſcribens; cui tamen non adhæremus, dum non acceſſerit S. R. Eccleſiæ decretum, quod in hac re expectandum eſt.

Iudicat qualitates oſsium Scoti eſſe miraculoſas.

Sententia Biuarij Ciſtercienſis de pietate Scoti.

14 Cui etiam iudicio de eximia Scoti ſanctimonia ſuffragatur pius & eruditus vir Franciſcus Biuarius Ordinis Ciſtercienſis in Romana curia Procurator Generalis in cenſione Quæſtionum Scoti in libros de Anima, ita habens. *Scotus egregius Doctor totius Theologiæ facultatis patronus, & quòd maximi habent docti, puritatis originalis Virginis Matris ſingularis aſſer-*

tor, ac Propugnator Venerandus, & nunc pro meritis Magnus in regno cœlorũ. Sic ille in citata censura edita Romæ 24. Iunij, anni 1624.

Confirmatio præmissorum de pietate Scoti in Deiparã ex Frãcisco Gonzaga.

Nec abs re quidem Binarius scribens Romæ prædicat Scotum venerandum Deiparæ propugnatorem, & nunc pro meritis Magnum in regno cœlorum, ob eximium illud Vindicationis Virginis obsequium; quando quidem Doctori Subtili Deiparam pio agone demerenti statua marmorea Virginis caput inflexit; vsque ad nostram ætatem eiusdem imaginis inclinatione superstite. Pro cuius facti fide præter illa, quæ ad huius facinoris commendationem scripsimus in §. 10. de pietate Scoti in Deiparam; abijciendam non duxi sententiam Venerabilis serui Dei Francisci Gonzagæ, de cuius canonizatione agitur; qui cùm anno 1579. in Ministrum Generalem totius Ordinis Minorum electus esset Parisijs, ibique spectasset imaginem Deiparæ, quæ quasi Scoti votis annuens, hucusque inclinata conspicitur; exploratàque constanti fama & perpetua traditione memorabilis illius euentus certaminis Scoti; curauit Franciscus Gonzaga, pro summa sua pietate in Virginem. & obseruantia in Scotum, quod imago illa à præcellenti artifice in lamina ærea exprimeretur, & quod prælo commissa, per totius orbis diffunderetur prouincias, quam præcipuè Romæ cunctorum exhibuit obtutibus. De quo Gonzagæ studio sic loquentem accipe Hyppolitum Donesmundum in vita Francisci Gonzagæ lib. 2. cap. 10. prope finem capitis

Hyppolitus Donesmũdus de inclinatione Statuæ marmoreæ, Scoto orante.

15 In Parigi hauendo trouata quella Sãcta imagine della Madonna, la quale di marmo sopra vna colonna delle capelle della Chiesa, stà coll capo, e la metà della schiena disgiunti, ò piegati, è fama vniuersale, che di là passando il Dottor Sotile Scoto per andar ad vna disputa in honore de la stessa Sanctissima madre di gratie, & inginocchiatosi à quella di tutto cuore se le raccomandasse per quella disputa, dicendo fra altre, queste parole: *Dignare me laudare te Virgo Sacrata, &c.* detta imagine che prima se ne stava ritta e col capo congiunto alla collõna, staccossi da quella piegando il capo al suo diuoto seruo, nel modo è hora si vede, in segno di felice successo della sua disputa come in effetto auene. Vedura per tanto detta Santa imagine dal Padre Generale, & inteso tuto il successo gia detto, da pia diuotione indotto, ne se fare tantosto de valente maestro l'intaglio al naturale in rame, e stampatene molte carte, oltre quelle lasciò per la Francia, allai altre porto in Italia, e massime à Roma; si per memoria di si notabil fatto, come per accrescere la diuotione ne i suo Frati verso la glorioßissima Madre de Dio, che in infinito per le molte gratie obligati se le confessano *Hæc Hyppolitus Donesmundus in vita Gõzagæ, excusa Venetijs, & Vrbano Octauo dicata, anno 1625.*

Mantuanus in Fastis.

Quare non abs re celebris ille Vir ex Carmelitarum Ordine Baptista Mantuanus Scotum eo ornauit elogio.

Si fas est homini Deum teneri,
Scoto Religio, Deusque debent.

Dispõgitur criminatio Nicolai Iansenij contra Scotum.

16 Adnotandum præterea in illa verba Chirographi postremæ reserationis sepulchri Scoti sub num. marg. 8. *Effossi ergo aliquantulum terra, inuentus est sarcophagus ex lapide viuo, coopertus alio lapide. Et in eodem reperta sunt pleraque ossa supradicti Doctoris valde rubea.* Quod ex valde rubeo, & quasi ignito ossium Scoti colore Nicolaus Iansenius assecla Bzouij arripuit ansam iniustæ irruptionis in Scotum; quasi ille color ex sanguinea tinctura erumpens, violentam trucemque Scoti extinctionem demõstraret. Adde quòd Nicolaus Iansenius adeò genij Bzouiani sedulus imitator euaserit, vt pro Bzouij more innominatos suffragatores aduocet vt suas (in eos, quos impetit) excursiones tueatur; autumat enim, id commenti fuisse iudicium cuiusdam Medici Colonienßis, qui reserationi sepulchri

Scoti

Scoti interfuerit. Acrem huius neoterici accusationem (quam vt appendicem ad Bzouium adiunxit tertio tomo Annalium eiusdem) transcribo ex Hugone Magnesio in cap. vltimo suæ Apologiæ inserta Reportatis Scoti, editis Coloniæ Agrippinæ, pag. 69.

Hugo Magnesius.

Irruptio Nicolai Iansenij in Scotū.

17 Eodem capite addis, aperto tumulo Scoti anno 1619. eius ossa reperta rubicunda; cuius causam cùm Reuerendissimus Pater Generalis Conuentualium interrogaret Medicum quemdam; is respondit, signum esse violentæ mortis, qua dicitur obijsse Scotus. Et subiungis: *Fuisset honorificentius Scoto, si eius ossa intacta quieuissent. Quid dicis interpres? Taces? scio.*

Prosternitur cōnectū præcedens.

Sed fraternè à Iansenio petimus, an liquor lacteus, & fragrans odor duobus sæculis ab Scoti obdormitione exactis vigens, violentæ & refractariæ extinctionis vestigium extiterit? Aut quì fieri queat vt Nuntius Apostolicus, item & Episcopus suffraganeus Colonienſis, & cuncti inclitæ Ciuitatis Primates, fidei illibatæ assertores honorificentissimum id Scoto sepulchrum construi sustinuissent, quod ex Ferchio, & Vvadingo descripsimus; itaut etiam humus aliquādo ossibus Scoti permixta, in proprio sarcophago reuerēter collocata extiterit, si Scoti candorem vel exiguus impietatis nævus fœdasset?

Probatio excutiens fabellam inominati Medici

Vt tamen oblatrantium ora penitus obturarentur, contra innominatum & fictitium Medicum Bzouianæ excursioni fauentem oppono celebriorum totius orbis in re medica Magistrorum explorata iudicia, quæ durā & crassam irruptionē adeò cohibent, vt eam deportandā, & fugillādā proclament; quæ accipe ex Hugone Magnesio loco citato, pag. 76.

Censio celebriorum Orbis in re medica Doctorum de rubro colore ossiū Scoti.

18 Quæritur an arte medica ex rubicundo colore ossium alicuius, à trecentis, & amplius, annis defuncti colligi possit, quo mortis genere obierit; & maximè an strangulatus, suffocatus, suspensus, vel alia violentæ mortis specie interierit? Respondent sequentes Medici, talem collectionē irrationabilem esse, & merè fictitiam.

Doctor Duarte Vaez, Medicus Regis Hispaniæ.

Paulus Emilius Ferillus, Regis & Reginæ Christianissimorū Medicus cubicularius.

Dionysius Guerin, Doctor Medicus Parisiensis.

Gaspar Prager, Medicus Regius, & Serenissimi Comitis Suessionensis, ordinarius.

Doctor Geruasius, Doctor Medicus Parisiensis.

Mag. A. de Corbise, Regius Chirurgus.

Habeo penes me horum subscriptiones, & super hac re discursus, ex quibus breuitatis causa paucula tantùm excerpo.

Censio 1. de rubro colore ossiū.

19 D. Duarte fatetur, fortè (& si id rarissimè contingat) vehementi motu violentæ mortis, vt ex collisione, aut contusione, sanguinem è venis retrò expulsum, ossa tingere potuisse; eam tamen tincturam paruo tantùm tempore durare potuisse. Itaque colorem illum rubeum ossium tribuit alterationi corruptiuæ, cùm non sit ossibus naturalis; addens se plura vidisse defunctorum ossa eiusdem coloris.

In Viro spectatæ pietatis asserit, posse tribui miraculo.

S. Cataldus

Quia tamen id commune non est, si de viri pietate conspicui ossibus quæstio esset, non abs re videretur (inquit) talis color miraculo adscribendus; quia vt miraculosum refertur in vita S. Cataldi Tarentinorū Apostoli, *Sacras eius reliquias, transactis aliquot sæculis rubicundas fuisse repertas.* Et concludit: *Ab omni ratione alienum esse affirmare, rubeum colorem ossium, post tantum temporis, signum esse violentæ mortis.*

Censio 2. abigit calūniā contra Scotum.

D. Emilius iudicat, dictū colorē prouenisse à proprietate indiuidui, vel terrę, in qua humat⁹ fuit defunct⁹; & nullo modo esse violētæ mortis signū.

Itē & cēsio 3. & probat manifestis experimētis

20 D. Guerin vocat illam collectionē, *insulsa commenta, & fabricitantiū sōnia.* Pro cui⁹ cōfirmatione inter alia adducit, *pleraq; essa cōpacta & soluta, quæ in Chyrurgorum officinis extant, eorum esse qui laqueo vitam finiuerunt, albissima tamen esse.* Et post. *Ni longiùs exēpla aceruassemus, ossa illa quæ*

velut agminatim viſuntur in celebri SS. Innocentium cœmenterio Pariſijs, quorum in numero, pleraque inhumata, comperiuntur ruffa, aliarubentia, non pauca nigricantia; nihil tamen argumẽti, quo ſpecies mortis deprehendatur, præ ſeferentia.

Alia ad proſternendas machinationes aduerſariorum

Rubeum illum colorem in caſu noſtro corruptioni à cõtiguo corpore cauſatæ adſcribendum putat; vel potiùs cui adſcribatur, incertum relinquit, quia nihil in rerum natura colore mutabilius. Vnde *Plato* (inquit) *in Timæo, de elementorum mixtione, ex qua colores oriũtur, ſcribit: Quo autẽ menſura modo, ſingula ſingulis miſceãtur, etiam ſi quis nouerit, narrare prudentis nõ eſt: præſertim, cùm neque neceſſariam, neque veriſimilem de his rationem afferre, vllo modo poſſit.* Hæc ille.

Cenſio 4. confirmans præcedentia aſſerta.

D. Prager addit, violentam mortem ex oſsibus niſi ſint confracta vel contuſa, nullo modo deprehendi poſſe.

Item & ceſſura quinta.

D. Geruaſius illam coniecturam ineptam ait, & ab omni ratione prorſus alienam.

Cẽſio ſexta fauem Scoto.

D. de Corbiſe, colorem illum cauſæ ſupernaturali tribuit. Hucuſque Magneſius ad verbum tranſcriptus.

Confirmatio ex rubro colore oſsiũ Venerabilis P. Franciſci de Torres.

21 Quòd autem oſsium perpetuus color igneus in viro ignita pietate conſpicuo ſit haud obſcurum ſanctitatis veſtigium, præter id quod D. Duarte Vaez ſupra tranſcriptus obſeruauit in S. Cataldo (de quo Martyrologium Romanum die nono Maij, & Baronius in notis eiuſdem diei) id etiam aperio ex oſsibus Venerabilis ſerui Dei miraculis & ſanctitate celebris F. Franciſci de Torres Hiſpani, concionatoris feruentiſsimi & Apoſtolici, de cuius canonizatione modo agitur; cuius ſigni atteſtationem & authenticum accipe chirographum.

Atteſtatio, de cenſione Iudicũ Apoſtolicorum, & Medicorum Complutenſium de rubro colore oſsium P. Franciſci de Torres.

Ego F. Gaſpar de la Fuente, Sacræ Theologiæ Lector Iubilatus, & Ordinis Minorum regularis obſeruantiæ Secretarius Generalis, fidem facio & atteſtor, quòd cum Guardianum agerem celebris Conuentus Complutenſis, vbi religioſè ſeruatur corpus Venerabilis Patris F. Franciſci de Torres eiuſdem Ordinis, Prædicatoris Apoſtolici, interfui viſitationi reliquiarum eiuſdem Serui Dei factæ à Iudicibus à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter delegatis ex præſcripto Rotuli expediti ad conſtructionem plenarij proceſſus pro Beatificatione, & Canonizatione eiuſdem Serui Dei; & quòd aperto ſarcophago, inuenta ſunt oſſa eius admodum rubra. Qui igneus color (ſpectatis alijs ſanctimoniæ officijs, & miræ pietatis conaminibus concionatoris igniti in excitandis hominibus à torpore vitæ, & ad ſalutis ſemitas haud ſegniter percurrendas) tum à Iudicibus Apoſtolicis, tum à peritiſsimis Doctoribus Medicis, & cæteris inſpectionis ſepulchri teſtibus æſtimatum eſt præclarum ſanctitatis eiuſdem Venerabilis Patris ſpecimen, omni acceptione dignum. In quorum fidem hæc mea manu ſubſcripſi, in Conuentu Matritenſi, Kalendis Aprilis, anno mileſimo ſexcenteſimo quadrageſimo.

F. Gaſpar de la Fuente.

Obſeruatio contra cõmenta aduerſariorũ.

22 Hæc contra Iouium, Bzouium, & Mateneſium ſcripſimus pro iuſta Scoti aſſertione; vbi conſectarij inſtar oportet recolere, quòd ne falſitatis arguererur Iouius circa Scoti hiſtoriam, locum, annum, diem Scotici obitus callidè prætermiſit. Deinde quòd Bzouius extinctionem Scoti per quatuordecim annos anticipauit; cuius facti cauſam reſerauimus ex Ferchio, & Authore Nitelæ ſupra in §. 15. à num. marg. 22. vſque ad finem. Poſtremò, quòd Mateneſius (vt patefecimus in §. 14. ſub num. marg. 2. & num. 8. & 9.) licet manum cum Bzouio conſeruiſſe, & in illum inuehi appareat tam circa nomenclaturam Scoti, quem Duacium appellauit, quàm circa Præceptorem Alenſem, in quo Bzouium deſerit, vt ſe accuratioris iudicij exhiberet hiſtoricum; in cæteris tamen maioris momenti commẽ-

tis

tis Iouio,& Bzouio ſuffragatur, adeò craſſos circa annum & ſeriem mortis Scoti lapſus propinans, vt patens veritas reddiderit caſſa aduerſantium molimina.

Ratio & mēs authoris in his ita ſenſò excutiendis.

23 Quare licet (vt ex Ferchio obſeruauimus in §. 14. ſub num. marg. 3. agentes contra Mateneſium) noſtrates poſthabuerint futilia Iouij commenta; quia hæc tamen Bzouij, & Mateneſij cauillis initia præbuere, è re fuiſſet, illa ſtatim diſpungere, ne fucum facerēt, & in ignauorum & incautorum animos irreperent; iuxta Menandri monitum.

Menander.

Calumniam ne ſperne vel falſiſſimam:
Nonnulli enim artem illius augendæ tenent,
Quos propter illam ſi caues, rectè facis.

Debuerunt aduerſatiorum technæ detegi iuxta B. Laurentij Iuſtiniani doctrinā.

24 Hæc in Iouio, Bzouio,& Mateneſio inſectatoribus Scoti obſeruare licuit; quamobrem id non in concinnè ex B. Laurentio Iuſtiniano ſubiungimus in Opuſculo de interiori conflictu, cap. 6. in initio. *In ſuperiori tractatu tenuis ingenioli noſtri eouſque laborauit intentio, vt bellantium hoſtium diuerſitates agnoſcantur, & fraudes; caſſo ſiquidem labore deſudat, quiſquis certaminis introiens campum, ignorat cum quibus debeat habere conflictum. Verùm ad victoriæ profectum ſicut vtile eſt ſcire quis tertet, ita neceſſarium cenſetur, armorum non ignorare præſidia.*

Defenſio Scoti ex Molano & Miræo.

25 Deinde contra Iouij technas cenſionem exhibeo literatiſsimi Viri & accuratiſsimi hiſtorici Auberti Miræi Decani Antuerpienſis in Bibliotheca Eccleſiaſtica, in Auctario ad Septem Nomenclatores veteres, cap. 408. Vbi Scotum vel ſic egregiè vindicat, tam ex ſuo iudicio, quā ex doctiſsimi Molani aſſertione ex Bibliotheca manuſcripta Molani.

Ioannes Duns, Scotus, Ordinis Minorum, inter Scolaſticos nobilis (quem Doctorem Subtilem appellant) Oxonię publicauit Quodlibeta, & Commentaria in libros quatuor ſententiarum. Quod ſcriptum vulgò dicitur Opus Anglicanum ſiue Oxoniēſe, Venetijs 1514. & alibi poſtea impreſſum. Poſtea Pariſijs Lecturam contractiorem, & magis frugiferam; *Quam nos* (ait Ioannes Maior) *calcographis imprimēdam biſce diebus dedimus.* Obijt Coloniæ, anno milleſimo trecenteſimo octauo. Sic ferè Molanus in manuſcripta Bibliotheca ſacra. Tumulus eius viſitur Coloniæ in medio Chori apud Franciſcanos. *Fabuloſum illi mortis genus Paulus Iouius in Elogijs Virorum Illuſtrium affinxit; fabuloſum dico, vt pote cuius nulla ſit Coloniæ memoria in Archiuis Monaſterij, aut in Epitaphijs varijs monumento appenſis.*

Executiuntur Iouij nugamenta.

Ex Miræo & Molano, Baſſolius aſſeritur ad Scotos attinere.

26 Ex quo etiam authore loco citato, & ex Molano in ſua Bibliotheca Sacra, Ioannem Baſſolium, natione Scotum autumo; ita igitur habet in Auctario, cap. 421. *Ioannes Baſſolius, Scotus, Ordinis Minorum, Ioannis Scoti diſcipulus, ſcripſit Lecturam in quatuor libros Sententiarum Pariſijs anno 1516. in folio excuſam; quam Petrus Crabbius notat prælectam fuiſſe Mechliniæ anno milleſimo trecenteſimo viceſimo ſecundo. Ita Molanus in manuſcripta Bibliotheca ſacra. Labitur itaque Bellarminus, qui ſcribit, Baſſolium vixiſſe anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo.* Quæ ex Miræo tranſcripſi vt dubitationem excuterem circa Baſſolij patriam, quam ex ſilentio Ferchij, Rodulphij, Gonzagæ, Bellarmini, & Vvadingi hauſeram.

Defenſio Scoti ex Georgio Conæo.

27 Vltimò tandem ad proſternenda nugamenta Iouij attexo teſtimonium Georgij Conæi, in Tractatu de Duplici Statu Religionis apud Scotos, edito Romæ typis Vaticanis, anno 1628. vbi libr. 1 de Roberto Bruſio, Rege Scotiæ, ad annum 1300. deſcribens cruentas irruptiones Eduardi Regis Angliæ in Scotiam; de quibus nos ſupra in §. 17. à n. marg. 16. vſque ad 18. ita de Scoti pietate, & celebri vitæ & morum eius innocentia loquitur.

Flagrante bellis Scotia, Ioannes Duns Ordinis D. Franciſci, & Subtiliſi-

Georg. Conæus.

tiliſsimi vir ingenij, in Angliam primùm, ac poſtea in Galliam profectus, ſummæ in omni Philoſophia, & Theologia ſubtilitatis laude clariſsimus; vitæ etiam morumque innocentia celebris, Coloniæ Agrippinæ immaturo funere elatus fuit: cuius tumulo ſequens Epitaphium appoſitum.

Scotia me genuit; Anglia me ſuſcepit;
Gallia me docuit; Colonia me tenet.

Pendè pro captiuitate & catenatione Scoti ſub Rege Angliæ.

Vbi debitis extollens præconijs ſummam ingenij Scoti aciem, inſignemque innocentiæ morum ac pietatis celebritatem; adſtruit, Scotũ Coloniæ immaturo obitu ſublatum, quia in florenti iuuenta è viuis exceſſerit; truculenta ea, quæ Iouius excogitauit, contemnens. Circa cuius authoris pronuntiata de immigratione Scoti in Angliam, relicta Scotia bellis flagrante, id obſeruandum incidit, quod loco citato in §. 17. ex probatis Authoribus de captiuitate & catenatione Scoti ſub Eduardo Angliæ Rege, ſcripſimus; ſi enim bellorum ignis Scotiam exurens & depopulans erumpebat ex Anglia, non apparet cur Subtilis Doctor patriam Scotiam deſerat iubens, vt ad hoſtilem trucemque Anglorum dominatum confugiat, ſed quòd captiuus ſub Angli tyrannide agonizauerit. Hæc pro excutiendis contra Scoti pietatem cauillis aduerſariorum.

28 Vnde hiſtoriam hanc vel S. P. Epiphanij verbis finire liceat, in Panario contra hæreſes, ſiue Arcula, aut Capſula Medica, lib. 3. cap. vltimo; dum enim aduerſariorum calumnias propulſantes, medicam manum, & tergentem adhibemus ſpongiam, placuit ex Capſula medica Epiphanij hæc pharmaca contra mordentes haurire.

S. Epiphan.

Vix tandem à quæſtionibus vndequaque extricati, & ipſarum improbitatis tranſgreſſi, tranquillis veritatis regionibus appropinquauimus. Omnem quidem maris difficultatem progreſſi, & omnem tempeſtatem ſpumaſque ac vndarum eleuationes perpeſſi, commotionem verò, vt ita dicam, vertigines, breuitaque non vulgaria, & locos feros ac immanes conſpicati, in periculoque horum per ſermones conſtituti, nunc portum pacis videntes, rurſus obſecramus Dominum, vt ad ipſum applicare nobis contingat. Multa quidem, ſi verum dicere oportet, in his mala & contumelias non vulgares perpeſſi, per terram ac mare pedibus ac manibus itinere confecto, terræ aſperitates, & deſerti difficultates, & prædictorum pelagorum pericula experti.

FINIS.

TABVLA VITAE SCOTI IN VIGINTI DVOS PARAGRAPHOS, seu capita distributæ.

§. 1. De ortu & educatione Doctoris Subtilis. Pag. 2.
§. 2. An acumen Scoti fuerit natiuum, an ope Deiparæ Immissum? Pag. 4.
§. 3. Mores, & virtutum officia Ioannis Scoti in Monachatu. Pag. 5.
§. 4. Puritas fidei Scoti, & eius deuotissimum canoni Ecclesiæ iudicium. Pag. 7.
§. 5. Recensio agonum, quos adiuit Scotus contra hæreticos. Pag. 9.
§. 6. Amarulentiæ, & machinationes hæreticorum in Scotum. Pag. 12.
§. 7. Aliæ hæreticorum technæ in Scotum. Pag. 14.
§. 8. De Charitate Scoti in Deum; & quòd inter Scholasticas dissertationes mysticis iaculaminibus æstuet. Pag. 17.
§. 9. De ardentissima Scoti dilectione in Christum, & qualiter eum sub specie paruuli in vlnis exceperit, illius suauissimo dignatus amplexu. Pag. 19.
§. 10. Pietas Scoti in Deiparam, & glorioſa concertatio pro Immaculatæ Conceptionis assertione; insuper analogia Scoti ad S. Ildephonsum Toletanorum Archipræsulem Mariani candoris pugilem, & ad alios Patres defensioni Virginis mancipatos. Pag. 23.
§. 11. De Charitate Scoti in proximos, & quòd nullum Scriptorem adorsus fuerit libidine contendendi, sola reserandæ veritatis zelo, & acumine punctus. Pag. 29.
§. 12. De supernaturali dono spei in Scoto, vbi excutitur fabella de desperatione eius in sepulchro Pag. 32.
§. 13. Dispunguntur criminationes Bzouij de desperatione Scoti in sepulchro. Pag. 37.
§. 14. Castigatio Friderici Matenesij sinistrè sentientis cum Bzouio de sepulchro Scoti; vbi etiam excernitur Historia Henrici Spondani ex parte adhærentis Genebrardo. Pag. 43.
§. 15. Authores pro Scoto contra impostură Iouij; vbi quæ fuerit occasio nugamenti Iouiani: itē & erroris vulgi apud Volaterranū. Pag. 52.
§. 16. De Obedientia, Paupertate, & Castitate, seu de Votis Regularis Instituti, acta & pronuntiata Scoti. Pag. 60.
§. 17. Synopsis & Breuiarium cæterarum Virtutum Scoti; vbi de Humilitate, Patiētia, Oratione, & de Sapientiæ infusæ, & Timoris diuini donis specialiter agitur. Pag 65.
§. 18. De Scientia Scoti, & mirabili eius in literis profectu. Pag. 74.
§. 19. De Subtilitate, & Vtilitate doctrinæ Scoti; vbi propulsantur impostura & criminationes aduersariorum, & excernuntur iniustæ cēsiones de aliquot Scoti pronuntiatis. Pag. 85.
§. 20. Recensio celebriorum Auditorum Scoti cum summario Vitæ & doctrinæ eorumdem. Pag. 97.
* De Francisco Maironio, Doctore illuminato. In eodem §. 20. n. marg. 4.
* De Ioanne Bassolio, Scoti auditore & sectatore præcipuo. In eodem §. 20. num. marg. 15.
* De Petro Aureolo Archiepiscopo Aquēsi, & Cardinali. In eodem §. 20. num. marg. 20.

* De Aluaro Pelagio Epiſcopo Siluenſi, & Cardinali; vbi vindicatur ab antiquorum chronologorum ſilentio Papatus Vicedominj de Vicedominis, & Cardinalatus Alberti Gonzagę, & B. Conradi Aſculani, Minoritarum. In eodem §. 20. num. marg. 36.
* De Antonio Andrea, & Guilielmo de Rubione Hiſpanis ex Prouincia Aragoniæ, auditoribus Scoti. In eodem §. 20. num. marg. 55.
* De Landulpho Archiepiſcopo Amalphitano, Ioãne Canonico, Gerardo Odone, Miniſtro Generali Ordinis Minorum, Franciſco de Marchia, Hugone de Caſtronouo auditoribus Scoti. In eodem §. 20. num. marg. 66.
* De Ioanne de Ripa, & Alexandro de Alexandria, Miniſtro Generali Ordinis, auditoribus Scoti; vbi & tres Summos Põtifices Scoti ſectatores oſtendimus. In eodem §. 20. num marg. 77.
* De Guilielmo OKamo, Anglico, Nominalium Principe, auditore & inſectatore Scoti. In eodem §. 20. num. marg. 89.
§. 21. Poſtremus Scoti morbus, grauium Virorum de Sancta Scoti in Domino obdormitione iudicia: vbi & incidenter defenditur legitima doctrina & etiam Sanctitas B. Amadei aſſertoris Scoti, & nouæ Apocalypſis Authoris contra accuſationem Bzouij. Pag. 130.
§. 22. Fama poſthuma Scoti ex monumentis, Archiuis Colonienſibus, & Epitaphijs tumulo Scoti appenſis. Pag. 185.

ERRATA IN APPARATV HISTORICO DE VITA Scoti ſic caſtiganda.

PAgina 2. ante medium. Vrbes Græciæ. Lege. Græciæ.
pag. 3. prope initium. Ioannes Dempſterus. Lege. Thomas Dempſterus.
pag. 5. prope finem. Ordinem antea labeſcentem. Lege. Labaſcentem.
pag. 12. prope finem. Genium hominis. Lege. Ingenium.
pag. 13. in medio. Scotum exprobantis. Lege. Exprobrantis.
pag. 14. in initio. Hæreticorum petulantium. Lege. Petulantiam.
pag. 16. poſt medium. Legitimo coniungio. Lege. Coniugio.
pag. 19. prope finem. Nuncupiantur, & ſubiectar. Lege. Nuncupantur, & ſubiectarum.
pag. 22. prope finem. Pater enim viſceratim in tenellos infantulos afficitur. Lege. Patris enim viſcera in tenellos infantulos afficiuntur.
pag. 30. prope finem. S. Thomæ antegoniſta. Lege. Antagoniſta.
pag. 53. prope finem. Impudenter emoueret. Lege. Euomeret.
pag. 59. prope medium. Fabellæ cuſtæ. Lege. Cuſæ.
pag. 62. ante medium. Soti pietas. Lege. Scoti.
pag. 66. prope initium. Hæreticorum genia. Lege. Ingenia.
pag. 68. poſt medium. Charitas affectus. Lege. Charitatis.
pag. 70. prope finem. Tricis expedientem. Lege. Expedientes.
pag. 71. in medio. Poſsibibile erat. Lege. Poſsibile.
pag. 72. in initio. Santioris vitæ. Lege. Sanctioris.
pag. 78. poſt medium. Ante annum milleſimum biſcenteſimum octauum. Lege. Milleſimum biſcenteſimum nonageſimum octauum.
pag. 86. poſt medium. Nec ad Franciſcanos attineret. Lege. Licet attineret.
pag. 99. prope initium. Sobornam claudit. Lege Sorbonam.
pag. 101. prope finem. Pro illius tempore ratione. Lege. Illius temporis.
pag. 111. prope initium. Quarta die creationis ſuæ expirabit. Lege. Expirauit.
In eadem pag. poſt medium. Prædita etiam communit. Lege. Prædicta.
Pag. 132. poſt medium. Conflitactionis literariæ. Lege. Conflictationis.
pag. 136. in initio. Monaſterij Colonienſis archiuijs. Lege. Archiuis.
pag. 182. prope finem. In publicam & thenticam formam. Lege. Authenticam.
In eadem pag. paulò infra. Fuit Prouiacialis. Lege. Prouincialis.
pag. 187. ante medium. Ad leuam. Lege. Ad læuam.

PROAEMIVM, SEV PROLVSIONES AVTHORIS AD CONtrouerſias Theologicas.

1 EA, Quæ in vita Scoti, §. 18. & 19 latè diſcuſſimus de acumine, & vtilitate doctrinæ Doctoris Subtilis, nos prolixis præambulis exonerabunt circa Scoti vindicias ab iniuſtis aduerſariorum cenſionibus. Item præconia, & doctrinæ momenta, quæ in §. 20. obſeruauimus in Franciſco Maironio, Ioanne Baſſolio, Petro Aureolo Cardinali, Gulielmo Rubione præcipuis Scoti auditoribus (quorum aureis pronuntiatis noſtram qualem qualem opellam locupletauimus, & ideò horum Doctorum imagines in frõte libri exarauimus) nos à longis præfationibus extricabunt circa debitas, nec ſatis æſtimatas primariorum illorum Theologorum laudes: quare fragmenta ex Commentarijs prædictorum Magiſtrorum ad fidem, & verbum ſæpè tranſcribo, vt appareat quã obſtrictum ſit noſtris hominibus Theologicum acumen.

Præconia & doctrina momenta Maironij Aureoli, Baſſolij, & Rubioni.

2 Neoterici enim aliquot haud rarò illorum aſſerta mutuati, authorum nomina celant, & ſupprimũt, quod & illis ceſſit impunè, dum ob antiquitatem peruia non ſint illorum ſcripta; vnde & clariſsima monimenta ſibi arrogare pertentarunt non abſque immodica Franciſcani Ordinis iactura; & contra Baſilij re, & nomine Magni monitũ, in Epiſt. Gregor. *Si quid ab alio didiceris, ne illud occultes, ſicut faciunt improbæ mulieres ſpurios partus ſubijcientes: ſed authorem doctrinæ grato animo celebres.* In quos literarios fures, vel ſic etiam intonat Syneſius, Epiſtola 141. *Magis impium eſſe arbitror, mortuorum lucubrationes, quàm veſtes furari:*

Suppreſsio doctrinæ præcedẽtiũ doctorum ex ſilentio Neotericorum.

S. Baſilius

Syneſius.

rari: quòd ſepulchra perfodere dicitur. Vbi ſcite alludit Syneſius ad expilatores veſtium defunctorum, qui pretioſis indumentis ornati, & in ſepulchro deliteſcẽtes, adhuc impios prædonum patiebãtur incurſus; vnde erupit priſcorum pronuntiatum in Ethicis ſententijs: *Impium eſt minus furari mortui amictum, quàm librum.*

Iactura rei literariæ ex ſuppreſſione priſcorũ Theologorum.

Quare & noſtri iuris fuit, dogmata illa, nõ vn noua quædam recentiorum inuenta inſerere, ſed ad veros Authores, quaſi ad fontes reuocare; vt noua (ſi quæ ſint, vel taliter æſtimata) reſpondeant & cohæreant veteribus; adeò vt eos Theologicæ diſciplinæ maieſtatẽ eleuare, & quaſi exauthorare cenſeã, qui arrogata ſibi, aut emẽtita primi vel veri authoris nomenclatura, antiquã doctrinam debita authoritate (quã ſibi parit venerãda antiquorum Theologorum canities) orbatam, & eneruem propinent; quæ tamen obuijs vlnis excipi poſſet, ſi eam referatis veris & claſsicis authoribus infunderent.

Studiũ Authoris in eruendis antiquorũ pronuntiatis.

3 Quamobrem ſæpe tranſcribo Alexandrum Alenſem, irrefragabilem Doctorem ab antiquis vocitatũ; imò & vitæ fontem, ex quo non riuuli, ſed alti illi amnes ad mirã paradiſi Eccleſiæ fœcunditatẽ eruperint, Thomas Angelicus, & Bonauentura Seraphicus, tanti Doctoris alũni. Haud rarò etiam attexo pronuntiata Bonauenturæ ex ſpirituum ignitorũ ordine, ſplendentis & ardentis lucernæ. Etiã aduoco Maironium ſchemate illuminati Doctoris apud Pariſinos celebrẽ, & Aureolum Cardinalẽ, vbique acrẽ, vbiq; pugnacem, & neruoſum, adeò vt ad ſcholaſticos agones natus appareat: itẽ & Baſſolium acutum & celebrem Theologum; & ex Hiſpanis noſtris Sapientiſsimum Gulielmum Rubionum; qui quot & quanta nobis ſubſidia ſuppeditauerint ad tranandam ſcholaſticarum diſſertationũ abyſſum, lectoris iudicio deferimus.

Item & in verſandis neotericis probatioribus.

Sæpe etiam neotericos probatioris notæ ſcriptores conſulimus, & verſamus, iuxta proficuũ illud Plinij præſcriptum in Epiſtola ad Caninium, lib. 6. *Sum ex ijs, qui mirer antiquos; nõ tamen (vt quidam) temporum noſtrorum ingenia deſpicio. Neque enim quaſi laſſa & effœta natura, vt nil iam laudabile pariat.*

Pietas in Alenſem, & Bonauenturam, de quibus infra.

4 Quia tamen in vita Scoti de quatuor illis primarijs Scoti auditoribus verba fecimus, in præſenti id erit reliquum, vt circa S. Bonauenturæ & Alenſis dogmata, quorum doctrinam amplexamur in his, quæ Scoto nõ aduerſantur, aliquid defenſionis pro exiguo penu noſtro exhibeamus; poſtquam priùs de aliquibus capitibus (quæ ad opinabilia diſsidia inter Scotizantes

atti-

De authoris inſtituto in præmialibus Prolusionibus.

attinent) oſtenderimus, nos nec latum vnguem à rigidis Scoticæ diſciplinæ cancellis proſiluiſſe: quòd præſtabimus, vel breues has quaſi literarij certaminis proluſiones excitantes.

PROLVSIO I.

DE INTRINSECA RATIONE FORMAE ſupernaturalis.

Antiquorũ Theologorũ ſententia de ſupernaturalitate intrinſeca formarum.

1 QVando Scotus, & ferè omnes antiqui Scholaſtici aſſerunt rationem intrinſecam formæ ſupernaturalis conſiſtere in hoc, quòd per actionem creatiuam producatur, & non per eductiuam; non loquuntur de creatione formæ ſupernaturalis cõtra illius exigentiam, quę à ratione ſua expoſcat educi, ac proinde & effici dependenter à ſubiecto; quia alias ineptè conceptum ſupernaturalis formæ expendiſſent, cũ etiam albedo & quælibet alia naturalis forma effici queat à Deo per creationẽ contra connaturalem exigentiam huiuſmodi formarum, quæ intra cauſalitatem eductiuam ſubſtratorum concluduntur. Quare id maximè voluerunt, quòd forma ſupernaturalis talis ſit ob exuperantiorem gradum eſſendi ſupra totius naturæ creatæ claſſim & metam; quòd produci non exigat inquantùm intrinſecè ſupernaturalis eſt, dependenter ab aliquo ſubſtrato eductionis, ſicut nec intra eminentiam eductiuã alicuius ſubſtrati contineri valeat.

Forma ſupernaturalis vt talis non exigit fieri dependẽter à ſubſtrato.

2 Quò etiam fit, vt forma ſupernaturalis, vt ſupernaturalis, ſicut nec in fieri, ita nec in conſeruari pendeat connaturaliter à ſubſtrato ordinis naturæ, itavt per connaturalem exigenciam expoſcat ſubſtrato ordinis naturalis cõponi, & ab illo pendere; ſi enim exigeret connaturaliter conſeruari à ſubſtrato ordinis naturæ, ita etiam penderet in fieri. Vnde forma ſupernaturalis, vt ſupernaturalis, tantùm expoſcit connaturaliter conſeruari à Deo per ſupernaturalem influxum; non tamen connaturalem vendicat dependentiam à naturali ſubſtrato inferioris ordinis.

Quid de forma ſupernaturali creata extra ſubiectum?

Quare ſi Deus formam ſupernaturalem crearet extra ſubiectum, licet id miraculi deſtrueret compoſitionem obedientialem, ſed non compoſitionẽ connaturalem, ſeu iuxta connaturalem exigentiam formæ reſpectu ſubſtrati ordinis naturæ; quia forma ſupernaturalis non expetit componi cõnaturaliter potentiæ vel ſubſtrato naturali; nec ab illo pendere, à quo tantùm pendet per inhærentiam, & compoſitionem obedientialem.

Optima inſtantia de accidente ſpirituali cõpoſito ſubſtrato corporeo.

3 Simili ratione, qua apud eos Theologos, qui aſſerunt, poſſe de abſoluta Dei potentia accidens ſpirituale componi ſubſtrato materiali; accidens ſpirituale in illa hypotheſi, & per comparationem ad ſubſtratum inferioris ordinis, nec connaturaliter produceretur in ſubiecto corporeo, nec etiam extra omne ſubiectum, etiam corporeum, ſed componeretur ſubiecto corporeo ſecundùm obedientialem potẽtiam. Vnde ſicut accidens ſpirituale, quia eſt eleuatioris ordinis intrinſeci, & quaſi phyſici, non petit per connaturalem exigentiam coniungi & inhærere ſubſtrato corporeo; quia ſi compoſitio ad ſubiectum corporeum non eſſet obedientialis, ſed connaturalis accidẽti ſpirituali, etiam ſubſtratum corporeum eſſet cõnaturale formę ſpirituali, cùm compoſitio formę ad ſubſtratum claudat ipſum ſubſtratum vt compartem intraneam talis compoſitionis: ita ſi compoſitio formæ ſupernaturalis ad ſubſtratum naturale eſſet connaturalis & debita formæ ſupernaturali, etiam ſubſtratum naturale eſſet connaturale formę ſecundùm eſſe phyſicum, & intrinſecum ſupernaturali; cùm cõpoſi-

Vrgetur doctrina præcedens.

rari: quòd ſepulchra perfodere dicitur. Vbi ſcite alludit Syneſius ad expilatores veſtium defunctorum, qui pretioſis indumentis ornati, & in ſepulchro deliteſcētes, adhuc impios prædonum patiebātur incurſus; vnde erupit priſcorum pronuntiatum in Ethicis ſententijs: *Impium eſt minus furari mortui amictum, quàm librum.*

Iactura rei literariæ ex ſuppreſſione priſcorū Theologorum.

Quare & noſtri iuris fuit, dogmata illa, nō vn noua quædam recentiorum inuenta inſerere, ſed ad veros Authores, quaſi ad fontes reuocare; vt noua (ſi quæ ſint, vel taliter æſtimata) reſpondeant & cohæreant veteribus; adeò vt eos Theologicæ diſciplinæ maieſtatē eleuare, & quaſi exauthorare cenſeā, qui arrogata ſibi, aut emētita primi vel veri authoris nomenclatura, antiquā doctrinam debita authoritate (quā ſibi parit venerāda antiquorum Theologorum canities) orbatam, & eneruem propinent; quæ tamen obuijs vlnis excipi poſſet, ſi eam referatis veris & claſsicis authoribus infunderent.

Studiū Authoris in eruendis antiquorū pronuntiatis.

3 Quamobrem ſæpe tranſcribo Alexandrum Alenſem, irrefragabilem Doctorem ab antiquis vocitatū; imò & vitæ fontem, ex quo non riuuli, ſed alti illi amnes ad mirā paradiſi Eccleſiæ fœcunditatē eruperint, Thomas Angelicus, & Bonauentura Seraphicus, tanti Doctoris alūni. Haud rarò etiam attexo pronuntiata Bonauenturæ ex ſpirituum ignitorū ordine, ſplendentis & ardentis lucernæ. Etiā aduoco Maironium ſchemate illuminati Doctoris apud Pariſinos celebrē, & Aureolum Cardinalē, vbique acrē, vbiq; pugnacem, & neruoſum, adeò vt ad ſcholaſticos agones natus appareat: itē & Baſſolium acutum & celebrem Theologum; & ex Hiſpanis noſtris Sapientiſsimum Gulielmum Rubionum; qui quot & quanta nobis ſubſidia ſuppeditauerint ad tranandam ſcholaſticarum diſſertationū abyſſum, lectoris iudicio deferimus.

Item & in verſandis neotericis probatioribus.

Sæpe etiam neotericos probatioris notæ ſcriptores conſulimus, & verſamus, iuxta proficuū illud Plinij præſcriptum in Epiſtola ad Caninium, lib. 6. *Sum ex ijs, qui mirer antiquos; nō tamen (vt quidam) temporum noſtrorum ingenia deſpicio. Neque enim quaſi laſſa & effœta natura, vt nil iam laudabile pariat.*

Pietas in Alenſem, & Bonauenturam, de quibus infra.

4 Quia tamen in vita Scoti de quatuor illis primarijs Scoti auditoribus verba fecimus, in præſenti id erit reliquum, vt circa S. Bonauenturæ & Alenſis dogmata, quorum doctrinam amplexamur in his, quæ Scoto nō aduerſantur, aliquid defenſionis pro exiguo penu noſtro exhibeamus; poſtquam priùs de aliquibus capitibus (quæ ad opinabilia diſsidia inter Scotizantes

atti-

De authoris inſtituto in proœmialibus Prolu-ſionibus.

attinent) oſtenderimus, nos nec latum vnguem à rigidis Scoticæ diſciplinæ cancellis proſiluiſſe: quòd præſtabimus, vel breues has quaſi literarij certaminis proluſiones excitantes.

PROLVSIO I.

DE INTRINSECA RATIONE FORMAE ſupernaturalis.

Antiquorũ Theologorũ ſententia de ſupernaturalitate intrinſeca formarum.

1 QVando Scotus, & ferè omnes antiqui Scholaſtici aſſerunt rationem intrinſecam formæ ſupernaturalis conſiſtere in hoc, quòd per actionem creatiuam producatur, & non per eductiuam; non loquuntur de creatione formæ ſupernaturalis cõtra illius exigentiam, quę à ratione ſua expoſcat educi, acproinde & effici dependenter à ſubiecto; quia aliàs ineptè conceptum ſupernaturalis formæ expendiſſent, cũ etiam albedo & quælibet alia naturalis forma effici queat à Deo per creationẽ contra connaturalem exigentiam huiuſmodi formarum, quæ intra cauſalitatem eductiuam ſubſtratorum concludũtur. Quare id maximè voluerunt, quòd forma ſupernaturalis talis ſit ob exuperantiorem gradum eſſendi ſupra totius naturæ creatæ claſsim & metam; quòd produci non exigat inquantùm intrinſecè ſupernaturalis eſt, dependenter ab aliquo ſubſtrato eductionis, ſicut nec intra eminentiam eductiuã alicuius ſubſtrati contineri valeat.

Forma ſupernaturalis vt talis non exigit fieri dependẽter à ſubſtrato.

2 Quò etiam fit, vt forma ſupernaturalis, vt ſupernaturalis, ſicut nec in fieri, ita nec in conſeruari pendeat connaturaliter à ſubſtrato ordinis naturæ, itavt per connaturalem exigentiam expoſcat ſubſtrato ordinis naturalis cõponi, & ab illo pendere; ſi enim exigeret connaturaliter conſeruari à ſubſtrato ordinis naturæ, ita etiam penderet in fieri. Vnde forma ſupernaturalis, vt ſupernaturalis, tantùm expoſcit connaturaliter conſeruari à Deo per ſupernaturalem influxum; non tamen connaturalem vendicat dependentiam à naturali ſubſtrato inferioris ordinis.

Quid de forma ſupernaturali creata extra ſubiectum?

Quare ſi Deus formam ſupernaturalem crearet extra ſubiectum, licet id miraculi deſtrueret compoſitionem obedientialem, ſed non compoſitionẽ connaturalem, ſeu iuxta connaturalem exigentiam formæ reſpectu ſubſtrati ordinis naturæ; quia forma ſupernaturalis non expetit componi cõnaturaliter potentiæ vel ſubſtrato naturali; nec ab illo pendere, à quo tantùm pendet per inhærentiam, & compoſitionem obedientialem.

Optima inſtantia de accidente ſpirituali cõpoſito ſubſtrato corporeo.

3 Simili ratione, qua apud eos Theologos, qui aſſerunt, poſſe de abſoluta Dei potentia accidens ſpirituale componi ſubſtrato materiali; accidens ſpirituale in illa hypotheſi, & per comparationem ad ſubſtratum inferioris ordinis, nec connaturaliter produceretur in ſubiecto corporeo, nec etiam extra omne ſubiectum, etiam corporeum, ſed componeretur ſubiecto corporeo ſecundùm obedientialem potẽtiam. Vnde ſicut accidens ſpirituale, quia eſt eleuatioris ordinis intrinſeci, & quaſi phyſici, non petit per connaturalem exigentiam coniungi & inhærere ſubſtrato corporeo; quia ſi compoſitio ad ſubiectum corporeum non eſſet obedientialis, ſed connaturalis accidẽti ſpirituali, etiam ſubſtratum corporeum eſſet cõnaturale formę ſpirituali, cùm compoſitio formę ad ſubſtratum claudat ipſum ſubſtratum vt compartem intraneam talis compoſitionis: ita ſi compoſitio formæ ſupernaturalis ad ſubſtratum naturale eſſet connaturalis & debita formæ ſupernaturali, etiam ſubſtratum naturale eſſet connaturale formę ſecundùm eſſe phyſicum, & intrinſecum ſupernaturali; cùm cõpoſi-

Vrgetur doctrina præcedens.

cio cõnaturalis claudat ipſum ſubſtratũ, vt concauſam materialem intrinſecam talis compoſitionis connaturalis, & iuxta connaturalem exigentiam talis formę.

4 Quare ſicut ſi accidens ſpirituale immitteretur diuinitus, & coniungeretur potenciæ corporeæ, non educeretur ex corporeo ſubſtrato, intra cuius paſſiuã potentiam, vel eminentiam eductiuã non præhabetur (nec enim intra ſinum materialis potentiæ ita delitescit forma ſpiritualis, vt inde per actionem eductiuam extrahi queat) ſed per actionem creatiuam produceretur ex nihilo, & deinde altera actione vnitiua cõponeretur (non ſecundùm naturalem, ſed obedientialem potentiam) ſubſtrato corporeo. Sic etiam forma intrinſecè & ſecundùm eſſe phyſicum ſupernaturalis, nõ valet educi ex ſubſtrato ordinis naturæ, intra cuius ambitum nõ concluditur tanquam intra paſſiuam poteſtatem ſubiecti ex Quo, & eductionis; ſed prima actione producitur ex nihilo, & ſecũda actione vnitiua, ſeu compoſitiua cõiungitur ſubſtrato, nõ ex connaturali exigentia formæ reſpectu ſubſtrati ordinis inferioris, ſed ſolùm obedientialiter, dũ obedit Deo componenti formam cum ſubiecto alterius ordinis infra gradum phyſicum formę exuperantis claſſim totius naturæ. Quæ ſeriò & preſsè verſamus in Controu. 9. de Viſione Dei, diſt. 1. ſubdiſt. 2. de Principio ſupernaturali viſionis ex parte potentiæ, art. 1. de ſupernaturalitate luminis gloriæ. Et in Controu. 12 de Ideis, in Appendice de poſsibilitate entis, ar. 4. Vtrũ potẽtia naturalis ſit connexa cum poſsibilitate actus ſecundi ſupernaturalis ſecundùm ſubſtantiam?

5 Vnde excutimus doctrinam Soarij tom. 2. de Gratia, lib. 6. cap. 6. ſub nu. marg. 13. vbi ita habet. *Non oportet inter hunc actum ſupernaturalem, & potentiam eſſe reciprocam habitudinem naturalem, vt videre licet in potentia paſſiua. Num gratia & habitus infuſi, quia ſunt accidentia, naturalem habitudinem dicunt ad ſua ſubiecta; & nihilominus ex parte ſubiecti nõ reſpondet naturalis habitudo, ſed tantum obedientialis.*

Ego autem æſtimo, quòd prędicta Soarij pronũciata ex dictis ſatis refellãtur; eòquòd repugnet, quòd hæc cõparatio, ſeu cõpoſitio formæ ad ſubiectũ, & è cõtra ſubiecti ad formã queat eſſe nõ reciproca, itaut ſi forma ſupernaturalis non vitalis ex ſe inclinetur in ſubſtratum naturale, etiam & verſa vice ſubſtratũ debeat propendere in formam. Quia cùm accidens & ſubiectum componantur inter ſe per eamdem formam modalẽ nexus, aut compoſitionis, quæ inquantũ cõnotat formam, ſeu ſpectatur ex parte formæ, appellatur inhærẽtia, & inquantũ cõnotat ſubſtratum recipiens & ſuſtentans formam, vocatur receptio & ſuſtentatio formæ à ſubſtrato ſuſtẽtante, inſuper cùm cõpoſitio & inhærẽtia hæc ambiat vtrumq; coextremum intrinſecum, inquantũ conſtituit vnitum, ſeu vnum quid coaleſcẽs ex forma, & ſubſtrato vt ex cauſis intrinſecis; fieri nequit, quòd cõparatio habitudinis inclinationis naturalis, quæ ſe tenet ex parte formę, nõ pareat etiam ſubſtrato coniunẽto ex vi eiuſdem vnionis indiuiduæ, itaut etiam ſubſtratum naturaliter componatur formæ, ac proinde comparatio habitudinis naturalis ſit reciproca.

Quia cùm cõpoſitio formæ ad ſubſtratum claudat ipſum ſubſtratum vt cõpartẽ materialem intrinſecam talis compoſitionis; ſi compoſitio formę ſupernaturalis ad ſubſtratum naturale, eſſet cõnaturalis formæ ſupernaturali, etiã ſubſtratum natiuum eſſet cõnaturale formæ ſupernaturali: quando autem ſubiectũ eſt naturale formæ, ſubiectum naturaliter inclinatur in formã; vt liquet in omnibus aliis ſubſtratis, quæ inclinantur in formas, quæ reciprocè inclinãtur in ſubſtratum: quare & ideo nec ſubſtratum corporale propendet in formã ſpiritualem, quia nec è cõtra forma ſpiritualis propẽdet in ſubſtratum corporeum, cui ſolùm componi obedientialiter poteſt apud aliquos Theologos. Aut ſi ſubiectũ nõ eſt connaturale formæ ſupernaturali, nec compoſitio ſubiecti ad formam poteſt eſſe connaturalis formæ ſupernaturali; ac proinde nec vice verſa compoſitio formæ ad ſubiectum poteſt eſſe connaturalis formæ, cùm per eamdẽ indiuiſam compoſitionem componatur forma ſubiecto, & è contra ſubiectum coniũgatur formæ. Quare conſequentiùs, ſicut apud nos forma ſupernaturalis non vitalis non inclinatur in ſubſtratum natiuum; ita verſa vice, nec ſubſtratum in formam ſupernaturalem non vitalem propendet.

I accidens ſpirituale roduceretur in ſubiecto materia, efficitur per creationem

Vrgetur ratio ex compoſitione accidentis ſpiritualis ad ſubiectũ corporeum.

Certũ Soa de inclinatione naturali habitus ſupernaturalis in ſubiectũ, & nõ contra.

Tellieur trina rij de habitudine urali nõ proca.

Aristot. 2. Phys. text. 70. Aristot. 2. Phys. text. 70. Aristot. 2. Phys. text. 70. Aristot. 2. Phys. text. 70. Aristot. 2. Phys. text. 70. Aristot. 2. Phys. text. 70.

ſtatem non concludatur.

Dilutio obiectionis.

Prædictam oppoſitionem diluimus locis ſupra citatis enucleantes, qualiter de ratione formæ ſupernaturalis ſit, quòd ex formali conceptu actus ſupernaturalis euehatur ſupra totum naturæ ordinem, ac proinde non præhabeatur intra eductiuam virtualitatem naturæ; licet ex alio prædicato vitæ intentionalis in actu ſecundo, ſeu operationis viuæ præhaberi queat intra cauſalitatem eductiuam ſubſtrati naturalis.

Actus ſupernaturalis prout vitalis educitur nó prout ſupernaturalis.

Pari ratione, qua effectus ſpiritualis, (quâ ens ſpirituale eſt, & eleuatioris ordinis, & gradus phyſici, in illa præciſione entis ſpiritualis, vt ſic eleuati ſupra vniuerſum materiale agens,) non continetur intra potentiam actiuam entis corporei; non tamen repugnat, quòd ens ſpirituale ob aliquod prædicatum, per quod ad talem ſpeciem entis contrahitur, præhabeatur intra virtualitatem, & eminentiam agentis corporei, & ſit connexum cum illo in quarto modo perfectatis. Cùm ſpecies intelligibilis, quæ à ſuperiori, & eleuata ratione entis ſpiritualis vt ſic, nequit effici ab agente corporeo, (aliàs aliquod aliud agens corporeum præferret vim initialem & incõpletã ad effectionem cuiuſlibet alterius accidentis ſpiritualis,) tamen ob contractam rationem imaginis obiecti corporei præcõtinetur ſpecies intelligibilis intra virtualitatem corporei phantaſmatis, & cũ illo cõnectitur in quarto modo perfectatis, vt in locis citatis preſsè oſtendimus.

Optima inſtãtia ex ſpecie intelligibili, & phantaſmate.

9 Deinde, ſi inſiſtas vlteriùs; quòd vitalitas operationis ſupernaturalis eſt eſſentialiter ſupernaturalis, & dato quòd non ſit eſſentialiter, ſeu formaliter ſupernaturalis, eſt tamen ſupernaturalis identicè, & materialiter, ob coniunctionem realem identicam vitalitatis cum prædicato ſupernaturalitatis; qua identitate intercedente, operatio ſupernaturalis nõ creatur, ſed educitur: igitur intrinſeca ratio formæ ſupernaturalis poſita nõ eſt in hoc, quòd forma ſupernaturalis, quâ talis, nõ educatur, ſed creetur.

Premitur oppoſitio in vitalitate intrinſecè ſupernaturali.

Infringitur ex cõparatione phantaſmatis ad ſpeciẽ non prout ſpiritualem.

10 Reſpondetur; ſicut quòd ſpecies intelligibilis, quâ ſpiritualis eſt, in illa formali præciſione, & conſideratione entis ſpiritualis vt ſic, non præcontineatur intra virtualitatem, & eminentiam effectiuam alicuius agentis corporei, aptè conducit ad exprimendam exuperantiam formæ ſpiritualis ſupra totum ordinem, & gradum entis corporei; quamuis aliàs materialiter loquendo, & identicè ſpecies ſpiritualis efficiatur ab agente corporeo, ob identificatum ſibi prædicatum imaginis obiecti corporei. Haud ſecùs, quòd operatio viua ſupernaturalis, prout ſupernaturalis, in illa formalitate & præciſione formæ ſupernaturalis, nõ præhabeatur intra cauſalitatem eductiuam alicuius ſubſtrati ordinis naturæ, confert optimè ad explanationem exuperantiæ formæ ſupernaturalis ſupra gradum, & ordinem totius claſsis naturæ; eſtò quòd aliàs forma vitalis ſupernaturalis educatur quaſi materialiter, & identicè, ob identitatem prædicati ſupernaturalitatis cum prædicato vitalitatis connexo cum principio viuo.

Pẽ de cõtra reijcientes doctrinã antiquorum Theologorũ de creatione habituũ ſupernaturalium.

Quam rationem explanandi ſupernaturalitatem intrinſecam formarum ſupernaturalium ex Scoto, & communi antiquorum Theologorum ſchola accuratè deprompſimus, à qua quia recentiores deviarunt, creationem habituum ſupernaturalium excutientes, viderint ipſi qualiter ſe extricent circa reſeparationem ſupernaturalitatis intrinſecæ; cùm omnia eorũ placita adeò expugnentur, vt vix aliquid appareat effugij, vt liquet ex his, quæ ſeriò verſamus locis citatis.

PROLVSIO II.

De naturali inclinatione potentiæ natiuæ ad formas ſupernaturales.

Facultas natiua nõ prõpendet naturaliter in habitus ſupernaturales.

1 EX Dictis in prolusione præcedenti depromimus quid concinnè ad mentem Scoti ſentiendum ſit de appetitu innato, ſeu naturali inclinatione formæ ſupernaturalis in ſubſtratum ordinis naturæ; & è contra de inclinatione facultatis na-

ti-

tiuæ in formas ſupernaturales : *De quibus latè egimus in Controuerſia 9. de Viſione Dei, diſtinction. 1. de Principio viſionis ex parte potentiæ, ſubdiſtinct. 1. de Intrinſeca, & natiua virtute intellectus ad viſionem ſupernaturalem, articul. 2. An intellectus naturaliter propendeat in viſionem Dei? Et in Controuerſia 12. de Ideis, in Appendice de poſsibilitate entis, artic. 4. Vtrùm potentia naturalis connectatur cum poſsibilitate actus ſecundi ſupernaturalis?* Quia ſicut ex ibi accuratè expenſis liquet, habitus ſupernaturalis ex ſe non inclinatur in ſubſtratum ordinis naturæ, nec à ſe expoſcit per connaturalem exigentiam, quòd pendeat à ſubſtrato claſſis, & ordinis naturæ, (aliàs enim ſi habitus ſupernaturalis per inclinationem, & appetitum ſuæ naturæ debitum propenderet in ſubſtratum ordinis naturæ, præcontineretur intra cauſalitatem eductiuam eius, pendens in eſſe, & fieri à ſubſtrato ordinis naturæ, acproinde habitus ſupernaturalis non crearetur, ſed educeretur,) pari ratione, qua accidens intrinſecè naturale, & tantùm ſupernaturale ex parte agentis, non creatur, ſed educitur.

Potẽtia ad habitus ſupernaturales eſt neutra & obedientialis.

Ita vice verſa, ſubſtratum ordinis naturæ non connectitur inclinatione, & connexione habitudinis tranſcendentalis cum habitu ſupernaturali, nec exprimit potentiam inclinationis, aut aptitudinem naturalem reſpectu habitus ſupernaturalis, ſed ſolùm neutram quamdam, & obedientialem potentiam; vt de mente Scoti oſtendimus loco citato in Controuerſia nona, diſtinction. 1. ſubdiſtinction. 1. artic. 2. à numer. margin. 15. vſque ad 17. præcipuè ex Quodlib. 19. ar. 3. §. *Tertia etiam negatio non ſufficit*, ſub num. marg. 19 editionis Hugonis Cauelli, vbi ita habet.

Scotus. ☞

2 *Ipſa enim*, (id eſt humanitas Chriſti aſſumpta à Verbo) *cùm ſit eiuſdem rationis cum mea natura, habet aptitudinem eiuſdem rationis, & ita habet aptitudinem ad ſubſiſtendum in ſe, & nõ habet aptitudinem ad dependendum ad perſonam extrinſecam; nec eſt inconueniens poſsibilitatem eſſe ſine aptitudine, quia ad formas ſupernaturales, etſi ſit potentia aliqua in ſuſceptiuo, non tamen propriè aptitudo: quia illa non eſt propriè niſi ad formam naturaliter perfectiuam.*

Vniuerſalis doctrina & probatio Scoti.

3 Igitur apud Scotum forma ſupernaturalis, quà ſupernaturalis, non perficit naturaliter ſubiectum ordinis naturæ; quia nec forma ſupernaturalis, quà talis, ex ſe inclinatur in ſubſtratum naturale, nec ſubſtratum ordinis naturæ à ſe propendet in formam ſupernaturalem, vt ſupernaturalem. Cui pronuntiato Scoti in Quodlibetis Pariſienſibus, vt poſteriori ſcripto adhærere debent Scoti ſectatores, eſtò quòd antea aliquid diuerſum in Commentariis Oxonienſibus inſinuaſſet, quod tantùm vt probabile admiſit; ſicut nec probabilitate caret, quòd lumen gloriæ & charitas ſint formæ ſupernaturales ſolùm extrinſecè, & ex parte agentis: quo dato, ſuſtineri poſſet naturalis inclinatio habitus ſupernaturalis in potentiam natiuam, & vice verſa etiam naturalis appetitus ſubſtrati ordinis naturæ in formam tantùm ſupernaturalem extrinſecè & ex parte agentis, vt docuimus in Controu. 12. de Ideis, in Appendice de poſsibilitate entis, ar. 4. ſub n. marg. 50.

Cõmentariũ textus, & conciliatio mentis Scoti.

Dato quòd habitus ſolũ eſſent extrinſecè ſupernaturales, admitti poſſet inclinatio naturalis ad habitus.

4 Quòd autem id aſſertum excludens intrinſecam ſupernaturalitatem habituum ſupernaturalium non ſit de propria mente Scoti; patet, quia proſterneretur vniuerſa eius doctrina de creatione formæ ſupernaturalis, eò quòd intra eductiuam poteſtatem ſubſtrati non prehabeatur, ſiquidem forma ſolùm ſupernaturalis ex parte agentis præcontinetur intra cauſalitatem eductiuam ſubſtrati, vt apparet in facultate videndi, qua donatur cæcus à natiuitate.

Supernaturalitas ſolũ extrinſeca habituum non eſt de aſſertione & firmo iudicio Scoti

Item, non eſſet implicatoria aliqua facultas intellectiua, & appetitiua, quæ per identitatem realem importaret eam vim agendi ſupernaturalem, quam ab habitu luminis gloriæ, & habitu charitatis haurit, ſi tales habitus nõ eſſent intrinſecè, & ſecundùm ſubſtantiam ſupernaturales; quòd aſſertum eſſe contra exploratam Scoti ſententiam, patefecimus in Controuerſia 9. de Viſione Dei, diſtinct. 1. ſubdiſtin. 2. de Supernaturali principio viſionis ex parte potentiæ, artic. 1. à num. margin 41. vſque ad 47. & etiam numer. margin. 56.

Alia probatio pro explorata ſententia Scoti in hac re

5 Ex dictis depromo iudicium de

Hugonis Cauelli interpretatio nõ cohærens textui Scoti

explanatione, quam adhibet Hugo Cauellus interpretans transcriptum illud à nobis Scoti testimoniũ ex Quodlibeto 19. quem textum ita commentatur Cauellus in Opusculo cõciliationum Quodlibetalium in Conciliatione 6. in Quodlibetum 19. subdens. *Hìc tantùm dicit, quòd non est aptitudo propriè ad formas supernaturales; non negat ergo ad eas aptitudinem; sed tantùm illam propriam, & strictè sumptam, quæ est ad perfectiones eiusdem ordinis, naturæ debitas.*

Cauellus.

Alia Cauelli glossa deuians à textu Scoti.

Deinde in Conciliatione 7. eiusdem Quodlibeti 19. subiungit. *Ibidem ait, quòd natura assumpta habet inclinationẽ naturalem ad suum suppositum. Et idem admittit in 3. dist. 1. q. 2. ad 3. Sed locis iam citatis, ponit inclinationem naturalẽ ad omnem formam supernaturalẽ, cuius subiectum est capax: ergo contradictio.*

Responsio & cõciliatio textus Scoti ex Cauello.

Dico; quòd inclinatur naturaliter appetitu magis proprio ad suum suppositũ; sed cum hoc stat, quòd etiam naturaliter inclinetur, etsi non ita propriè, ad suppositum diuinum, à quo perficitur, & dignificatur; ad alias autem formas supernaturales magis propriè inclinamur, quàm ad vnionem hypostaticã, quatenus naturalem existendi modum non excludunt, vt facit hæc vnio. Hæc Cauellus.

Refutatur primò Commentarium Cauelli.

6 Cuius primam glossam discrepare à textu Scoti æstimamus; non enim ideo negat aptitudinem ad formam supernaturalem, quia forma supernaturalis non sit debita subſtrato, nec eiusdem ordinis cum illo; sed quia ad formam supernaturalem non insit susceptiuo naturali propria aptitudo, quæ est potentialitas cum inclinatione positiua in formam. Respectu verò formæ supernaturalis, prout supernaturalis, non admittit Scotus hanc inclinationem, sicut etiam reijcit appetitum & inclinationẽ humanitatis Christi ad vnionem hypostaticam; non ex alia ratione nisi quia supernaturalis sit, & ex communi prædicato supernaturalis formæ, quod etiam patet, & commune est aliis formis supernaturalibus.

Expugnatur præterea glossa Cauelli.

Præterea etiam Cauelli glossam reiicit ipse textus Scoti inficians, quòd formę supernaturales sint naturaliter perfectiuæ subſtrati ordinis naturæ; atque adeò apertè contradicit placito Cauelli & aliquorum Scotizãtium, qui asseuerant, subiectũ naturale perfici naturaliter, vel secũdùm potentiam naturalem à formis supernaturalibus, & è cõtra, habitus supernaturales perficere naturaliter subſtrata naturalia.

Itẽ refellitur ex naturali inclinatione potentiæ in actus supernaturales, qui non debentur naturæ.

7 Vltimò, nec concinnè ad mentem Scoti asseruit Cauellus; quòd ad formam indebitam subſtrato non detur in subſtrato inclinatio naturalis, seu aptitudo propria ad talem formam. Quia actus secundi, vel operationes supernaturales visionis, & fruitionis beatificæ non sunt formæ debitæ ipsi naturæ, nec sunt eiusdem ordinis cum natura, & ad operationes supernaturales secundùm esse intrinsecum, & physicũ, & non solùm supernaturales extrinsecè & ex parte agentis, admittit Scotus in natura positiuam & naturalem inclinationem; verbi gratia in intellectu ad visionem beatificam, & in voluntate ad fruitionem, ob prædicatum vitæ intentionalis in actu secundo, vel operationis viuæ.

Asseritur reciproca inclinatio naturæ in actus vitales supernaturales, prout vitales.

Ob quam rationem, vel comparationem ad potentiam viuentem, sicut operatio supernaturalis non prout supernaturalis, sed prout viua inclinatur in potentiam vitalem; ita & sub eadem comparatione potentiæ viuentis ad operationem viuam, potentia naturaliter inclinatur in actus secundos supernaturales, non quâ supernaturales, sed quâ viuos. Quod ferìò ostendimus loco citato in Controuer. 9. de Visione Dei, distinct. 1. subdistinct. 1. ar. 2. An intellectus naturaliter propendeat in visionem Dei? à num. marg. 15. vsque ad 21. & à num. 25. vsq; ad 30. agentes de relatione transcendentali intellectus ad actus supernaturales, & in Controuer. 12. de Ideis, in Appendice de possibilitate entis, ar. 4. à n. marg. 2. vsq; ad 23. Quamobrem & ideo actus secundos supernaturales educi, & nõ creari asseruimus: quia ob prædicatũ viuæ operationis exigant, quòd fiant dependenter à subſtratis vitalibus.

Humanitas Christi non inclinatur naturaliter in vnionem hypostaticã ex Scoto cõtra Cauellum.

8 Nec magis vera etiam apparent pronuntiata Hugonis Cauelli à nobis transcripta ex Conciliatione 7. in Quodlibetum 19. quatenus censet, quòd ad vnionem hypostaticam detur in humanitate Christi Domini inclinatio naturalis; cùm ea glossa apertè repugnet textui Scoti ex Quodlib. 19.

&

& etiam refragetur Scoto in 3. ſenten. diſtinction. 1. quæſt. 2. §. *Ad argumenta principalia, num. marg.* 7. vbi ita habet Scotus: *Ad ſecundum & tertium, ſimul dico; quòd ſi vna potentia obedientialis eſt in natura, qua poteſt vniri tribus, hoc eſt cuicunque trium diuinctim: illa vna reducta eſt ad actum per hoc, quòd Verbum eam ſuſtentat.* Vbi agens Scotus, eſſe implicatorium, quòd natura creata ſimul aſſumatur à tribus perſonis diuinis; manifeſtè tutatur Scotus, potentiã paſsiuam naturæ creatæ ad vnionẽ hypoſtaticam eſſe obedientialem; de quo textu adi noſtram elucidationẽ in Cõtrou. 9. de Viſionẽ Dei, diſt. 1. ſubdiſt. 1. ar. 2. ſub n. marg. 15.

Scotus. „ „ „ „ „

Excutitur volũtaria interpretatio Cauellí de inclinatione humanitatis in vnionem hypoſtaticam.

Aliud præterea Hugonis Cauelli aſſertum, quòd licet natura creata naturaliter inclinetur in vnionem hypoſtaticam Verbi, non tamen ita propriè inclinetur in ſuppoſitalitatem Verbi, ſicut in propriam hypoſtaſim; quia hypoſtaſis Verbi ſit incompoſsibilis cum ſuppoſitalitate propria, in quam magis propendet natura creata. Id inquã pronuntiatum videtur voluntarium aſſertum extra Scoti mentem; qui non ideo reijcit aptitudinem, ſeu inclinationem naturalem humanitatis in vnionem hypoſtaticam; quia priuet naturam magis connaturali compoſitione eius ad propriam hypoſtaſim, ſed quia vnio hypoſtatica ſit ſupernaturalis: pro quo effugio præcludendo vide quæ expẽdimus in citato ar. 2. de inclinatione naturali intellectus in viſionẽ beatificã in reſponſione ad argumenta ſub num. marg. 23.

Aliud Cauelli pronũtiatum reijcitur.

9 Vnde etiam refutanda incidit illa Cauelli aſſertio: *Ad alias autem formas ſupernaturales magis propriè inclinamur quàm ad vnionem hypoſtaticam; quatenus naturalem exiſtendi modum non excludunt; vt facit hæc vnio.* Quia etiam ad formas ſupernaturales, quæ non ſint operationes potentiarum, vel actus ſecundi vitales, non inclinatur potentia naturaliter, ſed refert tantum paſsiuam poteſtatem obedientialem, vel neutram, ſub cuius ambitu claditur apud Scotum paſsiua obedientialitas; ad operationes verò ſupernaturales inclinatur natura ſecundùm aptitudinem, & potentiam naturalem paſsiuam. Non ita tamen vt illa inclinatio formaliter ſpectet ſupernaturalitatem, ſed materialiter, quatenus ſupernaturalitas contrahitur ad rationem vitæ intentionalis in actu ſecundo, ſeu operationis viuæ; itavt prædicatum vitalitatis ſit terminus formalis, & ratio ſub qua terminationis facultatis naturæ in actũ ſecundum ſupernaturalem, ſupernaturalitas autem vitalitati adiuncta ſit terminus materialis.

NOTA.

Alia probatio vrgẽtior ex Scoto, õtra inclinationem naturæ in habitus ſupernaturales.

10 Sed vrgentius aliud Scoti teſtimonium accipe, quod abſque interpretatione omiſit Cauellus, quia id Cauelli, & aliorum ſibi cohærentium Scotiſtarum opinationem proſternat; quod pronuntiatum Scoti omnino conſonum ſententiæ eiuſdem traditæ in Quodlibeto 19. exhibeo ex Commentarijs Oxonienſibus in 3. ſentenc. diſtinction. 1. quæſtion. 1. §. *Reſpondeo, iſte conceptus.* ſub numer. margin. 10. vbi cùm præmiſiſſet: *Quòd ſi incommunicabile prout pertinet ad rationem perſonæ perfectæ, dicit non tantùm negationem communicationis vtroque modo; ſed etiam repugnantiam ad communicari; nulla erit perfectè perſona, niſi diuina.*

Scotus. „ „ „ „ „

Si ſuppoſitalitas creata eſſet mera negatio, nõ eſſet perfecta hypoſtaſis.

Vbi vult, quòd dato, quòd hypoſtaſis creata conſiſteret in ſola negatione, perſonalitas creata non eſſet perfectè, & completè perſonalitas, ſed ſola perſonalitas increata eſſet perfecta, & completa hypoſtaſis; (cuius pronuntiati elucidationem verſamus in Controu. 1. art. 3. in Appendice de ſubſiſtentia creata, Membro 1. An ſit probabile, quòd ſubſiſtentia creata ſit negatio? ſub numer. margin. 19. & 20.) deinde Scotus ſubiungit ſub numer. margin. 11. pellucidum pronuntiatum ad tenincẽdos aduerſarios Scotizantes opportunum, inquiens.

Triplex ratio negationis ex Scoto.

Iſtud dictum faciliter videri poteſt, ſi videamus differentiam inter negationem nudam actus; & negationem aptitudinis; & negationem, quæ requirit repugnantiam. Prima eſt, in graui exiſtente ſurſum reſpectu vbi in centro. Secunda eſt, in ſuperficie nigra reſpectu albedinis; ſi eſt in potẽtia neutra ad ipſam. Tertia eſt, in homine reſpectu irrationalis; & licet negatio ſit vnius rationis, in ſe, tamen diſtinguitur comparando ad aliud cui ineſt, reſpectu tertij.

Scotus. „ „ „ „ „ „ „ „ „ „

Ita hic negatio potentiæ dependendi nullí creato conuenit. Negatio ap-

titu-

Scotus.

Negat potẽtiã naturalẽ & fatetur obedientialem ad formas supernaturales.

titudinis ineſt cuilibet naturæ perſonabili inſe, etiam quando actu dependet; quia actum ſupernaturalem non concomitatur aptitudo in natura, eùm ſit tantùm in potentia obedientiali ad ipſum.

Commentarij textus.

11 Vbi pro Commentario præmiſi textus de triplici negatione, è re erit aliquot adnotare. Primùm; quòd illa apud Scotum aſſeritur nuda negatio actus, ſeu formæ, quæ negatio depurata, & ſeparata eſt à repugnantia ad formam, & à negatione aptitudinis, ſeu inclinationis poſitiuæ ſubſtrati in formam; itavt talis nuda negatio formæ ſit compoſsibilis in ſubſtrato cum aptitudine, & poſitiua inclinatione in formam: ac proinde, & abigat repugnantiam ad talem formam, ad quã eſt in ſubſtrato aptitudo, ſeu inclinatio naturalis. Huiuſmodi eſt negatio vbicationis in graui poſito extra centrum; talis enim negatio eſt nudum, ac merum non eſſe vbicationis, itavt negatio illa reſpuat repugnantiam ad vbicationem in centro, & præmittat in ſubſtrato aptitudinem, & poſitiuam inclinationem ad vbicationem in centro.

Quæ ſit prima & nuda negatio apud Scotũ?

Secunda negatio, quæ tollit formã & remouet aptitudinẽ vel poſitiuã inclinationem in formam.

12 Secunda negatio in præmiſſo textu illa eſt, quæ ita negat formam, vt etiam excludat aptitudinem in ſubſtrato, & inclinationem in formam; non tamen ſuſtineat in ſubiecto repugnantiam ad formam negatam. Et huius generis eſt negatio coloris in in ſuperficie non colorata, quæ nec à ſe inclinatur poſitiuè in albedinem, aut nigredinem, ſed eſt in mera neutralitate paſsiua reſpectu talis, aut talis ſpeciei coloris; quam paſsiuam potentialitatem abſque exigentia, & aptitudine, ſeu poſitiua inclinatione in formam, ideo ſcitè appellant Scotus potentiam neutram. Quare negatio albedinis in ſuperficie, licet non ſupponat in ſubſtrato aptitudinem ad formam, remouet tamen à ſubſtrato repugnantiam ad talem formam, vt euidens eſt; aliàs non eſſet in potentia neutra ad formam. De qua potẽtia neutra adi ea, quæ expendimus infra in Controuerſia nona de Viſione Dei, diſtinction. 1. ſubdiſtinction. 1. art. 2. An intellectus propẽdeat naturaliter in viſionem Dei? ſub n. marg. 6. & 12.

Talis negatio fundatur in potẽtia neutra

Obiectio ex textu

Nec repugnat Scotus â nobis in præſenti tranſcriptus, inquiens. *Secunda negatio eſt in ſuperficie nigra reſpectu albedinis; ſi eſt in potentia neutra ad ipſam:* vbi nutare apparet circa potentiã neutram ſiue per non repugnantiam, & ſine aptitudine, in ſuperficie reſpectu albedinis.

Non enim ſe quaſi nutantem exhibet Scotus circa potentiam neutram ſuperficiei nudę reſpectu albedinis, ſed circa potẽtiam ſuperficiei intinctæ nigredine; eòquòd ſuperficies imbuta nigredine non ſit ita apta ad perfectã albedinem excipiendam.

Diluitur oppoſitio.

Quæ ſit tertia negatio apud Scotum?

13 Tertia demum negatio apud Scotum illa eſt, quæ ita abigit formã, quam negat, vt etiam excludat in ſubſtrato aptitudinem ad talem formam, inſuper & præexigat in ſubſtrato repugnantiam ad talem formam; cuiuſmodi eſt negatio irrationalitatis in homine. Id enim volunt illa verba textus. *Tertia negatio eſt in homine reſpectu irrationalis, & licet negatio ſit prius rationis inſe, tamen diſtinguitur comparando ad aliud, cui ineſt, reſpectu tertij.* Vbi iure docet Scotus, quod licet illę tres negationes præmiſſæ ſint eiuſdem rationis, inquantum conſiderantur tanquam metum non eſſe formarum, quas negant; ſunt tamen abſimiles reſpectu tertij, ſeu ſubſtrati connotantis formam, reſpectu cuius ſubſtratum poteſt eſſe aut poſitiuè aptum, aut repugnans, aut neutrum, iuxta comparationẽ ad diuerſas formas.

Qualiter cõueniant, & diſſideãt tres negationes præmiſſæ?

Applicatio doctrinæ præcedẽtis ad potentiã humanitatis reſpectu vnionis hypoſtaticæ.

14 His igitur tribus negationibus exactis, ad inſtitutum, vel ſcopum diſputationis peruenies Scotus, qui præcipuè agebat de vnione, & relatione dependentiæ humanitatis Chriſti ad perſonalitatem Verbi; docet quòd humanitas aſſumpta à Verbo, nec importat nudam negationem dependentiæ, ſiquidẽ actu dependet humanitas à Verbo, nec etiam humanitas refert repugnantiam ad depẽdendũ à Verbo, vt perſpicuum eſt: retinet tamen negationem aptitudinis, ſeu poſitiuæ inclinationis ad dependendum à Verbo, eòquod humanitas naturaliter non propendeat in perſonalitatem Verbi.

Ratio Scoti cur humanitas nõ inclinetur in vnionem hypoſtaticam.

Et reddit Scotus rationẽ; quia ad formam ſupernaturalem non datur potentia aptitudinis, ſeu aptitudo naturalis. Id enim apertè vrgent illa Scoti verba à nobis tranſcripta.

Ne-

Missæ sacrificium à Christo institutum.

Matth. 26. Luc. 22. 1. Cor. 11.

Sacrificium Missæ

& neutram; fieret, vt habitus supernaturales non crearentur, sed educerentur ex potentia neutra, vel obedientiali: siquidem licet quantitas sit in potentia neutra respectu caloris, vel frigiditatis, albedinis, vel nigredinis; id non obstat vt prædictæ formę non creentur, sed educantur ex potentia neutra.

Satisfactio ad obiectionẽ & redditur ratio, cur habitus supernaturalis nõ educatur ex potentia neutra.

Respondetur; quòd quantitas non est subiectum Quod, sed subiectum Quo cæterorum accidentium, quorum substratum, seu subiectum Quod est substantia; substantia autem naturaliter exigit proportionata accidentia ad conseruationem formæ substantialis, sicut è contra accidentia naturaliter propendent in conseruationem substantiæ. Quare licet quantitas ignis præcisè, & quasi extra subiectum spectata non propendeat in calorem; at substantia ignis exigit calorem; sicut calor inclinatur in ignem vt forma debita ad conseruationem substantialis formæ. Cùm autem in eductione formæ magis attẽdatur subiectum Quod, quàm subiectum Quo; fit inde, vt omnis qualitas petat fieri, & conseruari dependenter à substantia, atque adeò exigat educi. Quod aliter fit in forma supernaturali, quæ ob eleuatiorem, seu exuperantiorem gradum entis, non exposcit, (spectato solo & formali prædicato supernaturalitatis) componi subiecto ordinis naturę, sicut nec præhabetur intra virtualitatem, & eminentiam eius; cùm tamen omnes formæ accidentarię præcontineantur intra passiuã potestatem & eminentiam naturæ.

Defenditur præmissus textus Scoti contra effugia Scotizantium.

18 Præmissa diluunt obiectionem Antonij Hiquæi in 4. sententiar. distinct. 1. q. 5. §. *Contra istam opinionem*, sub num. margin. 5. & 6. sui Commentarij; vbi immerito reiicit Tataretum, & alios Scotistas astruentes, Scotum ibi loqui ex propria mente, & non ex principijs Thomistarum, dum autumat Scotus, quòd ad formas simpliciter supernaturales, quæ non sunt terminus eductionis, sed creationis, non detur in natura potentia naturalis, sed obedientialis; cui Scoti, & Scotistarum asserto aduersatur Hiquæus admittens potentiam naturalem ad gratiam, & alios habitus supernaturales; cùm Hiquæi sentẽtiam à tot expressis Scoti testimonijs deuiantem ostenderimus in locis in hac prolusione exaratis, & in citato ar. 2. de inclinatione naturali intellectus in claram Dei visionem.

Hiquæus.

Sed adhuc reconueniri, & reuinci potest Hiquæus, qui cùm in Commentario loci citati, sub numer. margin. 5. vsus fuisset illis verbis eiusdem textus Scoti: *Illa dispositio est simpliciter forma supernaturalis*: ad ostendendum, quòd de sententia Scoti dentur formæ supernaturales secundùm substantiam, & intrinsecè; postea in sequenti, n. mar. 6. sui Commentarij, §. *Sed respondetur*, contendit contra Tataretũ, & alios Scotistas non procedere Scotum in eodem textu ex propria mẽte, sed ad hominem ex Thomistarum principiis.

Reuincitur ad hominẽ Hiquæus.

Scotus.

PROLVSIO III.

De causalitate minus principali, seu instrumentaria facultatis natiuæ ad supernaturales operationes.

Quid in hac prolusione sit de re, & quid de nomine disputandum?

1 DE his latè egimus in Controuer. 9. de Visione Dei, dist. 1. subdist. 1. ar. 3. & in Controuer. 12. de Ideis, in Appendice de Possibilitate entis, art 4. à numer. marg 25. vsque ad 50. vbi sæpe monuimus, quod suppositò, quòd nomine instrumenti non indicetur aliquod agens, quòd à principali comprincipio accipiat impulsum intrinsecum, qui anteueniat ipsiusmet agentis instrumentarij cooperationem; & suppositò quòd facultas natiua sit causa minus principalis, initialis, aut inchoata respectu actus supernaturalis, seu causa remota, vt loquitur Scotus, itaut per habitum supernaturalem constituatur agẽs proximum his inquam suppositis, attineat ad quid nominis, quòd facultas natiua appelletur causa minus principalis, aut instrumentale principium operationis supernaturalis. Si, vt ibi obseruauimus, non vsurpetur instrumentum physicum iuxta analogiam ad artificiale instrumentum, quod

Non debet cõsiderari instrumentũ physicũ adiuuans instrumenti artificialis

an-

ante aditam cooperationem cum principali agente, accipiat impulſum, qui anteeat ipſammet cooperationem inſtrumenti; ſed id vocetur inſtrumentarium agens, quod minus principale ſit, & quòd à ratione ſua, & virtute intranea, inchoata, & remota, (vt loquitur Scotus in 4. ſententiar. diſtinct. 49. quæſtion. vndecima, §. *Ad argumenta*, num. margin. 12.) non adæquet præſtantiam intrinſecam, & quaſi phyſicam, ſeu eleuatiorem ordinem, & gradum effectus: in iſto enim ſenſu facultas natiua vocari poteſt minus principalis, ſeu inſtrumentalis cauſa reſpectu actus intrinſecè, & ſecundùm ſubſtantiam ſupernaturalis.

Scotus.

2 Qua ratione phantaſma aſſeritur munus principale, aut inſtrumentale principium ſpeciei intelligibilis in ſtatu coniunctionis animæ ad corpus; & in ſtatu ſeparationis, ipſum obiectum materiale, quod immediatè euehitur ab intellectu agente ad generationem ſpeciei intelligibilis, vocari poteſt agens minus principale, aut inſtrumentale, in præmiſſa cauſæ inſtrumentariæ vſurpatione. & ablegata analogia ad artificiale inſtrumentum, vt diximus, de quo nos etiam in Controuerſia nona, diſtinctione 1. ſubdiſtinction. 1. articul. 1. num. margi. 16. 17. & 18. vbi agimus de potentia obedientiali actiua.

Qualiter phãtaſma & obiectũm materiale dici queat inſtrumẽtum in productione ſpeciei intelligibilis.

3 Nec abſimili ratione Scotus in 1. ſententiar. diſtinction. 3. quæſtion. 8. §. *Reſpondeo, quòd pars intellectiua*, ſub numer. margin. 2. vocat ſpeciem impreſſam quaſi inſtrumentum intellectus poſsibilis euectum ab illo ad generationem verbi mentalis, ſeu expreſſæ ſpeciei; eò quòd ſpecies intelligibilis, quæ eſt qualitas inanimis, à ſe, & ſecluſa eleuatione facultatis intellectiuæ vitalis, non exæquet præſtantiam, & gradum phyſicum formæ viuæ, qui in ſpecie expreſſa elucet. Licet ſpecies nequeat aſſeri inſtrumentum petita analogia ab artificialibus inſtrumentis, quæ exigunt impulſum antecedentem exercitam inſtrumenti cooperationem cum agente principali; quia ſpecies non eleuatur ab intellectu poſsibili ad generationem verbi per impreſsionem intrinſecam alicuius virtutis attinentis ad actum primum ante aditum exercitium cooperationis cum ipſo intellectu: Itavt hæc eleuatio ſubſiſtat ob ſympathiam naturalem vtriuſque comprincipij, ſcilicet intellectus, & ſpeciei ad generationem verbi, abſque impreſsione vlla virtutis intrinſecæ; quæ comprincipiorum ſympathia, & ſubordinatio, aut coexigentia ad agendum, ſæpè appellatur ab Scoto vnitas ordinis, vt liquet ex textu Scoti, quem tranſcribimus in Controuerſ. 9. de Viſione Dei, diſtinction. 2. de Principio viſionis ex parte obiecti, artic. 1. *An detur de facto ſpecies expreſſa Deitatis?* ſub numer. margin. 16.

Species impreſſa vocatur ab Scoto quaſi inſtrumentum ad generationẽ ſpeciei expreſſæ, & cur?

4 Verùm ẽ re erit textum Scoti exhibere ex 1. ſententiar. diſtin. 3. quæſt. 8. ſub num. margin. 2. vbi loquitur de minus principali, aut inſtrumentaria cauſalitate ſpeciei intelligibilis reſpectu generationis verbi, ſeu ſpeciei expreſſæ. Ita agitur habet Scoti textus.

Textus Scoti pro aſſerto præcedenti.

Scotus.

Videtur intelligibilium naturaliter à nobis intellectorum ſpecies in intellectu eſſe, quaſi inſtrumentum ipſius intellectus, non motum ab intellectu vt agat, quaſi ſcilicet aliquid recipiat ab intellectu; ſed quo intellectus vtitur ad ſuam actionem, vt puta quando intellectus agit, ſpecies illa tanquã minus principale agens coagit ad idem, vt ad effectũ communem.

Pro cuius textus elucidatione verſa ea, quæ expendimus in Controuerſia nona de Viſione Dei, diſtinct. 2. articul. 3. ſub numer. margin. 9. Hæc præterea ſubijcio obſeruanda. Primùm; quòd apud Scotum minus principale, aut inſtrumentale principium in idem recidant, ſi abigatur ea inſtrumẽti vſurpatio, quæ exigat motionem, aut impulſum intrinſecum ante cooperationem inſtrumenti cum ipſo principali operante; vnde hæc conditio, quæ ab aliquibus authoribus expoſcitur ad rationem inſtrumenti phyſici, videtur petita ex analogia ad artificialia inſtrumenta, quę in phyſicis inſtrumentis, de quibus Scotus in prẽmiſſo textu locum non habet.

Cauſa minus principalis, & inſtrumẽtalis recidunt in idem apud Scotum.

5 Secundùm; quòd non eſt de ratione inſtrumenti, quòd ita ſubijciatur nutui alterius comprincipij, vt in poteſtate inſtrumenti, au-

Non eſt de ratione inſtrumẽti vt in poteſtate eius non ſit operari, aut non operari

cauſæ minus principalis non ſit adire aut non adire actionem ; quia ſi id verum eſſet , ſequeretur quòd habitus charitatis,qui ſubiacet poteſtati volũtatis pro nutu operantis, aut non operantis,non eſſet principalis cauſa operationis ſupernaturalis : quæ vſurpatio inſtrumenti pro agente , in cuius poteſtate poſitum non ſit exercere ſe ad actionem , vel non exercere, etiam videtur deſumpta ex analogia ad artificialia inſtrumenta , quæ à principali agente expectant impulſum intrinſecum priorem cooperatione inſtrumenti.

Probatio doctrinæ præcedentis in qualitate neceſſitante voluntatem ad operationem non ſupernaturalẽ.

Deinde,quòd ſi Deus per impreſſionem alicuius qualitatis de ſpecie potentiæ neceſsitaret voluntatem creatam ad eliciendam aliquam operationem,quæ non eſſet de ordine entis intrinſecè ſupernaturalis ; tunc voluntas eſſet cauſa principalis , quia à ſe , & à virtute intrinſeca exuperaret actualitatem & præſtantiam illius operationis, (nobilius enim eſſet prædicatum viuæ operationis,quod reſponderet voluntati,quàm modus neceſsitatis , aut neceſſariæ operationis , qui tribueretur impulſui extrinſeco , aut qualitati neceſsitanti voluntatem)& tamen voluntas in illa hypotheſi non ſubijceret ſibi virtutem formæ neceſsitantis, nec vteretur illa pro libito, ſed potiùs contraheretur voluntas à virtute illa impreſſa & affigeretur ad determinatum modũ neceſſariæ operationis.

Alia probatio in phantaſmate determinante intellectum ad productionem ſpeciei intelligibilis.

6 Præterea;phantaſma corporeum concurrit effectiuè cum intellectu agẽte vt cauſa inſtrumentalis , vel minus principalis ad generationem ſpeciei intelligibilis,& tamen phantaſma non mouetur nec contrahitur ab intellectu, (cùm intellectus ſit pura potentia in genere intelligibilium, ac proinde omnino indeterminatè ſe gerat ad productionem huius ſpeciei potiùs quàm alterius)imò mouetur intellectus à phãtaſmate corporeo , & ab illo contrahitur ad generationem talis ſpeciei præ alia;cùm tamen nullus aſſerere audeat, quòd intellectus ſe gerat vt inſtrumentum,aut minus principalis cauſa reſpectu productionis ſpeciei intelligibilis, eò quòd moueatur , & contrahatur à phantaſmate corporeo, & non è contra phantaſma ab intellectu. Quod pari ratione aſſeritur de obiecto materiali immediatè determinante intellectum Angeli abſtrahentis ſpeciem à rebus in ſententia Scoti ; & de anima ſeparata immediatè abſtrahente per intellectum agentem, ſpecies ab obiectis materialibus.

Obiectio de cauſa principali non exæquante præſtantiam effectus ſpeciei tertiæ.

7 Sed obijcies , quòd non exigatur ad rationem cauſæ principalis quòd exæquet præſtantiam effectus , itavt comprincipium illud , quod à virtute intranea non adæquat nobilitatem effectus,cenſeatur principium inſtrumentarium. Vt patet in pluribus viuẽtibus, tàm vegetatiuis , quàm ſenſitiuis , quæ inquantum excipiunt virtutem ab alio comprincipio viuente alterius ſpeciei excellentioris,euehuntur ad generationem effectus quidditatis & ſpeciei exuperantioris;adhuc tamen intra agentis principalis metas ; vt liquet in generatione muli ex equa & aſino, aut quando ſurculus arboris præſtantioris inſeritur truncо arboris minus perfectæ ſpeciei; nec enim vllum ex his viuentibus agit inſtrumentaliter,ſed tanquam cauſa principalis , & viuens comprincipium , cui contradicit inſtrumentalis influxus.

Reſpondetur ; quòd aut admitti poteſt æqualitas inter naturas diuerſæ ſpeciei ; & tunc vtrumque comprincipium illius tertiæ ſpeciei effectus generati ex coitione viuentium diuerſæ quidditatis , poſſet eſſe cauſa principalis.

Solutio 1. admittens æqualitatem inter generans & genitum ſpeciei tertiæ.

Si autem non admittatur æqualitas inter naturas diuerſæ ſpeciei;tunc illud comprincipium ex generantibus, quòd ſuperaret nobilitatem effectus , ageret vt cauſa principalis : illud verò , quòd non adæquaret præſtantiam partus ſui, ſed operaretur , vt euectum ab exuperantiori comprincipio,diceretur agere minus principaliter , aut inſtrumentaliter,iuxta præmiſſam, & à nobis exaratam inſtrumenti vſurpationem , quæ non repugnat agenti vitali , ſicut nec agenti libero . Pro æqualitate verò, quæ inter naturas ſecundùm ſpeciem abſimiles intercedere queat , vide quę expendimus in Controuer. 9. de Viſione Dei, diſt. 3. de Actu viſionis, ſubdiſt. 1. art. 2. de Specifica abſimilitudine viſionis. à nu. marg. 14. vſque ad 16. vbi æqualitatem inter naturas ſpecie diuerſas intercedere poſſe oſtendimus ex Scoto,& Baſſolio.

Solutio 2. quòd generans imperfectioris quidditatis dici poſsit inſtrumentale agens reſpectu ſpeciei tertiæ

Etiã nomine cauſę minus principalis intelligitur inſtrumẽtũ ex Scoto.

Potest manere idem actus visionis sine obiecto secundario.

Sicut igitur Deus, absque contradictione, potest cooperari ad actum illum, inquantum tendit in primum obiectum, non cooperando in ipsum, inquantum tendit in secūdum, & tamen est actus idem; ita sine contradictione potest cooperari ad visionem essentiæ, vel fruitionē: quia essentia habet quasi rationem primi obiecti, non cooperando eidem actui visionis, vel fruitionis, inquantum tendit in personam; & ita in vnam, quòd non in aliā; quia personæ habent rationē obiecti quasi secundarij.

Probatio petita a cooperatione obiecti beatifici.

5 Quam Scoti argumentationem elucidauimus in Controuer. 9. de Visione Dei, distinct. 3. subdist. 2. ar. 2. *An videri queat Deitas sine relationibus* à num. margin. 8. vsque ad 12. vbi ita interpretati sumus Scoti mentem, quòd quando ait, quòd manere queat idem actus beatificus non terminatus

Scotus non procedit de vnitate numerica, sed de vnitate specifica visionis.

ad relationes personarum, ad attributa diuina, & ad creaturas; loquatur de idẽtitate specifica eiusdem actus, non autem de materiali aut numerica.

Ratio assertipræcedentis.

Itaut implicatorium estimauerimus, quòd superstite eadem numero forma visionis beatificæ, queant non exprimi creaturæ in essentia Dei, siquidem repræsentatio creaturarum in actu visionis est prædicatum vitale, & intrinsecum identificatum cum prædicato repræsentationis Deitatis; ac proinde repugnat, vt manente viua, & intrinseca tendentia visionis beatificæ in Deitatem, non supersit etiam vitalis tendentia in creaturas, realiter idẽtificata cum repræsentatione Deitatis. Adeò vt licèt videri queat Deitas sine relationibus, & creaturis per actũ beatificum eiusdem speciei ex tendentia in idem obiectum formale, quod est Deitas; sed non manente identitate materiali & numerica eiusdem actus, quæ diuersificatur numero ob obiecti materialis absimilitudinem.

Satisfactio ad oppositionẽ Soarij ex OKamo

6 Quare obtinet OKami oppositio agens contra vnitatem numericam visionis, ablato distincto obiecto etiam materiali; itaut repugnet quòd ex vi eiusdem formæ immutatæ secundùm esse numericum, possit intellectus transire à contradictorio intrinsecæ denominationis ad contradictorium, scilicet de esse videntis ad non esse videntis personas diuinas, aut creaturas, nulla facta mutatione intrinseca in forma visionis beatificæ, nec in obiecto, nunc non repræsentato, & antea repræsentato.

Authores fauentes nostræ sententiæ.

Vnde Scotum ita interpretantur celebriores illius asseclæ, quòd quando ablatis attributis, personis, vel creaturis à termino visionis beatificæ, autumat Scotus, quòd supereſſe valeat idẽ actus intuitionis beatificæ; loquatur de identitate specifica, non tamen numerica formæ. Accipe igitur vel sic docẽtem Bassolium in 1. sent. dist. 1. quæst. 1. art. 3.

Bassolius.

Negat identitatẽ numericam visionis data variatione obiecti secundarij.

7 *Non video nisi quòd hoc est impossibile aliquo actu eiusdem rationis, quem potest Deus facere præcisè circa essentiam, non circa alia. Nec est impossibile, quòd circa idem obiectum primarium eodem modo præsentatum, possent esse actus alterius rationis in eadem potentia.*

Confirmat Bassolius eãdem sententiam.

Et in conclusione 4. eiusdem articuli subiungit Bassolius. *Si tamen est dare aliquem actum vnum visium, qui sit vnus, & indistinctus omnium istorum, sicut est actus ille, quẽ habent beati modo de facto: dico, quòd impossibile est, ipso manente, quòd per illum actum videatur essentia, & non relatio, vel persona, vel attributum: quia manente eodem actu, idem, vel eadem intelliguntur per ipsum.*

Rubionus subscribit nostræ sententiæ

8 Eidem modo sentiendi subscribit Guillielmus de Rubione, quem (aliàs fidelissimum Scoti interpretẽ) miratur Matthæus de Sosa infra citandus, in hac re perperam Scotizantem, & ab Scoto deficientem; sed Sosa Scotum non percepit, eũ ad inintelligibilẽ doctrinã trahere pertentans, vt statim aperiam: ita igitur habet Rubionus in 1. sen. dist. 1. q. 6. §. *Hoc præmisso*, in solutione ad 4. argum. infringens OKami ictum in Scotum.

Negat identitatem numericã visionis ablato obiecto secũdario.

Quando dicitur; quòd tunc sequeretur, quòd nunc videns essentiam, & personam posset manente eodem actu videre alterum tantùm. Dico, quòd falsum est; non enim eodem actu, sed alio ab isto posset postea videre alterum horum tantùm.

Ratio euidens pro nostra sententia ex transitu ad cõtradictoriũ denominationis intrinsecæ.

9 Quòd autem inintelligibile sit, quòd manente eadem numero forma intrinseca visionis creatæ, transire queat intellectus à contradictorio denominationis intrinsecæ ad contradictorium, scilicet de non esse videntis personas, & creaturas ad esse videntis; satis superque demonstrat iuge Theologorum studium desudantium circa transitum voluntatis diuinæ per actus liberos à contradictorio denominationis liberæ, & vitalis ad contradictorium denominationis intrinsecæ absq; mutatione aliqua in obiecto, & in voluntate Dei libera vt prior est obiecto & ratio, seu principium obiectiuæ mutationis obiecti. Itaut pro euadenda pressura confugiant ad æquipollentem, seu virtualem additionem; quatenus voluntas Dei illimitata in ratione impulsus, seu appetitus, æquiualeat multitudini, & repetitioni actuum voluntatis creatæ; quibus posset voluntas creata circa obiectum immutatum transire à contradictorio denominationis intrinsecæ ad contradictorium talis denominationis. de quibus videte.

Instatur in decretis liberis voluntatis diuinę

sti-

ſtimonia Scoti à nobis exarata in Con. trouer. 7. de Immutabilitate Dei, art. 2. præſertim à num marg. 17. vſque ad 24. & n. marg. 40.

Alia ratio ex textu.

10 Verùm quòd Scotus inuitus, & reluctans trahatur in modum dicendi præmiſſum; confirmo ex ipſiſmet verbis contextus tranſcripti ſub num. margin. 4. *Sicut igitur Deus, abſque cõtradictione, poteſt cooperari ad actum illum, inquantum tendit in primum obiectum, non cooperando in ipſum, inquãtum tendit in ſecundum, & tamen eſt actus idem, &c.*

Scotus.

Vrgetur diſtinctio numerica actus ex diuerſitate cooperationis obiecti beatifici.

Quia ſtante vnitate actus viſionis poteſt obiectum beatificum apud Scotum cooperari in genere cauſæ efficiẽtis ad producendum actum viſionis cũ prædicato intrinſeco repræſentationis creaturarum; & cooperari ad efficiendum actum viſionis abſque prædicato intrinſeco repræſentationis creaturarum (niſi comminiſcatur vllus, repræſentationem creaturarum, & perſonarum diuinarum in actu beatifico creato eſſe ſolam denominationem extrinſecã) ergo non procedit Scotus de vnitate numerica, ſed de ſola vnitate ſpecifica viſionis, intercedente ita abſimili concurſu effectiuo, & intentionali motione obiecti beatifici circa obiectũ ſecundarium.

Repræſentatio creaturarũ in Verbo nõ diſtinguitur realiter à viſione Deitatis.

Patet conſequentia; quia implicat quòd ſit eadem numero forma illa, cui deeſt aliquod prædicatum intrinſecum realiter identificatum ipſi formæ; ſed repræſentatio creaturarum in Deo, & ex intentionali motione Deitatis, non eſt realiter diſtincta à forma viſionis inquantum ſpectat obiectum primarium beatificans: aliàs creaturæ non viderentur in Verbo, ſed per reuelationes ſpeciales, quod eſt contra ipſum, quod ſupponit Scotus in textu tranſcripto ſub num. margin. 4. vt liquet ex illis verbis: *Idem eſt actus viſionis eſſentiæ diuinæ, & aliarum rerum in eſſentia, ſed eſſentia in ſe eſt primum obiectum, res viſa, ſecundariũ obiectũ.* Igitur ablato prędicato intrinſeco expreſsionis creaturarum identificato cũ forma viſionis; neceſſariò tollitur vnitas numerica formæ.

Scotus.

Occurſus Matthæi de Soſa aderẽtis vnitatẽ numericam viſionis, e-

11 Occurrit Matthæus de Soſa in 1. ſententiar. diſtinct. 1. quæſt. 2. art. 5. difficultate 31. §. 4. adſtruens, quòd illud aliter cooperari obiecti beatifici, quod inſinuat Scotus, non ſit interpretandum de diſparitate motionis intentionalis, quæ attineat ad genus cauſæ efficientis in obiecto beatifico; ſed ad meram abſimilitudinem in ratione terminandi. Itaut ſtante eadem cooperatione in genere cauſæ efficientis in obiecto beatifico reſpectu viſionis, & admiſſo etiam omni prædicato intrinſeco repræſentationis omnino immutato in viſione beatifica, quæ producta eſt per eamdem inuariatam cooperationẽ obiecti beatifici; poſſint non videri creaturæ.

tiãrõ inſpecto obiecto ſecundario.

Qualiter Soſa aſsignet diſparitatẽ nõ in obiecto motiuo, ſed terminatiuo viſionis

Eò quòd obiectum beatificum, licet non ſe gerat aliter quòad phyſicum influxum in viſionem in ratione obiecti motiui efficientis influxum intentionalem; tamen ſe aliter habet in ratione obiecti merè terminatiui. Quatenus adhibita motione effectiua eadem, & poſito etiam in actu viſionis omni prædicato intrinſeco, quod congruit viſioni dum exprimit perſonas diuinas, & creaturas; valeat Deus non eſſe obiectum terminatiuum oſtendens in ſe ipſo perſonas diuinas, & creaturas.

Talẽ diſparitatẽ in obiecto terminatiuo aſſerit eſſe celationẽ quam dã voluntariam Dei.

12 Interrogatus tamen Soſa de ratione huius liberæ non terminationis circa creaturas, & perſonas diuinas, in ſenſu compoſitionis, & admiſſa hypotheſi eiuſdem motionis intentionalis, & cooperationis, ſeu concurſus effectiui in obiecto beatifico; & poſitis etiam in termino, ſeu facto eſſe talis influxus, (ſcilicet in ſpecie expreſſa beatificante) omnibus prædicatis repræſentationis vitalis, & intrinſecæ. Nullam aliam rationem ſui pronuntiati referat Soſa, niſi quia Deus pro nutu, & quia ſit obiectum terminatiuum merè voluntarium, etiam oſtenſa eſſentia ſua, poſſit celare perſonas diuinas & creaturas. Si quis autem diſquirat, & vrgeat, quænam ſit iſta celatio? Nulla alia ratione ſe expedit exprimens velamen hoc, aut celationem perſonarum diuinarum, niſi quòd ſit quoddam non patefacere Deum in ſe ipſo perſonas, & creaturas; ita ille loco citato ſub nu. margin. 30.

Extenſio viſionis ad obiecta ſecundaria eſt denominatio extrinſeca in viſione beatifica.

Deinde ſub num. margin. 33. vult Soſa, quòd in illa hypotheſi, quòd viſio beatifica non exprimeret perſonas diuinas, & creaturas, non deeſſet viſioni aliquod prædicatum intrinſecũ, imo

nec

nec aliqua relatio realis, ſed ſola extenſio extrinſecæ terminationis ad perſonas diuinas, & creaturas; ea ratione, qua apud Thomiſtas pereunte ſecundo filio; non deſtruitur aliquid intrinſecum relationis paternitatis, ſed ſola extrinſeca ordinatio, & extenſio paternitatis ad ſecundum filium.

Refellitur modus dicendi Matthæi de Soſa ex diſcrepantia à principiis Scoti.

13 En qualiter benè Scotizet Soſa, dum Baſſolium, & Rubionum primarios Scoti Auditores tanquam perperam Scotizantes reiicit: ſiquidem ad tutandam voluntariam aſſertionem de identitate numerica viſionis in ea hypotheſi quòd non inſpiceret perſonas diuinas, & creaturas, cùm tamen hæc identitas numerica viſionis non conducat ad præcipuum ſcopum diſertationis (tantùm enim agitur, quòd ſtante eadem quidditatiua ratione intuitionis beatificæ, inſpici queat Deitas ſine attributis, perſonis, & creaturis) cõfugit Soſa ad aduerſariorum doctrinã de non multiplicatis numero relationibus exiſtente pluralitate numerica terminorum.

Relatio diuerſificatur numero ob multiplicationem terminorum

Quam Thomiſtarum opinationem preſsè refellimus in Controuerſia 9. de Viſione Dei, diſtinct. 1. ſubdiſtinct. 1. de principio initiali & natiuo viſionis beatificæ, artic. 1. de potentia obedientiali actiua, ſub numer. margi. 41. cùm rationes, quæ militant contra extrinſecam extenſionem relationis paternitatis ad ſecundum filium, nõ multiplicata forma intrinſeca relationis; magis vrgeant in prædicato vitali, & intraneo repræſentationis perſonarũ, attributorum, & creaturarum.

Inſtatur ex connexione vnitatis numericæ viſionis cum obiecto ſecundario.

Siquidem etiam in ſcientia increata, & illimitata Dei non caret difficultate, quòd ablatis ex hypotheſi creaturis poſsibilibus non pereat Deo prædicatum aliquod intrinſecum vitalis repræſentationis; ergo magis vrget in ſcientia creata beatifica, quæ eſt participata imago, & ſpecies expreſſa obiecti.

Alia ratio efficax contra præmiſſum modũ ſentiendi.

14 Præterea contra relationem illam obiecti terminatiui, data eadem motione, & concurſu effectiuo in obiecto beante; inſto efficaciter ſic. Quia licet ſit abſolutè, & ſimpliciter libera cauſalitas obiecti beatifici, itaut pro nutu poſsit Deus mouere intentionaliter mentem creatam ad repræſentationem Deitatis abſque perſonis, & creaturis; at adhibita compoſitione voluntatis diuinæ, vel potentiæ Dei, quæ gerit vices ſpeciei impreſſæ in mente creata (apud Scotum) & poſito influxu ad eliciendam viſionem beatificam cum omnibus eis prædicatis repræſentationis, & expreſſæ ſpeciei, quæ valent intrinſecè, & vitaliter ad exprimendas perſonas, & creaturas, hac inquam cooperatione libera, & motione voluntatis diuinæ præmiſſa, iam neceſſaria exiſtit in ſenſu compoſitionis, (& ex hypotheſi talis motionis, & intentionalis influxus ad repræſentationem perſonarum, & creaturarũ) terminatio Deitatis vt obiecti oſtendentis in ſe perſonas, & creaturas.

Eſt neceſſaria cadẽ terminatio obiecti beatifici ex hypotheſi eiuſdẽ motionis obiecti.

Vrgetur ratio ex obiectis creatis prout mouent & terminant rendentiã potẽtiæ in obiecta.

15 Cùm inimpedibilis ſit cauſalitas merè terminatiua obiecti in ſenſu compoſito, ſeu data hypotheſi illius influxus intentionalis phyſici, qui attinet ad obiectum, vt motiuum; ſeu quatenus, vt principium efficiens intentionale cooperatur ad generationem notitiæ. Quia eſtõ quòd Deus impedire queat vim effectiuam intentionalem obiecti circa notitiam intuitiuam; exempli gratia, vt ſi præſente albo cohiberet illud ne immitteret ſpeciem oculo, ſed Deus ad meram albi præſentiam ſuppleret immediatè per potentiam ſuam illum influxum intentionalem, qui phyſicè, & in genere cauſæ efficientis effluere debebat ab obiecto: at ex hypotheſi talis concurſus intentionalis, qui â Deo exhibitus eſt, dum ſupplet cauſalitatẽ obiecti in genere cauſæ efficientis, neceſſaria exiſtit inſupplebilis, & inimpedibilis cauſalitas merè terminatiua, & extrinſeca obiecti.

Acta ratio curnõ ſit impedibilis terminatio obiecti ex hypotheſi motionis intentionalis

16 Cuius inſupplebilitatis ea ratio eſt; quòd Deus nullatenus ſuppleret valeret dependentiam alicuius entis creati ab alio vt â termino extrinſeco; niſi per ſpecialem concurſum in genere cauſæ efficientis; ſicut etiam ſupplet dependentiam phyſicam accidentis à ſubiecto ſuſtentante, quando conſeruat accidens extra ſubiectum, conferendo illam ſuſtentationem phyſicam, per ſpecialem influxum in genere cauſæ efficientis, quam antea exhibebat ſubiectum in genere cauſæ materialis.

Quare quando dependentia alicuius entis creati ab alio, non eſt tanquam à

prin-

Dependétia notitiæ ab obiecto vt à mero termino, non est dependétia physica.

principio physico, sed vt à mero termino extrinseco; sicut talis connexio, & habitudo est alterius seriei, & classis omnino diuersæ à dependentia physica, ita supplebilis non est, nec impedibilis etiam per specialissimum influxum physicum. Quò fit, vt licet non repugnet diuinitus, quòd Deus suppleat omnem causalitatem motiuã, & effectiuam in obiecto notitiæ intuitiuæ; sed supplere nequit dependẽtiam notitiæ intuentis inquantum spectat obiectum vt merè terminum, itaut dari queat notitia intuens sine existentia termini.

Cur Deus valeat conseruare accidens sine subiecto, nõ tamẽ relationem sine termino?

17 Vnde etiam apta depromitur ratio, cur licet accidens quodlibet magis dependere appareat à subiecto, à quo intrinsecè sustentatur, quàm dependeat relatio à termino, ad quem tanquam ad quid extrinsecum refertur; Deus supplere valeat dependentiam physicam accidentis à subiecto per specialem influxum physicum, non tamen supplere dependentiam relationis à puro termino. Quia nimirum dependentia accidentis a subiecto sit tanquam à causa physica, atque adeo subijciatur Deo vt agenti physico; dependentia autem relationis à termino sit merè terminatiua, & extra omnem classim influxus in genere causæ efficiẽtis, quæ ad physicam primæ causæ causalitatem attinere valeat.

Cõsectariũ de idẽtitate terminationis, existẽte identitate motionis in obiecto.

18 Igitur adhibita omni ea causalitate intentionali physica, quæ exigitur ad producenda prædicata repræsentationis personarum, attributorum, & creaturarum in visione beatifica; non potest impediri tendentia exercita, & actualis connexio visionis inquantum spectat hæc obiecta secundaria in Deo vt in puro termino; siue inimpedibilis relinquitur actualis, & exercita extensio visionis beatificæ ad ea obiecta, quæ repræsentantur in Deo vt in obiecto merè terminatiuo visionis.

Alia ratio cõtra disparitatẽ obiecti terminatiui visionis, data eadem motione obiecti

Deinde, quòd si Deus posita compositione voluntatis diuinæ vice speciei impressæ ad mentem creatam, præstitisset omnem cooperationem intentionalem in ratione obiecti motiui, quæ exigi posset ad ostensionem, & visionem huiusmodi obiectorum secundariorum in Deo; & simul haberet voluntatem celandi illa obiecta in Deo tanquam in obiecto terminatiuo, darentur in Deo duo proposita efficacia libera adinuicem pugnantia, & contradicentia: siquidem propositum liberũ adeundi omnia munia speciei impressæ ad eliciendam repræsentationẽ, ac intuitionem personarum & creaturarum in Deo, & propositum liberum celandi personas diuinas, & creaturas in Deo, sunt decreta, quæ pugnant inter se, vt perspicuum est.

Abijcienda vnitas numerica visionis beatificæ, variato obiecto secundario.

19 Quòd autem apud Sosam nulla intersit disparitas in influxu, & cooperatione Dei vt principij efficiẽtis intentionalis, seu obiecti motiui; satis superque patet ex dictis. Siquidem apud Sosam cum eadem motione & influxu Dei, & stante eadem numero forma visionis beatificę, per quam beatus inspexisset Deum sine attributis, personis, & creaturis; si Deus tolleret illud velamen voluntarium, seu celationem liberam in ratione obiecti purè terminatiui, potuisset beatus attributa, personas, & creaturas intueri.

Sosa deserit primarios Scoti sectatores

Hæc pro refellenda opinatione Sosæ, quæ probabilissimam Scoti sententiam caligine densa obuoluere pertentarat, primarios Scoti auditores tanquam ab eo in hac re deficientes explodens.

PROLVSIO VII.

De relatione vnionis hypostaticæ, an sit accidens, vel quid substantiale de sensu Scoti?

Occasio huius prolusionis.

1 IN Controuer. 9. de Visione Dei, distinct. 1 subdistinct. 2. de supernaturali principio visionis, quod se tenet ex parte potentię, artic. 1. de supernaturalitate habitus luminis gloriæ, & de connaturalitate luminis gloriæ ad substantiam creabilem, sub numer. margin. 52. asseruimus vnionem hypostaticam Verbi cum humanitate esse modum substantialem supernaturalem; & quia Scotus expressè docet, talem vnionem esse rela-

tio-

Ordo primus
de ordine
Romanorum
in celebrando
missam.

Ordo primus de ordine Romanorum in celebrando missam.

Dominica prima in aduentu domini ad missam maiorem. Ad horam quam uult papa, uadit ad palatium, et cum uenerit ibi, inuenit scholam cantorum et primicerium et secundicerium cum omnibus cantoribus, et ipsi cantant ante eum antiphonam ad introitum missæ. Et ille ingreditur secretarium, et reuestitur ibi, et exit cum cruce et cereis, et uadit ad ecclesiam. Et cum uenerit ad ostium ecclesiæ, cantant ipsi antiphonam. Et ille ingreditur ecclesiam, et uadit ad altare, et cantant ipsi antiphonam. Et ille facit orationem ante altare, et osculatur altare, et uadit ad sedem suam, et sedet ibi. Et cantant ipsi antiphonam. Et ille surgit, et osculatur altare, et uadit ad ambonem, et cantant ipsi antiphonam. Et ille facit orationem ante ambonem, et osculatur ambonem

esse impossibilem, quia non sit materia, forma, aut substantia composita, quæ omnia attinent ad extremum assumptibile, & quod existit ablata assumptione & personatione exercita: ita enim habet Scoti textus. *Quia tunc aut materia, aut forma, aut substantia composita esset in Christo secundùm humanitatem, qualis nulla eiusdem rationis esset in alio homine.* Igitur procedit Scotus de extremo assumptibili, qualis est humanitas; & non de ipsa personatione & assumptione exercita, siue actuali vnione hypostatica, quam vocat Scotus relationem extrinsecus aduenientem, quæ non præmittat aliquod substratum additum humanitati.

Scotus. ☞ „ „

9 Vnionem igitur hypostaticam ideo relationem extrinsecus aduenientem appellauit Scotus, quia positis extremis, scilicet natura assumptibili, & personalitate Verbi assumentis, non necessariò consurgat habitudo vnionis, sed exigatur actio totius Trinitatis venientis naturam humanam cum hypostasi Verbi; non tamen censuit Scotus, quòd talis habitudo sit forma accidentalis, imò euidenter ex præmisso textu colligitur, quòd apud Scotum vnio æstimanda sit substantialis forma, vt liquet ex illis verbis transcriptis, sub nu. marg. 4.

Vnio hypostatica non est accidés de genere accidentis apud Scotũ

Scotus. ☞ „ „ „ „ „ „ „

Non accidentalis; quia natura substantialis videtur personabilis in se, loquendo de natura intellectuali, inquantum scilicet est prior omni accidente; igitur sic quando personatur in alio, videtur personari vt prior omni accidente, & ita nullũ accidẽs est propria ratio personationis illius & per consequens nec istius vnionis.

Ratio perspicua ex textu.

Ex quibus sic argumentor; natura personatur à persona extranea, inquantum natura personabilis est prior omni accidente, ita vt nullum accidens apud Scotum valeat esse ratio aut forma personationis naturę; sed vnio hypostatica est ipsamet personatio actualis, & exercita naturæ à Verbo personante, & assumente; igitur vnio hypostatica nequit esse accidens. Quod ita mihi sonant illa verba Scoti, vt nil exploratius, aut defæcatius desiderari valeat, inquit enim Scotus: *Nullum accidens est propria ratio personationis illius; ac per consequens nec istius vnionis.* Ergo pro eodem re-

Scotus. ☞

putat Scotus vnionem hypostaticam, & personationem actualem, & exercitam.

Instatur vlt. Scotus. ☞ „ „

10 Præterea insto contra aduersarios ex eisdem verbis Scoti sub num. 4. *Natura substantialis videtur personabilis in se inquantum est prior omni accidente; igitur quando personatur in alio videtur personari vt prior omni accidente.* Sic ergo formo rationem de hypostasi Angeli, quæ apud Scotum valet assumere ad vnitatem suppositi aliam naturam creatam. Quia sicut natura Angeli inquantum comparatur ad propriam hypostasim, à qua constituitur in ratione essendi in se, & per se, personatur talis natura à sua suppositalitate, secluso aliquo modo accidentali; qui sit ratio intrinseca huius personationis, etiam hypostasis Angeli vt comparata ad naturam extraneam, verbi gratia, humanitatem, assameret illam semoto omni accidente. Atqui personalitas Angeli non coniungeretur humanitati vel cuilibet alteri naturæ extraneæ absque aliquo modo vnionis realiter distincto, & separabili à personalitate Angeli; siquidem personalitas Angeli est superstes in sua propria natura, dum existit sine vnione hypostatica ad naturam extraneam: igitur coniungitur per vnionem, aut relationem vnionis realiter distinctam, & separabilẽ à personalitate Angeli. Tunc ergo non per relationem, aut vnionem de genere accidentis, vt patet ex Scoto, igitur per vnionem & relationem de genere substantiæ.

Probatio alia ex Angelo hypostaticè cõiũcto humanitati

Talis vnio inter humanitatẽ & Angelũ nõ esset accidés de genere accidentis

Scotus ☞ „ „

11 Deinde ex illis verbis textus à nobis transcripti sub num. 6. sic recõtenio & vrgeo aduersarios; inquit enim Scotus: *Quidquid est idem alicui substantiæ, manet manente illa substantia.* Sed relatio vnionis, quam Scotus appellat habitudinem extrinsecus aduenientem, est inseparabilis etiam de absoluta Dei potentia à personatione exercita: igitur relatio vnionis, & exercita personatio sunt eadem realitas. At personatio non est accidentalis forma, vt expresse docet Scotus; igitur nec habitudo extrinsecus aduenies vnionis hypostaticæ potest esse verum accidens. Siquidẽ nullum verum, & proprium accidens de genere accidentium potest realiter idẽtificari substantiæ, de Scoti mente; cùm ideò apud Scotum intellectus & volun-

Vnio hypostatica non distingui-tur realiter à personatione exercita.

Instatur ex doctrina Scoti.

tas

tas non ſint accidentia vitalia animæ, ſed ſubſtantiales affectiones viuæ, quia realiter identificantur cum ſubſtantia animæ.

Fuga Scotizantiũ, quòd relatio vnionis hypoſtaticę non ſit de eſſentia perſonationis exercitæ.

12 Hæc preſsi ratione aduerſarij autumant, quòd relatio vnionis hypoſtaticæ realiter diſsideat à perſonatione exercita, & actuali; taliter quòd relatio vnionis præmittat perſonationem, quæ ſic immediatè exhibetur à perſonalitate Verbi, vt humanitas, & hypoſtaſis Verbi ita ſe ipſis conſtituant vnumquid ſecundùm vnitatem ſuppoſiti, & perſonę, vt ad huiuſmodi perſonationem non requiratur aliquis modus creatus realiter diſtinctus ab humanitate, & perſonalitate Verbi, taliter quòd ſi Deus pro abſoluta ſua potentia impediret emanationem relationis vnionis naturæ aſſumptæ ad perſonalitatem Verbi aſſumẽtis adhuc ſubſiſtere poſſet actualis & exercita perſonatio, quã exhibet Verbum immediatè coniunctum humanitati.

Præcluditur effugiũ; ſequeretur quòd vnio hypoſtatica nõ eſſet relatio extrinſecus adueniens.

13 Sed hi authores præterquã quòd recidãt in placitum Caietani, & Gregorij Ariminenſis, de quo infra; manifeſtè contradicunt Scoto aſſerenti, vnionem hypoſtaticam eſſe relationem extrinſecùs aduenientem. Quia apud Scotum, vt euidentiſsimè conſtat ex 3. ſen. in eadem diſt. 1. q. 1. §. *Ad aliud in oppoſitum de Philoſopho.* ſub num. marg. 14. (quem textum infra elucidabimus expendentes rationem relationis extrinſecùs aduenientis de ſenſu Scoti,) illa eſt relatio extrinſecùs adueniens, quæ poſito fundamento, & termino, non neceſſariò & quaſi intrinſecè conſurgit; ſed datis duobus extremis, nimirum fundamento, & termino, valeat naturaliter non exiſtere. Atqui, ſi relatio vnionis præmitteret ipſammet aſſumptionem, ſeu perſonationẽ humanitatis à Verbo, nequiret naturaliter nõ poni habitudo vnionis naturæ humanæ aſſumptæ ad hypoſtaſim Verbi aſſumentis, vt euidẽs eſt; igitur vnio hypoſtatica non eſſet relatio extrinſecus ſed intrinſecus adueniens, quæ nimirũ fundamento & termino poſitis reſultat neceſſariò, non requiſita actione extrinſeci agentis diſtincti à fundamento illatiuo relationis.

Refutantur Scotizãtes ex principijs Scoti

Inſtãtia efficax ex relatione intrinſecus aduẽiente.

Sicut poſitâ ſubſtantia generante, & ſubſtantia genita, intrinſecè & inimpedibiliter pullulat à ſubſtantia generante relatio paternitatis, nullo alterius extrinſeci agentis influxu adhibito; quare licet talis emanatio relationis paternitatis impedibilis eſſet de abſoluta Dei potentia (cùm relatio ſit ens realiter diſtinctum à ſubſtãria generãte, & productum per diſtinctã emanationem) ſed id fieret miraculosè & ſupra omnes naturæ leges.

Illatio obtinẽs quòd relatio vnionis ſit ipſa perſonatio exercita.

14 Sed apud Scotum vnio hypoſtatica eſt talis habitudo, quæ poſito fundamento, & termino, poteſt naturaliter non poni; igitur fundamentum ſeu ſubſtratum huius relationis vnionis nõ eſt ipſamet aſſumptio, vel perſonatio humanitatis à Verbo, qua perſonatione poſita, nequit non poni habitudo intrinſecus aduenies naturæ vnitæ, & aſſumptæ ad Verbum aſſumens; quæ relatio eſt habitudo realis non mutua, ſiquidem eſt realis ex parte humanitatis vnitæ, & relatio rationis ex parte Verbi aſſumentis. Quare fundamentum, aut ſubſtratum vnionis hypoſtaticæ, vt eſt relatio extrinſecùs aduenies expectans extrinſeci agentis cooperationem, eſt ſola humanitas; qua exiſtente, & exiſtente perſonalitate Verbi, quæ eſt terminus huius relationis, poteſt talis relatio vnionis nõ poni; ſi non adſit actio extrinſeci agentis, ſcilicet totius Trinitatis operãtis nexum illum, ſiue relationem vnionis hypoſtaticæ.

Prædicti autores deniq; ab Scoto, & adhærẽt Caietano.

15 Quamobrem æſtimo, quòd Scotizantes (qui ita Scotum interpretantur, vt aſſerant, relationem vnionis non attinere ad intrinſecum conceptum ipſius aſſumptionis, aut perſonationis) non adhæreant Scoto, ſed Caietano, qui 3. par. quæſtion 2. art. 7. §. *In hoc articulo*, & alibi, ſuſtinet, humanitatem, & hypoſtaſim Verbi ita vniri ſe ipſis, vt nil infuerit modi aut realitatis creatæ, quod geſſerit vices vinculi connectentis extrema; itaut vnionem humanitatis ad Verbum potiùs negatione diuiſionis, aut ſeparationis extremorum, quàm poſitione alicuius modi additi exprimendam cenſuerit, vt ita aperiatur excluſio cuiuslibet modi adiuncti, & realiter diſtinctiui hypoſtaſis verbi, & humanitas aſſumpta abſque vllo modo vnitiuo creato componantur inter ſe. Quam ſententiam priùs docuerat Gregorius Ariminenſis in 1. ſenten. diſt. 28. quæſt. 2 ad ſep-

Modus ſentẽtiæ Gregorij Arim. inſiſtẽtis, & Caietani.

timum argumentum; de quo vide Pet. de Lorca 3.p.q.2.ar.7. disp. 15. *Quid sint vnio & assumptio?* Sed libet huius opinionis fundamenta expendere, vt ex illorum dilutione magis pateat veritas sententiæ Scoti; & illorum Scotizantiũ deceptio, qui in hac re ab Scoto deficiẽtes recidunt in Caietani, & Gregorij pronuntiata.

16 Fundamentum autem placiti Ariminensis, & Caietani, id esse potest; quòd si constituendus esset aliquis modus creatus vnionis aut vinculi, quo extrema incarnationis, scilicet humanitas Christi, & suppositalitas Verbi copularentur inter se; talis modus (cùm sit vinculum intrinsecum vtriusque extremi) deberet vtrique extremo vnionis hypostaticæ inesse, & extremum extremum intrinsecè modificare; cùm in hoc differat forma modalis ab entitatiua in tota latitudine illius, quòd modus sit forma per suam essentiam affixa extremo modificabili.

17 Sed vnio hypostatica non solùm denominat humanitatem intrinsecè vnitam Verbo, sed ipsum etiam Verbum intrinsecè copulatum humanitati; siquidem personalitas Verbi intrat vt coextremum intrinsecum ipsam constitutionem Christi inquantum est vnum quid substantiale constitutum ex humanitate, & ex hypostasi increata Verbi. Igitur si ad coniunctionem hanc intrinsecam (quæ Verbo accedit ex intrinseca communicatione suæ increatæ hypostasis ad humanitatem) egeret suppositalitas Verbi superadditione alicuius formæ vnionis; talis vnio reciperetur intrinsecè in Verbo, tanquam in extremo vnibili informato à modo vnionis, acproinde mutaretur Verbum diuinum: aut modus vnionis hypostaticæ solùm fieret intrinsecus Verbo per assistentiã intimam absque modificatione informatiua.

18 Atqui hæc intima assistentia Verbi respectu humanitatis assumptæ etiam conuenire potest hypostasi Verbi à ratione sua intrinseca & increata; si semoueatur ea modificatio vtriusque extremi vnibilis à forma vnionis, quæ omnino ablegãda est vt contradicens actualitati & immutabilitati hypostasis Verbi. Quo ablata ista modificatione informatiua vnionis hypostaticæ respectu vtriusque extremi incarnationis, scilicet humanitatis & Verbi, nulla alia excogitabilis relinquitur substãtialis intimitas, & coniunctio inter humanitatem & hypostasim Verbi, quæ exhiberi nequeat ab ipsis extremis per suam substantiam coniũctis inter se, nullo alio modo creato interposito.

19 Deinde, quòd si Verbum esset subsistratum capax alicuius modi substantialis vnionis per suam essentiam compositæ ipsimet Verbo, etiam Verbũ esset capax nouæ relationis realis ad humanitatem assumptam; itaut non solùm inesset humanitati assumptæ noua relatio ad Verbum, sed etiam Verbo noua relatio realis ad humanitatem, quod est prorsus falsum, & absurdum. Quare S. Thomas, 3.par.quæst.2.ar.7. vbi inquirit, *Vtrùm vnio naturæ diuinæ, & humanæ sit aliquid creatum?* licet asserat vnionem hypostaticam esse relationem; docet tamen, talem relationem esse realem in humanitate assumpta, & relationem rationis in Verbo: ita enim se habet S. Thomæ pronuntiatum loco citato.

Respondeo dicendum; quòd vnio, de qua loquimur, est relatio quædam, quæ consideratur inter Diuinam naturam, & humanam, secundùm quòd conueniunt in vna persona Filij Dei, sicut autem in prima parte dictum est, omnis relatio, quæ consideratur inter Deum, & creaturam, realiter quidem est in creatura (per cuius mutationem talis relatio innascitur) nõ autem est realiter in Deo, sed secundum rationem tantùm; quia non innascitur secundùm mutationem Dei.

Sic ergo dicendum est; quòd hæc vnio, de qua loquimur, nõ est in Deo realiter, sed secundũ rationem tantùm; in humana autẽ natura, quæ creatura quædã est, realiter est; & ideo oportet dicere, quòd sit quiddam creatum.

20 Tunc vltra; nullum extremum compositionis debet, aut valet importare maiorem vnionem cum alio coextremo, cum quo componitur ad constituendum vnum quid, quàm habeat cum ipso modo vnionis, quo intercedente, ipsa extrema copulantur inter se, igitur nec hypostasis Verbi potest excogitari magis coniuncta humanitati, quàm ipsa hypostasis Verbi sit coniuncta & inti

Instatur; quòd Verbũ inferret relationẽ realẽ ad humanitatẽ vnitam.

S. Thom.

Vnio hypostatica est relatio ex S. Thoma.

Vt se tenet ex parte Verbi, est relatio secundùm rationem.

Vrgetur præterea oppositio; quòd vnio hypostatica nõ sit distincta ab extremis per se vnitis.

ma vnionis hypoſtaticæ, per quã Verbũ coniungitur humanitati. Sed perſonalitas Verbi non aſſeritur ita intrinſecè compoſita formæ vnionis, vt ipſamet vnio modificet Verbum, aliàs Verbum (quâ ſubſtratum talis modificationis) mutaretur; ſed ſolùm vnio hypoſtatica dici poteſt intrinſeca Verbo per ſpecialem reſpectum tranſcendentalem ipſius vnionis ad Verbum, ſeu per intimam coniũctionem abſque modificatione, & informatione Verbi. Ergo hæc etiam intima coniunctio Verbi cum humanitate abſque informatione, & receptione informatiua Verbi in humanitate ſufficiet ad hoc, quòd humanitas perſonetur à Verbo; nõ intercedente aliquo modo vnionis diſtincto ab ipſiſmet extremis immediatè coniunctis.

REFVTANTVR fundamenta Gregorij Ariminenſis, & Caietani autumantium, quòd vnio hypoſtatica non ſit aliquid ſubſtantiale creatum realiter diſtinctum ab extremis vnibilibus.

21 Cæterùm, præmiſſa non obſtant; ex quorum eneruatione liquidò conſtabit noſtri aſſerti firmitas. Quare ad primum argumentum pro Ariminenſi, & Caietano ex nu. 16. dicimus; quòd ad hoc quòd modus vnitiuus exerceat ſuam cauſalitatem, aut quaſi cauſalitatem circa coniũctionem extremorum ad conſtitutionem vnius, quod cointegratur ex nexu vnibilium, non requiritur quòd modus vnitiuus adeat modificationẽ informatiuã, quæ in vtroq, extremo vnibili recipiatur, & illud informet; ſed quòd per modum vnitiuum licet non inhærẽtem vtriq, extremo, coniũgãtur extrema ad conſtitutionem vnius.

Satisfactio ad fundamẽta Greg. Ariminenſis, & Caietani

Modus vnitiuus non exigit, quòd informet vtrũq; vnibile.

Vt liquet in valde probabili metaphyſicorũ ſententia autumãte, quòd corpus & anima rationalis componũtur per vnicã tantùm vnionẽ ſubſtãtialẽ ad cointegrationem hominis, & quòd talis vnio non ſit ſpiritualis, ſed corporea, ſiquidẽ eſt ratio vnius entis corporei, ſcilicet hominis, qui non conſtituitur ſub prædicato ſpiritus, ſed corporis; vt patefaciemus infra in proluſione de potentia naturali materiæ, de cauſalitate intrinſecâ eius, & diſtinctione totius à partibus. Quæ inſtantia de vnione corporis & animæ rationalis pro conſtitutione hominis, valde apta eſt ad aperiendam vnionem humanitatis & perſonalitatis Verbi ad conſtitutionẽ Chriſti vnius per ſe, & ſubſtantialiter ſecundùm vnitatẽ ſuppoſiti; quare & eo exemplo vtitur S. Athanaſius in Symbolo inquiens: ***Vnus omnino nõ confuſione ſubſtantiæ, ſed vnitate perſonæ. Nam ſicut anima rationalis & caro vnus eſt homo, ita Deus & homo vnus eſt Chriſtus.***

S. Athanaſ in Symbolo

22 Vnde ſicut data ea opinione, quã probabiliorem æſtimo, de vnitate vnionis ſubſtantialis inter corpus, & animam rationalem, & quòd talis vnio ſit corporea, ſiquidem eſt ratio proxima completiua entis corporei; hæc vnio ita connectit duo extrema, vt ſolùm recipiatur in corpore, & abſque informatione, & receptione vnionis in anima rationali exerceat ſuam cauſalitatem circa animam rationalem, præſtans quòd anima rationalis & corpus vt coextrema intrinſeca intrent cõſtitutionem vnius entis per ſe: ita vnio hypoſtatica, vt ſit ratio vnius entis per ſe in Chriſto, ſeu vt ſit via intrinſeca aut ratio formalis ad conſtituendum vnumquid in eſſe hypoſtatico ex humanitate & ex perſonalitate Verbi, non exigitur quòd afficiat Verbum per modificationem informatiuam, cùm ſatis ſit quòd informet humanitatem.

Probatio aſſerti præcedẽtis de vnione corporea animæ rationalis eſt corpore.

Adde quòd nec ad rationẽ modi vnitiui connectentis duo extrema vnibilia requiritur quòd modus vnitiuus inhæreat per modificationem informatiuam ſaltim alicui ex extremis vnibilibus, cùm ſatis ſuperque ſit, vt data intima aſſiſtentia, ſeu indiſtantia locali, eam referat ſufficientiam formalem vt ſit via intrinſeca ad conſtituendum vnum per continuationem partium; vt liquet in indiuiſibili continuatiuo partium ſubſtantiæ, qui eſt modus ſubſtantialis vnitiuus vtriuſque partis abſque modificatione informatiua

Nec requiritur quòd modus vnitiuus inhæreat alicui ex vnibilibus extremis

Inſtatur in indiuiſibili continuatiuo partium ſubſtantiæ

alicuius extremi, cùm non ſit potior ratio de hoc extremo quàm de alio, vt alterum præ alio ſit ſubſtratum informationis talis modi vnitiui.

Idẽ in indiuiſibili cõtinuatiuo partiũ quãtitatis.

Quod etiam luculenter apparet in indiuiſibili cõtinuatiuo ſeu vnitiuo partium quantitatis; quod licet informet tanquam ſubſtratum intrinſecum aliud indiuiſibile continuatiuum partium ſubſtantiæ, ſed non afficit per modificationem informatiuã vllũ ex duobus extremis vnibilibus partiũ quãtitatis; ita vt abſq; informatione vllius ex extremis vnibilibus extet cauſalitas indiuiſibilis cõtinuatiui poſita in hoc, quòd ſe gerat vt Quo, ſeu vt ratio vnius per cõtinuationẽ & cõpoſitionẽ partiũ in aliquod vnũ, vel totum diſtinctum ab extremis abſq; continuatione ſpectatis.

Satisfactio ad replicã; vbi in quo ſenſu vnio hypoſtatica ſit extrinſeca Verbo?

23 Ad replicã pro Greg. Ariminenſi & Caietano ſub n. mar. 17. patet ex dictis; fatemur enim, vnionẽ Verbi ad humanitatẽ non eſſe intrinſecã, ſi intrinſecũ ſonet informationẽ modalem Verbi à modo vnionis, & receptionem formæ modalis in Verbo vt in ſubſtrato; quia aliàs Verbũ mutaretur per receptionẽ actus realiter diſcreti, & ſeparabilis à Verbo, acproindè & realiter componibilis cũ illo. Sed id non obſtat quominus talis vnio dicatur intrinſeca Verbo in eo ſẽſu; quòd abſq; modificatione informatiua Verbi, vnio hypoſtatica ſe gerat vt Quo, ſeu ratio intrinſeca, & proxima conſtitutionis vnius entis per ſe ſubſtãtialis, ſcilicet Chriſti Domini prout totũ quoddã & vnũ eſt, conſtans ex humanitate, & ex hypoſtaſi Verbi ſicut ex extremis conſtitutionis intrinſecæ. Quia cũ hypoſtaſis Verbi ſufficiatur loco, & vice hypoſtaſis creatæ, & ſuppoſitũ creatum ſit vnumquid coaleſcens ex natura, & ex perſonalitatẽ tãquam ex extremis intrinſecis; ita Chriſtus exprimit vnumquid ſubſtantiale conſtitutũ ex humanitate, & ex ſuppoſitalitate Verbi vt ex coextremis intrinſecè conſtituentibus vnũ quid realiter diſtinctũ ab extremis non coniũctis ad vnitatẽ ſuppoſiti, ſeu non conuenientibus ad conſtitutionem vnius in eſſe ſuppoſitali & hypoſtatico.

Qualiter etiã vnio ſit intrinſeca Verbo?

Inſtãtia ex hypoſtaſi Angeli vnita humanitati per vnionẽ corpoream.

24 Subiungo etiam, quòd ſicut ſi Angelus in opinione Scoti aſſumeret humanitatem ad vnitatem ſuppoſiti, & dato quòd vnio illa eſſet corporalis (vt poſſequæ recepta in humanitate, & illã modificans per informationem, acproindè non recepta in ſpirituali hypoſtaſi Angeli, cùm forma materialis recipi nequeat in ſubſtrato ſpirituali) adhuc vnio illa hypoſtatica corporalis ſe gereret vt Quo, vel ratio intrinſeca ad conſtituendum vnumquid ſecundùm vnitatem ſuppoſiti ex humanitate, & ex hypoſtaſi Angeli. Ita vnio hypoſtatica Verbi abſque vlla modificatione informatiua Verbi, & cum ſola informatione humanitatis, ſe gerere valebit vt Quo, ſeu via intrinſeca cauſalis ad vnum vnitate coniunctionis extremorum, vel ratio intrinſeca ad conſtituendum vnumquid ſubſtantiale, ſcilicet Chriſtum conſtantem intrinſecè ex humanitate, & hypoſtaſi Verbi, & realiter ac ſubſtantialiter diſtinctum ab ipſis extremis diuiſim & abſque vnione ſpectatis, non tamen diſtinctum ab extremis vnitis; ſicut, & totum quodlibet ſubſtantiale realiter diſſidet à partibus non ſubſtantialiter vnitis, licet ab ipſis ſubſtãtialiter vnitis non diſtinguatur realiter, vt latiùs de ſenſu Scoti expẽdemus in prolusione de potẽtia & cauſalitate materiæ, & diſtinctione totius à partibus intrinſecis.

Applicatio doctrinæ præcedẽtis.

Qualiter hypoſtaſis Verbi ſit magis proxima vnioni quã humanitati?

25 Ad aliam inſtantiam ex numer. margin. 18. reſpondetur; quòd ſi procedat oppoſitio de indiſtantia, & contactu ſubſtantiali, & entitatiuo, qui congruit Verbo ab immenſitate ſuæ, ob quam peruadit omnia ſuo ambitu, & illapſu, itaut à nulla re creata diſtare queat; in hoc ſenſu ita proxima eſt perſonalitas Verbi humanitati, ſicut & modo relato vnionis hypoſtaticæ. Sed talis modus coniunctionis & præſentiæ (qui conuenit Deo ratione ſuæ immẽſitatis, & communis etiã eſt circa cætera entia creata, in quibus eſt præſens per eſſentiam, & non ſunt extrema vnionis hypoſtaticæ) non conducit ad aperiendã ſpecialiſſimam eam intimitatem & cõnũctionem, quæ congruit Verbo vi hypoſtaticæ coniunctionis ad conſtituendum vnumquid vnitate vnionis ſubſtantialis intrinſecæ in ſuppoſito diuino aſſumente.

Inſtantia in hypoſtaſi Angeli loca liter vicina humanitati abſq; vnione hypoſtatica Angeli & humanitatis.

Exempli gratia; ſi ſuppoſitalitas Angeli per indiſtantiam localem eſſet intimè præſens humanitati diuinitus orbatæ propria ſubſiſtentia; & Deus non concurreret ad producendã vnionem hypoſtaticam inter humanitatem, & perſonalitatem Angeli, qua

vnio

vnio eſt poſsibilis de abſoluta Dei potentia apud Scotum; licet perſonalitas Angeli in illa hypotheſi eſſet intimè cõiuncta humanitati ſecundùm localẽ præſentiam & indiſtãtiam entitatum, ſed non eſſet coniuncta ad obeundam ſpecialem cauſalitatẽ hypoſtaſis circa humanitatem, quæ eſt conſtituere humanitatẽ poſitiue & intrinſecè incommunicabilem alteri ſuppoſito.

Roboratur doctrina præcedẽs dato quòd vnio hypoſtatica humanitatis cum Angelo ſit corporea

Quibus adiunge, quòd ſi vnio hypoſtatica Angeli ad humanitatem eſſet corporalis, vt potequæ recepta in humanitate vt in ſubſtrato corporeo, acproinde non compoſita Angelo per modificationem informatiuã, vt diximus; in iſta igitur hypotheſi (quę excludit cõpoſitionem informatiuam, tam in hypoſtaſi Angeli reſpectu humanitatis, quã in vnione hypoſtatica corporali reſpectu Angeli) licet perſonalitas Angeli ſecundùm præſentiam localem, & indiſtantiam entitatum non eſſet magis propinquà, & vicina vnioni hypoſtaticæ corporeæ, quàm humanitati, itaut hæc maior vicinitas, aut intimitas exprimat vnionem informatiuam, tam ex parte ſpiritualis hypoſtaſis Angeli reſpectu humanitatis (ſiquidem Angelus nequit eſſe forma informans humanitatem) quàm ex parte vnionis hypoſtaticæ corporeæ non informantis Angelum: tamen loquendo de proximitate & vicinitate ſubſtantiali in conſtituendo vnumquid in eſſe hypoſtatico, magis proxima ratio ad conſtituendum vnum eſt ipſa vnio, quàm quodlibet aliud extremum vnibile, de cuius quidditate nõ eſt exercita compoſitio ad conſtituendum vnum quid ex nexu, & vinculo extremorum.

Qualiter talis vnio corporea eſſet intrinſeca Angelo?

Enodatio quæſiti, cur vnio hypoſtatica ſit magis proxima Verboquàm humanitas?

26 Cuius pronuntiati ea probatio eſt; quòd nulla hypoſtaſis, ſiue creata, ſiue increata per ſuam eſſentiam componitur actualiter extraneæ naturę ad conſtituendum vnum quid in eſſe hypoſtatico, itaut exercita & actualis coniunctio ad extraneam naturam ſit modus aut forma realiter identificata alicui perſonalitati; ſiquidem perſonalitas ſeparatur realiter à compoſitione exercita ad extraneam naturam, ante aditam coniunctionem ad extraneam naturam. Ergo perſonalitas, quæ non eſt eadem realiter cum compoſitione eius ad naturam extraneam, eget aliqua alia forma, in qua ſiſtat & fiat ſtatus vnionis exercitæ, tanquam in proxima ratione vnitatis compoſitæ ex coniunctione extremorum, ita vt de eſſentia illius vnionis ſit actualis, & exercita coniunctio extremorum, & ab ea vt à proxima forma habeant extrema vnibilia quôd exerceãt ſe in actu ſecundo ad conſtituendum vnum in eſſe perſonali & hypoſtatico.

Nõ infertur quòd vnio humanitatis cũ Verboſit mediata; quia vnio non mẽdiat vt Quod.

Nec ex hoc infertur, quòd vnio humanitatis cum perſonalitate Verbi ſit mediata; eò quòd intercedat vnio per ſuã eſſentiam exercens extrema ad actualem coniunctionem. Quia vnio non mediat vt extremum cõponibile, vt Quod, ſed vt ratio vnius, & vt Quo, nec eſt aliquod ex extremis vnibilibus; ſed attinet potiùs ad ipſum vnum, vel totum, quod conſtat ex extremis vt conueniũt in vnumquid ſecundùm eſſe perſonale & hypoſtaticum.

Etiã materia nõ informatur mediatè à forma, licet intercedat vnio ſubſtantialis.

Qua etiam ratione, licet ad compoſitionem totius ſubſtantialis ex materia & forma exigatur vnio ſubſtantialis realiter diſtincta à materia, & forma, adhuc materia aſſeritur immediatè informari à forma, & forma immediatè recipi in materia; quatenus compoſitio actualis, ſeu exercita cauſalitas iſtarum cauſarum realiter diſtincta à cauſis intrinſecis, quæ ſubſiſtere valent ſaltim de abſoluta Dei potentia non exiſtente tali cauſalitate, non eſt extra eſſentiam totius, vel vnius per compoſitionem, atque adeò potiùs attinet ad totum, quà vnum quid compoſitum eſt, & ad partes intrinſecas quatenus coeunt in vnum quid vnitate compoſitionis, quàm ad ipſas partes in actu primo, & vt ſeparabiles, & diuiſas inter ſe, nec enim vnio intercedit vt Quod, ſed vt Quo.

Vnio non modificat Verbũ per inhærẽtiam

27 Ad aliud argumentum ex numer. mar. 19. dicimus; quòd tantùm probat, quòd Verbũ non ſit capax alicuius modificationis, quę informet, & inhæreat Verbo vt ſubſtrato. Quia autem relatio realis informat ſubſtratũ; ideò Verbum renuntiatur incapax alicuius relationis realis nouæ ad creaturam.

Vnio hypoſtatica eſt relatio apud S. Thomam.

Cæterùm ideò textum S. Thomæ ſub citato numer. margin. 19. ad Verbum tranſcripſi, vt ex eò liqueat, quòd cùm Sanct. Thomas nil reale creatum nouum, & à coextremis vnionis diſtinctum agnouerit in vnione hypoſtatica præter relationem realem; ferè

Sed interpretatur de relatione de genere ſubſtantiæ

ab omnibus ſui ſæculis ita interpretatur, vt loquutus ſit non de relatione de genere accidentis, ſed de genere ſubſtantiæ; ne incidant in placitum Gabrielis in 3. ſenten. diſtinct. 1. quæſt. 1. aſſerentis, vnionem hypoſtaticam eſſe accidens quoddam, vel qualitatem, quam vocat gratiam vnionis: quod Gabrielis aſſertum erroris inſimulant aliquot Theologi, de quo à nota erroris liberando, nos infra. Quod & obſeruare debuerũt Scotizantes aliquot, qui Scotum ita interpretantur, quòd nomine relationis extrinſecus aduenientis vnionis hypoſtaticæ intellexerit formam aliquam de genere accidentis, & non de genere ſubſtantiæ, quod colligunt ex eo quòd omnis relatio extrinſecus adueniens ſit apud ipſos de genere accidentis; cuius aſſerti deuationẽ à ſententia Scoti demonſtrabo infra in ſequenti appendice de relatione extrinſecus aduenire, an ſit de genere ſubſtantiæ, vel accidentis?

Obſeruatio cõtra Scotizantes, qui malè interpretantur Scotum.

28 Pro quo etiam recolendũ moneo iudicium eruditi viri Petri de Lorca, Primarij Complutenſis qui 3. p. q. 2. ar. 7. diſp. 15. ſub n. mar. 10. ita cenſet de ſententia S. Thomæ, & Scoti, dũ aſſerũt vnionem hypoſtaticã eſſe relationem.

Quid cẽſeat Lorca de relatione vnionis hypoſtaticę

Hic modus dicendi non eſt cenſendus diuerſus à ſententia S. Thomæ, & Scoti, ſed potiùs eius explicatio; illi enim licèt aſſeruerint, vnionem eſſe relationem, nõ tamen explicuerunt, an eſſet relatio ſecũdùm eſſe, vel ſecundùm dici; & faciliùs explicatur, & intelligitur eorũ ſententia affirmando eſſe relationem ſecundũ dici, quàm ſecundùm eſſe.

Pet. de Lor.

Et in eadem diſp. 15. §. *Secundò eſt difficile affirmare*, ſub n. mar. 8. ita diſcernit & librat inter pronuntiata S. Tho. & Scoti de vnione hypoſtatica conſiſtẽte in relatione.

Vnio hypoſtatica non eſt relatio de genere accidentis apud S. Thomam & Scotum.

Hæc difficultas in doctrina Scoti ſolui poteſt, quoniam ipſe agnoſcit quoddam genus relationis, quas vocat extrinſecus aduenientes, & exiſtimat, has nullũ requirere fundamentũ, præter extrema & ad eas eſſe per ſe motũ, poſſeq; per ſe produci independenter ab aliquo fundamento: & in hoc genere cõſtituitur hæc relatio vnionis. Sed in doctrina S. Th. hæc difficultas vrget; quoniam ſua ſchola non admittit hoc genus relationum, ſed in omni relatione requirit fundamentum.

Pet. de Lor.

Pende pro relatione vnionis de genere ſubſtantiæ apud Scotũ.

Si ergo magis difficilis S. Thomæ ſententia ſuſtinet aptam apud Thomiſtas interpretationem de relatione non prædicamentali, & quæ non ſit de genere accidentis; cur facilior & conſequẽtior doctrina Scoti de relatione extrinſecus aduenientẽ, eã non excipit apud aliquos Scoti aſſeclas expoſitionem de relatione extrinſecus aduenientẽ de genere ſubſtãtiæ? Præcipuè cũ tot expreſsis Scoti aſſertis firmauerimus, quòd nullũ accidens poſsit eſſe ratio perſonationis ſubſtantiæ; & quòd ſubſtãtia, vt prior omni accidente, perſonetur ſiue propria, ſiue aliena ſubſiſtentia: de quibus vide à nobis exarata Scoti teſtimonia in hac proluſione à n. mar. 7. vſque ad 15.

Vnio hypoſtatica eſt relatio extrinſecus aduenięs de genere ſubſtãtiæ apud Scotum.

29 Adi etiam Vazquium 3. p. q. 2. ar. 7. diſp. 18. cap. 3. n. mar. 19. qui etiã S. Thomam & Scotum interpretatur, vt non loquantur de relatione de genere accidentis, ſed de modo ſubſtãtiali relato; de quo etiam idem Vazquius in diſput. 19. c. 1. n. mar. 3. vbi ita habet.

Idẽ ex Vazquio de Scoti ſenſu.

Denique Scotus in 3. diſt. 1. q. 1. §. Sed circa iſtum articulum. *Durandus, OKam, & alij allegati cap. 3. eiuſdem diſputationis, qui dicunt, vnionem eſſe relationem, ſeu modum ſubſtantialem relatum, conſequenter aſſerere videntur, terminum* Ad quem, *productum per actionem vnitionis, eſſe relationẽ illam, ſeu modum ſubſtantialem relatum; præſertim cùm Scotus, & OKam affirmẽt, ad illud genus relationis, (quod ipſi vocant extrinſecùs aduenięs, quia talis naturæ ſit, vt fundamento, & termino poſito, non neceſſariò ſed contingenter conſurgat) poſſe eſſe motum, & actionem: tametſi ex ſententia Ariſtotelis, 5. Phyſicorum, textu 10. ad relationem non ſit motus, id quod intelligi debet de relatione alterius generis.*

Vazquius

Subſcribit OKamus ita interpretans Scotũ.

30 Accedit etiam ex priſcis Theologis neruoſum Aureoli acumen in 3. ſent. d. 1. q. 1. pag. 336. Romanæ editionis, §. *Sed contra hoc ſtatim*, vbi oſtendit, quòd humanitas ſpectata ſecundum eſſe quidditatiuum humanitatis abſtrahat ab habitudine ad eſſendum in ſe per propriam ſubſiſtentiam, & ad eſſendum in alieno ſuppoſito; in re tamen exprimit habitudinem compoſitionis vt ſit in ſe & per ſe, vel in alio ſuppoſito aſſumente, & quòd hæc habitudo compoſitionis ad propriam, vel alienam

Conſentit Aureolus cẽſens, vnionẽ hypoſtaticã eſſe de genere ſubſtantiæ.

hy-

Vsufructus
hæredum.

Vsufructus
quasi hæ-
redum.

Vsufructus
quasi hæ-
redum.

Vsufructus
quasi hæ-
red

Satisfactio ad vltimam oppoſitionẽ ipſo Gregorio Ariminẽſi, & Caietano.

inſta etiam pro Arimineuſi, & Caietano ex num. margin. 20. fatemur, nullum extremum alicuius compoſitionis, aut cõſtitutionis intrinſecæ, importare maiorem vnionem cum alio extremo, quàm cum modo vnionis, vi cuius coniunguntur extrema ad conſtituendum vnum quid. Dicimus etiam, Verbum non eſſe magis intrinſecum vnioni hypoſtaticæ quàm humanitati; ſi magis intrinſecum ſonet informatiuam modificationem à forma vnionis.

An perſonalitas Verbi ſit magis intrinſeca vnioni hypoſtaticæ, quã humanitati aſſumptæ?

Quia ſicut Verbum non componitur humanitati vt forma informans, (quod non requiritur ad rationem terminationis intrinſecæ, vt liquet in puncto terminatiuo continui, nec enim punctum indiuiſibile informat extenſam, & diuiſibilem continui latitudinem; & cõſtat etiam in perſonalitate Angeli, ſi de potentia Dei abſoluta coniungeretur humanitati abſque informatione humanitatis) ita nec vnio hypoſtatica afficit Verbum per modificationem informatiuam.

Expenditur ratio, cur Verbum dici queat magis intrinſecum vnioni hypoſtaticæ quã humanitati.

Si autem ly magis intrinſecum, exprimat modum, aut formam modalem, quæ per ſuam eſſentiam coniungat extrema, & quaſi exerceat illa in actu ſecundo, vt ex duobus extremis conſtituatur vnum quid in ratione ſuppoſiti, in hoc ſenſu cauſalitatis intrinſecæ, & vicinitatis cauſalis vt Quo, ad conſtituendum ens ſimpliciter vnum per vnionem extremorum ad vnitatem ſuppoſiti, qui eſt Chriſtus includens intrinſecè non ſolam humanitatem, ſed etiam perſonalitatem Verbi gerentem vices perſonalitatis creatæ (quæ creata hypoſtaſis etiam tanquam terminus intrinſecus cointegrare debebat ſuppoſitum creatum conſtans ex natura, & hypoſtaſi creata, vt ex coextremis intrinſecis ad conſtituendum vnum ens per ſe in ratione ſuppoſiti) in iſta inquam acceptione vicinitatis, & intimitatis cauſalis ad conſtituendum vnum ens per ſe, & quatenus vnio exercita accipitur pro ipſo vno vnitate vnionis, conſtante ex extremis in actu ſecundo coniunctis ad conſtitutionem vnius in eſſe perſonali, & hypoſtatico, perſonalitas Verbi magis intrinſeca apparet vnioni hypoſtaticæ exercitæ ad conſtituendum vnum vnitate vnionis. Siquidem perſonalitas Verbi eſt de intrinſeca conſtitutione Chriſti, vt perſona eſt, & non eſt de conſtitutione intrinſeca humanitatis; quæ vt natura eſt, valet de abſoluta Dei potentia conſeruari abſque omni ſuppoſitalitate creata, & increata: cùm tamen ſit implicatoria exiſtentia Chriſti, & vnionis hypoſtaticæ, abſque Verbo actualiter terminante dependentiã naturæ.

Verbum eſt de intrinſeca ratione Chriſti, inquãtũ eſt vnum ens per ſe conſtans ex humanitate, & ex hypoſtaſi Verbi.

Vindicatur à nota improbatæ doctrinæ pronuntiatum Theologorum aſſerentium, relationem vnionis hypoſtaticæ eſſe accidens de genere accidentis; & firmatur vera ſententia de mente Scoti.

Liberatur opinio Gabrielis à nota hæreſis Neſtorij.

34 Reſtat modo ad cohibendas aliquorũ Theologorum duras cenſiones, qui placitum Gabrielis tranſcriptum à nobis ſub num. marg. 27. ita improbant, vt illud Neſtorianæ hæreſi quaſi affine, aut proximum æſtimare appareant, vel breuiter referre quantùm Catholicorũ ſententia à lapſu hæreticorum diſſideat. Nam Gabriel aſſerens, in vnione hypoſtatica non dari aliud ens creatum de nouo præter accidens de genere accidentis, ſeu qualitatem illam, quam appellauit gratiã vnionis; vel quiuis alius Theologus pronuntians, relationem de genere accidentis, ſeu de prædicamento relationis eſſe id nouum, & non aliud diſtinctum ab extremis incarnationis, quod concedendum ſit in hypoſtatica coniunctione Verbi ad humanitatem; hi inquam Theologi, cum fateantur, Verbum immediatè & ſubſtantialiter terminare humanitatem Chriſti, nec in Chriſto dari duo ſuppoſita ſolùm per affectum, vel charitatem coniuncta, vt effutiuit Neſtorius: irrationabile eſt vt Catholicus ſenſus ad hæretica pronũtiata retorqueatur.

NOTA.

Præſertim quòd illi Theologi, qui

in

Gabriel, & Scotizãtes quidã incidũt in opinionẽ Gregorij Ariminenſis, & Caietani.

in myſterio incarnationis nil agnoſcũt creatum, & de nouo productum niſi qualitatem, aut relationem de genere accidentis; recidant in ſententiam Gregorij Ariminenſis; & Caietani autumantium, Verbum & humanitatem ſe ipſis immediatè coniungi. Itaut actualis & exercita perſonatio humanitatis à Verbo, nil imbibat nouum creatum, ſed ſola ipſa extrema ſe ipſis compoſita; licet extra eſſentiam ſubſtantialis terminationis humanitatis à Verbo, admittant ſecundariò & conſequenter produci aliquod accidens, quod tamen non attineat ad eſſentiam immediatæ & ſubſtantialis terminationis humanitatis à Verbo.

Suadetur defenſio præcedentis doctrinæ ex termino transſubſtãtiationis.

35 Qui conſequenter Theologizant ad ſententiam de termino transſubſtantiationis in Euchariſtia; nec enim minus miraculoſa, & ſupernaturalis eſt incarnatio quam transſubſtantiatio. Vnde ſicut in Euchariſtia datur noua actio ſubſtantialis conuerſiua ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis Chriſti abſque nouo termino ſubſtantiali producto; non tamen abſque nouo termino præſentiæ Sacramẽtalis, quæ eſt accidens de genere accidentis; eò quòd Chriſti corpus abſque ſubſtantiali additione, vel variatione ſuæ ſubſtantiæ terminet conuerſionem panis in ſubſtantiam corporis Chriſti. Ita & humanitas Chriſti abſque additione alicuius realitatis, aut modi ſubſtantialis creati terminatur à ſuppoſitalitate Verbi; & actio ſubſtantialis, totius Trinitatis terminatur ad vniendam humanitatem cum Verbo ſubſtãtialiter, non addita aliqua realitate de genere ſubſtantiæ, ſed de genere accidentis.

Authores pro excutiẽda iniuſta cenſura.

Pro quo placito à nota improbatæ doctrinæ vindicando, & afferendo lege Vazquium 3, par. tomo de Incarnatione, diſp. 18. cap. 2. numer. margi. 16. §. *Hanc ſententiam*, & capit. 3. eiuſdem diſputationis, §. *Ex his infero*, numer. marg. 30. & præcipuè verſandus eſt Petrus de Lorca, loco citato, 3. p. q. 2. ar. 7. diſp. 15. num. marg. 6. & 7. & ſpecialiter num. marg. 13. §. *Pro cuius intelligentia*, vbi prædictæ ſententiæ fauere videtur.

Vazquius.

Lorca.

Afferitur vnio hypoſtatica relatio extrinſecus aduenies de genere ſubſtãtiæ ex Scoto.

36 Quibus prælibatis, reliquum eſt vt veram ſententiam de modo ſubſtãtiali relato vnionis hypoſtaticæ probationibus Scoti roboremus; quas petimus ex 3. ſentent. diſt. 2. quæſt. 2. §. *Quantum ad primum oſtendo.* ſub num. margin. 7. vbi ſuadens Scotus, totum ſubſtantiale realiter ſecerni à ſuis partibus, ſiue ſeorſum ſumptis; ſiue vnitis per indiſtantiam vnionis, ſeu approximationis localis; ſi tamen ſemoueatur ſubſtantialis, & intrinſeca compoſitio exercita ipſarum partium, vt oſtendam in proluſione ſequenti de diſtinctione totius à partibus. Partes enim non diſtingui realiter à toto, ſi partes coniunctim ſumptę non importent ſolã vnionem & coniunctionem approximationis localis, ſed etiã ſubſtantialem informationem; & cauſalitatem exercitam partium ad conſtitutionem totius, luculenter ex Scoto demonſtrabo; ſic igitur ſe habet Scoti textus.

Qualiter totum diſtinguatur à partibus vnitis?

Scotus.

Quantum ad primum oſtendo, quòd totum ſit ens aliud ab omnibus partibus coniunctim, & diuiſim. Probo; quia aliàs non eſſet differentia totius, quod eſt per ſe vnum, ad totum quod eſt vnum aggregatione, vt cumulus, vel acerus; quia iſtud totum ſecundum eſt ſuæ partes 8. Metaph.

Totũ diſtinguitur à partibus vnitis per approximationem localem.

37 *Conſequens videtur inconueniens: tum ex eodem 8. Metaphyſicæ, tum quia etiam vnum per accidens eſt magis vnum, quàm illud aggregatione, & minus vnum, quàm totum vnum per ſe, & tamen vnum totum per accidens non eſt ſua partes. Quia ſecundum Philo. 7. Metaph. cap. de vnitate diffinitionis; in hoc, homo albus eſt vnum aliquid, quia albedo ineſt homini, non autẽ eſſet tale totum, ſi non informaret.*

Diſcrimen inter vnum per aggregationem, & vnum per ſe

38 Ex quo textu talem depromo argumentationem. Chriſtus inquãtum conſtitutus ex humanitate, & ex perſonalitate Verbi, eſt vnum quid ſubſtantiale; ergo importare debet aliquid ſubſtantiale, quod non imbibant extrema vnibilia ſpectata ante exercitam coniunctionem inter ſe: cùm apud Scotum tranſcriptum ſub num. marg. 36. illud ſit vnum vnitate aggregationis, (vt cumulus, vel acerus entitatum,) quod nil importat præter ſuas partes, vt exiſtere valent in actu ſignato vnionis, ſeu in ſeparationis ſtatu. Quia ſicut humanitas etiam orbata diuinitus propria ſubſiſtentia, & perſonalitas Verbi

Ex ratione entis per ſe in Chriſto aſſeritur vnio hypoſtatica de genere ſubſtãtiæ, & realiter diſtincta ab extremis vnibilibus.

exi-

existere possunt cum indistantia & contactu entitatiuo, (qui congruit Verbo ab immensitate sua) non existente exercita terminatione humanitatis à Verbo ad vnitatem in esse personali, & hypostatico; ita & ipsa terminatio exercita nequit non esse realiter distincta ab extremis, quæ separari possunt realiter ab exercita personatione: præsertim iuxta principium Scoti à nobis exaratum in numer. margin. 11. huius prolusionis: *Quidquid est idem alicui substantiæ, manet, manente illa substantia.*

Scotus ☞ „ „ „ „

Atqui personatio exercita Verbi respectu humanitatis potest non manere, adhuc manente humanitate orbata propria subsistentia, & manente personalitate Verbi solùm coniuncta humanitati præsentialiter, seu per indistantiam entitatum, quæ intimitas præsentialis conuenit Verbo vi suæ immensitatis; ergo personatio exercita Verbi respectu humanitatis est realiter distincta ab extremis incarnationis, sicut & separabilia sunt talia extrema à personatione exercita Verbi erga humanitatem.

Vnio hypostatica est exercita personatio humanitatis à Verbo apud Scotũ

Tunc sic vrgeo ex Scoto à nobis transcripto, & explanato sub num. margin. 9. huius prolusionis. *Quando natura personatur in alio, videtur personari, vt prior omni accidente; & ita nullum accidens est propria ratio personationis illius, & per consequens istius vnionis.*

Talis vnio est de genere substãtiq Scotus. ☞ „ „ „

Si personatio exercita adderet solum accidens super extrema incarnationis, vt separabilia, & ante aditam personationem humanitatis à Verbo; fieret, vt Christus inquantum constitutus ex humanitate, & ex hypostasi Verbi, nõ esset vnum ens per se substãtiale, sed vnũ ens per se accidentale.

Christus esset ens per se accidẽtale, si vnio hypostatica sit de genere accidentis.

Quod confirmo ex textu Scoti à nobis transcripto sub numer. margin. 37. *Vnum per accidens est magis vnum, quã illud vnum aggregatione, & minus vnum, quàm totum vnum per se, & tamen vnum totum per accidens non est suæ partes; quia secundùm Philosophum 7. Metaph. cap. de vnitate diffinitionis; homo albus est vnum aliquid, quia albedo inest homini, non autem esset tale totum, si non informaret.*

Vrgetur eadem ratio.

Scotus. ☞ „ „ „ „

Ex quo textu sic formo rationem. Ideo album apud Scotum ex Aristotele, est magis vnum, quàm vnum ex cumulo & aggregatione partium, quia album super partes separabiles saltim de absoluta Dei potentia, scilicet supra subsstratum & albedinem, adiungit vnionem informationis, seu inhærentiæ realiter distinctæ à partibus albi, sine qua partes albi existere possent; igitur vt Christus sit vnum quid in ratione suppositi, debet importare exercitã vnionem realiter distinctam ab extremis incarnationis inquantum existere valent absq; personatione exercita Verbi erga humanitatem.

Formatur ex Scoto ratio pro vnione hypostatica realiter distincta ab extremis vnibilibus.

39 Quæ doctrina suffulcitur authoritate & acumine Scoti in 2. sent. dist. 1. quæst. 4. *Vtrùm creatio Angeli sit idem Angelo?* §. *Probatio primi inconuenientis*, sub numer. margin. 6. vbi ita habet Scotus.

Suffulcitur vltra doctrina precedens.

Si idem realiter naturæ humanæ sit vnio eius ad Verbum: igitur si Verbum nunquam assumpsisset naturam illam, & fecisset illam absolutam eamdem, ipsa æquè realiter fuisset vnita Verbo, sicut modo est vnita Verbo; quia tota realitas fuisset tunc, quæ modo. Si etiam deponeret illam naturam, manente tamen ipsa eadem in se, maneret natura illa realiter vnita Verbo; & ita realiter sicut nunc est vnita, quia saluaretur tota realitas naturæ tunc, sicut modo.

Scotus ☞ „ „ „ „ „ „ „ „ „ „ „

40 Et confirmatur assertum precedens ex Scoto in eadem quæst. 4. 9. *Tertium probatur*, sub num. marg. 7. vbi ita agit Scotus contra extrema cuiuslibet constitutionis intrinsecæ, itaut vnio non sit distincta ab extremis, sed extrema absque aliqua realitate distincta, se ipsis coniungantur in vnum; quia sequeretur, quòd vnum non esset magis vnum quàm plura entia, si ipsa non componerentur per exercitam compositionem distinctam realiter ab ipsis extremis vt separabilibus inter se.

Alia probatio vniuersalis de quolibet cõposito ex Scoto

Quia si A, & B, componant (A B) & istarum partium vnio adinuicem nihil aliud sit realiter nisi ista absoluta A, & B; ergo separatis realiter A, & B, manet tota realitas illa, quæ est ipsorum A, & B vnitorum; & tunc A, & B, separata manent realiter vnita. Et ita manet compositum separatis partibus componentibus; & ita compositum non erit compositum; quia quod manet com-

Scotus ☞ „ „ „ „ „ „ „ „ „ „ „

po-

Scotus. ☞ *poſitum ſeparatis partibus componentibus, non eſt compoſitum ex eis: nihil enim eſſet tunc niſi vnum aggregatione, ſicut Philoſophus videtur deducere 7. Metaph.*

Elucidatio textus præcedentis.

41 Præmiſſa ex Scoto, & Ariſtotele vnione realiter diſtincta ab ipſis extremis conſtituentibus vnum ens per ſe, eò quòd extrema ſint ſeparabilia inter ſe, & à compoſitione exercita; tunc ſic produco rationem. Sed nequit Chriſtus conſtitui vnum quid ſubſtantiale ex vnione de genere accidentis; quia ſicut vnum per ſe condiſtinguitur ab vno per aggregationem, ob additionem vnionis realiter diſtinctæ ab extremis, vt valent exiſtere in ſtatu ſeparationis: ita vnum per ſe ſubſtantiale ſecernitur ab vno per ſe accidẽtali, quia vnum per ſe accidentale componat extrema per vnionem ſeu informationem exercitam de genere accidentis, & vnũ per ſe ſubſtantiale importet ſuper extrema vnionem exercitam de genere ſubſtantiæ.

Cur ex vnione de genere accidẽtis nõ reſultet vnũ ſubſtantiale?

Cùm enim vnio ſit ratio intrinſeca illius entis, quod vnum eſt ex coniunctione extremorum, & proxima cauſalitas ſe gerẽs vt Quo ad conſtituendũ vnum; nequit ex vnione accidentali, (quæ intrat ipſam quidditatem vnius) conſtitui vnum quid ſubſtantiale, ſiue in eſſe naturæ, ſiue in eſſe ſuppoſiti; cùm nullum accidens ſit de intrinſeca quidditate & conſtitutione totius ſubſtantialis: vt de expreſſa mente Scoti oſtendemus in ſequenti proluſione de cauſalitate materiæ & formæ ad conſtitutionem totius ſubſtantialis.

Vnio hypoſtatica nec imbibit accidens, nec præſupponit illud.

42 Quòd autem vnio hypoſtatica Verbi nullum intrinſecè imbibat accidens, etiam ſupernaturale, nec etiã præmittat illud; præter teſtimonia Scoti tranſcripta in præſenti proluſione à num. margin. 3. vſque ad 6. confirmatur ex Scoto in 3. ſen. diſt. 2. quæſt. 2. §. *Et confirmatur etiam*, ſub num. marg. 12. vbi ait.

Scotus. ☞ *Quia illud, quod eſt alicuius in ſe, prius eſt eius quàm quod eſt eius per accidens; ſed ſi natura ſibi fuiſſet dimiſſa, fuiſſet perſonata in ſe ex ſe ipſa: igitur perſonari priùs naturaliter competeret ſibi quàm habitus ille accidentalis.*

Alia probatio ex textu vbi ſubdit Scotus.

Scotus ☞ *Iſta vnio eſt ad eſſe primum, ad quod non præſupponitur aliquod accidens in natura vnita, ſicut etiam ad eſſe primum ſupernaturale, quod habetur per habitũ gratiæ, non requiritur aliquod eleuans naturam: ſic enim eſſet procedere in infinitum, vt ſemper vnum ſupernaturale diſponeret ad aliud.*

Confutatur modus dicẽdi Scotizantiũ, quòd relatio vnionis hypoſtaticæ ſit de genere accidentis

43 Hæc contra aliquos Scoti aſſeclas ſeriò ſcripſimus, qui mordicus tenent, vnionem hypoſtaticam de mente Scoti eſſe accidens de genere accidentis. Quia tamen profligati ea ratione (quæ petitur ab Scoto, quòd nullum accidens eſſe queat de quidditatiua aut intrinſeca conſtitutione ſubſtantiæ) negant, relationem extrinſecus aduenientem vnionis hypoſtaticæ eſſe de intrinſeca conſtitutione Chriſti vt eſt vnum quid ſubſtantiale in eſſe perſonali, & hypoſtatico; alia excogitarunt omnino deuiantia à mente Scoti, quòd ſcilicet extrema ſubſtãtialia incarnationis connectantur ſe ipſis abſque aliquo noto modo ſubſtantiali creato, itaut relatio extrinſecus aduenitus ſit extra eſſentiam perſonationis Chriſti: & quòd exiſtente perſonatione exercita humanitatis aſſumptę ad vnitatem ſuppoſiti, tolli poſſet illa relatio de abſoluta Dei potentia, ſicut impediri valet diuinitus pullulatio relationis paternitatis etiam exiſtentibus fundamento & termino.

Reuincitur ad hominẽ ex principijs Scoti.

Quæ ſi vera eſſent, vnio hypoſtatica non eſſet relatio extrinſecus aduenięs, quæ poſito fundamento, & termino, poſſet naturaliter non poni, ſed relatio intrinſecus adueniens, cuius pullulatio eſt miraculosè impedibilis, ſiquidem ſi relatio vnionis præmittere: perſonationẽ exercitam humanitatis à Verbo, non poſſet naturaliter non pullulare relatio naturæ aſſumptæ & vnitæ ad Verbũ, vt preſsè oſtendimus in iſta proluſione ſub n. marg. 13.

Infertur cõtra eos quòd vnio hypoſtatica nõ eſſet relatio extrinſecus adueniens.

Cæterùm, quia hi Scotizantes præcipuum ſuæ aſſertionis fundamentum pro accidentalitate relationis vnionis hypoſtaticæ petunt ex eo, quòd Scotus cenſuerit, vnionem hypoſtaticam eſſe relationem extrinſecus aduenientem; & prædicti Scotiſtæ arbitrantur, omnem relationem extrinſecus aduenientem eſſe verum accidens de gene-

Non omnis relatio extrinſecus adueniens eſt de genere accidentis; & occaſio Appendicis ſequentis.

re

re accidentis: è re erit germanam Scoti ſententiam referare. Pro qua ſequentẽ excito Appendicem.

APPENDIX AD Proluſionem præcedentem; de ratione relationis extrinſecus aduenientis de Scoti ſenſu, an ſit de genere accidentis?

Ratio quęſiti; an omnis relatio extrinſecus aduenięs ſit de genere accidentis?

44 TAM pro exigentia doctrinæ à nobis expenſæ de ſubſtantialitate vnionis hypoſtaticæ, quæ apud Scotum eſt relatio extrinſecus aduenians, quàm pro his, quæ aſſeruimus de vnione ſubſtantiali materiæ & formæ, quæ etiam apud Scotum eſt relatio extrinſecus aduenians, & pro alijs relationibus extrinſecus aduenientibus, quæ attinent ad conſtitutionem intrinſecam ſubſtantiæ, quantitatis, & qualitatis (de quibus egimus in Controuerſ. 2. de Vnitate Dei, ar. 3. de Principio phyſico vnitatis numericæ in ſubſtantia corporea, in Corollario pro ſubſtantiali compoſitione materiæ & formæ, ſub num. marg. 17. præ licti articuli) vrget plenior exaratio huiuſmodi pronuntiati, quòd apud Scotum omnis relatio extrinſecus aduenians non ſit de genere accidentis, vel relationis omnino extractæ ab alijs conceptibus accidentium, quæ attinent ad intrinſecam rationem quãtitatis, & qualitatis; inibi enim hęc ex inſtituto non verſauimus, ne de currẽtem diſputationis ſeriem interſtitionibus aut prolixioribus digreſsionibus interturbaremus.

tẽ an ſit ratio extracta à quãtitate, & qualitate?

Opinio Scotizantiũ de relatione extrinſecus adueniente extra naturã ſubſtãtiæ quãtitatis, & qualitatis.

Vt autem in hac re defæcatiùs procedatur, literam Scoti exhibeo, ex qua aduerſarij id commentarij hauriũt de accidentalitate omnis relationis extrinſecus aduenientis; & quòd omnes huiuſmodi habitudines attineant ad quendam conceptum de genere accidentis omnino extractum ab ea ratione, quæ ad conſtitutionem intrinſecam quantitatis, aut qualitatis attinere valeat. Ita ergo relationem extrinſecus aduenientem explanat Scotus in 3. ſententiar. diſt. 1. q. 1. §. *Ad aliud in oppoſitum de Philoſopho. 5. Phyſicorum*, ſub num. margin. 14. vbi vel hic oſtendit Scotus, quòd relatio triplicitẽr ſe habere poſsit ad fundamentum, primò, vt identificata fundamento; ſecundò, vt intrinſecus adueniens fundamento; tertiò, vt extrinſecus adueniens fundamento.

Qualiter ex Scoto ſtabilire contẽdant?

Scotus.

Triplex ratio relationis.

45 *Poteſt dici; quòd relatio poteſt tripliciter ſe habere ad fundamentum. Vno modo, quòd fundamentum non poteſt poni ſine relatione illa abſque contradictione; quia fundamentum non poteſt ſine contradictione eſſe ſine termino illius relationis, nec etiam ſine relatione ad terminum, quia iſta natura neceſſariò requirit talem terminum ad ſui eſſentiales ſunt relationes creaturæ inquantum creatura ad Deum inquantum creator. Huiuſmodi relatio eſt idẽ realiter fundamento, ſicut patet ex diſt. 1. q. 4 ſecundi libri.*

Prima; quæ identificatur cũ ſubſtãtia fundamẽti; vt relatio creaturę ad Deum.

Secũda; quę poſitis fundamento, & termino, cõſurgit neceſſariò.

46 *Alio modo fundamentum poteſt eſſe ſine relatione; quia poteſt eſſe ſine termino: tamen fundamento, & termino poſitis, neceſſariò conſequitur iſta relatio, ita quòd iſta duo ſimul poſita ſint neceſſaria cauſa relationis, ſiue in vtroque extremo ſiue in altero. Exemplũ de ſimilitudine in albo & albo.*

Tertia; quæ dato fundamẽto, & termino, nõ neceſſariò reſultat, ſed expectat actionem extrinſeci agẽtis.

47 *Tertio modo relatio poteſt non neceſſariò conſequi fundamentum; quia non neceſſariò coexigit terminum, nec habitudinem illam ad terminum; nec etiam fundamento, & termino poſitis, neceſſariò conſequitur relatio ambo extrema vel vnum: ſed contingenter dicitur aduenire extremo etiam poſtquã ipſum & quodlibet abſolutum in ipſo, & in termino fuerit poſitũ in eſſe; & in iſto modo nõ oportet ponere aliquod abſolutũ nouum in altero extremorũ, etiam dato quòd relatio ſit noua.*

Omnes vniones extremorũ abſolutorum attinent ad tertiam ſeriem horum relatiuorũ.

48 *Hoc modo ſe habent multæ relationes; puta communiter vniones abſoluti ad abſolutum. Si enim forma per ſe eſſet, & materia per ſe eſſet, vt corpus organicum, & anima, vel ſubiectum per ſe eſſet, & accidens per ſe; vt panis, & quantitas, ſi de nouo vniantur, nullum abſolutum nouum eſt in altero extremo; ſed iſta relatio contingenter ſe habet vt poſsit ineſſe, & non ineſſe*

etiam

Scotus.

etiam extremis poſitis.

49 *Tunc ad Philoſophum concedo, quòd non eſt motus nec mutatio ad relationem primo; vel ſecundo modo ſe habentem; & per conſequens nec vniuerſaliter ad relationem de genere relationis, vt ipſe ibi loquitur de relatione prædicamentali. Illa enim eſt relatio intrinſecus aduenies, id eſt neceſſariò conſequens fundamentum, puta, quantitatem, vel qualitatem, vel ſubſtantiam, quæ intrinſecus ineſt non abſoluta neceſſitate, ſed poſito termino, ad quẽ eſt relatio; quia iſta nõ aduenit niſi propter nouitatem alicuius abſoluti in altero extremo, & ſemper eſt ſub primo, & ſecundo modo relationum dictarum.*

Ad relationes tertię claſsis datur per ſe motus

Non ita ad relationes primę & ſecũdę ſeriei.

50 *Sed ad relationem tertio modo ſe habentem (quia illa eſt extrinſecus aduenies, id eſt non neceſſariò conſequẽs fundamentum, puta qualitatẽ, vel quantitatem, vel ſubſtantiam, ſed abſq; nouitate alicuius abſoluti in illo, in quo eſt, vel in termino contingẽter conſequitur) benè poteſt eſſe mutatio.*

Cur relationes claſsis tertiæ vocẽtur extrinſecus aduenientes?

51 *Et aliqua tales relationes fortè pertinent ad illa ſex principia, quæ dicuntur extrinſecus aduenientia; vnde, & ſecundùm eum, in 5. Phyſicorum, motus eſt ad vbi, & tamen vbi nullam formam abſolutam dicit; ſed tantùm reſpectũ in corpore circũſcripto ad locum circũſcribentem, & iſte reſpectus pertinet ad modum prædictum.*

Aliquæ relationes extrinſecus aduenientes, an pertineant ad ſex vltima prædicamẽta?

52 Pro cuius literæ elucidatione aliquot obſeruanda ſunt. Primò in textum Scoti à nobis tranſcriptum ſub num. margin. 45. vbi loquitur Scotus de relationibus, quarum fundamenta abſque contradictione nequeunt exiſtere ſine talibus habitudinibus: cuiuſmodi eſt relatio entis participati ad Deum, cùm implicet, quòd ens participatum, vt eſt ens ab alio, poſsit exiſtere non relatum ad primam cauſam, ea comparatione habitudinis, quæ tranſcendit naturam cuiuſcunque producti à Deo. Cùm autem hęc relatio in ſubſtantia producta identificetur ipſi ſubſtantiæ effectæ à Deo, nequit talis habitudo eſſe accidens de genere accidẽtis, ſiquidem apud Scotum, nullum prædicatum identificatum ſubſtantiæ eſt accidens de genere accidentis. Quamobrem viuæ facultates animæ rationalis, ſcilicet intellectus & voluntas (quæ apud Scotum identificantur realiter cum ſubſtantia animæ rationalis, itaut ab ea ſolùm formaliter ex natura rei diſtinguantur) non ſunt accidentia de aliquo prædicamento accidentis; licet appellari queant accidentia ſubſtantiæ, quatenus accidens vſurpatur pro eo cõceptu, qui non ſit de quidditate rei.

Expenditur prima claſsis relationũ idẽtificatarũ fundamẽto relationis.

Talis relatio in ſubſtantia nequit eſſe accidẽs de genere accidẽtis.

Ex qua obſeruatione eos Scotizantes reuincimus, qui æſtimant, quòd Scotus in diſtributione triplicis huius ſeriei relatiuorum, quam in præſenti litera expendit, loquatur de relationibus attinentibus ad aliquod accidens de genere accidentis, & prout condiſtinguitur à ſubſtantia; ſiquidem relatio ſubſtantiæ, prout ens participatum eſt, ſeu ens ab alio, ſcilicet à Deo, non eſt accidens de genere accidentis. Quod confirmat expreſſa aſſertio Scoti in 2. ſententiar. diſt. 1. quæſt. 4. *Vtrùm creatio Angeli ſit idem Angelo?* ſub § *Aliter ponitur*, num. marg. 20. vbi cùm proponeret ſententiã Henrici autumantis, quòd relatio Angeli ad Deum creatorẽ differat realiter ab Angelo; ita habet Scoti textus.

Corollariũ cõtra Scotiſtas aſſerentes, ab Scoto in præſẽti recenſeri ſolas relationes de genere accidentis

Scotus

Scotus.

Oppoſitio Scoti, quòd relatio Angeli ad Deũ creantẽm ſit accidens

53 *Aliter ponitur; quòd iſta relatio Angeli ad Deum, differt realiter ab eſſentia Angeli. Quod confirmatur per Auguſtinum, 5. de Trinitate cap. 5. vbi dicit*: Quod in creaturis quidquid non ſecundùm ſubſtantiam dicitur, reſtat vt ſecundùm accidens dicatur: *Et arguitur, quòd in creaturis relatio ſit accidens. Quod etiam expreſsè vult in eodem lib. 5. cap. 16. dicens*: Illa ſunt accidentia relatiua, quæ cum aliqua mutatione rerum, de quibus dicuntur, accidunt. *Et vult ex hoc, relationem creaturæ ad Deum eſſe accidens; non autem eam, qua relatiuè dicitur Deus ad creaturam. Et hoc expreſsius dicit ibidem in fine*: Quod ergo temporaliter dici incipit Deus, quod antea non dicebatur manifeſtum eſt relatiuè dici; non tamen ſecundùm accidens Dei, quod ei aliquid acciderit, ſed planè ſecundùm accidens eius, ad quod dici aliquid Deus incipit relatiuè.

S. Auguſt.

S. Auguſt.

Satisfactio ad oppoſitionẽ ex S. Auguſtino.

54 Quam Henrici oppoſitionem ex Auguſtino, ita diluit Scotus in eadem quæſtione, §. *Ad argumenta principalia*, ſub num. marg. 20. *Ad auctoritatem Auguſtini pro vltima opinione, concedo, quòd relationes in creaturis*

Scotus

ſunt

Scotus.

ſunt accidentia; loquendo de relationibus creaturarum ad illa, ad quæ non dependent eſſentialiter. Ad quæcunque autem eſſentialiter dependet A; ipſa dependentia eius eſſentialis non eſt ſibi accidens: hoc eſt, non eſt aliud realiter. Et tunc illud primum, quod adducitur de 5. de Trinitat. cap. 5. Quòd in rebus

S. Auguſt.

creatis illud, quod non ſecundùm ſubſtantiam dicitur, reſtat, &c. *Exponendum eſt, ſecundùm accidens dici, quod non per ſe prædicatur in quid.* Vbi ſatis perſpicuè oſtendit Scotus, qualiter relatio Angeli ad Deum creatorem, dici queat accidens Angeli; ſcilicet inquantum accidens exprimit id, quod formaliter diſtinguitur à quidditate ſubſtantiæ; non tamen inquantum accidens de genere accidentis, & realiter diſtinctum à ſubſtantia, componibile eſt ſubſtantiæ per inhærentiam realem.

Diſquiſitio de identitate relationis creaturę.

55 Cæterùm circa literam Scoti tranſcriptam ſub num. 45. de identitate relationis creaturę identificatæ cum creatura, præcipue circa illa verba Scoti: *Tales ſunt relationes creaturæ inquantũ creatura ad Deum inquãtum creator:* reſtat adnotandum. Quòd

Scotus

loquatur Scotus de vniuerſali habitudine entis creati, aut participati, quæ tranſcendit omnes naturas creatas, inquantum ens creatum eſt ens ab alio; non tamen agit de quibuſdam particularibus dependentijs, quæ accedunt creaturis ex ſpecialibus actionibus Dei circa entia creata. Creaturæ enim, ſicut exiſtere valent ſine aliquibus ſpecialibus dependentijs, ita ſine tali, aut tali actione Dei circa creaturas; acproinde, & iuxta celebre axioma Scoti de diſtinctione reali vbi extet ſeparabilitas extremorum, concedi debet diſtinctio realis inter creaturam, & talem dependentiam ſpecialem à Deo, ſine qua creatura exiſtere queat cũ alia dependentia.

Quę relatio ad Deũ identificetur cum creatura?

Exempli gratia; ſi Deus crearet formam albedinis præter naturalem exigentiam albedinis, quæ non poſcit produci per creationem, & ſine ſubiecto, ſed per eductionem ex potentia ſubiecti; talis ſpecialis dependentia albedinis à Deo vt creante, eſſet realiter diſtincta ab albedine; ſiquidem & ſeparationis eſſet ab eadem numero albedine, ſi à Deo producta non eſſet per creationem, ſed per eductionem ex potẽtia ſubiecti, & iuxta connaturalem exigentiam talis formæ.

Optima inſtãtia de relatione albedinis productę per creationẽ, quæ relatio diſtinguitur realiter ab albedine

56 Ex quo infertur, quòd quando ens creatum exigit talem rationem ſpecialis dependentię à Deo, vt ſine tali dependentia ſpeciali exiſtere nequeat; tunc res creata non diſtinguitur realiter ab illa ſpeciali dependentia, & relatione ad Deum. Quare merito aſſeruit Scotus, quòd creatio paſsiua Angeli, ſiue actualis dependentia Angeli à Deo, vt creante, non ſit realiter diſtincta ab Angelo; quia Angelus nequit effici nec exiſtere niſi per creationem.

Relatio Angeli ad Deũ creantẽ nõ diſtinguitur realiter ab Angelo.

Quod idem de mente Scoti ſuſtinendũ eſt de dependentia habituum ſupernaturalium à Deo per creationem; cùm nullus habitus ſupernaturalis effici queat à Deo niſi per actionem creatiuam, quatenus nullus habitus ſupernaturalis præhaberi valeat intra paſsiuam facultatis natiuæ poteſtatem, vt ex ea educi poſsit: de quibus egimus in Controu. 9. de Viſione Dei, diſt. 3. ſub diſt. 1. ar. 1. de vitalitate viſionis beatificæ, n. mar. 34.

Nec relatio habitus ſupernaturalis ad Deũ creantẽ diſtinguitur realiter ab habitu ſupernaturali

Quare vel ſic interpretamur Scotum, quòd quando vniuerſaliter aſſerere apparet, relationem creaturæ (vt eſt ens participatum, vel ens ab alio,) non diſtingui realiter à creatura; loquatur de generali dependentia, quæ tranſcendit naturam cuiuſlibet entis creati, quà ens ab alio, vel participatum eſt; itaut procedat Scotus de generali, & tranſcendentali dependentia, quæ congruit enti creato ex abſtracta, & communi ratione entis participati vt ſic, etiam admiſſa diſtinctione reali, & ſeparabilitate ab ſpeciali dependentia, quæ aliquibus creaturis accedat procedens ex particularibus actionibus cauſalitatis diuinę vltra connaturalem illarum creaturarum exigentiam. Vnde hanc variabilem, & ſeparabilem dependentiam, (ſuperſtite eadem numero ſubſtantia rei productæ,) vocamus dependentiam formalem; illam verò dependentiam generalem, quæ inſeparabilis eſt ab ente participato, fundamentalem dependentiam appellamus; quia quaſi fundamentum ſit, & ſubſtantia, cui adhæreant aliæ ſpeciales dependentiæ variabiles pro nutu, & arbitratu Dei, &

Apta interpretatio prompti ati vniuerſalis, quod inſinuat Scotus.

ſeparabiles ab eadem numero ſubſtãtia rei productæ.

Obſeruatio pro abſimilitudine relationis extrinſecus & intrinſecus aduenientis.

57 Obſeruandum præterea in literam Scoti in preſenti Appendice tranſcriptam ſub numer. margin. 46. & 47. vbi aſsignans Scotus diſcrimen inter relationem intrinſecus, & extrinſecus aduenientem, docet, quòd relatio intrinſecus aduenies ea ſit, quæ poſitis fundamento & termino nequeat naturaliter non exiſtere; ſecus tamen relatio aduenies extrinſecus, quæ termino, & fundamento exiſtentibus, ipſa habitudo valeat naturaliter non exiſtere.

Oppoſitio Thomiſtarum contra fundamẽtũ Scoti.

Quam abſimilitudinem in vtraque relatione intrinſecus, & extrinſecus aduenie nte tanquam deficientem, & impropriam reijciunt Thomiſtæ; eò quòd in extremis relationis intrinſecus aduenientis inuoluat Scotus rationem fundandi, qua poſita & adiuncta fundamento, inimpedibilis ſit naturaliter pullulatio habitudinis fundamenti ad terminum. In deſcriptione tamen relationis extrinſecus aduenientis remoueat, & abigat Scotus fundamentum proximum, ſeu rationem fundandi, qua accedente, etiam inimpedibilis exiſtit productio illius formæ, quam Scotus relationem extrinſecus aduenientem vocitat; ſiquidem data approximatione vnibilium, & actione productiua modi vnitiui componentis vnibilia, etiam naturaliter repugnat non exiſtentia vnionis.

Premitur ratio cõtrà relationem extrinſecus aduenientem.

58 Quæ doctrina procedit vrgentiùs contra Scotum data ea hypotheſi, quòd Deus tolleret actionem generatiuam intercedentem inter ſubſtantiam generantem, & ſubſtantiam genitam, quæ ſunt extrema relationis paternitatis, & filiationis, itaut Deus per creationem produceret immediatè eaſdem numero ſubſtantias, quæ modò ſunt ſubſtrata relationis paternitatis, & filiationis; itaut Petrus, qui modò procedit à Paulo per generationem, non generaretur à Paulo, ſed crearetur immediatè à Deo. In qua hypotheſi, & ſuppoſita creatione Petri à Deo, exiſtere poſſent naturaliter Petrus, & Paulus abſque mutua relatione vel oppoſitione relatiua paternitatis, & filiationis; quia tolleretur ratio fundandi harum habitudinum, quæ eſt productio huius ab alio.

Videtur Scotus excludere rationem fundandi in relatione, quã vocat aduenientẽ extrinſecus

Igitur ſi Scotus abigat rationem fundandi in extremis relationis extrinſecus aduenientis, nil exhibet quod conducere queat ad aperiendam abſimilitudinem inter relationes intrinſecus, & extrinſecus aduenientes; cùm extrema relationum intrinſecus aduenientiũ (ſi remoueatur ratio fundandi, ſcilicet generatio) etiã naturaliter exiſtere queãt abſq; pullulatione relationũ paternitatis & filiationis, vt conſtat ex hypotheſi & inſtantia propoſita.

Diluitur obiectio cõtra relationem extrinſecus aduenientem.

59 At ictus hic, qui aliquid prætendit acuminis, nullo negotio obtunditur; ſi obſeruetur, quòd quando quidditates rerum nobis ignotæ ſunt, Philoſophi eſt ex proprietatibus naturalibus diſcretionem quidditatum veſtigare. Quod & præſtitit Scotus elucidans diſparitatem inter formas eſſentialiter relatas, quæ conſtituunt tertium prædicamentum relationis; & alias etiam formas, & modos eſſentialiter relatos, qui attinent ad aliarum naturarũ conſtitutionem, & ad diuerſa prædicamenta pertinent, vel ad ea prædicamenta reducuntur, ad quæ directè ſpectant illæ naturæ, quæ à talibus modis afficiuntur.

Expenditur diſcrimẽ inter relationẽ intrinſecus, & extrinſecus aduenientẽ

Quo præmiſſo dicimus; quòd extrema relationis intrinſecus aduenientis ea ſunt, quæ aut intrinſecè imbibant rationem fundandi, vel fundamentum proximum illatiuum relationis; vt liquet in relationibus identitatis, æqualitatis, & ſimilitudinis. Vel dato quòd extrema non identificentur realiter cum ratione fundandi (ſicut ſubſtantia generans non identificatur realiter cũ actione generatiua,) terminus tamen relationis intrinſecus aduenientis, verbi gratia, ſubſtantia genita ita naturaliter, & neceſſariò præſupponit rationem fundandi, ſcilicet generationem in Patre, quòd aliter fieri nequeat ſeruata naturali, & communi ſerie propagationis, & ſecluſis actionibus, ſeu productionibus miraculoſis: ac proinde nec ſubſtantia genita valet naturaliter exiſtere, ſeruato naturali ſtatu, & ſecluſis miraculis, niſi præceſſerit generatio in ſubſtantia generante. Quare ſic exiſtente ſubſtantia genita, inimpedibiliter ex naturæ legibus pullulat filiatio ex ſubſtantia genita tanquam ex immediato

NOTA

ſub-

Relatio intrinsecus adueniés non expectat influxū extrinseci agentis, vt resultet relatio.

substrato, & principio efficiente illius relationis; & similiter effluit intrinsecè ex substantia generante paternitas, absque exigentia alicuius extrinseci agentis distincti ab ipsomet substrato illatiuo relationis, quod idem est principium efficiés intrinsecum illius relationis, à qua afficitur; & ideò talis relatio appellatur intrinsecus adueniens, quia ad illius aduentum, vel emanationem non requiratur motus aut actio procedens à principio extrinseco, præmissa iam, vt diximus, existentia fundamenti, & termini.

Relatio extrinsecus adueniés petit influxū agentis extrinseci.

60 Quod aliter fit in extremis illius relationis, quam Scotus vocat extrinsecus aduenientem; quia existentibus anima rationali, & corpore organico constituto ex forma corporeitatis, potest naturaliter non poni vnio; itaut exigatur actio extrinseci agentis ad reunionem animæ rationalis, & corporis. Item existente humanitate (etiam orbata propria subsistentia) & existente personalitate Verbi, non ponitur vnio hypostatica; nisi accedat actio extrinseci agentis, scilicet totius Trinitatis causantis vnionem.

Instãtiæ ad suffulciẽdã doctrinam præcedẽtẽ.

Similiter posita ista, & illa aqua, non ponitur indiuisibile continuatiuum substantiale; nisi concurrat actio extrinseci agentis coniungentis disitas substantias, & accedat productio noui indiuisibilis cõtinuatiui substãtialis, essentialiter tamen relati ad duas substantias, quas coniungit, & componit in vnum totum vnitate continuationis. Quod idem cuenit in indiuisibili continuatiuo partium quantitatis; & in indiuisibili continuatiuo latitudinis intensiuæ graduum, seu partium qualitatis.

Relatio vnionis est modus vnitiuus essentialiter relatus.

Qualitas enim apud Scotum & communiorem Philosophorum, & Theologorum sententiam, sicut intenditur per adiunctionem gradus ad gradum, & gradus intensionis non componuntur in vnum totum per suas essentias, itaut de essentia partium intensionis sit compositio exercita in aliquod vnum; sic & reliquum est, vt ad constituendum vnum distinctum à partibus, seu gradibus intensionis prout non vnitis, asseratur adiunctio alicuius modi essentialiter relati, qui per suam essentiam exerceat illos gradus ad compositionem actualem in aliquod vnum, vel totum intensiuum.

Inhærentia formæ non modalis etiã est relatio extrinsecus aduenies.

Quod etiam apparet in compositione, & inhærentia cuiuslibet formę accidentariæ de genere accidentis (si non sit actus modalis per suam essentiam compositus substrato, vt relatio paternitatis, quæ per suam essentiam informat fundamentum, de mente Scoti, vt ostendemus in sequenti prolusione) quia posita quantitate, seu qualibet alia forma entitatiua, quæ sit de genere accidentium, & posito subiecto separato ab accidente, non sequitur vnio, seu informatio substantiæ ab accidente, nisi accedat actio extrinseci agentis componentis substrato accidens antea separatum, quare actualis informatio, & inhærentia debet esse modus vnionis essentialiter relatus ad duo extrema, quæ componit inter se, & realiter distinctus ab extremis separabilibus, quæ per suas essentias absq; alio modo relato addito non exerçent se ad actualem vnionem, & compositionem.

Corollarium pro vera sententia de substantialitate, aut accidentalitate relationis extrinsecùs aduenientis.

Corollariũ pro vera sententia.

61 EX Dictis depromitur recta sententia de accidentalitate, aut substantialitate relationis extrinsecus aduenientis; & apta etiam interpretatio literæ Scoti à nobis transcriptæ sub nu. margini. 48. vbi ita habet Scotus. *Hoc modo se habent multa relationes; puta communiter vniones absoluti ad absolutum. Si enim forma per se esset, & materia per se esset, vt corpus organicum & anima, vel subiectum per se esset, & accidens per se, vt panis, & quantitas, si de nouo vniantur, nullum absolutũ nouum est in altero extremo; sed ista relatio cõtingenter se habet vt posit ineſſe, & non ineſſe etiam extremis positis.*

Scotus. ”
”
”
”
”
”
”
”
”

In quo textu omnes vniones tàm partium essentialium, quàm integra-

lium

lium ſubſtantiæ vocat Scotus relationes extrinſecus aduenientes (quæ ſcilicet poſitis extremis vnibilibus non neceſſariò ponantur) vt liquet ex illis verbis. *Hoc modo ſe habent multæ relationes; puta communiter vniones abſoluti ad abſolutum:* vbi omnes vniones extremorum abſolutorũ appellat relationes extrinſecus aduenientes, quæ poſitis extremis non neceſſariò ponãtur; & excludit à cõceptu relationis extrinſecus aduenientis (quæ poſitis extremis, valeat nõ exiſtere) omnes vniones extremorũ non abſolutorum. Quia vnio paternitatis cũ ſubſtantia generante nequit eſſe relatio extrinſecus aduenies, quæ poſitis extremis vnibilibus, poſsit non exiſtere; eò quòd nequeat exiſtere paternitas ſeparata à ſubſtantia generante, cùm paternitas identificetur realiter apud Scotũ cum ſua informatione exercita reſpectu ſubſtantiæ generantis, vt patebit ex dicendis in proluſione ſequẽti; vbi ex Scoto oſtendimus, quòd relatio ſit ſua accidentalitas, vel informatio ad ſubiectũ, ſeu quòd per ſuam eſſentiam, abſque aliquo modo ſeparabili, & realiter diſtincto, informet ſubiectum: acproinde vnio paternitatis cum ſubſtantia generãte non eſt relatio extrinſecùs aduenies, quæ poſsit non exiſtere exiſtentibus extremis vnibilibus, ſiquidem paternitas nequit exiſtere, etiam diuinitus, ſi non exiſtat vnio illius ad ſubſtantiam generantem.

Sed nunquam docuit Scotus, relationes vnionis partium ſubſtantiæ ad conſtituendum vnum quid in genere ſubſtantiæ, eſſe relationes de genere accidentis; nec etiam talis accidentalitas in vnionibus ſiue vnitiuis partium ſubſtantiæ colligi poteſt ex eo, quòd Scotus omnes vniones abſolutorum appellauerit relationes extrinſecus aduenientes, quia ſint modi eſſentialiter relati ad duo extrema, quæ componunt in vnũ quid.

Siquidem Scotus in eodem contextu à nobis tranſcripto ſub numer. marg. 45. in primo genere relationum ab Scoto inibi recenſitarum numerat relationes creaturæ (vt eſt ens ab alio, ſeu ens participatum) ad Deum vt fontem omnis participatæ bonitatis; quæ tamẽ relatio identificata ſubſtantiæ apud Scotum, nequit eſſe accidens de genere accidentis, vt ex eodem Scoto oſtẽdimus in præſenti Appendice ſub n. 54.

Præterea; nullum accidens poteſt eſſe de intrinſeca conſtitutione ſubſtantiæ, (vt de ſenſu Scoti oſtendemus in proluſione ſequenti) vnio autem ſiue cõpoſitio partium ſubſtãtiæ, ſiue vt totius eſſentialis, ſiue vt totius integralis, eſt de quidditate vnius inquantum totum quid ſubſtantiale eſt diſcretum realiter à partibus ſubſtantialiter non compoſitis.

62 Quòd autem vnio, ſeu modus vnitiuus partium continui ſit de intrinſeca & quidditatiua conſtitutione continui, vt vnum quid eſt ex continuatione partium; oſtẽdo ex Scoto in 2. ſen. diſt. 2. q. 9. *Vtrùm Angelus poſsit moueri de loco ad locum motu continuo?* vbi dũ impetit aſſertum eorum, qui autumant, indiuiſibilia continuatiua non eſſe aliquid poſitiuũ, ſed meram negationem extenſionis aut diuiſionis, ita habet, §. *Sed cõtra iſtud*, ſub n. mar. 25.

Præterea, ſecundùm Philoſophum, 1. Poſteriorum, ratio lineæ eſt ex punctis; hoc eſt, in ratione eſſentiali lineæ cadit punctus. Quæ ratio dicitur de linea primo modo dicendi per ſe; nulla autẽ priuatio pertinet per ſe ad rationem eſſentialem poſitiui: igitur, &c.

63 *Præterea ex eodem ſequitur, quòd ſi punctus tantùm eſt priuatio, quòd etiam linea tantùm eſt priuatio, & ſuperficies, & corpus. Semper enim terminatũ diffinitur per terminans, & poſitiuũ non includit eſſentialiter priuationem.*

64 *Similiter ſequitur idem propter aliud: quia tunc linea tantùm erit carẽtialatitudinis, & ſuperficies tantùm carentia profunditatis, & tunc non erit niſi vnica dimenſio, quæ ponetur corpus; cùm tamen illa dimenſio, quæ dicitur profunditas, poſſet alio reſpectu dici latitudo. Iſtæ enim tres dimenſiones diſtinguuntur ſecundùm imaginationem triũ linearum, ſe interſecantium in eodem puncto.*

65 *Et hoc infertur vlteriùs inconueniens, quòd ſi ſuperficies eſt tantũ priuatio profunditatis; quomodo erit punctus niſi priuatio priuationis? Nihil enim videtur priuare priuationem, niſi formaliter poſitiuum.*

66 Vbi expreſsè Scotus adſtruit: *quòd ratio lineæ eſt ex pũctis, itaut in ratione*

Scotus. ☞ ,, ,, ,, Omnes vniones extremorũ abſolutorum ſunt relationes extrinſecus aduenientes.

Nõ tamen vniones extremorum relatiuorũ, & cur?

Scotus num quam docuit vniones partiũ ſubſtantiæ eſſe relationes de genere accidentis.

Pende efficacem inſtantiam ex textu Scoti

Alia probatio premiſſa producta ex principiis Scoti.

Indiuiſibile vnitiuũ partiũ ſubſtantiæ nequit eſſe de genere accidentis.

Scotus. ☞

Indiuiſibile continuatiuum eſt de eſſentia continui.

,, ,, ,,

Indiuiſibile non eſt quid priuatiuum

,, ,, ,, ,,

Probatio efficax in linea & ſuperficie.

,, ,, ,, ,, ,, ,, ,, ,, ,,

Inſtatur vltra.

,, ,, ,,

Scotus ☞

Omnia indiuiſibilia cõtinuatiua quãtitatis ſunt relationes extrinſecus adueniẽtes

eſſentiali lineæ cadat punctus: quod etiam confirmat Scotus authoritate Ariſtotelis libr. 1. Poſteriorum, vt conſtat ex textu à nobis tranſcripto ſub numer. marg. 62. Sed punctus continuatiuus partiũ lineæ eſt vnio abſoluti ad abſolutum, quæ poſsit non exiſtere exiſtentibus extremis talis vnionis; igitur pũctus vnitiuus eſt eſſentialiter relatus ſecundũ habitudinem relationis extrinſecus aduenientis, quæ poſitis extremis vnibilibus non neceſſariò ponatur. Siquidem apud Scotum à nobis tranſcriptum, & elucidatum ſub num. marg. 61.

Scotus.

Communiter (ſeu vniuerſaliter) *vniones abſoluti ad abſolutum ſunt relationes extrinſecus aduenientes.*

Sed nõ relationes extractæ à prædicamẽto quantitatis.

Sed punctus non eſt relatus relatione; quæ extrahatur à prædicamento quantitatis, ad quod reductiuè attinent modi vnitiui quantitatis; cùm punctus eſſentialiter cointegret ipſum vnum, vel totum conſtans ex continuatione partium quantitatiuarum apud Ariſtotelem, & Scotũ: igitur non eſt de ratione vnionis, vt eſt relatio extrinſecus adueniens, quòd attineat ad aliquod genus de predicamẽto accidẽtis omnino ſeparatũ, aut extractũ à prædicamento extremorum abſolutorum vni blium.

Cõſectariũ pro ſubſtantialitate vnionis materiæ & formæ

67 Acproinde, nec ex hoc quòd vnio materiæ, & formæ pro conſtitutione totius eſſentialis ſit relatio extrinſecus adueniens, inferri poteſt, quòd vnio materiæ, & formæ ſit accidẽs de genere accidentis omnino extracti à prædicamento ſubſtantiæ, tanquam quid nec reductiuè ſpectans ad illud prædicamentum; cùm tamen vnio eſſentialiter intret conſtitutionem totius ſubſtantialis, quòd directè pertinet ad prædicamentum ſubſtantiæ. Nec enim magis eſt de eſſentia lineæ punctus, vt linea totum quoddam, & vnum ens exiſtit ex continuatione partium; quàm vnio materiæ, & formæ eſt de quidditate compoſiti, prout totum quid & vnum eſt vnitate compoſitionis, acproinde & realiter diſtinctum ab extremis abſolutis, quæ exiſtere valent ſine vnione exercita.

NOTA

Vrgetur ratio contra Scotizãtes.

68 Cæterùm vrgeo probationem; quòd indiuiſibile continuatiuum non extrahatur à prædicamento, ad quod attinent abſoluta vnibilia, ex illis verbis Scoti tranſcriptis, ſub num. margin. 64. *Quia tunc linea tantùm erit carentia latitudinis, & ſuperficies tantùm carentia profunditatis; & tunc non erit niſi vnica dimenſio, quæ ponetur corpus.* Vbi ideo agit Scotus, quòd punctus vnitiuus ſit quid poſitiuum, & non mera negatio extenſionis; quia ſi indiuiſibile continuatiuum eſſet mera carentia extenſionis, ſequeretur quòd linea inquantum indiuiſibilis ſecundùm latitudinem, & prout continuatiua extenſionis ſuperficiei, eſſet quid negatiuum. Et ſimiliter ſuperficies inquantum indiuiſibilis ſecundùm profunditatem, & prout continuatiua partium corporis extenſi ſecundùm profunditatem, talis ſuperficies eſſet indiuiſibile continuatiuum merè negatiuum aut priuatiuum; acproinde fieret, vt linea, & ſuperficies non eſſent ſpecies quantitatis continuæ, ſed ſolũ corpus extenſum ſecundũ trinam dimenſionẽ eſſet ſpecies quantitatis; cũ nullũ priuatiuum ſit ſpecies quãtitatis.

Scotus.

Oſtẽditur, quòd indiuiſibilia cõtinuatiua ſint relationes extrinſecus aduenientes, & quòd attineant ad quidditatẽ quãtitatis.

Ex qua doctrina Scoti depromo probationem ſequentem. Linea vt indiuiſibile continuatiuum partium ſuperficiei, & ſuperficies vt indiuiſibile continuatiuum partium profunditatis in corpore quanto, ſunt vniones abſolutorum, quæ poſitis extremis vnibilibus non neceſſariò exiſtant; acproinde ſunt relationes extrinſecus aduenientes. Atqui linea, & ſuperficies inquantùm indiuiſibilia vnitiua non ſunt modi relati extracti à prædicamento quantitatis; cùm ſint de eſſentia illius continui, quod conſtituunt intrinſecè in eſſe vnius, ſeu totius ex continuatione partium, & aliàs linea, vt extenſa ſecundùm longitudinem, & ſuperficies, vt extenſa ſecundùm latitudinem, attineant ad prædicamentum quantitatis, vt veræ ſpecies illius: igitur relatio extrinſecus aduenies, ex conceptu relationis extrinſecus aduenientis vt ſic, non petit quòd extrahatur à prædicamento, ad quod pertinẽt abſoluta vnibilia, quæ cõponuntur inter ſe per talem vnionem exercitam.

Ea dẽ ratione indiuiſibili continuatiuo partium ſubſtantiæ.

69 Vnde etiam erumpit probatio pro ſubſtantialitate indiuiſibilis continuatiui partium ſubſtantiæ materialis, vt ſubſtantia eſt totum integrale conſtans ex partibus diſtinctis,

& omnino extractis ab extenſione de prædicamento quantitatis; ſiquidem apud Scotum & communiorem ſententiam, ſubſtantia materialis habet proprias partes integrantes, & propriã extenſionem entitatiuam, etiam ſeparata quantitate. Quo præmiſſo ſic argumentor; ſubſtantia vt totum ſubſtantiale integrale coaleſcens ex partibus ſubſtantialibus integrantibus, habet propria indiuiſibilia ſubſtantialia vnitiua partiũ ſubſtantiæ, cùm partes ſubſtantiæ ad conſtituendum vnumquid vnitate compoſitionis, non ita coniungantur inter ſe per ſuas eſſentias, vt non egeãt indiuiſibilibus vnitiuis, quæ per ſuam eſſentiam componant inter ſe extrema vnibilia abſoluta, & exerceant illa ad compoſitionem actualem, ſeu in actu ſecundo.

Inſtantia efficax

Etiã vrget in indiuiſibili continuatiuo partiũ ſubſtantiæ ex principijs Scoti.

Siquidem intercedit eadem neceſſitatis ratio ad aſsignanda indiuiſibilia vnitiua in extenſione partium ſubſtantiæ, quæ vrget apud Scotum ad aſſertionem huiuſmodi indiuiſibilium in extenſione partiũ quantitatis; quę ratio petitur ex neceſsitate vnionis ad conſtituẽdum continuum, aut totum & vnum vnitate continuationis, diſtinctum à partibus vt plura entia ſunt, & quatenus non coeunt in vnum quid.

Talia indiuiſibilia ſunt relationes extrinſecus aduenientes de genere ſubſtãtiæ.

Atqui huiuſmodi indiuiſibilia continuatiua partium ſubſtantiæ ſunt relationes extrinſecus aduenientes, cùm ſint vniones abſolutorum, quibus poſitis nõ neceſſariò exiſtat relatio vnionis; & huiuſmodi indiuiſibilia partium ſubſtãtiæ non ita ſunt eſſentialiter relata ad duo extrema ſubſtantialia, quæ componunt inter ſe, vt talis relatio extrahatur à genere ſubſtantiæ, cùm attineat ad intrinſecã conſtitutionem ſubſtantiæ vt vnius & integraliter compoſitæ ex continuatione partium.

Igitur relatio extrinſecus aduenientis in tota vniuerſalitate ciusnõ eſt accidẽs de genere accidentis.

Igitur ex conceptu relationis extrinſecus aduenientis vt ſic apud Scotũ, colligi nequit, quòd omnis relatio extrinſecus aduenies extrahatur à prædicamento extremorum abſolutorum vnibilium; itaut ad illud prædicamentũ, nec reductiuè pertineat relatio vnionis tanquam quid intrinſecè intrãs conſtitutionem entis, quod directè conſtituitur ſub ſerie prædicamentali.

Inhærẽtia eſt relatio extrinſecus aduenies

70 Quod præterea oſtendo in relatione inhærentiæ cuiuslibet accidentis abſoluti, quæ apud Scotum eſt relatio extrinſecus aduenies; vt conſtat ex illis verbis tranſcriptis ſub n. mar. 48.

Scotus

Si enim ſubiectum per ſe eſſet, & accidens per ſe, vt panis, & quantitas, ſi de nouo vniantur, nullum abſolutum nouũ eſt in altero extremo; ſed iſta relatio contingenter ſe habet vt poſsit ineſſe, & non ineſſe etiam extremis poſitis.

Inhærẽtia eſt relatio attinẽs ad prædicamẽtum formæ cuius eſt inhærentia

Tunc ſic. Sed inhærentia non eſt relatio extrinſecus aduenies, ſeu modus eſſentialiter relatus, qui extrahatur à genere, & prædicamento illius formæ, quam inhærentia componit ſubſtrato; verbi gratia, inhærentia albedinis non eſt modus, qui reductiuè non attineat ad prædicamentum qualitatis, ad quod pertinet albedo, & ipſum albũ in concreto inquantum eſt vnum per ſe accidentale includens intrinſecè inhærentiam vel vnionem prout eſt ratio vnius entis per ſe accidentalis, & realiter diſtincti ab extremis, quà multa entia ſunt, & non componuntur ad conſtituendum vnum ens per ſe accidentale. Vt liquet ex Scoto à nobis tranſcripto in præſenti Proluſione ſub num. margi. 37. vbi ita inquit Scotus ex Ariſtotele: *Homo albus eſt vnũ aliquid, quia albedo ineſt homini; non autem eſſet tale totum, ſi non informaret.* Ergo ex conceptu cõmuni vt ſic relationis extrinſecus aduenientis non hauritur, quòd relatio extrinſecus aduenies vnionis ſit modus relatus extractus à prædicamẽto formæ quam coniungit ſubſtrato; & etiam ſeparatus à prædicamento vnius entis per ſe accidentalis, quod conſtituit vnio in tali eſſe entis per ſe.

Scotus.

Inhærentia non diſtinguitur realiter ab informatione actuali.

Et confirmatur; quia inhærentia formæ accidentalis ad ſubiectum non diſtinguitur realiter ab informatione ſubiecti à forma, vt liquet ex illis verbis Scoti: *Homo albus eſt vnum aliquid, quia albedo ineſt homini, non autem eſſet tale totum, ſi non informaret.* Quod aſſertum etiam perſpicuum eſt ex illo ſatis peruio axiomate Scoti, quòd illa nõ diſtinguantur realiter, quæ ſunt inſeparabilia de abſoluta Dei potentia; implicat enim, etiam diuinitus, quòd data inhærentia accidentis in ſubiecto, non ſequatur informatio ſubiecti à forma inhærente.

Scotus.

Atqui informatio albedinis, quæ apud Scotum eſt relatio extrinſecus

Informatio exercita, & inhærentia pertinet ad prædicamétum formæ inhærentis,

aduenies (imò eadem relatio extrinsecus aduenies cum inhærentia albedinis) non extrahitur à prædicaméto qualitatis, ad quod pertinet albedo; cùm informatio albedinis includatur essentialiter in albo, & sit ratio formalis albi, vt est vnumquid in prædicamento qualitatis constitutum: igitur non est de ratione relationis extrinsecus aduenientis, quòd extrahatur à prædicamento illius formæ absolutæ, quã componit substrato, & quòd constituatur sub alio prædicamento ex relatiuis.

Disquisitio an relatio extrinsecus aduenies sit relatio secũdùm dici?

71. Quibus prælibatis, instat disquisitio; an relatio extrinsecus aduenies appellari possit relatio secundũ dici, aut relatio transcendentalis?

Resolutio dubij.

De quo dico primò; quòd si relatio secundùm dici indicet respectum de mera, & nuda voce, & non de re: relatio extrinsecus aduenies non est habitudo secundùm dici, cùm talis relatio vnionis sit modus essentialiter relatus ad extrema.

In quo sẽsu relatio extrinsecus aduenies appellari queat relatio secundũ dici?

Si verò habitudo secundùm dici in ea vniuersalitate accipiatur, vt opponitur, & excludit solam relationem intrinsecus aduenientem, quæ est de tertio prædicamento relationis, & admittat modum essentialiter relatum ad duo extrema actu existentia, sine quibus conseruari nequeat relatio etiam de absoluta Dei potentia, & quibus extremis positis, non necessariò existat, imò possit naturaliter non existere talis relatio, si non accedat actio extrinseci agentis producentis talem relationem; in ista igitur acceptione relationis secundùm dici, (qua etiam data, condistinguitur relatio secundùm dici, & opponitur relationi secũdùm esse de tertio prædicamẽto relationis) habitudo vnionis inter extrema absoluta creata, quæ est relatio extrinsecus aduenies, potest appellari relatio secundùm dici.

Suffragatur nostræ sententiæ Card. Aureolus.

Et in ista acceptione relationis secundùm dici asseruit Aureolus à nobis transcriptus in præsenti prolusione sub num. mar. 30. quòd habitudo compositionis naturæ etiam ad alienam hypostasim sit relatio secundùm dici; siquidẽ idẽ Aureolus à nobis transcriptus sub num. margi. 31. egregiè interpretari apparet naturam relationis extrinsecus aduenitis, quæ non necessariò oritur positis extremis, vt liquet ex illius pronuntiatis, quæ expendimus sub num. mar. 32. Vbi etiam vnionem hypostaticam vocauit Aureolus non veram relationem ex his, quæ necessariò oriantur positis extremis, & sit de genere accidentis, non tamen negauit cõnexionem vnionis essentialiter relatæ ad extrema vnibilia absque adiunctione alicuius absoluti de nouo in extremis coniunctis in actu secundo, & exercito; vt constat ex illis verbis Aureoli: *Ista habitudo sólùm est connexio quadã; & tunc dico, quòd non omnis connexio fundatur per potẽtiã absoluti, vt si vnio duo ligna, erit ista vnio nullo addito absoluto.*

Egregie elucidat naturã relationis extrinsecus aduenitis de mẽte Scoti.

Car. Aure.

72. Vbi incidenter adnotare liceat; quod non obstat vnioni hypostaticæ vt sit relatio extrinsecus aduenies, illud Scoti assertum: *Quod vniones absolutorum sint relationes extrinsecus aduenitẽtes.* Ex q. o inferri videbatur, quòd vnio hypostatica humanitatis cũ Verbo non sit relatio extrinsecus aduenies; siquidem non est coniunctio immediata humanitatis ad personalitatem Verbi absolutam, sed relatam.

Scotus

,,

Obiectio; quòd vnio hypostatica nõ sit relatio extrinsecùs aduenies.

Hæc enim obiectio nullo negotio diluitur ex dictis sub n. marg. 61. ibi enim ab extremis vnitis, aut compositis per vnionem, quæ sit relatio extrinsecus aduenies, tantum excluſit Scotus relationes creatas, quæ non distinguũtur realiter à suis cõpositionibus actualibus ad subſtrata; illæ enim relationes nequeũt esse extrema illius vnionis, quæ sit relatio extrinsecus aduenies, (quæ nimirũ relatio valeat naturaliter non existere, etiam existẽtibus extremis vnibilibus) cùm relatio identificata cum sua compositione ad subſtratũ, verbi gratia, paternitas, non valeat existere sine vnione sui ad subſtratum; ac proinde nec vice versa, vnio potest non existere, existente forma paternitatis, quæ informat subſtratum absque alio modo vnionis realiter distincto & separabili à relatione paternitatis.

Eneruatur oppositio & expẽditur textus Scoti

Cùm autẽ personalitas Verbi quamuis essentialiter relata non coniũgatur per suã essentiam naturæ extraneæ, ita quòd exercita coniũctio Verbi ad humanitatem identificetur realiter cũ personalitate Verbi, sicut compositio paternitatis creatæ cum subſtantia generante non distinguitur realiter à forma paternitatis creatæ; ideò positis duobus

Cur vnio hypostatica sit relatio extrinsecus aduenies, quamuis sit cõiunctio personalitatis relatæ Verbi?

ex-

extremis vnibilibus hypoſtaticæ vnionis, ſcilicet humanitate Chriſti, & perſonalitate Verbi, poteſt naturaliter nõ poni vnio hypoſtatica, & per conſequẽs vnio hypoſtatica eſt relatio extrinſecus aduenies. Vnio verò paternitatis creatæ cum ſubſtantia generante nequit eſſe relatio extrinſecus aduenies, quæ poſſit non exiſtere adhuc paternitate exiſtente; cùm implicet paternitas exiſtẽs abſq; informatione ſubſtantiæ generantis, vt de perſpicua Scoti mẽte referabimus in ſequenti prolusione agẽtes de toto modali, ſen de modo per ſuã eſſentiã compoſito ſuæ potẽtiæ, an diſtinguatur realiter à partibus?

NOTA

Dubium; an relatio extrinſecus aduenies ſit relatio trãſcendẽtalis?

73 Ex quibus etiam depromitur enodatio ſecundi quæſiti; an relatio extrinſecus aduenies vocari queat relatio tranſcendentalis?

Reſolutio quæſiti.

Quare dico ſecundo; quòd ſi relatio tranſcendentalis in ea communitate accipiatur vt comprehendat cæteras omnes habitudines, quæ non ſint de genere, aut tertio prædicamento relationis; in hoc ſenſu omnes vniones abſolutorum, quæ vocantur ab Scoto relationes extrinſecus aduenientes, etiã appellari valent relationes trãſcendentales. Sed adhuc eo dato, ſcitè Scotus excogitauit ſpeciale illud vocabulum relationis extrinſecus aduenientis ad exprimendam eam abſimilitudinem, quæ intercedit inter vniones abſolutorum, & alias relationes tranſcendentales, quæ tranſcendunt naturas rerum. Diſcrimẽ autem in eo poſitum eſt; quòd ad alias habitudines tranſcendentales, realiter identificatas cum ipſis rebus non datur per ſe motus aut mutatio, cũ illæ habitudines identificatæ producantur quaſi conſequenter ad productionem naturæ, cum qua realiter identificantur, eſtò quòd ab ea formaliter differant. Quamobrem docuit Scotus in textu à nobis tranſcripto ſub nume. margin. 49. quòd ad relationes creaturę ad Deum non datur per ſe motus, aut mutatio, cùm producantur conſequenter ad productionem naturæ creatæ, cum qua identificantur; ita enim habet Scotus: *Tunc ad philoſophum concedo, quòd non eſt motus nec mutatio ad relationem primo, vel ſecundo modo ſe habentem; & per conſequens nec vniuerſaliter ad relationem de genere relationis, vt ipſe ibi loquitur de relatione prædicamentali.*

Diſcrimẽ inter relationẽ tranſcendẽtalẽ, & relationem extrinſecus aduenientẽ.

Scotus

Deinde, alia etiam diſparitas intercedit inter relationes tranſcendentales, & relationes extrinſecus aduenientes vnionum inter extrema abſoluta; quę diſſimilitudo diſtincto vocabulo indicari debuit ab Scoto. Cùm relationes tranſcendentales non requirãt exiſtentiam termini, vt liquet in potẽtia & aptitudine materiæ primæ reſpectu formæ, etiam poſt corruptionem formæ, & in aptitudine accidentis ſeparati ad ſubiectum etiam deſtructum, vt apparet in relatione quantitatis ad ſubſtantiam panis, quæ conuerſa eſt in ſubſtantiam corporis Chriſti in Euchariſtia: relationes verò extrinſecus aduenientes vnionum inter extrema abſoluta nequeũt nec de abſoluta Dei potentia exiſtere ſine extremis vnibilibus, quæ componunt in actu ſecundo, licet è contra, extrema vnibilia exiſtere valeãt ſine relatione extrinſecus aduenieme vnionis exercitæ.

Alia abſimilitudo inter relationẽ vnionis, & relationẽ tranſcendẽtalem.

74 Nunc incidunt explananda verba textus Scoti tranſcripta ſub numer. mar. 50. & 51. quæ aliquibus haud parum faceſſunt negotij; vbi ita habet Scotus. *Sed ad relationem tertio modo ſe habentem, quia illa eſt extrinſecus aduenies (id eſt non neceſſariò conſequens fundamentum, puta qualitatem, vel quantitatem, vel ſubſtantiam, ſed abſque nouitate alicuius abſoluti in illo, in quo eſt, vel in termino contingenter cõſequitur) benè poteſt eſſe mutatio; & aliquæ tales relationes fortè pertinent ad illa ſex principia, quæ dicuntur extrinſecus aduenientia; vnde & ſecundũ eum in 5. Phyſicor. motus eſt ad vbi, & tamẽ vbi nullam formam abſolutam dicit, &c.*

Elucidatio textus difficilis Scoti

Scotus

Ex quibus Scoti verbis inferri videtur, quòd relationes vnionis ſubſtantiarum, quantitatum, & qualitatũ, ſint accidentia omnino extracta à prædicamẽtis extremorum vnibilium; cùm Scotus indicare videatur, quòd huiuſmodi relationes extrinſecus aduenientes attineãt ad ſex vltima prædicamẽta, quæ prorſus diſident à prædicamentis ſubſtantiæ, quantitatis & qualitatis.

Obiectio ex textu; quòd omnis relatio extrinſecus aduenies pertineat ad ſex vltima prædicamenta

At hæc oppoſitio non ita premit, vt infringi non valeat; tum quia non trahatur ab aſſertione, & firmo iudicio Scoti, ſed ab Scoto nutante, & dubi-

Eneruatur oppoſitio

Scotus. ☞

Quę relationes extrinsecus adueniẽtes attineãt ad sex vltima prædicamẽta?

tãtę, vt liquet ex illis verbis: *Et aliquæ tales relationes fortè pertinent ad illa sex principia, quæ dicuntur extrinsecus aduenientia*: Vbi sub nota illa *fortè*, insinuatur illud quale quale pronuntiatũ.

Tum vel maximè, quod ibi loquitur Scotus de relationibus, quæ consequũtur ad subſtantiam, quantitatem, & qualitatem; indiuisibilia verò vnitiua, vel modi vnitiui subſtantiæ, quantitatis, & qualitatis, non præmittunt integritatem, aut intrinsecam constitutionem subſtantiæ, quantitatis, aut qualitatis, in aliquo esse vno & totali, quod coalescat ex coniunctione partium: cùm potiùs vnio, aut indiuisibile vnitiuum, vt ratio modalis intranea constituat ipsum vnum & totum ex compositione partium.

Apta explanatio textus.

Pende verba Scoti, quæ non procedunt de relatione extrinsecus aduenẽte, quæ accedat subſtantiæ, quantitati, & qualitati, itaut præmittat huiusmodi entia vt constituta in illo proprio esse intrinseco & totali, quod attineat directè ad proprium prædicamentum talis entis: *Illa relatio* (inquit Scotus) *est extrinsecus adueniens, idest, non necessariò consequens fundamentum, puta qualitatem, vel quantitatem, vel subſtantiam.*

Scotus. ☞ „ „

Relationes vnionũ subſtãtiæ, quãtitatis, & qualitatis, non pertinẽt ad sex vltima prædicamẽta.

Licet enim vnio materiæ & formæ, & vnio hypostatica humanitatis & Verbi præsupponant extrema subſtantialia vnibilia; sed non præmittit vnio illud vnum, quod constituit. Quod idem asserẽdum est de indiuisibilibus vnitiuis totius integralis, subſtantiæ, quantitatis, & qualitatis; quæ licet præsupponant illa extrema subſtantiæ, quantitatis, & qualitatis, quæ componunt in aliquod totum & vnum vnitate compositionis intra genus subſtantiæ, quantitatis, aut qualitatis; sed indiuisibilia vnitiua non præmittunt vnũ & totũ, quòd intrinsecè constituũt intra genus subſtantiæ, quantitatis, aut qualitatis.

Loquitur Scotus de relatione vbicationis nó de relationibus vnionum.

75 Vnde Scotus quando indicare apparet, quòd relationes extrinsecus aduenientes (quæ accedunt ad subſtantiam, quantitatem, aut qualitatem) attineant ad sex vltima prædicamenta; loquitur de relatione extrinsecus aduenẽte vbicationis, quæ prorsus extrahitur ab intrinseca constitutione subſtantię, quantitatis, & qualitatis. Quod confirmat contextus Scoti exhibentis ad doctrinæ exemplum & instantiam, ipsum vbi, dum subdit. *Vnde & secundum Philosophum 5. Phyſicorũ, motus est ad vbi; & tamen vbi nullã formam absolutã dicit*: in qua litera exprimit Scotus, quòd relationes extrinsecus aduenientes, quæ accedunt ad subſtãtiam, quantitatem, & qualitatẽ, & quæ pertinent ad sex vltima prædicamenta, sunt vbicationes subſtantiæ, quãtitatis & qualitatis.

Scotus ☞

Vnio hypostatica, nec vnio materiæ & formæ nequit attinere ad vllũ ex sex vltimis prædicamentis

Cæterùm, quòd illa verba Scoti de relationibus extrinsecus aduenientibus, quæ attineant ad sex vltima prædicamẽta, interpretari nequeant de vnione hypostatica, vel de vnione materiæ & formæ; seu de vnione partiũ quãtitatis, vel qualitatis ad constituendum vnũ tõtũ in genere quantitatis, vel qualitatis, sic demonstro ex descensu per sex vltima prædicamenta.

Non pertinẽt ad prædicamentũ Quando.

Quia in primis tales vniones nõ attinent ad prædicamentum Quando, vt euidens est; cùm prædicamentum Quãdo sit relatio coexistentiæ & præsentiæ successiuæ ad tempus primi mobilis, nõ tamen est habitudo ad vnibilia pro cõstitutione alicuius vnius per se aut totius in tali genere entium.

Nec ad prædicamẽtum Situs.

Nec etiam tales relationes vnionis ad constituendum intrinsecè aliquod vnum vel totum pertinent ad situm esse; siquidem situm esse, aut positio partium vt est de prædicamento positionis vel situs, apud Scotũ dicit partes extra partes locati cũ commensuratione ad partem extra partem corporis locantis; & hæc positio, seu prædicamentum situs comitatur vbicationem, & præsupponit extensionem quantitatiuam intrinsecã partis extra partem locati, vt patet ex Scoto in 4. senten. dist. 10. quæst. 1. §. *Dico ergo aliter*, sub numer. margi. 14.

Probatio ex Scoto.

Vnio autem hypostatica humanitatis cum Verbo, aut materiæ cum forma subſtantiali, nullatenus attinere valet ad prædicamentum vbi; vel ad aliquam habitudinem, quæ pendeat à commensuratione locati ad locum extrinsecum.

Inflatur vltra.

Nec etiam spectat ad extensionẽ partis extra partem, quæ latitudo aut extensio sit de prædicamẽto quãtitatis, cũ vnio materiæ & formę subſtãtialis, & vnio naturæ & hypostasis supereſſe queat omni quantitate excluſa, & cæteris

alijs

Ordinatio sacerdotum.

Ordinatio sacerdotum.

Ordinatio sacerdotum.

Vbi ad
Ephesum
Petronius
venit.

Ephesum deinde cum venissemus, diuersorium
nanciscimur, hospitio non malo, sed quod
nos ignoraremus. Ibi ergo cum de re
nouissima quæreremus, ostenditur nobis
templum in ipso pene angulo positum, quod
Diana Ephesia tenebat. Ad quod cum
Eumolpus, Quid, inquit, hoc templum
habet? Nonne Dianæ Ephesiæ? Ostendit
ille, qui nobis ostenderat, & ait: Hoc
templum habet Dianæ Ephesiæ. Ad hæc

ſtantia : igitur admitti debet in corpore quãto exiſtente in vacuo vera præſentialitas.

Pro vbicatione corporis in vacuo petitur probatio ex prædicamento Quando.

80 Vltimò, quia ſi ideo neganda eſſet apud Scotum vbicatio in corpore exiſtente in vacuo, quia vbicatio ſit relatio extrinſecus aduenies, quæ neceſſariò expoſcat duo extrema realia actualiter exiſtentia (aliàs enim non diſtingueretur vbicatio à relationibus tranſcendentalibus, quæ exiſtere valent ſine actuali exiſtentia terminorum) fieret etiam, vt prædicamentum Quando non eſſet verum prædicamentum relatiuum, aut vera relatio extrinſecus aduenies : ſiquidem non requirit terminum actu exiſtentem, ſcilicet tempus primi mobilis actu exiſtens, cui omnia creata coexiſtant per ſucceſſiuam præſentialitatem, & formalem commenſurationem decurrentem iuxta fluentes priores & poſteriores partes temporis non exiſtentis actu. Cùm ex Scotiſtis non defuerit qui aſſerat, quòd vna ex ſpeciebus prædicamenti Quando ſit habitudo comparationis ad menſuram extrinſecam anni ſequentis; ita enim de prædicamento Quando cenſet Mortinerus in Logica, in diſput. vnica de ſex vltimis prædicamentis, quæſtion. 2. ſection. 3. de prædicamento Quando, ſub numer. margin. 21. in fine, vbi ait : *Iſta Quando, quæ ſunt ſpecies ſubalternæ, ſubdiuidi poſſunt, primùm in mane, & veſpere, &c. ſecundùm, in heri, nudius tertius, &c. & tertium, in cras, ſequentem annum, &c.*

Relatio prædicamẽti Quando nõ requirit terminũ exiſtentem actu.

Mortinerus

81 Deinde & vrgentius oſtenditur, quòd prædicamentum Quando non requirat terminum realiter exiſtentem; quia ſi relatio coexiſtentiæ rei durantis ad tempus primi mobilis exigeret neceſſariò terminum actualiter exiſtentem; ſequeretur, quòd prædicamentum Quando non eſſet relatio extrinſecus aduenies, ſed intrinſecus aduenies. Quia poſito fundameto, ſcilicet re creata exiſtente, & durante, etiam per breuem morulam extra primum inſtans ſuæ productionis (quod illis Metaphyſicis permittimus, qui diſtinguunt durationẽ rei à primo inſtanti exiſtẽtiæ illius, cùm nos durationẽ ab exiſtentia pro nullo inſtanti ſeernamus, vt ex Scoto oſtendimus in Controuerſ. 8. de Æternitate Dei, artic. 2. de duratione creata, ſub numer. margin. 15.) poſita inquam duratione rei creatæ, & poſito termino ſuæ præſentialitatis, & coexiſtentiæ, ſcilicet motu & tempore primi mobilis, poneretur neceſſariò talis relatio coexiſtentiæ ad tempus primi mobilis, itaut naturaliter non poſſet non exiſtere huiuſmodi habitudo : acproinde prædicamentum Quando eſſet relatio extrinſecus aduenies.

Ratio vrgẽtior, quòd prædicamentũ Quando nõ requirat terminum actualiter exiſtentem.

Sequeretur quod prædicamentum Quãdo eſſet relatio intrinſecus aduenies.

In hoc enim diſſidet Quando ab vbicatione, vel circumſcriptione paſſiua, quam non videtur Scotus diſtinguere ab ipſo vbi, quòd exiſtente locato & ſpatio reali, quod eſt corpus locans, poteſt naturaliter non exiſtere circumſcriptio paſſiua locati à corpore locante, ſi corpus locans ſit ſeparatum, & diſtans à corpore locato; acproinde exigitur approximatio vtriuſque corporis per motum localem vt producatur talis circumſcriptio paſſiua ſiue relatio contactus inter vtrumque corpus locans & locatum : quæ approximatio ſicut poteſt non poni poſitis extremis, ſcilicet ſpatio, & locato diſtantibus, ita poteſt naturaliter non poni relatio vbicationis.

Firmatur doctrina præcedẽs ex abſimilitudine inter prædicamẽta Vbi & Quando.

Quod ſecus accidit in prædicamento Quando; poſita enim intrinſeca duratione rei exiſtentis, & extrinſeca menſura motus primi mobilis, nequit non exiſtere naturaliter loquendo ipſa habitudo præſentialitatis ſiue coexiſtentiæ rei durantis ad motum, & tempus primi mobilis, quia talis habitudo non pendet ab aliqua vicinitate aut approximatione extremorum : igitur prædicamentum Quando non eſſet relatio extrinſecus, ſed intrinſecus aduenies, cũ apud Scotum illa ſit habitudo extrinſecus aduenies, quæ poſitis extremis queat naturaliter non exiſtere.

Premitur ratio; quia Quando nõ eſſet relatio, quæ poſſet nõ poni poſitis extremis

82 Sed paucis dirimi poteſt diſſertatio præcedens, ſi ſupponatur, quòd vbicatio bifariam accipi queat; vel pro circumſcriptione corporis locati à corpore locante, in quo ſenſu loquitur Scotus de vbi, & hæc relatio præſentiæ eſt habitudo contactus inter corpus circumſcribens, & circumſcriptum & quę nequit dari in vacuo, vt euidens eſt; cùm non adſit corpus locans, aut extrinſecè circumſcribens locatum. Quæ vbicatio eſt relatio extrinſecus aduenies, requirens vtrumque extremum

Obſeruatio ad deciſionẽ quæſiti de vbicatione corporis in vacuo.

actua-

actualiter exiſtens, quo tamen vtroque poſito non neceſſariò exiſtit habitudo circumſcriptionis paſsiuæ propter interiacentem diſtantiam locati & corporis locantis.

Quæ vbicatio inſit corpori in vacuo?

Vazquez.

Alia verò vbicationis acceptio eſt pro forma intrinſecæ præſentialitatis eſſentialiter immobilis; cuius immobilitas non meritur per habitudinem ad punta fixa imaginaria, vt voluit Vazquius (contra quem agimus in Controuerſia 6. de Immenſitate Dei, articul. 3. An Deus exiſtat in vacuo imaginario? à nume. margin. 18. vſque ad 25.) ſed petitur talis immobilitas vbicationis ex habitudine ad polos, & cētrum mundi. Quæ habitudo vbicationis immobilis non requirit terminum actualiter exiſtentem, ſed terminum realiter poſsibilem; itaut ſi Deus annihilaret mundū cū centro, & polis, & ſeruaret corpus immotum localiter, adhuc referret corpus eamdem habitudinem vbicationis fixę, & immobilis cum reſpectu ad polos, & centrum immotum, non actualiter exiſtens, ſed realiter poſsibile.

Cur Angelus in vacuo non habeat Vbi?

83 Quare, licet verum æſtimemus de Scoti ſententia, quòd Deus non ſit actu in ſpatijs imaginarijs, & quòd Angelus in vacuo etiam non inferat vbi; quia ſubſtantia ſpiritualis non habet ſitum eſſe, aut poſitionem illam intrinſecam partium quantitatis extra partes, quam extenſionem vocat Scotus poſitionem de genere quantitatis, & re vera eſt fundamentum propinquitatis, & diſtantiæ inter extrema poſitiua partiū quantitatis; ſed res corporea, & quanta etiam in vacuo infert veram formam relatiuam præſentiæ, quæ eſt ratio habitudinis propinquitatis & diſtantiæ, vt oſtēdimus; de quibus vide quæ expendimus in citato art. 3. an Deus exiſtat in loco imaginario? à nume. margin. 37. vſque ad 41.

Poſitio; quòd Vbi corporis in vacuo nō ſit relatio?

Sed inſtabis, quòd talis præſentialitas rei quantæ in vacuo non ſit relatio extrinſecus aduenies; ſiquidem non reſpicit terminum realiter exiſtentem. Reſpondetur, quòd non eſt relatio extrinſecus aduenies eo modo, quo circumſcriptio paſsiua, quæ eſt habitudo inter duo extrema actualia; ſed appellari poteſt talis relatio, quæ ſecernatur ab alijs relationibus tranſcendentalibus, quæ non diſtinguuntur realiter à ſubſtratis, vt aptitudinalis inhærentia ab accidente, aptitudo formæ ſeparatæ ad reunionem cum materia, & aliæ ſimiles; cùm tamen relatio præſentialitatis differat realiter à ſubſtrato; ſiquidem non implicat contradictionem, quòd detur corpus in vacuo abſque vlla forma præſentialitatis realiter diſtincta à corpore quanto, vt oſtendimus ex Scoto in citato articul. 3. An Deus exiſtat in ſpatio imaginario? ſub n. marg. 39.

Diluitur obiectio, diſcrimine aſſignato inter Vbi & relationes tranſcendentales identificatas ſubſtratis.

Cæterùm, ſi relatio extrinſecus adueniens exigat extrema actualiter exiſtentia; nec prædicamentum Quando erit relatio extrinſecus aduenies apud eos Scotizantes, qui inter ſpecies huius prædicamenti numerant habitudines rei durantis ad tempus præteritum & futurum, etiam includendo extenſionem huius coexiſtentiæ ad tempus futurum, & præteritum vltra annum; ſiquidem talia connotata temporis, quæ reſpiciuntur à Quando, non ſunt extrema realia actu exiſtentia.

Non omnis relatio extrinſecus aduenies exigit terminū actualiter exiſtentem.

Ablata actuali exiſtētia motus primi mobilis, adhuc daretur forma de prædicamento Quando.

84 Vnde etiam de prædicamento Quando aſſerimus, quòd ſi Deus tolleret motum primi mobilis, adhuc ſuperſtes eſſe poſſet illa præſentia ſucceſſiua ad tempus reale poſsibile, quam acutiſsimi Aureoli probationibus firmauimus vt formam neceſſariam ad apertiendam coexiſtentiam rei durantis cū motu primi mobilis, & ad exprimēdam coadaptationem rei permanentis non pro vnico nunc, ſed extenſæ ad menſurabilitatem in ante, & poſt, & vt reſpondere valet tempori primi mobilis menſurantis durationes creatas, etiam ex permanentibus, ante & poſt exiſtentes.

Suffulcitur doctrina præcedēs in duratione rei permanētis, ſiue ſpiritualis, ſiue corporeę

Quia ſicut non actu exiſtente tempore, & motu primi mobilis, res permanens non ita ſe gerit quòad permanentiam intrinſecam, vt non præbeat verum fundamentum conceptioni noſtræ, vt apprehendatur res intrinſecè permanens vt antea durans, & nunc durans, & poſtea duratura; inſuper cùm protenſio ad varias temporis differentias ſucceſſiuè decurrentes non petatur ab intrinſeca ſubſtantia durationis rei permanentis, vt permanens eſt, cùm à forma permanenti, vt permanens eſt, peti nequeat ſucceſsiua coexiſtentia & præſen-

tia-

tialitas in ante, & poſt; nec ab indiuiſibili duratione Angeli (in qua nō datur aliud & aliud) trahi valeat coexiſtentia in ante & poſteriùs, proinde adiūgenda neceſſariò videtur forma coexiſtentiæ ſucceſsiuæ, quæ fluat & decurrat ſecūdū prius & poſterius.

Coexiſtētia ſecundùm prius & poſterius non trahitur à ſolo connotato extrinſeco.

Præſertim cùm talis protenſio relatiua & præſentialitas ad tempus peti nequeat à ſolo extrinſeco connotato fluentis motus & temporis primi mobilis; nec enim minus neceſſaria eſt hæc relatio, quæ conſtituit prædicamentum Quando, quàm relatio præſentialitatis ad ſpatium loci, & quàm aliæ relationes æqualitatis, & ſimilitudinis, quæ admittuntur à Philoſophis realiter diſtinctæ à ſuis fundamentis.

Pende pro prædicamēto Quando ex acumine Aureoli.

Sed de forma, quæ conſtituit prædicamentum Quando, vide loca citata ex Controuerſia 8. de Æternitate Dei, art. 2. de duratione creata, à num. mar. 24. vſque ad 36. vbi acutam Aureoli doctrinam expendimus, & à n. 39. vſq; ad 42. minutiora enim iſta de ſex vltimis prædicamentis ea premuntur caligine, vt à claſsicis & primarijs Doctoribus vix habeamus quid ita exploratū, vt non pateat diſsidijs, & tricis non implicetur.

PROLVSIO VIII.

De potentia naturali materiæ ad formas; de cauſalitate materiæ; & de diſtinctione totius à partibus.

Quæſitū 1. an potētia materiæ ad formas ſit naturalis, vel neutra?

1 PRimum quæſitum huius prolusionis de potentia naturali materiæ ad formas excitamus pro abigenda eorum Scotizantium ſententia, qui cenſent, potentiam materiæ primæ ad formas ſubſtantiales non eſſe potentiam paſsiuam naturalem, ſed neutram; ea commoti ratione, quòd ſi materia prima naturaliter propenderet in formam ignis, cōponeretur violenter formæ aquæ. Quam doctrinam refutauimus expendentes partitionem potentiæ paſsiuæ de mente Scoti in naturalem, neutra n, & violentam, in Controuerſia 9. de Viſione Dei, diſt. 1. ſubdiſtinct. 1. art. 2. an intellectus naturaliter propendeat in viſionem Dei? ſub num. margin. 13. Quia tamen ibi Theologicum negotium ſeriò agentes, philoſophicum illud aſſertum in diſcuſsionem vocare non valuimus, ne à diſputationis ſcopo deuiaremus; licebit hîc aliquot de explorata Scoti mente præſtituere, ne Scoti deſertores, etiam in re leui appareamus. Accipe ergo perſpicuam Scoti ſententiam ex 1. ſenten. diſt. 1. q. 1. ſub nume. margi. 6. §. *Ad propoſitum dico*, in fine quæſtionis.

Refellitur placitū Scotizantium, quòd materia non importet potētiā naturalē ſed neutrā.

Scotus

2 *Cùm probatur, quia qualibet forma quietat materiam ſuam; quia aliter ſub quacunque quieſceret violenter. Dico, quòd quies violenta nunquam eſt, niſi quieſcens determinatè inclinetur ad oppoſitum, ſicut exemplificatur de grani reſpectu deorſum, vel deſcenſus & quiete eius ſuper trabem; materia autē prima ad nullam formam determinatè inclinatur, & ideo ſub quacūq; quieſcit, non violenter, ſed naturaliter quieſcit, propter indeterminatam inclinationem ad quamcunque.*

Perſpicua ſententia Scoti de inclinatione naturali indeterminata materiæ ad omnes formas.

Vbi Scotus manifeſtiſsimis rem ita ſuffulcit inſtantijs, vt licèt aliàs ſuperuacaneum ſit plura his adiungere, cogar tamen propter recalcitrantes aliquos recentiores, duros hos, & acres ſtimulos adhibere. Quia nuda ſubſtātia intellectus habet potentiam paſsiuam naturalem ad aſſenſum & diſſenſū, quæ ſunt formæ contrariæ; verū quia intellectus indeterminatè propendet in has formas, ideo non obſtat naturali inclinationi paſsiuæ, quòd formæ ſint oppoſitæ inter ſe.

Inſtātia efficax ex indeterminata inclinatione naturali voluntatis in proſequutionē & fugā; & intellectus in aſſenſum, & diſſenſum

Quod etiam apparet in inclinatione naturali, ſeu potentia paſsiua facultatis impulſiuæ in proſequutionem, & fugam, amorem & odium; licet enim intellectui, vt contracto, & determinato per euidentia principia ad aſſentiendum, ſit violentus diſſenſus, & contra internum impetum intellectus taliter contracti, non tamen ſi facultas intellectus accipiatur vt depurata aut ſeparata à principijs inferentibus euidenter

aſſen-

assensum. Quod idem asserendum est de facultate impulsiua nudè sumpta, & prout separata à præuia cognitione, quæ contrahat volũtatem ad prosequutionem, & auertat à fuga vel odio, itaut nulla appareat ratio mali vel disconuenientis in obiecto, quæ excitet voluntatem ad fugam.

Vrgetur naturalis inclinatio materiæ indeterminatæ ad omnes formas.

Igitur materia prima vt depurata ab omnibus accidentarijs dispositionibus, quæ illam contrahunt ad determinatam exigentiam talis formæ, etiam naturaliter, (indeterminatè tamen) propendet in omnes formas estò quod oppositas inter se; & quamuis propria contrarietas in substantialibus formis admittenda esset.

Effugium Scotistæ recentioris

3 Nec valet pro euadenda pressura ex transcripto testimonio Scoti, opinatio Gasparis Sghemmæ, Panormitani, in suis Scoticis Digressionibus in libros Physicorum, Digress. 5. in lib. 1. Physicorum, Quæsito 6. vbi autumat, quòd licet materia habeat appetitum naturalem ad formam in communi; sed ad tales formas in particulari nõ importat potentiam naturalem; sed neutram.

Reijcitur placitum Sghemmæ Panormitani.

Reijcitur enim præcedens assertum; quia materia non respicit formam nisi vt componibilem materiæ per compositionem, & causalitatem physicam: causalitas autem physica sicut non abstrahit nec præscindit tendentia sua, & compositione ad terminum, ita nec attingit terminum causalitate compositionis physicę sub communibus tãtùm, & vniuersalibus prædicatis, quibus repugnat existentia realis inquantum separantur à rationibus particularibus, per quas contrahuntur prædicata communia ad existendum in indiuiduo, & realiter. Atqui contradicit realis existentia formæ, quæ non sit existentia talis formæ; igitur repugnat forma vt terminus appetitus materiæ nisi sub ratione contracta, sub qua forma sit componibilis materiæ realiter, & physicè.

Cõciliatio textus Scoti de potentia materię ad formas

Si autem alicubi negare appareat Scotus naturalem inclinationem materiæ ad omnes formas; loquitur de inclinatione determinata, & contracta ad talem formam, aliàs esset violenter sub oppositа forma, vt constat ex instantia Scoti de graui respectu motus deorsum; non tamen procedit Scotus de appetitu, & inclinatione indeterminata materiæ ad omnes formas.

An inclinatio materiæ in formas, sit de essentia materiæ?

4 Sed his missis, reliquum est, vt excutiamus scrupulum, qui aliquos teneros Scotistas offendere posset; dum etiam asserentes inclinationem materiæ ad omnes formas, diximus, talem inclinationem naturalem esse de essentia materiæ. Vbi non voluimus quòd relatio potentiæ passiuæ ad formam conueniat materiæ in primo modo dicendi per se; sed quòd relatio potentiæ passiuæ, seu naturalis inclinationis materiæ in omnes formas non distinguatur realiter à materia; in quo etiá sensu Scotus asserit, materiam esse potẽtiam essentialiter receptiuã suorum actuum: vt liquet ex Scoto in 2. sent. dist. 12. q. 1. § *Sed dices*, sub num. marg. 14. vbi ita docet.

Enodatio quæsiti ex textu Doctoris.

Scotus.

Respondeo; Philosophus 8. Metaph. quærit, quare aliquid est vnum: & dicit, quòd simplex est vnum, quia statim est id, quod est. Sed in compositis est dare aliquam rationem: & nescivit Philosophus aliam dare, nisi quia hoc est actus, & illud potentia: ita quòd hoc est potentia essentialiter receptiua secundùm totum genus suum, & illud, actus essentialiter perficiens aliud: & ideo ex his fit vnum per se, scilicet ex materia, & forma non sic est de subiecto, & accidente. Quia enim tàm materia, quàm forma sunt causæ intrinsecæ entis compositi, ideo faciunt per se vnum; albedo verò, & homo non sunt causæ intrinsecæ, quia homo in vltima actualitate sua potest esse sine albedine: & ideo nec per se habet potentialitatem ad albedinem, & ideo tantùm faciunt vnum per accidens.

Materia est potẽtia essentialiter receptiua formæ; & forma est actus essentialiter perficiens materiam.

In quo textu pende illa verba: *Ita quòd hoc est potentia essentialiter receptiua secundùm totum genus suum, & illud actus essentialiter perficiens aliud; & ideo ex his fit vnum per se, scilicet ex materia & forma: non sic est de subiecto & accidente.*

Scotus.

Vbi asserit Scotus, materiam esse potentiam essentialiter receptiuam secundùm totum genus suum, & formam esse actum essentialiter perficientem, in quo distinguit potentiam materiæ primæ à potentia subiecti circa formam

Commentarius literæ præcedẽtis.

acci-

accidentalem; verbi gratia, potentiam hominis circa albedinem vt condiſtinctam à potentia materiæ primæ ad formam ſubſtantialem, æſtimat Scotus nõ eſſe eſſentialiter potentiam.

Alia probatio ex textu Doctoris

5 Quibus aliam adiunge probationem ex Scoto in 2. ſent. diſt. 12. quæſt. 2. §. *Et ſi quæras vbi eſſet illa materia ſine forma*, ſub nu. marg. 5. vbi inquit Scotus.

Scotus ☞

Si quæras etiam, an habeat partes? Dico quòd partes ſubſtantiales habet: illas enim non habet per quantitatem. Si dicas, quòd eſt ens in potentia; ergo ſi conſeruetur ſine forma, eſſe erit ſibi accidens. Dico, quòd falſum eſt; quia ſicut homo eſſentiã propriã habet extra omnem intellectum, ſic & eſſe: & tunc etiam haberet illud eſſe, ſicut & eſſentiam.

Materia à ſe ipſa habet exiſtentiam, & extenſionem ſubſtantialem.

Qualiter materia per ſuam eſſentiam referatur ad Deum?

Si etiam dicas, materia ſic exiſtens ſine forma, habet ſaltem reſpectum ad Deum conſeruantem; igitur habet aliquam formam. Dico, ſicut dictum eſt ſupra diſtinctione prima; quòd ille reſpectus eſt idem realiter cũ materia, nec eſt forma addita; qualibet enim eſſentia creata non eſt aliud quàm dependentia ſui ad Deum.

In quo ſenſu potẽtia ad formam ſit de eſſentia materiæ?

Vbi cùm aſſeruiſſet Scotus, materiam primam à ſe ipſa eſſe ſubſtantialiter extenſam, & ex partibus ſubſtantialibus compoſitam; & materiam primã à ſua etiam eſſentia imbibere reſpectum ad Deum creantem, vt liquet ex illis verbis Scoti: *Qualibet enim eſſentia creata non eſt aliud quàm dependentia ſui ad Deum*: adhuc tamen talis relatio non dicitur congruere rei a quidditate ſua, quia apud Scotum conueniat creaturæ in primo modo dicendi per ſe; ſed quia identificetur realiter cum creatura, vt oſtendimus ex Scoto in præcedenti proluſione ſub numer. mar. 54.

Scotus. ☞

De cauſalitate materiæ primæ, quòd ſit eſſentialiter ſubſtantialis; & quòd realiter diſtincta non ſit à cauſalitate formæ, nec ab vnione eſſentialiter ſubſtantiali.

An vnio materiæ & formæ ſit de genere ſubſtantiæ?

6 QVia in Controuerſia 2. de Vnitate Dei, artic. 3. de principio phyſico vnitatis numericæ in ſubſtantia materiali, in Corollario de ſubſtantiali compoſitione materiæ, & formæ, ſub numer. margi. 17. ritè deprompſimus ex textu Scoti, & firma illius probatione contra indiuiduationem ſubſtantiæ à quantitate vt à phyſico principio acceptam, quòd vnio informatiua formæ ſubſtantialis non ſit accidens de genere accidentis; & quòd non ſit realiter diſtincta ab ipſa cauſalitate materiæ, quæ eſt eademmet actualis, & exercita receptio formæ; quibus pronuntiatis refragãtur haud pauci ex recentioribus Scotizantibus; neceſſum etiam fuit illorũ fundamenta conuellere, & genuinã Scoti de hac re ſententiam exarare.

Optima probatio ex Scoto cõtra Scotizãtes quoſdam.

Ita igitur impetit Scotus indiuiduationem ſubſtantiæ ex quantitate vt ex principio formali phyſico acceptam. in 2. ſentent. diſt. 3. quæſt 4. vbi quærit: *Vtrùm ſubſtantia materialis ſit per quantitatem indiuidua?* §. *Ex tertia via arguitur ſic*, ſub n. mar. 7.

Scotus. ☞

Subſtantia non includit eſſentialiter aliquod accidens.

In quacunque coordinatione prædicamentali ſunt omnia pertinentia ad illam coordinationem, circumſcripto quocunque alio, quod non eſt aliquid illius coordinationis eſſentialiter. Hoc probatur; quia duæ coordinationes ſunt primò diuerſæ, & ita nihil vnius eſt tale per aliquid coordinationis alterius. Sed ad coordinationem iſtam inquantùm finita eſt, & in ſurſum, & deorſum, ſecundùm Philoſophum 1. Poſteriorum, ſicut pertinet aliquid primum prædicatum, de quo nihil prædicatur: ita pertinet infimum ſubiectum, cui nihil ſubijcitur. Ergo ſingulare, vel indiuiduũ eſt in qualibet coordinatione per nihil alterius

coor-

coordinationis. Pro cuius textus elucidatione vide quæ expendimus in citato ar. 3. de principio physico indiuiduationis in substantia materiali, à n. marg. 12 vsque ad 18.

Elucidatio textus, & firma probatio ex textu pro vnione informationis de genere substantiæ.

7 Quia doctrina Scoti præsupposita (quòd nimirum nullus gradus essendi substantialis possit intrinsecè cointegrari ex aliqua forma de genere accidentis) euidens apparet, quòd vnio informatiua materiæ, quæ est actualis causalitas formæ substantialis circa materiam; & actualis receptio formæ in materia, quę est eadem met exercita compositio, vel vnio substantialis compositiua materiæ, & formæ ad constituendum vnum substantiale compositum, nequeat esse accidens de genere accidentis: quia talis vnio compositiua (quæ vt connotat formam, dicitur actuatio à forma actuante, & vt connotat materiam, vocatur actualis, & exercita receptio formæ in materia recipiente): est de quidditate totius compositi inquantum vnum quid substantiale est. Acproinde vnio, quæ est de quidditate vnius substantialis ex compositione partium cointegrati, nequit esse vnio de genere accidentis, sed de genere substantiæ, iuxta præmissam Scoti probationem; quòd quantitas, nec vllum aliud accidens esse queat de intrinseca indiuiduatione substantiæ, quia indiuiduatio substantiæ sit essentialiter substantialis.

Vnio informationis est de quidditate compositi substantialis.

Nec enim minus est de essentia vnius substantialis compositi exercita coniunctio vnitiua partium essentialium, quàm punctum continuatiuum partium lineæ ad constituendum vnum vnitate continuationis, est de quidditate lineæ vt vnius in illo toto, & vno esse integraliter compositi; sed pũctus vnitiuus partium lineæ est de quidditate lineæ, vt liquet ex Aristotele, & ex Scoto in 2. sententiar. dist. 2. quæst. 9 §. *Contra istud*, sub numer. margin. 28. vbi ita habet Scotus ex Aristotele. *Secundùm Philosophum* 1. *Posteriorum, ratio lineæ est ex punctis; hoc est, in ratione essentiali lineæ cadit punctus; quæ ratio dicitur de linea in primo modo dicendi per se*. Pro cuius textus commentario vide Prolusionem præcedentem à numer. margin. 62. vsque ad 71.

Vrgetur ratio ex indiuisibili continuatiuo, quod est de essentia cõtinui.

Scotus ☞ „ „ „

8 Respondent Scotizantes, id interesse discrimen inter indiuisibilia continuatiua totius integralis, & vnionem materiæ, & formæ ad compositionem totius essentialis; quòd cùm partes essentiales se ipsis vniantur ad constituendum vnum, non exigunt aliquam vnionem substantialem additam ipsis partibus, quæ intret essentiam totius, aut vnius compositi ex partibus. Quod aliter se habet in partibus integralibus; quæ cùm essentialiter non componantur inter se in ratione actus, & potentiæ, egent indiuisibili vnitiuo, quod constituat vnum tanquam ratio intrinseca totius integralis. Quam doctrinã æstimant haurire ex Scoto in 3. senten. dist. 2. quæst. 2. §. *Quantum ad tertium dubium*, sub num. marg. 9. vbi ita habet Scotus.

Fuga Scotizantiũ, qui negãt vnionẽ informationis esse realiter distinctã à materia, & forma.

Suã opinationẽ sufful ciunt Scoti testimonio

Ideo dico; quòd vltra formam, quæ perficit materiam vltimatè, quæ dicitur forma partis, non est necesse ponere aliquam formam quasi perficientem, tàm materiam, quàm formam, quia materia, & forma in toto non sunt partes eiusdem rationis, siue elementa perfectibilia ab aliquo actu tertio; sed vnum est proprium perfectibile, & aliud proprium actus, & hæc est præcisa ratio, quare faciunt vnum per se, ex 8. *Metaph.* Scotus. ☞ „ „ „ „ „ „ „ „ „

At in eo textu tantùm agit Scotus contra aliquam formam totius, vel certam entitatem additam partibus tanquam extremum vnibile, & componibile cum materia, & forma, vt resultet vnum, non tamen impugnat informationem, vel compositionem substantialem exercitam formæ ad materiam, quæ informatio sit realiter distincta ab ipsa forma. Quod autem Scotus aliud non intendat (præter illa, quæ infra expendemus agentes de distinctione totius à partibus) apparet etiam ex contextu eiusdem quæstionis secundæ, quę nobis opponitur; paulò infra, §. *Et si quæras causas istius entitatis*, sub num. margin. 10. vbi apertè constituit Scotus distinctionem realem inter formam substantialem, & informationem actualem vniziuam formæ cũ materia: de qua informatione hæc subiungit Scotus.

Occupatur fuga Scotizãtiũ, & elucidatur mẽs Scoti

Ostẽditur realis distinctio formæ ab vnione informationis.

9 *Quod Philosophus innuit*, 8. *Metaph. respõdẽs ad quæstionem de vnitate compositi, quomodo fiat vnum per se ex*

Scotus. ☞ „

Scotus.

materia, & forma, aſsignat pro cauſa; quia hoc per ſe eſt actus, illud per ſe potẽtia. Et ſicut hoc eſt actus per ſe, illud potẽtia per ſe; ita hoc totum eſt vnũ per ſe; & ſicut hoc eſt actus per accidens, & illud potentia per accidens, ita hoc totum conſtitutum eſt vnum per accidens.

Sicut ſe habet caliđ ad calefacere ita forma ad informare.

10 *Quare autem iſta entitas eſt per ſe actus reſpectu vnius, & alia tantum per accidens reſpectu alterius, non eſt ratio, niſi quia hæc entitas eſt hæc entitas. Quia ſicut inter calidum, & calefacere, non eſt medium in genere cauſæ efficientis; ita nec inter iſtam formam, & ſic informare eſt aliquod medium in genere cauſæ formalis. Sicut enim calidũ, quia calidum calefacit, & non propter aliquid aliud, ita anima inquãtum anima ſic perficit, & ſic conſtituit.*

Illatio ex textu Scoti profligans aduerſarios.

Ex quo textu ſatis apparet, quod ita immediatè ſe gerat forma ſubſtantialis reſpectu informationis actualis, ſicut calidum reſpectu calefactionis; cùm autem in communi ſententia, à qua non deuiat Scotus, exploratum, & euidens ſit, quòd calefactio diſtinguatur realiter ab agente, ſicut & quælibet actio, quæ apud Scotum realiter inhæret agenti, ſecernitur realiter ab agente: reliquum eſt, vt æquè euidens ſit ex Scoto, quòd actualiter informare diſtinguatur realiter à forma ſubſtantiali, quæ ſeparari poteſt ſaltim diuinitus, & conſeruari ſine informatione exercita; ſicut & agens ideo diſtinguitur realiter à ſua actione, quia poteſt exiſtere non adita actione, & influxu exercito.

Vrgetur ratio.

Vnde etiam infertur, quòd ſicut calidum dicitur immediatè producere calorem, quia licet inter agens, & effectum mediet actio, verbi gratia, calefactio actualis, ſed non mediat vt Quod, ſed vt Quo, & tanquam cauſalitas, & ratio agendi, non tamen vt effectus, in quo ſiſtat actio agentis; ita licet vnio, vel compoſitio ſubſtantialis non mediet inter materiam, & formam vt Quod, & tanquam extremum vnibile, aut componibile; mediat tamen vt Quo, ſeu tanquam cauſalitas exercita, & ideo vnio ſubſtantialis non diſtinguitur à cauſalitate formæ & materiæ.

Corollariũ de idẽtitate reali vnionis, informationis, & receptionis formæ in materia.

11 Ex quo etiam principio de diſtinctione reali illius entis ab alio, ſine quo conſeruari queat (quod eſt receptum axioma Scoti, ex quo ſæpe infert diſtinctionem realem relationis à fundamento, quando fundamentum conſeruari valet ſeparatum à relatione) etiam euidenter colligimus de Scoti mente, quòd vnio ſubſtantialis inter materiam, & formam, & actualis receptio formæ in materia, inſuper, & exercita informatio materiæ à forma non diſtinguantur realiter inter ſe. Itaut eadem met compoſitio ſubſtantialis exercita inquantùm connotat materiam, & formam vt extrema vnibilia ad conſtituendum totum, vel vnum vnitate compoſitionis, vocetur vnio; inquantùm eſt actualis informatio materiæ à forma, appelletur cauſalitas formæ circa materiam actuatam in actu ſecundo: inquantùm verò eadem met compoſitio ſubſtantialis tenet ſe ex parte materiæ recipientis formam, nominetur exercita receptio formæ: nulla exiſtente diſcretione reali in ſubſtantia intrinſeca huius compoſitiui nexus, *vt vocatur vnio, informatio, & receptio*, ſed ſola cadente diſcretione ſuper connotata. Nec enim multiplicandæ ſunt realitates in caſſum, & abſque cogente ratione; & nulla vrget ratio ad conſtituendam diſtinctionem actualem & intrinſecam inter vnionem ſubſtantialem, inter receptionem formæ in materia, & inter actuationem materiæ à forma, vt ſtatim aperiam.

Vnio ſubſtãtialis, informatio, & receptio diſtinguuntur propter cõnotata.

Obſeruatio pro identitate reali exercitæ cauſalitatis materiæ & formæ

12 Quod confirmo ex cauſalitate, & influxu illorum principiorum, quæ componuntur inter ſe ad producendum eumdem effectum in genere cauſæ efficientis per indiuiduum influxum, itaut tota ſubſtantia effectus prodeat ab vtraque cauſa; quæ ideo appellari ſolet partialis partialitate cauſæ (quatenus altera concauſa ſine alia non ſufficiat ad producendum aliquid in effectu) ſed non vocatur partialis partialitate effectus; itaut reſpondeat illis concauſis in effectu non integra, aut partita ratio in ſubſtantia producti. Vt liquet in phantaſmate corporeo & intellectu agẽte ad productionem ſpeciei intelligibilis; & in intellectu & ſpecie impreſſa ad generationẽ verbi: quæ comprincipia dicũtur ab Scoto importare vnitatẽ ordinis in agendo, ſiue naturalis ſympathiæ ad producendũ effectũ per eumdem indiuiduum & identificatum influxum.

Phãtaſma, & intellectus agens operantur per eumdẽ influxũ indiuiduum.

Ex

Ratio vrgēs pro idētitate realicausalitatis materiæ & formæ

Ex qua philoſophia, quæ certiſſima eſt, ſequentem produco probationem pro indiſtinctione reali cauſalitatis materiæ, & formæ. Quia cauſę efficientes eſtò quòd importent vnitatem ordinis, aut naturalis ſympathiæ ad cōcurrendum; nequeunt exigere ſtrictiorem vicinitatem, aut coniunctionem in ſuo influxu, & cauſalitate exercita, quā cauſa materialis, & formalis, quæ concurrunt ad conſtituendum vnum vnitate compoſitionis intrinſecæ. Sed influxus phantaſmatis, & intellectus agentis ad productionem ſpeciei intelligibilis eſt indiuiſus realiter; eò quòd nil in ſubſtantia effectus aſſignari queat, quod non reſpondeat vtrique comprincipio, ſcilicet phantaſmati, & intellectui agenti; cùm nil reale ſit in ſpecie intelligibili, quod non exprimat repræſentationem obiecti reſpondentē phantaſmati, & ſpiritualitatem reſpondentē intellectui.

Illatio obtinēs à maioritate rationis in cauſis intrinſecis.

Igitur cùm nil concipi queat etiam in compoſitione ſubſtantiali exercita materiæ, & formæ, quod ita ſit actuatio materiæ à forma, vt etiam non ſit receptio formæ in materia; ergo cauſalitas materiæ, & formæ non diſtinguuntur realiter, ſicut nec diuinitus ſeparari valent realiter, cùm implicet exercita informatio materiæ à forma ſine receptione formæ in materia, & abſque ſubſtantiali nexu compoſitiuo materiæ, & formæ.

Cōfirmatio ex idētitate inhærentiæ & exercitæ informationis albedinis apud Scotum.

Cui probationi accedit ex Scoto à nobis tranſcripto in præcedenti prolu-ſione ſub n. mar. 37. & 70. quòd inhærētia albedinis non ſit realiter diſtincta ab informatione ſubſtrati ab albedine; igitur nec informatio ſubſtātialis realiter diſtinguitur à ſubſtantiali vnione formæ ad materiam informatam.

Cōſectariū de vnica & indiuidua vnione materiæ & formæ.

13 Ex quo etiam aptè deducimus, quòd ſuppoſito quòd cauſalitas exercita materiæ non ſit realiter diſtincta ab actuali cauſalitate formæ, nec à compoſitione, & ſubſtantiali nexu materiæ, & formæ; neceſſariò aſſerendum ſit, quòd ſicut non datur in materia, & forma duplex cauſalitas realiter diſtincta, ita nec duplex vnio ſubſtantialis, alia quæ ſe teneat ex parte materiæ, & alia ex parte formæ; ſed quòd aſſignanda ſit vnica tantùm vnio compoſitiua huiuſmodi ſubſtantiarum partialium ad conſtituendum vnum ſubſtantiale totum.

Efficax cō-probatio aſſerti præcedentis.

Si enim vnio eſſet duplex, exiſtente vnica & indiuidua cauſalitate materiæ, & formæ; fieret, vt vnio compoſitiua huiuſmodi ſubſtantiarum partialium eſſet realiter diſtincta à cauſalitate materiæ & formæ: ſiquidem vna realitas ſubſtantialis nequit identificari realiter cum pluribus realitatibus actu diſtinctis.

Vnio informationis eſt inſeparabilis à cauſalitate materiæ & formæ.

Si autem vnio ſubſtantialis eſſet realiter diſtincta à cauſalitate materiæ, & formæ, ſequeretur, quòd ſeparari poſſet vnio ſubſtantialis à cauſalitatibus exercitis materiæ, & formæ; quod eſt implicatorium, cùm repugnet exercita receptio formæ in materia, & actualis informatio materiæ à forma, non intercedente intrinſeca harum concauſarum compoſitione.

Ex inſeparabilitate infertur idētitas apud Scotum.

Si verò data diſcretione reali inter vnionem ſubſtantialem, & cauſalitates materiæ & formæ, non admittatur ſeparabilitas vnionis ſubſtantialis à cauſalitatibus materiæ & formæ, etiam de abſoluta Dei potentia; id pronuntiatum manifeſtè contradiceret axiomati Scoti, qui ex mutua entium inſeparabilitate etiam per abſolutam Dei potentiam (itaut nullum ex extremis diſtinctionis exiſtere queat ſeparatum ab alio) colligit, non intercedere diſcretionem inter illos conceptus mutuò inſeparabiles.

Vnio approximationis localis eſt realiter diſtincta & ſeparabilis à cauſalitate materiæ & formæ

Quare quamuis accidentalis vnio materiæ & formæ, quæ eſt approximatio, & coniunctio localis iſtarum concauſarum (quæ vnio attinet ad prædicamentum vbi) ſeparabilis ſit de abſoluta Dei potentia à cauſalitate informatiua; vt infra oſtendam agens de diſtinctione totius à partibus; ac proinde vnio hæc accidentalis de genere vbicationis ſeu præſentiæ localis, realiter diſtincta ſit à ſubſtantiali cauſalitate materiæ & formæ; at nexus ſubſtantialis, & vnio cōpoſitiua, quæ imbibitur in cauſalitate materiæ & formæ, eſt inſeparabilis à mutua, & indiuidua cauſalitate intrinſeca iſtarum cauſarum.

Alia probatio pro vnitate vnionis in toto ſubſtātiali ex vnitate vnionis in ente per ſe accidentali

14 Nec infirma etiam probatio contra pluralitatem vnionis ſubſtātialis componentis ſubſtantialiter materiam & formam eſt illa, quę petitur ex vno ente per ſe accidentali; quia ſi-

cut

...ge, and the Lord Chief Justice of England, the Master of the Rolls, the Lord Chief Justice of the Common Pleas, the Lord Chief Baron of the Exchequer, the Lord Chief Justice of the King's Bench

quidquid intrinsecè, & essentialiter est substantiale, potest de absoluta Dei potentia conseruari sine quantitate; ergo absq; quâtitate valét esse superstites omnes indiuiduationes partiales eorũ indiuiduorũ substantialium partialium, quæ modo existunt sub quantitate.

Ratio premés aduersarios ex eorum principijs.

Sed admissis omnibus indiuiduationibus partialibus, nequeunt non existere entia substantialia indiuiduata ab eisdẽ indiuiduationibus; cùm indiuiduatio differat sola ratione à natura, quam contrahit ad esse huius; igitur destructa quãtitate dantur indiuidua partialia substantiæ, ac proinde asserenda est discretio partium substantiæ absque quantitate.

Optimę probationes Scoti cõtra indiuiduationẽ substãtiæ à quãtitate acceptam vt à ratione intrinseca.

Pro qua probatione vide textum Scoti à nobis transcriptum, & explanatum in citato art. 3. de principio physico indiuiduationis substantiæ materialis, à num. margi. 6. vsque ad 9. vbi ex Scoto ostendimus, indiuiduationem substantiæ, siue partialis, siue totalis non trahi à quantitate vt à principio physico intrinseco, quia superstes esse queat indiuiduatio substantialis, etiam ablata omni quantitate: perlege etiam probationes, quas contra Caietanum instruimus in eodem art. 3. à num. margi. 23. vsque ad 29. vide etiam textum Scoti à nobis transcriptum in præsenti Prolusione sub n. mar. 5. de extẽsione entitatiua partiũ substantialium materiæ.

De distinctione totius physici à suis partibus coniunctim spectatis.

Varia Scotistarũ iudicia de distinctione totius à partibus vnitis

17 TErtium istum quæsitum etiam necessariò versandum est, quia sæpe in nostris Controuersijs asserimus, totum distinguí à suis partibus inquantum partes non componuntur ad constituendũ vnumquid; circa quod pronuntiatũ ita dissentiunt Scotistæ, vt vix quid exploratum ab eis peti queat, vt constat ex Hugone Cauello in 3. sent. dist. 2. quæst. 2. in Scholio ad §. *Quantum ad primum ostendo*, sub numer. margin. 7. ibi enim

Hugo Cauellus nutat in hac re.

in fine Scholij post enarratas varias dissidentium Scotistarum opiniones tandem concludit Cauellus: *Se in hac re nihil certum habere.* Et in Reportatis, seu Repetitis Parisiensibus, in 3. senten. dist. 2. quæstion. 1. in Scholio 2. censet Cauellus: *Scotum non esse eius sententiæ quæ adstruit distinctionem realem totius à partibus, eo modo, quo cõmuniter interpretatur*: quare è re erit leui calamo plures dissidentium authorũ de hac re sententias recensere, & in iudicij trutinam vocare.

Cauellus excutit placita Scotizantium.

Opinio asserẽs, totũ distingui realiter à partibus.

18 Prima opinio adstruit realem distinctionem totius à partibus vnitis; ita Maironius in 3. sentent. dist. 1. quæst. 10. Bassolius in 2. senten. distin. 12. quæstion. 2. Lychetus in 3. sentent. dist. 2. quæst. 2. & alij; quibus Scotistis adhærent Caietanus 3. part. quæst. 6. art. 3. Capreolus in 3. sent. dist. 2. quæstione vnica, Ferrara 4. contra Gentes, cap. 81.

Maironius Bassolius. Lychetus. Caietanus Capreolus Ferrara.

Et ex neotericis in eamdem it sententiam Vazquez in 3. part. tom. 1. de Incarnatione, disput. 39. cap. 3. numer. margin. 12. vbi autumat, quòd humanitas Christi composita ex partibus non est sola materia, & anima, & vnio, sed quòd ab anima deriuetur effectus formalis viuificationis, in quo includitur anima, & materia; qui effectus vitæ, aut viuificationis deriuatæ ab anima rationali in materiam vnitam animæ rationali est distinctus distinctione includentis ab incluso, ab ipsismet partibus, materia scilicet, & forma substantialiter vnitis, & inclusis in illo toto, & vno viuo esse compositio ex partibus. Ita tamen vt ea distinctione differat totum illud humanitatis à partibus vnitis, vt ille effectus viuificationis assumptus sit immediatè à Verbo apud Vazquium, tanquam totum quid primariò personabile vera propria & immediata assumptione; materia verò, & anima rationalis solũ assumantur cõsequenter ad assumptionem totius, & mediatè: eòquòd apud Vazquiũ, partibus non conueniat hypostasis vel suppositalitas nisi mediãte toto & consequenter ad assumptionem totius.

Consentit Vazquius asserens, quòd humanitas addat effectũ viuificationis supra partes substantialiter vnitas.

19 Vnde & consequenter censet idem author, quòd in triduo mortis Christi, quando facta separatione animæ à corpore, cessauit effectus ille

Vazquius.

vi-

Cõſequẽter tutatur Vazquius, humanitatẽ fuiſſe immediatè aſſumptã à Verbo, partes verò ſolũ mediatè.

viuificationis, qui deriuabatur ab anima in materiam vnitam animæ, tunc non permanſit eadem numero vnio hypoſtatica in corpore, & anima ſeparatis; cùm illæ partes vnitæ, ſolùm conſequenter, & mediatè aſſumptæ ſint à Verbo, mediante toto, & ob aſſumptionem immediatam totius; & in triduo mortis, & ablata vnione animæ, & corporis, corpus, & anima rationalis fuerint immediata ſubſtrata vnionis hypoſtaticæ ad Verbum. Ita idem Vazquez, diſput. 37. cap. 10. §. *Deinde duo argumenta Almaini, & Gabrielis*, ſub n. mar. 61.

Vazquius

Iudiciũ Authoris de placito Scoti in hac re-

30 Sed quidquid ſit de probabilitate illius ſententiæ, quæ adſtruit, totum diſtingui realiter à partibus ſubſtantialiter compoſitis, ſeu totum aliquid addere ſupra partes ſubſtantialiter vnitas, cuius opinationis firmitatem infra examinabimus; modò ſolũ id nobis agendũ eſt contra Scotiſtas aliquos prędictũ placitũ vt de mente Scoti mordicus ſuſtinẽtes, id pronũtiatũ non eſſe de ſenſu & firmo iudicio Scoti; ſed potiùs id aſſertũ refragari apertis pronuntiatis Scoti.

Scotus excitauit queſtionẽ de diſtinctione totius à partibus, vt præambulã ad quæſtionem de immediata aſſumptione partiũ à Verbo.

Quod oſtendo præmittens id, quod indubitatum eſt, vt conſtat ex 3. ſenten. diſt. 2. quæſt. 2. præmiſſum quæſitũ phyſicum de diſtinctione totius à partibus in diſcuſsionem vocatum eſſe vt præambulum quoddam, quod inſeruiret præcipuo diſputationis ſcopo de immediata aſſumptione humanitatis à Verbo, vt liquet ex titulo quæſtionis diſquirentis: *Vtrùm Verbum primò, & immediatè aſſumpſerit totam naturam humanam?* Vt ergo Scotus ad apicem prædictæ diſſertationis perueniret, præmiſit præuiam diſcuſsionẽ de diſtinctione totius à partibus vnitis; vt liquet ex ipſo Scoto in citata q. 2. §. *Et propter iſtam rationem mediandi*, ſub num. marg. 6. vbi ita habet.

Scotus

☞

Sed hìc eſt vnum dubium quantum ad primum membrum diſtinctionis, quid ſit iſta natura, quæ primò dicitur aſſumi, an ſcilicet ſit aliquod ens aliud à partibus? Commentator primo Phyſic. Comm. 17. videtur dicere, quòd totũ licet ſit aliud à partibus, ſiue à qualibet parte ſeorſũ, nõ tamen ab omnibus partibus ſimul. Et ſi ita eſſet, cũ iſta aſſumptio realis nõ ſit niſi rei, nihil aliud eſſet totũ aſſumi, quã omnes partes aſſumi.

Vbi obſeruanda ſunt illa Scoti verba: *Et ſi ita eſſet* (id eſt, ſi vera eſſet opinio aſſerens totum non diſtingui à partibus) *cùm iſta aſſumptio realis nõ ſit niſi rei, nil aliud eſſet totum aſſumi, quàm omnes partes aſſumi.* Quæ Scoti collectio eſt euidens; ſi enim humanitas nil aliud eſſet, quàm ſuæ partes vnitæ, nil aliud eſſet aſſumi humanitatẽ, quã corpus & animam aſſumi immediatè: itaut corpus & anima aſſumãtur vt Quod, & vnio corporis & animæ coaſſumatur vt Quo, ſeu vt ratio componẽs in actu exercito partes humanitatis, vt oſtẽdetur in Proluſione ſequenti.

Si humanitas nõ eſſet realiter diſtincta à ſuis partibus, partes eſſẽt immediatè aſſumptæ à Verbo

Si autem humanitas importaret diſtinctam realitatem, vel effectum illum viuificationis additum partibus vnitis, vt voluit Vazquez, effectus ille viuificationis complens, vel conſtituens humanitatem in ratione totius diſtincti à partibus ſubſtantialiter vnitis, eſſet immediatum ſubſtratum vnionis hypoſtaticæ; partes verò nimirum corpus, & anima rationalis in ſtatu vnionis partium inter ſe, ſolùm conſequenter, mediatè & remotè aſſumerentur à Verbo ratione totius reſultantis ex compoſitione partium.

Pẽde cõtra Vazquiũ negantẽ Verbũ immediatè aſſumpſiſſe partes humanitatis vnitas inter ſe.

31 Quo ſuppoſito (ſi id pronuntiatum eſſet de mente Scoti) conſequẽter docere debuiſſet Scotus, quòd corpus Chriſti mortui, & anima rationalis ſeparata à corpore, fuerunt in triduo immediata ſubſtrata vnionis hypoſtaticæ; ſiquidem in triduo non potuerunt aſſumi mediatè ratione totius, ſcilicet ratione humanitatis, quæ prout diſtincta eſt à partibus etiam vnitis, imbibit viuificationem illam deriuatam ab anima in corpus vnitum, vt loquitur Vazquez.

Si Scotus aſſeruiſſet humanitatem realiter diſtinctã à partibus vnitis negaret partes immediatè aſſumptas à Verbo.

Atqui Scotus nunquam aſſeruit, quòd vnio hypoſtatica corporis, & animæ Chriſti tranſierit à coniunctione mediata ad Verbum in ſtatu vnionis partium inter ſe, ad coniunctionem immediatam ad Verbum in triduo mortis; ergo de ſenſu Scoti & præcipuo ſuæ diſputationis ſcopo, ex quo mentem cuiuslibet authoris expiſcari debemus, nullatenus aſſeri debet, quòd humanitas importet quid diſtinctum à partibus vnitis per cõpoſitionẽ ſubſtantialẽ, quod aſſumi potuerit immediatè à Verbo; quãdo partes vnitæ, ſecundariò, conſequenter

Scotus nunquã negauit partes humanitatis fuiſſe immediatè aſſumptas à Verbo.

& mediatè assumebantur ratione totius realiter distincti à partibus substantialiter vnitis.

Probatur ex Scoto præcedens assertum.

22 Cæterùm, quòd Scotus non asseruerit, quòd partes vnitæ inter se transierint à mediata vnione ad Verbum ad immediatam vnionem earumdem partium cum Verbo in triduo separationis partium inter se; ostendo ex Scoto in citata quæstion. 2. vbi cùm in initio quæstionis sub nume. margin. 1. in argumento 4. ita argumentatus fuisset Scotus: *Item, si assumpsisset primò totum, ergo aliquando dimisisset quod semel assumpsit, vt in morte. Consequens videtur falsum; & contra Damascenum, capit. 73.* Prædictã oppositionem ita diluere pertentat Scotus sub §. *Ad aliud dico*, num. mar. 15. vbi inquit.

Scotus.

" *Christus verè, quando fuit mortuus,*
" *aliquam entitatem non habuit, quã habuit viuus; nec tamen deposuit naturam,*
" *quam assumpsit, quantùm ad partes essentiales illius naturæ, & ita intelligit*
" *Damascenus, patet ibi cap. 73. Vbi vult quòd anima, & corpus in morte non erant in propria hypostasi, sed in hypostasi Verbi.*

" *Sed restat vnum dubium; quia videtur, quòd in morte fuerit noua assumptio partis in se, quæ priùs non fuit vnita.*

Elucidatio textus pro aperienda germana Scoti sententia.

In quo textu catholicè profitens Scotus, quòd Verbum non deposuit naturam, quam assumpsit, quantum ad partes essentiales naturæ, scilicet corpus, & animam, licet Christus in triduo non habuerit entitatem illam humanitatis compositæ ex partibus vnitis; destructa enim vnione compositiuã corporis, & animæ rationalis, non remansit humanitas assumpta. Verùm ibi non decernit nec asseuerat Scotus, humanitatem esse realiter distinctam ab anima rationali, & corpore, prout vnitis inter se; imò cùm vltra disquireret, an in triduo mortis, vel separationis corporis Christi ab anima rationali, facta fuerit noua assumptio corporis mortui, & animæ rationalis? quæ noua vnio hypostatica ad Verbum necessariò admittenda esset ab Scoto in corpore, & anima separatis, si partes humanitatis tantùm essent antea mediatè assumptæ à Verbo ratione totius immediatè assumpti, & realiter à partibus vnitis distinctis; nihil tamen in hoc quæsito determinauit Scotus, sed transit ad alia, tanquam nutans circa distinctionem totius à partibus, & nil in hoc definiens.

Nutat Scotus circa distinctionem totius à partibus.

Ex quo apparet, quòd de mente Scoti non sit distinctio totius à partibus substantialiter compositis; aliàs enim debito, & consequentiæ doctrinæ non satisfeciisset, si per humanitatem primò assumptam à Verbo intellexisset assumptionem alicuius totius realiter distincti à partibus, & quòd partes tantùm mediatè, & remotè assumerentur in statu vnionis in toto, & ratione totius tantùm immediatè assumpti; quo supposito, facilè, & inconsequenter processisset Scotus dubitans de noua assumptione immediata partium humanitatis in triduo mortis.

Scotus defecisset à cõsequentia doctrinæ, si asseruisset distinctionem realem totius à partibus vnitis.

23 At magis perspicuum pro Scoti mente aperienda testimonium accipe ex Reportatis Parisiensibus, in 3. sententiar. distinct. 2. quæst. 1. vbi quærit: *Vtrùm tota natura humana fuit primò & immediatè vnita Verbo?* Vbi cũ in principio quæstionis sub nmar. 1. ita argumentatus esset Scotus ex Damasceno: *Secundùm Damascenum capit. 73. Quod priùs assumpsit, nunquam dimisit: Sed certum est, quòd in morte Christus dimisit totam naturam quantũ ad totalitatem, si. et nõ partes, aliter non fuisset ille homo verè mortuus.* Prædictæ argumentationi sic occurrit Scotus, §. *Ad principale*, sub n. mar. 9.

Magis perspicua Scoti mẽs ex Reportatis Parisiensibus

Scotus

" *Ad aliud dico; quòd in morte dimisit veram vitam, & per consequens separatio fuit animæ à corpore. Et cùm dicitur; quòd primò assumpsit, nunquam dimisit. Dico secundùm Damascenũ 77. cap. vbi priùs; non dimisit naturam in partibus, quia eo modo natura erat in triduo in partibus, hoc autẽ non est secundũ esse totius primò.*

Diluit obiectionem.

In quo textu apertè asseuerat Scotus, quòd natura eodem modo erat vnita Verbo in partibus humanitatis, scilicet corpore, & anima in triduo separationis corporis, & animæ, sicut in statu cõiũctionis corporis & animæ in toto; sed in triduo separationis vnio partiũ ad Verbũ non potuit esse mediata in toto, sed immediata: igitur & constante humanitate ex vnione partium, partes vnitæ

Ostenditur immediata assumptio partium humanitatis à Verbo etiã extra triduũ mortis.

sunt

sunt Verbo in toto immediatè vnito, nec realiter distincto à partibus immediatè vnitis.

Scotus. ☞ „ „ Ratio cui dens ex Scoto.

24 Quod etiam confirmo ex illis verbis Scoti: *Non dimisit naturam in partibus, quia eo modo natura erat in triduo in partibus; hoc autem non est secundùm esse totius primò*, Vbi fatetur Scotus, quòd licet in triduo non remanserit assumptio partium in toto humanitatis primariò assumptæ à Verbo, adhuc tamen partes extiterint eodem modo assumptæ à Verbo in triduo separationis partium à toto, & in statu vnionis partium in toto.

Vrgetur eadē doctrina de immediata assumptione partium humanitatis.

Igitur partes in toto assumptæ sunt immediatè, & non mediatè ratione totius realiter distincti á partibus vnitis; aliàs falsò asseruisset Scotus, quòd partes naturæ humanæ eodem modo vnitæ sint Verbo in triduo separationis à toto, & in statu vnionis partium in toto. Sed de vnione immediata corporis, & animæ ad Verbum agemus seriò in sequenti Prolusione de subsistentijs partialibus.

Scotus. ☞ „ „ Nō agnoscit aliquem effectū vitæ distinctū à partibus humanitatis subsiātialiter vnitis.

Præterea vrgeo ex Scoti verbis: *Dico quòd in morte dimisit veram vitam, & per consequens separatio fuit animæ à corpore.* Ex quo textu satis perspicuè colligi videtur, quòd Scotus non distinguat humanitatem à partibus subsiātialiter compositis inter se; siquidem totū humanitatis, quod in morte Christi extinctum est, explanat Scotus per vitam ex vnione corporis & animę compositā, quare & humanitatem mortuam vocat vitam à Verbo dimissam in triduo separationis animæ & corporis, quādo humanitas & vita extincta est vi solius separationis corporis & animæ.

Pende ex Scoto cōtra Vazquij pronuntiatum.

Igitur non agnouit Scotus aliā vitam, nec aliud totum humanitatis nisi compositionem substantialem vnitiuam corporis, & animæ; vnde effectus ille viuificationis deriuatæ ab anima in corpus vnitum animæ, & distinctus ab anima, & corpore subsiantialiter vnitis, quem assignat Vazquez, videtur merito reijciendus; cùm compositio in actu secundo, & vnio substantialis exercita corporis & animæ imbibat essentialiter hanc deriuationē vitæ ab anima in corpus, itaut implicet cōtradictionem, quòd corpus subsiātialiter vnitum animæ, non sit formaliter viuum.

25 Sed iam firmis rationibus expugnanda est distinctio hæc totius à partibus subsiantialiter vnitis; contra quam instruo sequentem probationem ex Scoto. Implicat quòd totum distinguatur à partibus vnitis per easdem partes vnitas absque vllo addito, sicut & contradicit quòd totum se ipso distinguatur adæquatè ab eodem toto; cùm enim extremum cuiuslibet distinctionis realis referat negationem identitatis cum altero extremo distinctionis, à quo realiter secernitur, proinde fit vt totum nequeat exprimere negationē identitatis cum partibus vnitis, itaut negatio inferatur ab eisdem partibus vnitis, & nullo addito. Alias partes vnitæ distinguerentur se ipsis à se ipsis, quòd implicat in terminis; cùm contradicat, quod idem, quà idem, distet à se ipso, & exprimat negationem oppositam positioni quidditatis suæ.

Efficax ratio ad refellēdā distinctionem totius ab omnibus suis partibus vnitis subsiā tialiter.

Totum non potest distingui a partibus vnitis per easdem partes vnitas nullo addito

Quare sicut apud Vazquium, qui voluit, humanitatem esse distinctam à materia, & anima rationali vnitis, ob effectum illum formalem viuificationis deriuatæ ab anima in corpus vnitum animæ, nequit effectus iste viuificationis deriuatus ab anima rationali in corpus, esse distinctus ab eodemmet toto illo, & viuo esse humanitatis, (quia aliàs idem esse viuum, & totale, adæquatè se ipso, & nullo alio adiuncto, distaret à se ipso) ita implicat quòd humanitas distinguatur realiter à materia, & anima rationali vnitis, per easdemmet partes vnitas, non adiūcto illo effectu formali viuificationis deriuatæ, qui constituit humanitatem vt vnum quid, & totum est, distinctum à partibus vnitis, prout multa entia sunt, nec constituunt totum, & vnum.

Inf atur ex doctrina Vazquij.

Explicatur acies argumētationis cōtra distinctionem totius à partibus

26 Quo præsuppositō, sic produco rationem. Vel illud, quod distinguit partes vnitas humanitatis ab ipsa humanitate, (prout humanitas est totum, & subsiratum immediatum exigens subsistentiam, quæ non debetur materiæ, & formæ, nisi mediatè, secundario, & consequenter ratione totius) vel hoc inquam totum exigens immediatè subsistentiam, nil aliud explicat adiunctum, vel additum materiæ, & formæ subsiantialiter vnitis;

& sequeretur id absurdum, quod antea inferebamus, quòd partes vnitæ differrent realiter, & adæquatè se ipsis à se ipsis.

Ostenditur quòd totũ nõ addat aliquid supra partes vnitas.

Vel totum explicat aliquid additum adiunctum ve partibus vnitis, & quasi depuratum & præcisum à partibus vnitis prout multa entia sunt, & quatenus partes vnitæ sunt aliud extremum distinctionis realis oppositum naturæ totali, prout vnum ens existit; cùm extremum relationis realis debeat depurari, & extrahi ab alio extremo opposito; aliàs totũ per eumdem præcisum conceptum, qui adæquatè exprimit partes vnitas, & nullo addito secerneretur realiter à partibus vnitis, & relatiuè opponeretur partibus vnitis, nullo addito, quod implicat in terminis.

Vrgetur ratio ex oppositione relatiua inter totũ & partes vnitas.

Vnde fit, vt conceptus ille totalitatis, aut ratio discernendi totum, vt vnũ, à partibus vnitis, prout multa entia sũt, debeat depurari, & præscindi realiter à pluralitate partium vnitarum, prout plura entia existunt, & non sunt immediata substrata propriæ, & connaturalis hypostasis; ac per consequens fieret, vt totum prout tale vnum, & immediatum substratum hypostasis, non esset compositum, ac proinde nec totum coalescens ex compositione partium: siquidem sub illo conceptu, sub quo explicat rationem vnius oppositam relatiuè, seu distinctam realiter à partibus vnitis, necesse est, quòd præscindat realiter, & depuretur à partibus vnitis tanquam ab altero extremo oppositionis relatiuæ realis; ne iterum recidamus in taxatum illud absurdum, quòd ens, (se ipso, & nullo addito,) distingui valeat adæquatè à se ipso, & opponi sibi ipsi.

Confutatur totalitas ad lita partibus vnitis

27 Tunc præterea: illa ratio totius, aut totalitatis adiuncta partibus vnitis, per quam totum distinguitur realiter à partibus vnitis, non est incomposita, seu non vnita ipsis partibus vnitis; quia aliàs totum (vt cointegratum ex partibus vnitis, & ex illa forma addita totalitatis, per quam totum cõstituitur in esse vnius, secernitur que à partibus vnitis prout multa entia sunt) non esset vnum ens per se, sed vnũ aggregatione entium non vnitorũ, sicut acerus lapidum: vnitur ergo totalitas partibus vt forma quædam totius ad constituendum vnum vnitate compositionis.

Illa forma totius cõponeretur per secundã cõpositionem partibus vnitis.

De hoc igitur vno, & composito ex partibus vnitis, & ex illa forma totalitatis (quam Scotus infrà transcribendus vocat formam totius, vt distinctam ab anima rationali, quæ est forma pertinens ad partes vnitas, quæ partes vt vnitæ concipiuntur esse immediatum substratum illius formæ totalitatis adiunctæ partibus vnitis ad constituendũ vnum distinctum à partibus vnitis) rursus redit disputatio, an constituant vnũ distinctum ab omnibus extremis componibilibus, scilicet à materia, & forma vnitis? (quæ partes sunt substratum immediatum formæ totius, vel formæ totalitatis) & distinctum etiam à forma totalitatis, quæ componitur materiæ & formæ vnitis tanquã substrato proximo.

Illatio premens aduersarios.

Si istud totum cointegratum ex partibus vnitis, & ex forma totalitatis, non est distinctum ab omnibus extremis cõponibilibus & vnitis inter se, scilicet à materia & anima rationali vnitis, & à forma totius, siue totalitatis vnitæ partibus per primam alteram vnionẽ vnitis; idem dicendum est de toto compositio ex materia & anima rationali vnitis per primam vnionem, quod constituant vnũ vnitate compositionis omnino indistinctum ab eisdem materia, & anima rationali substãtialiter compositis inter se absq; superadditione alterius formæ totalitatis, quæ necessariò exigatur ad constituendũ vnum distinctũ à partibus vnitis, cùm intercedat suppar, imò & eadem omnino ratio.

Si forma totius cõponeretur per secũdã cõpositionẽ partibus antea vnitis inter se, daretur processus in infinitum

Si autem partes vnitæ, scilicet materia & anima rationalis compositæ substantialiter inter se (quæ partes sunt immediatũ substratum vltimæ illius formæ totalitatis additæ partibus vnitis, & per se cũdam vnionem compositæ partibus vnitis) & ipsa forma totalitatis adiuncta partibus vnitis ad constituendum vnum & tale totum, distinguantur realiter ab illo vno, & tali toto coalescente ex materia, & anima rationali vnitis tanquã ex substrato, & ex totalitate tanquam ex forma proxima vnius; cùm data ista distinctione reali inter omnes partes vnitas ex vno extremo, & formam totalitatis additam partibus vnitis ex altero extremo, totũ constitutũ ex partibus

vni-

vnitis,&ex forma addita totalitatis,nõ diſtinguatur realiter à cunctis extremis iam recenſitis per eadem extrema recẽſita,exigeretur additio vlterioris, & vlterioris formæ totalitatis, multiplicatis extremis componibilibus,& ita abiretur in infinitum. Quam probationem (quæ meo iudicio euidenter proſternit diſtinctionem realem totius à partibus vnitis per ſubſtantialem compoſitionẽ) haurio ex Scoto in 3.ſent.diſt. 2. q.2. §. *Quãtùm ad tertium dubium*.ſub n. mar. 9.vbi ita habet.

Præcedens ratio petitur ex textu Scoti.

Scotus

28 *Dico;quòd ſi intelligatur,in toto præter formam partis, cuiuſmodi eſt in homine anima intellectiua,eſſe aliam formam quaſi ſuperuenientem illi, quæ ſit etiam aliquid ipſius totius,& tamen dicitur forma totius diſtinguendo eam contra formam partis, quia completiùs conſtituit totum quàm illa alia forma; iſte intellectus eſt falſus, quia tunc eſſet in homine aliqua forma conſtituẽs hominem perfectior anima intellectiua, quod eſt inconueniens.*

Non datur forma totius diſtincta realiter à partibus vnitis.

29 *Similiter ſi innitatur rationi acceptæ ex vnitate totius,puta quia ex materia,& forma,quæ eſt pars, non fieret vnum niſi per aliquam aliam formã, vnientem illas partes,quæ ſit forma totius. Iſta ratio concluderet proceſſum in infinitum,quia etiam de ipſa quæro,quomodo facit vnum cum materia, & forma partis? Si ex ſexta poteſt concedi de forma partis, quòd ex ſe ſit nata facere vnum cũ materia. Si per aliud;erit proceſſus in infinitum.*

Sequeretur proceſſus in infinitum.

30 Qua etiam Scoti argumentatione vſus eſt Aureolus, vt expugnaret tertiam entitatem totius realiter diſtincti à partibus ſubſtantialiter compoſitis inter ſe; ita enim habet Aureolus in 3.ſen.diſt.2.ar.2.vbi quærit:Vtrũ totum diſtinguatur, vel ſit aliud à partibus? §. *Hoc etiam ſecundò probatur*, fol. 377. Romanæ editionis, vbi inquit.

Eadẽ ratio ex Aureolo

Nec poteſt dici,quòd illud ipſum tertium ſit res alia realiter ab illis componentibus,quæ non ſit conflata, ſed res quædam ſimplex ;tum quia compoſitum ex illis non poſſet dici compoſitum:tum quia res illa eſſet componibilis cum partibus. Tunc quæro,quomodo faciat vnũ cum eis? Vtrùm ex tali compoſitione reſultat res tertia non conflata; vel non? Si non reſultat res tertia addita; pari ratione dicam de vnione componentium adſe. Si dicis,quòd res tertia non reſultat;quæram de illa ſimiliter,& ſic in infinitum procedam.

Card. Aur.

Ex diſtinctione totius à partibus ſequitur proceſſus in infinitum.

31 Sed obijcies contra rationẽ præcedentem,quæ oppugnat diſcretionem realem totius à partibus vnitis;eòquòd extremum oppoſitionis relatiuæ realis debeat extrahi,& ſecerni ab altero extremo,cui opponitur habitudine diſtinctionis realis. Prædicta enim probatio nec verũ,nec vim habere videtur in diſtinctione includentis ab incluſo; qualis eſt diſcretio totius à partibus incluſis in toto,tanquã in includente. Quare Vazquius,qui aſſeruit, humanitatem ſupra partes vnitas addere effectũ illũ viuificationis deriuatæ ab anima in corpus; ingenuè admiſit quòd effectus ille viuificationis,vel totũ illud viuens, imbibat intrinſecè partes vnitas,à quibus realiter diſtinguitur.

Oppoſitio cõtra doctrinã præcedẽtẽ, ex diſtinctione includentis ab incluſo.

Vazquius

At leui ictu obtunditur & corruit oppoſitio;tantũ enim obtinet,quòd extremũ diſtinctionis adæquatæ(eius nimirũ oppoſitionis relatiuæ, quæ infertur ab extremo ſecundùm adæquatam rationem ſui diſtincto ab altero extremo)exigat quòd res ſe tota ſecernatur ab alia. Vt apparet in diſtinctione adæquata vnius compartis, quæ ſe tota condiſtinguitur ab altera comparte, ſtaut nil vnius extremi diſtinctionis imbibatur in ſubſtantia oppoſiti extremi diſtinctionis; qua ratione materia prima diſtinguitur à forma ſecundùm adæquatam comparationem ſui ad formam,& manus diſtinguitur à pede, &c. Hæc enim diſtinctio diuerſa eſt à diſtinctione totius à partibus diſiunctiuè acceptis, ſcilicet hominis ab anima, vel à corpore; quæ diſtinctio ſicut eſt comparatio inadæquata totius non ad omnes partes vnitas, ſed ad aliam,vel aliam ex partibus vnitis,ita & totum relatiuè opponitur, ſeu realiter diſtinguitur à qualibet parte incluſa in ipſo toto, eò quòd totum includat alias partes, quæ adæquatè ſecernuntur ab alijs compartibus. Ideo enim humanitas eſt extremum realiter diſtinctum ab anima,vel corpore diſiũctim acceptis, quia totum includit materiã, quæ diſtinguitur realiter adæquatè à forma, & è cõtra;vnde præmiſſa oppoſitio potiùs

Eneruatur obiectio.

Quod interſit diſcrimẽ inter diſtinctionẽ adæquatam, & inadæquatam?

explanat,& ſuffulcit argumentationem ex Scoto petitam.

Omnis diſtinctio realis inter extrema creata & poſitiua infert oppoſitionem relatiuam mutuam.

Quare dicimus; eſſentialiter exigi ad relatiuam oppoſitionem diſtinctionis realis,quòd fundamentum diſtinctionis ſub ea comparatione ad aliud, ſub qua opponitur alteri extremo diſtinctionis,non includat alterum,à quo realiter ſecernitur;aliàs enim prolaberemur in abſurdum ſupra taxatum, quòd idem ſe ipſo,& nullo addito, diſtingui poſſet realiter à ſe ipſo:vel quòd partes vnitæ abſque vllo adiuncto reali diſtinguerentur realiter à ſe ipſis, ſi totum realiter diſtinctum à partibus vnitis non adderet aliquam formam totius, vel totalitatis componibilem ad inſtar vltimi actus cum partibus vnitis. Vnde forma hæc totalitatis diſtinctione adæquata ſecerni debet à partibus vnitis (ſi totum realiter diſtinguatur ab omnibus partibus vnitis) ea comparatione diſtinctionis adæquatæ,qua alia extrema realiter componibilia inter ſe, diſtinguuntur realiter adæquatè; licet totum inadæquatè, vel ſecundùm inadæquatam comparationem ſui ad quamlibet partem diuiſim ſpectatàm, realiter inadæquatè diſtinguatur à qualibet parte. Si verò admittatur illa ſecunda compoſitio ex forma totalitatis,vel ex forma totius addita partibus vnitis inter ſe per primã compoſitionem ſubſtantialẽ; legitimè erumpit proceſſus ille in infinitũ,quẽ objcit Scotus, & ex Scoto Aureolus contra adſtruentes diſtinctionẽ realem totius à partibus ſubſtantialiter compoſitis inter ſe.

Oppoſitio ex textu cõtra vnionẽ de genere ſubſtãtiæ inter materiã & formam

32 Objcies ſecundò;quòd textus Scoti à nobis tranſcriptus ſub num. margin. 29. etiam oppugnare appareat vnionem ſubſtantialem diſtinctam realiter à materia,& forma;itaut Scoti argumentatio,ſi aliquid probet,etiam excutere videatur vnionem, vel compoſitionem ſubſtantialem materiæ, & formæ diſtinctam à materia & forma,itaut iſta extrema ſe ipſis abſq;vllo addito cõponi videantur inter ſe.

Scotus.

Id enim exprimere videntur illa verba Scoti: *Similiter ſi innitatur rationi accepta ex vnitate totius, quia ex materia, & forma,quæ eſt pars, non fieret vnum niſi per aliquam aliam formam vnientem illas partes, quæ ſit forma totius; iſta ratio concluderet proceſſum in infinitum, &c.*

Vrgetur ratio ex Scoto cõtra vnionẽ de genere ſubſtãtiæ

Ibi enim verba Scoti inficiari videntur non ſolùm adiunctionem alicuius formæ totalitatis, quæ ſit completior,& perfectior anima rationali, & quæ informaret materiam, & animam rationalem vnitas inter ſe, & prout ſecunda alia vnione componibiles cum forma totius,vel totalitatis; ſed etiam impugnare apparent compoſitionem ſubſtantialem vnientem partes eſſentiales nimirum materiam,& formam, quam Scotus inibi vocat formam partis, prout condiſtinctam ab illa adiuncta forma totalitatis, quæ ab Scoto appellatur forma totius coniuncta per alteram,& ſecundam compoſitionem cum materia,& forma vnitis inter ſe per primam compoſitionem ſubſtantialem.

Satisfactio ad obiectũ; & aſſeritur vnio realiter diſtincta à materia & forma.

Reſpondetur; quòd vt ex ipſa litera Scoti ſatis perſpicuè conſtat,ibi ſolùm impugnat Scotus formam compoſitam & additam materiæ, & formæ ſimul ſumptis,& vnitis inter ſe;non autem taxat Scotus compoſitionem ſubſtantialem,ſeu nexum vnitiuum ſubſtantialem additum materiæ,& formæ, vt inter ſe vniantur in actu exercito. Nec ratio Scoti,quæ vrget proceſſum in infinitum in forma totalitatis addita materiæ, & formæ vnitis inter ſe, militat contra compoſitionem exercitam materiæ, & formæ,quæ compoſitio exercita realiter diſtinguatur à materia & forma. Cũ actualis compoſitio materiæ, & formæ nequeat identificari cum materia& forma,ob tritum illud axioma Scoti diſtinguentis realiter illa extrema, quæ conſeruari queãt ſeparata ſaltim diuinitus; & euidens ſit apud Scotum,quòd materia & forma quælibet materialis poſſint de abſoluta Dei potẽtia conſeruari ſine actuali compoſitione inter ſe ad conſtituendum totum.

Ex vnione de genere ſubſtantiæ nõ ſequitur proceſſus in infinitum, quem infert Scotus contra formam totalitatis

33 Deinde vitatur proceſſus in infinitum in forma ſubſtantialis vnionis materiæ & formæ,quæ exigat aliam ſecundam vnionem vt componatur materiæ & formæ;quia vnio eſt modus per ſuam eſſentiam compoſitus extremis vnibilibus, ſine quibus nec de abſoluta Dei potentia conſeruari valeat ipſa cõpoſitio exercita:licet è contra, extrema vnibilia ſcilicet materia, & forma conſeruari queant ſine compoſitione,

& nexu ſubſtantiali in actu ſecundo, de quibus vide quæ expendimus in Controuerſia 2. de Vnitate Dei, art. 3. de principio phyſico indiuiduationis in ſubſtantia materiali, in Corollario de compoſitione ſubſtantiali materiæ, & formæ, §. *Quod autem Scotus*, ſub numer. margin. 17.

Vnio informationis nó diſtinguitur ab indiuidua cauſalitate materiæ & formæ

Vnde vnio ſubſtantialis eſt actus ſecundus, ſiue ipſamet mutua, & indiuidua cauſalitas exercita materiæ, & formæ, quæ vt tenet ſe ex parte formæ, vocatur informatio materiæ à forma, & vt ſpectatur ex parte materiæ, eſt actualis receptio formæ in materia; ita vt diſcretio in iſtis conceptibus vnionis, & cauſalitatum materiæ & formæ, ſolùm cadat ſuper cónotata, vt diximus in præſenti Proluſione, ſub num. marg. 11. & 12.

Vnio informationis cóponitur per ſuam eſſentiam extremis vnibilibus.

Siſtit ergo compoſitio exercita in ipſa vnione ſubſtantiali per ſuam eſſentiam compoſita materiæ & formę, & ad ipſam vnionem peruenit, nec vltra ipſam tranſilit vltima ratio conſtituendi vnum ex materia, & forma exigentibus vnionem diſtinctam realiter ab ipſis extremis componibilibus; quæ extrema ſeparabilia ſunt à compoſitione actuali, à qua habent vt ſe exerceant ad conſtituendum vnũ (non in actu primo, hoc enim habent materia & forma à ſe ipſis & id ſolum eſt, quod vult Scotus) ſed in actu ſecundo & inſeparabili ab actuatione materiæ à forma, & à receptione formæ in materia.

Vnio informationis realiter diſtinguitur à forma & materia ex Scoto.

Adde quòd in eadem diſt. 2. quæſt. 2. paulò infra, §. *Et ſi quæras cauſas iſtius entitatis*, ſub num. margin. 10. diſtinxit Scotus inter formam, & informationem exercitam materiæ à forma, quæ eſt cauſalitas formæ circa materiam; dum docuit Scotus, quòd eadem ratione immediatæ cauſalitatis ſe gerat forma reſpectu informare actualiter, ſicut calidum reſpectu calefacere actualiter: cùm tamen euidens ſit, quòd calefacere actualiter diſtinguatur realiter à calido, vt patet ex eodẽ textu Scoti à nobis tranſcripto in præſenti Proluſione ſub num. marg. 10. Quibus adiũge, quòd cùm informatio actualis non diſtinguatur realiter ab vnione & ſubſtantiali nexu materiæ & formæ; ſi informatio actualis ſit realiter diſtincta à forma vt euidenter oſtendimus ex principijs Scoti; ita etiam nexus, & ſubſtantialis vnio formæ, & materiæ debet realiter diſtingui ab extremis vnibilibus, & ſeparabilibus ſaltim de abſoluta Dei potentia ab vnione exercita.

Obiectio ex authoritate negatiua Scoti.

34 Si autem inſtes ex authoritate negatiua Scoti; quòd Scotus expreſſo vocabulo non meminerit vnionis ſubſtãtialis diſtinctæ à materia & forma.

Elicitur oppoſitio ex ſilentio Scoti de vnione de genere ſubſtantiæ

Reſpondeo; quòd ſatis ſuperque eſt vt meminerit exercitæ informationis diſtinctæ realiter à forma: cùm exercita informatio non diſtinguatur realiter à nexu, & vnione ſubſtantiali. Deinde, quòd vt ſuſpicor, ideo non nominauit vnionem ſubſtãtialem voce vnionis, ſed nomine informationis, ne vnio ſubſtantialis coniungens materiam & formam (à quibus ſubſtantialiter vnitis non diſtinguitur realiter totum) confunderetur cum vnione accidentali, ſiue approximatione locali materiæ, & formæ; de qua ratione vnionis, & de materia, & forma taliter coniunctis per vnionẽ, & approximationem localem, quæ eſt de genere vbi, docuit Scotus, quòd partes vnitæ diſtinguantur realiter à toto, & totũ realiter diſtinguatur à partibus taliter vnitis, vt infra preſsè oſtendam poſtquam minus probatas aliorum Scotiſtarũ de hãc re opinationes recenſuerim, & expugnauerim.

Alia reſponſio, & abitur proceſſus in infinitum.

Præterea, quòd ſicut litera Scoti à nobis tranſcripta ſub nu. 32. non excludit informationem exercitam realiter diſtinctam à forma, quia informatio exercita vnitur formæ ſe ipſa abſque alia vnione realiter diſtincta ab informatione exercita; ita nec ille textus Scoti excludit vnionem informationis, quæ eſt eadem indiuidua cauſalitas materiæ, & formæ realiter diſtincta à materia & forma, ſicut & materia, & forma ſeparari poſſunt à cõpoſitione ſubſtantiali exercita: quare ſicut non ſequitur ille proceſſus in infinitũ, quem infert Scotus, data diſtinctione reali inter formã & actualẽ informationẽ, quæ ſe ipſa vnitur formæ, ita nec ſequitur proceſſus in infinitum contra vnionem informatiuam.

Refelluntur aliæ Scotistarum sententiæ de distinctione totius à partibus.

35 QVare alter modus dicendi Scotistarum est, quem refert & impugnat Hugo Cauellus, loco citato ex 3. sententiar. distinct. 2. quæst. 2. in Schol. ad 5. *Quantùm ad primum ostendo*, sub numer. margin. 7. vbi ita habet Cauellus: *Alij Scotista dicunt, partes vnitas distingui realiter à toto, non è cõtra; quomodo inferius est idem formaliter superiori, non è contra.*

Aliud placitũ Scotistarũ de distinctione partiũ à toto; sed non è contra

Hug. Caue.

Hic modus dicendi merito displicet Cauello; quam opinationẽ de distinctione non mutua refutauimus in Controuersia 2. de Vnitate Dei, in Appendice de distinctione entis, art. 4. de distinctione formali ex natura rei, sub numer. margin. 25. Quidam enim Scotizantes distinguunt formaliter ex natura rei superius ab inferiori, scilicet animal ab homine, eò quòd animal detur extra hominem in leone, sed non secernunt inferius à superiori, nimirum hominem ab animali, quia animal sit de essentia hominis. Alij è contra asserunt, quòd licet homo distinguatur formaliter ab animali, eò quòd homo essentialiter imbibat rationalitatem, quæ distinctione formali adæquata distinguitur ab animalitate; sed quòd è contra animal non distinguatur formaliter ab homine, cùm animal essentialiter includatur in quidditate hominis. Verùm hanc distinctionem non mutuam adeò perspicuè expugnauimus loco citato, vt ad eadem redire sit superuacaneum.

Expugnatur distinctio realis non mutua inter partes vnitas & totum.

Cæterum, vt præmissam doctrinam de distinctione non mutua applicant Scotizantes distinctioni reali partium vnitarum à toto, non tamen è contra, distinctioni totius à partibus vnitis, etiam perperam philosophantur illi authores, & inconsequenter ad mentem Scoti, quòd vel sic manifestè aperio ex principijs Scoti. Quia aut per partes vnitas (quas à toto realiter secerni pronuntiant) tantùm intelligunt partes vnitas per vnionem, & approximationem localem; & non partes vnitas per substantialem informationem exercitam, distinctam realiter à partibus solùm vnitis per vnionem, & approximationem localem, seu illam relationem contactus, & indistantiæ, quæ attinet ad prædicamentum vbi: vel loquuntur de vnione substantiali identificata cum informatione substantiali exercita.

Vrgentior confutatio præmissi modi sentiẽdi Scotizantium.

In primis loquendo de partibus solùm localiter, aut præsentialiter vnitis, absque substantiali informatione exercita; certum est, quòd partes taliter vnitæ distinguantur realiter ab actuali informatione substantiali, & ab ipso toto substantiali, quod talem informationem imbibit essentialiter. Siquidem stante indistantia locali materiæ, & formæ, posset Deus destruere informationem exercitam substantialem formæ respectu materiæ, acproinde, & substantiale compositum; & data etiam etiam vicinitate & approximatione locali animæ rationalis ad corpus mortuum, posset Deus non causare reunionem substantialem animæ rationalis, & corporis, quæ vnio est ipsa informatio corporis ab anima, vi cuius formaliter cõstituitur corpus in viuo esse.

Asseritur mutua discretio realis inter totũ & partes vnitas vnione de genere vbi.

36 Deinde, admissa prædicta acceptione partium solùm localiter, vel præsentialiter vnitarum; inconsequenter turantur illi authores distinctionem realem non mutuam partium à toto, sed non è contra totius à partibus. Quia sicut partes tantùm præsentialiter vnitæ distinguuntur realiter à toto, quia totum supra partes præsentialiter vnitas addat substantialem vnionem in actu secundo, seu informationẽ exercitam; ita & eadem informatio actualis inclusa in quidditate totius etiam præstat ad distinctionem reciprocam, & mutuam totius à partibus taliter vnitis, quatenus supra partes tantùm præsentialiter, aut localiter vnitas addat informationem, vel compositionem substantialem realiter distinctam à partibus, solùm vnitis per approximationem localem. Quare hæc opinatio de discretione reali non mutua partium vnitarum à toto; non tamen totius à partibus vnitis, quæ aliquibus Scotistis plausibilis est, iure censetur abigenda.

Premitur ratio pro distinctione totius à partibus solùm præsentialiter vnitis.

Obiectio pro diſtinctione non mutua partiũ vnitarũ à toto

37 Sed inſiſtes pro præmiſſo Scotiſtarum placito; quòd apud Scotum, illud extremum diſtinctionis ſecernitur realiter ab altero, quod poteſt exiſtere ſine illo; atqui partes vnitæ ſecundùm vicinitatem, vel approximationem localem poſſunt exiſtere ſine toto, vt oſtendimus, non tamen vice verſa totum valet exiſtere ſine partibus localiter, aut præſentialiter coniunctis: igitur licet partes vnitæ per approximationem localẽ diſtinguantur realiter à toto, non tamen è contra, totum realiter ſecerni valebit à partibus taliter vnitis per vicinitatem localem, quæ eſt de genere vbi.

Poteſt dari totũ ſubſtãtiale ſine vnione præſentiali de genere vbi.

Eneruatur; ad diſtinctionẽ realẽ mutuã non expoſcitur, quòd vtrũque extremũ diſtinctionis valeat exiſtere ſeparatũ ab alio.

Reſpondetur; quòd ad mutuam relationem diſtinctionis realis non requiritur apud Scotum, quòd vtrumque extremum diſtinctionis valeat eſſe ſuperſtes ſecundùm realem exiſtentiam, non exiſtente altero extremo: ſed ſatis ſuperque eſt, vt alterum ex extremis poſſit exiſtere, alio extremo diſtinctionis deſtructo. Quod apparet in relatione de tertio prædicamento, quæ apud Scotum diſtinguitur mutua diſtinctione reali à fundamento, eòquòd fundamentum exiſtat deſtructa relatione; cùm tamen verum & exploratum ſit de mente Scoti, quòd relatio nequeat exiſtere deſtructo fundamento, quatenus exercita accidentalitas ad fundamentum, (vt loquitur Scotus) ſeu actualis informatio fundamenti identificetur realiter cum relatione, vt oſtendimus infra agentes de diſtinctione totius modalis à ſuis partibus.

Totũ ſubſtãtiale licet præmittat vnionem de genere vbi, nõ tamẽ includit eam eſſentialiter

Suffulcitur doctrina præcedens in partibus vnitis vnione præſentiali de genere vbi.

Quod etiam perſpicuum eſt in ipſiſmet partibus vnitis vnione accidentali de genere vbi, ſeu vnitis per contactum præſentialem; quæ partes ſubſtantiales diſtinguuntur diſtinctione mutua ab ipſa relatione vnionis præſentialis (materia enim, & forma ſecernuntur realiter ab approximatione & vnione locali earumdem partium inter ſe, & etiã vice verſa, approximatio localis materiæ, & formæ diſtinguitur realiter à materia & forma) quãuis vbicatio & contactus localis, vel præſentialis coniũctio materiæ & formæ nequeant exiſtere ſine ſubſtrato; eò quòd vbicatio ſit modus realiter identificatus cũ exercita compoſitione ſui ad ſubſtratum.

38 Addimus præterea, quòd licet totum ſubſtantiale nequeat naturaliter exiſtere ſine indiſtantia locali materiæ & formæ, eò quòd totum eſſentialiter includat informationem materiæ à forma, & informatio intrinſeca nequeat ſupereſſe ſi ſeparentur, & diſtent localiter extrema, quæ componuntur per compoſitionem ſubſtantialem intrinſecam; ſed totum ſubſtantiale non includit eſſentialiter approximationem illam, & vicinitatem localem, quæ pertinet ad prædicamentum vbi, quia aliàs aliquod accidens de genere accidentis eſſet de quidditate totius ſubſtantialis, quod pronuntiatũ explodimus ſupra vt omnino repugnans menti Scoti.

Quare dicimus; quòd licet totum ſubſtantiale præmittat partes vnitas ſecundùm contactum vel indiſtantiã localem, quæ localis vicinitas de genere vbi eſt conditio requiſita ad cauſalitatẽ ſubſtantialem informatiuã, quæ eſt de eſſentia totius ſubſtãtialis; ſed vnio vel approximatio materiæ & formæ, quæ coniũctio localis eſt de genere vbi, non pertinet ad quidditatem totius.

Qualiter de abſoluta Dei potentia dari poſſet totũ ſine partium vnione de genere vbi?

Quod aperio in illa hypotheſi, ſi Deus materiam & formam coniungeret localiter, & poſteà deſtrueret vbicationem, ſeu contactum localem iſtarum partiũ, ita tamen vt materia, & forma, ſeu partes totius remanerent indiſtantes per negationem poſitiuæ diſtantiæ interiectæ inter materiam & formam, non verò partes illæ ſubſtantiales eſſent vicinæ, aut proximæ per poſitiuam formam vbicationis. In tali igitur hypotheſi cauſarum non diſtantium inter ſe per ſpatium interpoſitum, nec tamen habentium proximitatem illam poſitiuam de genere accidentis, quæ talibus partibus accedit ab vbicatione; adhuc diuinitus ſubſiſtere poſſet ſubſtantialis informatio materiæ à forma, & ſubſtantialis vnio, vel nexus materiæ & formæ. Quod autẽ Deus valeat conſeruare omne ens ſubſtantiale, ſiue ſpirituale, ſiue corporeum, ſine vbi, oſtendimus ex Scoto in Controu. 6. de Immenſitate Dei, art. 3. an Deus exiſtat in vacuo imaginario? ſub n. marg. 39.

Tertia opinio Scotiſtarũ de diſtinctione totius à partibus

39 Tandem vltimus modus ſentiendi Scotiſtarum ille eſt, in quem magis inclinat Hugo Cauellus in Scholio citato, vbi ita ait: *Vel Scotus tantũ vult totum eſſe aliud ens à partibus vnitis,*

ſed

Hug. Caue.

ſed non facientibus ens per ſe vnum, nec tranſactis in naturam ſpecificam; quia partes ſumptæ cum relatione vnionis ſunt quid reſpectiuum; & totum eſt quid abſolutum, cui conueniant operationes, & paſſiones, quæ non conueniunt partibus cum illa vnione. Ita Philippus Faber in 3. ſent. diſt. 2. quæſt. 2. diſp. 8. cap. 3.

Phil. Faber

Et fauet Scotus in 1. diſtinct. 1. quæſt. 4. num. 14. & in 2. diſt. 1. quæſt. 3. numer. 21. & diſt. 12. quæſt. 2. numer. 3. quibus locis docet, prius poſſe eſſe ſine poſteriore, ſi non ſit ei idem; ergo cũ partes vnitæ ſint prius toto, & nequeãt eſſe ſine eo per vllam potentiam, ſunt ei idem. Et tandem concludit Cauellus: *In qua re nihil certum habeo.*

Qualiter faueat Scotus identitati partium cũ toto?

Refellitur præcedens modus ſentiendi

40 At prædictum placitum Philippi Fabri, cui plures ex recentioribus Scotizantibus adhærent, ſatis confutatum relinquitur ex prælibatis; contra quod ſic inſto efficaciter. Quia quando dicitur, quòd totum ſit realiter diſtinctum à partibus vnitis, inquantùm plura entia ſunt, non tamen realiter diſcretum à partibus vnitis prout coeuntibus aut tranſeuntibus in quid per ſe vnum, aut procedunt illi authores de partibus vnitis ſecundùm vnionem, vel approximationem localem; aut de partibus vnitis per vnionem informationis ſubſtantialis. Si loquantur de partibus vnitis per contactum præſentialem de genere vbi, manifeſtum eſt (vt liquet ex dictis) quòd totum ſecernatur realiter à partibus taliter vnitis; eò quòd totum includat vnionem, ſeu compoſitionem ſubſtantialis informationis realiter additã partibus ſolùm præſentialiter coniunctis, ſiquidem talis vnio localis ſeparari valet ſaltem diuinitus ab vnione & compoſitione ſubſtantiali, ſi Deus tolleret vbi, poſita indiſtantia entitatiua partium ſubſtantialium, vt oſtẽdimus ſub num. 38.

Totũ diſtinguitur relatione reali mutua à partibus ſoũ præſentialiter vnitis.

Si tamen illi authores procedant de partibus vnitis nexu, aut vnione informationis; efficaciter, ne dicam euidenter, ita reuinci queunt illius placiti aſſertores. Quia implicat vnio informationis materiæ à forma, quin extrema tranſeant in vnum quid vnitate compoſitionis partium (cùm enim hæc vnitas non ſit ſimplicitatis depuratæ, ſeu extractæ à compoſitione partium, idem eſt partes eſſe ſubſtantialiter vnitas, & exiſtere vnitum, ſeu compoſitum ex coniunctione partium) illud enim vnitum vnitate compoſitionis nil aliud exprimit quàm vnitum quid ex partibus, & partes eſſe per informationẽ vnitas inter ſe; itaut ille tranſitus partiũ vnitarũ in vnum realiter diſtinctũ à partibus vnitis, appareat commentitius, & prorſus inintelligibilis.

Excutitur fuga de diſtinctione totius à partibus ſubſtantialiter vnitis prout nõ trãſeũtibus ad cõſtituẽdum vnum.

41 Quia contradicit tranſitus à contradictorio denominationis intrinſecæ ad contradictorium intrinſecæ denominationis abſque mutatione, vel additione aliqua in extremis, à quibus fit tranſitus; atqui partes vnitæ antequam intelligantur tranſire ad vnitatem in toto, vel ad conſtituendum vnum quid, & prout partes vnitæ non tranſeuntes in totum, realiter ſecernuntur à toto apud Fabrum, & aſſeclas, cõcipiuntur ſub reali negatione denominationis intrinſecæ, quæ eſt vnitas totius (aliàs enim totum ſubſtantiale, vt vnum ſubſtantiale exiſtit, eſſet mera denominatio extrinſeca, quod eſt abſurdum,) & deinde partes vnitæ quando concipiuntur vt realiter tranſeuntes in vnum, & totum, intelliguntur ſub reali poſitiuo denominationis intrinſecæ, quæ eſt ipſa vnitas totius: ergo ne fiat tranſitus à contradictorio in contradictorium denominationis intrinſecæ abſque mutatione aliqua, debet aſſignari aliqua additio aut mutatio in partibus, ob realitatem appoſitã & adiunctã partibus vnitis.

Implicat trãſitus præcedẽs excogitatus à Fabro abſque additione alicuius entitatis ſupra partes ſubſtantialiter vnitas.

Tunc ſic; de illa entitate aut realitate addita ſciſcitor, an ſit componibilis per alteram compoſitionem cum partibus vnitis: & tunc ſequeretur proceſſus in infinitum, quem Scotus neruoſè producit contra huius ſecundæ compoſitionis aſſertores, vt liquet ex dictis in præſenti Proluſione à n. marg. 25. vſque ad 30. Si verò vt vites prementem probationem Scoti, & Aureoli, neges, illud additum partibus vnitis componi per aliam compoſitionem cum partibus vnitis; inferretur euidenter, quòd totũ, & partes vnitæ, non eſſent vnum ens per ſe, ſed plura entia aggregata ſicut aceruus lapidum, vt patefecimus loco citato.

Admiſſa additione militat contra Fabrũ proceſſus in infinitum ex textu Scoti

42 Deinde contra Fabrum, & Cauellum retorqueo eam probationem,

quam

Retorquetur contra Hugonē Cauellū, & Fabrū illorum probatio ex principijs Scoti.

quam ex principijs Scoti petitam indicat Cauellus à nobis transcriptus sub numer. margin. 39. quòd si totum distingueretur realiter à partibus vnitis, per vnionem informationis substantialis, & sub ea ratione, qua partes substantialiter compositæ non transeunt in vnum; fieret, vt existere possent de absoluta Dei potentia partes substantialiter vnitæ absque toto & vno. Siquidem omne absolutum prius alio, & realiter ab alio distinctum, potest saltim diuinitus existere sine altero extremo distinctionis; ex quo principio hauriit Scotus contra Thomistas, quòd materia prima potest existere sine forma substantiali, & sine toto: qua etiam ratione, sicut partes solùm præsentialiter vnitæ, seu vnitæ vnione, aut vicinitate locali, quæ est de genere vbi, sunt realiter distinctæ à toto substantiali, & priores toto substantiali, possunt existere sine toto; iuxta ea, quæ elucidata præmittimus in præsenti Prolusione sub n. mar. 35. in fine, & sub n. mar. 38.

Vera sententia de distinctione totius à partibus; & satisfactio ad obiecta.

43 POst reiecta præmissa Scotistarum placita, excitatus à Mauritio Hibernico, Archiepiscopo Tuamensi in annotatione eiusdem authoris, quæ extat ad calcem quæstionis 4. libr. 8. Metaphys. Scoti, vbi Mauritius prope finem citatæ annotationis monet lectorem vt pro vestigatione sensus Scori circa distinctionem totius à partibus adeat Aureolum; & cùm Aureolum perlegissem tandem ex Aureolo veram Scoticæ mentis elucidationem deprompsi; quam indicat Aureolus in 3. sententiar. dist. 2. artic. 2. vbi quærit: *Vtrùm totum distinguatur, vel sit aliud à partibus?* §. *Item si resultat res tertia.* fol. 377 Romanæ editionis, vbi ita habet Aureolus.

Mauritius Hibernicus vult, quòd pro legitima interpretatione Scoti in hac re consulatur Aureolus.

Car. Aureo.

Sed distinguo de vnione illa; potest enim esse duplex, quia est quædam vnio coexistentiæ, & quædam est vnio informationis. Hìc autem non est vnio coexistentiæ, quia hìc non sufficit, quia si Deus separaret animam à corpore, & faceret corpori coexistere quantumcunque intimè non informando, non fieret homò. Ideo oportet, quòd vltra hoc dicatur talis vnio informationem, vel sit vnio informationis. Vbi perspicuè docet Aureolus, quòd licet totum substantiale sit realiter distinctum à partibus vnitis per approximationem, vel vnionem localem, non tamen vnitis per vnionem substantialis informationis; quòd autē Scotus agnouerit distinctionem realem inter informationem exercitam, & formam substantialem, patet ex dictis sub n. marg. 34.

Duplex vnio partiū, alia coexistentiæ, alia informationis.

Totū nō distinguitur à partibus vnitis vnione informationis.

44 Verùm enim verò, quòd quando Scotus asseruit, totum esse ens absolutum aliud à partibus vnitis, loquitur de vnione accidentali, seu de coniunctione præsentiali, quæ attinet ad prædicamentum vbi; patenter ostendo ex Scoto in 3. sententiar. in citata distinct. 2. quæst. 2. vbi agit de distinctione totius à partibus, §. *Sic ergo patet quantum ad istum articulum*, sub num. mar. 11. Vbi impugnans Commentatorem autumantem, totum nil aliud esse præter partes, itaut partes prout conueniūt ad componendum totum, non importēt aliquam vnionem distinctam à partibus etiam prout vnio aut approximatio exprimat aliquid de genere accidentis additum partibus; ita Commentatorem refellit Scotus.

De vnione præsentiali loquutus est Scotus quādo asserit, totum realiter distingui a partibus vnitis

Et ideo illud Commentatoris de primo Physicorum, negandum est. Fallit enim in ista materia sicut in alijs; quia non distinguit inter illud, quòd est per se, & illud, quod necessariò cōcurrit; ad esse quidem totius necessariò præexigitur vnio partium, nec tamen illa vnio est illud esse; quia vnio est respectus, & esse illud est absolutum.

Scotus.

Qualiter vnio exigatur ad totū?

Sicut ad causationem alicuius effectus necessariò præexigitur ordo causarū efficientium, quando sunt multæ ordinatæ, & approximatio earum; & tamen ille ordo, vel illa approximatio non est esse ipsius effectus, quia ista sunt respectus tantum: hoc autem est absolutum.

Approximatio est respectus, & requiritur ad productionē absoluti.

45 *Nec est inconueniens aliquod ab-*

Scotus.

ſolutum dependere, vel præexigere, vel ſaltem coexigere aliquo modo aliquem reſpectum; vniuerſaliter enim abſolutum cauſatum à pluribus cauſis neceſſariò præexigit vnionem, & approximationem illarum cauſarum in cauſando.

Inſtat in vnione cauſarũ effitiétiũ approximatarum

Et ita poteſt hìc eſſe; quòd tota entitas totius ſit abſoluta, licet neceſſariò præexigat, vel coexigat vnionem partiũ abſolutarum.

Loquitur Scotus de vnione approximationis materiæ & formæ.

46 Vbi apertè ediſſerit Scotus eam vnionem partium, de qua loquatur, quando autumat, quòd vnio partium ſit ſimilis vnioni, & approximationi cauſarum efficientium, quæ per naturalem ſympathiam conueniunt ad productionem eiuſdem effectus; vt apparet in phantaſmate, & intellectu agente ad productionem ſpeciei intelligibilis. Vnio enim huiuſmodi comprincipiorum ſupra ſympathiam naturalem (quam Scotus ſæpe appellat vnitatem ordinis in huiuſmodi agentibus connexis & ſubordinatis ad productionem eiuſdẽ effectus) nil addit niſi vicinitatem, aut approximationem localem talium cõprincipiorum; igitur quando Scotus aſſeruit totum eſſe ens diſtinctum à partibus vnitis, etiam aptè interpretatur de vnione & approximatione locali, quæ eſt de genere vbi.

Elucidatio textus præcedentis.

Quare vniuerſaliter talem vnionem concauſarum ad productionem eiuſdem effectus, vocauit Scotus approximationem, quæ ſonat vicinitatem localem, ſeu de genere vbicationis; vt manifeſtè patet ex illis verbis Scoti tranſcriptis ſub num. margin. 45. *Vniuerſaliter enim abſolutum cauſatum à pluribus cauſis, neceſſariò præexigit vnionem & approximationem illarum cauſarum in cauſando; & ita poteſt eſſe hìc* (ſcilicet in materia, & forma vnitis, de quibus loquitur) *quòd tota entitas totius ſit abſoluta, licet neceſſariò præexigat, vel coexigat vnionem partiũ abſolutarum.*

Roboratur doctrina præmiſſa.

Vbi etiam tria occurrunt obſeruanda. Primum; quòd illa vnio (de qua loquitur Scotus) ea ſit, quæ præſupponatur ad cauſalitatem cauſæ; ex quo apparet, quòd non agat Scotus de vnione informationis, cũ hæc non anteeat cauſalitatẽ materiæ & formæ; ſed ſit ipſamet realitas cũ cauſalitate materiæ & formæ ſed quòd loquatur de approximatione

Scotus.

» *Vniuerſaliter enim abſolutum cauſatum à pluribus cauſis, neceſſariò præexigit vnionem & approximationem illarum cauſarum in cauſando; & ita poteſt eſſe hìc* (ſcilicet in materia, & forma vnitis, de quibus loquitur) *quòd tota entitas totius ſit abſoluta, licet neceſſariò præexigat, vel coexigat vnionem partiũ abſolutarum.*

Obſeruat. 1 qualiter vnio præexigatur ad cauſalitatẽ materiæ & formæ?

locali, quę prior exigitur ad cõpoſitionem informationis ſubſtantialis.

Alterum in præmiſſa litera obſeruandum id eſt, circa illa verba Scoti: *Licet neceſſariò præexigat vnionem partium abſolutarum*: quod vicinitas localis de genere vbi, neceſſariò præexigitur de facto ad ſubſtantialem vnionem informationis, ita tamen vt talis vbicatio tolli poſsit de abſoluta Dei potẽtia, etiam ſuperſtite vnione ſubſtantiali, cùm nullum accidens ſit de intrinſeca conſtitutione totius ſubſtantialis, vt oſtendimus in præſenti Proluſione, ſub n. marg. 38.

Obſeruat. 2 Scotus

An vnio localis exigatur ad cõſtitutionem compoſiti?

Ex dictis ſequitur tertiò; quòd talis vnio localis, ſeu præſentialis de genere vbi (quæ de mente Scoti præexigitur ante exercitam compoſitionem, & vnionem ſubſtantialem materiæ, & formæ ad conſtituendum totum) non eſt vnica vnio, ſeu vnica præſentialitas, ſed duæ præſentialitates; at vnio informatiua eſt vnica, ſicut & vnica, & indiuidua exiſtit cauſalitas materiæ, & formæ ad conſtitutionem vnius entis per ſe.

Obſeruat. 3 vnio localis eſt multiplex.

47 Vnde etiam depromitur recta intelligentia textus Scoti lib. 8. Metaph. quæſt. 4. §. *Ad intellectum tertij*, ſub numer. margin. 6. vbi aſſerere apparet Scotus, quòd vnio non ſit ratio cauſandi in materia, & forma; quod aſſertum repugnare videtur noſtris pronuntiatis de vnione informationis, quam volumus non eſſe diſtinctam à mutua, & ſubſtantiali cauſalitate materiæ, & formæ: accipe igitur ſic docentem Scotum.

Oppoſitio ex litera Scoti cõtra idẽtitatẽ vnionis & cauſalitatis cauſæ intrinſecæ.

Scotus.

Sciendum eſt, quòd quando alicuius cauſati ſunt multa cauſa eſſentialiter, illa nunquam cauſant cauſatum, niſi in cauſando concurrant. Concurrere autem, & non concurrere, nihil variant circa abſolutam naturam alicuius cauſæ, nec eſt ille concurſus quinta cauſa.

Vnio nõ eſt ratio cauſandi in cauſis extrinſecis.

Itaque ſola relatione, alia, & alia, cauſarum adinuicem, quæ tamen non eſt eis, nec alicui earũ, ratio cauſandi, cauſæ quandoque cauſant, quandoque non.

Nec in cauſis intrinſecis.

Ita hìc de duabus cauſis ſpecialiter ſcilicet materia, & forma, quia vnitæ, hoc eſt concurrentia ad cauſandum, cauſant: qui concurſus ſit eorũ per actionem agentis; non concurrentia non cauſant.

Scotus. ☞ Quãdo cauſæ intrinſecæ conſtituant vnum quid?

Cõmẽtarius literæ præcedẽtis.

Scotus ☞ » »

Vnio præſentiæ localis diſtinguitur realiter à cauſalitate materiæ & formę, nõ tamen vnio informationis.

Scotus ☞

Quòd vnio informationis ſit relatio.

NOTA

Ex hoc autem, quòd cauſant cauſatum, faciunt vnum; quia idem eſt cauſa vnitatis, & entitatis: non igitur aliquo alio abſoluto ex materia, & forma, fit vnum ex eis.

48 Præmiſſa enim litera Scoti ſolùm procedit de vnione, & approximatione locali, non tamen de ſubſtantiali vnione informationis; quod perſpicuum eſt ex illis verbis Scoti. *Itaque ſola relatione alia, & alia, cauſarum adinuicem, quæ tamen non eſt eis, nec alicui earum, ratio cauſandi, cauſæ quandoque cauſant, quandoque non.* Ibi enim loquitur Scotus de illa coitione, aut vnione cauſarum, qua extante, poſſint cauſæ quandoque cauſare, & quandoque non cauſare; quod verificari non poteſt de vnione informatiua, quæ nec de abſoluta Dei potentia ſeparabilis eſt à mutua, & ſubſtantiali cauſalitate materiæ, & formæ. Procedit ergo Scotus de vnione, & approximatione de genere vbicationis; qua vnione exiſtente, poteſt impediri vnio informationis, & conſtitutio totius ſubſtantialis, vt oſtendimus in citato num. marg. 38. & ex Aureolo tranſcripto ſub num. margi. 43.

Reſtat præterea obſeruandum in tranſcripta verba Scoti ſub num. marg. 47. *Non igitur aliquo alio abſoluto, ex materia, & forma, fit vnum ex eis.* Vbi Scotus ideo aſſerit, quòd abſque additione alicuius abſoluti fiat vnum ex materia, & forma; quia licet ad conſtitutionem totius exigatur vnio informationis realiter diſtincta à materia, & forma, ſed vnio informationis non eſt ens abſolutum, ſed eſſentialiter relatum, ſeu relatio extrinſecus aduenies de genere ſubſtantiæ, vt non ſemel oſtendimus. Nec ex hoc quòd inter materiam, & formam interſit vnio informationis, quæ eſt eadem indiuidua cauſalitas exercita materiæ, & formæ, ſequitur quòd forma non informet immediatè materiam; quia vnio non mediat vt Quod, ſed vt Quo, ſeu tanquam exercita compoſitio vtriuſque concauſæ. Pari ratione, qua albedo immediatè inhæret ſubiecto; quia licet intercedat actualis inhærentia realiter diſtincta ab albedine, ſed non mediat inhærentia actualis vt Quod, ſed vt Quo, & tanquam ratio inhærendi in actu exercito.

Scotus in Metaph. loco citato retulit idẽtitatẽ totius, & partium vnitarum.

Probatio ex Hugone Cauello.

49 Cæterùm, quòd Scotus in citata q. 4. libr. 8. Metaph. tutatus fuerit indiſtinctionem realem totius à partibus, ita perſpicuum eſt, vt refragari nõ valuerit Hugo Cauellus, eſtò quòd oppoſiti placiti aſſertor; cuius verba exhibeo ex Scholio ad §. *Difficilia ſunt hæc* ſub numer. margin. 6. vbi ita habet Cauellus.

Refutatis aliis modis, declarat Scotus, compoſitum dici vnum, etiam ſi nihil abſolutum contineat ab ipſis partibus vnitis diſtinctum; & circa diſtinctionẽ totius à partibus optimè pro, & contra, diſputat, ſed in partem negantem inclinat, eamque aſſerit hic, & 1. Phyſicorum, quæſtion. 9. licet oppoſitum teneat in 3. ſentent. diſtinct. 2. quæſtion. 2. niſi gloſſetur aliter, de quo vide Scholiũ ibi poſitum.

50 Verùm poſt ſtabilitam Scoti ſententiam de identitate totius cum partibus ſubſtantialiter vnitis, ſtante reali diſtinctione totius à partibus ſolũ localiter, aut præſentialiter vnitis; reſtat oppoſitiones contra præmiſſam doctrinam diluere.

Obiectio cõtra idẽtitatẽ totius & partium vnitarum

Primò enim opponitur contra identitatem totius cum omnibus ſuis partibus ſubſtantialiter vnitis; quòd Scotus in 3. ſentent. in citata diſtinct. 2. quæſt. 2. §. *Sic ergo patet quantum ad iſtum articulum*, ſub numer. margin. 11. (quem textum ſupra tranſcripſimus ſub numer. margin. 44.) aſſerit, totum eſſe ens abſolutum aliud à partibus; quod pronuntiatum ſæpè repetit Scotus per totam illam quæſtio. 2. Si autem totum ſupra partes præſentialiter vnitas ſolùm adderet vnionem ſubſtantialis informationis, totum non eſſet ens abſolutum aliud à partibus vnitis per coniunctionem localem de genere vbi; ſiquidem totum nõ adderet partibus taliter vnitis aliquid abſolutum, ſed quid ſubſtantiale, eſſentialiter tamen relatum; cùm vnio informatiua (eſtò quòd de genere ſubſtantiæ) ſit tamen eſſentialiter relata ad materiam & formam, vt oſtendimus in Proluſione 7. de relatione vnionis hypoſtaticæ, an ſit accidens? præſertim ſub numer. margin. 71. & alibi ſæpe.

Videtur quòd apud Scotũ addat totũ aliquid abſolutũ ſupra partes vnitas

Si totum ſupra partes ſolùm addet per vnionẽ totũ ſubſtãtiale eſſet ens relatum

Præterea, quòd cùm ſpecies & quiditas totius, ſeu vnius per compoſitionem accipiatur ab ſpecie, & quidditate com-

compositionis informatiuæ,vt ostendimus in præsenti Prolusione sub numer. marg. 15.itaut si vnio informatiua componens in actu exercito materiam, & formam esset accidens de genere accidentis,etiam &totum esset accidens de genere accidentis. Ergo cùm vnio informatiua sit modus essentialiter relatus ad extrema componibilia,si totum non adderet aliud supra partes præsentialiter vnitas nisi vnionem informatiuam exercitam;fieret,vt totum vel vnum per compositionem esset essentialiter relatum.

Ab vnione trahitur ratio vnius compositi

Quod autem species, & quidditas totius petenda sit ex specie, & quiditate vnionis adiunctæ partibus; probatur ex Scoto lib. 8.Metaph.quæst. 4.§. *Contra hoc tripliciter*,sub num. marg. 5.vbi ita habet Scotus. *Sequitur, quòd compositum,nec illis*, (scilicet extremis componibilibus) *nec altero illorum, sit vnum, sed ipsa vnione illorum, quæ est relatio, & ita quodlibet compositum, essentialiter erit relatiuum;quia illud est de essentia cuiuscunque, quo completiuè ipsum est vnum essentialiter:quia eodem est ens, & vnum.* Atqui vnio informatiua, per quam completiuè constituitur totum in ratione totius,est modus substantialis essentialiter relatus;igitur totum nequit esse ens absolutum distinctũ realiter à partibus solũ vnitis per vnionem, vel approximationem localem: quod assertum videtur repugnare Scoto.

Scotus.

51 Respondetur; obtinere oppositionem,quòd totum substantiale sit ens essentialiter relatum relatione extrinsecus adueniente de genere substantiæ: siquidem totum essentialiter imbibit vnionem informatiuam quidditatiuè relatam ad materiam, & formam, quas connectit,& componit in vnum in actu secundo & exercito. Quare sicut totum non est aliud vnum quàm vnum vnitate compositionis,& vnum vnitate compositionis est essentialiter vnitum quid, seu relatum ad partes substantialiter vnitas, ex quibus constat; ita vnitum constans ex partibus importat essentialiter habitudinem & connexionem cum partibus componentibus in actu secundo, & vnum compositum non refugit relationem hanc vnionis informatiuæ, quæ est relatio extrinsecus adueniens de genere substantiæ.

Satisfactio ad obiectionem ex textu Scoti.

Ideo tamen Scotus asseruit, totum esse ens absolutum realiter distinctum à partibus solùm præsentialiter, aut localiter coniunctis,nec vocauit totum ens relatum; vt distingueret hanc relationem vnionis informatiuæ, (quæ est de genere substantiæ,& intrat essentiam totius substantialis,) à relatione de tertio prædicamento relationis, & ab vnione locali & præsentiali partium substantiæ,quæ vnio attinet ad prædicamentum vbi: de quibus vide Prolusionem præcedentem de substantialitate vnionis hypostaticæ,à num. margi. 67. vsque ad 72.

Cur Scotus asseruit quòd totum sit ens absolutum realiter distinctũ à partibus præsentialiter vnitis?

52 Obijcitur secundò: quòd partes etiam vnitæ per substantialem informationem sunt causæ physicæ & reales totius;ergo debent realiter distingui à toto: cũ omnis causa realis physica distinguatur realiter à suo effectu.

Obiectio 2. cõtra indistinctionem totius à partibus

Respondetur; quòd partes vnitæ per nexum, aut compositionem informatiuam, non referuntur,seu comparantur habitudine causæ ad totum comparatione adæquata,sub qua non distinguuntur realiter à toto; sed comparatione inadæquata ad totum,qua ratione totum exuperat quamlibet partem, dum includit alterum extremum componibile,realiter distinctum, per quod secernitur realiter ab altera comparte. Dicimus ergo,partes vt distinctas realiter à toto, seu vt causas physicas totius,non comparari ad totum comparatione, quæ adæquet omnem entitatem totius;quia cùm in toto non detur entitas,quæ exæquet cunctam entitatem totius,nisi ipsamet entitas totius, si partes secundùm comparationem adæquantem omne esse totius,referrentur relatione causæ ad totum, ipsum totum esset realis causa ipsius totius, quod implicat.

Dilutio obiectionis,ex cõparatione inadæquata partis vt causæ realis ad totum.

53 Sed instabis;quòd materia vt vnita formæ causat totum;sed materia vt vnita formę exæquat entitatem totius,quod apud nos nil aliud est quàm materia & forma cum vnione substantiali:ergo partes totius substantialis per comparationem adæquatæ causalitatis realis referuntur ad totum, ac proinde totum realiter secernitur à partibus substantialiter vnitis.

Instatur cõtra cõparationẽ inadæquatã partis ad totũ inquãtũ inferunt relationem causæ realis.

Respondetur;quòd materia vt vni-

ta

Eneruatur oppoſitio; fundamẽtũ relationis realis ad totũ non comparatur ad totum adæquatè.

ta formæ cauſat, ſpecificatiuè loquendo id eſt, materia, quæ eſt vnita formæ, cauſat totum, & infert relationem cauſæ ad totum; non tamen materia prout vnita in ſenſu reduplicatiuo, itaut relatio cauſæ inferatur ab vnione, vel vnio (inquantum modificat vtrumque extremum cõponibile, ſcilicet materiam & formam) ſit ſubſtratum relationis cauſę ad totũ, vt effectum: quia vnio, vt complectens vtrumq; extremum, non diſtinguitur realiter à toto, quod nil aliud eſt quàm complexum illud, ſeu compoſitũ ex materia, & forma vnitis.

In partibus ſubſtãtialiter vnitis nõ datur vnica relatio cauſæ ad totũ, ſed multiplex relatio.

Vnde in partibus ſubſtantialiter vnitis non datur vna ſimplex relatio cauſæ de tertio prædicamento relationis, quæ inſit vnioni inquantum ambienti, vel complectenti vtrumque extremum componibile, ſcilicet materiam, & formam, ſed datur duplex relatio cauſæ; altera, quæ fundatur in materia, alia verò in forma, itaut relatio formæ ad totum referat ſolam formam ad totum, & relatio materiæ ſolam materiam: ac proinde comparantur inadæquatè ad totum, ſub qua cõparatione diſtinguũtur realiter à toto tatione alterius partis incluſæ in toto.

Inſtatur vltra contra doctrinam præcedentẽ

54 Cùm verò vrges, quòd ſola materia, nec ſola forma cauſant totum, ſed ſimul ſumptæ & vnitæ, & cauſant, vt diximus, vi eiuſdem cauſalitatis indiuiduæ, & realiter identificatæ, quæ per modum viæ intrinſecæ, & vt Quo adæquat totam entitatem totius: ergo relatio cauſæ non infertur à ſola materia, vel forma.

Infringitur oppoſitio; vnio ſubſtãtialis nõ eſt fundamẽtũ relationis cauſæ, ſed ratio fundãdi.

Reſpondetur ex dictis de ſenſu ſpecificatiuo, & reduplicatiuo; quòd licet verum ſit, quòd materia non cauſet niſi vnita formæ, ſed non cauſat nec infert relationem cauſæ ad totum, vt ſubſtantialiter vnita: itaut vnio, vt complectens vtrumque extremum componibile, ſit principium efficiens, & immediatum ſubſtratum relationis cauſæ ad totum vt effectum. Eſt tamen vnio ratio fundandi, quæ cùm vnica ſit, ſufficere valet, vt à duobus extremis, ſcilicet materia, & forma, inferantur duæ relationes reales ad totum, ſicut & vnica actio generatiua præſtat tanquam ratio fundandi, vt pullulent duæ relationes oppoſitæ à ſubſtantia generante, & à ſubſtantia genita.

Nec inſtantia illa de ſimplici, & indiuidua cauſalitate, vel compoſitione vnitiua materiæ, & formæ obtinet, quod ſit vnica ſolùm relatio in partibus vnitis ad totum, cùm cauſæ efficientes, quæ influunt per naturalem ſympathiam, vt intellectus agens, & phantaſma ad productionem ſpeciei intelligibilis, & intellectus, & ſpecies impreſſa ad generationem ſpeciei expreſſæ, vel verbi, etiam agant per vnicum & indiuiduum influxum: quo non obſtante, quælibet ex iſtis cauſis partialibus, (quæ realiter diſtinguuntur inter ſe,) eſt ſubſtratum, & cauſa efficiens diſtinctæ relationis cauſæ ad effectum ab vtroque comprincipio productum.

Vnica ratio fundandi vãlet ad plures relationes inferendas

Obiectio 3. pro diſtinctione totius à partibus ſubſtantialiter vnitis.

55 Obijcitur tertiò contrà identitatem totius cum omnibus ſuis partibus ſubſtantialiter vnitis; quòd forma non eſt cauſa intrinſeca materiæ, itaut intret ſubſtantiam materiæ, nec materia eſt cauſa intrinſeca formæ, adeò vt ingrediatur ipſam formæ ſubſtantiam; aliàs materia, & forma non eſſent prima principia entis naturalis, & phyſicè irreſolubilia, ſed potius entia compoſita. Sed materia & forma ſunt cauſæ intrinſecæ totius, quæ ſi non intrant ſubſtãtiam totius; igitur totum addit aliquam entitatem diſtinctam à partibus, quam componant ipſæ partes tãquam ingrediẽtes ſubſtantiam totius.

Satisfactio ad obiectũ; materia eſt magis intrinſeca vnioni & cõpoſitioni exercitæ; quàm forma ſit intrinſeca materiæ, & è contra.

Reſpondetur; quòd vt materia & forma ſint cauſæ intrinſecæ totius, ſufficit quòd totum addat partibus vnionem informationis, cui vnioni magis intrinſecæ ſunt ipſæ partes componibiles, quã materia eſt intrinſeca formæ, & forma materiæ; eòquòd de eſſentia materiæ nõ ſit exercita cõpoſitio ad formã, ſine qua cõſeruari valet materia de abſoluta Dei potẽtia, ſicut è contra, forma materialis ſine materia; de eſſentia tamen informationis exercitæ ſit actualis modificatio vnitiua materiæ & formæ. Vnde magis intrinſecæ ſunt partes vnioni, & toti compoſito ob vnionem exercitam, quàm materia ſit intrinſeca formæ, & forma intrinſeca materiæ; quò fit, vt implicet contradictionem quòd detur vnio informatiua, & totum ſine partibus non tamen contradicat exiſtentia partium etiam præſentialiter aut localiter vnitarum ſine vnione informationis

Ecclesiastes. Ecclesiastes. Ecclesiastes. Ecclesiastes. Ecclesiastes. Ecclesiastes.

Ecclesiastes. Ecclesiastes. Ecclesiastes. Ecclesiastes. Ecclesiastes. Ecclesiastes.

Expreſsius aliud Scoti teſtimoniũ pro ſecunda acceptione modi.

quæſitum attinet) apertiùs expreſsit Scotus in Quodlibeto 3. vbi quærit, an relatio ſit res? ibi enim, §. *Habemus ergo primum membrum*, ſub num. marg. 3. ex Boetio aſſerit, quòd modus ſit forma relata ad aliud, & quòd actualis compoſitio modi ad ſubſtratum non diſtinguatur realiter à modo; ita igitur inquit Scotus

Scotus. ☞

Secundo modo accipit Boetius diſtinguendo rem contra modũ rei; ſicut loquitur lib. de Trinit. Patet (*inquit*) quæ ſit differentia prędicationum, quia aliæ quidem quaſi rem monſtrant, aliæ quaſi circũſtantiam rei; quia iſta prædicantur ſic, quòd ſecundùm ſe rem aliquam mõſtrãt: illa verò, vt non eſſe, ſed potiùs extrinſecùs aliquid apponunt. *Vult ergo diſtinguere rẽ contra circunſtantiã, & ſic ſecũdùm eum, ſola tria genera, ſubſtãtia, qualitas, & quãtitas rem monſtrãt; alia verò rei circumſtãtias. Hoc ergo nomẽ, res, in ſecundo membro acceptum, dicit aliquod ens abſolutum, diſtinctum cõtra circumſtãtiam, ſiue modum, qui dicit habitudinem vnius ad alterum.*

Boetius.

NOTA.

Scotus. ☞

Explanatio textus.

Ex quibus verbis Scoti conſtat, quòd modus ſit ens relatum, ſiue relatione extrinſecùs, ſiue intrinſecùs adueniente; & quòdita ſit ad aliud, vt implicet exiſtentia modi ſine ſubſtrato. Id enim exprimunt illa verba Scoti: *Hoc ergo nomen, (res) dicit aliquod ens abſolutũ, diſtinctũ contra circunſtãtiam, ſiue modum, qui dicit habitudinem vnius ad alterum.* Cùm autem omnis relatio extrinſecus adueniens, ſiuè de genere ſubſtantiæ, ſiue de genere accidentis ſit ens eſſentialiter relatum apud Scotum; conſequẽs eſt, vt nõ ſola relatio intrinſecus adueniens de tertio prædicamento relationis, ſed etiam omnes relationes extrinſecus aduenientes ſint modi identificati cum eorũ compoſitionibus actualibus ad ſubſtrata.

Scotus. ☞

Omnis relatio intrinſecus & extrinſecus aduenies, eſt modus de mente Scoti.

60 Quod magis referat Scotus in eodem Quodlib. 3. §. *Ad ſecundũ*, ſub numar. 15. vbi ita inquit Scotus.

Reſpondeo; ſtãdum eſt in ipſa relatione, nec vlteriùs proceditur. Verbi gratia, in albedine fundatur ſimilitudo, iſta ſimilitudo habet aliquã accidentalitatem propriã ab accidentalitate albedinis diſtinctã; ſicut relatio eſt genus diſtinctum à genere qualitatis.

Scotus. ☞

Relatio eſt ſua accidentalitas exercita ad fundamentum.

Sed quares, de accidẽtalitate ſimilitudinis, ſi ipſa eſt alia à ſimilitudine? Dico, quòd nõ; quia ſimilitudo eſt ſua accidẽtalitas ad fundamẽtũ, & ſe ipſa accidit fundamento, ſicut ſe ipſa eſt ad oppoſitum.

61 *Vniuerſaliter enim quod cõuenit alicui ſic, quòd omnimoda cõtradictio ſit, illud eſſe ſine hoc, hoc eſt idem realiter illi; & per oppoſitũ vbi non eſt omnimoda cõtradictio, non oportet idem eſſe omnino. Nũc autẽ contradictio eſt, ſimilitudinem eſſe, & non eſſe ad fundamentũ & etiã nõ eſſe ad terminũ; ideò accidentalitas ſua ad fundamẽtũ eſt idẽ ſibi, ſicut ipſamet eſt ſimilitudo, vel habitudo ad oppoſitum.*

Probatio ex inſeparabilitate relationis à fundamento.

62 *Status eſt ergo; quia accidẽtalitas ſimilitudinis nõ eſt alia res à ſimilitudine. Sed ſimilitudo eſt quædã res alia ab albedine; quia habitudo & etiã accidentalitas albedinis poteſt poni quædã res alia ab albedine. Quia albedo eſt quædã res abſoluta, & accidẽs abſolutum poteſt eſſe ſine contradictione ſine ſubiecto; & ideo non eſt idem habitudini ſuæ ad ſubiectũ, nec ſe ipſa accidit illi. Falſa eſt ergo illa; qua ratione ſimilitudo accidẽtalis albedinis habet aliã accidentalitatẽ ab albedine; pari ratione accidentalitas ſimilitudinis habebit aliã accidentalitatẽ à ſimilitudine. Falſa eſt etiã illa; qua ratione accidentalitas ſimilitudinis eſt eadẽ ſibi, pari ratione accidentalitas albedinis eſt eadem ſibi: quia albedo eſt ens abſolutum, & ſimilitudo relatio.*

Abſimilitudo inter formam abſolutam, & relatam.

Forma abſoluta diſtinguitur realiter à compoſitione ad ſubiectum

NOTA.

Et ex hoc non eſt contradictio, albedinem eſſe ſine comparatione ad ſuperficiẽ, eſt autem contradictio, ſimilitudinẽ eſſe ſine comparatione ad fundamentũ; & ideo illa comparatio non eſt eadem albedini, iſta autem eſt eadem ſimilitudini.

63 In quo textu, non ſolùm relatio intrinſecus aduenies, qualis eſt ſimilitudo albi ad album, ſed etiam omnis relatio extrinſecus aduenies idẽtificatur cum exercita compoſitione ſui ad ſubſtratum; vnde omnes vniones extremorũ abſolutorum, ſiue ſubſtantialium, ſiue accidentalium ſunt modi identificati cum compoſitionibus eorum ad ſubſtrata, & omnia vltima ſex prædicamenta ſunt modi, ſiquidem ſunt relationes extrinſecus aduenientes apud Scotum, vt liquet ex illis verbis Scoti tranſcriptis ſub numargin. 62. *Quia albedo eſt quædã res abſoluta, & accidens abſolutum, poteſt eſſe ſine contradictione ſine ſubiecto; & ideo non eſt idem habitudini ſuæ ad ſubiectum, nec ſe ipſa accidit illi.* De modo autẽ, & de diſtinctione modali vide in Cõ-

Omnis relatio intrinſecus & extrinſecus aduenies eſt modus.

Scotus. ☞

trouer. 2 de Vnitate Dei, in Appendice de distinctione entis, art. 3. de distinctione modali, & quid sit ratio modi, per totum articulum, præsertim à num. marg. 20. vsque ad finem articuli, vbi expenditur actuale in, & actuale ad relationis, & actuale in, & actuale ad vbicationis; vide etiam in Controuersia vndecima de Scientia Dei, dub. 2. de scientia contingentium absolutorum, art. 5. in Digressione physica, à quo principio trahatur contractio voluntatis creatæ ad tale in diuiduum actionis? à num. marg. 60. vsque ad 61. Perlege etiam Scholia Cauelli ad Quodlibetum 3. in §. *De primo; quia de æquiuoco*, sub n. mar. 2. & Scholium ad §. *Ad secundum, licet esset magna difficultas*, sub num. marg. 15. vbi ita habet Cauellus.

Hugo Cauellus.

Omne ens relatum est modus

Ostendit Scotus, quòd licet relatio creata habeat propriam accidentalitatẽ, ideſt inhærentiam, ideo non dari processum (scilicet in aliã & aliam inhærẽtiã) *quia nõ distinguitur inhærentia relationis realiter ab ipsa, sed relatio se ipsa inhæret, quia repugnat, eã sine inhærentia existere; secùs est de accidente absoluto.* Igitur apud Cauellum ex Scoto, omnis relatio, siue intrinsecus, siue extrinsecus aduenies est modus, in ea modi acceptione, quæ exprimit formam non distinctam realiter ab exercita compositione sui ad subſtratum; pro qua modi acceptione vide citatum Scholiũ Cauelli ad n. 2. eiusdem Quodlib. 3.

Scotus ☞

Præterea, quãdo Scotus à nobis transcriptus sub n. m. 61. ait: *Ideo accidentalitas relationis ad fundamentũ est eadem sibi, sicut ipsamet est similitudo, vel habitudo ad oppositũ:* vbi Scotus actuale *in* relationis, vel idẽtitatem relationis cũ modificatione exercita relationis respectu subſtrati, colligit ex actuali *ad*, quatenus exercita habitudo ad terminũ sit etiam de quidditate relationis; prædicti pronuntiati Scoti ea occurrit probatio. Quòd cũ similitudo nequeat existere nisi relata ad extremũ simile, ita nequit respicere album simile, nisi componatur albo, quod est simile alteri; sicut quia paternitas non valet existere sine respiciẽtia suoltãtiæ genitæ, ita nequit referri actu ad subſtãtiam genitam, nisi actu referat subſtantiã generantem, & componatur illi in actu secundo, & exercito; non potest autẽ actu referre subſtantiã generantẽ nisi intrinsecè composita paternitas subſtãtiæ generanti, cũ relatio prædicamentalis non sit denominatio extrinseca.

Expenditur ratio Scoti de actuali In relationis, quod colligitur ex actuali Ad.

Quòd autem forma modalis sub qualibet cõparatione ad aliud non sit modus, seu forma identificata cum actuali coniunctione ad aliud, ostendimus infra in sequenti Prolus. 9. de subſistentijs partialibus, sub n. mar. 38. & 39. expendentes illud Scoti ex Quodl. 3. sub n. marg. 16. *Nec tamen dico, quòd relatio ad quoacũque comparetur, se ipsa cõparatur, &c.*

Modus non respectu cuiuscunq; reí est modus.

Scotus. ☞

„ „ „

64 Quibus prælibatis de acceptione modi pro ea forma, quæ idẽtificatur realiter cũ exercita modificatione & compositione sui ad subſtratum (præmissa enim Scoti pronuntiata ad verbum transcripsimus pro tali acceptione modi, ne etiã in nuda, & sola voce modi æstimaremur ab Scoti loquutionibus deuiasse) reliquum est, vt ad id, quod magis de re est peruenientes, expendamus qualiter distinguatur totum modale ab omnibus suis partibus.

Pũctus quæ sit; an totũ modale distinguatur à partibus?

Decisio dubij.

Dicimus ergo, totũ modale non posse distingui realiter ab omnibus suis partibus solũ præsentialiter vnitis; sicut totũ non modale (quod scilicet comtegratur ex forma non idẽtificata cum exercita compositione sui ad propriũ subſtratũ) distinguitur realiter ab omnibus partibus præsentialiter vnitis, non tamen cõpositis per vnionem informatiuam: & ratio disparitatis apparet euidens ex dictis de quiddicate modi.

Totũ modale nõ potest distingui ab omnibus suis partibus.

Quia ideo totum non modale distinguitur realiter à suis partibus solùm vnitis localiter, aut vnione de genere vbi, quia omnia extrema componibilia possunt existere in actu primo, vel signato compositionis, absq; exercita vnione informatiua, saltim de absoluta Dei potentia; quare totũ non modale supra partes in actu signato componibiles addit vnionẽ informationis exercitæ, quæ realiter distinguitur ab omnibus partibus existẽtibus, & præsentialiter vnitis.

Totus totũ entitatiuũ; & cur?

Atqui implicat, quòd forma modalis existere queat sine modificatione exercita; igitur forma modalis existẽs à parte rei, imbibit idẽticè, seu per realẽ idẽtitatẽ eãdẽ vnionẽ modificationis exercitæ per quã totum modale constituitur completiuè in ratione totius, ac proinde forma modalis, nequit existere nõ cõposita

sub-

ſubſtrato, & cũ ſola vnione præſentiali de genere vni, ſiquidem importat intrinſecè & identicè eamdem vnionẽ informationis vel modificationis, quæ complet quidditatem totius modalis, quare modale totũ nil addit ſupra omnes eius partes ſimul exiſtentes.

65 Ex quo etiam principio legitimè hauriũt Metaphyſici probatiores, quòd ſicut modus identificatur cũ exercita cõpoſitione ſui ad ſubſtratum, ita implicet etiã de abſoluta Dei potentia, quòd modus valeat modificare aliud ſubſtratũ; ſicut nec exiſtere extra hoc totũ modale.

Implicat etiam diuinitus, quòd modus afficiat ſubſtratum extraneum.

Quia modus non idẽtificatur realiter cũ exercita compoſitione ſui ad ſubſtratũ extraneũ, vt euidens eſt; ſiquidẽ de facto datur modus ſeparatus à ſubſtrato extraneo, & ab exercita cõpoſitione modi ad ſubiectum extraneum, & ſeparatio eſt manifeſta probatio diſtinctionis. At qui modus in iſta acceptione modi, quã verſamus, eſt forma realiter identificata cũ exercita compoſitione ſui ad ſubſtratũ; ergo modus non eſt actus, vel forma referens poteſtatem aut ſufficientiã formalem reſpectu illius ſubſtrati, reſpectu cuius non identificatur modus cum modificatione exercita.

Probatio ex abſimilitudine inter formã entitatiuam, & modalem.

66 Quare ex eodem principio deprõ primus, quòd ſuppoſito quòd in ſententia Scoti ſuppoſitum creatũ de potẽtia Dei abſoluta valeat aſſumere naturam extraneam; conſequenter ſentiendũ ſit, quòd hypoſtaſis creata non ſit forma modalis identificata cum exercita compoſitione ſui ad ſubſtratum, ſed forma entitatiua ſubſtantialis diſtincta realiter à compoſitione ſui ad propriam naturam; pro quo aſſerto vide quæ expendimus in Cõtrou. 1. de Eſſentia & ſimplicitate diuinæ naturæ, art. 3. in Appendice Metaph. de ſubſiſtentia creata, Memb. 2. de cauſalitate hypoſtaſis poſitiuæ, ſub numer. margin. 20. & à nume. margin. 29. vſque ad 34.

Corollariũ; ſubſiſtentia non eſt forma modalis in ſententia Scoti.

67 Et conſequenter ad eamdem ſententiam quòd ſubſiſtentia ſit forma entitatiua, & non modalis, conformiterque ad mentem Scoti pronũtiantis, quòd in diuiduum ab iſta cauſa efficiente productũ valuerit ab alia cauſa eiuſdẽ ſpeciei produci; aſſerimus, quòd ſuppoſitalitas pullulans à natura Petri, potuit eadem numero effici à natura Pauli, quòd ſerio oſtendimus in Contr. vndecima de Sciẽtia Dei, diſt. 2. de Scientia contingentiũ abſolutorũ, ar. 5. in Digreſſione phyſica de contractione voluntatis creatæ ad tale indiuiduum actionis, à n. marg. 65. vſque ad 68.

Subſiſtẽtia effluens ab hac numero natura potuit ab alia effici.

68 Tandem reſtat obſeruare pro modo vnitiuo ſeu relatione vnionis componentis duo extrema vnibilia; quòd ex hoc quòd modus realiter identificetur cũ actuali & exercita compoſitione modi ad extremum modificabile, non ſequitur quòd modus vnitiuus nequeat modificare duo extrema vnibilia, & identificari realiter cum vnica modificatione exercita reſpectu duorum extremorũ vnibilium; vt apparet in vnione corporis & animæ rationalis, quæ vnio vnica & indiuidua eſt, vt oſtendimus ſupra in præſẽti Proluſione ſub num. margin. 15. Vnio enim corporis & animæ rationalis, licet (quia materialis & corporea ſit talis cõpoſitio exercita) recipiatur in corpore, vt in ſubſtrato, modificat tamen animã abſque informatione recepta in anima, vt in ſubſtrato; nec enim forma materialis in ſpirituali ſubſtrato recipi poteſt tãquam in potentia, ex cuius eminentialitate educatur; ſit tamen vnio illa intima animæ per modificationem exercitam non diſtinctam realiter ab ipſa forma vnionis.

Licet modus vnionis identificetur cũ exercita cõpoſitione valet modificare duo extrema vnibilia

69 Nec obſtat replica Aureoli in 3. ſen. diſt. 2. ar. 2. fol. 377. Romanæ editionis, §. *Quia tunc illa realitas eſſet addita*, vbi vel ſic agit, quòd homo non exprimat tertiã rem reſultantẽ ex partibus & ab illis diſtinctã. Quia illud reſultans non eſt res: *Nec etiã res modalis, quòd ſcilicet acquiratur modus; quia modus numeratur ſecũdũ illa, quibus ineſt; ſed hic* (ſcilicet in homine) *ſunt duo aliquid: ergo duo modi, & nõ vnus; vel vnus modificaret duo hoc, quod eſt impoſſibile.*

Oppoſitio contra doctrinã præcedentem

Car. Aure.

Ratio enim Aureoli facilè diluitur ex dictis; tantùm enim probat, quòd vnio ſimplex, & indiuidua non inſit vtrique extremo inhærendo, aut informando per receptionem ſui in vtroque extremo vnibili; non tamen quòd non intrinſecè adſit vniendo per intimam aſſiſtentiam, & modificationem vnitiuam, ad quam non requiritur inhæſio, aut receptio in vtroque extremo, tanquam in ſubſtrato informationis, & eductionis ex potentia ſubſtrati: vt liquet in pũcto, & indiuiſibili vnitiuo, pro quo

Infringitur obiectio Aureoli, quòd implicet quòd vnica forma modalis modificet duo extrema.

vide quæ diſſeruimus ſupra in Proluſ. 7. de vnione hypoſtatica à num. marg. 21. vſque ad 23.

PROLVSIO IX.

Quòd dentur ſubſiſtẽtiæ partiales componentes hypoſtaſim totalem.

Pro titulo quæſiti, dùplex acceptio perfeitatis negatiuę.

1 NVlla extat dubitatio de perfeitate negatiua inquãtùm opponitur inhærentię accidentis, vel inexiſtentiæ in ſubſtrato inhæſionis; quia in hoc ſenſu quælibet ſubſtantia partialis ſicut habet apud Scotum exiſtentiam ſubſtantialem ſibi identificatam, ita etiam imbibit illam rationem eſſendi per ſe, quæ negat exiſtentiã in alio vt in ſubiecto inhæſionis: qua ratione talis perfeitas, quæ congruit cuilibet ſubſtantiæ partiali, appellatur perfeitas negatiua. Quare non in eo ſenſu perfeitatis negatiuæ, in quo iuxta eam ſententiam (quam vt probabilem tutatur Scotus) hypoſtaſis vel ſuppoſitalitas creata conſiſtit in negatione actualis, & aptitudinalis communicationis, & dependentiæ; quia negatio hæc actualis, & aptitudinalis dependentiæ, & communicationis ad eſſendum in alio vt in ſuppoſito, non congruit reſ ex vi exiſtẽtiæ ſubſtantialis; cùm admiſſa propria exiſtentia ſubſtantiali, etiam poſitiuè oppoſita inhęrentiæ accidentis, non repugnet naturæ ſubſtãtiali exiſtentia in alio vt in ſuppoſito.

De qua perfeitate negatiua procedat quæſtio de ſubſiſtentiis partialibus?

Suffulcitur ex Scoto doctrina præcedens.

2 Vnde hypoſtaſis negatiua, ſeu in negatiuo conſiſtens iuxta probabile Scoti placitum, importat aliam negationem prorſus diſtinctam à negatione illa exiſtendi in alio vt in ſubiecto, quam negationem infert exiſtentia ſubſtantialis, à ſua quidditatiua ratione; vt ſubtiliter elucidat Scotus in 3. ſen. diſt. 1. q. 1. §. *Ad primam probationem illius aſſumpti*, ſub n. mar. 17. vbi inquit.

Scotus ☞

Cùm dicitur; quòd illius exiſtentia eſt per ſe exiſtẽtia. Cõcedo ſecundũ quòd per ſe exiſtere diſtinguitur contra ineſſe, quòd cõueniat accidenti. Cũ aſſumitur, quòd per ſe exiſtentia in natura intellectuali eſt perſonalitas. Nego vniuerſaliter accipiendo per ſe, vt priùs; vt ſcilicet diſtinguitur cõtra ineſſe alij. Quia ad perſonalitatẽ requiritur vltima ſolitudo, ſiue negatio dependẽtiæ actualis & aptitudinalis ad perſonã alterius naturæ. Non autẽ omne, quod per ſe exiſtit primo modo (vt diſtinguitur cõtra accidens) oportet per ſe exiſtere ſecundo modo.

Duplex ratio exiſtẽdi per ſe.

Quę ratio exiſtẽdi per ſe cõſtituat hypoſtaſim?

3 Verùm ſuppoſita præmiſſa probabili ſententia Scoti, quòd negatio actualis & aptitudinalis dependentiæ conſtituat hypoſtaſim; indubitatum apparet, quòd nulla pars integralis & eſſẽtialis habeat ſubſiſtentiam partialem, cùm nulla pars eſto quòd actu ſeparata ab alia cõparte, neget aptitudinalem compoſitionem ad illam. At Scotus in hac re problematicus extitit circa conceptũ hypoſtaſis in negatiuo, aut poſitiuo conſiſtentę; inſuper ex manifeſtis principijs Scoti (dũ ſuſtinet, hypoſtaſim conſiſtere in poſitiuo) conſtat quòd ſi hypoſtaſis imbibat repugnantiã ad dependendũ ab alio vt à ſuppoſito, ſit neceſſariò aſſerendũ, quòd hypoſtaſis ſimpliciter & abſolutè hypoſtaſis in poſitiuo conſiſtat.

Suppoſito quòd hypoſtaſis cõſiſtat in negatiuo, non admittuntur ſubſiſtẽtiæ partiales

Sed hypoſtaſis negatiua nõ eſt deaſſertione & firmo iudicio Scoti.

Vnde hypoſtaſim merè negatiuam, ſiue excluſa repugnantia ad dependendũ ab alio vt à ſuppoſito, cenſuit Scotus, eſſe hypoſtaſim impropriè & ſecũdũ quid; vt oſtendimus in Controu. 1. de Eſſentia & ſimplicitate diuinæ naturæ, ar. 3. in Appen. Metaph. de ſubſiſtẽtia creata, Meb. 1. de probabilitate ſubſiſtẽtiæ negatiuæ, à n. m. 19. vſq; ad 23. Quare id reſtat oſtendendũ, quòd hypoſtaſis poſitiua cum repugnantia ad eſſendũ in alio vt in ſuppoſito, non cõtradicat partibus eſſentialibus & integralibus de Scoti mẽte; imò quòd non ſit minor ratio aut neceſsitas aſsignãdi de facto talẽ hypoſtaſim in natura totali, quàm in natura partiali.

Suppoſito quòd hypoſtaſis conſiſtat in poſitiuo, admittẽdę ſunt ſubſiſtentiæ partiales.

Quare aut abſolutè ſuſtinẽda eſt probabilis opinio de ſola hypoſtaſi conſiſtẽte in negatiuo, & excludẽte repugnantiã ad dependendũ ab alio ſuppoſito; aut quòd ſi admittatur hypoſtaſis propria & ſimpliciter, nimirũ cũ poſitiua repugnãtia ad dependendũ, etiã concedi debeat ſubſtantijs partialibus, ſi quidẽ in ſubſtãtijs partialibus aſsignabilis eſt proprius, & neceſſarius effectus prædictæ formæ hypoſtaſis, ſicut & in natura totali.

Probatio aſſerti præcedentis

4 Quod oſtendo primò in partibus totius eſſentialis; deinde in partibus totius integralis. Quòd autem ſit neceſſaria cauſalitas formæ ſubſiſtẽtialis in cõpartibus totius eſſentialis vt exprimãt immediatã & proximam repugnantiam ad eſſendum in alio vt in ſuppoſito aſſumente, vel ſic aperio.

Vrgetur neceſſitas ſubſiſtẽtię partialis ob immediatã repugnãtiam ad vnionem cum alio ſuppoſito.

Quia quælibet pars totius eſſentialis eſt capax vt ſit in ſe & per ſe, itaut illi repugnet immediatè, & proximè quòd ſit in alio vt in ſuppoſito aſſumẽte; ſed repugnãtia proxima & immediata ad eſſendum in alio vt in ſuppoſito, exigit propriam & poſitiuã hypoſtaſim iuxta Scoti principia, quatenus autumat quòd repugnãtia ad dependendum ab alio tanquam à ſuppoſito aſſumente nequeat in mera negatione conſiſtere: ergo etiã iuxta ſentẽtiam de hypoſtaſi poſitiua, quã probabiliter ſuſtinet Scotus, concedẽda eſt cuilibet parti totius eſſentialis ſua propria & immediata hypoſtaſis partialis, ſi ei conuenire poſsit immediata, & proxima repugnantia ad dependendũ (etiam diuinitus) à quolibet alio ſuppoſito, ſiue partiali, ſiue totali.

Suadetur hypoſtaſis in partibus eſſentialibus, ſcilicet materia, & forma

Quia ſi partes eſſentiales ſcilicet materia & forma non terminarẽtur immediatè & proximè propria & ſpeciali hypoſtaſi, ſed tãtùm remotè & mediatè ſubſiſterent ob hypoſtaſim totius, in illa Metaphyſicorũ ſententia, qui aſſerunt, totũ eſſe ens realiter diſtinctũ à partibus ſubſtantialiter vnitis; non repugnaret diuinitus quòd partes tãtùm mediatè ſubſiſtentes in toto, aſſumerentur immediatè & proximè ab alieno ſuppoſito ſiue partiali ſiue totali.

Materia & forma habẽt repugnãtiã poſitiuã & immediatam vt aſſumantur ab extraneo ſuppoſito.

Sicut enim quòd anima rationalis & materia prima intrẽt tanquam cauſę intrinſecæ ipſam compoſitionẽ totius, nõ tollit quòd toti (inquãtũ eſt vnũ quid à partibus realiter conditinctũ) conueniant proximè, & immediatè prædicata oppoſita eis, quæ congruũt cuilibet parti eſſentiali etiã in ſtatu vnionis; ſiquidẽ homini conuenit prædicatũ corporis cõpleti, quod omnino oppoſitũ eſt prædicato entis ſpiritualis, quod congruit animæ rationali; & homini cohæret, quà vnũquid, & totum eſt, quòd ſit generabile & corruptibile, cũ tamẽ materia prima, quæ vt pars eſſentialis ingreditur hominis compoſitionem, ſit ingenerabilis & incorruptibilis.

5 Igitur, ſi ſolũ compoſitum, inquantũ eſt vnumquid ex partibus cointegratum, importaret poſitiuam repugnantiã ex vi hypoſtaſis, quæ ſoli toti conueniat immediatè & proximè, partibus verò eſſentialibus ſolũ remotè & mediatè; non repugnaret cuilibet parti etiã exiſtenti in toto (quod realiter ſecernitur diſcretione includentis ab incluſo à qualibet parte eſſentiali) quòd pars habeat modũ eſſẽdi oppoſitũ modo eſſẽdi totius. Itaut licet totum ſit in ſe & per ſe proximè, & immediatè, pars eſſe valeat proximè, & immediatè in alio ſuppoſito aſſumente; eſtò quòd remotè, & mediatè aſſeratur pars eſſe per ſe, inquantũ eſt aliquid totius, & pars intrinſeca entis, quod cointegratur ex partibus.

Materia & forma nõ importãt ſolã repugnãtiã mediatam ratione totius.

Nec enim magis pugnat generabilitas & corruptibilitas immediata, & proxima totius (quæ remota & mediata eſt reſpectu materiæ primæ) cũ ingenerabilitate & incorruptibilitate proxima & immediata materiæ; & ſimiliter prædicatũ corporis, quod immediatũ & proximum eſt homini, non magis contradicit prædicato ſpiritus, quòd proximè & immediatè congruit animæ rationali; quàm ſubſiſtentia in ſe & per ſe, conueniens homini proximè, & immediatè (animæ autem rationali, & corpori ſolùm mediatè & remotè) repugnat exiſtentiæ immediatæ & proximæ corporis vel animæ rationalis in alio ſuppoſito extraneo: igitur otioſa non eſt cauſalitas poſitiua ſubſiſtẽtiæ partialis, vt partes eſſentiales, etiã quatenus ſubintrant totũ, ſint proximè & immediatè inaſsũptibiles, ſiue incommunicabiles extraneo ſuppoſitõ.

Aliàs partes in toto aſſumi poſſent immediatò ab alieno ſuppoſito, etiã extãte exiſtentia totius in ſuppoſito proprio.

Firmatur doctrina præcedẽs ex immediata aſſumptione corporis & animæ rationalis à Verbo.

6 Quod præterea oſtenditur ex myſterio incarnationis, vbi non ſolũ aſſumptum eſt immediatè & proximè à Verbo totũ ipſius naturæ humanæ, ſed etiã immediatè & proximè aſſumptæ ſunt partes eſſentiales, ſcilicet corpus & anima; quæ aſsũptio haud infirmam ſuppeditat probationẽ ad aſſerendã compoſitionẽ cuiuslibet ſuppoſitalitatis totalis coaleſcẽtis ex ſuppoſitalitatibus partialibus.

Scotus expreſsè admittit immediatã aſſumptionẽ partiã eſſentialiũ humanitatis à Verbo

Sed è re erit authoritate & acumine Scoti ſuffulcire præmiſſam doctrinã de anima & corpore ſubſiſtentibus per propriàs & immediatas hypoſtaſes; itaut nõ ſubſiſtat ſolũ mediatè, & ratione totius, quaſi totum importet aliquam entitatẽ aut realitatem diſtinctam à partibus

ſubſtantialiter vnitis. Egregiam igitur probationem ad communiendum præcedens aſſertum nobis exhibet Scotus in 3. ſen. in citata diſt. 2. q. 2. §. *Præterea tertiò*, ſub num. margi. 4. vbi ſic oppugnat quorundam antiquorum Theologorum aſſertum, qui ſuſtinuerunt, Verbum non aſſumpſiſſe corpus Chriſti immediatè, ſed mediante anima; ita igitur habet Scotus.

Scotus ☞

Corpus natũ eſt ſubſiſtere in ſe, & nõ ſolum ratione totius.

Corpus natum eſt in ſe ſubſiſtere, & non præciſè ex hoc, quòd anima informãs ipſum ſubſiſtit in ſe: ergo non ſuppletur iſtud in corpore, niſi ipſum immediatè aſſumatur; eſt enim corpus capax talis aſſumptionis, ſicut & ſubſiſtentia in ſe.

Probatio aſſerti præcedentis

Stante igitur iſta vnione animæ ad Verbum, cũ per eam corpus non ſit immediatè aſſumptum, ſtat potẽtia in corpore, vt aſſumatur à Patre, & ita idem homo aſſumetur à duabus perſonis, quod videtur eſſe inconueniens.

Quia ſic nulla perſona eſſet homo, & tamen ex illis partibus eſt homo quando vniuntur; igitur eſſet homo, & non perſona, niſi ſit perſona in ſe, quod eſt inconueniens; quia tunc partes duplicitèr hypoſtaſiarentur, ſcilicet intrinſecè, & extrinſecè.

NOTA

Præterea: Tunc in morte fuiſſet noua aſſumptio; quia tunc corpus fuit immediatè vnitum Verbo, & non per animam.

Elucidatio textus

7 Quæ Scoti doctrina funditus proſternit aſſumptionem immediatam totius cum mediata tantùm aſſumptione corporis & animæ; ſtante autem immediata aſſumptione totius à Verbo, & immediata etiam aſſumptione partium ſubſtantialium humanitatis, nequit aſſeri realis diſtinctio totius à partibus ſubſtantialiter vnitis, vel compoſitis inter ſe.

Explicatur acies argumẽtationis Scoti pro immediata aſſumptione corporis Chriſti à Verbo

Ratio autem Scoti eò ſit; quòd ſi corpus Chriſti tantùm mediatè aſſumptum fuiſſet à Verbo, ſcilicet mediante anima ſolùm immediatè aſſumpta; ſequeretur quòd corpus, (quod etiam apud Scotum in præmiſſo textu eſt capax propriæ & immediatæ ſuppoſitalitatis) poſſet immediatè aſſumi ab alia perſona Trinitatis, verbi gratia ab hypoſtaſi Patris; cùm tamen implicet apud Scotum, quòd eadem natura creata queat immediatè aſſumi à pluribus perſonalitatibus diuinis; ſiquidẽ mediata aſſumptio corporis, & intercedente ſola vnione immediata animæ, non tollit immediatam aſſumptionem corporis ab alia perſona Trinitatis.

Procedit ratio Scoti cõtra partes humanitatis tantùm mediatè ſubſiſtentes in toto

Atqui præcedens probatio ita vrgenter procedit contra mediatam aſſumptionem partium humanitatis, ſi humanitas ſit realiter diſtincta à corpore, & anima rationali vnitis per ſubſtantialem informationem; itaut corpus, & anima aſſumantur ſolùm mediatè, & intercedente entitate totius tantùm immediatè aſſumpta, & realiter diſtincta à partibus ſubſtantialiter vnitis; qua vnione ſolùm mediata exiſtente corporis Chriſti ad Verbum, poſſet dari vnio immediata eiuſdem corporis ad hypoſtaſim Patris.

Alia ratio Scotus ☞

8 Quod præterea ſatis luculenter apparet ex altera Scoti probatione eiuſdem textus: *Tunc in morte fuiſſet noua aſſumptio, quia tunc corpus fuit immediatè vnitum Verbo, & non per animam.* Quia ideo ſi corpus Chriſti eſſet tantùm mediatè aſſumptum à Verbo per animã, daretur in triduo mortis noua aſſumptio; quia in triduo corpus fuit immediatè aſſumptum, & in ſtatu vnionis corporis ad animã fuiſſet ſola aſſumptio mediata.

Optima illatio ex Scoto pro ſubſiſtentijs partialibus.

Ergo ſi corpus & anima Chriſti ſolùm mediatè aſſumantur à Verbo, mediante entitate totius realiter diſtincta à partibus ſubſtantialiter vnitis; daretur noua aſſumptio in triduo. Et fieret præterea, vt tales partes ſubſtantialiter vnitæ quatenus realiter diſtinctæ à toto, eſſent aſſumptibiles immediata aſſumptione ab alia perſona Trinitatis; ſiquidem ſola entitas totius realiter diſtincta à partibus vnitis eſſet immediatè vnita, & partes ſolũ mediatè aſſumerentur à Verbo.

Subſcribũt Hugo Cauellus

Quòd autem iſtæ probationes ſint de propria mente, & aſſertione Scoti, vidẽ apud Hugonem Cauellum in Scholio ad §. *Quantùm ad primum articulum*, ſub numer. margin. 2. quam etiam ſententiam de corpore & anima Chriſti immediatè aſſumptis extra triduum mortis, & in tempore vitæ Chriſti, ſeu vnionis corporis & animæ inter ſe, tanquam pronuntiatum expreſſum Scoti recipit Lychetus in 3. ſen. in citata diſt. 2. q. 2. §. *Præterea, tunc in morte*, vbi inquit Lychetus.

Lychetus

Expreſsè admittit immediatam aſſumptionẽ partium humanitatis à Verbo.

9 *Hìc ſupponit Doctor, quòd in morte Chriſti ipſum Verbum fuit perfectè vnitum corpori, & animæ, ita quòd in illo triduo corpus perfectè ſuſtentabatur in Verbo; & ſimiliter anima, & nõ fuit noua aſſumptio, nec noua ſuſtentatio; nam eadem vnione, qua vniuit ſibi totam naturam humanam, vniuit etiam ſibi animam, & corpus, & per conſequẽs corrupta tertia entitate, vnio ad partes remanet.*

Dubium Lycheti.

Sed in hoc dubitatur; quia vnio totius naturæ immediatè fundabatur in natura humana, & non in corpore, nec in anima, patet infra; ergo deſtructo fundamento, deſtruitur talis vnio, qua totum, & partes dicuntur vniri, & perconſequens erit noua vnio ad partes.

Reſpondet obiectioni

Dico, non aſſerendo, quòd loquendo de totali vnione, qua fundatur in natura humana, deſtructa ipſa natura deſtruitur & ipſa. Sed in illa totali vnione multa partialia continentur, puta, vnio ad corpus, & ad animã; & iſta non deſtruũtur deſtructa totali.

Iudiciũ &cẽſio authoris de inconſequentia nutationis Lycheti.

In quæ Lycheti pronuntiata reſtat admonere circa illa verba prædicti interpretis: *Dico, non aſſerendo*: quòd inconſequenter firmam deneget aſſertionem Lychetus ei pronuntiato ſuſtinẽti, quòd deſtructo toto humanitatis, non ſunt deſtructæ immediatæ vniones corporis & animæ rationalis ad Verbũ, quæ extiterunt in vita Chriſti, & cõpoſitione corporis & animæ.

Aperitur inconſequẽtia doctrinę in Lycheto, ſuppoſitis principijs Scoti.

Quia ſi apud Scotum (vt fatetur Lychetus) eſt quid firmum, & inconcuſſum, quòd non admiſerit nouam aſſumptionem corporis, & animæ rationalis in triduo, quando deſtructum fuit totum humanitatis; reliquum eſt, vt euidens ſit ex Scoto, quòd ſicut partes humanitatis in triduo aſſeruntur aſſumptæ non mediante toto realiter à partibus diſtincto, ſed immediatè, & proximè, ita etiam in decurſu annorum vitæ Chriſti, corpus & anima immediatè terminẽtur à Verbo: aliàs in triduo fuiſſet noua aſſumptio immediata partium humanitatis à Verbo, quam nouam aſſumptionem admittit Vazquez, & eam conſtanter reijcit Scotus, vt etiam apparet ex locis Scoti à nobis tranſcriptis in præcedenti Proluſione de diſtinctione totius à partibus, à num. margin. 19. vſque ad 25.

Vazquius.

10 Eamdem quòque philoſophandi rationem de ſubſiſtentijs partialium ſubſtantiarum ſequutus apparet ea, qua ſolet iudicij pernicitate Aureolus, adſtruens in partibus ſubſtantialibus corporis & animæ rationalis proprias, & immediatas hypoſtaſes, itaut ex vnione partium conſtet hypoſtaſis totius; quòd pronuntiatum à ſe defendi aſſeuerat, eò quòd nullam in homine tertiam realitatem agnoſcat diſtinctam à partibus ſubſtantialiter vnitis, ſeu cõpoſitis per vnionem informationis: ita igitur Aureolus in 3. ſen. diſtinct. 2. art. 3. §. *Alia eſt opinio*, fol. 378. Romanæ editionis.

Aureolus adſtruit ſubſiſtentias partiales.

Car. Aureo.

Quæſitũ de fundamento vnionis hypoſtaticę

Ideo alij dicunt, quòd vnio animæ ad corpus eſt ſubiectum huius habitudinis, vel fundamentum. Contra; vnio non fuit in triduo, & tamen fuit habitudo: item relatio non eſt fundamentum relationis.

Mẽs Aureoli in hac re.

Teneo, quòd vtrumque, ſcilicet anima, & corpus eſt fundamentum, & accidit vnio; ita quòd ſiue vnita, ſiue ſeparata ſint, poſſunt fundare habitudinem, ſicut in triduo.

Corpori, & animæ ex proprijs rationibus cõgruit eſſe ſuppoſitale.

11 *Probatur hoc; quia illud, cui competit eſſe ſuppoſitum, per eamdem rationem competit ſibi eſſe fundamentum primò; ſed corpori & animæ per rationes proprias conuenit eſſe ſuppoſitale: ergo.*

Probatio aſſerti

Et poſito quòd anima nõ ſit vnita corpori; adhuc manet vnio ex anima & corpore, nec ineſt vni per alterum.

12 *Item, niſi anima, & corpus eſſent per ſe immediatum fundamentum, tunc ſequeretur, quòd tollendo fundamentum illius vnionis, tolleretur vnio; ſed tollendo vnionem corporis, & animæ inter ſe, adhuc remanet alia vnio corporis & animæ ad ſuppoſitum: nec vnum eſt ratio fundandi alteri, & animæ ad ſuppoſitum.*

Alia probatio; quia totũ nõ diſtinguitur realiter à partibus

13 *Et hoc cogor dicere, quia non pono tertiam rem; & ſi ſeparentur, adhuc ſtaret vnio. Dico ergo, quòd ſi compoſitum hominis diceret tertiam rem reſultantem; ſequeretur, quòd res illa eſſet fundamentum: ſed hoc non eſt, vt patet.*

Cur aſſerat Aureolus quòd vnio corporis, & animę ſe habuerit per accidens ad vnionem hypoſtaticã?

Ideo autem (vt ſuſpicor) pronuntiauit Aureolus, quòd corpus, & anima rationalis ſunt fundamenta vnionis hypoſtaticæ, & quòd vnio corporis & animæ ſe habuerit accidentaliter ad aſſumptionem

nem immediatam corporis, & animæ rationalis à Verbo; non quia Verbum non coassumpserit vnionem substantialem corporis & animæ, per quam humanitas constituitur in ratione humanitatis, siue totius constantis ex partibus compositis per vnionem substantialem informationis, cuius meminit expresè Aureolus à nobis transcriptus in præcedenti Prolusione de distinctione totius à partibus, sub n. mar. 43.

Vnio corporis & animæ nõ est assumpta vt Quod à Verbo.

Quare ideo docuit Aureolus, corpus & animam esse substrata vnionis hypostaticæ, & vnionem substantialem partium inter se, accidentaliter se habere ad vnionem hypostaticam; quia partes humanitatis assumantur, vt Quod tanquam extrema, quæ valeant subsistere cum vnione ad Verbum, estò quòd separentur inter se partes humanitatis, vt in triduo.

Est tamen coassumpta vt Quo.

Repugnat verò vnioni informatiuæ vt assumatur vt Quod; quia ob rationem modi vnitiui contradicit illi existentia separata ab extremis vnibilibus; non tamen obstat ei coassumptio, vel assumptio vt Quo, & tanquam ratio intrinseca humanitatis, vel totius cõpositi ex partibus, vt infra presè ostendã in solutione obiectionum contrà nostram sententiam.

Alia probatio pro subsistentiis partium essentialium.

14 Verùm altera ratio pro subsistentijs partium totius essentialis ea est; quòd cùm vnio hypostatica sit alterius ordinis ab vnione informatiua, non obstat vnioni informationis, vi cuius sunt partes in toto, quòd partes sint in se, & per se in ratione suppositi cũ positiua repugnantia ad assumptionem ab alio suppposito.

Vrgetur ratio ex subsistẽtia pendẽte à natura tanquam à substrato sustentante

Quòd apparet in ipso actu subsistentiæ, qui apud nos est realitas distincta à propria natura, quam constituit in ratione essendi in se, & per se; cùm tamen ipsimet subsistentiæ (quæ constituit naturam in esse personali, & hypostatico) non obstet quòd recipiatur in natura, ex cuius potentialitate extrahitur tanquam ex substrato eductionis: igitur nec formæ substantiali etiam materiali repugnabit subsistentia propria cum positiua & immediata repugnantia ad dependendum ab alio suppposito, eò quòd forma materialis recipiatur in materia per informationẽ, & educatur ex potẽtia materiæ.

Si enim ipsimet subsistentiæ non contradicit dependentia à comparte compositionis intrinsecæ, siquidem ipsa hypostasis est compars, quæ simul cum natura cointegrat suppositum, quod de formali exprimit subsistentiam, & de materiali naturam, quam contrahit ad rationẽ existendi incommunicabiliter; igitur nec cuilibet comparti substantiali obstat ratio suppositi ob dependentiã ab alia comparte per vnionem informatiuam.

Dependẽtia à substrato nõ obstat in dependẽtiæ in ratione suppositi.

Vnio informatiua est alterius rationis ab vnione hypostatica.

15 Cæterùm, quòd præmissum pronuntiatum de subsistentijs partium totius essentialis non repugnet Scoto, ostenditur ex Lycheto loco citato ex 3. sententiar. distinct. 2. quæst. 2. §. *Præterea tertio*, vbi ideo agit de Scoti mente, quòd si corpus assumeretur ab vna persona Trinitatis, verbi gratia, à Patre & anima rationalis à persona Verbi, adhuc non repugnaret vnio informationis inter corpus, & animam rationalẽ, eòquòd vnio informatiua sit alterius rationis ab vnione hypostatica, nec vnio, & dependentia informationis opponatur independentiæ suppositi partialis in ratione suppositi. Commentarium ergo Lycheti accipe contra aliquos Scotizãtes, qui omnino improbãt subsistentias partiales; etiam admittentes quòd conceptus subsistentiæ non in negatiuo, sed in positiuo consistat.

Lychetus

Dependẽtia compartis à cõparte non opponitur independentiæ in ratione suppositi

Nota in ista litera, quòd nullum est inconueniens quantùm ad hoc, nec impossibile, quòd Pater assumat corpus tantùm organicum, & Filius tantùm animam intellectiuam; sed quòd istis assumptis ipsa vniantur adinuicem, stante assumptione eorum, videtur difficile, quia anima vnita corpori actu dependet ad illud, & quòd etiam dependeat ad Filium dependentia eiusdem rationis, quia scilicet sustentatur in Filio, & in corpore proprio, cuius contrarium dictum est supra.

Vnio informationis nõ repugnat hypostasi ex Lycheto.

16 *Dico; quòd Doctor hic non intelligit, quòd stante assumptione animæ ad Filium vniatur corpori, eo modo, quo sustentatur in Filio, quia vnitur corpori per informationem, & sic istæ vniones sunt alterius rationis; nec est impossibile quòd ex illis partibus vnitis, quamuis assumptis à Patre & Filio constituatur homo singularis & vnus.*

Non ergo apud Lichetum ex Scoto re-

repugnat communicabilitati partium inter ſe, & prout componuntur per vnionem informatiuam, quæ eſt alterius ſeriei & ordinis à communicatione hypoſtatica, quòd partes ſint poſitiuè incommunicabiles, & independentes in ratione ſuppoſiti; pro quo aſſerto vide in Controuerſia 1. artic. 3. in Appendice de ſubſiſtentia creata, Membro 3. an communicabilitas ad compartem repugnet hypoſtaſi?

Suadentur hypoſtaſes partiales.

De ſubſiſtentijs partium totius integralis; & de compoſitione ſubſiſtentiæ totalis ex hypoſtaſibus partialibus.

17 NVnc reſtat exaranda ratio, cur etiam in partibus totius integralis ſint aſſignandæ partiales hypoſtaſes; ſi ſuſtineatur probabilior ſententia, quòd ſubſiſtentia conſiſtat in poſitiuo, & non in mera negatione actualis, & aptitudinalis communicationis, & dependentiæ ab alio. Quia dato quòd ſubſiſtentia in mera negatione conſiſtat, licet videatur poſſe aſſignari aliquod determinatum ſubſtratum poſitiuum illius negationis communicationis huius entis ad aliud ens; vel indicari fundamentum negationis dependentiæ huius entis ab alio, in qua negatione conſiſtit ratio hypoſtaſis creatæ, iuxta eã ſententiam, quã vt probabilem admittit Scotus.

Quæſitũ de hypoſtaſibus partium totius integralis, ſolũ procedit dato quòd ſubſiſtentia cõſiſtat in poſitiuo.

Determinatum enim ſubſtratum, vel fundamentum talis negationis communicationis ad aliud, dici poſſet, quòd in toto ſubſtantiali integrali ſit indiuiſibile terminatiuum entitatiuæ extenſionis ſubſtantiæ; quatenus repugnat, quòd tali indiuiſibili terminatiuo ſuperſtite, & non accedente nouo indiuiſibili continuatiuo huius ſubſtantiæ cum alia, tollatur negatio communicationis ad aliud totum, in qua negatione communicationis conſiſtit ratio hypoſtaſis creatæ in probabili placito Scoti. Sed ſi hypoſtaſis adſtruatur poſitiua, inintelligibile apparet, quòd talis ſuppoſitalitas in toto integrali non ſit compoſita, conſtans ex partibus; atque adeo & concedenda non ſint partialia ſuppoſita.

Ratio ſuaẽs hypoſtaſi cõſiſtẽti in negatiuo.

18 Verùm hæc doctrina de indiuiſibili terminatiuo, quod ſit determinatum ſubſtratum negationis communicationis ad aliud totum, vel ſuppoſitũ, licet admitti poſsit in indiuiſibili omnino inextenſo ſecundùm trinam dimenſionem, vt in puncto ſubſtantiali; adhuc tamen non procedit prædicta doctrina de indiuiſibili ſubſtrato, ſeu fundamento negationis communicationis, in linea ſubſtantiali inquantum eſt vltimum terminatiuum extenſionis ſuperficiei ſubſtantialis, & in ſuperficie ſubſtantiali inquantum eſt vltimum terminatiuum profunditatis corporis ſubſtantialis.

Refellitur determinatũ ſubſtratũ negationis communicationis ad aliud ſuppoſitum.

Quia cùm linea ſubſtantialis conſtet ex partibus ſecundùm longitudinem, & ſuperficies ſubſtantialis cointegretur, ex partibus ſecundùm latitudinem ſubſtantialem, non valent eſſe fundamentum negationis communicationis ad compartem; ſiquidem partes lineæ, & ſuperficiei ſubſtantialis cõponuntur ad alias compartes ſubſtantiales.

Premitur ratio in linea ſubſtantiali terminãte ſuperfũciem ſubſtãtialem.

Quare ſubſtratum poſitiuum, quòd inferret illam negationem communicationis ad compartem, admitti poſſet in ſolo puncto indiuiſibili ſecundùm trinam extenſionem ſubſtantialem; pro cuius pronunciati probabilitate vide quæ expendimus in citata Appendice de ſubſiſtentia creatâ, Membro 2. de cauſalitate hypoſtaſis poſitiuæ, à num. marg. 5. vſque ad 6. & de indiuiſibili terminatiuo de ſenſu Scoti, perlege ea, quæ diſcutimus in Prolutione 7. de relatione vnionis hypoſtaticæ, an ſit de genere accidentis? à numer. margin. 62. vſque ad 70.

Iudiciũ de præcedenti aſſerto

19 Tum deinde oppugno indiuiſibilitatem ſubſiſtentiæ in toto integrali; quia ſubſiſtentia totius integralis, ſi eſſet omnino indiuiſibilis ſicut punctum: & ſicut apud plures ex Thomiſtis, animæ perfectorum animalũ ſunt indiuiſibiles; eo inquam dato, adhuc exercita cauſalitas illius ſubſiſtentiæ circa naturam extenſam, eſſet entitatiuè diuiſibilis, & extenſa.

Oppugnatur indiuiſibilitas ſubſiſtentiæ in toto integrali.

Sicut anima perfecti animalis, licet ſit indiuiſibilis, ſubit tamen exercitam

in-

informationem diuiſibilem; quia aliud partiale viuens in leone eſt caput, aliud manus, aut pes. Si autem ſimili ratione admittatur extenſa, & diuiſibilis cauſalitas ſubſiſtentiæ, licet inextenſæ, & indiuiſibilis vt concipitur ante cauſalitatem exercitam; militaret contra extenſam cauſalitatem ſubſiſtentię indiuiſibilis, & vnitæ per compoſitionem diuiſibilem eadem ratio, quæ vrget contra ipſam formam hypoſtaſis indiuiſibilis in actu primo, vel inquantum intelligitur ante diuiſibilem, & exercitam compoſitionem ad naturam extenſam, quam terminat, & contrahit ad eſſe perfectatis poſitiuæ, ſeu ad ens quod poſitiuè eſt per ſe, itaut illi repugnet eſſe in alio ſuppoſito.

Inſtatur ex anima indiuiſibili animalis perfecti, quæ habet cauſalitatem diuiſibilem.

20 Opponi enim poſſet contra extenſam, & diuiſibilem cauſalitatem ſubſiſtentiæ indiuiſibilis à ſe, & ante exercitam compoſitionem ad naturam extenſam; quòd talis cauſalitas diffuſa per partes exiſtentiæ diuiſibilis, etiam haberet partes, itque adeò quòd cuilibet parti, aut portioni huiuſmodi cauſalitatis exercitæ repugnaret quòd ſe gerat vt Quo, vel vt cauſalitas attinens ad conſtitutionem entis in ſe, & per ſe: ſiquidem eſſet ratio conſtituendi exiſtentiam partialem non in ſe, & per ſe, ſed in toto. Ac proinde fieret, vt ſubſiſtentia non ſolùm eſſet indiuiſibilis, vt concepta ante exercitam compoſitionẽ ſubſiſtentiæ ad naturam extenſam, ſed etiam quòd ipſa compoſitio actualis ſit indiuiſibilis.

Subſiſtẽtia nequit aſſeri forma indiuiſibilis, quæ habeat cauſalitatẽ extenſam.

Cæterùm, cùm talis compoſitio actualis & exercita aliquando cohæreat intrinſecè ferè immenſæ vaſtitati continuæ homogeneæ, vt patet in extenſione Oceani, ſi vaſtitas illa eſſet terminata per ſubſiſtentiam indiuiſibilem, & compoſitam mari per compoſitionem etiam indiuiſibilem; inſuper cùm cauſalitas ſubſiſtentiæ ſit intrinſeca, & quæ præſupponat inſtantiam localem inter actum ſubſiſtentialem, & ſubſtratum eius: ſequeretur, quòd pũctum illud ſubſiſtentiale, vel indiuiſibilis illa ſubſiſtentia gerens ſe adinſtar puncti, eſſet in toto mari, & in cunctis partibus eius, cùm non ſit potior ratio de iſta parte, quàm alia talis corporeæ moliſ; quæ omnia incredibilia apparent.

Excutitur præterea in diuiſibilis cauſalitas ſubſiſtentię in toto integrali.

21 Præterea, quòd ſuppoſita ſententia Soarij, Vazquij, & aliorum Metaphyſicorum, qui autumant, quòd ſubſiſtentia non ſit forma entitatiua, ſed modalis identificata cum exercita compoſitione eius ad ſubſtratum; nequit aſſeri, quòd ſi ſubſiſtentia ſit indiuiſibilis, habeat exercitam compoſitionem diuiſibilem: cùm implicet, quòd diuiſibile, & indiuiſibile identificẽtur realiter; de quo vide quæ diſſerimus infra, in Controuerſ. 1. artic. 3. in Appendice de ſubſiſtentia creata, Membro 3. an communicabilitas ad compartem repugnet hypoſtaſi? à nume. margin. 22. vſque ad 25.

Alia cõfutatio, dato quòd ſubſiſtentia ſit modus.

Soarius.

Vazquius.

22 Si autem occurras cum Vazquez 3. par. tomo de Incarnatione, diſput. 32. cap. 4. num. marg. 21. quòd licet ſubſiſtentia totius integralis ſit compoſita ex partibus, ſed non ex ſubſiſtẽtijs, aut hypoſtaſibus partialibus, eòquòd ſubſiſtentia non ſit diuiſibilis in plures ſubſiſtentias, ſicut nec homo in plures homines, vel perſona huius indiuidui in plures perſonas.

Occurſus Vazquij de ſubſiſtentia cõpoſita ex partibus, ſed non ex ſubſiſtẽtiis partialibus

Hoc effugium perſpicua oppugnatione occupari videtur. Quia ſicut ex eo quòd anima rationalis, licet ipſa ſit indiuiſibilis, habet tamen compoſitionem extenſam, & diffuſam per materiam, datur enim alia, & alia pars corporis organici diſtincta in Petro; quia alia pars corporis organici eſt caput, alia pars eſt cor, eò quod apud Vazquium & cæteros Thomiſtas non detur forma corporeitatis diſtincta ab anima rationali, à qua accipiatur diſtinctio hæc organica partium in homine. Ita ſi ſubſiſtentia ſit diuiſibilis in partes, & eſto quòd vt concipitur ante cauſalitatem exercitam eſſet indiuiſibilis, ſi tamen haberet cauſalitatem & compoſitionem exercitam extenſam & diuiſibilem; implicat quòd diſtinctæ formæ partiali, vel diſtinctæ compoſitioni formæ intrinſecæ non reſpondeat diſtinctus effectus formalis, aut quaſi formalis.

Reiicitur placitum Vazquez.

Implicat cõpoſitio ſubſiſtẽtiæ ex partibus & nõ ex ſubſiſtentiis partialibus.

Sed apud Vazquium illa pars ſubſiſtentiæ in toto integrali eſt diſtincta à parte ſubſiſtentiæ alterius portionis totius integralis, & per diſtinctam compoſitionem cohæret naturæ, quam contrahit; ergo confert illi aliquem eſſe actum formalem, vt euidentius eſt quàm indigeat probatione.

Illatio vrgens Vazquium

23 Sed pars ſubſiſtentiæ non præbet

par-

parti naturæ totius ſolum eſſe per ſe negatiuè, prout opponitur exiſtentiæ in alio vt in ſubſtrato inhæſionis; quia hanc negatiuam perfectam infert & exprimit quælibet exiſtentia ſubſtantialis à ratione, & quidditate ſua. Nec infert etiam pars illa ſubſiſtentiæ negationem exiſtendi in toto; cùm pars totius integralis ſit actu compoſita alteri comparti. Ergo exprimit repugnantiam eſſendi in alio vt in vltimo termino ſuppoſitāte exiſtēte etiam illam; itaut ſuperſtite illa partiali ſubſiſtentia, implicet quòd pars exiſtentiæ totius integralis aſſumi queat ab alio ſuppoſito.

Occupatur fuga contra partiales ſubſiſtentias

Quare hic effectus ſubſiſtentiæ partialis, qui poſitus eſt in repugnantia poſitiua ad immediatam vnionem eiuſdem exiſtentiæ partialis cum alia ſubſiſtentia explicatur per vltimam terminationem naturæ, ob quam conſtituitur inaſſumptibilis ab alio ſuppoſito; vt oſtendimus in citata Appendice de ſubſiſtentia creata, Membro 3. à num. margin. 20. vſque ad 22.

Quis ſit effectus formalis ſubſiſtentiæ partialis?

Ex dictis de ſubſiſtentijs partium totius integralis, & eſſentialis, aptè & conſequenter depromimus quid ſentiendum ſit de ſubſiſtentia totius eſſentialis, & integralis. Quare aſſerimus, quòd ſicut totum nō ſecernitur realiter ab omnibus ſuis partibus ſubſtantialiter compoſitis inter ſe per vnionem informatiuam; ita ſubſiſtentia totius eſſentialis, & integralis nil aliud eſt quàm ſubſiſtentiæ partium ſubſtantialiter vnitæ, vel vnio & compoſitio ſubſiſtentiarum partialium in aliquod vnum, vel totum.

Cōſectariū de compoſitione ſubſiſtentiæ ex ſubſiſtentijs partialibus.

Corollarium de compoſitione vnionis hypoſtaticæ ex vnionibus hypoſtaticis corporis, & animæ Chriſti ad Verbum.

De cōpoſitione vnionis hypoſtaticæ ex vnionibus hypoſtaticis partialibus.

24 VNde in ſpeciali loquendo de myſterio Incarnationis, & aſſumptionis humanitatis Chriſti à Verbo, conſequenter pronuntiamus, quòd ſicut humanitas Chriſti non diſtinguitur realiter à corpore & anima rationali ſubſtantialiter compoſitis inter ſe; ita aſſumptio humanitatis à Verbo nil aliud eſt quàm coniunctio vnionis hypoſtaticæ corporis Chriſti ad Verbum cum vnione hypoſtatica animæ rationalis ad Verbum. Quæ compoſitio exercita duarum vnionum hypoſtaticarum corporis, & animæ rationalis fuit etiam coaſſumptio hypoſtatica vnionis ſubſtantialis componentis corpus cum anima rationali; per quem ſubſtantialem nexum conſtituitur humanitas in ratione humanitatis, cùm humanitas non ſit quid realiter diſtinctum à corpore, & anima ſubſtantialiter vnitis.

Quare ſicut ex corpore, anima rationali, & vnione ſubſtantiali non cointegratur ens per accidens, ſeu aceruus entitatum, ſed vnum ens per ſe vnitate compoſitionis, ita ex vnione hypoſtatica corporis Chriſti, & ex vnione hypoſtatica animæ rationalis ad Verbum, & ex vnione iſtarum duarum vnionum hypoſtaticarum inter ſe, (quæ reſpondet compoſitioni ſubſtantiali animæ rationalis cum corpore, & eſt coaſſumptio vnionis corporis cum anima rationali,) non cointegratur aceruus formarū modalium, aut vnum ens per accidens, ſed vnū ens per ſe in ratione completæ perſonationis, vt infra magis aperiemus agentes contra Vazquium.

Vnio hypoſtatica conſtans ex vnionibus partialibus non eſt ens per accidēs

25 Sed contra præmiſſam doctrinam de vnione ſubſtantiali corporis cum anima rationali, quæ vnio coaſſumpta ſit à Verbo, ea inſtat oppoſitio: quòd vnio corporis, & animæ rationalis non ſit ea ſubſtantia, quæ aſſumi queat hypoſtaticè à Verbo. Quia res illa, quæ nequit etiam de abſoluta Dei potentia eſſe in ſe, & per ſe, nō valet eſſe in extraneo ſuppoſito aſſumente; cùm vnio hypoſtatica ſufficiatur loco & vice propriæ hypoſtaſis.

Oppoſitio; quòd vnio corporis & animæ Chriſti nequeat aſſumi à Verbo.

Atqui vnio corporis & animæ nequit eſſe per ſe ſubſiſtens, etiam de abſoluta Dei potentia, cùm vnio corporis cū anima rationali non ſit forma entitatiua, ſed modalis identificata cum exercita compoſitione ſui ad extrema vnibilia; igitur vnio nec diuinitus valet eſſe per ſe, & in ſe, ſed in extremis vnibilibus ac proinde nequit aſſumi ab extraneo ſuppoſito.

Inſtatur, quia vnio ſit modus, cui repugnat eſſe per ſe.

Copyright, 1922, by Columbia University Press

Personal Privilege

I. Its Nature and Scope

A. Its Nature

1. Personal privilege is the right of a member to speak briefly on a question of personal privilege, even when another member has the floor.

2. Personal privilege is a matter of courtesy, not of right.

3. Personal privilege is a matter of courtesy, not of right.

4. Personal privilege is a matter of courtesy, not of right.

Expreſsius aliud Scoti teſtimoniũ proſecunda acceptione modi.

quæſitum attinet) apertiùs expreſsit Scotus in Quodlibeto 3. vbi quærit, an relatio ſit res? ibi enim, §. *Habemus ergo primum membrum*, ſub num. marg. 3. ex Boetio aſſerit, quòd modus ſit forma relata ad aliud, & quòd actualis compoſitio modi ad ſubſtratum non diſtinguatur realiter à modo; ita igitur inquit Scotus

Scotus. ☞ *Secundo modo accipit Boetius diſtinguendo rem contra modũ rei; ſicut loquitur lib. de Trinit.* Patet (*inquit*) quæ ſit differentia prędicationum, quia aliæ quidem quaſi rem monſtrant, aliæ quaſi circũſtantiam rei; quia iſta prædicantur ſic, quòd ſecundùm ſe rem aliquam mõſtrãt: illa verò, vt non eſſe, ſed potiùs extrinſecùs aliquid apponunt. *Vult ergo diſtinguere rẽ contra circunſtantiã, & ſic ſecũdùm eum, ſola tria genera, ſubſtãtia, qualitas, & quãtitas rem monſtrãt; alia verò rei circunſtãtias. Hoc ergo nomẽ, res, in ſecundo membro acceptum, dicit aliquod ens abſolutum, diſtinctum cõtra circunſtãtiam, ſiue modum, qui dicit habitudinem vnius ad alterum.*

Boetius. NOTA. Scotus. ☞ Explanatio textus.

Ex quibus verbis Scoti conſtat, quòd modus ſit ens relatum, ſiue relatione extrinſecùs, ſiue intrinſecùs aduenientę; & quòd ita ſit ad aliud, vt implicet exiſtentia modi ſine ſubſtrato. Id enim exprimunt illa verba Scoti: *Hoc ergo nomen, (res) dicit aliquod ens abſolutũ, diſtinctũ contra circunſtãtiam, ſiue modum, qui dicit habitudinem vnius ad alterum.* Cùm autem omnis relatio extrinſecus aduenies, ſiuè de genere ſubſtantiæ, ſiue de genere accidentis ſit ens eſſentialiter relatum apud Scotum; conſequẽs eſt, vt nõ ſola relatio intrinſecus aduenies de tertio prædicamento relationis, ſed etiam omnes relationes extrinſecus aduenientes ſint modi identificati cum eorũ compoſitionibus actualibus ad ſubſtrata.

Scotus. ☞ Omnis relatio intrinſecus & extrinſecus aduenies, eſt modus de mente Scoti.

60 Quod magis referat Scotus in eodem Quodlib. 3. §. *Ad ſecundũ*, ſub numar. 15. vbi ita inquit Scotus.

Scotus. ☞ *Reſpondeo; ſtãdum eſt in ipſa relatione, nec vlterius proceditur. Verbi gratia, in albedine fundatur ſimilitudo, iſta ſimilitudo habet aliquã accidentalitatem propriã ab accidentalitate albedinis diſtinctã; ſicut relatio eſt genus diſtinctum à genere qualitatis.*

Relatio eſt ſua accidentalitas exercita ad fundamentum.

Sed quares, de accidẽtalitate ſimilitudinis, ſi ipſa eſt alia à ſimilitudine? Dico, quòd nõ, quia ſimilitudo eſt ſua accidẽtalitas ad fundamẽtũ, & ſe ipſa accidit fundamento, ſicut ſe ipſa eſt ad oppoſitum.

61 *Vniuerſaliter enim quod cõuenit alicui ſic, quòd omnimoda cõtradictio ſit, illud eſſe ſine hoc, hoc eſt idem realiter illis; & per oppoſitũ vbi non eſt omnimoda cõtradictio, non oportet idem eſſe omnino. Nũc autẽ contradictio eſt, ſimilitudinem eſſe, & non eſſe ad fundamentũ & etiã nõ eſſe ad terminũ; ideò accidentalitas ſua ad fundamẽtũ eſt idẽ ſibi, ſicut ipſamet eſt ſimilitudo, vel habitudo ad oppoſitum.*

Probatio ex inſeparabilitate relationis à fundamento.

62 *Status eſt ergo; quia accidẽtalitas ſimilitudinis nõ eſt alia res à ſimilitudine. Sed ſimilitudo eſt quædã res alia ab albedine; quia habitudo & etiã accidentalitas albedinis poteſt poni quædã res alia ab albedine. Quia albedo eſt quædã res abſoluta, & accidẽs abſolutum poteſt eſſe ſine contradictione ſine ſubiecto; & ideo non eſt idem habitudini ſuæ ad ſubiectũ, nec ſe ipſa accidit illi. Falſa eſt ergo illa; qua ratione ſimilitudo accidẽtalis albedinis habet aliã accidentalitatẽ ab albedine; pari ratione accidentalitas ſimilitudinis habebit aliã accidentalitatẽ à ſimilitudine. Falſa eſt etiã illa; qua ratione accidentalitas ſimilitudinis eſt eadẽ ſibi, pari ratione accidentalitas albedinis eſt eadem ſibi; quia albedo eſt ens abſolutum, & ſimilitudo relatio.*

Abſimilitudo inter formam abſolutam, & relatam.

Forma abſoluta diſtinguitur realiter à compoſitione ad ſubiectum.

NOTA.

Et ex hoc non eſt contradictio, albedinem eſſe ſine comparatione ad ſuperficiẽ, eſt autem contradictio, ſimilitudinẽ eſſe ſine comparatione ad fundamentũ; & ideo illa comparatio non eſt eadem albedini, iſta autem eſt eadem ſimilitudini.

Omnis relatio intrinſecus & extrinſecus aduenies eſt modus.

63 In quo textu, non ſolùm relatio intrinſecus aduenies, qualis eſt ſimilitudo albi ad album, ſed etiam omnis relatio extrinſecus aduenies identificatur cum exercita compoſitione ſui ad ſubſtratum; vnde omnes vniones extremorum abſolutorum, ſiue ſubſtantialium, ſiue accidentalium ſunt modi identificati cum compoſitionibus eorum ad ſubſtrata, & omnia vltima ſex prædicamenta ſunt modi, ſiquidem ſunt relationes extrinſecus aduenientes apud Scotum, vt liquet ex illis verbis Scoti tranſcriptis ſub numargin. 62. *Quia albedo eſt quædã res abſoluta, & accidens abſolutum, poteſt eſſe ſine contradictione ſine ſubiecto; & ideo non eſt idem habitudini ſuæ ad ſubiectum, nec ſe ipſa accidit illi.* De modo autẽ, & de diſtinctione modali vide in Co-

Scotus. ☞

trouer. 2 de Vnitate Dei, in Appendice de distinctione entis, art. 3. de distinctione modali, & quid litate modi, per totum articulum, præsertim à num. marg. 20. vsque ad finem articuli, vbi expenditur actuale in, & actuale ad relationis, & actuale in, & actuale ad vbicationis; vide etiam in Controuersia vndecima de Scientia Dei, dist. 2. de scientia contingentium absolutorum, art. 5. in Digressione physica, à quo principio trahatur contractio voluntatis creatæ ad tale in diuiduum actionis? à num. marg. 60. vsque ad 61. Perlege etiam Scholia Cauelli ad Quodlibetum 3. in §. *De primo; quia de æquiuoco*, sub n. mar. 2. & Scholium ad §. *Ad secundum, licet esset magna difficultas*, sub num. marg. 15. vbi ita habet Cauellus.

Hugo Cauellus.

Omne ens relatum est modus

Ostendit Scotus, quòd licet relatio creata habeat propriam accidentalitatẽ, ideſt inhærentiam, ideo non dari processum (scilicet in aliã & aliam inhærẽtiã) *quia nõ distinguitur inhærentia relationis realiter ab ipsa, sed relatio sic ipsa inhæret, quia repugnat, eã sine inhærentia existere; secùs est de accidente absolutõ.* Igitur apud Cauellum ex Scoto, omnis relatio, siue intrinsecus, siue extrinsecus aduenies est modus, in ea modi acceptione, quæ exprimit formam non distinctam realiter ab exercita compositione sui ad subſtratum; pro qua modi acceptione vide citatum Scholiũ Cauelli ad n. 2. eiusdem Quodlib. 3.

Scotus ☞

Præterea, quãdo Scotus à nobis transcriptus sub n. m. 61. ait: *Ideo accidentalitas relationis ad fundamentũ est eadem sibi, sicut ipsamet est similitudo, vel habitudo ad oppositũ*: vbi Scotus actuale *in* relationis, vel idẽtitatem relationis cũ modificatione exercita relationis respectu subſtrati, colligit ex actuali *ad*, quatenus exercita habitudo ad terminu sit etiam de quidditate relationis; prædicti pronuntiati Scoti ea occurrit probatio. Quòd cũ similitudo nequeat existere nisi relata ad extremũ simile, ita nequit respicere album simile, nisi componatur albo, quod est simile alteri; sicut quia paternitas non valet existere sine respiciẽtia subſtãtiæ genitæ, ita nequit referri actu ad subſtãtiam genitam, nisi actu referat subſtantiã generantem, & componatur illi in actu secundo, & exercito; non potest autẽ actu referre subſtantiã generantẽ nisi intrinsecè composita paternitas subſtãtiæ generanti, cũ relatio prædicamentalis non sit denominatio extrinseca.

Expenditur ratio Scoti de actuali in relationis, quod colligitur ex actuali Ad.

Quòd autem forma modalis sub qualibet cõparatione ad aliud non sit modus, seu forma identificata cum actuali coniunctione ad aliud, ostendimus infra in sequenti Prolus. 9. de subſistentijs partialibus, sub n. mar. 38. & 39. expendentes illud Scoti ex Quodl. 3. sub n. marg. 16. *Nec tamen dico, quòd relatio ad quoactũ que comparetur, se ipsa cõparatur, &c.*

Modus non respectu cuiuscunq; reí est modus.

Scotus.

„

„

64 Quibus prælibatis de acceptione modi pro ea forma, quæ idẽtificatur realiter cũ exercita modificatione & compositione sui ad subſtratum (præmissa enim Scoti pronuntiata ad verbum transcripsimus pro tali acceptione modi, ne etiã in nuda, & sola voce modi æstimaremur ab Scoti loquutionibus deuiasse) reliquum est, vt ad id, quod magis de re est perueniemes, expendamus qualiter distinguatur totum modale ab omnibus suis partibus.

Pũctus quæ sit; an totũ modale distinguatur à partibus?

Decisio dubij.

Dicimus ergo, totũ modale non posse distingui realiter ab omnibus suis partibus solũ præsentialiter vnitis; sicut totũ non modale (quod scilicet cointegratur ex forma non idẽtificata cum exercita compositione sui ad propriũ subſtratũ) distinguitur realiter ab omnibus partibus præsentialiter vnitis, non tamen cõpositis per vnionem informatiuam: & ratio disparitatis apparet euidens ex dictis de quiddicate modi.

Totũ modale nõ potest distingui ab omnibus suis partibus.

Quia ideo totum non modale distinguitur realiter à suis partibus solùm vnitis localiter, aut vnione de genere vbi, quia omnia extrema componibilia possunt existere in actu primo, vel signato compositionis, absq; exercita vnione informatiua, saltim de absoluta Dei potentia; quare totũ non modale supra partes in actu signato componibiles addit vnionẽ informationis exercitæ, quæ realiter distinguitur ab omnibus partibus existẽtibus, & præsentialiter vnitis.

Secus totũ entitatiuũ; & cur?

Atqui implicat, quòd forma modalis existere queat sine modificatione exercita; igitur forma modalis existẽs à parte rei, imbibit idẽticè, seu per realẽ idẽtitatẽ eãdẽ vnionẽ modificationis exercitæ per quã totum modale constituitur completiuè in ratione totius, ac proinde forma modalis, nequit existere nõ cõposita

sub-

ſubſtrato, & cũ ſola vnione præſentiali de genere vbi, liquidem importat intrinſecè & identicè eamdem vnionẽ informationis vel modificationis, quæ complet quidditatem totius modalis, quare modale totũ nil addit ſupra omnes eius partes ſimul exiſtentes.

65 Ex quo etiam principio legitimè hauriũt Metaphyſici probatiores, quòd ſicut modus identificatur cũ exercita cõpoſitione ſui ad ſubſtratum, ita implicet etiã de abſoluta Dei potentia, quòd modus valeat modificare aliud ſubſtratũ; ſicut nec exiſtere extra hoc totũ modale.

Implicat etiam diuinitus, quòd modus afficiat ſubſtratum extraneum.

Quia modus non idẽtificatur realiter cũ exercita compoſitione ſui ad ſubſtratũ extraneũ, vt euidens eſt; liquidẽ de facto datur modus ſeparatus à ſubſtrato extraneo, & ab exercita cõpoſitione modi ad ſubiectum extraneum, & ſeparatio eſt manifeſta probatio diſtinctionis. At qui modus in iſta acceptione modi, quã verſamus, eſt forma realiter identificata cũ exercita compoſitione ſui ad ſubſtratũ; ergo modus non eſt actus, vel forma referens poteſtatem aut ſufficientiã formalem reſpectu illius ſubſtrati, reſpectu cuius non identificatur modus cum modificatione exercita.

Probatio ex abſimilitudine inter formã entitatiuam, & modalem.

66 Quare ex eodem principio deprõ plimus, quòd ſuppoſito quòd in ſentẽtia Scoti ſuppoſitum creatũ de potẽtia Dei abſoluta valeat aſſumere naturam extraneam; conſequenter ſentiendũ ſit, quòd hypoſtaſis creata non ſit forma modalis identificata cum exercita compoſitione ſui ad ſubſtratum, ſed forma entitatiua ſubſtantialis diſtincta realiter à compoſitione ſui ad propriam naturam; pro quo aſſerto vide quæ expendimus in Cõtrou. 1. de Eſſentia & ſimplicitate diuinæ naturæ, art. 3. in Appendice Metaph. de ſubſiſtentia creata, Memb. 2. de cauſalitate hypoſtaſis poſitiuæ, ſub numer. margin. 20. & à nume. margin. 29. vſque ad 34.

Corollariũ; ſubſiſtentia non eſt forma modalis in ſententia Scoti.

67 Et conſequenter ad eamdem ſententiam quòd ſubſiſtentia ſit forma entitatiua, & non modalis, conformiterque ad mentem Scoti pronũtiantis, quòd in diuiduum ab iſta cauſa efficiente producũ valuerit ab alia cauſa eiuſdẽ ſpeciei produci; aſſerimus, quòd ſuppoſitalitas pullulans à natura Petri, potuit eadem numero effici à natura Pauli, quòd ſerio oſtendimus in Contr. vndecima de Scientia Dei, diſt. 2. de Scientia contingentiũ abſolutorũ, ar. 5. in Digreſsione phyſica de contractione voluntatis creatæ ad tale indiuiduum actionis, à n. marg. 65. vſque ad 68.

Subſiſtẽtia effluens ab hac numero natura potuit ab alia effici.

68 Tandem reſtat obſeruare pro modo vnitiuo ſeu relatione vnionis componentis duo extrema vnibilia; quòd ex hoc quòd modus realiter identificetur cũ actuali & exercita compoſitione modi ad extremum modificabile, non ſequitur quòd modus vnitiuus nequeat modificare duo extrema vnibilia, & identificari realiter cum vnica modificatione exercita reſpectu duorum extremorũ vnibilium; vt apparet in vnione corporis & animæ rationalis, quæ vnio vnica & indiuidua eſt, vt oſtendimus ſupra in præſẽti Proluſione ſub num. margin. 15. Vnio enim corporis & animæ rationalis, licet (quia materialis & corporea ſit talis cõpoſitio exercita) recipiatur in corpore, vt in ſubſtrato, modificat tamen animã abſque informatione recepta in anima, vt in ſubſtrato; nec enim forma materialis in ſpirituali ſubſtrato recipi poteſt tã quam in potentia, ex cuius eminentialitate educatur; fit tamen vnio illa intima animæ per modificationem exercitam non diſtinctam realiter ab ipſa forma vnionis.

Licet modus vnionis idẽtificetur cũ exercita cõpoſitione valet modificare duo extrema vnibilia

69 Nec obſtat replica Aureoli in 3. ſen. diſt. 2. ar. 2. fol. 377. Romanæ editionis, §. *Quia tunc illa realitas eſſet addita*, vbi vel ſic agit, quòd homo non exprimat tertiã rem reluctantẽ ex partibus & ab illis diſtinctã. Quia illud reſultans non eſt res: *Nec etiã res modalis, quòd ſcilicet acquiratur modus; quia modus numeratur ſecũdũ illa, quibus ineſt; ſed hic* (ſcilicet in homine) *ſunt duo aliquid: ergo duo modi, & nõ vnus; vel vnus modificaret duo hoc, quod eſt impoſſibile.*

Oppoſitio contra doctrinã præcedentem

Car. Aure.

Ratio enim Aureoli facilè diluitur ex dictis; tantùm enim probat, quòd vnio ſimplex, & indiuidua non inſit vtrique extremo inhærendo, aut informando per receptionem ſui in vtroque extremo vnibili; non tamen quòd non intrinſecè adſit vniendo per intimam aſſiſtentiam, & modificationem vnitiuam, ad quam non requiritur inhæſio, aut receptio in vtroque extremo, tanquam in ſubſtrato informationis, & eductionis ex potentia ſubſtrati, vt liquet in pũcto, & indiuiſibili vnitiuo, pro quo

Infringitur obiectio Aureoli, quòd implicet quòd vnica forma modalis modificet duo extrema.

vide quæ diſſeruimus ſupra in Proluſ. 7. de vnione hypoſtatica à num. marg. 21. vſque ad 23.

PROLVSIO IX.

Quòd dentur ſubſiſtẽtiæ partiales componentes hypoſtaſim totalem.

Pro titulo quæſtionis, dùplex acceptio perfectionis negatiuę.

1 NVlla extat dubitatio de perfectione negatiua inquãtùm opponitur inhærentię accidentis, vel inexiſtentiæ in ſubſtrato inhæſionis; quia in hoc ſenſu quælibet ſubſtantia partialis ſicut habet apud Scotum exiſtentiam ſubſtantialem ſibi identificatam, ita etiam imbibit illam rationem eſſendi per ſe, quæ negat exiſtentiã in alio vt in ſubiecto inhæſionis: qua ratione talis perfectas, quæ congruit cuilibet ſubſtantiæ partiali, appellatur perfectas negatiua. Quare non in eo ſenſu perfectionis negatiuæ, in quo iuxta eam ſententiam (quam vt probabilem tutatur Scotus) hypoſtaſis vel ſuppoſitalitas creata conſiſtit in negatione actualis, & aptitudinalis communicationis, & dependentiæ; quia negatio hæc actualis, & aptitudinalis dependentiæ, & communicationis ad eſſendum in alio vt in ſuppoſito, non congruit rei ex vi exiſtẽtiæ ſubſtantialis; cùm admiſſa propria exiſtentia ſubſtantiali, etiam poſitiuè oppoſita inhęrentiæ accidentis, non repugnet naturæ ſubſtãtiali exiſtentia in alio vt in ſuppoſito.

De qua perfectate negatiua procedat quæſtio de ſubſiſtentiis partialibus?

Suffulcitur ex Scoto doctrina præcedens.

2 Vnde hypoſtaſis negatiua, ſeu in negatiuo conſiſtens iuxta probabile Scoti placitum, importat aliam negationem prorſus diſtinctam à negatione illa exiſtendi in alio vt in ſubiecto, quam negationem infert exiſtentia ſubſtantialis, à ſua quidditatiua ratione; vt ſubtiliter elucidat Scotus in 3. ſen. diſt. 1. q. 1. §. *Ad primam probationem illius aſſumpti*, ſub n. mar. 17. vbi inquit.

Scotus ☞

Cùm dicitur; quòd illius exiſtentia eſt per ſe exiſtẽtia. Cõcedo ſecundũ quòd per ſe exiſtere diſtinguitur contra ineſſe, quòd cõueniat accidenti. Cũ aſſumitur; quòd per ſe exiſtentia in natura intellectuali eſt perſonalitas. Nego vniuerſaliter accipiendo per ſe, vt priùs; vt ſcilicet diſtinguitur cõtra ineſſe alij. Quia ad perſonalitatẽ requiritur vltima ſolitudo, ſiue negatio dependentiæ actualis & aptitudinalis ad perſonã alterius naturæ. Non autẽ omne, quod per ſe exiſtit primo modo (vt diſtinguitur cõtra accidens) oportet per ſe exiſtere ſecundo modo.

Duplex ratio exiſtẽdi per ſe.

Quę ratio exiſtẽdi per ſe cõſtituat hypoſtaſim?

3 Verùm ſuppoſita præmiſſa probabili ſententia Scoti, quòd negatio actualis & aptitudinalis dependentiæ conſtituat hypoſtaſim; indubitatum apparet, quòd nulla pars integralis & eſſẽtialis habeat ſubſiſtentiam partialem, cùm nulla pars eſſo quòd actu ſeparata ab alia cõparte, neget aptitudinalem compoſitionem ad illam. At Scotus in hac re problematicus extitit circa conceptũ hypoſtaſis in negatiuo, aut poſitiuo conſiſtente; inſuper ex manifeſtis principijs Scoti (dũ ſuſtinet, hypoſtaſim conſiſtere in poſitiuo) conſtat quòd ſi hypoſtaſis imbibat repugnantiã ad dependendũ ab alio vt à ſuppoſito, ſit neceſſariò aſſerendũ, quòd hypoſtaſis ſimpliciter & abſolutè hypoſtaſis in poſitiuo conſiſtat.

Suppoſito quòd hypoſtaſis cõſiſtat in negatiuo, non admittuntur ſubſiſtẽtiæ partiales

Sed hypoſtaſis negatiua nõ eſt de aſſertione & firmo iudicio Scoti.

Vnde hypoſtaſim merè negatiuam, ſiue excluſa repugnantia ad dependendũ ab alio vt à ſuppoſito, cenſuit Scotus, eſſe hypoſtaſim impropriè & ſecũdũ quid; vt oſtendimus in Controu. 1. de Eſſentia & ſimplicitate diuinæ naturæ, ar. 3. in Appen. Metaph. de ſubſiſtẽtia creata, Mẽb. 1. de probabilitate ſubſiſtẽtiæ negatiuæ, à n. m. 19. vſq; ad 23. Quare id reſtat oſtendendũ, quòd hypoſtaſis poſitiua cum repugnantia ad eſſendũ in alio vt in ſuppoſito, non cõtradicat partibus eſſentialibus & integralibus de Scoti mẽte; imò quòd non ſit minor ratio aut neceſsitas aſsignãdi de facto talẽ hypoſtaſim in natura totali, quàm in natura partiali.

Suppoſito quòd hypoſtaſis conſiſtat in poſitiuo, admittẽdę ſunt ſubſiſtentiæ partiales.

Quare aut abſoluẽdè ſuſtinẽda eſt probabilis opinio de ſola hypoſtaſi conſiſtẽte in negatiuo, & excludẽte repugnantiã ad dependendũ ab alio ſuppoſito; aut quòd ſi admittatur hypoſtaſis propria & ſimpliciter, nimirũ cũ poſitiua repugnãtia ad dependendũ, etiã concedi debeat ſubſtantijs partialibus, ſiquidẽ in ſubſtãtijs partialibus aſsignabilis eſt proprius, & neceſſarius effectus prædictæ formæ hypoſtaſis, ſicut & in natura totali.

Probatio aſſerti præcedentis

4 Quod oſtendo primò in partibus totius eſſentialis; deinde in partibus totius integralis. Quòd autem ſit neceſſaria cauſalitas formæ ſubſiſtẽtialis in cõpartibus totius eſſentialis vt exprimãt immediatã & proximam repugnantiam ad eſſendum in alio vt in ſuppoſito aſſumente, vel ſic aperio.

Vrgetur neceſsitas ſubſiſtẽtię partialis ob immediatã repugnãtiam ad vnionem cum alio ſuppoſito.

Quia quælibet pars totius eſſentialis eſt capax vt ſit in ſe & per ſe, itaut illi repugnet immediatè, & proximè quòd ſit in alio vt in ſuppoſito aſſumẽte; ſed repugnãtia proxima & immediata ad eſſendum in alio vt in ſuppoſito, exigit propriam & poſitiuã hypoſtaſim iuxta Scoti principia, quatenus autumat quòd repugnãtia ad dependendum ab alio tanquam à ſuppoſito aſſumente nequeat in mera negatione conſiſtere: ergo etiã iuxta ſentẽtiam de hypoſtaſi poſitiua, quã probabiliter ſuſtinet Scotus, concedẽda eſt cuilibet parti totius eſſentialis ſua propria & immediata hypoſtaſis partialis, ſi ei conuenire poſsit immediata, & proxima repugnantia ad dependendũ (etiam diuinitus) à quolibet alio ſuppoſito, ſiue partiali, ſiue totali.

Suadetur hypoſtaſis in partibus eſſentialibus, ſcilicet materia, & forma

Quia ſi partes eſſentiales ſcilicet materia & forma non terminarẽtur immediatè & proximè propria & ſpeciali hypoſtaſi, ſed tãtùm remotè & mediatè ſubſiſterent ob hypoſtaſim totius, in illa Metaphyſicorũ ſententia, qui aſſerunt, totũ eſſe ens realiter diſtinctũ à partibus ſubſtantialiter vnitis; non repugnaret diuinitus quòd partes tãtùm mediatè ſubſiſtentes in toto, aſſumerentur immediatè & proximè ab alieno ſuppoſito ſiue partiali ſiue totali.

Materia & forma habẽt repugnãtiã poſitiuã & immediatam vt aſſumantur ab extraneo ſuppoſito.

Sicut enim quòd anima rationalis & materia prima intrẽt tanquam cauſę intrinſecæ ipſam compoſitionẽ totius, nõ tollit quòd toti (inquãtũ eſt vnũ quid à partibus realiter condiſtinctũ) conueniant proximè, & immediatè prædicata oppoſita eis, quæ congruũt cuilibet parti eſſentiali etiã in ſtatu vnionis; ſiquidẽ homini conuenit prædicatũ corporis cõpleti, quod omnino oppoſitũ eſt prædicato entis ſpiritualis, quod congruit animæ rationali; & homini cohæret, quã vnũquid, & totum eſt, quòd ſit generabile & corruptibile, cũ tamẽ materia prima, quæ vt pars eſſentialis ingreditur hominis compoſitionem, ſit ingenerabilis & incorruptibilis.

5 Igitur, ſi ſolũ compoſitum, inquantũ eſt vnumquid ex partibus cointegratum, importaret poſitiuam repugnantiã ex vi hypoſtaſis, quæ ſoli toti conueniat immediatè & proximè, partibus verò eſſentialibus ſolũ remotè & mediatè; non repugnaret cuilibet parti etiã exiſtenti in toto (quod realiter ſecernitur diſcretione includentis ab incluſo à qualibet parte eſſentiali) quòd pars habeat modũ eſſẽdi oppoſitũ modo eſſẽdi totius. Itaut licet totum ſit in ſe & per ſe proximè, & immediatè, pars eſſe valeat proximè, & immediatè in alio ſuppoſito aſſumente; eſtò quòd remotè, & mediatè aſſeratur pars eſſe per ſe, inquantũ eſt aliquid totius, & pars intrinſeca entis, quod cointegratur ex partibus.

Materia & forma nõ importãt ſolã repugnãtiã mediatam ratione totius.

Nec enim magis pugnat generabilitas & corruptibilitas immediata, & proxima totius (quæ remota & mediata eſt reſpectu materiæ primæ) cũ ingenerabilitate & incorruptibilitate proxima & immediata materiæ; & ſimiliter prædicatũ corporis, quod immediatũ & proximum eſt homini, non magis contradicit prædicato ſpiritus, quòd proximè & immediatè congruit animæ rationali; quàm ſubſiſtentia in ſe & per ſe, conueniens homini proximè, & immediatè (animæ aũtem rationali, & corpori ſolùm mediatè & remotè) repugnat exiſtentiæ immediatæ & proximæ corporis vel animæ rationalis in alio ſuppoſito extraneo: igitur otioſa non eſt cauſalitas poſitiua ſubſiſtẽtiæ partialis, vt partes eſſentiales, etiã quatenus ſubintrant totũ, ſint proximè & immediatè inaſsũptibiles, ſiue incommunicabiles extraneo ſuppoſito.

Aliàs partes in toto aſſumi poſſent immediatè ab alieno ſuppoſito, etiã extãte exiſtentia totius in ſuppoſito prõptio.

Firmatur doctrina præcedẽs ex immediata aſſumptione corporis & animæ rationalis à Verbo.

6 Quod præterea oſtenditur ex myſterio incarnationis, vbi non ſolũ aſſumptum eſt immediatè & proximè à Verbo totũ ipſius naturæ humanæ, ſed etiã immediatè & proximè aſſumptæ ſunt partes eſſentiales, ſcilicet corpus & anima; quæ aſsũptio haud infirmam ſuppeditat probationẽ ad aſſerendã compoſitionẽ cuiuslibet ſuppoſitalitatis totalis coaleſcẽtis ex ſuppoſitalitatibus partialibus.

Scotus expreſsè admittit immediatã aſſumptionẽ partiũ eſſentialiũ humanitatis à Verbo

Sed è re erit authoritate & acumine Scoti ſuffulcire præmiſſam doctrinã de anima & corpore ſubſiſtentibus per proprias & immediatas hypoſtaſes; itaut nõ ſubſiſtat ſolũ mediatè, & ratione totius, quaſi totum importet aliquam entitatẽ aut realitatem diſtinctam à partibus

ſubſtantialiter vnitis. Egregiam igitur probationem ad communiendum præcedens aſſertum nobis exhibet Scotus in 3. ſen. in citata diſt. 1. q. 2. §. *Præterea tertiò*, ſub num. margi. 4. vbi ſic oppugnat quorundam antiquorum Theologorum aſſertum, qui ſoſtinuerunt, Verbum non aſſumpſiſſe corpus Chriſti immediatè, ſed mediante anima; ita igitur habet Scotus.

Scotus ☞

Corpus natũ eſt ſubſiſtere in ſe, & nõ ſolum ratione totius.

Corpus natum eſt in ſe ſubſiſtere, & non præciſè ex hoc, quòd anima informãs ipſum ſubſiſtit in ſe: ergo non ſupplebitur iſtud in corpore, niſi ipſum immediatè aſſumatur; eſt enim corpus capax talis aſſumptionis, ſicut & ſubſiſtentia in ſe.

Probatio aſſerti præcedentis

Stante igitur iſta vnione animæ ad Verbum, cũ per eam corpus non ſit immediatè aſſumptum, ſtat poſſibile in corpore, vt aſſumatur à Patre, & ita idem homo aſſumetur à duabus perſonis, quod videtur eſſe inconueniens.

Quia ſic nulla perſona eſſet homo, & tamen ex illis partibus eſt homo quando vniuntur; igitur eſſet homo, & non perſona, niſi ſit perſona in ſe, quod eſt inconueniens; quia tunc partes duplicitèr hypoſtaſiarentur, ſcilicet intrinſecè, & extrinſecè.

NOTA

Præterea: Tunc in morte fuiſſet noua aſſumptio; quia tunc corpus fuit immediatè vnitum Verbo, & non per animam.

Elucidatio textus

7 Quæ Scoti doctrina funditus proſternit aſſumptionem immediatam tõtius cum mediata tantùm aſſumptione corporis & animæ; ſtante autem immediata aſſumptione totius à Verbo, & immediata etiam aſſumptione partium ſubſtantialium humanitatis, nequit aſſeri realis diſtinctio totius à partibus ſubſtantialiter vnitis, vèl compoſitis inter ſe.

Explicatur acies argumẽtationis Scoti pro immediata aſſumptione corporis Chriſti à Verbo

Ratio autem Scoti eò it; quòd ſi corpus Chriſti tantùm mediatè aſſumptum fuiſſet à Verbo, ſcilicet mediante anima ſolùm immediatè aſſumpta; ſequeretur quòd corpus, (quod etiam apud Scotum in præmiſſo textu eſt capax propriæ & immediatæ ſuppoſitalitatis) poſſet immediatè aſſumi ab alia perſona Trinitatis, verbi gratia ab hypoſtaſi Patris; cùm tamen implicet apud Scotum, quòd eadem natura creata queat immediatè aſſumi à pluribus perſonalitatibus diuinis; ſiquidẽ mediata aſſumptio corporis, & intercedente ſola vnione immediata animæ, non tollit immediatam aſſumptionem corporis ab alia perſona Trinitatis.

Procedit ratio Scoti cõtra partes humanitatis tantùm mediatè ſubſiſtentes in toto

Atqui præcedens probatio ita vrgenter procedit contra mediatam aſſumptionem partium humanitatis, ſi humanitas ſit realiter diſtincta à corpore, & anima rationali vnitis per ſubſtantialem informationem; itaut corpus, & anima aſſumantur ſolùm mediatè, & intercedente entitate totius tantùm immediatè aſſumpta, & realiter diſtincta à partibus ſubſtantialiter vnitis; qua vnione ſolùm mediata exiſtente corporis Chriſti ad Verbum, poſſet dari vnio immediata eiuſdem corporis ad hypoſtaſim Patris.

Alia ratio Scotus ☞

8 Quod præterea ſatis luculenter apparet ex altera Scoti probatione eiuſdem textus: *Tunc in morte fuiſſet noua aſſumptio, quia tunc corpus fuit immediatè vnitum Verbo, & non per animam.* Quia ideo ſi corpus Chriſti eſſet tantùm mediatè aſſumptum à Verbo per animã, daretur in triduo mortis noua aſſumptio; quia in triduo corpus fuit immediatè aſſumptum, & in ſtatu vnionis corporis ad animã fuiſſet ſola aſſumptio mediata.

Optima illatio ex Scoto pro ſubſiſtentijs partialibus.

Ergo ſi corpus & anima Chriſti ſolùm mediatè aſſumantur à Verbo, mediante entitate totius realiter diſtincta à partibus ſubſtantialiter vnitis; daretur nouus aſſumptus in triduo. Et fieret præterea, vt tales partes ſubſtantialiter vnitæ quatenus realiter diſtinctæ à toto, eſſent aſſumptibiles immediata aſſumptione ab alia perſona Trinitatis; ſiquidem ſola entitas totius realiter diſtincta à partibus vnitis eſſet immediatè vnita, & partes ſolũ mediatè aſſumerentur à Verbo.

Subſcribũt Hugo Cauellus

Quòd autem iſtæ probationes ſint de propria mente, & aſſertione Scoti, vidè apud Hugonem Cauellum in Scholio ad §. *Quantùm ad primum articulum*, ſub numer. margin. 2. quam etiam ſententiam de corpore & anima Chriſti immediatè aſſumptis extra triduum mortis, & in tempore vitæ Chriſti, ſeu vnionis corporis & animæ inter ſe, tanquam pronuntiatum expreſſum Scoti recipit Lychetus in 3. ſen. in citata diſt. 2. q. 2. §. *Præterea, tunc in morte*, vbi inquit Lychetus.

Lychetus

9 *Hìc ſupponit Doctor, quòd in morte Chriſti ipſum Verbum fuit perfectè vnitum corpori, & animæ, ita quòd in illo triduo corpus perfectè ſuſtentabatur in Verbo; & ſimiliter anima, & nõ fuit noua aſſumptio, nec noua ſuſtentatio; nam eadem vnione, qua vniuit ſibi totam naturam humanam, vniuit etiam ſibi animam, & corpus, & per conſequẽs corrupta tertia entitate, vnio ad partes remanet.*

Expreſsè admittit immediatam aſſumptionẽ partium humanitatis à Verbo.

Sed in hoc dubitatur; quia vnio totius naturæ immediatè fundabatur in natura humana, & non in corpore, nec in anima, patet infra; ergo deſtructo fundamento, deſtruitur talis vnio, qua totum, & partes dicuntur vniri, & perconſequens erit noua vnio ad partes.

Dubium Lycheti.

Dico, non aſſerendo, quòd loquendo de totali vnione, quæ fundatur in natura humana, deſtructa ipſa natura deſtruitur & ipſa. Sed in illa totali vnione multa partiales continentur, puta, vnio ad corpus, & ad animã; & iſtæ non deſtruitur deſtructa totali.

Reſpondet obiectioni

In quæ Lycheti pronuntiata reſtat admonere circa illa verba prædicti interpretis: *Dico, non aſſerendo*: quòd inconſequenter firmam deneget aſſertionem Lychetus ei pronuntiato ſuſtinẽti, quòd deſtructo toto humanitatis, non ſunt deſtructæ immediatæ vniones corporis & animæ rationalis ad Verbũ, quæ extiterunt in vita Chriſti, & cõpoſitione corporis & animæ.

Iudiciũ & cẽſio authoris de inconſequentia nutationis Lycheti.

Quia ſi apud Scotum (vt fatetur Lychetus) eſt quid firmum, & inconcuſſum, quòd non admiſerit nouam aſſumptionem corporis, & animæ rationalis in triduo, quando deſtructum fuit totum humanitatis; reliquum eſt, vt euidens ſit ex Scoto, quòd ſicut partes humanitatis in triduo aſſeruntur aſſumptæ non mediante toto realiter à partibus diſtincto, ſed immediatè, & proximè, ita etiam in decurſu annorum vitæ Chriſti, corpus & anima immediatè terminẽtur à Verbo: aliàs in triduo fuiſſet noua aſſumptio immediata partium humanitatis à Verbo, quam nouam aſſumptionem admittit Vazquez, & eam conſtanter reijcit Scotus, vt etiam apparet ex locis Scoti à nobis tranſcriptis in præcedenti Proluſione de diſtinctione totius à partibus, à num. margin. 19. vſque ad 25.

Aperitur incõſequẽtia doctrinę in Lycheto, ſuppoſitis principijs Scoti.

Vazquius.

10 Eamdem quòque philoſophandi rationem de ſubſiſtentijs partialium ſubſtantiarum ſequutus apparet ea, qua ſolet iudicij pernicitate Aureolus, adſtruens in partibus ſubſtantialibus corporis & animæ rationalis proprias, & immediatas hypoſtaſes, itaut ex vnione partium conſtet hypoſtaſis totius; quod pronuntiatum à ſe defendi aſſeuerat, eò quòd nullam in homine tertiam realitatem agnoſcat diſtinctam à partibus ſubſtantialiter vnitis, ſeu cõpoſitis per vnionem informationis: ita igitur Aureolus in 3. ſen. diſtinct. 2. art. 3. § *Alia eſt opinio*, fol. 378. Romanæ editionis.

Aureolus aſſtruit ſubſiſtentias partiales.

Car. Aureo.

Ideo alij dicunt, quòd vnio animæ ad corpus eſt ſubiectum huius habitudinis, vel fundamentum. Contra; vnio non fuit in triduo, & tamen fuit habitudo: item relatio non eſt fundamentum relationis.

Quæ ſicũ de fundamento vnionis hypoſtaticę

Teneo, quòd vtrumque, ſcilicet anima, & corpus eſt fundamentum, & accidit vnio; ita quòd ſiue vnita, ſiue ſeparata ſint, poſſunt fundare habitudinem, ſicut in triduo.

Mẽs Aureoli in hac re.

11 *Probatur hoc; quia illud, cui competit eſſe ſuppoſitum, per eamdem rationem competit ſibi eſſe fundamentum primò; ſed corpori & animæ per rationes proprias conuenit eſſe ſuppoſitale: ergo. Et poſito quòd anima nõ ſit vnita corpori; adhuc manet vnio ex anima & corpore, nec ineſt vni per alterum.*

Corpori, & animæ ex proprijs rationibus cõgruit eſſe ſuppoſitale

12 *Item, niſi anima, & corpus eſſent per ſe immediatum fundamentum, tunc ſequeretur, quòd tollendo fundamentum illius vnionis, tolleretur vnio; ſed tollendo vnionem corporis, & animæ inter ſe, adhuc remanet alia vnio corporis & animæ ad ſuppoſitum: nec vnum eſt ratio fundandi alteri, & animæ ad ſuppoſitum.*

Probatio aſſerti

13 *Et hoc cogor dicere, quia non pono tertiam rem; & ſi ſeparentur, adhuc ſtaret vnio. Dico ergo, quòd ſi compoſitum hominis diceret tertiam rem reſultantem; ſequeretur, quòd res illa eſſet fundamentum: ſed hoc non eſt, vt patet.*

Alia probatio; quia totũ nõ diſtinguitur realiter à partibus

Ideo autem (vt ſuſpicor) pronuntiauit Aureolus, quòd corpus, & anima rationalis ſunt fundamenta vnionis hypoſtaticæ, & quòd vnio corporis & animæ ſe habuerit accidentaliter ad aſſumptionem

Cur aſſerat Aureolus quòd vnio corporis, & animę ſe habuerit per accidens ad vnionem hypoſtaticã?

nem immediatam corporis, & animæ rationalis à Verbo; non quia Verbum non coassumpserit vnionem substantialem corporis & animæ, per quam humanitas constituitur in ratione humanitatis, siue totius constantis ex partibus compositis per vnionem substantialem informationis, cuius meminit expressè Aureolus à nobis transcriptus in præcedenti Prolusione de distinctione totius à partibus, sub n. mar. 43.

Vnio corporis & animæ nō est assumpta vt Quod à Verbo.

Quare ideo docuit Aureolus, corpus & animam esse substrata vnionis hypostaticæ, & vnionem substantialem partium inter se, accidentaliter se habere ad vnionem hypostaticam; quia partes humanitatis assumantur, vt Quod tanquam extrema, quæ valeant subsistere cum vnione ad Verbum, estò quòd separentur inter se partes humanitatis, vt in triduo.

Est tamen coassumpta vt Quo.

Repugnat verò vnioni informatiuæ vt assumatur vt Quod; quia ob rationem modi vnitiui contradicit illi existentia separata ab extremis vnibilibus; non tamen obstat ei coassumptio, vel assumptio vt Quo, & tanquam ratio intrinseca humanitatis, vel totius cōpositi ex partibus, vt infra presse ostendā in solutione obiectionum contrà nostram sententiam.

Alia probatio pro subsistentijs partium essentialium.

14 Verùm altera ratio pro subsistentijs partium totius essentialis ea est; quòd cùm vnio hypostatica sit alterius ordinis ab vnione informatiua, non obstat vnioni informationis, vi cuius sunt partes in toto, quòd partes sint in se, & per se in ratione suppositi cū positiua repugnantia ad assumptionem ab alio supposito.

Vrgetur ratio ex subsistētia pendēte à natura tanquam à substrato sustentante

Quòd apparet in ipso actu subsistentiæ, qui apud nos est realitas distincta à propria natura, quam constituit in ratione essendi in se, & per se; cùm tamen ipsimet subsistentiæ (quæ constituit naturam in esse personali, & hypostatico) non obstet quòd recipiatur in natura, ex cuius potentialitate extrahitur tanquam ex substrato eductionis: igitur nec formæ substantiali etiam materiali repugnabit subsistentia propria cum positiua & immediata repugnantia ad dependendum ab alio supposito, eò quòd forma materialis recipiatur in materia per informationē, & educatur ex potētia materiæ.

Si enim ipsimet subsistentiæ non contradicit dependentia à comparte compositionis intrinsecæ, siquidem ipsa hypostasis est compars, quæ simul cum natura cointegrat suppositum, quod de formali exprimit subsistentiam, & de materiali naturam, quam contrahit ad rationē existendi incommunicabiliter; igitur nec cuilibet comparti substantiali obstat ratio suppositi ob dependentiā ab alia comparte per vnionem informatiuam.

Dependētia à substrato nō obstat in dependentiæ in ratione suppositi.

Vnio informatiua est alterius rationis ab vnione hypostatica.

15 Cæterùm, quòd præmissum pronuntiatum de subsistentijs partium totius essentialis non repugnet Scoto, ostenditur ex Lycheto loco citato ex 3. sententiar. distinct. 2. quæst. 2. §. *Præterea tertio*, vbi ideo agit de Scoti mente, quòd si corpus assumeretur ab vna persona Trinitatis, verbi gratia, à Patre & anima rationalis à persona Verbi, adhuc non repugnaret vnio informationis inter corpus, & animam rationalē, eòquòd vnio informatiua sit alterius rationis ab vnione hypostatica, nec vnio, & dependentia informationis opponatur independentiæ suppositi partialis in ratione suppositi. Commentarium ergo Lycheti accipe contra aliquos Scotizā tes, qui omnino improbāt subsistentias partiales; etiam admittentes quòd conceptus subsistentiæ non in negatiuo, sed in positiuo consistat.

Lychetus

Dependētia compartis à cōparte non opponitur independentiæ in ratione suppositi

Nota in ista litera, quòd nullum est inconueniens quantùm ad hoc, nec impossibile, quòd Pater assumat corpus tantùm organicum, & Filius tantùm animam intellectiuam; sed quòd istis assumptis ipsa vniantur adinuicem, stante assumptione eorum, videtur difficile, quia anima vnita corpori actu dependet ad illud, & quòd etiam dependeat ad Filium dependentia eiusdem rationis, quia scilicet sustentatur in Filio, & in corpore proprio, cuius contrarium dictum est supra.

Vnio informationis nō repugnat hypostasi ex Lycheto.

16 *Dico; quòd Doctor hic non intelligit, quòd stante assumptione animæ ad Filium vniatur corpori, eo modo, quo sustentatur in Filio, quia vnitur corpori per informationem, & sic ista vniones sunt alterius rationis; nec est impossibile quòd ex illis partibus vnitis, quamuis assumptis à Patre & Filio constituatur homo singularis & vnus.*

Non ergo apud Lichetum ex Scoto

re-

repugnat communicabilitati partium inter ſe, & prout componuntur per vnionem informatiuam, quæ eſt alterius ſeriei & ordinis à communicatione hypoſtatica, quòd partes ſint poſitiuè incommunicabiles, & independentes in ratione ſuppoſiti; pro quo aſſerto vide in Controuerſia 1. artic. 3. in Appendice de ſubſiſtentia creata, Membro 3. an communicabilitas ad compartem repugnet hypoſtaſi?

Suadentur hypoſtaſes partiales.

De ſubſiſtentijs partium totius integralis; & de compoſitione ſubſiſtentiæ totalis ex hypoſtaſibus partialibus.

17 NVnc reſtat exaranda ratio, cur etiam in partibus totius integralis ſint aſſignandæ partiales hypoſtaſes; ſi ſuſtineatur probabilior ſententia, quòd ſubſiſtentia conſiſtat in poſitiuo, & non in mera negatione actualis, & aptitudinalis communicationis, & dependentiæ ab alio. Quia dato quòd ſubſiſtentia in mera negatione conſiſtat, licet videatur poſſe aſſignari aliquod determinatum ſubſtratum poſitiuum illius negationis communicationis huius entis ad aliud ens; vel indicari fundamentum negationis dependentiæ huius entis ab alio, in qua negatione conſiſtit ratio hypoſtaſis creatæ, iuxta eã ſententiam, quã vt probabilem admittit Scotus.

Quæſitũ de hypoſtaſibus partium totius integralis, ſolũ procedit dato quòd ſubſiſtentia cõſiſtat in poſitiuo.

Determinatum enim ſubſtratum, vel fundamentum talis negationis communicationis ad aliud, dici poſſet, quòd in toto ſubſtantiali integrali ſit indiuiſibile terminatiuum entitatiuæ extenſionis ſubſtantiæ; quatenus repugnat, quòd tali indiuiſibili terminatiuo ſuperſtite, & non accedente nouo indiuiſibili continuatiuo huius ſubſtantiæ cum alia, tollatur negatio communicationis ad aliud totum, in qua negatione communicationis conſiſtat ratio hypoſtaſis creatæ in probabili placito Scoti. Sed ſi hypoſtaſis adſtruatur poſitiua, in intelligione apparet, quod talis ſuppoſitalitas in toto integrali non ſit compoſita, conſtans ex partibus; atque adeo & concedenda non ſint partialia ſuppoſita.

Ratio faués hypoſtaſi cõſiſtéti in negatiuo.

18 Verùm hæc doctrina de indiuiſibili terminatiuo, quod ſit determinatum ſubſtratum negationis communicationis ad aliud totum, vel ſuppoſitũ, licet admitti poſſit in indiuiſibili omnino inextenſo ſecundùm trinam dimenſionem, vt in puncto ſubſtantiali; ad huc tamen non procedit prædicta doctrina de indiuiſibili ſubſtrato, ſeu fundamento negationis communicationis, in linea ſubſtantiali inquantum eſt vltimum terminatiuum extenſionis ſuperficiei ſubſtantialis, & in ſuperficie ſubſtantiali inquantum eſt vltimum terminatiuum profunditatis corporis ſubſtantialis.

Refellitur determinatũ ſubſtratũ negationis communicationis ad aliud ſuppoſitum.

Quia cùm linea ſubſtantialis conſtet ex partibus ſecundùm longitudinem, & ſuperficies ſubſtantialis cointegretur, ex partibus ſecundùm latitudinem ſubſtantialem, non valent eſſe fundamentum negationis communicationis ad compartem; ſiquidem partes lineæ, & ſuperficiei ſubſtantialis cõponuntur ad alias compartes ſubſtantiales.

Premitur ratio in linea ſubſtantiali terminãte ſuperficiem ſubſtãtialem.

Quare ſubſtratum poſitiuum, quod inferret illam negationem communicationis ad compartem, admitti poſſet in ſolo puncto indiuiſibili ſecundùm trinam extenſionem ſubſtantialem; pro cuius pronunciati probabilitate vide quæ expendimus in citata Appendice de ſubſiſtentia creata, Membro 2. de cauſalitate hypoſtaſis poſitiuæ, à num. marg. 3. vſque ad 6. & de indiuiſibili terminatiuo de ſenſu Scoti, perlege ea, quæ diſcutimus in Prolutione 7. de relatione vnionis hypoſtaticæ, an ſit de genere accidentis? à numer. margin. 62. vſque ad 70.

Iudiciũ de præcedenti aſſerto

19 Tum deinde oppugno indiuiſibilitatem ſubſiſtentiæ in toto integrali; quia ſubſiſtentia totius integralis, ſi eſſet omnino indiuiſibilis ſicut punctum & ſicut apud plurés ex Thomiſtis, animæ perfectorum animalium ſunt indiuiſibiles; eo inquam dato, adhuc exercita cauſalitas illius ſubſiſtentiæ circa naturam extenſam, eſſet entitatiuè diuiſibilis, & extenſa.

Oppugnatur indiuiſibilitas ſubſiſtentiæ in toto integrali.

Sicut anima perfecti animalis, licet ſit indiuiſibilis, ſubit tamen exercitam

in-

parti naturæ totius ſolum eſſe per ſe negatiuè, prout opponitur exiſtentiæ in alio vt in ſubſtrato inhæſionis; quia hanc negatiuam perfectam infert & exprimit quælibet exiſtentia ſubſtantialis à ratione, & quidditate ſua. Nec infert etiam pars illa ſubſiſtentiæ negationem exiſtendi in toto; cùm pars totius integralis ſit actu compoſita alteri parti. Ergo exprimit repugnantiam eſſendi in alio vt in vltimo termino ſuppoſitāte exiſtē etiam illam, itaut ſuperſtite illa partiali ſubſiſtentia, implicet quòd pars exiſtentiæ totius integralis aſſumi queat ab alio ſuppoſito.

Occupatur fuga contra partiales ſubſiſtentias

Quare hic effectus ſubſiſtentiæ partialis, qui poſitus eſt in repugnantia poſitiua ad immediatam vnionem eiuſdem exiſtentiæ partialis cum alia ſubſiſtentia explicatur per vltimam terminationem naturæ, ob quam conſtituitur inaſſumptibilis ab alio ſuppoſito; vt oſtendimus in citata Appendice de ſubſiſtentia creata, Membro 3. à num. margin. 20. vſque ad 22.

Quis ſit effectus formalis ſubſiſtentiæ partialis?

Ex dictis de ſubſiſtentijs partium totius integralis, & eſſentialis, aptè & conſequenter depromimus quid ſentiendum ſit de ſubſiſtentia totius eſſentialis, & integralis. Quare aſſerimus, quòd ſicut totum nō ſecernitur realiter ab omnibus ſuis partibus ſubſtantialiter compoſitis inter ſe per vnionem informatiuam; ita ſubſiſtentia totius eſſentialis, & integralis nil aliud eſt quàm ſubſiſtentiæ partium ſubſtantialiter vnitæ, vel vnio & compoſitio ſubſiſtentiarum partialium in aliquod vnum, vel totum.

Cōſectarium de compoſitione ſubſiſtentiæ ex ſubſiſtentijs partialibus.

Corollarium de compoſitione vnionis hypoſtaticæ ex vnionibus hypoſtaticis corporis, & animæ Chriſti ad Verbum.

De cōpoſitione vnionis hypoſtaticæ ex vnionibus hypoſtaticis partialibus.

24 VNde in ſpeciali loquendo de myſterio Incarnationis, & aſſumptionis humanitatis Chriſti à Verbo, conſequenter pronuntiamus, quòd ſicut humanitas Chriſti non diſtinguitur realiter à corpore & anima rationali ſubſtantialiter compoſitis inter ſe; ita aſſumptio humanitatis à Verbo nil aliud eſt quàm coniunctio vnionis hypoſtaticæ corporis Chriſti ad Verbum cum vnione hypoſtatica animæ rationalis ad Verbum. Quæ compoſitio exercita duarum vnionum hypoſtaticarum corporis, & animæ rationalis fuit etiam coaſſumptio hypoſtatica vnionis ſubſtantialis componentis corpus cum anima rationali; per quem ſubſtantialem nexum conſtituitur humanitas in ratione humanitatis, cùm humanitas non ſit quid realiter diſtinctum à corpore, & anima ſubſtantialiter vnitis.

Vnio hypoſtatica conſtans ex vnionibus partialibus non eſt ens per accidēs

Quare ſicut ex corpore, anima rationali, & vnione ſubſtantiali non cointegratur ens per accidens, ſeu aceruus entitatum, ſed vnum ens per ſe vnitate compoſitionis, ita ex vnione hypoſtatica corporis Chriſti, & ex vnione hypoſtatica animæ rationalis ad Verbum, & ex vnione iſtarum duarum vnionum hypoſtaticarum inter ſe, (quæ reſpondet compoſitioni ſubſtantiali animæ rationalis cum corpore, & eſt coaſſumptio vnionis corporis cum anima rationali,) non cointegratur aceruus formarū modalium, aut vnum ens per accidens, ſed vnū ens per ſe in ratione complexæ perſonationis, vt infra magis aperiemus agentes contra Vazquium.

Oppoſitio; quòd vnio corporis & animæ Chriſti nequeat aſſumi à Verbo.

25 Sed contra præmiſſam doctrinam de vnione ſubſtantiali corporis cum anima rationali, quæ vnio coaſſumpta ſit à Verbo, ea inſtat oppoſitio: quòd vnio corporis, & animæ rationalis non ſit ea ſubſtantia, quæ aſſumi queat hypoſtaticè à Verbo. Quia res illa, quæ nequit etiam de abſoluta Dei potentia eſſe in ſe, & per ſe, nō valet eſſe in extraneo ſuppoſito aſſumente; cùm vnio hypoſtatica ſufficiatur loco & vice propriæ hypoſtaſis.

Inſtatur, quia vnio ſit modus, cui repugnat eſſe per ſe.

Atqui vnio corporis & animæ nequit eſſe per ſe ſubſiſtens, etiam de abſoluta Dei potentia, cùm vnio corporis cū anima rationali non ſit forma entitatiua, ſed modalis identificata cum exercita compoſitione ſui ad extrema vnibilia; igitur vnio nec diuinitus valet eſſe per ſe, & in ſe, ſed in extremis vnibilibus ac proinde nequit aſſumi ab extraneo ſuppoſito.

Satisfactio ad obiectionẽ; vnio nõ assumitur vt Quod, sed coassumitur vt Quo

26 Respondetur; quòd tantùm obtinet oppositio, quòd vnio nequeat per se existere, & assumi vt Quod; & sicut materia, & quælibet forma materialis valent de absoluta Dei potentia subsistere in statu separationis, vel destructa vnione informatiua. Non tamen probat oppositio, quòd vnio substantialis compositiua materiæ & formæ nequeat assumi vt Quo, vel tanquam ratio vnius, vel totius substantialis; quæ assumptio vnionis appellatur propriè coassũptio vnionis realiter identificatæ cũ exercita cõpositione sui ad coextrema vnibilia assumpta à Verbo.

Suffulcitur doctrina præcedens in creatione bruti; vbi vnio corporis & animæ cõcreatur vt Quo.

Quæ doctrina elucidatur adhibito exemplo creationis bruti; nec enim negabile est, quòd Deus possit efficere Leonem per actionem creatiuam, quæ immediatè producat ex nihilo totam Leonis substantiam. In qua hypothesi, licet vnio materiæ & formæ Leonis nequeat creari vt Quod, cùm vnio nequeat existere per se, & sine exercita compositione vnionis ad extrema vnibilia, id enim implicat etiam de absoluta Dei potentia; valet tamen vnio concreari, vt composita extremis vnibilibus immediatè creatis à Deo. Acproinde in Leone creato ex nihilo, actio illa creatiua, vt comparata ad vnionem materiæ & formæ, appellari debet creatio entis vt Quo; quatenus vnio substantialis sit via intrinseca ad constituendum vnũ vnitate compositionis, vel ratio compositiua partium ad constitutionem talis totius producti ex nihilo.

Applicatio doctrinæ præcedẽtis ad coassumptionem vnionis à Verbo

27 Sicut ergo vnio compositiua partium totius essentialis, licet nequeat creari vt Quod, vel tanquam ens per se exiitens, aut separabile ab aliis partibus productis per creationem; potest tamen creari vt Quo, vel concreari tanquam ratio intrinseca entis, quod vnum est vnitate compositionis, & totum per creationem immediatè productum, itaut actio creatiua, quatenus relata ad vnionem substantialem partium censeri debeat concreatio huiusmodi vnionis.

Ita repugnat modali formæ creatio vt Quod sicut, & assumptio hypostatica vt Quod.

Haud secus vnio informationis, quæ componit in actu exercito corpus, & animam rationalem ad constitutionem humanitatis, licet non valeat existere per se sine extremis vnibilibus, acproinde nec assumi vt Quod, tanquam terminus, in quo præcisè accepto sistere queat assumptio, sicut nec creatio (quæ etiam spectat terminum per se existentem) valet tamen coassumi vnio componens corpus, & animam in actu secundo, & exercito, vel valet assumi vt Quo, tanquam ratio, & via intrinseca ad constitutionem totius existentis vt Quod; illa enim implicatio, quæ petitur à ratione formæ modalis identificatæ cum exercita compositione sui ad subsstratũ, ob quam identitatem repugnat formæ modali esse per se, æqualiter militat, & diluitur in assumptione hypostatica, & in creatione.

Non tamen obstat concreatio vt Quo, nec assumptio vt Quo.

Oppositio cõtra nostrã sententiam

28 Obijcies secundò contra compositionem subsistentiæ ex hypostasibus partialibus; ex Scoto in 3. sent. distin. 2. q. 2. §. *Ideo quantum ad istum articulum*, sub numer. margin. 5. vbi ita habet Scotus.

Scotus

Ad propositum potest dici, quòd in ista passiua assumptione naturæ humanæ ad Verbum, nullum fuit medium Quod, inter Verbum, & ipsam naturam, sed tota natura fuit sic immediatè assumpta; quod probatur sic.

Videtur quòd solum totum fit immediatè assumptum à Verbo.

Quod est in se primò personabile, si sibi dimitteretur, hoc in alio primo personatur quando assumitur, quia personalitas diuina supplet personalitatem propriam; tota natura est primò, & immediatè hoc modo personabilis in se, si sibi dimittatur, & non pars, vel partes: igitur, &c.

29 *Probatio maioris; quia in eodem instanti naturæ, in quo in se personaretur, si sibi dimitteretur, personatur in alio, vel ab alio; quia nec ante illud instans est natum assumi, quia non prius fuit natura singularis, nec post illud instans assumitur: quia tunc esset persona in se.*

Instat vltra

Minor probatur; quia in eodem instanti naturæ, in quo materia præcedit totum, vel forma, neutrum natum est esse persona: sed tunc primò, quando ex istis vnitis est tota natura, tunc ipsa tota est persona in se, si non impediatur ab assumente.

Satisfactio ad oppositionem ex Scoto.

30 Sed hæc oppositio ex Scoto non obest; quia Scotus procedit in sententia autumante, quòd hypostasis non consistat in positiuo, sed in mera negatione actualis, & aptitudinalis dependentiæ, & communicationis ad aliud totum, vel

sup-

[illegible] [illegible] [illegible] [

vnionis hypoſtaticæ corporis cum vnione hypoſtatica animæ; ita igitur arguit Vazquez 3. part. tom. de Incarnatione, diſp. 39. c. 2. n. mar. 9. & 10 cuius argumenta infringenda ſunt pro coronide, & complemento doctrinæ præcedentis.

1. ratio Vazquez petita ex ratione modi in vnione hypoſtatica

Prima autem ratio Vazquez eò tendit, quòd fictitia appareat illa vnio aut compoſitio vnionũ hypoſtaticarũ corporis, & animæ rationalis, vt reſultet perſonatio, aut cõpleta perſonalitas humanitatis aſſumptæ à Verbo. Quia vnio, cũ ſit modus, vnitur ſe ipſa, nec eget alia vnione; vt apparet in cæteris alijs vnionibus, quæ non ſunt formæ entitatiuæ, ſed modales.

Inſtatur; quia vnio corporis cũ Verbo non egeat alia vnione vt vniatur Verbo in anima

Deinde, quòd cũ vnio hypoſtatica corporis cũ Verbo ſit vnio cũ Deo, & etiã vnio hypoſtatica animæ rationalis nil aliud ſit quàm vnio cũ Deo; ſequeretur quòd ſi vniones hypoſtaticæ corporis & animæ rationalis egerent alio nexu huiuſmodi vnionũ hypoſtaticarũ inter ſe, qui nexus cointegraret completam aſſumptionem humanitatis à Verbo: fieret, vt corpus vnitum Deo expoſceret aliam vnionem vt vniretur Deo, quod videtur chymæricum.

Satisfactio ad primum argumentum Vazquez.

37 Reſpondetur; quòd vnio hypoſtatica corporis cũ Verbo (inquantũ talis vnio eſt modus identificatus cũ exercita coniũctione ſui ad extrema vnibilia, ſcilicet corpus Chriſti, & Verbũ) nõ eſt talis vnio modus identificatus cũ actuali & exercita compoſitione ſui ad vnionem hypoſtaticam animæ rationalis cum Verbo; ſiquidem in triduo mortis Chriſti extitit ſuperſtes vnio hypoſtatica corporis non coniũcta vnioni hypoſtaticæ animæ rationalis.

Vnio hypoſtatica corporis nõ eſt modus reſpectu vnionis hypoſtaticæ animæ.

Quare licet vnio hypoſtatica corporis nõ egeat alio modo vnitiuo realiter diſtincto, vt cõiungatur corpori; requirit tamen aliã vnionẽ realiter diſtinctã vt vnio hypoſtatica corporis vniatur cũ vnione hypoſtatica animæ. Quatenus vnio hypoſtatica corporis nõ ſit modus reſpectu vnionis hypoſtaticæ animæ, realiter identificatus cũ exercita compoſitione ad vnionem hypoſtaticã animæ, eſtoquòd vnio corporis ad Verbũ ſit modus realiter identificatus cũ intima & exercita coniunctione ſui ad corpus, & ad Verbum aſſumens, quæ ſunt extrema vnibilia, quæ coniunguntur per vnionem hypoſtaticam corporis cum Verbo aſſumente.

Modus ſub qualibet cõparatione ſui ad aliud non eſt modus identificatus cum cõpoſitione exercita.

38 Nec enim requiritur quòd modus ſub qualibet cõparatione illius ad aliud ſit modus; ſeu forma identificata cũ exercita cõpoſitione ſui ad aliud: ſiquidem vbicatio, quæ vt cõparatur ad corpus vbicatũ, eſt modus identificatus cũ actuali cõpoſitione ſui ad corpus, vt ad cauſam materialem intrinſecã, ſed non eſt modus vt comparatur ad principiũ efficiens; itaut vbicatio immediatè, & per ſuam eſſentiam effluat à principio efficiente, nulla alia forma realiter diſtincta mediante, ſiquidem vbicatio producitur medio motu locali, qui realiter diſtinguitur ab vbicatione.

Suffulcitur Scoti authoritate doctrinæ præcedens.

Quòd autem modus non exigat, quòd identificetur cum qualibet comparatione ad aliud extra rem reſpectu cuius dicitur modus; eſt aperta ſententia Scoti in Quodlib. 3. vbi agit de exercita modificatione relationis identificata cum ipſa relatione, §. *Et ex hoc nõ eſt cõtradictio*, ſub num. marg. 16. vbi ita habet Scotus.

Scotus,

39 *Nec tamen dico, quòd relatio ad quodcũq; comparetur, ſeipſa cõparatur; quia poteſt comparari relatione rationis, quæ nõ eſt ipſa. Sed etiã fortè poteſt cõparari relatione, quæ non eſt ipſamet, ſed quæ eſt realiter alia à ſe; ſicut proportionabilitas fundatur in proportione. Sed hoc dico, quòd relatio ſe ipſa, & non alia comparatione, cõparatur; ſi tamen comparetur ad quodcunq; ſine quo eſt contradictio ipſam eſſe.* Pro quo pronuntiato vide ea, quæ expendimus in Controu. 2. de Vnitate Dei, in Append. de diſtinctione, artic. 5. de diſtinctione modali, ſub n. marg. 10.

NOTA.

Diſſutio oppoſitionis Vazquij.

40 Vnde ad illam replicam Vazquez, quòd vnio hypoſtatica corporis non eget alia vnione vt cõponatur cũ vnione hypoſtatica animæ rationalis; ſiquidem vnio corporis cũ Deo non eget alia vnione vt vniatur Deo.

Dicimus, quòd vnio hypoſtatica corporis cũ Verbo non exigit aliam vnionem vt vniatur Deo per aſſumptionem partialẽ, quæ congruit corpori vi vnionis hypoſtaticæ corporis ad Verbum, quæ vnio reſpondet ſuppoſito partiali; ſed eget alia vnione vt cõponatur cum vnione hypoſtatica animæ rationalis ad conſtituendã in eadẽ aſſumptionem to-

tius humanitatis, vel perſonationem completam eius, vt patet ex dictis.

Oppoſitio 1. quòd vnio hypoſtatica eſſet ens per accidẽs

41 Secũdò inſtatur ex Vazquez loco citato; quòd ſi perſonatio humanitatis coaleſceret ex vnione hypoſtatica corporis, & ex vnione hypoſtatica animæ rationalis, inſuper & ex vnione earũdẽ vnionũ hypoſtaticarũ inter ſe: ſequeretur, quòd vnio hypoſtatica humanitatis cum Verbo eſſet cumulus aut aceruus vnionum, acproinde & merum ens per accidens.

Hãc obiectionẽ petiit Vazquius ab Aureolo.

Reſpõdetur; quòd prædicta oppoſitio videtur petita ab Aureolo in 3. ſen. diſt. 2. ar. 2 vtrũ totum diſtinguatur à partibus? §. *Itẽ ſi reſultat res tertia.* fo. 377. Romanæ editionis; vbi ita Aureolus oppugnat diſtinctionem totius à partibus vnitis per vnionem informationis.

Car. Aure.

Si reſultat res tertia, illa res fuit aſſũpta à Verbo; ergo aut alia vnione, & ſic ſunt ibi tres vniones. Si nõ alia vnione ſed vnita vnione, impoſſibile eſt; quia cũ remãſiſſet in triduo vnio ad animã, & corpus, ita remãſiſſet reſpectu illius tertiæ, quod eſt falſum; quia tũc in triduo Chriſtus fuiſſet homo, quod nõ tenetur. Non eſt ergo ibi aliud, niſi partes cũ vnione accidentali.

Satisfactio ad oppoſitionẽ Vazquij petitã ex Aureolo.

42 Dicimus ergo ad oppoſitionẽ Vazquij ex Aureolo; quòd ſicut ex materia forma, & vnione informationis, non reſultat vnũ aggregatione, ſed vnũ per ſe vnitate cõpoſitionis; eoquòd iſta entia importent intrinſecũ ordinem inter ſe ad conſtituendũ vnũ non vnitate ſimplicitatis, ſed vnitate compoſitionis; ita ex vnione hypoſtatica corporis, ex vnione hypoſtatica animæ, & ex nexu ſubſtantiali hypoſtaticarũ vnionũ inter ſe reſultat vnũ propter intrinſecũ ordinem & connexionem iſtarũ vnionum ad conſtituendũ vnum. Sicut enim in materia, forma, & vnione informationis iſtarum partiũ datur intrinſeca connexio ad conſtituendũ vnũ; ita etiam conſequenter admittenda eſt talis connexio in prædictis vnionibus hypoſtaticis partialibus, quæ ſequũtur in completionẽ ſuorũ ſubſtratorũ: acproinde illæ vniones etiã important habitudinẽ & connexionem intrinſecam ad conſtituendum vnum quid completum in ratione aſſumptionis totius humanitatis.

Cur vnio hypoſtatica nõ ſit aceruus entitatum?

43 Si autem humanitas eſſet tertia res diſtincta realiter à partibus ſubſtantialiter vnitis (contra quam merito pugnat Aureolus, & conſequenter contra Vazquium admittentem effectũ quemdam vitificationis realiter additum adiunctum ve partibus ſubſtantialiter vnitis; quam tertiam rem ex Scoto refutauimus in Proluſ. 8. de diſtinctione totius à partibus) tũc ſequeretur aceruus vel aggregatum illud vnionũ, quod ſubtiliter taxat Aureolus.

Si humanitas Chriſti eſſet entitas realiter diſtincta à partibus vnitis ſubſtãtialiter, vnio hypoſtatica nõ eſſet vnum ens per ſe.

Quia illa tertia entitas humanitatis aſſumpta à Verbo, & realiter diſtincta à partibus ſubſtantialiter vnitis inter ſe, non eſſet componibilis cũ partibus per alteram vel ſecundã compoſitionẽ; daretur enim ille proceſſus in infinitum, quem ex Scoto & Aureolo oſtendimus in citata Proluſ. 8. de diſtinctione totius à partibus, à n. mar. 27. vſq; ad 31. Quare ſicut illa entitas tertia totius non conſtitueret vnũ ens per ſe vnitate compoſitionis cũ partibus vnitis vnione informationis, ſed partes taliter vnitæ & illa tertia entitas totius eſſent vnũ ens per accidens vt aggregatũ, vel aceruus; ita & aſſumptio vel vnio hypoſtatica afficiens illã tertiam entitatẽ, non ordinaretur ad conſtituendũ vnum vnitate compoſitionis cum vnionibus hypoſtaticis corporis & animæ.

Probatio prætenſi aſſerti.

Quod momentũ & pondus probationis Aureoli nõ vrget eos, qui cũ eodem Aureolo & communiori ſententia negant, totũ realiter ſecerni à partibus ſubſtantialiter vnitis; nec admittũt ſecũdã compoſitionem ſubſtantialẽ ex partibus vnitis, & ex tertia entitate realiter diſtincta. Vnde ſicut agnoſcimus cõnexionẽ habitudinis intrinſecæ ad conſtituendũ vnũ, in corpore, anima, & ſubſtantiali vnione informationis (quæ entia ſunt ſubſtrata vel fundamenta vnionis hypoſtaticæ corporis, & vnionis hypoſtaticæ animæ rationalis, & etiam vnionis vel nexus vnionũ hypoſtaticarũ inter ſe) ſic etiam ſuſtinemus proportionatam connexionem in vnionibus hypoſtaticis corporis, & animæ, & in nexu iſtarum vnionum inter ſe, ad cõſtituendam integram aſſumptionem humanitatis à Verbo.

Suppoſito quòd humanitas Chriſti nõ ſit realiter diſtincta ab omnibus ſuis partibus ſubſtãtialiter vnitis.

44 Quare Aureolus nõ refragatur noſtræ ſententiæ, imò eam expreſsè firmat, dum autumat, quòd corpus & anima immediatè aſſumantur à Verbo; & negat dari tertiam entitatem in toto

Aureolus firmat noſtrã ſent entiam

hu-

humanitatis realiter diſtinctam à partibus coniunctis per vnionem informationis.

Amplior elucidatio mentis Aureoli.

Nec etiam nobis aduerſatur idem Aureolus dum adſtruit, quòd in aſſumptione hypoſtatica humanitatis à Verbo: *Nō eſt ibi aliud, niſi partes* (ſcilicet corpus, & anima) *cum vnione accidentali.* Quia ibi non vult, quòd vnio hypoſtatica ſit accidens de genere accidētis, vt oſtendimus ex eodem Aureolo à nobis tranſcripto in Proluſ. 7. an vnio hypoſtatica ſit accidens? à n. mar. 30. vſq; ad 33. ſed tantùm intendit Aureolus, vel quòd vnio corporis cum anima ſe habeat accidentaliter ad aſſumptionem iſtarum partium; quatenus partes retinuerint in triduo mortis Chriſti immediatā vnionem cum Verbo, eſto quòd amiſerint vnionem informationis corporis ab anima. Vel docuit Aureolus, quòd vnio informationis cōponentis ſubſtantialiter corpus & animam ſe habuerit accidentaliter, vel extra vnionē hypoſtaticā termini aſſumpti vt Quod; quia vnio componens corpus & animā rationalem non ſit aſſumpta vt Quod, ſed aſſumpta vt Quo, vel coaſſumpta, vt diximus in præſenti Proluſione à n. margin. 25. vſque ad 28 pro qua etiam reſeratione mentis Aureoli vide in præſenti Proluſione, à num. marg. 10. vſq, ad 14.

Aureolus in quo ſenſu docuerit quòd vnio corporis & animę ſe habuerit accidētaliter ad vnionē hypoſtaticā?

45 Vltimò Vazquius ſub n. mar. 10. objcit Soario inconſequentiam doctrinæ; quia cùm apud Soarium, totum humanitatis non ſit realiter diſtinctum à partibus vnitis, nec agnoſcat Soarius (ſicut ſuſtinet ipſe Vazquius) effectū illū vitæ deriuatum & additum partibus ſubſtantialiter vnitis; nō debuit Soarius ex Vazquij collectione aſſerere aliam aſſumptionem totius in humanitate Chriſti præter immediatā aſſumptionē materiæ & animæ rationalis: ita enim arguit Vazquez contra Soarium.

Vltima oppoſitio Vazquij contra Soarium ex inconſequētia doctrinę

Adde, hunc modū philoſophandi nō reſtè conſtare eīs principijs, quibus nituntur prædicti Theologi; quoniā exiſtimāt totam humanitatem nihil aliud eſſe, quā materiam, & animam cum modo quodam vnionis; neque concedunt tertiam aliam entitatem, & effectum vitæ deriuatum ab anima in materiam, vt vidimus ſupra.

Vazquius contra Soarium.

46 Cui excuſioni Vazquez, quæ noſtram etiā pūgit ſententiam, ita occurrimus; quòd cùm corpus & anima rationalis abſq; ſubſtantiali vnione informationis nō cōſtituant totū humanitatis, nec ſint ipſa humanitas; vt apparet in triduo mortis Chriſti, in quo corpus & anima rationalis, eſtoquòd retinuerint immediatam vnionē cū Verbo, non cōſtituebant totū humanitatis ob defectū informatiuæ vnionis cōpartiū: ideò vt tota humanitas aſſeratur immediatè aſſumpta à Verbo pronūtiare debemus immediatam coaſſumptionem vnionis compartium humanitatis, vt liquet ex dictis.

Diluitur obiectio.

PROLVSIO X.

De poſsibilitate ſubſtātiæ ſpiritualis compoſitæ eſſentialiter, & integraliter ex partibus realiter diſtinctis.

Occaſio præſentis quæſiti.

1 QVia in Controu. 2. de Vnitate Dei, art. 4. vbi aſſeritur hæcceitas indiuidualis ab oppugnationibus aduerſariorū, in Corollario de hæcceitate accidētū, à n. mar. 36. vſq; ad fin. Corollarij cenſuimus, non implicare contradictionē, dari ſubſtantiam ſpiritualē compoſitam ex partibus ſpiritualibus realiter diſtinctis; quòd & aſſeruimus occaſione illius obiectionis, quæ impetit intenſionem qualitatis ſpiritualis per additionē partis ad partē. Quatenus ſi tale accremētū intenſiuū coaleſcens ex partibus realiter diſtinctis nò repugnaret accidenti ſpirituali; etiā fieret, vt non cōtradiceret ſubſtantiæ ſpirituali quòd cōponatur ex partibus realiter diſtinctis.

Suadetur poſsibilitas ſubſtantię ſpiritualis cōpoſitę ex partibus realiter diſtinctis.

Quæ ratio vrgetur ſic ex doctrina Scoti admittētis in ſubſtātia cōpoſitionē integralē ex partibus entitatiuis realiter diſtinctis à partibus quantitatis; quo aſſerto ſuppoſito, & admiſſo etiam pronuntiato de intenſiua gradualitate accidētis ſpiritualis compoſita ex partibus realiter diſtinctis, videtur quòd cōſequēter negari nequeat poſsibilitas ſubſtantiæ ſpiritualis cōpoſitæ ex partibus

bus realiter diſtinctis. Quia vt loco citato attigimus, talis cõpoſitio ex partibus nec repugnaret ſubſtãtiæ ſpirituali ex communi prædicato ſubſtãtiæ, cũ apud Scotũ ſeclusa quãtitate habeat ſubſtãtia materialis partes entitatiuas; nec etiam talis cõpoſitio ex partibus ſpiritualibus obſtaret ſubſtantiæ ſpirituali ob conceptum entis ſpiritualis vt ſic, quãdo admittimus, accidens ſpirituale conſtare ex partibus.

Alia probatio ex poſsibilitate eductionis formæ ſpiritualis ex potentia ſubſtrati ſpiritualis

2 Adde etiam ex Controu. 9. de Viſione Dei, diſt. 1. ſubdiſt. 2. De ſupernaturali principio viſionis ex parte potentiæ, art. 1. de ſupernaturalitate luminis gloriæ, ſub num. marg. 22. vbi expendẽtes rationem illam aperiendæ ſupernaturalitatis intrinſecæ, quæ ab Scoto, & omnibus fere priſcis Theologis exhibetur, quòd illa ſit forma intrinſecè ſupernaturalis, quæ educi nequeat ex aliquo ſubſtrato ordinis naturæ, ſed quòd exigat effici à Deo per creationẽ; cenſuimus quòd nõ repugnaret animæ rationali, vel alteri ſpirituali ſubſtãtiæ incõpletæ & partiali, quæ exuperet præſtãtiam animæ rationalis, quòd præconti neatur intra potentialitatem alterius ſubſtrati vel potentiæ ſpiritualis, itaut per actionem eductiuã produceretur à Deo extrahente formam ex potentia ſubſtrati ſpiritualis, nec efficeretur per creationem.

Opinio autumantium eſſe implicatoriã ſubſtãtiam ſpiritualem cõpoſitam.

Quia tamen præcedens doctrina à grauibus authoribus reijcitur, operæ pretium duxi, eã ſartam tectam oſtẽdere, & oppoſitas rationes eneruare; præſertim quas hauriũt ex eo aſſerto, quod quaſi axioma obtrudere moliuntur, quòd implicet aliqua ſubſtãtia ſpiritualis, quæ non ſit prædita intellectu, itaut contradicat aliqua ſubſtãtia ſpiritualis, quæ careat vi intelligendi.

1 ratio, quia ſola quantitas ſit ratio partium.

3 In qua re in primis cuncti S. Thomæ ſectatores inficiari debent poſsibilitatẽ alicuius ſubſtãtiæ ſpiritualis cõpoſitæ ex partibus integralibus; quia cùm quãtitatem voicam eſſe formam, vel ratione partium æſtiment: reliquũ eſt, vt ſubſtãtia ſpiritualis, quæ eſt incapax quantitatis recipiendæ, renuatur etiam inhabilis vt partium diſcretionem ſuſtineat.

2. ratio contra cõpoſitionẽ ſubſtãtiæ ex actu & potentia ſpiritualibus.

Quod etiam probatur de compoſitione totius eſſentialis ex actu & potẽtia ſpiritualibus, & realiter diſtinctis; quia ideo confingi poſſe videtur talis compoſitio ex potentia & actu realiter diſtinctis in ente ſpirituali, admixtar cõpoſitionis, quæ eſt ex materia & forma in ente corporeo, vt ſicut materia, quæ eſt ens inanimũ, per compoſitionem ſui ad formam viuentem conſtituit compoſitũ viuũ; ita ex potentia ſpirituali (quæ ſit ſubſtantia incompleta, inanima, & carens vi ad intelligendum) & ex ſubſtantia incompleta viuente, & nacta vim intelligendi, quæ ſe gerat per modum actus, ſeu formæ conſtituatur aliquod totum ſpirituale viuens & præditum facultate intelligendi. Atqui impoſſibile ſubſtantia aliqua ſpiritualis ſiue completa, ſiue incompleta, quæ careat vi intelligendi; igitur & repugnat aliqua ſubſtantia incompleta ſpiritualis non viuens, quæ per modum potentiæ componatur actui viuenti & prædito ſcientia ad conſtituendum vnum compoſitum ſpirituale viuens, & intelligens.

Opinio aſſerẽs quòd implicet ſubſtantia ſpiritualis carẽs vi intelligẽdi. S. Thomæ Soarius.

4 Cæterùm, quòd repugnet aliqua ſubſtantia ſpiritualis non intellectiua, ſuſtinet apertè S. Thom. 1. p. q. 14. ar. 1. & cũ eo omnes eius diſcipuli, & ex neotericis Soarius tom. 2. Metaphy. diſp. 35. ſect. 3. nu. marg. 20. vbi æſtimat verius, quòd implicet aliqua ſubſtantia ſpiritualis, quæ non nanciſcatur vim intelligendi.

Subſcribit Car. Aureolus.

Eamdem ſententiam turatur Card. Aureolus, qui malè citatur pro oppoſita; quamuis in 1. ſent. diſt. 35. ar. 2. fol. 758. Vaticanæ editionis non admittat probationem S. Thomæ ex 1. par. quæſtion. 14. artic. 1. quam Sancti Thomæ probationem vel ſic expendit Aureolus loco citato in initio articuli 2. ſubdens.

Ratio S. Thomæ elucidata ab Aureolo

5 *Circa ſecundum verò conſiderãdũ, quòd aliqui dixerunt; quòd Deus eſt formaliter intelligens, & cognoſcẽs; cuius ratio ſumitur ex immaterialitate. Id enim, quod caret materia, habet naturam cognoſcitiuam; talis enim natura non coarctatur, nec limitatur, cùm omnis coarctatio formæ ſit per materiam: natura verò non coarctata habet quamdam amplitudinem, & extenſionem. Talis autem eſt cognoſcens, cùm natura cognoſcitiua non ſolùm habeat formam propriam, immò etiã quodãmodo formam rei alterius per ſpeciem, cuius eſt*

re-

receptiua; vnde in tertio de anima dicit Philoſophus, quòd anima eſt quodãmodo omnia; & ita patet, quòd natura à materia denudata habet, quòd ſit cognoſcitiua.

Eadẽ probatio ex Soarij commentario.

6 Pro qua S. Thomæ argumentatione adi Soarium in Metaphyſic. loco citato, ſection. 3. ſub numer. margin. 18. vbi etiam vel ſic S. Thomam explanat; quòd ideo ſit impoſsibilis aliqua ſubſtantia ſpiritualis, quæ non ſit viuẽs, aut cognoſcitiua, quia cùm natura, vt ſit cognoſcitiua, expoſcat eam vniuerſalitatem & communitatẽ actionis intentionalis vt trahere queat ad ſe omnes res medijs ſpeciebus, ſeu valeat fieri omnia in eſſe repræſentatiuo, & hæc communitas ſeu vniuerſalitas ad intẽtionalem influxũ limitetur ſolũ & coarctetur per materiã; proinde ſit, vt omnis natura carens materia ſit quodãmodo illimitata, ac proinde & prædita acumine & vi intelligendi.

Aureolus non recipit probationẽ S. Thomæ.

Quam argumentationem refellit Aureolus oſtendẽs, quòd limitatio formæ non trahatur à materia recipiente, ſed à propria ratione intrinſeca talis participati entis; vt liquet ex illis verbis Aureoli loco citato in eodem art. 2. §. *Et ſi dicatur*, fol. 762. *Non valent ergo motiua prima opinionis; cùm dicitur, quòd forma coarctatio ſit per materiam. Quia omnis forma creata ex hoc, quod cadit à primo principio, arctata eſt, & finita; nec eſt realiter amplitudinem, aut extenſionem habens, niſi intentionaliter tantùm, quantùm ad formas cognitiuas.*

Car. Aur.

Alia pars ſententiæ Aureoli.

7 Licet autem Aureolus non recipiat fundamentum S. Thomæ; alijs tamen motiuis excitatus aſſeuerat, non eſſe poſsibilem ſubſtantiã ſpiritualem orbatam vi intelligendi; ſed accipe Aureoli argumentationes, quæ ſubtiliter talis ſubſtantiæ ſpiritualis non cognoſcitiuæ impoſsibilitatem ſuadere moliũtur, loco citato fol. 762. §. *Viterius verò*, vbi ita habet.

Aureolus.

Implicat ſubſtãtia ſpiritualis non cognoſcens apud Aureolum; & cur?

Impoſsibile eſt, quòd detur ſubſtantia immaterialis, ſeu ſpiritualis, quæ non cognoſcat; tum quia nobilior eſt in eſſendo, quàm animalia, quæ cognoſcũt, nõ eſſet autem nobilior, niſi cognoſceret, & eſſet quid viuum. Tum, quia operatio debet proportionari ſubſtantiæ, cognoſcere verò, & appetere ſunt operationes ſpirituales aliquomodo; ſiquidem cognoſcere, & appetere ſenſitiuè ſunt incorporeæ operationes aliqualiter, & quo ad aliquas cognitiones: intellectiuè verò apprehẽdere, & appetere ſunt ſimpliciter ſpirituales operationes.

Inſtat, quia implicaret operatio talis ſubſtantiæ

Aut ergo ſubſtantia incorporea, ſi ponatur, erit expers omnis operationis; quod eſſe non poteſt; aut habebit operationem ſibi debitam, & proportionatẽ, ſcilicet incorporeã: non ſunt autẽ aliæ tales, niſi intelligere, & appetere, vnde patet, quòd talis ſubſtantia habebit hutuſmodi operationes.

Vrget præterea rationẽ Aureolus.

Et ſi dicatur, quòd forſitan ſunt aliæ ſpirituales operationes; non valet quidẽ, quia nulla talis nobis nota. Et ideo ſic fingere eſt ſermo imaginabilis, & dictus ſine ratione; ſicut arguit Cõmẽtat. 12. Metaph. contra imaginationem Auicennæ.

Refelluntur oppugnationes Aureoli ſuppoſitæ ſententiæ Alenſis, & Bonauenturæ.

8 Verùm rationes Aureoli (quas ſuppreſſo authoris nomine tranſcribũt Soarius loco citato ex Metaphyſica, diſp. 35. ſect. 3. ſub num. marg. 20. & alij neoterici) non conuincunt implicationem alicuius ſubſtãtiæ ſpiritualis, quæ non ſit viuens, & cognoſcitiua, ſed carens vita, & vi apprehenſiua; adeò vt ad inſtar materiæ primæ valeat eſſe pura potentia reſpectu formæ viuentis, & præditæ virtute intelligendi. Vt poſtea oſtendam expendens Alexand. Alenſis & S. Bonauenturæ ſententiam; qui hãc ſubſtantiam ſpiritualem partialem gerentem ſe adinſtar materiæ primæ in corporalibus, agnoſcunt de facto in Angelicis ſubſtantijs, quas ex actu, & potentia ſpiritualibus, & realiter diſtinctis, quaſi phyſicè compoſitas pronuntiant.

Satisfactio ad primam oppoſitionẽ Aureoli.

Quare ad primum argumentum Aureoli reſpondetur; quòd ſubſtantia ſpiritualis (quæ careret vita & virtute intellectiua, & ſe gereret adinſtar materiæ primæ in corporalibus) eſſet nobilior alijs ſubſtantijs corporalibus viuẽtibus ſecundùm rationem & gradũ ſpiritualitatis; at ſecundùm prædicata vitæ, & virtutis apprehenſiuæ, viuentia corporea & apprehenſiua anteirẽt pẽfectionem ſubſtantiæ ſpiritualis inanimæ, & non cognoſcitiuæ: atque adeò ſe gererent illæ naturæ ſecundùm excedens & exceſſum in abſimili ferè comparationis.

Instantiæ pro excutiẽda probatione Aureoli

Qualiter licet forma materialis viuens sit perfectior materia prima ob præstantiorem gradum vitæ, & quia sit origo & fons potentiarũ apprehensiuarum, & appetitiuarum, sed in alio ordine cõparationis, materia prima prout est ens incorruptibile anteit perfectionem formæ materialis corruptibilis: qua etiã ratione formica ob prædicatũ vitæ exuperat cœli nobilitatem, & cœlum ob incorruptibilitatẽ euincit formicæ præstantiam.

Respõsio ad secundũ argumentum Aureoli.

9 Ad secundam rationem Aureoli dicimus; quòd illa substantia spiritualis non viuens, quæ esset potentia per se ordinata ad constituendum vnumquid coalescens ex potentia spirituali & ex forma spirituali; hæc inquam substantia partialis, & gerens se adinstar substrati, & materiæ primæ, in corporalibus, cùm sapiat leges materiæ primæ in cõpositione entis corporei, ideo mirum non est quòd non habeat proprias operationes vitales.

Quæ operatio congueret substantiæ spirituali non cognoscitiuæ?

Quare sicut materia prima in ente corporeo, licet non sit actiua, itaut à se immutare valeat aliquod passum extrinsecum; non tamen denegatur materiæ primæ influxus ad eliciendam propriam hypostasim, quę est entitas substantialis realiter distincta à materia, vt ostendimus, in Prolusione 8. de distinctione totius à partibus, à n. marg. 65. vsque ad 68. pro quo pronuntiato versa Prolusion. 9. præcedentem de subsistentijs partialibus, vbi materiæ propriam subsistentiam partialem adscribimus. Ita & illi substantiæ partiali spirituali non viuæ, quæ se gereret adinstar substrati, & materiæ primæ in ente corporeo, denegãda non est vis ad producendam hypostasim partialem; nec vrget ratio vt defatigemur attribuẽtes illi substantiæ partiali alias affectiones præcipuè cùm talis substantia redoleat naturam materiæ primæ in ente corporeo, iuxta S. Bonauenturæ, & Alensis placitũ, quod pro nostræ sententiæ probabilitate è re erit ad verbũ ex S. Bonauentura transcribere.

S. Bonauenturæ sententia de cõpositione Angeli ex materia & forma spirituali bus & realiter distinctis.

10 Ita igitur habet Seraphicus Doctor in 2. sent. dist. 3. art. 1. p. 1. q. 1. An Angeli sint compositi ex materia & forma? *§. Respõdeo ad argumenta. Sed hic certum est, aliquas cõpositiones remoueri a substantia Angeli; vt pote compositionem ex partibus quantitatiuis, & cõpositionem ex partibus heterogeneis, & compositionem ex natura corporali, & spirituali, qualis est in homine. Sed de compositione materiæ & formæ, siue materialis & formalis, de hac dubium est.*

S Bonauen.

Et post pauca, sic dubium diluit S. Doctor. *Non video causam, nec rationem, quo modo defendi potest, quin substantia Angeli sit composita ex diuersis naturis: & essentia omnis creaturæ per se entis sit composita ex diuersis naturis, illæ duæ se habent per modũ actualis, & possibilis: & ita materia & forma: & ideo illa positio videtur verior esse, scilicet quòd in Angelo sit cõpositio ex materia, & forma.*

Subscribũt præmissę sententię Alensis, & Richardus

11 Eamdem sententiam docuit Alensis. 1. p. q. 20. Memb. 2. § 1. & noster Richardus in 2. sen. dist. 3. ar. 1. q. 2. pro quo pronuntiato vide Vazquium 1. p. q. 50. ar. 2. *Vtrùm Angelus sit compositus ex materia & forma?* in obseruationibus Vazquij, quæ extant ad calcem articuli S. Thomæ.

Corollariũ pro eductione formæ Angelicæ ex materia spirituali.

Qua doctrina classicorum Doctorum Alensis, & Bonauenturę admissa, quòd Angeli de facto extent compositi ex materia & forma spiritualibus, siue ex actu & potẽtia realiter distinctis & quasi physicè coniunctis ad contegrandam substantiam Angeli; etiam consequenter dici posset, quòd forma Angeli, siue entitas illa viuens, & intellectu prædita, quæ realiter distinguitur ab alia entitate non viuente, nec cognoscitiua, præcontineatur intra causalitatem eductiuam illius potentiæ vel materiæ spiritualis, quæ in Angelo se gerit ad instar materiæ primæ, vel primi substrati in ente corporeo. Cùm enim tale substratum ita spirituale sit in Angelo sicut entitas illa partialis, quæ est forma Angeli, non occurrit aliqua ratio, cur nequeat esse substratũ eductionis respectu formæ Angeli; cùm ideo anima rationalis non educatur ex materia corporali, quia anima rationalis sit classis & ordinis elouatioris supra omne ens corporeum.

Suadetur præmissum assertum.

Ve-

Vera ſententia de poſsibilitate ſubſtantiæ ſpiritualis compoſitæ quaſi phyſicè ex partibus realiter diſtinctis.

12 AT verò, licet cũ Scoto & cõmuniori ſententia hãc quaſi phyſicam Angeli compoſitionẽ ex partibus eſſentialibus realiter diſtinctis non recipiamus de facto (cùm S. Bonauenturæ probationes ſolũ obtineãt compoſitionẽ metaphyſicã formalitatum ex natura rei diſcretarũ ſtante identitate reali iuxta Scoti ſentẽtiam; vel compoſitionem prędicatorũ diſtinctorũ diſtinctione rationis ratiocinatæ iuxta Thomiſtarum ſcholam) non tamẽ æſtimamus implicatoriam de abſoluta Dei potentia compoſitionem alicuius ſubſtantiæ ſpiritualis ex actu & potentia realiter diſtinctis; itaut dari poſsit aliqua ſubſtantia ſpiritualis non viuẽs, & gerens ſe per modum potentiæ & ſubſtrati, ex cuius potentialitate tanquam ſubiecti ex Quo educatur forma ſpiritualis, & componatur ſuæ materię vel potentiæ ſpirituali ad cointegrandum vnũ. Id enim quod de facto tutati ſunt celebriores & primarij ſcholaſtici Alẽſis, Bonauentura, & Richardus, nemini irrationabile apparebit, quòd adſtruatur poſsibile de abſoluta Dei potentia; præſertim cùm nulla oſtẽdatur euidẽs implicatio, quæ hunc effectũ abſolutæ Dei poteſtati impoſsibilẽ demonſtret; vt magis ex infra dicendis conſtabit.

Nõ admittitur de facto talis cõpoſitio phyſica in Angelo ex partibus realiter diſtinctis.

Admittitur de poſsibili & de abſoluta Dei potẽtia, ſubſtantia Angelica cõpoſita ex materia & forma ſpiritualibus.

13 Addimus deinde; quòd admiſſa poſsibilitate alicuius ſubſtãtiæ non viuentis nec cognoſcitiuæ, quæ reſpondeat materiæ primæ in ente corporeo; & ſuppoſita etiam ſententia Scoti (quæ communior eſt inter Metaphyſicos) quòd ſubſtãtia habeat à ſe partes, & nõ à quantitate; conſequẽter etiã aſſerendum ſit, quòd talis materia ſpiritualis non viuẽs poſsit eſſe compoſita integraliter ex partibus ſpiritualibus.

Conſectarium pro compoſitione partium integraliũ ſubſtantiæ ſpiritualis non cognoſcitiuæ

Probatio aſſerti ex principijs Scoti

Siquidẽ talis compoſitio ex partibus integralibus non obſtaret illi ſubſtãtiæ nõ cognoſcitiuæ & inanimæ, nec ob cõceptũ ſubſtantiæ carentis quãtitate, cũ quantitas non ſit ratio intrinſeca partium ſubſtantialium, nec ob conceptu ſpiritualitatis, cùm accidens ſpirituale coaleſcat ex partibus, & augeatur apud Scotum, & communiorem philoſophiam, per additionem gradus ad gradum, ſiue partis ad partem.

14 Præterea obſeruo, quòd ea, quæ de mẽte Scoti aſſeruimus de natura Angeli non phyſicè, ſed ſolùm metaphyſicè compoſita ex gradibus ſeu prædicatis non realiter ſed ſolùm formaliter ex natura rei diſtinctis; ſtante identitate reali huiuſmodi prædicatorum; hæc inquam pronuntiata intelligenda ſunt de natura Angeli, vt natura eſt, & prout condiſtinguitur realiter à ſuppoſito. Quia Angelus, vt ſuppoſitum, eſt quid quaſi phyſicè compoſitum ex entitatibus realiter diſcretis; cùm hypoſtaſis Angeli ſit entitas realiter diſtincta & ſeparabilis de potentia Dei abſoluta à natura Angeli; quare cùm ſubſiſtentia non ſit forma modalis identificata cum exercita compoſitione ſui ad ſubſtratum (vt oſtendimus in Proluſione 8. de diſtinctione totius à partibus, agentes de diſtinctione totius modalis à ſuis partibus) ſed ſubſiſtentia ſit forma entitatiua, poſſet talis perfectas ſubſiſtentialis Angeli de abſoluta Dei potentia conſeruari, etiam deſtructa natura Angeli.

Obſeruatio pro phyſica cõpoſitione Angeli, vt ſuppoſiti, ex entitatibus realiter diſtinctis

15 Ex quo haud contemnendam produco probationem pro poſsibilitate alicuius ſubſtantiæ ſpiritualis non cognoſcitiuæ, nec viuentis. Quia de facto ſubſiſtentia Angeli eſt ſubſtãtia ſpiritualis carens ſcientia & vita (nec enim vllus æſtimauit ſubſiſtentiam formam viuam) deinde ſubſiſtentia ita realiter diſsidet à natura Angeli, vt de abſoluta Dei potentia valeat eſſe ſuperſtes ſubſiſtentia, etiam natura Angeli deſtructa per annihilationem; quod aſſertum ex neotericis ſuſtinet etiam Arriaga in ſuo Curſu Philoſophico, diſp. 4. Metaph. ſect. 13. ſubſect. 6. in fine: ergo non apparet aliqua euidens ratio, vt Deus aliam ſubſtantiam ſpiritualẽ non prædictam ſcientia, nec viuentem creare non poſsit.

Optima ratio pro poſsibilitate ſubſtantiæ ſpiritualis non viuentis.

Arriaga

16 Cui ſentẽtiæ ex recentibus Theologis ſubſcribit Valentinus de Herice tract. 1. de Scientia Dei, diſp. 1. c. 3. ſubnum. marg. 16. vbi inquit prædictus author in reſponſione ad ſecundã rationẽ

Iudicium Valentini de Herice de implicatione ſubſtantiæ ſpiritualis non cognoſcitiuæ.

Herice.

Sunt qui contendant demonſtratiuè oſtendere repugnantiam. quare per potentiam abſolutam fieri non poſsit ſubſtantia immaterialis ſine vi cognoſcitiua: at hi difficilem ſuſcipiunt prouinciã, & debilibus fundamentis nitantur neceſſe eſt, quàm par erat pro eo negando omnipotentiæ Dei; maximè cum, vt ſupra adnotaui, id non ſit neceſſarium, vt ratio D. Thomæ ſuam habet efficaciã. Hucuſque Valentinus de Herice; circa cuius poſtremum pronuntiatum, nõ video qualiter ſtet efficacia & formalitas probationis S. Thomæ, quæ vim cognoſcitiuã ex præciſo conceptu immaterialitatis trahit; ſi cõcedatur, eſſe poſsibilem ſubſtantiam ſpiritualẽ non cognoſcitiuam.

Cenſio authoris de altero pronũtiato Herice.

17 Quibus prælibatis, reliquum eſt, vt ſatisfaciamus fundamento S. Thomæ explanato ab Aureolo, & Soario, loco citato ſub num. marg. 5. & 6. huius Proluſionis; vbi ratio entis cognoſcitiui petitur à prædicato immaterialitatis tanquam à ratione adæquata & formali. Dicimus ergo, rationẽ principij cognitionis non hauriri ex præciſo conceptu immaterialitatis; ſed ex hoc quòd ſit talis virtus, quæ expoſcat fœcundari ab obiecto per receptionem ſpeciei impreſſæ ad generationem notitiæ vel expreſſę ſpeciei. Vt euidenter appareat in habitu charitatis, & in aliis habitibus appetitiuis, qui inſunt voluntati; & etiam in voluntate, quæ in ſententia S. Thomæ eſt ens ſpirituale realiter diſtinctũ à ſubſtãtia animæ, quod diuinitus conſeruari valeat ſeparatum ab anima, eò quòd voluntas non ſit modus identificatus cum exercita compoſitione ſui ad animam: quibus non obſtantibus voluntas non eſt ens cognoſcitiuum.

Satisfactio ad fundamẽtum S. Thomæ.

Vis cognoſcitiua non petitur ex præciſo cõceptu immaterialitatis

Effugium.

18 Nec valet occurrere; quòd voluntas habeat connexionem, & ordinem tranſcendentalem ad animam, quæ eſt radicale principium intellectionis, & ad ipſam potentiam intellectus.

Occupatur ex principijs Alenſis, & Bonauenturæ.

Quia materia illa ſpiritualis, quã Alenſis, & Bonauentura agnoſcunt de facto in Angelo, etiam habet connexionem, & ordinem tranſcendentalem ad formam Angeli viuentem & præditam virtute intellectiua; quo non obſtante, ſpiritualis illa materia, à ratione intrinſeca, & ſeclusa compoſitione ad formam Angeli, nec viuit, nec intelligit: ſicut nec materia prima in ente corporeo, cuius analogiam, & ſimilitudinem retinet materia ſpiritualis in Angelo apud Bonauenturam, & Alenſem.

Alia ratio ad hominẽ cõtra Thomiſtas in intellectu agẽte, qui non eſt facultas viuens

19 Deinde inſto contra Thomiſtas in intellectu agente, qui apud ipſos eſt facultas non ſolùm realiter diſtincta à ſubſtantia animę, ſed etiam potentia realiter diſtincta ab intellectu poſsibili; quibus ſuppoſitis conſequenter etiam aſſerendum eſt à prædictis authoribus, intellectum agentem non eſſe potentiam vitalem, cùm non ſit principium alicuius operationis vitæ: ſpecies enim impreſſa eſt inanima quædam qualitas non pendens in conſeruari à conatu, & influxu principij viuentis.

Confirmatur.

Quare ſicut phantaſma non eſt principium vitale in generatione ſpeciei intelligibilis impreſſæ, ita nec intellectus agens (ſi ſit entitas realiter diſtincta ab intellectu poſsibili) aſſeri poteſt principium viuum; cùm eius virtus id ſolùm ſpectet vt eleuet virtutem inchoatam phãtaſmatis (quod etiam eſt agens inanimum) ad generationem ſpeciei impreſſæ ſpiritualis, quæ non importat vitam intentionalem.

Intellectus agens apud Scotum nõ diſtinguitur à parte rei ab intellectu poſsibili.

20 Sed de diſtinctione intellectus agẽtis, & poſsibilis vide quæ expendimus infra in Controuer. 9. de Viſione Dei, diſt. 1. ſubd. ſt. 1. de virtute initiali intellectus ad claram viſionem Dei, art. 3. An intellectus ſit inſtrumentum in viſione beatifica? ſub num. marg. 36. & 37. vbi vt magis probabile ſuſtinuimus de mente Scoti, intellectum agentem, & poſsibilem virtualiter tantùm diſtingui inter ſe; eò quòd facultas intellectiua comparetur inadæquatè ad productionem ſpeciei impreſſæ, & ad generationem expreſſæ ſpeciei, & inadæquata comparatio principij efficientis ad plures effectus eſſentialiter abſimiles, non conuincat actualẽ diſtinctionem in principio efficiente.

Inſtatur in habitu charitatis in ſententia Scoti.

Vt liquet in eodem habitu charitatis; qui in ſententia Scoti eſt principium reſpectu dilectionis viæ, & patriæ, quæ eſſentialiter diſtinguuntur: & in habitu ſpei, qui apud plures Thomiſtas elicit in patria actum delectationis de Deo vt bono ipſi appetenti

ſe-

ſecundùm affectum concupiſcētiæ, qui actus, eſto quòd ſit eſſentialiter diſtinctus ab actu ſpei in via, non infert diſtinctionem in habitu, eò quòd inadæquatè comparetur ad actus eſſentialiter abſimiles.

Obſeruatio pro delectatione, quòd non ſit operatio, ſed paſsio de ſenſu Scoti

21 Quæ autem diximus de delectatione beati in patria ab ipſo beato elicita, ſuſtineri non poſſunt in ſententia Scoti aſſeuerantis, delectationem non eſſe operationem elicitam à voluntate, ſed paſsionem immediatè productam ab obiecto ſecundùm quod exiſtit intentionaliter in repræſentatione eiuſdem obiecti, de quo monuimus lectorem in Controuerſia 9. de Viſione Dei, diſtinct. 3. ſubdiſtinct. 1. artic. 2. de ſpecifica abſimilitudine actus viſionis, ſub num. margin. 12. quare dum diximus loco citato quòd delectatio prodeat ab ipſo beato in genere cauſæ efficientis, proceſsimus vrgentes aduerſarios ad hominem, ex eorum principijs; in quo etiam ſenſu intelligenda ſunt, quæ expendimus in Controuerſia 1. de Eſſentia & ſimplicitate diuinæ naturæ, art. 5. de diſtinctione formali attributorum ab eſſentia, ſub n. marg. 33. refutantes quædam pronuntiata Raphaelis Auerſæ excutientis diſtinctionem formalem attributorum ab eſſentia; quæ etiam in proœmio, vel fronte libri iterum repetenda duximus, ne ab Scoti ſententia deuiaſſe videamur.

Auerſa.

PROLVSIO XI.

De obiecto formali voluntatis diuinæ, quòd nequeat eſſe bonum creatum; item quòd voluntas diuina neceſsitare valeat voluntatem creatam. & de concurſu voluntatis diuinæ ad materiale peccati.

Tria puncta verſanda in Proluſione præſenti.

1 Licet de tribus his punctis latè egerimus in Controuerſia vndecima de Scientia Dei, licebit tamen aliquot, quaſi apparatus quoſdam, de his pronuntiatis præſtituere, ne in illis, quæ de Scoti mente aſſeruimus, appareamus ab Scoti ſententia receſsiſſe.

Primũ quę ſirũ; an verũ & bonum creatum queat eſſe obiectũ formale intellectus & voluntatis Dei?

Circa primum quæſitum, an bonum creatum eſſe queat obiectum formale voluntatis diuinæ, eadem prorſus occurrit ratio dubitandi, quæ de obiecto formali intellectus diuini procedit, an etiam verum creatum valeat eſſe obiectum formale ſcientiæ Dei? ſeu quòd in idem recidit, an Deus cognoſcat creaturas in ſe ipſo, vel in ipſis creaturis, ſeu ex motione intentionali creaturarum, & non ex ſola motione Deitatis.

Placitũ Soarij, & Hericę, circa ſententiam Scoti in hac re.

2 Pro quo nodo dirimendo verſanda ſunt quæ ſeriò veſtigamus in Cõtrouerſia vndecima de Scientia Dei, diſtinct. 1. art. 2. de ſcientia poſsibiliũ in Deo, à num. margin. 1. vſque ad 6. & ſub num. margin. 18. vbi refutauimus Soarium, & Valentinum de Herice autumantes, eſſe de Scoti ſententia, quòd ſcientia Dei terminetur ad creaturas in ſe ipſis, ſeu ex intentionali motione creaturarum. Quod colligebant prædicti authores ex pronuntiato Scoti autumantis, creaturas ſecundùm eſſe obiectiuum & proprium, quod habent in ſcientia Dei, obire rationem ideæ, quorum authorum collectiones adeò perſpicuè inibi confutauimus, vt ad eadem redire neceſsum non ſit: ſuperuacaneum tamen non iudicauimus, de his lectorem noſtrum monere in hoc proœmio, ſeu Controuerſiarum limine, vt inoffenſo pede circa alia procedat.

Refutatur placitũ Soarij, & Hericę de Scoti ſcatentia.

Quòd autem Scotus idem cenſuerit de obiecto formali intellectus, & voluntatis diuinæ, inficians, verum, & bonum creatum poſſe eſſe obiectum formale intellectus, & voluntatis Dei; ſcitè aperuit Scotus in 3. ſententiar. diſtinct. 32. quæſt. vnica. §. *Tertium patet*, ſub numer. margin. 5. vbi ita habet Scotus.

Vera Scoti ſententia de obiecto formali intellectus & voluntatis Dei.

Scotus.

3 *Sola autem eſſentia diuina poteſt eſſe prima ratio agendi, tàm intellectui diuino, quàm voluntati: quia ſi aliquid aliud poſſet eſſe prima ratio*

„
„
„

agen-

agendi, vilesceret illa potentia.

Bonũ creatum nequit esse obiectũ formale volũtatis Dei, etiã vt libe rè extenditur ad creaturam

Quare consequenter ad eamdẽ sentẽtiam, quæ negat, vllum verum creatum posse esse obiectum formale aut motiuum intellectus diuini, idem etiam de bono creato ad voluntatem diuinam comparato censemus de expressa Scoti mente; quòd nullum bonum creatũ esse queat obiectum formale voluntatis diuinæ, etiam vt liberè extenditur ad obiectum creatum.

Volũtas Dei per suã essentiã absque vllo addito exercet se liberè circa creaturam

4 Quia cùm de mente Scoti (vt ostendimus in Controu. 7. de Immutabilitate Dei, artic. 2.) actus liber Dei nil addat intrinsecum supra esse vitale voluntatis diuinæ; proinde fit, vt sicut bonum creatum nequeat esse obiectum formale voluntatis diuinæ quoad esse intrinsecum, & vitale eius, ita nec possit esse obiectum formale liberæ terminationis diuinæ voluntatis. Cùm terminatio libera nil addat supra actum necessarium, quia voluntas diuina se ipsa, & nullo alio adiuncto exercet se & explicat vel extendit ad causalitatem liberam ad extra; vt presse ostendimus in citata controuersia septima de Immutabilitate Dei, artic. 2. de immutabilitate Dei per habitudinem ad decretum liberum, per totum articulum, præsertim à numer. margin. 17. vsque ad 23. & sub numer. margin. 30. & Controuer. nona de Visione Dei, dist. 3. subdistinct. 2. de obiecto visionis, artic. 3. An decreta libera sint obiectum visionis? à numer. margin. 13. vsque ad 15.

Sicut bonũ creatum nequit esse obiectũ formale voluntatis necessariæ in Deo, ita nec volũtatis liberæ

Confutatur modus dicẽdi Petri de Arrubal.

Ex quibus apparet confutatio modi dicendi Petri de Arrubal 1. p. disp. 51. qui licet neget, bonum creatũ posse esse obiectum formale voluntatis diuinæ quoad rationem formalem, & intrinsecam talis actus; sustinet tamen, quòd bonum creatum sit obiectum formale voluntatis diuinæ, vt liberè extẽditur ad bonum creatũ; quam opinionẽ refellimus in Cõtro. vndecima de Sciẽtia Dei, dist. 1. in disp. Append. de actualitate attributi voluntatis diuinæ, & obiecto formali illius, ar. 2. de obiecto formali voluntatis diuinæ, sub n. mar. 12. & n. mar. 55. 56. & 69. Hæc breuiter pro primo quæsito.

Quòd voluntas creata possit necessitari à Deo, etiam existente plena deliberatione rationis ad vtrumlibet.

Quæsitũ secundum, an voluntas creata necessitari valeat à Deo, data plena deliberatione rationis ad vtrumlibet?

5 Circa secundum verò punctum de comparatione voluntatis diuinæ ad volũtatem creatam, an voluntas diuina necessitare queat voluntatem creatam etiam admissa plena deliberatione rationis, & infinuatione ad vtrumlibet obiecti prosequendi vel fugiendi? licet hanc quæstionem seriò versauerimus in Controuersia vndecima de Scientia Dei, distinct. 2. de scientia contingentium absolutorum, artic. 2. de præscientia futurorum in suis causis, in Digressione, an voluntas creata possit necessitari à Deo, præmissa deliberatione rationis ad vtrumlibet; quia tamen neoterici aliquot conantur non esse de Scoti mente eam sententiam, quam inibi tutati sumus, quòd voluntas creata, etiam composita plenæ deliberationi, valeat necessitari à Deo, è re erit luculenter referare de explorato iudicio Scoti, quòd voluntas creata valeat necessitari à Deo, si contrahatur ad vnũ in actu primo, seu in sensu diuisionis, seu separationis ab actuali cooperatione exercita volũtatis creatæ, estoquòd aliàs voluntas creata sit composita plenæ deliberationi seu infinuationi obiecti ad vtrumlibet.

Opinio Hiquæi, quòd volũtas creata nequeat necessitari de Scoti sententia

6 In qua re aduersantem experimur Antonium Hiquæum neotericum Scoti interpretem in 4. sentent. distin. 49. quæst. 6. à numer. margin. 60. vsque ad 92. sui Commentarij, qui molitur de mente Scoti nõ posse necessitari voluntatem creatam existente plena deliberatione rationis.

Refellitur placitum Hiquæi.

Sed breuiter ostendemus, prædictum authorem à mente Scoti deuiare; quod aperio primò ex celebri pronuntiato Scoti in 4. sentent. in citata dist. 49. quæst. 6. §. *Respondeo quòd voluntas*, sub numer. margin. 15. vbi inquit: *Non est ergo simpliciter contra naturam eius* (id est voluntatis creatæ) *quòd*

Scotus.

de-

Scotus.

determinetur à cauſa ſuperiori: ſicut eſſet cõtra naturam eius determinari ab habitu ſiue natura inferiori.

Vbi Scotus aſſerit, quòd eſſet contra naturam voluntatis, vt agens liberum eſt, & indeterminatum ad vtrumlibet in ſenſu diuiſionis, quòd contrahatur in actu primo, ſiue ante exercitam cooperationem voluntatis per habitum, vel qualitatem aliquam de ſpecie potentiæ affigentem voluntatẽ determinatè ad vnum in actu primo; quod aſſertum Scoti de voluntate taliter contracta ad vnum per qualitatẽ, ſeu virtutem impreſſam, non diſtinguit, ſi adſit, aut nõ adſit plena deliberatio rationis: ſed abſolutè pronũtiat, quòd repugnet liberæ operationi, quod liberum arbitrium affigatur ad vnum, per immiſsionem alicuius formæ, quæ in actu primo contrahat voluntatem.

Vrgetur ratio Scoti contra Hiquæum.

7 Nec ſatisfacit gloſſa Hiquæi loco citato in concluſ. 2. ſub num. marg. 65. vbi ait: *Nulla autem cauſa inferior voluntate in ſuo ordine cauſandi nata eſt tribuere illam neceſsitatem actui volũtatis*: vbi nomine cauſæ inferioris comprehendit Hiquæus omnem qualitatem, quæ de abſoluta Dei potẽtia imprimi queat voluntati, vt illam affigat ad vnũ in actu primo, & in ſenſu diuiſionis, ſeu ſeparationis ab operatione exercita voluntatis.

Reſponſio Hiquæi.

Excutitur tanquã cõmentum extra Scoti mentem.

Id enim prædicti Authoris Commentarium omnino eſſe apparet extra Scoti mentem, cùm aſſtruat Hiquæus impreſsionem talis qualitatis efficacioris eſſe impiicatoriam de abſoluta Dei potẽtia; nec reddi queat ratio, cur implicet de abſoluta Dei potẽtate virtus aliqua creabilis, quæ exuperet actiuitatem voluntatis creatæ, & illam ſibi ſubijciat, & alliget determinatè ad vnum in actu primo: ſiquidem Scotus rem ſeriò & acriter diſcutiens, talem implicationem nec leuiter indicauit.

Alius occurſus pro commentario Hiquæi.

8 Si occurras, quòd data impreſſione talis qualitatis creabilis, adhuc non neceſsitaretur voluntas creata, ſi exiſtat plena deliberatio rationis. Tunc ſic; ergo non repugnaret hæc contradictio voluntatis neceſsitatæ à qualitate impreſſa ob rationem, quam expendit Hiquæus, quia ſcilicet voluntas ſic ſuperior à virtute intrinſeca in ſuo ordine agendi; ſiquidem illa qualitas de ſpecie potentiæ ab extrinſeco principio immiſſa, quæ affigeret determinatè ad vnum voluntatem creatam vt in actu primo, eſſet exuperantius, & virtuoſius principium in contrahendo, & determinando voluntatem. Quare tota ratio non neceſsitandi voluntatem in illa hypotheſi peteretur ex eo, quòd intercedẽte plena deliberatione rationis dari nequeat virtus aliqua creabilis eſtò quòd exuperans vim operatiuã voluntatis, quæ neceſsitatẽ inferat voluntati; quamuis ab exuperãtiori principio impreſſo voluntati contrahatur voluntas determinatè ad vnum in actu primo, & ante exercitam cooperationem voluntatis.

Secũda reſpõſio aduerſatur primæ eiuſdem authoris

Quod pronuntiatum videtur expreſsè contradicere Scoto autumanti, quòd ſit contra naturam voluntatis, vt liberè operantis (ſeu ſub indifferentia ad vtrumlibet in actu primo, & ante influxum exercitum) quòd determinetur ab aliquo habitu, vel qualitate contrahente voluntatem ante cooperationem exercitam voluntatis, quia implicat quòd voluntas, vt ſaliter determinata, & alligata in actu primo à potentiori forma, vel ſuperiori in ordine determinãdi & cõtrahẽdi ad vnũ, ſit indifferens ad vtrumlibet in actu primo, ſeu in ſenſu diuiſionis & ſeparationis à cooperatione exercita; eo quòd voluntas ante exercitiũ ſuæ cooperationis in tali hypotheſi eſſet cohibita à potentiori forma de ſpecie potentiæ.

Secũda reſpõſio Hiquæi videtur repugnare Scoto.

Scotus aſſeruit, voluntatẽ eſſe ſuperioré in determinando ſe de facto, non tamen de abſoluta Dei potentia.

Vnde licet Scotus appellet voluntatem ſuperiorem in agendo, vel ſe determinando, facta collatione ad quemlibet habitum vel qualitatem, quæ immittatur voluntati de facto & lege ordinaria (cùm omnes habitus, & formæ operatiuæ immiſſæ voluntati attemperentur & ſubdantur dominio voluntatis, nec cohibeant vel affigant ad vnũ poteſtatem voluntatis indifferentem ad vtrumlibet) nũquam tamen aſſeruit Scotus, quòd ſit implicatorium de abſoluta Dei potẽtia, quod Deus per qualitatem impreſſam alliget virtutem voluntatis vt in actu primo ſe habentis, & ante exercitam voluntatis cooperationem; nec diſtinxit in hypotheſi de exiſtentia, aut non exiſtentia ple-

Alia vrgentior probatio ex Scoto.

næ deliberationis.

9 Quod etiam perſpicuè oſtendo ex Scoto in 1. ſent. diſt. 17. q. 3. §. *Sed tunc eſt vlterius dubium.* ſub n. marg. 24. vbi inquit.

Scotus.

☞ *Eſt dubium de iſto habitu* (intelige, charitatis) *comparato ad potentiam operantem, quæ videlicet iſtarum debet dici prima cauſa, & quæ ſecunda? videtur enim ex dictis, quòd gratia eſt cauſa prima.*

Cur charitas non ſit cauſa prima reſpectu dilectionis.

Sed oppoſitum oſtenditur primò, quia potentia vtitur habitu, & non è conuerſo.

Probatio premens.

Secundò; quia actio non eſſet libera, ſi gratia eſſet prima cauſa; voluntas enim naturaliter moueretur, quia gratia naturaliter moueret. Et ſicut voluntas non liberè moueretur, ita nec liberè ageret; cùm non ageret, niſi quia mota.

NOTA.

Tertiò, quia vt videtur voluntas ſemel habens gratiam, nunquàm poſſet peccare: quia cauſa ſecunda ſemper ſequitur motionem cauſæ primæ, nec poteſt moueri ad oppoſitum illius, ad quod prima cauſa monet.

Elucidatio textus præcedentis.

10 In quo textu ideò Scotus negat, charitatem eſſe cauſam primam reſpectu dilectionis ſupernaturalis, in eo ſenſu quòd contrahat voluntatem ad bonum, & determinet illam in actu primo per aliquam motionem aut impulſum, qui anteeat cooperationem ipſius voluntatis; quia ſequeretur quòd voluntas non operaretur liberè & meritoriè, ſed neceſsitaretur ad bonum in ſenſu diuiſionis, ſeu neceſsitate anteueniente cooperationem exercitam ipſius voluntatis. Quæ ſicut operaretur vt mota & determinata à charitate neceſſariò operante & mouente, ita & voluntas neceſſariò ageret; iuxta celebre axioma Scoti, quòd omne agens quod operatur vt motum ab alio, ſi neceſſariò mouetur ab alio, etiam neceſſariò & non liberè influit. Quare conſequenter docet Scotus, quòd ſi per impoſsibile Deus non eſſet agens liberũ ad extra, voluntas creata ageret neceſſariò, quia operaretur vt mota & determinata à Deo mouente neceſſariò, & non liberè; de quo axiomate Scoti præſsè infra agentes contra eumdem Hiquæum.

Negauit Scotus charitatẽ eſſe cauſam primã, quæ moueat & determinet voluntatem.

Præterea, in tranſcripto textu vbi Scotus aſſerit, charitatem non eſſe primam cauſam in contrahendo voluntatem, imprimendo impulſum ſeu motionem intrinſecam voluntati, quæ anteeat cooperationem voluntatis, quia aliàs voluntas neceſsitaretur ab habitu charitatis, non diſtinxit Scotus inter voluntatem compoſitam, aut non compoſitã plenæ deliberationi rationis ad vtrũlibet; igitur extante plena deliberatione rationis ad vtrumlibet, cenſuit Scotus poſſe neceſsitari voluntatem, ſi affigatur ad vnũ à virtute contrahente voluntatem in actu primo, & in ſenſu diuiſionis ante cooperationem exercitam.

Voluntas ſi determinarẽtur à charitate, neceſsitaretur etiã exiſtente plena deliberatione rationis apud Scotũ.

Tum etiam, quòd mutilè & inſufficienter proceſsiſſet Scotus non indicans abſimilitudinem in vtraque hypotheſi de comitantia, aut non comitantia plenæ deliberationis ad vtrumlibet; in qua apud Thomiſtas neotericos, & apud Hiquæum conſiſtit momentum & pondus liberæ aut neceſſariæ operationis.

Aliàs, futiles euaderent cunctæ probationes Scoti.

11 Deinde & premo rationem contra Hiquæum, & alios (ſi qui ſunt, qui ita Scotum interpretentur) quòd futiles euaderent omnes illæ tranſcriptæ probationes Scoti contendentes quòd charitas non ſit cauſa prima reſpectu voluntatis; in illa acceptione primæ cauſæ, quæ ſonet motionem aut impulſum impreſſum voluntati, qui impulſus anteueniat cooperationem voluntatis, itaut voluntas adigeretur ad operandum vt mota à charitate neceſſariò mouente. Si enim voluntas neceſsitari nequiret per qualitatem immiſſam, exiſtente plena deliberatione rationis, corruerent omnes inſtantiæ Scoti à nobis tranſcriptæ ſub numer. margin. 9. & admitti poſſet quòd charitas eſſet cauſa prima reſpectu voluntatis abſque præiudicio læſæ libertatis; ſiquidem extante plena deliberatione rationis, eſtò quòd charitas eſſet cauſa prima imprimens impulſum, qui anteiret ipſam actionem ſeu cooperationem exercitam voluntatis, adhuc voluntas non neceſſariò, ſed liberè operaretur.

Premitur præterea Hiquæus, ſi voluntas determinata ab habitu charitatis, ſit principiũ liberum ob plenã deliberationem rationis ad vtrumlibet.

12 Obſeruandum etiam: quòd licet charitas de facto & lege ordinaria nequeat eſſe cauſa prima reſpectu dilectionis ſupernaturalis in eo ſenſu pri-

An charitas de abſoluta potentia Dei poſſit neceſsitare voluntatem?

mæ cauſæ, quem reijcit Scotus; ſed nõ poteſt aſsignari ratio, cur implicet talis motio in charitate reſpectu voluntatis de abſoluta Dei potentia: niſi quis inficietur ineſſe charitati vim inchoatã, quæ euehi queat à Deo vt aſſumatur charitas ad imprimendam aliquã qualitatem vel impulſum inhærentem voluntati, qui impulſus à charitate elicitus affigat voluntatem determinatè ad vnum in actu primo.

Id videtur concedendũ ſaltim de alia qualitate creabili potentiori.

Tum deinde, dato quòd talis virtus inchoata & eleuabilis à Deo negetur in habitu charitatis ad eliciendam impreſsionem alicuius qualitatis, vel impulſus recepti in voluntate modo explicato; adhuc deſideratur ratio, cur implicet aliqua forma creabilis à Deo quę affigat volũtatem determinatè ad vnũ in actu primo & ante cooperationem exercitam, vt ſerió oſtendimus in citata Digreſsione, an volũtas creata queat neceſsitari à Deo?

Alia probatio Scoti contra Hiquęũ

13 Alia ratio ex Scoto reuincens Hiquæum ea eſt, & præcedenti probationi affinis, quæ petitur ex 1. ſentent. diſt. 39. q. vnica. §. *Tertia poſitio dicit.* ſub numer. margin. 12. vbi ita habet Scotus.

Scotus.

Contra iſta arguitur eſt diſt. 2. vbi probatum eſt; Deum eſſe intelligentem, & volentem alia exiſtere contingenter, per contingentiam rerum. Quia nulla contingentia poteſt eſſe in cauſatione alicuius cauſæ reſpectu ſui effectus; niſi prima cauſa contingenter ſe habeat ad cauſam proximam ſibi, vel ad ſuum effectum.

Si Deus ageret neceſsariò, liberũ arbitrium creatum neceſsitaretur

Quod nunc probatur breuiter ex hoc, quòd cauſa mouens inquantum mota, ſi neceſsariò mouetur, neceſsariò mouet; qualibet igitur cauſa ſecunda, quæ producit inquantum mota à prima, ſi neceſsariò mouetur à prima, neceſsariò mouet proximam ſibi, vel producit ſuũ effectum: tota ergo ordinatio cauſarũ, vſq; ad vltimum effectum, neceſsariò produceret, ſi habitudo primæ cauſæ ad ſibi proximam ſit neceſsaria.

Expenditur acumen probationis Scoti.

Quo ſuppoſito ſic argumentor; ſi Deus in hypotheſi Scoti operaretur vt agens neceſsarium ad extra, ſeu determinatum ad vnum, voluntas creata nõ poſſet liberè agere; eò quòd voluntas ex ratione entis participati operetur, vt mota à prima cauſa, & omne operans vt motum ab alio, ſi neceſsariò mouetur, neceſsariò agit. Sed in illa hypotheſi quòd Deus neceſsariò moueret liberum arbitrium (& admiſſo quòd exiſteret liberum arbitrium non exiſtente in Deo potentia libera ad extra valente ad vtrumlibet; ſed eſſet Deus agens determinatum ad vnum iuxta ſuppoſitionem Scoti) adhuc liberum arbitrium neceſsitaretur à Deo, vt neceſſariò mouente de Scoti ſententia *non diſtinguente in tali hypotheſi de exiſtentia, aut non exiſtentia plenæ deliberationis rationis, & iudicij ad vtrumlibet*: igitur in ſentẽtia Scoti voluntas creata poteſt neceſsitari à Deo ob impreſsionem alicuius qualitatis anteuenientis cooperationem exercitam voluntatis, quamuis intercedat plena deliberatio rationis ad vtrumlibet.

Scotus in tali hypotheſi nõ diſtinxit de exiſtẽtia aut nõ exiſtẽtia plenæ deliberationis.

Vera ſententia, quòd volũtas creata valeat neceſsitari à Deo.

14 Quamobrem in citata Digreſsione an voluntas creata valeat neceſsitari à Deo? conſequenter cenſuimus, quòd poſsit voluntas creata neceſsitari, ſi Deus imprimat qualitatem aliquam de ſpecie potentiæ affigentem voluntatem creatam determinatè ad vnum in actu primo; vel Deus per ſuam potentiam compoſitam in ratione principij particularis ſuppleat immediatè cauſalitatem effectiuam talis qualitatis contrahentis voluntatem in actu primo: vbi etiam reſerauimus abſimilitudinem compoſitionis potentiæ diuinæ ad operandum cum voluntate creata in vtraque hypotheſi, ſiue cũ neceſsitaret voluntatem creatam de poſsibili, ſiue cùm de facto voluntatem nõ neceſsitat, ſed præmouet per ſolam actionem concurſus ad liberã volũtatis cooperationem.

Commentarius Hiquæi in hypotheſim Scoti de Deo neceſſariò mouẽte liberum arbitriũ creatum.

15 Occurrit Hiquæus loco citato ſub numer. margin. 61. quòd præcedens doctrina Scoti eò ſolum it, quòd implicet exiſtentia liberi arbitrij, ſeu potentiæ voluntaris indifferentis ad vtrumlibet, ſi Deus eſſet agens determinatum ad vnum ad extra; quia cùm poſſe voluntatis ad vtrumlibet ſit perfectio ſimpliciter ſimplex, ſcilicet melior ipſa quàm non ipſa, ſi talis perfectio non daretur in Deo, nec etiam eſſet poſsibilis in creatura; cùm nulla perfectio ſimpliciter ſimplex aſsignabilis ſit in ente creato, quæ non reperiatur

tur in Deo. At non voluit Scotus apud Hiquæum, quòd si per impossibile, supposito quòd Deus non esset agẽs liberum, daretur liberum arbitrium creatum cum omnibus requisitis ex parte iudicij, & plenæ deliberationis ad vtrumlibet, necessitaretur liberum arbitrium creatum, adhuc esto quòd Deus necessariò ageret ad extra, & necessariò moueret voluntatem creatam; nec enim ea motione necessaria intercedente ex parte Dei, volũtas creata operaretur necessariò.

Refellitur opinatio Hiquæi.

16 At quis non videat, Hiquæi Commentarium apertè refragari Scoto, qui ex instituto non agit de implicatione existentiæ liberi arbitrij inquãtum est potentia ad vtrumlibet; sed permittens gratia disputationis, quòd dari posset liberum arbitrium creatum, etiam non existente potentia libera Dei ad extra, pergit vltra Scotus vestigans modum liberæ, aut necessariæ operationis in tali hypothesi. Vt liquet ex illis verbis transcriptis sub numer. 13. *Quælibet causa, quæ producit inquantum mota à prima, si necessariò mouetur à prima, necessariò mouet proximam sibi, vel producit suum effectum.*

Scotus.

Qnare docet Scotus, quòd liberum arbitrium creatum, quamuis ab intrinseco potens ad vtrumlibet, in tali tamen suppositione operaretur necessariò vt contractum à principio extrinseco; quia ageret vt motum à mouente necessario, & determinato ad vnum in actu primo, seu ante exercitium operationis, & omne agẽs, quod operatur vt motum & determinatum ab alio, si mouetur ab agente necessario, & determinato ad vnum, etiam agens motum operatur necessariò. Vbi solùm enodat acriter Scotus modum liberæ, aut necessariæ operationis in libero arbitrio creato taliter moto ab agente determinato ad vnum; nec leuiter attigit implicationem existentiæ liberi arbitrij in ratione potentiæ ad vtrumlibet, eò quòd potentia libera ad extra sit perfectio simpliciter simplex, quæ non possit existere in creatura, si talis perfectio non cõgrueret Deo.

Germana Interpretatio textus Scoti.

17 Præterea ostendo contra Hiquæum, quòd data hypothesi quòd existeret liberum arbitrium creatum: si Deus esset agens necessarium & determinatum ad vnum in actu primo, non valeret voluntas creata liberè operari. Quia sicut voluntas creata nequit operari, nec valet in actu primo proximo ad operandum, si non componatur ei potentia Dei in actu primo expedita ad immediatum concursum cum voluntate creata: ita voluntas creata nequit operari ad vtrumlibet, siue cum indifferentia contrarietatis & contradictionis in actu primo, si potentia Dei non componatur in actu primo cum libero arbitrio sub indifferentia ad vtrumlibet ante exercitium cooperationis liberi arbitrij, seu in sensu diuisionis, prout opponitur sensui composito, vel compositioni liberi arbitrij cum sua cooperatione exercita, & contracta ad vnum.

Firmatur contra Hiquæum, vis argumentationis Scoti

Si Deus esset agẽs necessariũ ad extra, necessitaret liberũ arbitriũ creatũ vt in actu primo, & in sensu diuisionis à cooperatione exercita

Atqui si Deus esset agens necessarium ad extra, & componeret potentiam suam determinatam ad vnum in actu primo ad operandum cum libero arbitrio creato: quamuis daretur liberum arbitrium ab intrinseco potens ad vtrumlibet, impediretur tamen à principio extrinseco, scilicet à prima causa composita ad operandum determinatè ad vnum, vel contrahente in actu primo liberum arbitrium creatum in sensu diuisionis, vel separationis à cooperatione exercita. Igitur liberum arbitrium creatum ante exercitam cooperationem esset affixum ad vnum; ac proinde non se gereret vt potentia indifferẽs ad vtrumlibet in actu primo, & in sensu diuisionis, ob appositũ impedimentum à causa prima necessariò cõposita ad agendum determinatè ad vnum in actu primo.

Fuga aduersariorum.

18 Si autem occurras, quòd existẽte plena deliberatione rationis, nõ necessitatur liberum arbitrium creatum, quamuis in actu primo affigatur determinatè ad vnum; vel extrinsecè à potẽtia Dei supplẽte causalitatem alicuius qualitatis impressæ de specie potẽtiæ: vel etiam licet contrahatur liberum arbitrium creatum in actu primo per immissionem intrinsecam alicuius qualitatis de specie potentiæ.

Occupatur præsertim ex principijs Scoti.

Refutatur doctrina præcedens ex his, quæ presè versamus in citata Digressione, an voluntas valeat necessi-

tari à Deo? & pro doctrina Scoti etiam refellitur Hiquæus, quia aliàs euaneſcerẽt & futiles euaderent probationes Scoti à nobis tranſcriptæ in præſenti Proluſione ſub num. marg. 9. oſtendentes, quòd charitas nequeat eſſe cauſa prima, vel imprimens impulſum voluntati, qui anteeat cooperationem voluntatis, quia fieret vt neceſsitaretur volũtas; omnes enim inſtãtiæ Scoti corruerent, ſi voluntas creata adhuc affixa ad vnum in actu primo aſſeratur libera ob comitantem plenam deliberationem rationis.

Vrgetur doctrina præcedens contra Hiquæũ

19 Sed quòd liberum arbitrium creatum non poſſet eſſe principium valens proximè ad vtrumlibet, in ea hypotheſi quòd Deus eſſet agens neceſſarium & determinatum ad vnum, & vt ſic componeretur ad operandum cum libero arbitrio creato in actu primo, & prout accipitur in ſenſu diuiſionis & ſeparationis à cooperatione exercita: oſtendo ex Scoto in 4. ſenten. diſt. 1. q. 1. §. *Ad vltimum, cùm dicitur in virtute, &c.* ſub num. marg. 34. Vbi Scotus aſſerit, quòd nihil poſsit creatura ſine virtute Dei principalis agentis; ergo ſi potentia Dei non componatur in actu primo ad operandum ad vtrumlibet cũ libero arbitrio creato, ſed determinatè ad vnum in actu primo, liberum arbitrium creatum non erit valens ad vtrũlibet in actu primo, ſed tantùm determinatè ad vnũ. Accipio Scoti textũ, quo (ni fallor) Hiquæi interpretatio proſternitur.

Scotus.

Et ex hoc patet, quòd cauſa prima in cauſam ſecundam propriè dictam, quando ſimiliter agunt, non eſt influentia noua, quæ ſit creatio alicuius inhærentis cauſæ ſecundæ; ſed influentia ibi eſt determinatus ordo iſtarum cauſarum in agendo effectum communem. Inſtrumentum autem quando agit, recipit influentiam propriè ab eo cuius eſt inſtrumentũ; quia motionem actualem, & in motione formam, per quam agit in ſuo ordine.

Tollit determinationẽ liberi arbitrij per qualitatem inhærentem.

Ex iſtis patet intellectus maioris. Benè enim verum eſt quòd cauſa ſecunda, & inſtrumentum, plus poteſt in virtute alterius, quàm propria (ſuppoſe ſola) præſcindendo virtutem alterius; quia virtus eius propria, eſt diminuta & ſubordinata alterius virtuti, ita quòd ſine illa altera virtute agente, virtus eius non poteſt in effectum. Tamen non poteſt in virtute alterius plus quàm in propria virtute; id eſt aliquid ad quod virtus eius nullo modo ſe extendit in ſuo ordine cauſandi.

Liberum arbitrium, nihil poteſt ſine apparato concurſu Dei.

NOTA.

Nunc autem minor ſi accipiat virtutem propriam præſcindendo virtutẽ cauſæ ſuperioris, falſa eſt; nihil enim poteſt creatura ſine virtute Dei principalis agentis ideo non valet.

In quam literam hæc accipe obſeruanda. Primum; quòd Scotus vocet cauſam ſecundam quaſi inſtrumentum Dei in eo ſenſu, quòd ſicut inſtrumentum non eſt proximè, & completè valens ad effectum, ſine compoſitione cauſæ principalis ad operandum; ita nec liberum arbitrium creatum poteſt ad vtrumlibet ſi potentia Dei non apparet concurſum ad vtrumlibet in actu primo.

Obſeru. 1. in textum

Obſeruandum præterea in illa verba Scoti: *Inſtrumentum autem quando agit, recipit influentiam propriè ab eo, cuius eſt inſtrumentum; quia motionem actualem, & in motione formam, per quam agit in ſuo ordine.* Quod ibi negat Scotus, quòd liberum arbitrium vocetur inſtrumentum Dei in ea acceptione inſtrumenti, quod accipiat formam aliquam inhærentem, per quam conſtituatur potens in actu primo quia aliàs liberum arbitrium determinaretur ad vnum in actu primo, & in ſenſu diuiſionis, vel ſeparationis à cooperatione exercita; vbi non diſtinxit Scotus in libero arbitrio compoſito, aut non compoſito plenæ deliberationi rationis ad vtrumlibet, ſed cõſtanter retecit determinationem liberi arbitrij, per impreſsionẽ alicuius qualitatis de ſpecie potentiæ, quæ affigat & contrahat ad vnum in actu primo liberum arbitrium.

Obſeru. 2.

Scotus.

20 Cæterùm, contra Thomiſtas aſſerentes, voluntatem creatam non poſſe neceſsitari à Deo, ſi interſit plena deliberatio rationis, & iudicij ad vtrumlibet, arguo ad hominem ex illorum ſententia aſſeuerante, viſionem beatificam neceſsitare beatum ad fruendum; quo ſuppoſito talem inſtruo rationem.

Ratio adhominẽ cõtra Thomiſtas negantes, liberum arbitrium poſſe neceſsitari

Licet beatus de facto inſpiciat in

Ver-

Visio beatifica necessitat ad fruendū, etiā existente plena deliberatione ad vtrumlibet apud Thomistas.

Verbo, & per actum beatificum visionis ea decreta libera diuinæ voluntatis, quæ conducunt ad omnes actiones beati prudentissimè, & sanctissimè exequendas, vt cum Scoto sustinet Thomistarum schola, qua ratione etiam beatus videt in Deo & per actum beatificum omnes creaturas ad statū beati attinentes; tamen non implicat contra dictionem, quòd beatus inspiciat diuinam essentiam absq; cognitione alicuius creaturæ, vel alicuius decreti liberi diuinæ voluntatis circa dirigendas actiones beati.

Vrgetur ratio in ea hypothesi quòd beatus nō inspiciat aliquod decretū liberū Dei circa gubernationem beati, nec vllam creaturam.

Imò posset Deus perfundere mentem beati visione beatifica expressiua solius essentiæ Dei, & conseruare beatum cum eo iudicio de rebus agendis, vel cum illa infinuatione deliberata cuiuslibet obiecti ad vtrumlibet propositi, scilicet prosequendi, vel fugiendi, quæ beato infuisset, dum viator extitit, nec enim visio beatifica absque vllius creaturæ inspectione, vel absque intuitione alicuius decreti liberi diuinæ voluntatis circa dirigendas actiones beati, pugnat physicè cum deliberata infinuatione obiecti ad vtrumlibet, vel prosequendi, vel fugiendi. Quibus adiunge, quòd vt voluntas deficiat à regula rationis & peccet, necessarium non est vt sequatur iudicium erroneum, itaut æstimet id tale esse, quod in re aliter se habeat; sed potest voluntas peccare, esto quòd non præmittat iudicium falsum de conuenientia talis obiecti.

Roboratur doctrina præcedens.

21 Atqui præmissis his omnibus de infinuatione deliberata obiecti ad vtrumlibet, necessitatur voluntas creata à principio intrinseco, & ex vi intuitionis solius essentiæ Dei, ad fruēdum Deo, & non peccandum, etiam existente plena deliberatione rationis circa obiectum creatum non apprehensum per actum beatificum; igitur non apparet aliqua sufficiens ratio, ob quā voluntas creata necessitari nequeat de absoluta Dei potentia per aliquam qualitatem possibilem potentissimæ energiæ, adigentem physicè voluntatem creatam ad vnum in actu primo, etiam existente plena deliberatione rationis ad vtrumlibet: si voluntas creata suppositis Thomistarum principijs necessitetur ad fruendum & non peccandum ex vi intuitionis beatificæ non exprimentis vllum obiectū creatum, ac proinde & compossibilis cum deliberata propositione obiecti ad vtrumlibet.

Obseruāda pro vi rationis præcedentis

Quòd autem non impar erumpat necessitas ex visione beatifica, suppositis Thomistarum principijs; quàm sit necessitas physicæ præmotionis, ostendimus in citato artic. 2. de præscientia futurorum in suis causis, à num. marg. 21. vsque ad 23. Pro præmissa autem probatione, quam haurimus ex voluntate necessitata per visionem beatificam, vide Vazquium 1. 2. quæst. 4. art. 4. disp. 18. cap. 2. num. marg. 12. & 13. vbi plura constituit de Thomistarum sententia, quæ fauent probationi nostræ; versa etiam ea, quæ serio discutimus loco citato in Controu. vndecima de Scientia Dei, dist. 2. de Scientia cōtingentium absolutorum, art. 2. in Digressione, An voluntas creata valeat necessitari à Deo? à num. marg. 28. vsque ad 64.

Vazquius

De compositione voluntatis diuinæ cum creata circa concursum ad materiale peccati.

Tertiū punctum prolusionis, & occasio quæsiti

22 DE Tertio hoc quæsito latè egimus in Controuer. vndecima de Scientia Dei, distinct. 2. de Scientia contingentium absolutorum, artic. 6. qualiter præsciantur à Deo actus praui; quia tamen ibi à nota liberamus opinionem Cardinalis Aureoli asserentis, Deum non concurrere immediatè ad materiale peccati, quod iudicium authoritate Scoti firmauimus, qui tale placitum, quod postea asseruit Aureolus auditor Scoti, nulla nota dignum æstimauit Scotus; æquum etiam duximus de hoc etiam lectorem monere in Apparatu isto, vel Controuersiarum Proœmio, ne Scoti assecla nos, vel à vera sententia, vel ab Scoti doctrina aberrasse opinetur motus censione Hugonis Cauelli, qui Aureoli doctri-

Scotus quid sentiat de cōcursu Dei ad materiale peccati?

Reiicitur Hugo Cauellus

Reijcitur Hugo Cauellus.

ctrinam damnare apparet; pro qua Aureoli defenſione adi citatum art. 6. de præſcientia prauorum actuum, ſub nu. marg. 30.

Obſeruatio pro immediato cõcurſu Dei ad materiale peccati.

23 Obſeruo etiã pro immediato cõcurſu Dei ad materialia actuum prauorum, quæ communis eſt Theologorum & Scoti ſententia, quòd vt oſtendimus in citato ar. 6. à n. mar. 32. vſque ad 40. licet Scotus tribus rationibus ſufficiat immediatum cõcurſum Dei ad ſubſtratum peccati, ſed vrgentior appareat ea probatio, quæ trahitur ex productione immediata cuiuſlibet creaturæ à Deo in eſſe volito iuxta modũ loquẽdi Scoti, ſeu ex mutatione obiectiua, vel cõtractione creaturæ ad futuritionem, quę accedit creaturæ ex decreto libero Dei extrahente ens creatũ à mera claſſi poſsibiliũ, & contrahente illud ad ſeriem futurorum.

Expenditur fundamẽtũ Scoti pro immediato cõcurſu Dei ad materiale peccati.

Quia cùm nullũ ens creatum exiſtere queat ſecundũ exiſtentiam realẽ vel obiectiuam ſine mutatione obiectiua, quæ immediatè erumpat ex propoſito libero Dei, quã obiectiuam mutationẽ, vel exiſtẽtiam obiectiuam cum habitudine ad exiſtentiam realem pro tali differentia temporis, appellauit Scotus productionem paſsiuã creaturæ in eſſe volito à Deo taliter volẽte; ita nec vlla creatura nãciſci valet exiſtẽtiam realem niſi à decreto Dei actu influente ad immediatam effectionem & conſeruationem entis creati.

Explicatur acies argumẽtationis Scoti cõtra placitum Aureoli.

Si enim aliquod ens participatũ capax eſſet exiſtentiæ realis abſq; immediato influxu Dei in effectionem & cõſeruationẽ entis creati, nulla reddi poſſet cogens ratio, vt creatura etiã ſine decreto libero diuinæ volũtatis, per ſolam habitudinem ad cauſam creatam non poſſet induere ab æterno exiſtentiã obiectiuam, ſeu extractionem illam à collectione poſsibilium, quæ nunquam exiſtent, & deſtinationẽ vel contractionem ad ſeriem futurorum, nil immediatè decernente decreto Dei de mutatione & exiſtentia obiectiua iſta; cùm difficilius appareat denegare Deo immediatum influxum in exiſtentiam realẽ creaturæ, quàm in ſolam mutationem obiectiuã, & exiſtentiã obiectiuã creaturæ, quæ nil habet entitatis poſitiuæ & realis ante realẽ exiſtentiã creaturæ.

24 Accipe ergo Scoti argumẽtationem ex 2. ſent. diſt. 37. q. 2. vbi quærit. *Vtrũ voluntas creata ſit totalis cauſa & immediata ſui velle, ita quòd Deus reſpectu illius non habeat aliquã efficaciam immediatam, ſed mediatã?* §. *Contra iſtã opinionem argultur dupliciter,* ſub n. mar. 8. vbi ita inquit Scotus.

Scotus. ☞ *Voluntas omnipotentis producit volitũ in eſſe pro tunc, pro quãdo vult illud eſſe; nõ enim eſt alius actus volũtatis diuinæ reſpectu Angeli, vel alicuius alterius creati, quo producitur in eſſe; ſed ſi volũtas mea eſt totalis cauſa huius volitionis, illa voluntas nullo modo producit iſtam volitionem in eſſe.*

Prima obſeruatio pro elucidatione textus.

25 Circa quam probationẽ Scoti duo occurrunt obſeruanda. Primũ; quòd argumentum Scoti, quo ex inſtituto agit Deum immediatè concurrere ad effectionem actuum noſtræ volũtatis, æqualiter procedit de volitione noſtra, ac de Angelo, vel qualibet alia ſubſtantia ſpirituali; cùm talis ratio petatur ex dependentia cuiuslibet creaturæ à Deo producente in eſſe volito, ſeu per decretum liberum extrahente ens creatum à mera collectione poſsibilium, & contrahente illud ad ſeriem futurorum, vt liquet ex illis verbis Scoti. *Voluntas omnipotentis producit volitum in eſſe pro tunc, pro quando vult illud eſſe; nõ enim eſt alius actus voluntatis diuinæ reſpectu Angeli, vel alicuius alterius creati, quo producitur in eſſe.* Quò fit; vt ſicut implicat quòd Angelus induat aliquod eſſe exiſtentię tum obiectiuæ, tum realis abſque immediato influxu voluntatis diuinæ effitiẽtis, & cõſeruantis; ita & repugnat quod vlla volitio libera creata ſortiatur aliquam exiſtentiam obiectiuam in eſſe volito, & exiſtentiam realem abſque immediato influxu voluntatis & potentiæ Dei.

Omnis creatura producitur immediatè à Deo in eſſe volito, ſeu immutatur obiectiuè ad futuritionẽ

Scotus. ☞

Imò quòd ex hoc quòd volitio creata libera producatur à diuina volũtate in eſſe volito, ſeu immediatè immuteretur obiectiuè ad futuritionem, colligit Scotus immediatum influxum diuinæ potentiæ & voluntatis ad efficiendam exiſtentiam realem volitionis creatæ; vt conſtat ex verbis contextus ſequentis. *Sed ſi voluntas mea eſt totalis cauſa huius volitionis, illa voluntas* (id eſt diuina) *nullo modo producit iſtam volitionem in eſſe*; intellige in eſſe,

Igitur & immediatè producitur à Deo ſecũdũ exiſtentiam realẽ creaturæ.

Scotus. ☞

volito, aut ſecundùm obiectiuam exiſtentiam.

Apta interpretatio mẽtis Scoti arguentis ab immediata productione creaturæ in eſſe obiectiuo ad immediatam productionem in eſſe reali.

26 Vbi Scotus vrget aduerſarios, & illis obijcit abſurdũ id, quod ſi Deus rõ eſſet cauſa immediata exiſtẽtiæ realis volitionis noſtræ, ſequeretur quòd Deus nec eſſet cauſa immediata noſtræ volitionis ſecundũ exiſtentiam obiectiuã, ſeu in eſſe volito & deſtinato ad infallibilem futuritionem. Id enim volũt illa verba Scoti procedentis ex abſurdo cõtra negantes immediatum influxum voluntatis diuinæ in operationes noſtras liberas; quia fieret, quòd voluntas diuina nullo modo producat volitionẽ noſtram in eſſe, *ſcilicet volito, aut obiectiuo* cum habitudine ad infallibilẽ exiſtentiam realem pro tali differentia tẽporis. Si enim verbum illud (*eſſe*) indicaret eſſe realis exiſtentiæ, peteret principiũ Scotus, & redderet antecedẽs pro cauſa antecedentis; ſiquidem in antecedẽti aſſumit exiſtentiam realẽ volitionis noſtræ abſq; immediato influxu Dei vt deducat aduerſarios in id abſurdum quòd voluntas diuina nullo modo in eſſe volito vel ſecundùm exiſtentiã obiectiui eſſe producat ens creatũ; aliàs ſi illud eſſe, de quo agit in conſequẽti, indicaret exiſtentiam realem ſicut in antecedenti, futilis euaderet Scoti probatio, & inanis repetitio eiuſdem pronuntiati exiſtentiæ realis in antecedenti & in conſequenti.

NOTA.

Confirmatio doctrinæ præcedentis ex alio teſtimonio Scoti.

27 Quæ Scoti probatio inferens immediatam productionem & conſeruationem exiſtẽtiæ realis entis creati ex immediata productione eiuſdem entis creati in volito eſſe vel obiectiuo cum ordine ad exiſtentiam realem pro tali differentia temporis, ſufficit aliã probationem Scoti loco citato ex 2. ſent. diſt. 37. q. 2. §. *Contra iſtam opinionem arguitur dupliciter.* ſub nume. marg. 8. vbi ita ſuadet Scotus immediatũ concurſum Dei reſpectu actus liberi voluntatis creatæ.

Scotus.

Quidquid vult omnipotens, hoc fit; ſed ſi velit volitionem meam fore, & iſta eſt in poteſtate voluntatis meæ, vt totalis cauſa contingenter ſe habentis ad illud; ergo ipſa poteſt determinari ex ſe ad vnam partem, vel ad aliã indifferenter; & ita poteſt non fieri illud aliud ad quod voluntas diuina eam determinauit.

Explanatio præmiſſi textus.

Ex dictis enim de immediata productione omnis entis creati in eſſe volito ſecũdũ exiſtentiam obiectiuam, vel abſolutam deſtinationẽ ad fore; talis producitur ratio pro immediato concurſu Dei ad cũctas operationes liberas volũtatis creatæ. Quia ſi Deus per decretũ abſolutum ab æterno deſtinaſſet ad futuritionẽ pro tali differentia temporis operationes liberas creatæ volũtatis, & poſtea Deus in tempore nil immediatè influeret ad effectionẽ huiuſmodi operationũ liberarũ, nil producẽdo in ſubſtãtia & modo liberæ operationis; ſequeretur quòd volũtas creata, quæ ſola ageret abſq; dependentia & cõſortio volũtatis diuinæ influentis immediatè, valeret pro ſuo arbitratu operari de facto oppoſitũ ei, quod à diuina voluntate præſtitutum extitiſſet.

Obſeruatio 1.

28 Obſeruandũ præterea, quòd in illis verbis Scoti à nobis trãſcriptis ſub n. m. 23. *Non enim eſt alius actus voluntatis diuinæ reſpectu Angeli, vel alicuius entis creati, quo producitur in eſſe*: latitat acumen probationis Scoti pro immediato concurſu Dei ad omnem volitionem liberam creatam; quod petitur ex immediato influxu diuinæ voluntatis ad productionem, & conſeruationem Angeli. Quia ſicut Angelus immediatè dependet in ſua productione & conſeruatione à Deo, quæ dependentia oritur ex conceptu entis participati; ita & eadem dependentia à Deo vt immediato efficiente, & conſeruante patere debet cuilibet enti participato.

Scotus.

Nulla creatura poteſt conſeruari ſine immediato influxu Dei.

Cæterùm, quòd Angelus pendeat immediatè à Deo in conſeruatione ſui, videtur manifeſtũ; quia aliàs ſequeretur, quòd Deus nec de abſoluta potẽtia valeret deſtruere Angelum. Cùm enim ſubſtantia ſpiritualis non habeat contrarium, nec ſit phyſicè compoſita ex materia & forma, itaut forma Angeli per contraria accidentia corrumpi queat adhuc materia Angeli ſuperſtite, nulla alia reliqua ſubſiſtit deſtructionis Angeli poſsibilitas, niſi per ſuſpenſionem diuini concurſus conſeruantis Angelum, quæ ratio funditus proſternetur, ſi Angelus non dependeret immediatè à Deo in conſeruatione ſui. Deinde cùm hæc ratio immediatæ dependentiæ Angeli à Deo in ſua

Probatur in Angeli cõſeruatione.

Eadem ratio militat in omni ente creato.

con-

conſeruatione ex alio capite trahi nequeat quâ ex ratione entis participati; ſit inde, vt hæc cauſalitas immediata Dei ſuppari ratione extendi debeat ad conſeruationẽ cuiuslibet entis creati.

Aureolus licet neget immediatũ concurſum Dei ad productionem actus liberi ſed non ad conſeruationem eius.

29 Quare Aureolus qui inficiatus eſt concurrere Deum immediatè ad effectionem actuum liberorũ volũtatis creatæ, auſus non eſt negare immediatum influxum Dei ad conſeruationẽ huiuſmodi actuum; in quo valde diſſidet à Durando, vt oſtendimus in citato art. 6. de præſcientia actuum prauorum, ſub n. marg. 30. pro quo pronuntiato vide defenſionem Aureoli contra Petrũ Hurtadum in eodem art. 6. ſub numer. marg. 29.

Sed reuincitur ad hominẽ Aureolus, admiſſo immediato cõcurſu Dei ad cõſeruationẽ actus liberi

Verùm admiſſa immediata cauſalitate Dei circa conſeruationem actus liberi creati, infirmatur ratio Aureoli impetens immediatum cõcurſum Dei ad primam effectionem actus liberi, eò quòd pendeat liberum arbitrium ab influxu principij extrinſeci non ſubiecti nutui liberi arbitrij; vt perſpicuè oſtendimus contra Aureolum, & cõtra Dolanum Capucinum aſſertorem Aureoli; de quo adi locum citatum ex art. 6. ſub n. mar. 31.

Et hæc ſatis de Prolusionibus Scholaſticis huius proæmij; nunc accedere licebit ad expendenda doctrinæ merita Alexandri Alenſis, & Bonauenturæ, quibus vt claſsicis Magiſtris, & ornatiſsimis Franciſcanæ ſcholæ ſideribus vtimur in his, quæ Scoto non aduerſantur.

PROLVSIO XII.

De Alexandro Alenſi, & de approbatione doctrinæ eiuſdem Doctoris.

Deipara fuit ianua ſalutis Alenſis. S. Antonin.

1 POrta cœli Maria Alexandro Alenſi ſalutis ianua fuit, vt referunt S. Antoninus 3. p. hiſtor. tit. 24. cap. 2. & cum eo omnes authores, qui acta Alenſis mandarunt hiſtoriæ. Cũ enim Alenſis ſe ſe ſacratiſsimæ Virgini voto obſtrinxiſſet, nil denegaturum quod ab illo ob Deiparæ obſequium poſtularetur, & id Alexandri propoſitũ ſimplici Fraterculo innotuiſſet, qui oſtiatim eleemoſynã pro victu Monaſterij Pariſienſis mendicabat; is que ob amorem Deiparæ ab Alexãdro peteret, vt ſe Ordini Minoritarum adſcribere vellet, tandẽ pauperculi Fratris oratio voti compos euaſit celebriorem totius orbis Theologum Sodalitio Minorum nacta. Rem ita deſcribit Pet. Rodulphius Senogallienſis Epiſcopus, lib. 3. hiſt. Seraphicæ, in Alexandro Alenſi: *Adfuit illi inſpirator caſtorũ votorum Deus, à quo ſimplicem hominem miſſum credidit. Venit ei in mentẽ, quòd per nomen B. Mariæ admonetur, ideo ſancto afflatus ſpiritu mox conſenſit, ſequutus eſt Fratres, & ad vexillũ Crucis aduolauit militaturus ſub inſtitutis B. P. Franciſci.*

Alenſis initiatio in Ordine Minorum

Pet. Rodul.

Pietas Alẽſis ex Mariæ patrocinio.

2 Quare nec mirum eſt, quòd Alexander eos pietatis, & doctrinę progreſſus fecerit (de quibus Sanct. Antoninus, & alij Hiſtorici) ſingulari Deiparæ patrocinio ſuffultus; Mariam enim officinam Sanctitatis Eccleſiæ ſcitè, & piè nominat S. Par. Bernardinus Senenſis, Tomo 4. ex editione Ioannis de la Haye, in Serm. 12. de Aſſumptione Virginis, art. 2. cap. 3.

S. Bernardinus Senẽſis.

Maria ſanctitatis Eccleſiæ officina.

Oſtendit autem Spiritus Sanctus electis expreſsè, quòd in hac officina, & per eam fabrefecit quicquid in gratia mirificum operatur, & quòd in hac totum ignem operationis reeluſit, quam vnquam dare diſpoſuit creaturæ rationali. Sic igitur tota Trinitas vniformi & voluntate concordi hanc ineſtimabilem Virginem oſtendit eſſe ſuam ſponſam incommunicabilis charitatis, cœli Reginam inattingibilis dignitatis, mũdi Dominam impartcipabilis poteſtatis, electorum omnium genitricem piam inexſiccabilis pietatis.

S. Bernardinus Senẽſis.

Eadẽ inſtrumẽtũ morale omnis influxus Spiritus Sancti.

Et in Serm. 5. de Natiuitate Mariæ, capit. 8. ita habet ignitus idem Pater. *Quia talis eſt Mater Filij Dei, qui producit Spiritum Sanctum; ideo omnia dona virtutes, & gratiæ ipſius Spiritus Sancti, quibus vult, quando vult, quomodo vult, & quantum vult, per manus ipſius adminiſtrantur.*

In Maria ergo Spiritus Sãcti officina

Ex Maria magni profectus pietatis & doctrinæ Alensis.

in qua formatur cuncta vasa domus Dei quæ Dominus præparauit in gloriam, fabrefactum est altum illud vas pietate & doctrina exuberans; mentem indico Alensis donis sapientiæ & gratiæ vbertim cumulatam.

Ornatur diuinis reuelationibus. S Antonin. Pissanus. Vuadingus

3 Diuinis præterea reuelationibus dotatum prædicat Alensem S. Antoninus Bartholom. Pisanus, Vuadingus & alij; vbi apparet ea æstimatio, quam Seraphicus P. Franciscus de nouo alumno conceperat. Cùm enim grauibus tentationibus in tyrocinio suæ initiationis concuteretur, eòquòd ob senium strictissimæ illæ viuendi rationi se minus aptum iudicaret; Seraphicus P. Franciscus ad huc viuens, & corpore absens, præsens autem spiritu apparuit Alensi, eumque in sancto proposito roborauit: lege Antoninum loco citato & Vuadingum tom. 1. Annalium, ad annum 1222. numer. marg. 28.

Apparet S. Franciscus Alensi

Alensis rigidus Franciscanæ normæ obseruator.

4 Insuper Alensem rigidum Franciscani instituti sectatorem celebrat Ioan. Maior, in 4. sen. dist. 38. q. 11. vbi loquens de Alensi & Scoto iure commendat eâ austeritatis & paupertatis euangelicæ obseruantiam: *Quòd in itinere vbi non habebant Cœnobium, amore Dei victum, hospitium, & transitum per Oceanum à Britannia in Gallias, & è contra petebant in grande meritum sibi, & aliorum ædificationem; quod viri summo Pontificatu digni, digito demonstrati ob eminentes suas virtutes, sic eleemosynas nō veriti sunt petere.* Qui æstuans zelus in Minoritarum norma strictissimè obseruanda specialem parit laudem Alensi iam grandæuo, & literarijs attrito laboribus, quando Franciscani Ordinis veste initiatus est.

Ioa. Maior

Alensis Sanctimonia

Per. Rodul.

5 Cæterùm, virtutum fulgores, quibus Minoritarum cœtum condecorauit Alensis, ita ornatè descripsit Petrus Rodulphius loco citato.

Venerabilis vir spretis mundi huius illecebris, eam sapientiā adeptus est, vnde se ad religionem tanquam ad tutissimum portum huius tempestuosæ vitæ, atque ad salubre tutamen recepit. Omnes suis ornatissimis moribus, & vita nitida ad se amandū alliciebat, & ad orationis affectū, paupertatis studium, & obedientiæ promptitudinē ardentiùs hortabatur: sciebat enim quòd tumens Philosophia non attingit simplicitatem, quæ est in Christo Iesu. Nunquā Religionis nostræ tyranculi, qui hæsitarēt ac labarēt in sancta conuersatione, ad ipsum deducti ab eo nisi firmi, & roborati discesserūt, & in sancto proposito cōsolidati. Rumores vani, & sermones minus vtiles coram citò dirimebātur, nullū inane verbū ab eo effluebat, vt potè qui interiorem lucē haberet. qua hominum perfectorum corda mentesque in hac labili vita illustrātur, quemadmodū exteriores oculi hac luce delectantur.

Fama Sanctitatis Alensis ex Epitaphio Parisiensi.

6 Etiam Alexādri Alensis sanctimoniam prædicat Epitaphium sepulchro illius appensum, quod transcribit Venerabilis seruus Dei Franc. Gonzaga Episcopus Mantuanus in hist. Seraphicæ Religionis, p. 1. agens de almo Parisiensi Conuentu; cuius Epitaphij fragmentum è re erit inserere

Fran. Gonz

Primus in articulos diuina volumina duxit:
Artis & in morē retulit acta senū.
* *Quo duce præmonitus in præalta Diuus Aquinas,*
Quot quot & vsque legis fortiùs arma gerunt.
Nec quisquam aduenit, quamuis ars crescit in horas,
Tam mente integra, qui senis orsa latret.
Hauriet hinc potius veluti de fonte liquorem,
Et tanquam exemplar præferet vsque virum.
Hæc breuibus dixi: quæ cætera multa supersunt,
Non vacat vt noris, qui citus ire pergas.
Clauditur hoc saxo famam sortitus abundè,
* *Doctor Alexander iunctus in axe Deo.*
Si quis bonos meritis, si qui virtute coluntur,
Hunc animo præfer, hunc venerare Patrem.
Ne sorde, & culpa pigritere per otia deses
Nanciscī studio, quæ Minor iste refert.

Vuadingus.

Alex Alensis inter Beatos recensetur à Gonzaga.

7 Quare Franciscus Gonzaga in histor. Seraphicæ Religionis p. 1. in Catalogo Sanctorū & Beatorum Ordinis, sub litera (A) Alexandrū Alensem inter Beatos recenset; quod etiam asserit

Ar-

Etiã ab Arturo Monasterienſi.

Arturus Monaſterienſis in Martyrologio Franciſcano ad diem 20. Octobris vbi ita habet. *Decimo tertio Kalendas Nouembris. Pariſiis, B. Alexandri Alẽſis, Confeſſoris, atque Doctoris eximij, qui mira eruditione, ac vita ſanctitate in Eccleſia Dei reſulſit.*

Obſeruatio pro nota ſanctitatis in Alenſi.

Moneo tamen, quòd Gõzaga & Arturus inter Beatos recẽſeant plures viros pietate & ſignis celebres, qui nõdum à Sede Apoſtolica Beatificationis honorẽ obtinuerint; quare & Scotũ nomine Beati decorat Arturus Monaſterienſis die 8. Nouembris, inquiẽs. *Sexto Idus Nouẽbris. Coloniæ B. Ioannis Dunſij Scoti, Confeſſoris: propter eminentẽ ingenij aciem, cognomento Doctoris Subtilis: qui pietate, paupertate, vitæq; ſanctitate exornatus deceſſit è vita.*

Scotũ inter Beatos recẽſet Arturus

Cur non id præſtitum à Gõzaga in Catalogo Beatorum Ordinis?

8 Cur autem in Catalogo Beatorum Ordinis nõ numeret Gõzaga Scotum, ſicut & Alenſem recenſuit, ea occurrit ratio; quòd Franc. Gonzaga dum Generalatu totius Ordinis Minorum Obſeruantium fungeretur, & pro iniuncto ſibi munere familiam vniuerſam Minoritarum Obſeruãtium inuiſit, & colluſtrauit, adiens Conuẽtum Pariſienſem, vbi requieſcunt Venerabilis Alenſis reliquiæ, potuit tãquã ocularis teſtis Magni illius viri tum funus, tũ veneration em inſpicere. Quod præſtare non valuit circa Scoti ſepulchrũ, eòquòd Cõuentus Colonienſis, vbi ſeruãtur Doctoris Subtilis exuuiæ, nõ ad Ordinẽ Obſeruantium, ſed ad familiam Franciſcanorum Conuẽtualium attineat; quare nec è vicino eas potuit haurire notitias ſeu Antiquatiorũ monimenta in Archiuo Colonienſi percurrere, quæ Scoticæ pietatis acta & obitum explanant.

Gõzaga nõ inuiſit ſepulchrũ Scoti, ſicut Alẽſis, & quare?

Gõzaga nõ legit monumẽta ex quibus haurire potuiſſet Scoti hiſtoriam.

9 Accedit etiam, quòd Franc. Gonzaga hiſtoriam Seraphicæ Religionis contexuerit poſt deuaſtatas Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ prouincias, quæ exardẽtibus impijs hæreticorũ excurſionibus penè extinctæ erãt, & omnia ferè antiquitatis monumẽta ſic aſſumpta, vt nil aut parũ ſcripſerit de illis Prouincijs vbi Scotus natus, ac educatus eſt, & magna etiã veneratione ſtatim ab obitu cultus. Quod liquet ex Epitaphio Dermicij Scoti Hiberni à nobis tráſcripto in vita Scoti, §. 21. ſub numer. margin. 42. præſertim ex illis verbis Epitaphij, vbi ſic loquentem introducit Subtilem Doctorem, inter alia

Veneratio Scoti in prouinciis Septentrionalibus antequã hæreſi fœdarentur.

Seraphicique Patris tenerum ſuſcepe-
rat Ordo:
Perfecta exemplum religionis eram.
Secreta Altiſoni penetraui arcana Tonantis
Tanta erat ingenio res ſuperata meo.
* *En morior inuenis, morientem mundus adorat:*
Aſt incet in lachrymis mœſta Iuberna parens.

Epitaphiũ Scoti ex Dermicio Scoto.

10 Quam Scoti veneratione apud Septentrionales Prouincias etiam adſtruit Matthæus de Soſa, in vita Scoti præfixa Commentarijs in primum ſententiarũ; §. 4. *De Sanctitate & miraculis Scoti*, vbi inquit.

Quid de antiqua veneratione Scoti Matthæi Soſa?

Beatum voce plena acclamemus Scotum: Beatiſsimũ enim virum ſua elogia reddunt, Beatum in pluribus Septẽtrionis Prouincijs adorauerunt. Beatũ quoque miraculis venerantur Principes, & nunc Excellentiſsimus Princeps Sermonetæ, in Italiæ partibus Beatum prædicat, & d. ſanctiſsimæ Sede, Scoti miraculis motus, eius canonizationem implorat.

Scotus claret ſignis miraculoſis.

Quibus etiam conſentit Gilbertus Brunus, Ciſterciẽſis, Abbas Dulcicordij aſſerẽs, Scotos coluiſſe Doctorẽ Subtilem Dũtriſij tãquam cœlitem, & Eccleſiaſtico officio cohoneſtaſſe; vt apparet ex Vuadingo à nobis tranſcripto in vita Scoti §. 21. n. mar. 36.

Subſcribit Brunus Ciſtercienſis apud Vuadingum.

Adeat lector libros Chronicorũ Ordinis à Marco Olyſiponenſi pietate & eruditione ornatiſsimo exaratos, vbi manifeſtè in vita Alenſis, & Scoti, Doctorem Subtilem Alenſi non inferiorẽ inueniet, ſed ſupparibus ſanctimoniæ fulgoribus clarũiſſe; quare ſi Beatitatis nomenclatura ornetur Alenſis apud Gonzagam, non apparet irrationabile vt eadẽ condecoretur Scotus apud Arturũ & quàm plures alios, quos in vita Scoti ſub §. 21. recenſumus.

Nõ impari ſanctitatis indicia in Alẽſi & Scoto ex Chronicis Franciſcanis.

Licet conſultius æſtimemus, ab his ſanctitatis cognomentis interim abſtinere, donec prodeat S. Romanæ Eccleſiæ iudicium, quod omnino expectandum ſuadeo; cùm hæc tantùm ideo attigerim, vt Scotum vindicarem ab ea quaſi quaſi inæqualitate, quæ ex prælatione Alenſis in Catalogo Beatorum Ordinis inoriri videbatur; & ne communi ſanctitatis

Iudiciũ Authoris de ſanctitatis cognomentis in Alenſi & Scoto.

æstimationi, quam Scotus vbique apud omnes Chronologos Ordinis obtinuit, obstare appareat. Sicut nec illi aduersari contendit Gonzaga, qui mutilè in Scoti historiâ processit, eoquòd non inuiserit Scoti sepulchrum, nec Annales Prouinciarum Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ, perlegerit: quamobrem & in illâm incidit deceptionem de Scoto in extasi sepulto, vt indicat Gonzaga in Catalogo Scriptorum Ordinis; quem historiæ lapsum aperuimus, & refutauimus supra in vita Scoti §. 21. à n. mar. 1. vsque ad 15.

Cur Gonzaga deceptus in historia obitus Scoti?

11 Sed liceat quãdo Scotus piissimus & modestissimus Doctor (qui neminem verbo, aut calamo lacessiuit) à Iouij sectatoribus iniquè traducitur; tantisper digredi, & manifesta ea, quæ pro Scoto stant sanctitatis argumenta vel breuiter ex dictis in vita Scoti colligere; vt appareat fundamẽtum, quod plures cõmouit authores vt Scotum sanctitatis titulis cohonestarent.

Sanctitatis argumenta in Scoto

In primis enim in Officio Ecclesiastico Immaculatæ Cõceptionis approbato à Sixto Quarto Vocatur Scotus Doctor eximius à Christo Domino destinatus ad protegẽdã Matris suæ dignitatẽ; vt liquet ex vita Scoti §. 10. *De pietate Scoti in Deiparam*, n. mar. 11. & 12.

Ex Officio Conceptionis approbato à Sixto Quarto.

Amplexibus Pueri Iesu fortũ & insigniũ prædicant Scotum plures & graues historici à nobis transcripti in §. 9.

Ex amplexu Pueri Iesu

Extasibus diuinis exuberantẽ ostendũt authores pietate & eruditione clari; Daniel Pergulius coætaneus & collector sermonum S. Bernardin. Senensis, Antonius Sabellicus, Franc. Gonzaga, Petrus Rodulphius, & alij à nobis trãscripti §. 17. à n. mar. 26. vsq; ad 32. Quibus adiunge Gregorium Ruizium in vita Scoti præfixa Cõmentariis in lib. quartũ senten. vbi ita de Scoto habet. *Plura sunt in hac vita, quæ reddũt hominẽ religiosum & sanctũ; veritas, modestia, mãsuetudo, humilitas, charitas, oratio; sed ait Dionysius, de diuinis nominibus præcipuè extases, raptus, amor diuinus; quomodo quaso Deum amabat, qui totus semper erat extaticus?* Et paulo infra subdit prædictus author: *Die noctuq; semper laborabat pro aliorũ vtilitate, docẽdo, prædicãdo, scribẽdo theologicè, & mysticè; & præ studio virtutis & deuotionis fere semper suspẽsus extra se positus.* Et post pauca: *Nec Scotus vnquã accẽsit ad studiũ sine præuia oratione, vnde quidam eũ vocant Sanctũ. sed certè Catalogo nõdũ est scriptus; at magna sunt in eo testimonia sanctitatis. Hieronymus Epist. ad Titum, quem nos Sanctum, Græci vocant Agion, sonat latinè sine terra, & maximè Scoto quadrat; quis enim magis sine terra, quã is, cuius ferè continua conuersatio erat in cœlis, ab ea raptus, & à sensibilibus abstractus, & alienus?* Extasis autẽ & raptus, quando quis spiritu diuino actus euehitur ad supernaturalium cognitionẽ est signum sanctitatis; vt ostẽdit Felix Cantellorius in tractatu & Praxi de canonizatione Sanctorum, cap. 14. num. marg. 26.

Extasis est signum sanctitatis.

Cantellor.

12 In oratione præuia ante certamẽ Parisiense pro Immaculata Cõceptione Virginis, statua marmorea Deiparæ caput assertori suo inflexit; vt tradunt magnæ authoritatis historici à nobis citati & ad verbum & fidem transcripti, in §. 10. Quibus accedit Hyppolitus Donesmundus transcriptus in §. 22. nu. marg. 15. vbi omni exceptione maiorẽ testem aduocat Venerabilem seruum Dei Franciscum Gonzagam, qui existens Parisijs prædictam imaginis Deiparæ inclinationẽ communi traditione inclitæ ciuitatis Parisiensis firmatam, omnibus perspicuam & exploratam esse voluit.

Imago Deiparæ inflexit caput Scoto.

Hyppol. Donesmundus

Scotum præterea cuneo virtutũ & donorum in gradu heroico communitum optimæ notæ Scriptorũ testimoniis demonstrauimus §. 17. adeò vt Ferchius oculatus testis sepulchri Scoti & antiquitatum Coloniẽsiũ vestigator asseueret: *Scotum perpetim inuisibili amplexu Christi functum; & quòd Benedicta anima Scoti perpetim anhelauerit ad flagrantem Dei amorem.*

Scoti virtutes in gradu heroico.

Ferchius.

Scotus statim à morte in magna veneratione habitus, ex Mariano, & Olyfiponẽsi

Scotum statim à morte in magna veneratione habitum tradunt Marianus Florentinus, & Marcus Olyfiponensis celebres & candidi Scriptores à nobis transcripti, in §. 21. num. mar. 21.

Nec infirma est sanctitatis Scoti comprobatio, quòd ossa Doctoris Subtilis duobus sæculis ab illius obitu decursis, inuenta sint liquore lacteo & fragranti perfusa, quod factum authentico testimonio confirmant Ferchius, & Vuadingus: de quo vide

Ossa Scoti post 200. annos inuenta sunt liquore lacteo & fragrãti perfusa, ex Ferchio, Vuadingo, & Sanctacrucio.

cen-

Nequã Scotus finem tuia oratione ad studiũ accessit, ex Ruizio.

Extasis est signum sanctitatis.

cenſionem D. Antonij Ponze de Sãcta Cruz Abbatis Gouarrubienſis, & Protomedici Generalis Hiſpaniæ, à nobis tranſcriptam, §. 22. n. mar. 13. liquor autem odoriferus ex aridis Scoti oſsibus erumpens, ſignũ eſt ſanctitatis, vt colligitur ex his, quæ aſſerit Felix Cantellorius, loco citato nu. mar. 20.

Cantellorius.

13 Scotum præterea ætate noſtra ſignis clarere, & ob patrata beneficia in Regno Neapolitano donari magnis laminis argenteis gratitudinem fidelium atteſtantibus, oſtendimus ex Vuadingo in §. 21. n. mar. 37.

Scotus adhuc ſignis claret ex Vuadingo

Reuelationem B. Amadei de gloria & beatitudine Scoti expendimus ex Ferchio, Manganelo, Vuadingo, Hugone Magneſio, & Dermicio Thadæi, in eodem §. 21. ſub nu. marg. 75. & 76. quibus ſubſcribit Antonius Daza in libro de Immaculata Conceptione Virginis approbato à Reuerendiſs. P. Ferdinando de Salazar in ſupremo Cõſeſſu generalis Inquiſitionis Hiſpaniæ iudice; vbi in c. 5. lib. citati teſtatur Daza, huiuſmodi reuelationem beatitudinis Scoti haberi in exemplari Eſcurialenſi Apocalypſis B. Amadei, quã etiã Amadei reuelationem eiſdem met verbis ex Eſcurialenſi exemplari trãſcribit, quibus eã ex Vuadingo & alijs authoribus deſcripſimus in citato §. 21.

In Apocalypſi B. Amadæi habetur reuelatio gloriæ Scoti.

Ferchius. Manganel. Magneſius Dermicius. Vuadingus Daza.

14 Nec obſtant pietati Scoti technæ Iouij poſt duo ſæcula contra Scotũ excogitatæ, quæ proſternũtur & proterũtur ex dictis cõtra Iouium, Bzouiũ, & Mateneſium in vita Scoti. Nec etiam perſpicuæ ſanctitatis famæ Scoti contradicit ea quorumdam piorum authorum diuinatio, qui etiam poſt duo ſæcula ab obitu Scoti, illum apoplexi ſublatum exiſtimarunt; quia eo morbo dato (quem confictum oſtendimus in §. 21. agentes de obitu Scoti) eſto quòd apoplexis Scotum inuaſiſſet, non imminueret famam pietatis eius.

Scotus non obiit apoplexi correptus, nec id aſſertum obnubilat pietatem obitus

Siquidem B. Andreas Auellinus ex Ordine Clericorum Regularium Theatinorum, cùm anno 1608. die 10. Nouembris ad altare celebraturus acceſſiſſet, & dicens verba: *Introibo ad altare Dei*: apoplexia correptus cecidit, & eodem die extinctus eſt; vt liquet ex Felice Cãtellorio in Relatione, & proceſſu pro beatificatione eiuſdem B. Andreæ Auellini, *in §. de morte B. Viri.* Qui B. Andreas inter Beatos cooptatus eſt ab Vrbano VIII. & colitur miſſa & officio Eccleſiaſtico; vt liquet ex Bullario Cherubini, Tomo 4. Bulla. 42. expedita, anno 1625.

Probatio ex obitu B. Andreæ Auellini

Felix Cantellorius.

15 Quare non obſtantibus machinationibus contra Scoti pietatem, Scotum inter Diuos, & Beatos recenſent Erardus Vinheim, Carthuſianus, in Sacrario Agrippinenſi, Petrus Cratepolius, de Sanctis Germaniæ, Gilbertus Brunus, Ciſtercienſis, Ægidius Bucherius Societatis Ieſu, & alij à nobis citati in §. 21. à n. mar. 36. vſque ad 44.

Authores qui Scotum inter Beatos recẽſent

Erar. Cart. Pe. Cratep Gilb. Brun. Aegid. Bucherius.

Quibus datis, adhuc in ea ſententia ſumus, vt in his Sanctitatis notis, aut ſymbolis Scoto adſcribendis ſileamus, donec prodeat S. Romanæ Eccleſiæ decretum; quod etiam obſeruandum cenſemus circa Alexandrum Alenſem, nec vllam apparere rationem, quæ ex conſenſu Hiſtoricorum hauriri queat, ob quam in notis Sanctitatis debeat Alenſis præferri Scoto.

Cenſio Authoris circa Symbola Sanctitatis in Alenſi & Scoto.

Cæterùm, præmiſsis his de pietate Alenſis, quæ in ſuperioribus prælibauimus; reliquum eſt, vt de doctrina, & auditoribus Alenſis aliquot vel cõtracto calamo inſinuemus.

De Scriptis Alexandri Alenſis, & de præcipuis Auditoribus eius.

16 ACcipe ergo ex Bellarmino de Scriptoribus Eccleſiaſticis, Catalogum vel ſertum literariorũ germinum Alexandri Alenſis.

Recenſio Scriptorum Alexandri Alenſis

Car. Bellar.

*Alexander Alenſis, natione Anglus, ordinis S. Frãciſci vir doctiſsimus, & Sanctorũ Bonauenturæ, & Thomæ Aquinatis præceptor, ſcripſit iuſſu Innocẽtij Papæ Quarti ſummã Theologiæ egregiã & copioſiſsimã, quæ notiſsima eſt. * Scripſit Poſtillã in tota Biblia.* Nec non Summã virtutũ. Obiit anno Domini 1245. vt teſtatur Pet. Rodulphius à Coſsiniano in hiſtoria Seraphica.*

NOTA.

17 Quod etiã compendiũ Scriptorũ

Alensis exhibeo ex Petro Rodulphio in Histor. Seraphica, lib. 3.

Petrus Rodulphius.

Edidit primò iussu Innocentij Quarti Pontificis Maxim. Summam in quatuor partes diuisam, quam præclarè tamen Summam Theologiæ, in qua mirificè splendet tanti viri lumen, non tam scientiæ profunditate, quàm titulorum varietate; quem scribendi modum nullas attigerat, à quo posteà mutuatus est D. Thomas eius auditor, & D. Bonauentura, qui (de religiosis loquor) primò Doctoratus insignia Parisijs susceperunt. Hanc Alexander Quartus approbauit per Bullam à 70. eruditis subscriptam, atque appensis sigillis subsignatã; vnde Doctor irrefragabilis, & Fons vitæ meruit appellari.

* *Idem Alexander totam ferè scripturam postillauit, & exposuit.* * *Edidit in Psalmos Dauidis lucidissimos Commentarios, qui falsò adscribuntur Hugoni de S. Theodorico.* * *Scripsit vitam S. Thomæ Cantuariensis.* * *Vitam Regis Richardi.* * *Annotationes Bibliorum.* * *In 12. Prophetas, librum vnum.* * *In Epistolas D. Pauli, tib. 14.* * *In Metaphysicam.* * *In libros de Anima Aristotelis.* * *De factis Mahometis.* * *Egregium tractatum Conceptionis Beatæ Virginis, in quo sustinet fuisse immunem ab originali labe.* * *Repetitiones lectionum, librum vnum, quibus longè latèque inclaruit.*

NOTA.

Rodulphio in omnibus ferè hisce subscribit Franciscus Gonzaga, in Catalogo Scriptorum Ordinis, in Alexandro Alensi.

Gonzaga.

18 At verò in recensu Scriptorum Alensis apud Rodulphium deest liber ille, quem attitulauit *Summam virtutum*, ex qua Angelicus Doctor Sanctus Thomas auditor Alensis plura mutuatus est, & ad verbum transcripsit, vt infra ostendam; quem defectum in Catalogo Scriptorum Alensis suppleo tum ex Bellarmino supra transcripto, sub num. margin. 16. & ex Ioanne Molano, & Auberto Miræo, in Bibliotheca Ecclesiastica, in Scholio ad librum Henrici Gandauensis de Scriptoribus Ecclesiasticis, capite 46. in Alexandro Alensi, vbi ita habent Molanus & Miræus.

Alẽsis scripsit Summam virtutum, ex qua S. Thomas plura ad verbum mutuatus est

Ioan. Molanus

Alexander de Ales, Britanus, primus in Ordine Minorum Doctor S. Bonauenturæ præceptor, à quibusdam Doctor Doctorum, ab alijs Fons vitæ, à pluribus Doctor Seraphicus appellatus, scripsit petente Innocentio Quarto Papa, Summam Theologicam, tomis tribus 1577. in folio Venetijs excusam. * *Commentaria in libros quatuor sententiarum, Lugduni 1515. edita.* * *Itè in Regulam S. Francisci.* * *Commentarium in Psalmos, Bonauenturæ nomine Venetijs editum; multi Hugoni Cardinali supra cap. 40. laudato, attribuunt. Sic ferè Molanus in manuscripta Bibliotheca Sacra.* * *His adde Postillã in Biblia.* * *Et Summam virtutum.*

Aubertus Miræus.

NOTA.

Quod autem Alexander Alensis Summam virtutum scripserit, ex qua plura ad verbum Sanctus Thomas transcripsit, aperiam infra ex Gersone, & Vuadingo; accedit etiam Marcus Olysiponensis in vita Alensis, quæ extat in 2. p. Chronicorum, lib. 1. cap. 12. vbi Alensis Summæ virtutũ author adstruitur.

ProSumma virtutum edita ab Alensi, stant

Ioa. Gerso. Vuading. Olysipon.

19 Circa Catalogum verò Scriptorum Alensis ex recensu Rodulphij nobis duo occurrunt obseruanda. Primum; quòd Alensis specialem librum scripserit pro vindicatione Deiparæ à næuo labis originariæ, vt tradit Petrus Rodulphius à nobis transcriptus, sub numer. margin. 17. & Franciscus Gonzaga in Catalago Scriptorum Ordinis, in Alexandro Alensi. Quem librum pro innoxio Deiparæ conceptu ab Alensi editum recipiunt Bernardinus Bustensis, Sermon. 4. de Conceptione, Pelbartus libr. 4. Stellarij part. 1. artic. 3. Mauritius de Villaprobata, Ordinis Prædicatorum, Sermon. 5. de Corona, Guilielmus Vorillonus in 3. sentent. distinct. 3. Antonius Cucarus in Elucidario, par. 2. qui author refert hæc verba Alensis ex lib. 5. cap. 4. prædicti tractatus de Immaculata Conceptione ab Alexandro concinnati: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Maria Domina mea, tota pulchra es, & formosa, & macula originalis, aut actualis peccati in te nunquam fuit.* Quibus Authoribus subscribit Hugo Cauellus in Rosario Immaculatæ Conceptionis, Sæculo 13. §. *Alexander Alensis*. Qui omnes Authores asseuerant, Alensem miraculosè à minus pia sententia recessisse, morbo

Alensis scripsit librum pro Conceptione Immaculata.

Rodulph.

Gonzaga.

Bustis. Pelbart. Villaprob.

Vorillon. Cucarus. Cauellus.

Miraculum Deiparæ in Alensi.

quo-

quodam in Alexandrum ingruente, quoties Deiparam peccato originali fœdatam docere parabat, donec tandem Alenſem in oppoſitam impulit ſententiam; pro qua ſcripſit librum in illa verba Canticorum 4. *Tota pulchra es amica mea*: qui liber ſeruatur catenatus in Choro Eccleſiæ Cathedralis Toloſanæ, vt referunt prædicti Authores.

Summa Alẽſis approbata ab Alexandro Quarto.

20 Alterum obſeruandum circa ſcripta Alenſis illud eſt; quòd Summa Theologiæ Scholaſticæ ab Alenſi iuſſu Innocentij Quarti compoſita, etiam Alexandri Quarti approbatione firmata ſit; cuius approbationis ſic meminit Poſſeuinus in Apparatu Sacro. *Innocentij Quarti iuſſu totius Theologiæ ſummam conſcripſit ea methodo, quam antea nemo vnquam attigerat; eã autem Summam Alexander Quartus Pontifex diplomate ac ſeptuaginta virorum Eccleſiaſticorum ſyngraphis cõprobauit.*

Poſſeuin.

Quam etiam approbationem Summæ Theologiæ Alenſis ſic deſcribit Vuadingus, to. 1. Annal. ad annum 1245. num. marg. 19.

Cui ſubſcribit Vuadingus.

Eodem anno mortuus eſt F. Alexander Alenſis, vita & ſcientia illuſtris, primus Franciſcanæ Religionis in Pariſienſi Academia Doctor, & primarius inter omnes qui Theologiam ſcholaſtico ſtylo ediderunt. Ex eo velut fonte reliqui ſuas impleuere lacunas. Merito ergo Doctor Doctorum paſſim appellatus, quin & Fons vitæ, & Doctor irrefragabilis ſalutatus, ea non ſolùm ratione, qua reliquis copia & antiquitate præiuit; ſed Scriptorum approbatione & authoritate, qua poſteros excelluit. Scripſit porro Summam ex mandato Summi Pontificis Innocentij Quarti, eam ex mandato Alexandri Quarti facultas Pariſienſis examinauit, & appenſis ſeptuaginta duorum Magiſtrorum ſigillis, ſignatis ſubſcriptionibus, approbauit; ac tandem acceſſit ad plenum confirmationis eius robur ipſius Alexandri Pontificis promulgatum diploma.

Cognomẽta Alenſis ob eximia merita.

21 At Ioannes de Sancto Thoma Profeſſor Complutenſis, ne præmiſſa commendatio Summæ Scholaſticæ Theologiæ Alenſis obſtare appareat prælationi doctrinæ Angelici Doctoris, quam prædictus author contendit ſuperiorem eſſe approbatione S. Bonauenturæ, & Alenſis; obijcit, quòd cùm diploma Pontificium Alexandri Quarti non appareat, fit inde, vt nec gradus approbationis doctrinæ Alenſis, an generalis tantùm, vel ſpecialis ſit, ex eo peti queat. Ita prædictus author, 1. p. tractatu præambulo de approbatione doctrinæ S. Thomæ, diſp. 1, art. 4. §. *Ad id quod dicitur de Alexandro Alſi*: Vnde tandem concludit Ioannes de Sancto Thoma, quòd literæ Alexandri Quarti ſolùm continent generalem quamdam commendationem, aut approbationem doctrinæ Alenſis, quæ impar prorſus ſit, & infra doctrinæ Angelici Doctoris approbationem.

Obiectio Ioan. de Sãcto Thoma cõtra approbationem doctrinæ Alenſis.

Diluitur oppoſitio.

Verùm enim verò, circa facti fidem de approbatione doctrinæ Alenſis ab Alexandro Quarto exhibita conſentiunt authores doctrina, & pietate præſtantes, Poſſeuinus, Petrus Rodulphius, Marianus Florentinus, qui autumat, illos Doctores, quorum ſyngraphis approbatio Summæ Alenſis communita eſt, fuiſſe inclitæ Academiæ Pariſienſis Magiſtros; & quod vrgentius æſtimo, id etiam confirmat Sermo Magiſtri Roberti habitus in die canonizationis S. Bonauenturæ, qui incipit. *Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ*: & extat cum Actis canonizationis Seraphici Doctoris ad calcem tom. 7. operum S. Bonauenturæ in editione Vaticana & Moguntina, vbi ita habet Magiſter Robertus, vel Rupertus.

Rodulph. Poſſeuin. Marianus.

Robertus.

Habet enim S. Bonauentura teſtimonium à viris fide dignis; primò ab Alexandro de Ales viro bono, & in ſacra pagina probatiſſimo Doctore. De iſto Alexandro ſcribitur in Chronicis Ordinis B. Franciſci, quòd illius opus, quod ſcripſit in Theologia, approbatum fuit ab Alexandro Quarto, & ſeptuaginta Magiſtris Pariſienſibus; vt appareat in Bulla ipſius Pontificis, quam puto eſſe Pariſijs. Quod autem ille Sermo habitus ſit ipſo die canonizationis S. Bonauenturæ patet ex illis verbis. *Cũ verò hodierna die ſit annumeratus Catalogo Sanctorum, æquum eſt & rationabile, vt eius Sanctitas omni populo fiat nota.* Subſcribunt etiam approbationi doctrinæ Alenſis, Henricus Vuillot, Vuadingus, & alij quàm plures cũ

Vuillot. Vuading. Dermit.

Au-

Authore Nitelæ fol.44. editionis Lugdunensis.

Patrocinio Deiparę tribuitur superiores commendatio innocentię Scoti.

Nec inirum est quòd post tot elapsa sæcula ab obitu Alensis non compareat Pontificium diploma, præcipuè cùm ea extiterit nostrorum socordia in antiquis monumentis seruandis; adeò vt singulari Deiparæ patrocinio erga Scotum eius vindicem, & alumnum adscribatur, quòd supersint originales literæ, quibus Venerabilis Pat. Gundisaluus Minister Generalis Ordinis sanctitate conspicuus fecit potestatem & copiam Scoto ad capessendam lauream Doctoratus Parisiensis; vbi ad propulsandas Iouij, & sectatorum imposturas, & criminationes, prævalent testimoniales literæ Venerabilis illius Præsulis, qui eximiè commendat Scoti adhuc iuuenis pietatem; quas literas originales vidisse, & in manibus habuisse testatur Petrus Rodulphius, libr. 3. Historiæ Seraphicæ, in Ioanne Scoto, & nos ex eodem Rodulphio transcripsimus in vita Scoti, §. 18. nu. marg. 24.

Rodulphius

Asseritur approbatio Alensis.

§. 22 Quare admissa Pontificia approbatione doctrinæ Alensis (nec enim rationabile apparet tot grauium Historicorũ in idem conspirantium pronuntiatis refragari, aliàs fluctuaret ferè vniuersæ historiæ fides, quæ ratò originalibus instrumentis fulcitur, sed plerumque traditione, & grauium Scriptorum assertione & iudicio) censemus, prædictam Pontificiam approbationẽ rectè interpretari ab Authore Nitelæ loco citato fol. 44. vbi inquit.

Dermicius Thadęi.

Vt meritò Irrefragabilis inde saluaretur, confirmant hoc monumenta Franciscana Martianus (*qui eos septuaginta duos fuisse commemorat Doctores Vniuersitatis Parisiensis*) Vuillot. *& alij. Admonitos tamen volo, siue aduersarios, siue alios quoscunque, eiusmodi approbationes non debere ad omnia, & singula placita referri doctrinæ approbatæ; sed ad ea quæ potissima sunt contra hæreticos, & pro defensione articulorum fidei; vt ex illis verbis sextæ Synodi colligitur*: Et suscipimus omnia, quæ de recta fide, & condemnatione hæreticorum exposuerunt; *supple Patres.*

NOTA.

Sexta Synodus

Iudiciũ de approbatione doctrinę Alensis

Vnde æstimamus, doctrinam Alensis, quâ agit contra hæreticos, speciali ter approbatam esse; in alijs tamen placitis, quæ inter opinabilia recensentur, generalem approbationem nancisci tanquam doctrinam fructuosam vsui fidelium ac probabilem; non tamen quòd ex tali approbatione Pontificia accedat cunctis pronuntiatis Alensis ea certitudinis meta aut gradus, quòd aliquot opposita placita ex opinabilibus inter Doctores Scholasticos non haberi valeant æquè aut magis probabilia, vt infra in sequęti Prolusione ostendam agens de approbatione doctrinæ S. Bonauenturæ.

Celeberrima cognomẽta Alẽsis ob doctrinæ præcellentiam.

23 Propter eximiam ergo eruditionem, & pietatem insigniter auduit Alexander Alensis, *Fons vitæ, & Doctor irrefragabilis vocitatus, imò & Doctor Doctorum, & Doctor Seraphicus*, vt ex Molano & Miræo aperuimus; licet autem Alexander condecoratus non sit cognomento Magni, ne in nomenclaturam ethnici illius Macedonum Imperatoris recideret, qui Alexander Magnus appellatus fuit; alt quæ magnitudo clarior quàm ob doctrinæ præcellentiam indigitari notis *Doctoris irrefragabilis, Fontis vitæ Doctoris Doctorum, & Doctoris Seraphici*?

Cur Alensis nõ appellatus Magnus sicut Alexander?

Alensis non impar Alberto.

Quare Alensem Alberto Magno imparem non credimus, licet enim Sixtus Senensis libr. 4. Bibliothecæ Sanctæ, iure in Alberto celebret: *Quòd ob eximiam scientiarum eius multitudinem, magnitudinemque, Magni cognomen, quod nulli vnquam eruditorum contigit, ante mortem adeptus sit*: Magni tamen nomenclaturam ob æquiuocationem agnominis cum Macedone Alexandro, denegatam Alexandro Alensi opinor, nec aliam infuisse discernendi causam inter Albertum, & Alexandrum nostrum, cum de magnitudine in re literaria contenditur; siquidem de Alensi fatetur idem Sixtus Senensis in eodem libr. 4. Bibliothecæ Sanctæ.

Six. Senen.

Iudiciũ Senensis de Alensi.

In Scholasticis artibus & in cognitione diuinarum scientiarum tantum nominis & gloriæ consequutus, vt ab eruditissimis sui temporis, Fons vitæ appellari meruerit; præter illam nobilem Theologiæ Summam, quam, iubente Innocentio Pontifice eius nominis Quarto, conscripsit, vtrumque sacrum te-

NOTA.

sta-

stamentum variis hinc inde annotationibus veluti stellulis, illustrauit. Quod opus ipse Postillam super totam Bibliã inscripsit.

Alēsi & nō Alberto Sedes Apostolica munus constr endi Summam Theologicã iniunxit.

24 Imò quòd quis venerari posset præcellentiam doctrinæ Alensis, eò quòd illi, & non Alberto Magno iniunctum sit à Sede Apostolica onus, & munus Summam Theologicam construendi; vt fatetur idem Sixtus Senensis. Quòd autem impar non extiterit Alēsis Alberto, in coæuorum authorũ, etiam primariorum iudicio, ostēdi potest ex Henrico Gandauensi (qui apud priscos, agnomine Doctoris solemnis inclaruit) ita enim loquitur de Alberto Magno, in lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, cap. 43.

Iudicium Henrici de Alberto Magno.

Albertus Ordinis Prædicatorum, Coloniensis domus eiusdem Ordinis Lector vir undecunque doctissimus, multa & scripsisse fertur, & scribere; sed primam partem Postillarum eius in Lucam tantùm fateor me vidisse. Et vt salua pace eius dictum sit, sicut à quibusdam dicitur, dum subtilitatem sæcularis Philosophiæ nimis sequitur, splendorem aliquantulum Theologicæ puritatis obnubilat.

Idem de Alexandro Alensi.

De Alexandro autem sic habet Hēricus Gandauensis in eodem lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, cap. 46.

Henricus Gandauēsis

Alexander natione Alensis liberalium litterarum & Sacræ Scripturæ peritissimus, qui etiam Parisijs Theologicæ scholæ publicè præfuit scripsit Quæstiones in quatuor libros sententiarum subtilissimè disputans. Dicitur etiam multa disseruisse subtiliter de concordia Iuris diuini & humani, & de multis rebus alijs, studiis Theologiæ conuenientibus. Ignoscat lector, si vel huius opusculi vel quorumdam aliorum non propriè exprimo continentiam: quia non ex propriæ lectionis experientia, sed auditu tantùm hìc loquor.

Obseruatio in Hedrici censionem de Alensi

25 Vbi ex celebri Doctore Henrico, Alberti Magni, & Alexandri Alensis coætaneo apparet, qualiter inter momenta doctrinæ Alberti, & Alexãdri libret, & discernat Henricus. Quia tamen Gandauensis author coæuus non meminit illius approbationis, quam à Sede Apostolica obtinuerunt Scripta Alensis; talis silentium apud Hēricum ea causa esse potest, quod scripserit Henricus ante editam Summam Theologicam Alensis, & post Cõmentaria Alensis in quatuor libros sententiarum, quæ approbatione Pontificij diplomatis communita non sunt, sicut fulfulta extat Summa Theologica, quam iubente Innocentio Quarto exarauit & construxit Alexander.

Alensis prẽter Summã Scholasticã edidit Commentarios in libros sententiarũ

Quòd autem Commentaria in quatuor libros sententiarum sint aliud germen Alensis omnino diuersum à Summa Theologiæ scholasticæ, constat ex Molano, & Auberto Miræo à nobis transcriptis in præsenti Prolusione, sub num. marg. 18. Quod etiam constat ex Dionysio Carthusiano Viro sapientissimo, & sanctissimo, in Colloquio siue Dialogo de particulari iudicio animarum post mortem, art. 4. vbi inquit: *Præterea his concordant quæ Irrefragabilis Doctor Alexander de Ales scribit in Summa sua, & super secundum sententiarum.* Vbi distinguit Summam Alensis ab ijs quæ scripsit super sententias.

Idem ex Dionysio Carthusiano.

Apparet etiam ex titulo & summario illius articuli ea veneratio, qua Alensem prosequutus fuerit Dionysius; ita enim habet. *Ex dictis Domini Bonauenturæ, & Domini Alexandri de Ales, & aliorum Doctorum de eadem materia & præsertim de modo formæ, ac durationis particularis animæ).* Vbi Dionysius suppari nota honoris condecorat Bonauenturam & Alensem; scripsit enim Dionysius ante Bonauẽturam inter Sanctos cooptatum.

Præclara cõmẽdatio doctrinæ Alensis ex Actis canonizationis S. Bonauenturæ.

26 Vltimò tandem pro commendatione doctrinæ Alensis, & pro magna æstimatione, quam pietate & scriptis vendicauit sibi in Ecclesia, attexo testimonium Octauiani de Martinis Sueſſani, Aduocati Consistorialis, in Oratione prævia ad canonizationem S. Bonauenturę habita coram Sixto Quarto, & Consessu Patrum Ecclesiæ pro Seraphico Doctore inter Sanctos cooptando, quæ Oratio inter acta canonizationis reperitur in fine Tomi 7. Operum S. Bonauenturæ, & ea quæ ibi pro Apotheosi S. Bonauenturæ asserun tur, talis authoritatis & firmitatis existunt, quantam exposcebat rei gerendæ magnitudo, & tantorum Patrum in grauissimo negotio conuentus: itaut

ex

ex eadem Oratione acceptæ ſint Lectiones Officij Eccleſiaſtici, quas ex decreto Pontificio perſoluit vniuerſus Ordo Minoritarum in feſto S. Bonauenturæ, & per eius octauam. Seqrē tia autem verba quæ ad Alenſem pertinent, & habentur in Lectione 6. Octauæ S. Bonauenturæ, mirè commendant Alenſem.

Octauianus Sueſſanus.

Sperãtes in Domino, huius Seraphici Doctoris lucubrationes ad doctrinã & deuotionem, quã in clero populoq; Christiano magnopere lucere & ardere cupimus, maximo adiumento fore; illius libros, cõmentarios, opuscula, opera denique omnia, prout ex nostra Typographia Vaticana, quã emendatissima, vt suprà dictũ est, emittũtur, vt aliorũ Ecclesiæ Doctorũ qui eximij sunt, nõ modo primarium, sed publicè in Gymnasijs, Academijs, scholis, Collegijs, lectionibus, disputationibus, interpretationibus, cõcionibus, sermonibus, omnibusq; alijs Ecclesiasticis studijs, christianisque exercitationibus ettari, proferri, atq; eũ res postulauerit, adhiberi volumus & decernimus.

18 Verùm, quicquid sit de prælatione doctrinæ S. Bonauẽturæ apud prædictos authores, de qua liberũ & integrum sit suũ vnicuiq; iudiciũ (nec enim hisce immiscẽo doctrinæ librationibus inter clarissima Ecclesiæ lumina) cũ tamẽ è re sit, & Seraphici Doctoris honore, extendere SS. Thomã & Bonauenturam æqualiter à sede Apostolica approbari; nec alterũ ab alio exuperari in laude & commendatione doctrinæ.

Nõ inrẽdit author prælationẽ, sed paritatẽ inter SS. Thomam & Bonauenturã.

Pro quo asserto aditruẽdo recole Sixti IV. & Sixti V. pronuntiata trãscripta sub n. 8. & 9. huius prolus. vbi Pontifices admirãtes in Bonauentura eximia fulgentis & exardentis sapientiæ acumina, adstruũt. *Quòd videatur Spiritus Sãctus per os Bonauentura loquutus; & quòd almi spiritus ignita irradiatio in ore & calamo Doctoris seraphici diffusa appareat.* Quod vnũ Bonauenturæ præconiũ, à duobus tamẽ Christi Vicarijs ex Cathedra docentibus erumpens, an cunctos commendationũ Angelici Doctoris cumulos (quibus ornatissimũ & dignissimum recolimus, & suspicimus) exæquet, cordati & pij cuiuslibet iudicio, & censioni deferimus.

Pronũtiata Sixti IV. & Sixti V. pro irradiatione S. Bonauenturæ ab Spiritu Sancto.

19 Nec obiici potest, quòd summi Põtifices, quãdo Bonauenturã Spiritu Sãcto afflatũ, & videri per os Bonauenturæ loquutum pronuntiant; agant de mysticis tantũ tractationibus, quæ feruẽt miro quodã diuinæ charitatis incẽdio.

Obiectio; quòd Põtifices loquanturde mysticis scriptis.

Quia Pontifices absq; restrictione & exceptione vlla, vniuersaliter de cũctis Bonauẽturę scriptis idẽ decernũt; Seraphicus enim Doctor etiã inter scholasticæ disputationis certamina aridus, & exuccus nõ est, semper cœlesti rore imbutus, vbiq; succulentus, corda aculeis

Diluitur, Bonauẽtura etiã in ſcholasticis disputationibus expãdit ignem cum lumine.

Se-

Exeter. Then leade away the corpse of King Henry,
And to his Sonne and Nephew Coronation.
Let Forraine Princes and Ambassadors
Be honorably receiued, and brought
Vnto the Princely Tombe of Windsor.
Thither shall your Honors waite vs,
And see the Noble Englishe Harry
Laide with his Predecessors in his Graue,
As to his high Desert was meete.
Then shall we make Election
Where it best fits Royall Majesty
To meete the Kings Espousall,
And to conclude a Peace with Charles the Dolphin.

Bedford. Before we make Election,
Giue me leaue to goe into France
And take Possession of Anjou and Maine,
And send Ambassadors to meete the Duke
Of Burgundy in Picardy.

Exeter. Vncle of Bedford,
Your Wisedome counsels well,
And so let it be done.

Bedford. Then I will leade away the Corpse
Of King Henry from Paris,
And take Post for England.
Farewell Gloster,
And Noble Lords adieu.

Gloster. Farewell Protector of our Sorrowes.

Exeter. And Regent of our Hopes:
Gentle Vncle farewell,
And all be prosperous.

Finis Actus Primus.

Actus Secundus. Scena Prima.

Enter Talbot, Captaine, and Souldiers.

Talbot. Lord Regent, and redoubted Burgundy,
By whose approach the Regions of Artois,
Walloone, and Picardy are friendly kept,
I vnderstand you are to meete the Dolphin
About the Marriage of the King with her,
Sister to the Duke of Burgundy.

Burgundy. Yes Talbot, they expect me in the Port,
Arrayed with my Nauie.

Talbot. Long may it safely ride,
And ore the Surges beare it to the Shore.
But in the Hauen I espie a Power
Ready to Intercept you in your way.

Burgundy. Feare not my Lord, for if we two be friends,
Their Fleete shall not haue Power to hurt vs.

Talbot. Yet I would haue you both more fully Arm'd,
Least that the Dolphin should haue warning
Of your Approach.

Burgundy. Well, I will see it done.
Meane time my Lord Talbot,
Drawe forth your Souldiers,
As best may fit to guard your Nauie.

Talbot. Thanke your Grace,
Captaine, you must direct
The Souldiers in their Seuerall Stations,
And see they doe their Offices with Care.

Captaine. They will my Lord, each one doe his owne Charge.

Talbot. Then Captaine, come,
Let vs to Horse,
And ouer-looke the Coast.

Burgundy. Farewell Lord Talbot,
Doe your Charge faithfully,
And I doubt not but we shall meete
Victorious.

Talbot. Farewell Noble Burgundy.

Exeunt.

Scena Secunda.

Enter Charles, Alanson, Reignier, and Souldiers.

Charles. Mars his true Moode was not more full of Warre,
Then Charles is now of Loue.
Alanson, Reignier, Princes of the Bloud,
Our Kingdome's Pillars, and our Nations Hope,
Thus haue we met to Honour Charles his Nuptials,
And feast the Burgundian Duke,
Who comes to grace our Feast.

Alanson. Reignier, Duke of Anjou and Maine,
Thy Daughter Margaret is a Princely Mate
For Charles the Dolphin.

Reignier. Alanson, Duke of Calabria,
Thy Vertues are not vnknowne to vs,
Nor is the Fame of thy Renowned Deeds
Vnheard of in our Court.

Charles. Then Princes, let vs in,
And feast the Burgundian Duke,
Who comes to grace our Feast.

Exeunt.

Scena Tertia.

Enter Talbot, Captaine, and Souldiers.

Talbot. Lord Regent, and redoubted Burgundy,
By whose approach the Regions of Artois,
Walloone, and Picardy are friendly kept,
I vnderstand you are to meete the Dolphin
About the Marriage of the King with her,
Sister to the Duke of Burgundy.

Burgundy. Yes Talbot, they expect me in the Port,
Arrayed with my Nauie.

Talbot. Long may it safely ride,
And ore the Surges beare it to the Shore.
But in the Hauen I espie a Power
Ready to Intercept you in your way.

Burgundy. Feare not my Lord, for if we two be friends,
Their Fleete shall not haue Power to hurt vs.

Talbot. Yet I would haue you both more fully Arm'd,
Least that the Dolphin should haue warning
Of your Approach.

Burgundy. Well, I will see it done.
Meane time my Lord Talbot,
Drawe forth your Souldiers,
As best may fit to guard your Nauie.

Talbot. Thanke your Grace,
Captaine, you must direct
The Souldiers in their Seuerall Stations,
And see they doe their Offices with Care.

Captaine. They will my Lord, each one doe his owne Charge.

Talbot. Then Captaine, come,
Let vs to Horse,
And ouer-looke the Coast.

Burgundy. Farewell Lord Talbot,
Doe your Charge faithfully,
And I doubt not but we shall meete
Victorious.

Talbot. Farewell Noble Burgundy.

Exeunt.

Scena Secunda.

Enter Charles, Alanson, Reignier, and Souldiers.

Charles. Mars his true Moode was not more full of Warre,
Then Charles is now of Loue.
Alanson, Reignier, Princes of the Bloud,
Our Kingdome's Pillars, and our Nations Hope,
Thus haue we met to Honour Charles his Nuptials,
And feast the Burgundian Duke,
Who comes to grace our Feast.

Alanson. Reignier, Duke of Anjou and Maine,
Thy Daughter Margaret is a Princely Mate
For Charles the Dolphin.

Reignier. Alanson, Duke of Calabria,
Thy Vertues are not vnknowne to vs,
Nor is the Fame of thy Renowned Deeds
Vnheard of in our Court.

Charles. Then Princes, let vs in,
And feast the Burgundian Duke,
Who comes to grace our Feast.

Exeunt.

Ecclesiastes. Cap. xiii.

Ecclesiastes. Cap. xiii.

Qui tangit picem inquinabitur ea: & qui communicat superbo induet superbiam.

Pondus & statera iudicia Domini sunt: & opera eius omnis sollicitudo.

Qui multa negotiatur non fiet sine delicto: & qui festinat ruere non erit innocens.

Est vir fortis impellens & ruens in impetu: & est alius impotens & egens auxilio: & est alius plenus deficiens & indigens: & est alius pulcher facie & mulier deprecatrix.

Ante faciem famis ambulabit egestas: & ante faciem indigentiæ malum & tristitia.

Ante faciem verecundi gratia & ante faciem honorati honor: & ante faciem divitis bonum & ante faciem pauperis malum.

Ante faciem humiliati ne glorieris: & ante faciem honorati ne confundaris.

Ante faciem divitis ne iudicaveris: & ante faciem potentis ne adulteris.

Ante faciem iudicis ne mentiaris: & ante faciem principis ne mentiaris.

Ante faciem multitudinis ne corruas

Sixtus V.

" *nulloſque pro Eccleſia labores ſubire re-*
" *cuſantem*, tanquam in totius Orbis
" terræ theatro in ſacrum Cardinalium
" Collegium; & in Epiſcoporum Ordi-
" nem ſtatim cooptauit, nam Eccleſiæ
" Albanenſi illum præfecit, qui honos an-
" tiquioribus Presbyteris Cardinalibus
" tribui ſolet. *Qua ille ampliſſima digni-*
" *tate auctus vniuerſam in Dei gloriam,*
Expugnat hæreſes. " *& Eccleſiæ vtilitatem contulit, etenim*
" *in rebus Concilij arduis operam egre-*
" *giam præſtitit; Catholicam fidem conſ-*
" *tantiſſimè defendit, prauas opiniones*
" *acerrimè refutauit, eiuſdemque pruden-*
" *tia, doctrina, ſanctitate, orationibus,*
" *Gregorij Pontificis paſtoralis ſollicitu-*
" *do tantoperè adiuta eſt, vt ſublato per*
" *Dei miſericordiam ſchiſmatis diſidio,*
" *Michael Palæologus Græcorum Impe-*
" *rator, Orientaleſque Nationes, ad Apo-*
S. Bonauen. cura Græcis appellatus Eutychius. " *ſtolicæ Sedis obedientiã, vnitatem, cõ-*
" *munionemque redierint, ac deniq; dig-*
" *nus habitus eſt, quem Græci* Eutychij
" *nomine appellarent.*

Premitur ratio ad hominé pro S. Bonauent.

Si ergo tot triumphi ex hæreſibus rebellatis reportati in Concilijs Generalibus Lugdunenſe, & Florentino, & quòd iugiter i çreticorum machinationes pronuntiatis S. Bonauenturæ proſternantur, conciliat Bonauenturæ ſolam generalem approbationẽ doctrinæ; igitur Angelici Doctoris commendatio ſolùm generalis eſt; vel ſi ſpecialis, etiam ea Bonauenturæ non inuidenda.

1. ratio pro prælatione S. Thomæ, ex ſpeciali infuſione doctrinæ à Deo.

25 Sed age; minutim rationes prælationis S. Thomæ apud prædictum authorem diſcutiamus. Prima eſt, quam prædictus author (in citata diſp. 1. ar. 2. §. *Teſtimonia Sedis Apoſtolicæ approbãtia D. Thomæ doctrinã*) haurit ex Bulla Ioannis XXII. pro canonizatione Angelici Doctoris; vbi aſſerit Sanctus Pontifex, quòd S. Thomæ ſapientia per ſpecialem infuſionem à Deo efflurerit: ita enim habet Ioannes XXII.

Ioan. XXII. *Plurimaque alia Dei opera ad Dei laudem, fideique dilatationẽ, eruditionẽque ſtudentiũ clarò (cũ ſciens eſſet) famoſa (cùm cognitus) non abſque ſpeciali Dei infuſione perfecit.*

Satisfactio ad 1. rationem. Ac verò in reuelatione, & ſupernaturali infuſione doctrinæ, ſuppares exhibent Romani Pontifices Doctorem Angelicum & Seraphicum; cùm de Sancto Bonauentura, ita loquatur Sixtus Quartus in Bulla Canonizationis. *Illuminatus enim ab eo, qui illuminat omnem ſenſum, qui lux, vita, veritas eſt, & vita, pauciorum annorum ſpatio incredibilem eſt ſcientiam conſequutus*: vbi ſapientiam Sancti Bonauenturæ (ob præcellentiam) non ſolùm prædicat Pontifex ab illuminatione Spiritus Sancti pullulantem, ſed etiam præ magnitudine incredibilem; quidni ergo adtribuatur ex ſpeciali infuſione Dei effluens?

Sixtus IV. " S. Bonauentura ornatus " indebi- " bili ſcientia " Sixtus IV. "

S. Bonauentura vas aureũ gratia Spiritus Sancti formatũ omni ex parte.

Et Sixtus Quintus appellat Seraphicum Doctorem vas aureum gratia Spiritus Sancti, *omni ex parte* formatum, & eiuſdem Spiritus irradiatione ditatum; ſic ille in Bulla Doctoratus S. Bonauenturæ. *Breui temporis ſpatio excellentis ingenij bonitate, aſſiduo labore, & quod caput eſt gratia Spiritus Sancti, qui vas aureum in bonorem electum omni ex parte formabat, tantos progreſſus fecit, & ad tantã doctrinæ perfectionem peruenit, &c.*

SS. Thomas & Bonauentura canoniçati ob infuſam ſapientiam.

26 Quare ſi Diuus Thomas inter Sanctos cooptatus eſt non ſolùm ob vitæ ſanctimoniam & miracula, ſed etiam ob ſapientiæ cœleſtis donum; ita & Bonauentura ob doctrinam excellẽtiſſimam, & Eccleſiæ inſigniter profi cuam inter Sanctos connumeratur: diſſertam probationem exhibeo ex Sixto Quarto in Bulla Canonizationis Seraphici Doctoris, vbi ita decernit Pontifex.

Probatur ex Sixto Quarto. *Hunc diem Canonizationis ipſius Sancti Bonauenturæ in medio Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, quò maxima omnis generis ordiniſque multitudo confluxerat, celebrandum ſtatuimus.* Ibi reliquis omnibus legitimè peractis, prædictus Ordinis Minorum Procurator Petrus de Rodulphis, in medio ſtans, dictum illud Beati Ioannis Apoſtoli clara voce proponens, videlicet: *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus*, probauit etiam, *habito ſuper præmiſſis proceſſu*, ipſas Beatiſſimæ Trinitatis perſonas teſtimonium, quod Beatus Bonauentura in cœlo ſit, præſtitiſſe. *Patrem videlicet, in miraculorum potentia, Filium in doctrina ſapientia, & Spiritũ*

Motiuum canonizationis S. Bonauenturę. NOTA

Sixtus IV.

Sanctum in vita ipsius bonitate. Et propterea non solùm nominibus omnium qui hanc ipsam canonizationē fieri supplicarunt, sed etiam ex parte Indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, vt ipsum B. Bonauenturam Sanctum pronuntiare dignaremur, instāter instantiùs, & instantissimè requisiuit. *Hæc Sixtus IV.*

Expēdūtur motiua canonizationis S. Bonauenturæ.

Quæ omnia firmat Pontifex ex Cathedra docens, *habitu professa*, vt idem adstruit; & vt motiuum canonizationis sibi præstituit in Bonauentura virtutē effectricem miraculorum, sanctitatem vitæ, & donum sapientiæ. Vbi sicut potestas Bonauenturæ ad patranda miracula defertur Patri, vt agenti supernaturali; & sanctitas vitæ Doctoris Seraphici adscribitur Spiritui Sancto, vt supernaturali principio totius sanctitatis Ecclesiæ: sit, vt etiam reliquum sit; & euidenter consequens, quòd de Pontificis decreto, sapientia Bonauenturę supernaturale & infusum donum adstruatur; cùm potestas miraculorum, & vitæ sanctitas, quæ simul percelebrantur vt ad motiuum canonizationis attinēcia, ad ordinem supernaturalem spectent. Ideo autem specialiter tribuitur Filio, vel Sapientiæ Incarnatæ fulgor Seraphici luminis in Bonauentura; quia S. Doctor domicilium intra viscera Dei hominis nactus sit; & ibi cibis Christi nutritus, sacros eos ignes conceperit, & imbiberit, quos ore & calamo largiter effudit.

Cur infusa sapientia S. Bonauenturæ adscribatur Filio Dei?

27 Quòd autem Bonauentura ex infusione & reuelatione cœlesti riuos sapientiæ ad miram Ecclesiæ fœcunditatem profuderit; & quòd non solū ob vitæ puritatem, & crebra miracula, sed etiam ob mirabilem & diuinitus acceptam sapientiam, qua Ecclesiam locupletauit, canonizatus sit Doctor Seraphicus, perspicuè constat ex Actis canonizationis, in Oratione habita corā Sixto Quarto, & Patribus Ecclesiæ pro Apotheosi S. Bonauenturæ, vbi Octauianus de Martinis Suessanus ex approbatione Pōtificis, & Patrum Ecclesiæ quæ præmittitur præambula ad decretum canonizationis, vel sic pro Bonauētura intonat.

S. Bonauentura imbutus supernaturali sapientia.

Constat ex Actis canonizationis S. Bonauen turæ.

Octauian. Suessanus.

Posſem fortè ineptus videri, si studēs cœpto prosequar, diem absumere resensendo miracula, quorum relationi nec diē, nec certè dies sufficere satis scio. Sed quid vlterius exquirimus miracula? *quasi verò Basilium Magnum, Hieronymum & Augustinum nostra fidei lucida sidera: Thomam Aquinatem, & alios quàm plures, quos in Dei Ecclesia Sanctos colimus, ob miracula, non autem ex diuinitate doctrina miremur & veneremur. Quos tamen sanctitatis testimonium non ex alio certiùs consequutos probè intelligimus, quam ex eorum Cōmentarijs, quæ vt diuinitatis plena non nisi per infusam scientiam poterant edidisse, ex quibus Spiritum Sāctum in eis habitasse veriùs cōprobatur.* Atsi porrò miracula exigimus: nō tam quę per illum in alios; quàm quæ in eo ipso apparuerint, consideremus. *Si igitur B. Bonauenturam in suis operibus miraculosum iam constat, si infusam dono Sancti Spiritus obtinuisse scientiam diuina illius commentaria profitentur, &c.*

Supparē exhibet Bonauentūræ primarijs Ecclesiæ Doctoribus in dono sapiētię, vt motiuo canonizationis.

NOTA.

Vbi Octauianus, ex approbatione Pontificis, in Oratione præuia ad decretum canonizationis, asseuerat; quòd Bonauentura suis scriptis irradiatione supernaturali exaratis (& in quantum scilicet, vt miraculosum donum ad motiuum canonizationis conferre valent) doctrinas S.S. Augustini & Thomæ æquiparet; pro qua exæquatione, pensita ea, quæ supra scripsimus, sub num. 16 & 17.

S. Bonauētura æqualis SS. Augustino, & Thomæ in motiuo canonizationis ex doctrina supernaturali

28 Vndè Bonauenturam ob præcellentissimam doctrinam canonizatione dignum pronuntiauit ex Pontificis & Patrum Ecclesiæ iudicio, Ioannes Franciscus de Pauinis in Relatione præuia ad Apotheosim S. Bonauenturæ, quæ habetur in Actis eiusdem canonizationis, p. 1. in initio, vbi subdit.

Idē constat ex Actis canonizationis S. Bonauenturæ.

Dico concludendo; quòd doctrina excellentissima huius Beati Patris maximum affert testimonium sanctitatis; per quam in Dei Ecclesia velut splendor fulget firmamenti, & velut stella in perpetuas aternitates mansura, ad institiā valens fideles erudire.

Franc. de Pauinis.

29 Imò quòd S. Bonauentura non solùm ob vitæ, miraculorum, & scientiæ splendorem canonizatus est; sed etiam ob regimen Sanctum Oeconomicum, quo vniuersio Minoritarum Ordini præfuit, & mirificè profuit, illius per decem & octo annos Generalis Mini-

Etiā S. Bonauētura canonizatus ob sanctum regimē Oeconomicū

ni-

Acta canonizationis S. Bonauenturæ.

ſter. Accipe verba ex prædicto authore Ioanne Franciſco de Pauinis in Relatione citata, quæ incipit: *Iuſtitia ſuffragiorum, Beatiſſime Pater*, 1. p. ar. 5. ſeu potiùs ex Chriſti Vicario, & Patribus Eccleſiæ in prædicto authore loquentibus.

Franciſc. de Pauinis.

Ad quintum dico concludendũ; quòd regimen Sanctũ Oeconomicũ atque politicum huius Beati Patris, maximum affert teſtimonium ſanctitatis ipſius. Multum enim ad perfectionem hominis attenditur, quòd domui ſuæ fuerit benè præpoſitus, illam regens honeſtè, tàm exemplo, quàm verbo retrahendo à vitijs ad virtutes; vt probatur 18. diſt. 5. *Neceſſe*, & maximè integritatis eſt experientia, & probatio. *Nam qui integer non eſt, non habet frontem reprehẽdendi alios; includitque euidentiã neceſſariam criminis negligentiæ.*

Subſcribit Felix Contelorius.

Idem adſtruit Felix Contelorius in Tract. & Praxi de canonizatione Sanctorum, cap. 14. de Sanctitate, in fine, vbi inquit.

Doctrina excellentiſſimis, & regimẽ Oeconomicum, atque politicum rectè ad miniſtratum maximum affert teſtimonium Sanctitatis; vt de Sancto Bonauentura loquens probat in eius Relatione Pauinis, p. 1. ar. 2. & art. 5.

Probatio 2. prælationis S. Thomæ

30 Secundam probationem prælationis doctrinæ Angelici Doctoris præ ſcriptis Doctoris Seraphici petit Ioannes de Sancto Thoma loco citato ex veritate doctrinæ abſque vllo erroris næuo exaratæ; quod confirmat ex literis Clementis Octaui ad Neapolitanos pro electione Angelici Doctoris in Patronum, vbi ita ſcribit Romanus Pontifex.

Clem. VIII

Hic ſiquidem bonor virtutibus eius cum admirabili doctrina coniunctis optimo iure debetur. Doctrina quidem teſtis eſt ingens librorũ numerus, quos ille breuiſſimo tempore in omni fere diſciplinarum genere ſingulari ordine, ac mira perſpicuitate ſine vllo prorſus errore conſcripſit.

S. Thomas ſine errore ſcripſit.

In veritate doctrinæ, Bonauentura par S. Thomæ.

Ac nec in præmiſſo veritatis doctrinæ præconio imparem cenſemus Doctorem Seraphicum; *quem Spiritu diuino affiatum, breui annorum ſpatio incredibilem ſcientiam conſequutum prædicat Sixtus Quartus*, in Bulla Canonizationis, à nobis tranſcriptus ſub numer. margin. 25. Adde quod ex Sixti Quarti, & Sixti Quinti iudicio in Decretalibus literis canonizationis, & Doctoratus S. Bonauenturæ, ea appareat Spiritus Sancti ignita illuminatione præditus, vt videatur Spiritus Sãctus per os Bonauenturæ loquutus, vel Spiritus Sancti lumen in ore & calamo Bonauenturæ diffuſum: quod & ſe profiteri prædicant Pontifices admirantes magnum ignitũue doctrinæ Bonauẽturæ fulgorem: Diuinus autẽ ſpiritus, qui eſt ſpiritus veritatis, cũctas excutit errorum nebulas.

Probatio ex decreto Sixti V.

Subiũge etiam ex decreto Sixti V. à nobis tranſcripto ſub numer. marg. 17. quòd omnia opera S. Bonauenturæ ex editione Vaticana (nullo pronuntiato excepto) velit Pontifex & decernat: *Quòd vt aliorum Eccleſiæ Doctorum, qui eximij ſunt, publicè in Academijs, Collegijs, Scholis, &c. citari proferri atque adhiberi, valeant.* Quæ quantum referant ponderis pro omni nota, & ſuſpicione erroris propulſanda, nemo eſt qui non videat.

Alia probatio ex actis canonizationis S. Bonauẽturæ

Quod etiam exprimit Ioannes Franciſcus de Pauinis, in citata Relatione pro canonizatione S. Bonauenturæ, p. 1. art. 2. qui author de ſenſu & iudicio Sixti Quarti & Patrum Eccleſiæ pro Apotheoſi Seraphici Doctoris, ideo æſtimat, ſapientiam Bonauenturæ magis infuſam quàm acquiſitam extitiſſe; tum quia ſapientia per acquiſitionem ſit difficilis, & tarda, per infuſionem, vel inſpirationem verò velox, & facilis; qua etiam probatione vſus eſt Sixtus Quartus. Tum quia Bonauenturæ doctrina ab omni errore defæcata, & depurata appareat; pronuntiatum prædicti Authoris loquentis ex approbatione Pontificis, & Patrum Eccleſiæ, pro hiſtoriæ fide tranſcribo ad verbum.

Ioan. de Pauinis.

Verumtamen in hoc Beato Viro exiſtimo, eam fuiſſe infuſam magis quàm acquiſitam; eſt enim acquiſitio ſapientia per inſpirationem velox & facilis, per ſtudium verò difficilis & tarda. Et poſt pauca, reddens tertiam rationem pro infuſa S. Bonauenturæ ſapientia, ſubdit: *Tertiò, quando in omnibus vera loquitur ſine adminiſtratione alicuius falſitatis; ergo à Spiritu Sãcto, qui Doctor eſt veritatis.*

Quo

Etiã doctrina Scoti ab errore libera Posseuinus

Quo etiam dono sapientiæ ab omni erroris nævo extractæ & deputatæ Scotum ornatum agnoscit eruditus vir Antonius Posseuinus, Societatis Iesu, in Apparatu Sacro; vbi vel sit censet de Scoti doctrina. *Cuius doctrinæ gratiæ illud testimonium extat, quòd eius libri absque vllo erroris nævo, usque in hanc diem trecentos circiter annos, in OEcumenicis Conciliis inviolati permanserint.* Quod etiam in Scoto obseruauit, ducentis annis nobis antiquior Guillielmus Vorilonus in 2. senten. in initio, ita de Scoto scribens. *Cuius doctrinam, cuius opus nullus error maculauit; deuotione cõspicuus præcipuè scribebat, &c.*

Vorilonus

Tertia probatio pro prælatione doctrinæ S. Thomæ.

31 Tertia probatio pro doctrinæ S. Thomæ prælatione apud Ioannem de Sancto Thoma loco citato producitur ex illis verbis Pij Quinti pro S. Thomæ Laureatu.

Pius V.

Nam & miraculorum signis, quibus seruis suis Thomæ perpetua veræ pietatis opera nobilitare voluit inexhausta Dei benignitas, & certissima Christianæ regula doctrinæ, qua S. Doctor Apostolicam Ecclesiam infinitis confutatis hæresibus illustrauit, adductus fœlicis recordationis Ioannes XXII. prædecessor noster, illo in Sanctorum numerum relato, &c. Igitur approbatio Scriptorum S. Thomæ exuperat Scriptorum S. Bonauenturæ approbationem; siquidem doctrina S. Thomæ asseritur certissima regula Christianæ doctrinæ.

Author Nitelæ.

Quod Pij Quinti pronuntiatum ita expendit Dermicius Thadæi in Nitela Franciscanæ Religionis fol. 43. editionis Lugdunensis.

Qualiterdoctrina S. Thomæ sit certissima regula doctrinæ Christianæ?

Quæ Pio Quinto imponuntur non asserunt; nullibi enim appellat D. Thomam, Christianæ doctrinæ regulã; sed dicit, ex certissima Christianæ doctrinæ regula adductum fuisse Ioannem XXII. vt eum Sanctorum numero adscriberet: ex qua regula dicit, Thomam confutasse hæreticos. Et post pauca subiungit idem Author. *Quod de verbis Crucifixi, & de Epistola Vrbani Papæ profertur, libentissimè admitto; & malignus est, qui negat, D. Thomam benè de Christo scripsisse, aut doctrinam eius non esse sanam, & veridicam: hoc tamẽ nihil probibet, quin & alij in Ecclesia fuerunt sani, & veridici.*

Apta interpretatio decreti Pij V.

32 Præmissa Dermicij Thadæi interpretatiõ commonit Ioannem de Sancto Thoma, de qua & grauiter conqueritur; quia tamen neminem exacerbare intendimus, sed debiti officij admonere, & quòd sartus tectus extet Seraphici Doctoris honos candidè & ingenuè apetiemus quid in hac re sentiendum æstimemus. Quare ita intelligendum iudico id Pontificis de Angelico Doctore præconium, quòd doctrina S. Thomæ quantùm ad ea pronuntiata, quibus ex canone fidei hæreses debellat & prosternit, sit certissima doctrinæ Christianæ regula.

Consentit Author Nitelæ.

Quod inficiari non valuit Dermicius Thadæi, imò & id expresè asseuerauit, vt liquet ex illis verbis prædicti Authoris. *Sed dixit (Pius Quintus) ex certissima Christiana doctrina regula adductum fuisse Ioãnem XXII. vt eũ Sanctorũ numero adscriberet; ex qua regula dicit, Thomam confutasse hæreticos.*

Quid sentiendum de opinabilibus placitis Angelici Doctoris?

Cæterùm, de alijs Angelici Doctoris assertis, quæ ex consensu Ecclesiæ inter opinabilia placita recensentur, sentiendum non est, quòd sint certissimæ doctrinę Christianæ regula; aliàs S. Bonauentura, in cuius ore & calamo ex Summorum Pontificum præconio apparet diffusum Spiritus Sancti lumen, à certissima Christianæ doctrinæ regula deuiasset, cùm sæpe in opinabilibus Angelico Doctori refragetur. Præterea Alexander Alensis, & Scotus à certissimo doctrinæ Christianæ canone defecissent, quando S. Thomæ doctrinã in pluribus opinabilibus placitis non recipiunt; appello insuper quàm plures ex toto orbe Theologos, si quando in his, aut illis probabilibus sententijs S Thomam deserunt, fateri velint aut debeant, quòd à certissimo doctrinæ canone aberrent.

Cõfirmatur doctrina præcedens.

33 Accedit etiam pro germana interpretatione decreti Pij Quinti, quòd ipse Pontifex dum doctrinam S. Thomæ vocat certissimam Christianæ doctrinæ regulam, statim restringentem adiunxerit clausulam de *infinitis hæresibus confutatis*, aperientem Pontificis sensum: inquit enim. *Et certissima Christiana regula doctrinæ, qua S. Doctor Apostolicam Ecclesiam infinitis cõfutatis hæresibus illustrauit.*

Igi-

Igitur doctrina S. Thomæ eſt certiſsima Chriſtianæ doctrinæ regula, dũ ex canone fidei hæreſes expugnat; aliàs ſaltim implicitè excuterentur, aut improbarentur oppoſitæ Scholaſticorum Scholæ, & Claſsici Doctores, Alenſis, Bonauentura, & Scotus, qui haud rarò in opinabilibus aduerſantur S. Thomæ.

Quare de his prælationibus Angelici Doctoris præ Doctore Seraphico, tã quam ex Eccleſiæ iudicio depromptis ſilendum conſulo, & expectandum S. R. Eccleſiæ decretum pro aſſertione talis exuperantiæ doctrinæ in S. Thoma; ſiquidem Bonauenturę imparitas hucuſque ex decretis Pontificijs non cõſtat, imò ſupparitas non obſcurè indicatur: clariſsimus enim ſcriptorũ S. Thomæ fulgor maior eſt quàm quòd paradoxis egeat & contentioſis doctrinæ commẽdationibus.

34 Verùm enim verò, quòd in opinabilibus aſſertis ſcripta S. Thomæ ſuſtinenda non ſint tanquam certiſsima norma, aut regula doctrinæ Chriſtianæ: ex parte fatetur idem Ioannes de S. Thoma, loco citato, ar. 3. prope finem vbi ita habet.

Reſpondeo; ſine dubio in doctrina D. Thomæ non omnia æquali gradu certitudinis conſtare, ſed quædam, vt certa, quædam vt opinatiua. Sed in his etiã opinatiuis datur latitudo & diuerſitas; quædam enim ſunt probabiliora alijs & magis à periculo erroris remota, & conuenientiùs tradita.

Dicimus ergo; quòd præ alijs doctrinis, præſertim ſibi oppoſitis, hoc amplius ſortitur doctrina D. Thomæ ex iudicio & approbatione Eccleſiæ, quòd in ſuo gradu vt certior, vel melior, & vt conuenientior pro doctrina Chriſtiana iudicetur, & quaſi regula aliarũ doctrinarum, &c.

Sed an ea extet ſpecialis approbatio doctrinæ S. Thomæ quòad ſingula aſſerta Theologica, itaut in vno ſaltim aut altero, inſuper etiam in nullo ex opinabilibus placitis, æquè probabiliter, vel conuenienter, aut conuenientiùs, & probabiliùs ſcripſerint S. Bonauẽtura, Alenſis, & Scotus, cuiuſlibet pij & docti viri, qui non ſit Thomiſticæ ſchołę iuratus aſſecla, æquæ & cãdidæ æſtimationi deferimus; vnde etiã infertur, quam fidem mereantur Ioan. de S. Thoma pronuntiata ſeu commentaria in illa verba Chriſti ad Doctorem Angelicum: *Benè ſcripſiſti de me Thoma*: ſic enim habet prædictus Author, loco citato art. 3.

Et præterea; quia ſi benè ſcripſit D. Thomas; ergo oppoſitum, & contradictorium eius non poteſt dici benè ſcriptum: ergo oportet quòd ſit ãd minus certior & conuentior ſua doctrina, quã eius oppoſita. Et hoc ſolùm nos volumus; nam reſpectu doctrinæ ſibi non oppoſitæ, non eſt quòd ſit melior. Quod verò addit Chriſtus: Scripſiſti de me, *vniuerſa, quæ ad Theologiam ſpectant, comprehendit, omnia enim ordinãtur ad Chriſtum ſiue ratione diuinitatis tantùm, ſiue ratione myſterij Incarnationis.*

35 Quare eam ex animo colimus & ſuſpicimus doctrinæ Angelici Doctoris approbationem; quòd in his, quæ ex canone fidei contra hæreticos ſcripſit, eius doctrina habenda ſit certiſsima Chriſtianæ doctrinæ regula; & quòd omnia Theologica, ſeu de Chriſto ſcripta (iuxta Crucifixi Thomam alloquẽtis præconium) ſint benè & rectè ſcripta, & Primario Eccleſiæ Doctore digna, eoque ſtudio imbuendi Eccleſiam ſanctis diſciplinis ab Angelico Doctore exarata, vt non ſolùm ob Angelicã vitę puritatem, & patrata miracula, ſed etiam ob excellentiſsimam ſapientiam canonizatus ſit; quod ſolum intẽdit Pius Quintus ex Cathedra docens in Bulla Laureatus S. Thomæ. Quæ omnia non exuperant Seraphici Doctoris approbationem; qui ſupparibus ornamentis à Deo donatus extitit, & Primarij Eccleſiæ Doctoris laurea inſignitus, æqualibuſque immortalis præconij ſymbolis condecoratus.

36 Vnde ſicut commendatio doctrinæ S. Bonauenturæ non tranſilit metas generalis approbationis circa opinabilia placita, cũ tamen ſit ſpecialis approbatio, circa ſcripta contra hæreticos; & generalis approbatio doctrinæ S. Bonauenturæ, vt Primario Eccleſiæ Doctore dignæ, ita commendat ea placita Doctoris Seraphici, quæ inter opinabilia ex Eccleſiæ conſenſu recenſentur, vt nil decernat in præiudicium oppoſitarum opinionum

An-

Inopinabilibus, doctrina S. Thomæ non eſt certiſsima regula doctrinæ Chriſtianæ

Iudiciũ Authoris & cautio in ſimili prælatione tanquã ex Eccleſiæ iudicio deprompta.

Examẽ pro nũtiati Thomiſtæ recẽtioris.

Ioann. de S. Thoma.

Vult quòd doctrina Doctoris Angelici ex iudicio Eccleſiæ ſit norma aliarum doctrinarum

Refellitur aſſertum præcedens

Ioan. de S. Thoma.

Interpretatio vocis crucifixi ad S. Thomam

Legitima elucidatio approbationis doctrinę S. Thomę

SS. Thomas & Bonauentura ſuppares in approbatione doctrinę.

Approbatio vnius nõ præiudicat alteri.

Angelici Doctoris; ita & vice versa de placitis S. Thomæ sentiendum est. Pro quo asserto vide quid Sexta Synodus decreuerit de approbatione aliorũ Doctorũ Ecclesiæ; & lege Dermiciũ Thadæi à nobis transcriptum pro Alexandro Alensi in prolusione præcedenti, sub n. marg. 22.

Dermicius Thadæi.

De magna æstimationè Bonauenturæ apud Scriptores coæuos, & apud Gregorium Decimum Pontificem Maximum, sanctitate, & miraculis celebrem.

37 NEC omittendum pro ea authoritate, quam sibi Doctor Seraphicus eximijs Commentarijs comparauit apud celebriores sui æui Doctores, & quòd non fuerit impar æstimationi doctrinæ Doctoris Angelici; annectere iudicium Henrici Gandauensis, Doctoris Solemnis æuo illo vocitati. Qui Seraphici Doctoris doctrinam non solùm à pietate & igne mentem accẽdente, sed etiam ab acumine, & egregia subtilitate commendatam voluit; adeò vt se magis versatum ostendat in scriptis Seraphici quàm Angelici Doctoris. Cùm ex S. Thomæ monumentis tantùm nominet librum inuectiuũ contra Vuilielmum pro statu Mendicantium vindicatione, silens de summa Theologica, & Commentarijs in quatuor sententiarum libros; Seraphici verò Doctoris plura alia recenseat literaria germina. Ita igitur habet Henricus loquens de S. Thoma, in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, cap. 45.

Non impar æstimatio doctrinæ S. Bonauenturę apud Primarios scriptores coęuos.

Iudiciũ Hẽrici de doctrina S. Thomę.

Thomas, Ordinis Prædicatorum, dictus de Aquino, contra prædicti magistri Vuilhelmi de sancto amore inuectiuum librum edidit opusculũ subtilissimum, in quo eiusdem Vuilhelmi errorẽ redarguit & confutat.

Gandauen.

De Bonauentura autem hæc tradit Henricus Gandauensis in eodem lib. cap. 47.

Bonauentura natione Italicus, Ordinis Fratrum Minorum, qui etiam Parisijs Theologicæ scholæ præfuit, scripsit in quatuor libros Sententiarum Magistri Petri opusculum magnæ subtilitatis, quod sic incipit; Flecto genua mea, &c. *Scripsit etiam aliud, quod vocauit Itinerarium mentis in Deum. Scripsit & de decẽ præceptis. Respondit etiam breuiter calumnijs præfati Magistri Vuilhelmi de sancto amore.*

Idẽ Henricus, quid sentiat de S. Bonauentura?

38 Summam præterea æstimationem, quam de Bonauentura conceperat Ecclesiæ Pastor Gregorius Decimus, sanctitate & miraculis celebris de cuius canonizatione modo agitur Romæ; satis superque demonstrat, quòd Bonauenturam inuitum ac plenè reluctantem impositio obedientiæ præcepto ad Cardinalitiam dignitatem euexerit post opulentũ Archiepiscopatum Eboracensem constantissimè recusatum, ad quem à Clemente Quarto assumptus fuerat, vt constat ex Bulla Clementis Quarti, quam transcribit Vuadingus, to. 2. Annal. ad annũ 1265. sub n. marg. 14.

Summa æstimatio S. Bonauenturæ apud B. Gregorium Decimum coętaneum Bonauenturę.

Vbi circa Cardinalatum Bonauenturæ id tantùm non occurrit ponderabile, quòd non Diaconus, aut Præsbyter Cardinalis creatus sit in ipsa sacræ purpuræ initiatione, sed statim supremum Cardinalitium gradum (qui Episcopalis est) conscendere iussus; sed quòd illi id oneris impositum fuerit vt Bonauentura Concilio Generali Lugdunensi præesset; (vt docet Sixtus Quintus à nobis transcriptus sub numer. margin. 24.) ad quod Angelicus Doctor vocabatur, vt vir sanctitate & scientia celeberrimus, non tamẽ qui obedientiæ præcepto Cardinalitium onus subire compulsus sit, nec vt Concilij Præses existeret.

1. probatio ex purpuræ initiatione vt præesset Concilio Lugdunensi.

Et quòd valde in hac re pensitandum est, cùm etiam Concilio Generali interesset Petrus de Tarantasia inclitus Cardinalis ex Prædicatorum Ordine, postea Innocentius Quintus; qui tamen (cùm esset Decanus Collegij Cardinalium, vt qui Hostiensis Episcopus) non præfuit Concilio, sed Bonauenturæ cessit ob magna momenta, & doctrinæ pondera ad tantum munus

Etiã præsente Cardinali Hostiensi Decano Collegij.

ob-

obeundum in arduo illo pro Græcis subiugādis congressu: pro Petro autē Tarātasiēsi lege Bellarminum de Scriptoribus Ecclesiasticis; & Sixtum Senēsem in Bibliotheca sancta, lib. 4.

Bellarmin. Six. Senen.

Quòd autem Bonauentura inuitus ad Cardinalatum euectus sit, præter Sixtum Quintum id disertis verbis adtruentem, idem etiam asseuerat S. Antoninus in suo histor. p. 3. tit. 24. cap. 8. in initio vbi inquit: *Vocatus fuit à Gregorio, qui ipsum & Cardinalatum & Episcopatum Albanensem suscipere coegit.*

S. Bonauentura inuitus euehitur ad Cardinalatum.

S Antonin.

39 Cæterùm, quòd S. Bonauentura adhuc viuente S. Thoma compulsus sit Cardinalitium onus obire; patet ex Cardinali Bellarmino de scriptoribus Ecclesiasticis, in S. Bonauentura, vbi inquit.

S. Bonauentura natione Italus, patria Balneoregiensis, Ordinis S Francisci Minister Generalis ac postea Albanensis Episcopus & Cardinalis à Gregorio Decimo creatus; non in Feriis Pentecostes, & in Lugdunensi Concilio, vt multi scribunt, sed ante Concilium, & fortè in quatuor temporibus Decembris anni 1273. *Nam in ipso Concilio Lugdunensi, quod Romæ nuper est editum, inuenitur S. Bonauentura Cardinalis residere cum cæteris in prima sessione. Prima autem sessio celebrata est anno* 1274. *die* 7 *Maij, triduo ante Ascensionis festum. Vir fuit Sanctissimus, & Doctissimus, &c.*

Legitima supputatio anni initiationis Bonauenturę in Cardinalatu.

Bellarmin.

Acta Concilij Lugdunensis.

Vbi firmiter asseuerat Bellarminus, quòd Bonauentura Cardinalitio Episcopali pileo ornatus non sit in Feriis Pentecostes, & post Sānctum Thomam vocatum ad superos; siquidem S. Thomas ad meliorem vitam euolauit die 7. Martij anno 1274. & Bonauentura inuenitur residere Cardinalis in prima sessione habita eodem anno 1274. die septima Maij: quare Bonauenturam opinatur creatum Cardinalem in quatuor temporibus Decembris anni præcedentis 1273. & ante glorioſum S. Thomæ obitum.

Ex Bellarmini sentētia S. Bonauēturā creatus Cardinalis anno 1273.

40 Sed Bonauenturam creatum Cardinalem etiam ante quatuor tempora Decembris, ostendit Bernardinus Corius accuratus Historicus in sua Historia Mediolanensi, part. 2. ad annum 1273. vbi scribit: *Gregorium Decimum, Lugdunum ad Concilium profisciscentem, & per Mediolanum transeuntem die Dominica, Mensis Octobris octauo, curru aduenientem, secū habuisse Cardinales, Bonauenturā, & Vicedominum de Vicedominis suæ sororis filium, etiam Minoritam.*

Probatio vrgentior ex historia Mediolanensi.

Bernardin. Corius.

De quo vide Vuadingum tom. 2. Annalium, ad annum 1273. sub numer. margin. 10. vbi luculenter ostendit Bonauenturam creatum Cardinalem anno 1273. in quatuor temporibus Pentecostes, & fere anno decurso ante obitum S. Thomæ.

Subscribit Vuadingus

Pro cuius historiæ fide de Bonauentura Cardinali ante annum 1274. lege Victorellum in additionibus ad Ciaconium, in Gregorio X. §. *Creatione quinque Cardinalium*: vbi manifestè refellit Ciaconium asserentem, Bonauenturam creatum Cardinalem in ipso Concilio Lugdunensi.

Etiā Victorellus refellens Ciaconium.

Pro eximia verò præstantia, & acumine doctrinæ Seraphici Doctoris hæc accipe ex Alfonso Ciaconio Ordinis Prædicatorū loco citato in Gregorio Decimo.

Eximiū acumen S. Bonauenturæ.

Sex annis Parisijs publicè sacras literas docuit, quo tempore quatuor libros Sententiarum acutissimè, & pijssimè interpretatus est, & Magisterij laurea assumpsit; quemadmodum in scripturis sanctis enucleandis acutissimus, & ingeniosissimus erat, & vitæ integritate nemini secundus habebatur.

Alfonsus Ciaconius.

41 Accedit etiam ex Actis Concilij Lugdunensis à Victorello, loco citato transcriptis gloriosa ea S. Bonauenturæ commemoratio; & ex legitima supputatione temporum euidens confutatio deceptionis Ciaconij circa Bonauenturam purpura initiatum post S. Thomam vocatum ad superos.

Refutatio Ciaconij de S. Bonauentura creato Cardinali post obitū S. Thomæ

Scribit Ciaconius S. Bonauenturam obiisse anno 1275. 3. *Idus Iulij, ante finem anni, à die tributa illi Purpuræ.* At erat Cardinalis anno 1274. die septima Maij; vt constat ex Concilij Lugdunensis Actis. *Post annum à diesuscepta Purpura, per Ciaconium, obiit*; dixit enim superiùs, in Pentecoste, anno 1274. Purpuratorum eum Patrum numero adscriptum fuisse.

Victorellus

Pēdēincon sequentiam in pronuntiatis Ciaconij.

Dicta Ciaconij non cohærent. Re-

Refellitur Ciaconius

vo-

Acta Cõcilij Lugdunẽsis pro elogio S Bonauenturę.

» Veranon anno 1275. sed 1274. vir Sanctus, die Dominica, decima quinta mensis Iulij, hora matutinali, migrauit ad Christum; vt in Nota Actorum Concilij expressum est: vbi de illo hæc.

Obiit claræ memoriæ F. Bonauentura Albanensis Episcopus; qui fuit homo eminentis scientiæ, & eloquentiæ, vir quidem sanctitate præcipuus, virtutibus plenus Deo, & hominibus dilectus; qui sepultus est ipso die Dominico in loco Fratrum Minorum Lugduni, cuius exequiis interfuit Dominus Papa cum omnibus Prælatis, qui erant in Concilio, & tota Curia. & F. Petrus Ostiensis Episcopus celebrauit Missam & prædicauit, proposito themate: Doleo super te frater mi Ionatha.

Ingẽs dolor & immaturo obitu S. Bonauenturæ.

Multæ lachrymæ, & gemitus ibi fuerunt: hanc etenim gratiam cõcesserat Dominus, quòd quicunque eum videbant, ipsius amore in continenti capiebantur in corde.

P. Gregorij X. de Bonauentura iudicium.

Anno eodem, die 16. eiusdem mensis in quinta Concilij sessione Pontifex Synodo dixit: Dei Ecclesiam timabile damnum ex morte F. Bonauenturæ Albanensis Episcopi perpessam fuisse. Hæc ex Vuadingo.

Theophilus Raynaudus Societatis Iesu.

42 Quibus pro coronide præconiorum S. Bonauenturæ attexo elogium ex Theophilo Raynaudo in Indiculo SS. Lugdunensium, vbi pro S. Bonauentura id construit laudationum fertum, ex Elogio S. Ephrem pro Magno Basilio, ita igitur de Bonauentura censet Theophilus Raynaudus postquã Bonauẽturam (quod de Basilio dixerat Naziancenus) ambidextrum appellarat nec minus doctrina quàm pietate micantem.

Nazianzo.

S. Ephrem in laudatione S Basilij tom. 4.

Ego Bonauenturæ idem elogium labens panxerim: quod Basilio Magno S. Ephrem. In eum enim perbelle cadit si solùm Bonauenturæ nomen appingas. » Bonauentura verè gressus est virtutum » iuber laudam, vita miraculorum; qui in » carne gradiens, spiritu incedebat, com- » munemque cum alijs in tetra vitam » degens, superna contemplabatur: be- » ty lium pl ctrum mystic e citharæ, re- » gionem Sanctorum Angelorum oblec- » trans: certus agnus matricis vitæ, spi- » ritus Sancti agnus, ac horum illustrãs » *desiderio atque amore exultans, ac flo-* » *rem ex ima radice pretiosissimæ Crucis* » *decerpens: præsepe sacrorum dogmatum* » *lingua verborum præmium rectarum* » *atque vtilium cogitationum, demergẽs* » *se ipsum in profundum Scripturarum,* » *& præclarum inde margaritam exhau-* » *riens, racemus ornatus diuinæ vitis,* » *cœlitus diuinam dulcedinem enuntiãs,* » *membrana pulchra diuinæ sapientiæ,* » *quæ de cœlo diuinas elementorum im-* » *pressiones accepit,* optimus regni supre- » mi campus, qui Deo fructus producit » iustitię, *collis variis ornatus floribus* » *mystici roseti, cuius odor in ipsum cœ-* » *lum redolet aspirat, qui clamat in Do-* » *mino grata cantica, & accipit in cœlis* » *coronas.* Hæc Theophilus Raynaudus de S. Bonauentura ex Panegyrico S. Ephrem pro D. Basilio.

Supparitas SS Thomę & Bonauenturæ ex iudicio Eccl esię

Ex quibus, & cæteris, quæ pro Bonauentura in præsenti prolusione adnotauimus, satis patescit, quòd doctrinæ S. Bonauenturæ pondus & præconiũ non fuerit impar clarissimæ commendationi, & æstimationi doctrinæ Angelici Doctoris.

Cãder & obseruantia author s erga PP. Prędicatorum familiam.

43 Hæc pro debita Seraphici Doctoris defensione absque vllo cõtentionis æstu scripsimus; Angelicum enim Doctorem eximiè colimus & suspicimus, præfulgidumque Patrum Prædicatorum cœtum iuxta Seraphici P. N. Frãcisci præscriptum, ea qua debemus obseruantia prosequimur. Vnde si nobis pro iusta Scoti vindicatione decertantibus aliquod verbum excidisse videatur, dum Caietanum, Herueum, aut aliquem ex antiquis Thomistis, Scoticæ doctrinæ insectatorem appellauerimus, quia certaminibus Scholasticis in Scoti doctrinam inuehantur; nil illorum pietati detractum volumus, siquidem iudicio taliter sentientium, non animo impetendi id quod verum æstimassent, acre illorum studium adscribimus.

O Kamus qualiter in sectatur Scotum certaminibus literarijs?

Qualiter etiam O Kamum acerrimũ Scoti vel Scoticæ doctrinæ insectatorem vocauimus, quia in Scoti placita vehementer irrumpat; quem tamẽ non animo sed syndereſi & iudicio refragarem præceptori Scoto ostendimus, ex Mauricio Hibernico; vt patet ex verbis ipsius à nobis transcriptis in vita Scoti, §. 20. n. mar. 74.

Mauritius Hibernicus

Qua etiam ratione Vuadingus tom.

Plures etiã irruptiones literariæ Aureoli in Scotũ, quibus non obstat Vuadingus

3. Annalium ad annum 1308. sub num. marg. 61. in fine ex quorumdam opinatione vocat Cardinalem Aureolum potiùs æmulum quàm discipulum Scoti, quia aliquot pronuntiata Scoti exagitet; quam irruptionem in Scotum non animo impetendi, sed iudicio & synderesi Aureoli, ita sentientis adscribimus quem pietate & eruditione insignẽ indicauimus, in vita Scoti §. 20. de recensione auditorum Scoti, à nu. marg. 31. vsque ad 35.

Infectari pio animo apud Hieronymum.

Adde; quòd infectari non vbique indicet animum hostiliter impetendi, vt patet ex Epistola Hieronymi ad Rusticum Monachum in illa verba: *Hunc periclitantem Pater Monasterij hac arte seruauit; imperat cuidam viro graui vt iurgijs infectaretur hominem*, &c. Vbi apparet quòd vir grauis pio animo iurgiis infectatus sit Monachum iuuenem, vt illi ea arte opitularetur.

Vtiliter infectari terrã ex Virgilio.

Quibus adiunge ex Virgilio, quòd infectari etiam pateat culturæ & exaratioui terræ ad bonas fruges; vt patet ex 1. Georg. *Quod nisi & assiduis terrã infectauere rastris.*

Infectari pro iusta tutela ex Cicerone.

Imò apud Ciceronem *de Amit.* etiã infectari signat excursionẽ in alios pro iusta tutela; inquit enim. *Infector vltrò, atque insto accusatori; iudices infector, inquam, ac flagito testes.*

Obseruatio authoris.

Quare etiam aptè dicitur quis infectari alium instantiis, replicis, & dissertationibus scholasticis, in quo sensu loquuti sumus, vt cuilibet ingenuo lectori ex his, quæ inibi versamus, satis perspicuum erit, & exploratum; quæ obseruata voluimus, ne etiam iustissimæ Scoti defensioni insistentes, minus æqui & candidi benemeritis Doctoribus æstimemur, quorum dotes & ornamenta doctrinæ reueremur ex animo.

Cur Scholæ Minoritarum præfectus sit Scotus, missis Alensi, & Bonauentura?

Cur Scotus cõstitutus sit Dux Scholę Minoritarum?

44 VErùm, præmissa in duabus Prolusionibus præcedentibus de Alexandro Alensi, & Bonauentura vtcumque exaraui eo etiam consilio, vt innotesceret, quòd Ordo Minorum Scotum in literaria re Antesignanum non sibi præstituerit contendendi impetu percitus; cùm pro Bonauentura, & Alensi, (qui sæpe in opinabilibus refragantur Angelico Doctori) posset etiam decertare. Nec etiam Franciscana Religio Scotum sibi Ducem asciuit extimulata ambitu specialem scholam erigendi & sub proprio vexillo in scholastico certamine desudandi; cùm latissimus pateret campus delectui in Bonauentura & Alensi, quorum vnus aut alter plures Religiosorum hominum familias condecorare valuisset. Dei autẽ, vt piè sentio, gubernatione & impulsu, qui Sacras Congregationes moderatur, Scotum delegisse æstimo; de qua Scoti in Ducem literarij exercitus electione extant plura Capitulorum Generalium statuta à Sede Apostolica roborata.

Nõ electus à Minoritis extimulatis ambitu, vel libidine contendendi.

Statuta de præfectura Scoti cõfirmata authoritate Apostolica.

Quo honore insignitum Scotum statim ab illius obitu opinamur in vita Scoti. in §. 20. sub nu. marg. 74. in quo etiam consentientẽ habemus Ferchiũ; nec refragatur Vuadingus in vita Scoti præfixa nouæ editioni operũ Doctoris Subtilis, cap. 19. sub n. mar. 84. vbi inquit.

Quando electus Scotus in scholæ Ducem?

Ferchius.

Vuadingus

Mirum est quomodo omnium insederit cordibus ipse Doctor, & eius doctrina toti placuerit sodalitio, vt neglectis celeberrimis Theologiæ Principibus Alexandro Alensi Irrefragabili Doctore & Seraphico S. Bonauentura, quorum doctrina tantopere commendata est ab Ecclesia, vnum Scotum sibi præfixerit, *cuius disciplina imbuendi essent vniuersi Fratres, in omnem terram fidem Christi disseminaturi*. Quo vero tempore ita primùm statuerint Ordinis Rectores, non omnino constat: *video tamẽ OKamum tum indigitare præclaro illo agnomine*; *Ordinis Doctor*; & Antonium Andream pro re magna reputasse, si eius doctrinam, tam Metaphysicam, quàm Theologicam clariori, & breuiori compendio Ordini tradidisset, in quam probabiliter iam om-

OKamus vocauit Scotũ Doctorẽ Ordinis.

nes

nes inclinabant. *Vterque verò cùm fuerit Scoti discipulus, & paucis post eius mortem annis scripserit facilè iudicandum est, & virum omnibus placuisse, & post mortem eius scripta valde doctis arrisisse.*

Motiua Ordinis in præficiendo Scoto veri literarie, omissis Alensi, & Bonauentura.

45 Sed Minoritarum cœtus Scotum non elegit vt Alensem, & Bonauenturam contemneret; sensatus enim & cordatus quiuis clarissima hæc Ecclesiæ lumina & ornamenta posthabere non potuit. Scotum tamen Franciscana Religio suæ scholæ Antesignanum præfecit; tum ob pietatem in Deiparam, quam Scotus præ cæteris à næuo originariæ labis asseruit & vindicauit; tum quia Scotus ætate posterior magna iudicij trutina, Alensis & Bonauenturæ placita discussit. Accedunt his subtilissima acumina, & ingentia doctrinæ pondera in Scoto; insuper & numerosa soboles, seu præclara Auditorum germina, quibus Scotus Minoritarum familiam impleuit, & illustrauit, qua Auditorum sobole Alensi & Bonauenturæ antecelluit Scotus; vt liquet ex recensione Auditorum Scoti, quam exhibuimus in eius vita, sub §. 20.

Minoritarũ debitum in Scoto ab impostoris vindicando

Cùm ergo Minorum Ordo se si Scoto vt primario Doctori ob eximia pietatis & doctrinæ merita addixerit, & deuouerit; vel inde patescit quàm iniurij habendi sint numerosissimę, & tot titulis de Ecclesia Dei benemeritæ familiæ, qui eius literarium Ducem cauillis & machinationibus fœdare pertentant: & quo iure adstringantur Minoritæ omnes vt cunctos neruos in debitam Scoti vindicationem intendant.

In Scoto literarij exercitus Duce læditur vniuersus Ordo, si Scotus traducatur iniquè.

In Schola enim Duce vniuersus Ordo læditur, & graui nota deturpatur Religio quando impietatis vitæ aut doctrinæ insimulatur Scotus Franciscana Schola Antesignanus. De aduersariorum autem impostoris ita merito cõqueritur Vuadingus loco citato; quem transcribo vt eius consilij ratione aperiam, quæ me impulerit vt Scoti vitam & doctrinæ defensiones pro mea tenuitate scripserim.

Vuadingus.

Scoti porrò, tanquam Scholastici exercitus Imperatoris, nomen & æstimationem tanti faciunt vniuersi consodales, vt nihil supra; & ad minimam eius offensionem commoueantur, & in calumniatorem insurgant, neq; à scribẽdo desistant, donec læsum bonorem instaurent. Vilisquippe nota est, probrosum habere magistrum.

pugnantiæ ſtatus poſsibilitatis condiſ-
cretam;atque adeò tranſcendentiam ac-
tus exiſtentialis importare.

2. Arg. Ad ſecũdũ;ad cauſalitatẽ metaphyſi-
cã nõ exigi,quòd vt aque cõcauſa,tam
materialis,quã forma is, exiſtat à ſe, id
eſt vi ſuæ quidditatiuæ rationis;cũ ſatis
ſuperque ſit,quòd in ſe exiſtat;quare,vt
eſſentia ſuſtratũ eſſe queat exiſtẽtialis
actus,ſufficit quòd habeat actualitatẽ in
ſe,ab ipſo nimirũ actu exiſtẽdi ſibi reali-
ter idẽtificato mẽdicatã;licet à ſe,id eſt,
ex vi ſui quidditatiui conceptus, nec ac-
tualis,nec poſitiua ſit. Imò quòd ſi hæc
ratio alicuius eſſet efficaciæ,etiã ab op-
poſitæ ſententiæ aſſertoribus infringi de-
beret;qui cũ ſola diſcretione ratiocina-
tæ rationis metaphyſicam conſtitutio-
nem aſtruunt.

21 Ad primã rationẽ Aureoli;damus, *Satisfactio ad fundamẽta Aureoli.* affirmationẽ,ſiue poſitionẽ rei nihil ad-
dere rei actuali; inficiamur tamẽ, eſſen- *Ad 1.*
tiã,quò eſſentia eſt,poſitionem,ſiue affir
mationẽ præſeferre; cũ ex vi ſuæ quidditatis,nõ poſitiua ſit,ſicut & nõ exiſtens.

Ad ſecũdã rationẽ; ens in potẽtia to- *Ad 2.*
taliter deſtruere diuiſum,ſcilicèt ratio-
nẽ entis poſitiui, & realis;nec exiſtẽtiã
aliquã rationẽ aduentitiã,vel additã ſuæ
cauſalitati expectare,vt ab ente in potẽ
tia cõdiſtinguatur;negamus tamẽ,eſſen-
tiã,quæ realiter exiſtentiæ idẽtificatur,
eſſe ens in potẽtia obiectiua ex vi ſuæ ra
tionis formalis; aliud enim eſt, eſſentiã
formaliter non actualem eſſe,licet iden-
ticè actualis ſit;aliud,intra potentialita-
tem cauſarum præhaberi; quòd eſt eſſe
ens in potentia.

Sed vrgebis ex Aureolo; quòd ſicut, *Inſtantia pro placito Aureoli.*
quia homo verus,prout opponitur pi-
cto,exprimit totu hominẽ,nõ præmittit
aliquid naturæ hominis, cui coniunga-
tur per modum additionis,aut nouæ ap-
poſitionis ad ſubſtratũ præexiſtens; ita
eò præcisè,quòd exiſtẽtia importat quid
quid eſt realitatis,& poſitionis in ente,
non debet adiungi eſſentiæ,tanquam for
malitas ex natura rei ab eſſentia diſcre-
ta,& illi addita per metaphyſicam com-
poſitionẽ tãquã materiali, & ſubſtrato.

Reſpõdetur;quòd tãtũ obtinet oppo- *Occurritur obiectioni.*
ſitio,quòd exiſtẽtia apponi,nec ad id va-
leat alicui formalitati,quæ ſit poſitio;eò
quòd quidquid eſt,aut cõcipitur poſitio
nis petatur ab exiſtẽtia tãquã à ratione
formali adæquata;non tamẽ agit, quòd
exiſtẽtia nõ ſupponat formalitatẽ eſſen
tiæ,quæ,à ſuo quidditatiuo cõceptu,nõ
refert poſitionẽ, ſed merã cõnexionem
prædicatorũ ab omni ratione poſitionis
præſcindẽtẽ: vnde ſicut homo verus ex-
primit adæquatam rationem hominis,
ita exiſtentia adæquatum cõceptũ rea-
litatis,poſitionis,ſiue actus entitatiui.

Ad cõfirmationẽ Aureoli;quod lapis *Ad confirm.*
ex vi ſuæ poſitionis, ſiue affirmationis,
quã formaliſſimè ab actu exiſtẽdi petit,
recedit à nihilo;quò fit, vt lapis nullam
aliã formã poſitionis, aut affirmationis
exigat præter realitatẽ exiſtẽtiæ,vt à ni
hilo extrahatur. Ex eo tamẽ nõ euertitur diſcretio ex natura rei inter eſſen-
tiã,& exiſtẽtiã;quia eſſentia, quò eſſen-
tia eſt formaliter,nõ habet à nihilo rece

dere

dere, sicut nec formaliter positionē imbibere, sed tantùm quidditatiuam connexionem prædicatorum: positio autem, & affirmatio sunt extra essentialem conceptionem rei, cùm hæc prædicatio accidentaria sit; *homo existit*.

Ad vltimū argumentū.

Ad aliud argumētū solū perstringere eos, qui cōceptū essentiæ formaliter positivū pronūtiant; quō fit, vt formā positionis, & affirmationis (quæ est ipsa existētia essentialiter, & explicitè) in essentia imbibitā asserere cōpellātur. Nostra mē vrgere nō potest, qui cōceptū essentiæ, nec positivū formaliter, nec negativum priuatiuè autumamus, ita vt essentialiter, nec sit priuatio positionis, nec compositio ad realitatē, & positionem: sed negativum præcisiuè, id est à positione, & priuatione, præscindentem.

Vltima oppositio cōtra nostrā sentētiā; vbi expēditur, vtrū actuale exercitiū positionis siue realitatis positiuæ, sit de quidditatiuo conceptu existentiæ?

Oppositio cōtra doctrinam præcedentem.

22 SEd obijcies haud segniter cōtra nostrā sententiā: quod eò essentia ab existētia formaliter seiungitur apud Scoti assecias, quòd essentia secundū adæquatā rationē quidditatiuā apprehēdi queat sub statu possibilitatis antequā actuali existētiæ comparatur; atqui etiā existētia concipi potest, vt possibilis, antequā sit exercita, siue extracta ab eminētialitate causæ, in qua præhabebatur, ad actuale exercitiū positionis, siue realitatis positiuæ: aut igitur asserendum esset, essentiam existentiæ etiam ab ipsamet existentia ex natura rei secerni, prout existentia importat actuale suæ positionis exercitiū; aut infirmam prorsus, ac inutilem relinqui probationem eam, qua agitur, existētiam ab essentia seiungi ex natura rei, eò vel maximè, quòd conceptibilitas obiectiua quidditatis rei essentialiter non referat actuale positionis exercitium.

An de quidditate existentiæ sit actualis & exercita positio extra causas?

23 Quæ obiectio iure exigit penitiorem discussionem conceptus quidditatiui formæ existentialis; vtrùm ita imbibat actuale positionis exercitium, vt sub statu possibilitatis haud cōcipi valeat?

Opinio negatiua Petri Hurtadi.

In qua re Petrus Hurtado *in sua Metaph. disp. 8. sect. 2. dn. 21.* & deinceps, censuit, existētiam non præferre in sua quidditatiua ratione vltimum positionis exercitium; adeò vt oppositam sententiam non vereatur in fide catholica absurdam, & in Philosophia inanem pronuntiare. Quod suadet primò.

1. Ratio.

24 Quia de fide certum est, Angelum aliquem esse possibilem, qui tamen à Deo effectus non sit; de quo hæc instituitur argumentatio. In Angelo possibili, (qui nec extat, nec extabit, de cuius nimirum non existentia sit decretum liberum Dei,) non solùm non est non repugnans essentia, sed etiam existentia, & actualitas; sed hæc existentia non refert actuale positionis exercitium extra causas, cùm relinquatur intra eminentiam virtutis exequutiuæ Dei; ergo de quidditatiua ratione existentiæ non est actuale positionis exercitium.

Cōfirmatur

Præterea: quia existentia Angeli, qui nunquam creabitur, aut repugnat poni in re; aut non repugnat? si repugnat? ergo etiam essentia Angeli esset impossibilis; cum essentia nulla ratione ab eminentia causæ extrahi queat, nisi quatenús subit existentialem actum. Si non repugnat talis existentia? ergo datur quidditatiuus existentiæ conceptus in mero possibilitatis statu; cùm status possibilitatis, nihil aliud sit, quàm non repugnantia ad essendum cum negatione actualis positionis extra causas.

2. Ratio in oppositum.

25 Secundò arguitur; quia si actuale exercitium esset de quidditatiuo conceptu existentialis formæ; fieret, vt existentia à Deo destrui nequiret; cùm id, quod per suam essentiam rei congruit, ei essentialiter conueniat; ac proinde immutabile sit, etiam cum ordine ad primā causam. Ob nullam enim aliam rationē ab homine animal rationale auferri nequit per diuinam potentiam, nisi quia est de quidditate eius; ergo si actuale existendi exercitium esset de quidditate existētiæ, ipsa à Deo anihilari, aut destrui nequiret; quod in fide catholica omnimodā refert absurditatem.

3. Argum.

26 Tertiò; quia existētia ab æterno nō est impossibilis; ergo est possibilis; cū possibile, & impossibile cōtradictoriā referāt oppositionē. Præterea; quia Deus ab æterno potuit creare existētiā Gabrielis; igitur ab æterno respondet ta

vi virtuti effectrici effectibilitas termini, quæ eſt correlatiuũ potẽtiæ agẽtis in aptitudine; ſicut effectũ eſſe correfertur ad principium agens in actu ſecundo: ſed id, quod eſt effectibile, eſt formaliter poſsibile; igitur, &c.

Vrgetur oppoſitio.

Adde; quòd pro eo ſigno rationis, quo decreuit Deus dare exiſtentiã Angelo, quẽ creauit, & denegare exiſtẽtiã Angelo, quẽ nõ producere conſtituit, habuit quidditatiuã, & cõpreheſiuã exiſtentiæ cõceptionẽ, vt notius eſt quã probatione indigeat; at tunc nõ cognouit exiſtẽtiã, vt actualiter exercitã; quia aliàs hæc forma poſitiuã cauſalitatem adiret ante creationem: ergo apprehendit illam Deus vt poſsibilem exerceri.

Obſeruatio pro vera ſententia.

27 Sed vt nodũ aperiamus; mitto breuiter, poſsibile, quà ens in potentia eſt, dupliciẽ negationẽ importare: alterã, negationẽ nõ repugnãtiæ ad exiſtẽdũ; alterã verò negationẽ ipſiuſmet actus exiſtẽtialis. Quò fit, vt accedẽte exiſtẽtia tãtũ pereat ſecũda negatio, quæ conſtituit ens in potẽtia, prout enti in actu oppoſitũ, nõ verò tollatur prima negatio nõ repugnãtiæ ad exiſtẽdũ: cũ id, quod formaliter exiſtit, non repugnet, vt exiſtat, quod euidentiſsimum eſt.

Corollariũ ex dictis.

Ex dictis ſequitur, aut exiſtẽtiã in actuali exercitio eſſentialiter poſitam; aut nõ diſtingui ab ipſomet cõceptu entis poſsibilis, quà poſsibile eſt, quod eſt omnino abſurdũ; cũ ens in actu, & in potentia, condiuidant ens, vt duo membra contradictionis oppoſita.

Ratio efficax; quòd exiſtentia imbibat exercitium realitatis poſitiuæ.

28 Quod ſic aperio, & ni fallor, demõſtro; quia eſſentia, vi ſui præciſi cõceptus, aut refert formalẽ poſsibilitatẽ ad exiſtẽdũ; aut nõ refert? Si nõ; ergo eſſentia, prout eſsẽtia, & vt importat cõnexionẽ prædicatorũ eſſentialiũ, nõ eſt formaliter poſsibilis exiſtere; quod eſt abſurdum, cũ animal rationale, quia tale formaliter, referat potẽtialẽ exiſtẽtiã, ſeu nõ repugnãtiã ad exiſtẽdũ, nullo alio conceptu mediante inter eſſentiam poſsibilem, & actuale exercitium exiſtendi.

Inſt.

Si dicas; eſſentiam, quà talem, tantùm eſſe fundamentaliter aptã, ſeu nõ repugnantẽ vt exiſtat; formalẽ verò aptitudinẽ aut non repugnantiã ad eſſendũ poſitiuè, ab exiſtentiali actu mendicare.

Præcluditur.

Cõtra ſic; ergo Angelus, de quo habuit Deus actum liberum denegandi illi exiſtentiam, non erit formaliter poſsibilis; quod eſt pluſquã falſum; acproindè creaturæ, quę nunquã erunt, nõ referent poſsibilitatem formalem; quod eſt contra omnium Theologorum mentem.

Reboratur noſtrũ pronuntiatum

Si autem concedas; eſſentiam vi ſui quidditatiui conceptus poſsibilem eſſe; tunc ſic intentum obtineo.

Poſsibilitas eſſentiæ, quà talis, nihil aliud eſt quã non repugnantia ad exiſtẽdum; ergo inter eſſentiã, quà quidditas rei eſt, & actuale exercitium poſitiuæ actualitatis, eſt impoſsibilis alia forma, aut quaſi forma, etiam per rationem diſtincta, quæ actus exiſtentialis dicatur. Probo conſequentiã; ſi quidditativus cõceptꝰ exiſtentię in actuali exercitio poſitus non eſſet, nullus ei effectus formalis, aut quaſi formalis, deferibilis eſſet præter non repugnantiam ad exiſtendum; ſed hanc præfert eſſentia, prout talis eſt formaliter, vt iam oſtendimus; ergo nihil addi poteſt eſſentiæ, prout eſſentia eſt, quatenùs importat non repugnantiam ad exiſtendum, præter ipſum actuale poſitionis, ſiue realitatis poſitiuæ, exercitiũ: ac proinde cõceptus obiectiuus exiſtentiæ in ſolo exercitio cõſtitui poteſt, & nõ in aptitudinali exiſtẽtia, ſeu nõ repugnãtia ad exiſtẽdum.

Alia ratio pro noſtra ſententia.

29 Præterea: quia ſi exiſtentia per ſuã eſſentiã exercita nõ eſſet, neceſſaria eſſet alia forma, à qua cõtraheretur potẽtialitas ad exiſtẽdũ, quæ cõtractio eſſet effectus formalis exiſtẽtiæ; ac proinde abiretur in infinitũ. Sicut ſi vnio per ſuã eſſentiã nõ eſſet cõpoſita ipſis extremis vnibilibus, quæ inter ſe connectit, ſed eius formalis effectus in cõponibilitate extremorũ cõſiſteret; neceſſariò aſſignãda eſſet alia forma, aut ratio obiectiua nexus, quæ per ſuã eſſentiã ipſis extremis cõponatur, ni velimus in infinitũ abire: ergo, ni ſiſtatur in cõceptu eo, cuius quidditas ſit actualis cõtractio poſsibilitatis eſſentiæ, ſeu actuale exercitiũ poſitionis eiùs extrà cauſas, procederetur in infinitum.

Quare mihi pro certo eſt, Petrũ Hurtado allucinatum fuiſſe, dum ſub nomine exiſtentiæ aptitudinalis, ſeu non exercitæ, non exiſtentiam vt contendit, ſed eſſentiam potius nobis obtrudit; vnde cùm opponit; quòd exiſtentia ante productionem non eſt producta; (quod damus ingenuè) ergo eſt poſsibilis. Negatur ſuppoſitio; variat enim hipotheſim, dum ſub fuco huius vocis, exiſtentiæ, iã non exiſtentiam, ſed eſſentiã nominat,

quia

quia id, quod est ens in potentia, seu possibile vt existat, non est existentia, sed essentia; cũ existentia solùm referat possibilitatem connotatiuè, vt connotatum possibilitatis essentiæ, non verò formaliter: eòquòd ens possibile nulla alia ratione aperiri queat, nisi per ordinem ad actualem existentiã, id enim est ens possibile cui non repugnat actu existere; cũ autem connotatum non sit formaliter ipsemet conceptus cõnotans; fit, vt existẽtia non valeat ad possibilis entis classim deferri.

Expende acumẽ Maironij, circa actualitatem existentiæ, ita vt nullatenus consistat in esse possibili.

Sed de hoc adi luculentam exatationẽ Maironij authoritate, & acumine firmatam infra, in appendice vltima Metaphysica ad *controu.* 12. *de* Ideis, *à numero marg.* 75. *vsque ad* 82. vbi precipuè occurrunt versanda illa pronuntiata transcripta sub num. 81. *Existentia non deducitur de non esse ad esse, sed existentia est illud esse, ad quod ipsa essentia producibilis per productionem deducitur de nõ esse ad esse; impossibile enim videtur quòd esse transeat de non existentia ad existẽtiam, sed sola essentia est illa, quæ sic deducitur*, & postea subijcit: *Ad secundum dico, quòd omne productũ prius fuit producibile; intelligendo de illo, quod producitur vel deducitur ad esse; sed esse isto modo intelligendo nec producitur, nec ad esse deducitur, sed quia essentia ad ipsum deducitur.* Plura alia valde subtilia inibi ex Maironio expendimus, quæ Hurtadi molitiones funditus prosternunt. Ex his ad argumenta.

Ad argumenta Hurtadi.

Ad 1.

30 Ad primum; concedimus, nõ solùm essentiam possibilem referre negationem non repugnãtię ad existendum, sed etiam ad positiuum existentiæ consequi negationem non repugnantiæ actus existentialis, quod enim existit, non repugnat vt existat, vt per se notũ est; illa verò non repugnantia ad existendũ, quã præfert existentia, nõ est per modũ entis in potẽtia, sed per modũ entis in actu.

Ad instantiam.

Quando verò instas; existentia ante productionem nõ est exercita; igitur actuale exercitium non est de conceptu eius. Negatur consequentia; quia quãdo astruimus, actuale positionis exercitium esse de vltimo, & formalissimo conceptu actus existentialis, non intendimus, formã adire tale exercitium antequã extrahatur ab eminentia causæ, sed suppositа productione eius: cõmunis enim Metaphysicorũ sententia constituit, omnes formas modales per suas essentias proprijs subſtratis cõponi, ita vt actuale modificationis exercitium constituat modum in sua ratione vltima, & formali, prout condistinguitur à forma entitatiua in tota abstractione sua; nec tamen inde inferre licebit, modum ante suam productionẽ esse actu compositum subiecto modificabili, eòquòd actualis modificatio subſtrati subintret quidditatiuã modalis formæ constitutionẽ: quæ instãtia fundamẽtũ oppositũ prorsus cõuellit.

Ad aliam inſtantiam.

31 Ad instantiam; fatemur ingenuè, existentiam ante productionem non repugnare vt existat; inficiamur tamen ex eo inferri, existentiã formaliter esse ens possibile, seu ens in potentia; licet sit cõnotatum possibilitatis essentiæ quia nõ repugnantia ad existendum, quæ consequitur ad conceptum existentiæ, non est per modum actus primi, seu potẽtiæ cõtrahibilis; sed per modum actus secũdi, & formæ contrahentis. Quò fit, vt existẽtia ante productionem non sit ens essentialiter possibile; cùm potentialitas entis non sit quælibet non repugnantia ad essendum, sed quæ est per modum entis in potentia contrahibilis ab actu entitatiuo, & existentiali, non verò per modũ vltimi actus positiui contrahentis potẽtialitatem essentiæ ad positionem.

Ad 2. Arg.

32 Secunda argumentatio minus valet: si enim aliquid ageret, etiam obtineret actualem modificationem non spectare ad constitutionem quidditatiuam modi; quod vt falsum à peritiori Metaphysicorum cœtu exploditur. Quarè solùm euincit, non posse destrui actuale exercitium existendi superstite existẽtia, sicut nec actualem modificationem subiecti modo non pereunte; quod non est essentiam à re ipsã auferri, seu separari, sed positiuam essentiam, re pereunte, perire: destructo enim homine quidquid positiuum est animalis rationalis etiam destruitur, solã relicta prædicatorum essentialium connexione, quæ per negationem non repugnantiæ ad essendum exprimitur.

Ad 3.

33 Ad tertiũ; fatemur, existẽtiam ab æterno impossibilem non esse; negamus tamen esse possibilem; nec enim possibile, & impossibile, termini contradictorij sunt, qui totam latitudinem entis ambiant: cùm ens actuale, quò tale formaliter, nec sit possibile, nec impossibile, sed non possibile.

Ad 1. Instã tiam.

Ad instantiam; quòd Deus ab æterno habuit potentiam productricem existentiæ, ergo correspondet ex parte existentiæ effectibilitas. Concedimus, respondere effectibilitatem per modum actus secũdi. Si autem vrgeas, nos in terminis implicare; cùm effectibilitas non sonet actum, sed potentiam. Respondeo; quòd sonat potentiam ex parte principij producentis,& ex parte obiecti non repugnantiam ad essendum, quæ non repugnantia, cùm non sit per modum entis in potentia, sed per modum actus, & vltimæ formæ positionis, ideò non refert ens formaliter possibile; sed vltimum terminum contrahentem possibilitatem essentiæ. Adde; quòd ex vicinitate essentiæ,& existẽtiæ accedit, quòd potentialitas essentiæ ipsi existentiæ aliquas quasi indeterminationis tenebras offundat; dum non discernitur inter id, quod potentiale est, vt actu existat; & id, quod á sua quidditatiua ratione habet vt contrahat potentialitatem ad essendum.

Ad 2. Instã tiam.

34 Ad vltimam instantiam; concedimus, Deum callere omnimodè quidditatem existentiæ, siue cùm eam Angelo futuro decernit, aut eam non futuro Angelo liberè denegat; pro tunc verò Deum apprehendere, se actuale exercitium positionis negare, vel elargiri; vnde efficacior pro nobis ratio producitur meo videri euidens.

Efficax ratio pro nostra sententia.

Quia, quando Deus per liberum actũ denegat Angelo possibili futuritionem, tunc non aufert potentiam ad existendum; quia aliàs eum á possibilium classi abigeret, quod est absurdum; denegat ergo actuale existendi exercitium: ac proinde nihil aliud est existentia, quàm actualis contractio indeterminationis essentiæ.

ARTICVLVS III.

Vtrùm in Deo subsistentia aliqua essentialis astruenda sit?

SVMMARIVM.

Negatiua opinio proponitur. Num. 2.

Esto quod subsistentia absoluta Deo insit, nõ esse de quidditatiua illius ratione; suadetur ex aliquorum recentiorum placito. Num. 9.

Litera Scoti ad dirimendam controuersiam. Num. 11.

Fundamenta ad veram doctrinam parantur. Num. 12.

Subsistere absolutum Dei rationibus stabilitur. Num. 13.

Subsistentiam esse de formalissimo Deitatis conceptu. Num. 16.

Fundamenta primæ sententiæ enodantur. Num. 17.

Item, & secundæ sententiæ. Num. 19.

ADeò connexa est existentiæ, & subsistentiæ indagatio; vt post discussionem existẽtiæ absolutæ Dei, ordine doctrinæ inuestigatio absoluti subsistere illius merito sub disputationem cadat.

Enodatio quæsiti circa duplicẽ acceptionẽ huius vocis essentiale.

1 Duplex præsentis quæsiti sensus esse potest, iuxta duplicem huius vocis (*essentiale*) acceptionem. Primus; vtrùm detur absoluta subsistẽtia in Deo, quæ essentialis dici queat, prout à ratione notionali subsistendi condistingu tur, quæ ab hypostasibus relatiuis petitur? id enim essentiale dicitur, quod absolutum & commune est, esto quòd ad quidditatiuum Dei conceptum non attineat: in quo sensu attributa ab his Theologis essentialia appellantur, qui ea extra quidditatiuã Dei rationem esse omnino asseuerant. Alter sensus præsentis articuli esse potest; qui in Deo, non solùm absolutum subsistere, sed etiam in quidditate illius imbibitum, contendat.

Opinio insticiani absolutam subsistentiam in Deo. Vazquius, & alij recentiores.

2 Circa primum; est communis plurium Theologorum sententia, absolutã subsistentiam Deo haud congruere posse. Hanc constanter propugnat Vazquez *in 1. part. disp.* 125. quæ in secundum tomum incidit, vbi plures authores pro se refert. Qui consequenter docent, immediatum, (*quòd*,) siue subsistens diuinæ naturæ, esse tres diuinas personas; non autem aliquod absolutum, & subsistens Deitatis individuũ, quod etiam secundùm conceptiones nostras relatiuarum hypostasium cum diuina natura conuentum ad esse personalis constitutionem anteire queat.

1. Ratio.

3 Quòd placitum probatur primò; quia esse per se, vt est effectus formalis actus subsistendi, non accipitur negati-

uè,

uè, prout nimirùm accidentariæ inhærentiæ opponitur, cùm exiſtentia ſubſtantialis, quà talis eſt, vi ſua habeat negationem accidentalis inexiſtentiæ inferre; addit ergo cauſalitas ſubſiſtentiæ, ſaltim in Deo per rationem ab actu exiſtendi condiſtinctæ, aliquem effectum, vel quaſi effectum formalem eſſendi per ſe, qui per modum poſitionis apprehendi debeat. Ita vt non ſit præciſa negatio exiſtendi in alio, vt in ſubiecto, quàm vi ſuæ formalis cauſalitatis inferat ſubſtãtialis exiſtentia: ſed etiam poſitio alicuius modi eſſendi, qui exiſtentiam trahat ad eſſe per ſe poſitivum, ita vt hoc modo eſſendi ſuperſtite, in alio ſuppoſito exiſtere nequeat. Quò fit, vt licet eſſe per ſe negatiuè, modus non ſit pugnans cum ratione eſſendi in alio, vt in ſuppoſito; at eſſe per ſe poſitiuè, eſſentialem inferat negationem eſſendi in alio, vt in vltimo termino: natura enim, quæ in alio ſuppoſito eſt, in ſe, & per ſe eſſe non poteſt, vt ex ipſis terminis conſtare videtur. At eſſentia Dei cum omnibus ſuis abſolutis perfectionibus intrat per modum ſubſtrati conſtitutionem ſuppoſiti relati, & incommunicabilis; vt ergo intelligitur ſupponi relatiuæ hypoſtaſi, apprehendi nequit cum modo poſitivo perfectionis, qui ſubſiſtentia dicitur.

Confirm. 4 Præterea; quia ideò humanitas Chriſti Domini per creatam formam nõ eſt in ſe, & per ſe poſitiuè, licet vi intrinſecæ actualitatis ſuæ ſit per ſe negatiuè; quia poſitiua perfectio, & exiſtentia in ſuppoſito diuino, ſunt rationes exiſtendi ab intrinſeco incompoſsibiles: ergo ſi eſſentia diuina cum omni ſua abſoluta, & poſitiua ratione exiſtendi eſt in ſuppoſito relato; in ſe, & per ſe, eſſe non poterit.

Præclu ſio effugij. Nec infringit robur rationis illa ſolutio de communicatione Deitatis ad relatiuam hypoſtaſim, non vt ad terminũ ſuſtentantem diuinæ naturæ indigentiã, & potentialitatem; ſed ſolùm vt ad terminum illimitatiſsimæ fœcunditatis Dei.

Quia nec creata, etiam naturâ (quæ, vt ex principijs fidei colligitur, à ſua ſubſiſtentia ante intellectum ſecernitur.) dependet à propria ſubſiſtentia, vt à ſuſtentante, ſed vt à mero, & præciſo termino determinationis ſuæ, cùm natura à propria ſubſiſtentia ſuſtentari non valeat; eòquòd ſubſiſtentia modus quidam ſit tenuiſsimæ actualitatis, qui ſicut per ſuam eſſentiam ſubiecto coniungitur, ita & tota illius quidditas in naturæ, quam afficit, actuali modificatione poſita eſt: ergo eò abeſt, quòd natura à ſuâ ſuppoſitalitate ſuſtentetur, quòd è contra ſubſiſtentia per ſuam eſſentiam pendeat à natura, quam modificat. Quò fit, vt licet de abſoluta Dei poteſtate natura conſeruari poſsit omni ſubſtantialis modi emanatione præpedita; fieri tamen implicet, quòd, deſtructa natura, ſubſiſtentia ſuperſtes eſſe queat; nulla ergo ſubſiſtentia creata comparatur ad naturam, quam modificat, vt actus ſuſtentans naturæ dependentiam, ſed potius vt terminus merè contrahens perfectionem negatiuam ſubſtantialis naturæ ad vltimam, & poſitiuam rationem eſſendi in ſe, & per ſe; ita vt tota ſubſiſtentiæ cauſalitas in mera terminatione naturæ, & non illius ſuſtentatione compleatur. Ergo, eſto quòd eſſentia Dei à relatiua hypoſtaſi non ſuſtentetur, eò præciſè, quòd relationi, vt termino vltimo, & incommunicabili ſubſternitur; vt ſubſiſtens præconcipi non poterit.

5 Secundò; quia, ſi ob aliquam rationem ſubſiſtentia abſoluta Deo concedẽda eſſet, eò vel maximè, quia ratio ſubſiſtendi eſſet perfectio ſimpliciter ſimplex in quolibet nimirum individuo melior ipſa, quàm non ipſa; ſed etiam ratio ſuppoſiti, & perſonæ eſt melior ipſa quã non ipſa; cùm perſonalitas ſolùm intellectuali ſuppoſito congruat, atque adeò excellentior ſit ratione ſubſiſtendi, quæ inanimatis, etiam ſuppoſitis conuenit: ergo Deo, vt relationibus ſupponitur, concedenda eſſet perſonalitas, quòd eſt contra fidem. *2 Arguit.*

6 Tertiò arguitur; quia licèt relatiua hypoſtaſis poſitiua ſit, eòquòd relatio conſtitutiua perſonæ eſſentialiter ſit quid poſitivum, ſicut & poſitivus eſt increatis quilibet relationis conceptus; abſoluta verò ſubſiſtentia, ſi in diuinis aſſignanda eſſet, nihil adderet præter negationem actualis, & aptitudinalis communicationis ad ſuppoſitum, quas ſolas negationes ſubſiſtentia abſoluta creata exprimit apud Scotum, additque ſubſtantiali exiſtentiæ. At, nihil abſolutum Deo concedendum eſt ad hypoſtaſes relatiuas præſuppoſitum, quòd ſit illativum negationis actualis, vel aptitudinalis communicationis ad aliam rationem *3 Ratio.*

suppositi; aliàs enim illud positivum communicari nequiret hypostaticis formis: nullum ergo positivum præconcipi valet ante relativas hypostases, quod inferat negationem communicationis, atque adeò & quod subsistens dici queat.

Responsio Soarij.

7 Si respondeas, cum Soarez *lib. 4. de Trinit. cap. 11. num. marg. 10.* subsistentiam absolutam Dei tantùm inferre negationem communicabilitatis ad personalitatem à parte rei condistinctam; non tamen ad formam hypostasis, quæ per summam identitatem absoluto subsistere copuletur; quò fit, vt humanitas Christi præcisè concepta ideò subsistens non sit, quia vi alicuius absoluti non habeat, vt sibi aduentitia suppositalitas repugnare queat; diuinitas verò subsistat, quia, vi perfectitatis suæ, illi repugnet, quòd à suppositalitate ab illius natura ante intellectum condistincta, terminari possit.

Excutitur.

Contra hoc est; quòd hæc repugnantia terminationis diuinæ naturæ ab extraneo supposito ea non est, quæ in aliquem conceptum ipsimet existentiæ additum deferenda sit; cum existẽtia Deitatis, quô talis formaliter, & quò illimitata in ratione existendi, omnino præcisa qualibet alia forma subsistendi, quæ ipsi existentiæ addi intelligatur, vi sua habeat negationem inferre coniunctionis ad suppositum realiter condistinctum; aliàs enim existentiæ diuinæ, quò existẽtia est præcisè, non magis repugnaret cõmunicatio ad extraneam suppositalitatem, quam naturæ humanæ Christi Domini, prout orbatæ propria subsistentia. Vt ergo in natura Dei negationem illam communicationis ad extraneum suppositum apprehendamus, voluntariè cõminiscimur aliquam formam, etiam solùm conceptibiliter condistinctam, quæ mediet inter existere Dei, & negationẽ illam communicationis ad suppositalitatem realiter condiscretam; non ergo abstruenda est absoluta subsistentia, etiam intelligibiliter medians inter existere Dei, & negationem communicationis ad suppositum realiter distinctum.

Vltima oppositio.

8 Vltimò; opponit Vazquez inusitatissimam huius vocis, (*subsistentia absoluta*) in diuinis vsurpationem; cùm omnino cauenda sit ea verborum phrasis quæ conciliorum, & patrum sensui, non solùm quoquomodo aduersari, sed quæ illi non omnino adhærere videatur; cùm autem apud patres eòdem redeant, idéque sonent, *hypostasis, suppositalitas, & subsistentia*, sicut catholicè à Deo omnẽ rationẽ absoluti suppositi remouemus, ita & subsistentis rationem non inficiari non possumus.

Absolutam subsistentiam nõ esse de intrinseco Deitatis conceptu suadetur, ex aliquorum recentiorum placito.

Alter modus dicendi quòd subsistentia absoluta (esto quòd detur) nõ sit de metaphysica, quasi constitutione Deitatis.

9 CIrca secundum articuli sensum; videtur, subsistentiam absolutam, (esto quòd in Deo detur,) illi quidditatiuam non esse.

1. Ratio.

Primô; quia si subsistentia esset de cõceptu essentiali Dei; fieret, vt Deitas in abstracto haud concipi posset, sed semper & necessariò Deus in concreto per modum per se subsistentis indiuidui apprehenderetur; quia natura suo modo perfectitatis concreta, & quasi composita, nequit in abstracto concipi, nisi intelligibiliter præcisa concretione, siue compositione illa naturæ cum proprio modo subsistendi. Vt ergo Deus in abstracto concipi posset, etiam intelligibiliter remoueri deberet à quidditate Dei, positiua perfectitas eius, acproinde Deitati subsistentia quidditatiua non foret; cùm intellectus essentiam Dei percipiens, siue quidditativum conceptum formans, à subsistentia præscindere queat. Quare, sicut Deo illius existẽtia essentialis non foret, si absque illa concipi posset; eò ipso quòd à perfectitate quidditativus Dei conceptus præscindat, euincitur, subsistentiam Deo haud essentialem esse.

Arguit. 2.

10 Secundò; quia graues Theologi autumant, Deum vi absolutæ subsistentiæ posse creatam naturam terminare, atque adeò illam assumere ad vnitatem eiusdem absolutæ subsistentiæ; at communis Doctorum consensus indubitatè pronuntiat, non posse Deum creatam naturam assumere ad vnitatem essentiæ suæ: ergo in Deo subsistentia absoluta nõ est ipsamet quidditas Dei, siquidem na-

tura creata ad vnitatem subsistentiæ assumptibilis, nequit ad vnitatem essentiæ assumi.

Litera textus Scoti ad dirimendam controuersiam.

11 CAEterùm: pro expediendâ præsenti controuersia Scotum adeamus expressissimo testimonio illam enodantem *in 1. sent. dist. 5. quæst. 2. §. respondeò quòd in creaturis, num. margin. 16.* editionis Hugonis Cauelli; vbi ait: *In diuinis incipiẽdo à primo signo naturæ, omnino primò occurrit essentia diuina; vt est esse per se, & de se, quod non competit alicui naturæ creatæ, quia nulla natura creata habet esse priùs naturaliter, quàm in supposito. Ista autem essentia secundùm Augustinum 7. de Trinitat. est qua pater est, & qua filius est, licet non sit, qua pater est pater, & qua filius est filius. Isti igitur essentiæ abstractissimè consideratæ, vt priori omnibus personalibus cõuenit esse per se. Et in isto priori occurrit, non vt aliquid receptiuum alicuius perfectionis, sed vt infinita perfectio potens in secundo signo naturæ communicari alicui, non vt forma informans materiam, sed vt quidditas communicatur supposito tãquam formaliter existenti per eam. Et ita pullulant* (vt quidam dicunt) *relationes ex ea, & personæ in ea, & ex ea, non quasi quædam formæ dantes esse sibi, vel quasi quædam suppositа in quibus recipiat esse, cùm sit simpliciter ens; sed quibus suppositis dat esse, vt quo formaliter illa suppositа sunt, & quo sunt Deus.* Hactenus Scotus.

Scotus.

12 Quò loci; duo principia tradit, quibus illius sententia non modo firmari, quin & oppositæ rationes omnino infringi queant. Primùm; naturam diuinã in hoc secerni à creata substantia in tota latitudine illius, quòd cùm esse creatum non sit illimitatum simpliciter in ratione essendi, non claudit formaliter complétionem eam, quæ simpliciter necessaria est, vt totale, & integrum ens dici possit; quo fit, vt humanitas Christi Domini, præpedita emanatione proprij subsistere, solùm sit ens vt quo, & incompletũ; vtpote quòd aliàm expectet realitatem actus; scilicet subsistentiam, cũ quâ vnum ens, vt quod, & completum, secundùm positiuam rationem essendi per se cointegret. Quam doctrinam tradit Scotus illis verbis. *Occurrit essentia diuina, vt est esse per se, & de se, quòd non competit alicui naturæ creatæ; quia nulla natura creata habet esse priùs naturaliter, quàm in supposito.*

Duo asserta Scoti ad nostram sententiam firmandam.

1. Scoti pronuntiatum.

Scotus.

Alterum axioma Scoti.

Alterum Scoti assertum est; essentiam diuinam in primo signo naturæ, siue præsuppositionis intelligibilis; quo anteit hypostasim, quasi pullulationem, concipi omnino illimitatam in ratione essendi; ita vt nihil perfectionis sibi à relationibus accrescat. Quod expressit Scotus ibi. *Et in isto priori occurrit, non vt aliquid receptiuum alicuius perfectionis, sed vt infinita perfectio potens in secundo signo naturæ communicari alicui, vt quidditas communicatur supposito, tanquam formaliter existenti per eam.* Quæ vltima verba; *tanquam formaliter existenti per eam*; consultò apposuit Scotus, ne videretur communicationem Deitatis ad hypostases relatiuas assimilare coniunctioni naturæ creatæ ad suppositum, quæ cum sola negatiua perfectate intrat creati suppositi constitutionem. Quare, cùm asseruisset, essentiam diuinam communicari relationibus, vt quidditas suppositalitati substernitur; statim adiecit rationem differendi. *Vt quidditas communicatur supposito tanquam formaliter existenti per eã.* Quia suppositum creatum, cùm addat naturæ positiuam rationem existendi per se, eò abest vt per naturam existat, quod è contra potiùs natura propter suppositum per se positiuè sit; in quo à natura diuina condistinguitur, quæ vt suppositi constitutionem anteuertit; cũ positiua perfectate concipitur. Vnde optimè concludit Scotus, Deitatem ab hypostasibus perfectionem non mendicare; quia si esse per se, absolutum quid non esset; Deo essentialiter congruens, nec Deitas esset formaliter illimitata in ratione existendi, nec perfectionem existendique completionem ab hypostasibus petere posset: cum à relationibus nihil Deo perfectionis accrescat; vt in probatione nostræ conclusionis penitiùs aperiemus.

Scotus.

Alterum Scoti.

Scotus.

(??)

Subs-

Subsistere absolutum Dei rationibus stabilitur; essequè de conceptu Deitatis ostenditur.

Assertio 1

13 ASsertio prima; Deo ineſt abſoluta ſubſiſtentia tribus relatiuis ſuppoſitis communis; quò ſit, vt immediatum, *quod*, Deitatis, non ſint relatiua & incommunicabilia ſuppoſita; ſed hic Deus ſubſiſtens & cõmunicabilis. Quę non ſolùm eſt expreſſa ſententia Scoti loco citato, ſed etiam *in 3. ſent. diſt. 1. quæſt. 2. §. ſi verò intelligatur ſecundo modo.* Vbi ex inſtituto cõtendens Scotus, poſſe Deum vi abſolutæ ſubſiſtentiæ naturam creatam terminare; ſubdit. *Quòd autem ipſa eſſentia per ſe exiſtens poſſet eſſe terminus proximus illius vnionis videtur: quia ipſa nullum eſſe habet à perſona; ſed eſt prius naturaliter, quàm ſit in perſona, & ad eſſe perſonæ. Eſt enim natura de ſe hæc, & per ſe ſubſiſtens, licet non incommunicabiliter.* Scoto in hac re adhærẽt theologi ex modernis celebriores. Cuius placitum ſuadetur.

Scotus.

Poteſt Deus per abſolutam ſubſiſtentiam aſſumere naturam creatam de mente Scoti.

Primò; quia conceptus obiectivus abſolutus Deitatis, quò talis, & prout excludit quamlibet aliam rationem relatiuam, apprehenditur vt ſimpliciter illimitatus in ratione eſſendi; ergo non poteſt concipi ſolùm *vt quo*, ſed etiam *vt quod*; ac proinde vt eſſentialiter imbibens abſolutam rationem per ſe eſſendi. Natura enim ſine modo poſitiuo perfeitatis non apprehenditur vt ens integrum & completum in ratione eſſendi; aliàs enim natura humana Chriſti prout orbata propria ſubſiſtentia diceretur integrum & completũ ens. At eſſe ſimpliciter illimitato contradicit apprehenſio alicuius rationis non integrę & completæ in cauſalitate, aut quaſi cauſalitate ſitue: aut ergo exiſtentia, & quidditas Dei terminatiſſima & actualiſſima concipi debet, ac proinde tranſcendens eſſentialiter modum poſitivum per ſe eſſendi; aut vt incompleta & terminabilis; quod eſſet illius illimitationem inficiari.

1. Ratio pro noſtra ſententia petita ab illimitata ratione exiſtẽdi.

14 Dices; de ratione entis ſimpliciter & formaliter illimitati nõ eſſe, quòd omnem perfectionem formaliter præhabeat; cùm, apud Scotum, Deus formaliter ex natura rei ab attributis condiſtinguatur; ſed quòd vi ſua omnẽ perfectionem ſibi identificet.

Occiditur

Contra; quia eſtò quòd ad illimitationem Dei non attineat, quòd formaliter ſit ſua ſapientia; eſſentialis tamen ſapiẽtiæ infinitudo expoſcit, quòd ſapientia non ſubeat aliquam rationem actus, aut quaſi actus initialis, vel omninò indeterminati & incompleti in ea quaſi afficiẽdi ratione; ita vt exigat aliam formalitatem vel rationem obiectiuam, quæ cõpleat Deum in eſſe ſapientis actualiſſimi, & quaſi terminatiſſimi. Ergo de cõceptu formali & quidditatiuo exiſtentiæ Dei, prout condiſtinctæ à potentialitate exiſtere creati, eſt taliter complere Deum in ratione exiſtendi, vt non relinquat illum cum indeterminatione in ratione exiſtendi. At negatiua perfeitas eſt conceptus exiſtendi indeterminatus, cùm expectet aliam formam contrahentem exiſtere Dei ad completam integritatem poſitiuæ perfeitatis: ergo in Deo concedenda non eſt aliqua ratio obiectiua, quæ intelligibiliter explicitè excludat poſitivam perfeitatem.

2. Ratio, Quòd eſſe per ſe ſit perfectio ſimpliciter ſimplex, quæ à relatiuis hypoſtaſibus trahi nequeat.

15 Secundò; quia eſſe per ſe in creatis eſt perfectio ſimpliciter ſimplex, ſcilicet melior ipſa, quam non ipſa, id eſt quàm forma poſitiuæ perfeitati incompoſsibilis; ergo Deo tribuenda eſt, prout depuratur ab imperfectionibus finitudinis, & incommunicabilitatis, quæ illi ex creatis accedunt. Sed eſſentia Dei (vt acutè contendit Scotus loco citato) petere non poteſt aliquem conceptum perfectionis ſimpliciter à relatiuis hypoſtaſibus; quia vel nullam important perfectionem, vt docet Scotus, & nos in controuerſia de infinitate Dei latiùs expendemus; vel non perfectionem ſimpliciter ſimplicẽ, id eſt in quolibet ſuppoſito ſecundùm formalem rationẽ ſuppoſiti, meliorem quam formam oppoſitam; licèt enim ſuppoſito patris, vt patris, in compoſito ſenſu, ſit melior paternitas, quàm filiatio, quæ eſt forma oppoſita; ſuppoſito tamẽ patris ſecundùm formalem rationẽ ſuppoſiti non eſt melior paternitas, quàm filiatio, quæ eſt forma oppoſita. Ergo ratio perfeitatis, quę Deo ineſt, aut non eſt perfectio ſimpliciter ſimplex, quod eſt contra diffinitionem perfectionis ſimpliciter à Theologis traditam; aut ab hypoſtaſibus peti non poteſt, quę eſſentialiter ſunt for-

mæ relatæ, & incommunicabiles.

Aſſertio 1. Subſiſtentia abſoluta eſt de metaphyſica, quaſi conſtitutione naturæ diuinæ.

16 Aſſertio ſecunda; ſubſiſtentia abſoluta eſt de cõceptu formali exiſtentiæ diuinæ. Hæc concluſio ex prima probatione præcedentis ſatis ſuperque conſtat; eò enim, quò obiectiuus conceptus diuinæ actualitatis completiſsimus eſt, vi ſuæ rationis eſſentialis tranſcendit poſitiuam perfeitatem, à qua habet, vt omnimodam completionem ſubeat in ratione exiſtendi. Quam aſſertionem ex Scotiſtis expreſsè tuetur Baſolius *in 1. ſent. diſt. 8. quæſt. 1. §. Ad primum aliorũ dico.* Vbi ait: *Quòd ſubſiſtere in diuinis duplex eſt, vnũ incommunicabile, quòd eſt ſubſiſtere ſuppoſitale, vel perſonale; & iſtud benè diſtinguitur ab eſſentia; & ſimiliter exiſtere incommunicabile, quòd eſt idem ſibi. Aliud eſt ibi ſubſiſtere, vel exiſtere eſſentiale, & communicabile, & illud idem eſt penitùs extra intellectum cum eſſentia, & eſt ipſa per ſe primo modo.* Idem aſtruit Franciſcus de Pitigianis Aretinus *in 3. ſent. tom 1. diſt. 1. quæſtion. 2. art. 2.* Ex quibus liquet, quòd ſicut exiſtentia eſt de quidditatiua, & quaſi metaphyſica conſtitutione Deitatis, ita & ſubſiſtentia abſoluta, vtpote quæ quidditatiuè imbibita in ipſa exiſtentia.

Baſolius.

Aretinus.

Obiectio, ſi gens, quòd exiſtentia neqeat eſſe vltima ratio cõſtitutionis diuinæ naturæ eòquòd ſit prædicatũ tranſcẽdẽs alios gradus.

Sed oppones; quòd ſi ſubſiſtentia attineret ad vltimam rationem, quaſi metaphyſicæ conſtitutionis diuinæ naturæ; ob id maximè, quia exiſtentia Deitatis, & ſubſiſtentia coincidant in eamdem rationem explicitam. Sed exiſtentia non poteſt eſſe vltima ratio cõſtituens Deitatem, eòquòd ſit prædicatum tranſcendentale imbibitum in gradibus illis, qui non ſunt vltimæ rationes conſtitutiuæ Dei; vt in prædicatis ſubſtantiæ, & ſpiritus, &c. Iſta enim prædicata in Deo per quidditatiuam tranſcendentiam imbibunt exiſtentiam imparticipatam, vel per eſſentiam. Igitur actualitas eſt prædicatum tranſcendentale, & commune; ac proinde non quaſi ſpecificans Deum, nec ratio vltima ſuæ quaſi metaphyſicæ conſtitutionis.

Refellitur opp ſitio.

Sed facilè ictus refellitur; quia ſicut in creatis gradus metaphyſici non important proprias, & diſtinctas exiſtentias, ſeu non exiſtunt à ſe, vel à proprijs illarum rationibus, ſed in ſe, aut in toto illo metaphyſico in cuius compoſitionem cõueniunt, & in quo identificantur; vnde important exiſtentiam identicè, ſed nõ formaliter; ita ſimiliter in Deo gradus illi, qui colliguntur cũ creatur s ad vnitatem conceptus, non referunt formaliter vltimam rationem conſtitutiuam Deitatis; (quæ eſt exiſtentia) ſed ſolũ identicè; ac proinde exiſtentia non eſt prædicatum tranſcendentale, quòd in Deo, & in creaturis tranſcendat omnia prædicata formaliter, ſed ſolùm identicè illis coniungatur.

Argumenta in oppoſitum diluuntur, pro prima, & ſecunda ſententia.

Satisfactio ad fundamenta eorũ quibus improbantis abſolutam ſubſiſtentiam. Ad 1. Arg

17 EX his ad argumenta. Ad primum primæ opinioni; exiſtentiam Dei non ſolùm inferre negatiuam perfeitatem, ſed etiã poſitiuam præferre: quò fit, vt diuinũ exiſtere eſſ ntialiter ſit ſubſiſtere, cuius cauſalitas eſt conſtituere naturam diuinam in vltimo gradu actualitatis exiſtẽdi omnino indepen lenti ab alia vlteriori forma, quæ ſit terminus ſuſtentans dependentiam eius.

Ad inſtãtiã

Ad inſtantiam de humanitate Chriſti Domini; dicimus, non ideò ſubſiſtentem non eſſe, quia in ſuppoſito diuino ſit præciſè, & formaliter, ſed quia in illo ſit, vt in ſuſtentante; nec enim mera communicatio Deitatis ad ſuppoſitalitatem, vt ad præciſum terminũ fœcunditatis ſuæ, eſſe poteſt contra ſubſiſtentiæ rationem.

Ad replicã metaphyſicam de independentia naturæ creatæ à ſua ſubſiſtentia poſtaſi.

Inſtantia verò metaphyſica de independentia naturæ creatæ à ſua ſubſiſtentia, vt à ſuſtentante, in ſequenti metaphyſica appendice penitiùs enodabitur; vbi ex inſtituto examinanda eſt cauſalitas ſuſſiſtentiæ creatæ, an modalis, vel entitatiua ſit?

Dilutio argumẽti. Vbi oſtenditur perfeitatem ſiue ſubſiſtẽtiam importare perfectionem ſimpliciter ſimplicem; ſecus verò by poſtaſim, aut perſonalitatem.

18 Ad ſecundum argumentum principale; fatemur, perſonalitatis, & ſuppoſitalitatis conceptus perfectionem non præferre; quod & in diuinis verum eſt, cùm in ſententia Scoti relatiuæ hypoſtaſes perfectionem non referant. Quò fit, vt perfeitas poſitiua, quà talis, & vt ab imperfectionibus finitudinis, & incommunicabilitatis depurata, ſit perfectio ſimpliciter ſimplex; ac proinde in quolibet ſuppoſito n elior ipſa, quàm forma oppoſita, quæ eſt exiſtentia in alio, vt in

ſuppo-

suppositō sustentante. Ad illud vero, quod nobis opponebatur de excessu nobilitatis, & excellētiæ personalitatis supra subsistentiam: fatemur, perfectiorē rationem sortiri personalitatem, quam suppositalitatem; non tamen quàm subsistentiam depuratam, & præcisam ab imperfectionibus personalitatis, & hypostasis creatæ. Personalitas enim, & suppositalitas, non solùm exprimunt rationem positiuam essendi per se, quæ ab imperfectionibus præcisa Deo deferri potest; sed rationem essendi positiuam contractam ad esse finiti actus, à quo habet, vt communicabilis esse nequeat pluribus suppositis inter se realiter discretis.

Ad 3. Resp. Ad tertium argumentum; dicimus, suppositum creatum non in negatione, sed in positione formaliter cōsistere (*vt in sequēti appēdice latiùs*) sicut & subsistere absolutū Dei; quod solū infert negationem communicabilitatis ad alterū, vt ad terminum sustētantem. Imò quòd data probabili opinione Scoti adstruentis suppositalitatem creatam in negatiuo consistere; semper æstimauit, subsistētiam diuinam esse essentialiter positiuā; *vt patebit ex appendice sequenti.*

Confutatio responsionis Soarij; & vera solutio ex Scoto Ad instantiam Soario oppositam; fatemur contra ipsum obtinere, Deum, à sua existentiali actualitate, & à propria illimitatione, referre, vt ab extranea hypostasi, seu à personalitate realiter condiscreta, terminari non possit; quare astruimus, absolutæ perfeitatis, seu subsistentiæ, causalitatem, aut quasi causalitatem, non esse, constituere Deitatem incommunicabilem suppositalitati aduentitiæ, seu realiter dissitæ; sed quòd inferat negationem termini sustentantis. Adeò vt si relatiua hypostasis, stante reali, & identica coniunctione eiusdem cū esse absoluto Dei, illud sustentare posset; esse absolutum non esset per se: eōquòd penderet ab hypostasi, tanquam à ratione suæ positiuæ perfeitatis. Cōmunicaretur enim Deitas paternitati, tamquam formæ, vel termino, ratione cuius per se esset, aut existeret Deitas, & non ratione sui; i taut ablata paternitate non esset per se positiuè, aut existeret per se; ac proinde existentia absoluta intra lineam suæ obiectiuæ rationis absolutæ non esset perfecta; adi exarationem textus Scotici, sub *num.* 15. præmissam.

Ad vltimum; non imus inficias, apud patres, hypostasim, & subsistentiam in eumdem sensum aliquādo coire, in qua acceptione sexta Synodus actione vndecima docet. *Quòd Sabelliana prauitas dicitur tres personas in vnam colligere, vel confundere subsistentiam.* At subsistentiæ absolutæ vsurpatio, præterquam quòd â communi iam scholasticorum cō sensu recepta, nemini scandalo esse queat; nec antiquis Doctoribus omnino inusitata fuit; cùm Boetius, *libro de duabus naturis*, quatuor hæc distinguat: *Essentiam, subsistentiam, hypostasim, & personam.*

Responsio ad vltimū arg. & expositio Synodi 6.

Boetius.

19 Ad primum secundæ opinionis; Deitatem non posse concipi, vt non cōcretam suæ absolutæ subsistentiæ; quare sicut repugnat Deo conceptus quidditatiuus ab existentia præscindens, ita & ab illius perfeitate, quæ extra formalissimum existentiæ conceptum esse non potest. Vnde Deitas solùm apprehenditur, *vt quo*, respectu suppositi relati, & incōmunicabilis, non autem respectu subsistentis absoluti; Deitas enim, & Deus absolutè subsistens; ita in eumdem adæquatum cōceptum omnino coincidunt, vt nihil significetur per vocem (*Deus*) vt refert indiuiduum Deitatis absolutum, & communicabile subsistens; quod non exprimat (*Deitas*) prout se habet vt quo respectu suppositi relati, & incommunicabilis.

Ad fundamenta opinionis. quòd subsistentia absoluta non attineat ad metaphysicam constitutionem Deitatis.

Enervatio primæ oppositionis.

20 Ad secundam rationem expediē dam; occurrit Scotus *in 3. sent. dist. 1. quæst. 2. §. sed contra secundum membrum, num. marg. 10.* Vbi ex instituto docet, assumptionem naturæ creatæ ad absolutam Dei subsistentiam, appellandam non esse coniunctionem ad vnitatem naturæ; ita vt ex creato, & increato esse vna tertia natura consletur. In quo sensu omnium Theologorum cœtus assumptionem naturæ creatæ ad Dei essentiā prorsus exhorret; non tamen eam coniunctionem, quæ cum naturarum essentiali impermixtione fieret: qualis ea esset, quæ inter naturam creatam, & absolutum subsistere Dei intercedere posset similis ei, quæ de facto inter humanitatem Christi, & verbum diuinum intercedit. Verba Scoti accipito.

Item, & secunda ex Scoto.

Quæritur, ad quam vnitatem esset assumptio in illo membro, non ad vnitatem naturæ: quia tunc esset eadem natura assumpta cum assumente. Nec ad vnitatem personæ, quia persona non est ter- „ „ „

Scotus.

Scotus.

minus illius vnionis per poſitum, ſed eſſentia: igitur ad nullam vnitatem eſſet aſſumptio.

Reſpondeò, & dico, quòd eſſet ad vnitatem, non identitatis, vel compoſitionis; ſed vnionis naturæ huius ad illam, & iſta vnio eſſet ſpecialis dependentia naturæ ad naturam ſimilis illi, quæ nũc eſt ad perſonam.

AD TERTIVM ARTICVLVM Theologicum, de ſubſiſtentia abſoluta Dei: Metaphyſica appendix.

QVID ADDAT SVBSISTERE CREATVM, & quæ ſit eius cauſalitas?

Quia maior eſt controuerſia hęc, quàm quòd vno diſputationis tractu circumſcribi queat; ideò in ſubdiuiſiones, ſeu membra ſubſecanda eſt. Quare ſit.

MEMBRVM I.

Vtrùm ſit probabile, ſubſiſtentiæ creatæ conceptum negatiuum eſſe?

SVMMARIVM.

Durandi placitum de ſola diſcretione rationis inter naturam creatam, & illius ſubſiſtere, omnino improbatur. Num. 1.

Longè diſſidere à ſententia eorum, qui ſuppoſitalitatem creatam in negatiuo conſtituunt, contra Soarez, oſtenditur. Num. 2.

Opinio autumans hypoſtaſim creatam in negatione poſitam eſſe; Theologicis rationibus impugnatur. Num. 3.

Item & metaphyſicis. Num. 8.

Textus Scoti ad dirimendam controuerſiam. Num. 11.

Obſeruationes in literam textus. Numer. 17.

Suppoſitalitatem creatam, data hypotheſi quòd in negatione conſiſtat, completam non eſſe; ſed ſolùm ſecundùm quid; ex Scoto aperitur. Num. 19.

Scotum omnino non aſſeueraſſe hypoſtaſim creatam in negatiuo conſiſtere; oſtendimus. Num. 23.

Probabilem tamen eam opinionem de negatiuo ſuppoſito Scotum iudicaſſe. Numer. 24.

Oppoſitæ rationes Theologicæ diluũtur. Num. 25.

Metaphyſicæ, etiam enodantur. Nu. 30.

1 EXPLOSA in primis imaginatione Durãdi, qui *in 1. diſt. 34 quæſtion. 1.* aſſeruit, naturam creatam, & eius ſuppoſitalitatem, ſola ratione ſeçerni ex modo concipiendi in abſtracto, & inconcreto: adeò vt has propoſitiones verificari poſſe autumet; *homo eſt humanitas, & ècontra.* Cuius aſſerti falſitas euidenti conſequutione ex principijs fidei producta aperitur, in humanitate Chriſti Domini orbata propria ſubſiſtentia. Non leuis inter Thomiſtas, & Scotiſtas intercedit

Taxatur lapſus Durandi.

digla-

diglādiatio, vtrum realis illa discretio, quæ inter naturam creatam, & eius suppositalitatem intercedit, sit realis negatiua, vel positiua? aut quod eòdem redit; vtrùm illud reale, quod suppositum addit supra naturam, à qua ante intellectum secernitur, sit positio, vel mera negatio?

Scarij etiā commentū euellitur, quatenus sententiā Scoti cū placito Durandi cōmiscet.

2 Nec sustinendus est Franciſc. Soarez, qui *tom.2.suæ metaph.disp.34.sec.2.num.marg.*10. cōtendit, placitū Durandi solam discretionem rationis inter naturam & eius suppositalitatem agnoscentis, incidere in opinionem eorum, qui additum suppositalitatis supra naturam, meram negationem arbitrantur. Cum distinctio ea, quæ inter naturā & negationem realem intercedit, apud eos authores, qui formalitatem suppositalitatis in mera negatione constituūt, sit vera & realis discretio negatiua omnem functionem intellectus antecedēs; atque adeò longo dissidens interuallo à placito Durandi, qui solam distinctionē rationis comminiscitur.

Opinio explodens, rationē hypostasis creatæ in negatiuo positā.

Soarius. Vazquius. Petr. Hurtado.

Hoc itaque stabilito: cōmunis Theologorum & metaphysicorum sententia omnino improbat eorum assertum, qui quidditatiuum subsistentiæ creatæ conceptum in sola negatione constituunt. Ita Franciscus Soarez *loco citato.* Vazquez *in 3.p.disp.31.cap.2.* & nouissimè Petrus Hurtado *in sua Metaph. disput. 11.de natura, & suppositō*; contendit, opinionem de negatiua ratione subsistē di non benè audire: eòquod multas Ecclesiæ definitiones, quibus vniuersus nititur Christianismus reddat ineptas, ridiculas, & iocosas. Cæterùm; quia nostra interest, sententiam, quam vt probabilē tutatur Scotus, à qualibet nota vindicare; ea prius, quæ ex fidei principijs ab his authoribus obijciuntur, quàm fideliter proponenda sunt, vt apparere possit, quanam iudicij maturitate, & rationum pondere notam Scoticæ sententiæ inurant.

Theologicis rationibus negatiua hypostasis impugnatur.

1. Ratio Theologica

3. PRobatur ergo primò; sententiam, quam vt probabilem tuetur Scotus, à fidei principijs dissidere. Quia si suppositū formaliter in negatione consisteret, idem esset apud patres, *Verbum diuinum non assumpsisse suppositū creatum*, ac pronuntiare; *humanitatē Christi verbo coniūctam, illi non inunitam extitisse*; si enim suppositum creatum formaliter consideratum solam negationē coniunctionis, & dependentiæ ad alterū suppositum præferret; idem esset prorsus humanitatem non inferre negationē coniunctionis ad suppositum diuinum, ac humanitatem esse vnitam suppositō diuino: fieretque sensus omnino nugatorius, & inutilis, ac prorsus similis ei, qui intenderet, Petrum sedentem, in composito sensu, non currere; aut stantem nō sedere: si enim natura humana Christi composita erat verbo diuino, nō poterat in composito sensu, siue prout cōiuncta verbo, negationem communicationis ad ipsum, referre. Atqui similis sensus nunquam incidit in hæreticorum mentes, qui commenti sunt in Christo esse duas personas; nec hæretici ideò sūt à sanctis patribus taxati, quasi nescissent discernere inter positionem vnionis hypostaticæ, & negationem eius; aliud ergo exprimit de mente, & sensu patrum, suppositum creatū, quod in Christo omnino inficiantur patres, dum hæreticos taxant, quam negationem communicationis humanitatis ad extraneum suppositum: non potest igitur essentia suppositi creati in sola negatione consistere.

contra 1. postasim negatiuam

Confirmatio Petri Hurtado.

4 Præterea: quia sequeretur de facto dari in Christo duas personas, quod est hæreticum: quia, si suppositum consti tueretur formaliter in esse talis per negationem actualis aptitudinalisque dependentiæ, humanitas Christi suppositum esset, à supposito increato realiter discretum; eòquòd humanitas, nec de facto à verbo pendeat, suppositis oppositæ sententiæ principijs, imo nec pēdere queat. Quia cùm verbum diuinum humanitati coniunctum, id tantùm genus causalitatis habeat, quòd creata suppositalitas exercuisset; si humanitas à proprio & connaturali suppositalitate independens actu, & aptitudine, astrui posset; deduceretur planè, nec à verbo, actu, & aptitudine dependentiam præferre. Quod autem actu, & aptitudine humanitas à propria & connaturali suppositalitate independens sit, planum videtur data hypothesi, quod suppositali-

tatis

tatis ratio formaliter, & quidditatiuè in ſola negatione actualis, & aptitudinalis dependentiæ poſita ſit apud Scotum; eòquòd poſitivum à mera negatione phyſicè pendere nequeat, ſicut nec negatio aliquam cauſalitatem phyſicam circa poſitivum adire. Hanc rationem cenſet Hurtado demonſtrationem apertam, loco citato, *nu. marg.* 28.

Inſtatur contra ſuppoſitalitatē negatiuam.

5 Adde; apud Scotum, humanitatem à verbo dimiſſam, abſque additione nouæ poſitionis conſeruatum iri, per meram negationem coniunctionis ad extraneum ſuppoſitum. Cùm autem à negatione coniunctionis ad ſuppoſitum extraneum natura phyſicam aliquam integritatem expectare non poſsit; fit, vt natura creata, prout iſti negationi ſupponitur, omnino integra ſit phyſicè loquendo: atquè adeò, & quod ſit ſuppoſitum ex ſe, & intrinſecè abſquè additione aliqua; cùm ſuppoſitalitas ſit vltima naturæ completio, & integritas.

2. Ratio in oppoſitum ex Soario.

6 Secundò arguit Soarez loco citato, *numer. margin.* 13. quia ſi eſſentia ſuppoſitalitatis in negatione communicationis poſita eſſet; fieret, vt verbum diuinum per meram coniunctionem eius ad naturam humanam ſuppoſitalitatem deperdiſſet, quòd eſt hæreticum. Sequela probatur: quia in natura humana Chriſti Domini manet omnis res, & modus realis, qui eſt increata perſona, & tamen deſinit eſſe perſona, quia vnitur verbo: ergo è contra, verbum, eſto quòd nihil realitatis deperdat, ex mera coniunctione ad humanitatem deſinit eſſe ſuppoſitum.

3. Arguitur ex Hurtado

7 Tertiò arguit Hurtado, *num.* 32. quia ſi ratio ſuppoſiti humani in mera negatione conſiſteret; non poſſet verbum Dei illius cauſalitatem, aut quaſi cauſalitatem adire. Quia effectus formalis ſubſiſtentiæ eſt negatio actualis, & aptitudinalis dependentiæ, ſiue coniunctionis ad extraneum ſuppoſitum; vnio verò hypoſtatica verbi eſt ipſa actualis coniunctio extranei ſuppoſiti ad creatam naturam. Ergo opponuntur contradictoriè obiectiui conceptus hypoſtaticæ coniunctionis, & creatæ ſuppoſitalitatis, ſicut poſitio entis, & non eſſe eius (vel quod in idem incidit) vt poſitio vnionis, & negatio eius. At effectus formalis, vel quaſi formalis vnius actus, ſuppleri nequit per formam illi contradictoriè oppoſitam; quia ſicut non vniuntur ens, & non ens in aliquo conceptu, etiam analogico; ita nec ens valet non entis cauſalitatem exercere.

Inſtatur contra Scotum

Nec infringitur vis rationis; ſi aſſeratur, effectum formalem creatæ ſubſiſtentiæ exhiberi à ſuppoſitalitate increata, vt ab excellentiori forma præhabente intra eminentiam ſuam creatæ ſuppoſitalitatis cauſalitatem.

Quia, ſicut creata ſubſiſtentia non eſt aliquid poſitiuum, quòd intra eminentiam alicuius principij præhaberi queat; ita & prorſus in intelligibilis eſt ſuppletio huius negatiuæ quaſi cauſalitatis ſubſiſtentiæ creatæ, per poſitiuam formam, etſi illimitatiſsimam.

Metaphyſicalia fundamenta contra ſubſiſtentiam negatiuam obijciuntur.

HÆ ſunt Theologicæ rationes, quibus Scotum impetunt aduerſarij; quem etiã metaphyſicis adoriuntur.

1. Ratio metaph. ex Vazquio.

Et primò Vazquez loco citato, *capit.* 2. *numer. marginal.* 11. quia ſi negatio actualis, & aptitudinalis dependentiæ, ſiue communicationis inferretur immediatè, & proximè ab ipſa natura ſubſtantiali; & non ab aliquo modo poſitiuo perfectitatis naturæ addito, qui poſitiuè contrarius eſſet modo eſſendi in alio, vt in ſuppoſito: fieret, vt nullum daretur creatum ſuppoſitum. Quia licet actu non communicaretur alteri vt quò, non tamen haberet vnde illi repugnare poſſet talis communicatio; ſicut enim augeri poſſet per additionem nouarum partium, & ita poſſet illis communicari, vt compartibus ad alterius totius conſtitutionem medio nouo indiuiſibili vnitiuo; quòd in ſuppoſitis homogeneis, quæ per vnitionem componuntur in vnam entitatem, ſatis ſuperque perſpicuum eſt. Vt igitur apprehendamus aquam, vt completam in rationè ſuppoſiti, ita

concipi debet affecta modo perfectitatis positiuè contrario existentiæ in alio vt in toto, vel in supposito; quòd hoc modo positiuo perfectatis superstite, illi repugnans sit communicatio ad alterum suppositum. Ergo substratum immediatum negationis actualis, & aptitudinalis dependentiæ non potest esse ipsa natura præcisè existens; sed modus positivus perfectatis naturæ adiunctus.

Confirmat. 9 Præterea ratio Vazquez ita vlteriùs corroborari potest. Quia subsistentia, vt supra adnotauimus, non addit supra substantialem existentiam negatiuam perfectatem; cum existentia, quæ substantialis est, qualibet alia ratione penitus excluſa, habeat accidentariæ inexistentiæ opponi, atquè adeò non posse esse in alio, vt in subiecto. Ergo conceptus obiectiuus subsistentiæ addere debet positiuam perfectatem, vi cuius repugnet naturæ esse in alio, vt in supposito; aliàs nihil adderet subsistentia supra existentiam substantialem, incideremusquè in Durandi placitum meritò ab omnibus taxatum; cùm nihil possit intelligi negatiuæ perfectati additum, nisi positiua perfectas. At perfectas positiua essentialiter præfefert positionem, siue rationem obiectiuam per modum positionis, & affirmationis, vt ex ipsis terminis constare videtur; ergo non potest suppositalitas creata in mera negatione essentialiter consistere.

1. Ratio ex Soario. 10 Secundò arguit Soarez, *numer. marg.* 15. quia si essentia creatæ hypostasis merè negatiua esset; sequeretur, quòd humanitas Christi, ita integra, & cõpleta esset in ratione substãtiæ, sicut Petrus, & Paulus: cùm negatio conceptum intrinsecum substantiæ, quà talis est, cointegrare non possit. Si ergo humanitas Christi ita completa esset quoad omnem rationem substantialem, sicut Petrus, vel quodlibet aliud individuum subsistens; eadem ratione, qua suppositum creatum in assumptibile est, eòquòd omnino completum sit in ratione substantiæ, ac proinde omnino in actu, & non in potentia ad vlteriorem actum substantialem: ita humanitas Christi, vtpotequæ omnino in actu & completa in esse substantiali, à verbo inassumptibilis foret.

Hæc sunt iacula, quibus Scotus impetitur; at eum tales ictus omnino præuidentem, & proterentem haud ferire valuerunt. Quare est cur miremur, quid in mentem recentiorum venire potuerit, vt hanc Scoti opinationem taxantes, tanquam absonam exploserint, pronuntiatisquè fidei non omnino consentientem; præcipuè cum leuibus innitantur fundamentis, quæ ab Scoti assectis nullo negotio prosternuntur.

Pro actu ad uersariorũ censione admonito.

Scoti textus statuitur, & exaratur.

QVare; libet pro controuersiæ expeditione, acutissima ex Scoto, tum contra se argumenta, tum pro se fundamenta ad aperiendam probabilitatem huius sententiæ (cui penitus non adhæsit, sed tantùm probabilem pronuntiauit) petere, *ex quæstion. 19. quodlib. §. de tertio articulo certum est secundùm Damascenum, num. margin. 17. editionis Hugonis Cauelli.* Vbi ait.

Scotus. 11 *Est autem dubium an personalitas propria sit formaliter per aliquid positiuum? & videtur quòd sic: quia negatio non est primò incommunicabilis; negatio enim quantum est de se posset cuicunque competere; tantummodo igitur est incommunicabilis propter incommunicabilitatem positiui, ad quod ipsa sequitur; & ita primum incommunicabile est positiuum. Proprietas personalis est primò incommunicabilis, quia est ratio formalis constituendi incommunicabile; scilicet personam.*

12 *Præterea: negatio non est primò propria alicui inti, sed tantùm propter hoc quòd sequitur aliquam affirmationem propriam: proprietas autem personalis est primò propria illi cuius est: igitur & cætera. Præterea: quod excludit imperfectionem, ipsum est perfectum, vel saltim aliquod positiuum; nunc autem dependere ad personam extrinsecam est imperfectionis: igitur personalitas propria, quæ excludit formaliter illam dependentiam est aliquid positiuum. Confirmatur: propter hoc enim ponitur, quòd singu-*

lari-

Scotus.

laritas naturæ eſt per aliquid poſitivum, quia excludit imperfectionem, quæ eſt diuidi, vnde ſingulare dicitur indiuiduum; hoc eſt in plura indiuiſibile: à ſimili in propoſito, perſonale in ſe excludit dependere ad perſonam extrinſecam.

Triplex negatio dependentiæ ab Scoto expenſa.

13 Poteſt igitur dici: quòd noſtra natura eſt perſonata perſonalitate creata, non aliquo poſitiuo tanquam ratione formali, quia vltra ſingularitatem non inuenitur aliqua entitas poſitiua, qua ſingulare completiuè ſit incommunicabile, ſed tantùm ſingularitati ſuperadditur negatio communicabilitatis ſiue dependentiæ, quæ eſt incommunicari. Poteſt autem intelligi triplex negatio communicabilitatis ſiue dependentiæ; ſicut enim poſſumus intelligere dependentiam actualem, potentialem, & aptitudinalem; ſic poſſumus intelligere negationem actu dependendi, & negationem poſſibilitatis dependendi, & negationem aptitudinis ad dependendum. Prima negatio eſt nuda ſiue ſola. Secunda eſt cum repugnantia ad actum. Tertia eſt cum inclinatione oppoſita ſiue aptitudine contraria. Exemplum, primo modo: ſuperficies, ſi eſſet ſine colore, omnino eſſet non alba, quia haberet ſolam negationem albedinis. Secundo modo: Angelus eſt non albus, quia ſibi repugnat albedo. Tertio modo: lapis eſt non ſurſum, quia in lapide eſt negatio ad ſurſitatem, cum inclinatione ad non ſurſitatem, ſicut ad ſuum oppoſitum.

Quam negationem dependentiæ exprimat bypoſtaſis?

14 Ad propoſitum; loquendo de dependentia ad bypoſtaſim extrinſecam, & ſpecialiter diuinam, de qua modò loquimur; ſola negatio actualis dependentiæ non ſufficit ad hoc quòd aliquid dicatur in ſe perſonatum, vel perſona; quia anima Petri habet talem negationem, & tamen non eſt perſona. Secunda negatio non inuenitur in natura creata perſonabili; quia nulli tali poteſt omnino repugnare dependere ad perſonam diuinam; imò quæcunque entitas poſitiua in tali natura eſt in potentia obedientiali ad dependendum ad ipſam, & perconſequens illa negatio non conſtituit perſonam creatam. Tertia etiam negatio non ſufficit, quia illam habet natura aſſumpta: ipſa enim, cùm ſit eiuſdem rationis cum mea natura, habet aptitudinem eiuſdem rationis, & ita habet aptitudinem ad ſubſiſtendum in ſe, & non habet aptitudinem ad dependendum ad perſonam extrinſecam.

15 Ad illa igitur, quæ probant, quòd perſonalitas propria eſt formaliter per aliquid poſitivum, ad omnia ſimul eſt vna reſponſio: quòd nulli ſimpliciter repugnat eſſe communicabile, nec tanquam communicabile dependere, niſi ſibi ſit ſimpliciter proprium aliquod poſitivum, quod ſit ratio repugnantiæ communicabilitatis, & dependentiæ. Tamen communicari, & dependere, poteſt repugnare ſecundùm quid alicui per ſolam negationem, quia dum negatio illa ineſt, affirmatio non poteſt ineſſe: ſed non propter hoc eſt ſimpliciter impoſſibile affirmationem in eſſe, niſi illud, cui talis negatio ineſt, eſſet neceſſaria ratio, quòd talis negatio conſequeretur, & tunc negatio eſſet ſimpliciter propria: alias non eſſet, niſi ſecundùm quid propria, ſimili enim modo propria eſt alicui negatio, ſicut ipſi repugnat oppoſita affirmatio. Sola perſona diuina habet incommunicabilitatem primo modo, quia entitatem aliquam intrinſecam ſimpliciter propriam, per quam ſibi repugnat poſſe communicari. Natura autem creata, licet in ſe ſubſiſtat, non tamen habet aliquid intrinſecum, per quod impoſſibile ſit eamdem dependere, & ideò ſola perſona diuina habet propriam perſonalitatem completam; natura verò creata perſonata in ſe non habet, quia non habet repugnantiam ad poſſe dependere, ſed tantùm ad actu dependere; & hoc ſecundùm quid, ſcilicet dum ſibi ineſt negatio dependentiæ actualis.

Eſto quòd bypoſtaſis creata in negativo conſiſteret, adhuc perſonalitas increata referret poſitivum eſſentialiter

16 Ad formam igitur primæ rationis; dico, quòd incommunicabile ſimpliciter, quod ſcilicet importat repugnantiam ad poſſe dependere, non conuenit primò negationi, ſiue alicui ratione negationis; nec talis incommunicabilitas eſt in creatura etiam in ſe perſonata. ſed tantùm incommunicabilitas ſecundùm quid, ſcilicet repugnantia ad cõmunicari, & hoc ſtante illa nega-

Si ſuppoſitalitas creata in negativo poſita eſſet, non exprimeret incommunicabilitatem per repugnantiam, nec eſſet propria, & completa bypoſtaſis.

Scotus.

tione dependentia actualis : ista autem incommunicabilitas secundùm quid non requirit entitatem positiuam simpliciter incommunicabilem, sed tantùm entitatem positiuam receptiuam negationis dependentia actualis ; sed incommunicabilitas simpliciter, si alicui negationi conueniat, hoc non est, nisi quia illa consequitur entitatem positiuam simpliciter incommunicabilem.

Obserua perspicuam Scoti iustitiam in accidenti separato ex merangatione compositionis inhærentialis absque repugnantia ad inhæsionem.

Per idem ad aliam rationem de dependentia : concedo, quòd si aliqua repugnat posse dependere, hoc est propter aliquam perfectionem, vel rationem positiuam ; sed illa repugnantia non est in creatura, sed sola negatio dependentia actualis. Exemplum; accidenti separato non simpliciter repugnat inhærere, vel posse inhærere, sed secundùm quid dici posset ei repugnare inhærere pro quanto, quòd stante illa separatione, non potest simul stare cum hoc quòd inhæreret. Consimiliter, ad illud de proprio dico, quòd incommunicabilitas simpliciter, est simpliciter propria illi, cui conuenit sic incommunicabilitas : incommunicabilitas autem secundùm quid non est ei propria, sed tantùm sic, quod soli illi conuenit.

Obseruationes in literam textus.

1. Animaduersio pro elucidatione literæ.

17 HActenus Scotus, ex cuius litera sub *num.* 13. à nobis transcripta animaduersiones aliquot eruere licebit. Prima est : quod sicut triplex coniunctio, aut dependentia concipi potest, scilicet, *actualis*, *potentialis*, & *aptitudinalis*. ita triplex non esse huius coniunctionis, aut dependentiæ, etiam apprehendere possumus. Prima negatio, quæ actualis dicitur, pura ac simplex negatio est, qualis est non esse lucis in aere non illuminato ; & negatio albedinis in superficie non colorata. Secunda verò negatio dependentiæ subiecto inest cum positiua repugnantia ad illam formam, cuius negationem infert, qualis est negatio albedinis in Angelo, cui albedo repugnat ; & hanc vocat Scotus negationem potentialem, eòquòd sit non esse, non solùm coniunctionis ad talem formam, sed etiam & aptitudinis ad illam : Angelus enim, nec albedini coniungitur, nec aptum sub stratum eius esse potest. Tertiam tandem negationem appellat aptitudinalem, eòquòd non solùm sit non esse coniunctionis formæ, & aptitudinis ad illam, sed etiam remoueat inclinationem, & aptitudinem conferentem conatum ad oppositum actum : qualis est negatio essendi sursum in lapide, cui non solùm repugnat sursitas actualis (vt loquitur Scotus) & potentia ad motum sursum, sed etiam ex natura sua grauitat lapis, siue propendet in motum deorsum positiuè oppositum ipsi sursitati.

Obseruatio 2. pro triplici negatione actuali, potentiali, & aptitudinali, an conueniant in ea cepta hypostasi?

18 Ex his tribus (ad hypostasim creatam descendendo) docet Scotus sub *num.* 14. primam negationem, scilicet merum, & simplex non esse actualis coniunctionis, & dependentiæ in natura partiali, non sufficere ad constitutionem personæ ; eòquòd anima rationalis corpori actualiter non coniuncta, persona non sit. Secundam verò negationem potentialis coniunctionis, & dependentiæ ad extraneum suppositum ; ita vt non solùm remoueat actualem vnitionem ad illud, sed etiam & potentiam ad vnionem (sicut non esse albedinis in Angelo non solùm refert negationem actualis coniunctionis ad albedinem, sed etiam & aptitudinalis ad ipsam) non esse de essentia suppositi creati contendit Scotus ; eòquòd nulli creato supposito, ratione alicuius positiui, quòd imbibat in suo conceptu, repugnare queat obedientialis potentialitas, vt extraneæ hypostasi diuinitùs coniungi valeat. Tertiam tandem negationem, quæ aptitudinalis dicitur, eòquòd non solùm remoueat potentiam, sed etiam aptitudinem positiuam, siue inclinationem, & conatum ad oppositum actum ; non esse de ratione suppositi creati, vel eò suadet Scotus, quòd humanitas Christi Domini à verbo diuino suppositata habeat inclinationem naturalem ad existendum in se, & per se, & non in alio vt in supposito, & tamè verè suppositata existit; non ergo est de essentia hypostasis, quòd excludat inclinationem positiuam per modũ conatus

apti-

aptitudinalis ad formam, vel rationem eſſendi per ſe oppoſitam illi, quam de facto habeat in alieno ſuppoſito.

Conſectarium ex dictis.

Quò fit; vt in hac opinandi via, quam ſolùm vt probabilem amplectitur Scotus, ratio ſuppoſitalitatis in natura integra, & completa, quæ non habet rationem partis eſſentialis, vt materia, & forma; in ſola negatione mera, & ſimplici actualis communicationis, & dependentiæ poſita ſit. Licèt hoc non eſſe actualis coniunctionis in natura partiali, qualis eſt anima rationalis, non præſtet rationem perſonæ, eòquòd eſſentialem præſeferat incompletionem ad aliam compartem ordinabilem: at naturæ completa, & integra in ratione naturæ ſolam negationem communicationis, vel actualis dependentiæ expectat, vt ſuppoſitum, & perſona dici queat.

Suppoſitalitatem creatam, data hypotheſi, quòd in negatione conſiſtat, completam non eſſe; ſed ſolùm ſecundùm quid, ex Scoto oſtenditur.

19 OBſeruandum præterea maximè in illa Scoti verba: ſub *num.* 15. *Ad illa igitur, quæ probant, quòd perſonalitas propria eſt formaliter per aliquid poſitivum.* Quòd negatio communicationis, quæ non eſt merum, & ſimplex non eſſe coniunctionis ad ſuppoſitum, ſed repugnantia communicabilitatis ad extraneam hypoſtaſim; non poteſt naturæ congruere, niſi ratione alicuius poſitiuæ perfeitatis, vi cuius illi repugnet, vt in alio tanquam in ſuppoſito eſſe queat. Quare Scotus, qui in hac opinandi via, ſuppoſito creato negationem repugnantiæ ad communicationem ſiue dependentiam ab alio non concedit, ſed ſolùm meram, & ſimplicem negationem actualis coniunctionis, & dependentiæ; ſicut conſequenter docet ad huiuſmodi ſimplicem negationem vnionis inferendam, non eſſe neceſſariam aliquam poſitiuam perfeitatem; ita & fatetur ingenuè ſuppoſitalitatem hanc creatam, prout ab ipſo aſtruitur, dicendam non eſſe hypoſtaſim ſimpliciter, & completam, ſed ſolùm ſecundùm quid, & incompletam: eòquòd dum negatio communicationis ineſt, poſitio communicationis in compoſito ſenſu ineſſe non poſſit. Vnde, ſicut mera, & ſimplex negatio actualis coniunctionis, & dependentiæ non tollit poteſtatem ad communicationem; ita nec hypoſtaſim completam conſtituere valebit, quæ ſimpliciter, & abſolutè talis dici poſsit.

Hypoſtaſis negativa non eſt propria, & completa by poſtaſis.

20 Verba Scoti accipito ſub eodem *num.* 15. *Natura autem creata, licèt in ſe ſubſiſtat, non tamen habet aliquid intrinſecum per quod impoſſibile ſit eamdem dependere, & ideò ſola perſona diuina habet propriam perſonalitatem completam, natura verò creata perſonata in ſe non habet; quia non habet repugnantiam ad poſſe dependere, ſed tantùm ad actu dependere, & hoc ſecundùm quid, ſcilicet dum ſibi ineſt negatio dependentiæ actualis.* Quod apertiùs demonſtrat Scoti exemplum de accidenti per miraculum à ſubiecto ſeparato; quod in ſtatu ſeparationis tantùm dicit meram, & ſimplicem negationem coniunctionis actualis, non tamen repugnantiæ ad inhærendum. Verba Scoti ſunt ſub *numer.* 16. *Exemplum: accidenti ſeparato non ſimpliciter repugnat inhærere, vel poſſe inhærere, ſed ſecundùm quid dici poſſet ei repugnare inhærere, pro quanto, quòd ſtante illa ſeparatione, non poteſt ſimul ſtare cum hoc quòd inhæreret.*

Scotus.

Scotus.

21 Quò fit, vt pari ratione, illa incommunicabilitas naturæ integræ, quæ à mera negatione petitur, in ſolo compoſito ſenſu negationis actualis coniunctionis, & dependentiæ, accipienda ſit; ita vt natura, quatenùs tali negationi compoſita, aut quaſi compoſita, dicatur incommunicabilis ſecundùm quid; eòquòd actualiter communicata non ſit alteri ſuppoſito: non tamen quòd natura, ſicut ſeparari poteſt à negatione illa actualis coniunctionis, ita, & ſimpliciter communicari

Corollariũ ex præmiſſis.

nō valeat. Simili ratione, quà accidenti separato, quà separatum est, repugnat solùm secundùm quid in sensu composito communicabilitas ad subiectum; non tamen absolutè & simpliciter.

Obiectio. 22 Si autem obijcias; Scotum longè ab instituto controuersiæ aberrasse, dum solam reddit rationem incommunicabilitatis actualis, seu non communicationis; non tamen repugnantiæ intrinsecæ, quam præseferat suppositum, vt communicari possit vt quo, siue per modum habiti ab altero supposito habente illud vt quod.

Eneruatur Respondetur; Scotum absolutè non asseuerasse, sed opinatiuè tātùm docuisse non dari hypostasim completam in creatis, cui repugnaret assumptio ab extraneo supposito de absoluta Dei potentia: eòquòd probabiliter existimarit, non dari entitatem positiuam, cui repugnans esse queat obedientialis potentia in ordine ad Deum assumētem. Quare consequenter asseruit, incommunicabilitatem per repugnantiam soli increato supposito congruere; creatam verò hypostasim per negationem actualis cōiunctionis cōstitui. Quia tamen hæc est incommunicabilitas incompleta, & secundùm quid, quæ potiùs actualis non communicatio dicenda est; ideò consequenter etiam autumauit Scotus, suppositalitatem completam enti creato non inesse.

Scotum omnino non asseuerasse, hypostasim creatam in negatiuo consistere; probabilem tamen eam opinionem de negatiuo supposito iudicasse.

Assertio 1. 23 DIcendùm primò; Scotum assertiuè non tenuisse, essentiam creatæ hypostasis in negatiuo consistere. Ita Scotistæ omnes cum Scoto *in 3. sent. distinct. 1. quæstion. 1. §. non asserendo, num. margin. 9.* Vbi Hugo Cauellus eius scholiator, Lychetus ibidem, §. *contra primam viam.* Illis verbis: *Sed non est credendum, quòd Doctor simpliciter fuerit huius opinionis.* Franciscus Aretinus ibidem, *articul. 11.* Ioannes de Rada 3. *part. controuers. 1. articul. 1.* & alij. Constatquè ex expresso Scoti testimonio iam citato ex 3. *sent. distinct. 1. quæstion. 1. §. non asserendo potest mediari inter istas vias. Nec concedendo cum prima via aliquā entitatem positiuam, &c.* Vbi Scotus apertè docet, se non asserendo, sed solùm probabiliter, & ad vtrumlibet disputando procedere.

Scoti verba è re.

Scotus.

Et probatur ex citato *quodlibeto 19. articul. 3. §. tertia etiam negatio non sufficit*, sub *num. margin. 19.* editionis Hugonis Cauelli vbi habet ita. *Ipsa enim* (loquitur de natura humana Christi Domini à verbo assumpta,) *cùm sit eiusdem rationis cum mea natura habet aptitudinem ad subsistendum in se, & non habet aptitudinem ad dependendum ad personam extrinsecam. Nec est inconueniens possibilitatem esse, sine aptitudine; quia ad formas supernaturales, etsi sit potentia aliqua in susceptiuo, non tamen propriè aptitudo; quia illa non est propriè, nisi ad formam naturaliter perfectiuam.*

Optima ratio, ex inclinatione ad veram & propriam hypostasim.

Scotus.

Vbi cùm distinxisset Scotus possibilitatem, vel potentialitatem ad formam, ab aptitudine ad formam; quatenus aptitudo supra potentialitatem addat exigentiam formæ, vel positiuam inclinationem subsstrati ad formam naturaliter perfectiuam talis potentialitatis (cuius modi non se gerere capacitatem naturæ ad formas ordinis supernaturalis pronuntiauit, de quo nos latè *in controu. 9. de visione Dei. Dist. 1. Subdistinct. 1. articul. 2.* vbi præmissum Scoti testimonium exaramus) postea subijcit, naturam creatam referre, non meram possibilitatem, vel potentialitatem ad propriam hypostasim, sed veram aptitudinem; quæ iuxta Scoti phrasim importat positiuam inclinationem, vel exigentiam formæ naturaliter perfectiuæ.

Cùm autem negatio non sit terminus inclinationis naturalis; quis enim vnquam merum non esse formæ realis appellauit terminum positiuæ exigentiæ, in quem naturali pondere, propendeat subsstratum? aut puram negationē æstimauit actū naturaliter perfectivū alicuius potētiæ naturalis, prout cōdistin-

Scotus. Hugo Cauellus. Lychetus. Rada.

ctæ à potentia neutra? ſi enim potentia neutra eſt potentialitas ſine aptitudine apud Scotum; quia terminus talis potentiæ, quamuis poſitivus, non ſit iuxta exigentiam, & propenſionem ſubſtrati; quantitas enim non propendet naturaliter in albedinem, vel nigredinem; igitur à fortiori, nec purà negatio erit talis actus, quem poſitiuè exigat, vendicetve, naturalis aptitudo, aut inclinatio ſubſtrati.

Quod deinde, meo iudicio, euidenti conſequutione ex Scoti doctrina petita ſic demonſtrare poſſumus. Quia, apud eumdem Scotum *in 3. ſent. diſt. 1. quæſtion. 4. §. poteſt ergo dici, num. marg. 3. editionis Cauelli*, non ſolùm eſt probabile, immò probabilius quàm oppoſitũ, (vt cum Hugone eius ſcholiatore docent alij Scotiſtæ, Baſolius, *quæſt. 6.* Aretinus, Faber, & cæteri.) Suppoſitum creatum de abſoluta Dei potentia alienam naturam terminare poſſe. At repugnat, Scotum penitus adhærentem aſſertioni hypoſtaſis negatiuæ conſequenter docere potuiſſe, de abſoluta Dei poteſtate creatum ſuppoſitum naturam extraneam aſſumere poſſe. Quia cũ negatio, quà talis, non ſit in potentia obedientiali ad Deum, nec eius poſitiuæ actioni, aut immutationi, ſubijciatur; ea ſolùm ratione concipi poteſt negatio, vt vnibilis extraneo poſitiuo, quatenus counitur poſitivum illud, ad quod vt ad immediatum ſubſtratum talis negatio conſequitur. Nec enim concipi poteſt cæcitas, quæ eſt in Petro, vt coniungibilis Paulo, non vnito, ſiue non communicato poſitiuo aliquo Petri, quod ſit ſubſtratum immediatum talis negationis cæcitatis illatiuum. At, ſi quidditativus hypoſtaſis creatæ conceptus eſſet mera negatio, aſſignabile non eſſet poſitivum aliquod, quod extraneæ naturæ communicari poſſet: quia non eſſentia, nec exiſtentia perſonę aſſumentis, cum eſſentia, & exiſtentia, naturæ aſſumptę ſint omnino cõpletæ in ea eſſendi, & exiſtendi ratione; atquè adeò omnino in actu, ac proinde non in potentia, vt aliam rationem eſſendi, & exiſtendi ab extraneo ſuppoſito expectare queant ergo nec alienæ naturæ coniungibilis eſſet negatio illa, quæ in altero ſuppoſito eſt, ipſius in eſſe ſuppoſiti conſtitutiua.

Status. Cauellus. Baſelius Aretinus. Philippus Faber.

Aſſertio 2.

24 Dicendum ſecundò; opinionem aſſerentem ſuppoſitalitatem creatam in mera negatione conſiſtere, quam Scotus vt probabilem propoſuit, verè probabilem eſſe, patrumquè, ac conciliorum ſenſui cohærentem; ita vt irrationabiliter illi nota inuri queat.

Theologicæ rationes oppoſitæ contra negatiuam hypoſtaſim refelluntur.

25 PRobatio præcedentis aſſerti, vel ex ſola argumentorũ ſolutione petenda eſt. Quare ad argumenta ex principijs Theologicis producta reſpõdetur. Ad primum; dicimus, ſolùm probare, hæreticos aſſerentes, verbum diuinum ſuppoſitum humanum aſſumpſiſſe; non exiſtimaſſe creatum ſuppoſitum in mera negatione, ſed in poſitiuo conſiſtere. Quia, ſi ſtante coniunctione humanitatis Chriſti Domini ad ſuppoſitum extraneum, nẽpè ad Verbi diuini hypoſtaſim, adhuc agnoſcebant hæretici ſuperſtitem rationem ſuppoſiti creati in humanitate Chriſti; non ergo, apud hæreticos, ratio creatæ hypoſtaſis poſita erat in mera negatione communicabilitatis, vel compoſitionis naturæ humanę ad extraneam hypoſtaſim. Negamus tamen ex hoc quòd ſuppoſitum creatum in ſola negatione conſtitua tur, inutilem reddi grauiſsimam conciliorum definitionem; decreta enim fidei ſicut ab apicibus metaphyſicarum controuerſiarũ abſtinent, ita nec illis quoquomodo aduerſantur. Immò quòd opinio autumans ſuppoſitum, quà tale formaliter, in negatiuo conſiſtere, eò abeſt, vt hæreticis faueat, quòd potiùs ex imô illorum commenta funditus conuellat. Cùm implicet, quòd natura, vt ſub negatione communicationis, communicetur; vt euidens eſt.

Ad 1. arg. Hurtadi ex conciliis & Patribus concin natum.

Sed frimoll

Adde; verbum diuinum humanitati coniunctum abſtuliſſe modum eſſendi per ſe realem humanitatis, ſiue incommunicabilitatem realem, & propriam, non poſitiuam, ſed negatiuam; ſicut enim Thomiſtæ, qui rationem vnitatis in negatiuo conſtituunt, eam veram, & realem entis proprietatẽ opinãtur, eſto

quòd positiua non sit; ita & modus incõmunicabilitatis humanitatis Christi, qui ex coniunctione ad verbum destruitur, verus est, & realis, licèt non sit positio, sed mera negatio. Et sicut in Philosophia nõ est abusiua, & ridicula ista loquutio: *Destruitur priuatio in materia, adueniente forma*; ita nec in Theologia negatio esse potest inutilis; *Destruitur negatio incommunicabilitatis actualis per positiuam naturæ ad increatum suppositum coniunctionem.*

Refellitur Hurtadi positio.

Vnde; cùm vrget Petrus Hurtado; *idem esse, humanitatem non præferre suppositalitatem creatam; ac humanitatem esse compositam verbo diuino*; cùm compositio naturæ ad suppositum, destruat negationem communicationis, & dependẽtiæ à suppósito. Dicimus; quòd sicut ista non est complexio negatoria; *materia non importat priuationem formæ ignis, quando actu est composita formæ ignis*; sed exprimit positionem formæ, quæ destruit modum realem negativum in materia, scilicet priuationem formæ ignis; quò fit, vt compositio formæ, & remotio negationis formæ, non sint idem formaliter, sed comparentur causaliter inter se, sicut positio entis auferens negationem entis; ita pari omnino ratione conferantur inter se, compositio naturæ ad suppositum, quæ destruit causaliter negationem compositionis, & dependentiæ, (quæ ab Scoto appellatur hypostatis negatiua,) & negatio compositionis, & dependentiæ naturæ respectu suppositi.

Ad confirmationem.

26 Ad confirmationem: quòd licet humanitas à propria personalitate physicè non pendeat, si physicum dici nequeat id, quod positio non est; pendet tamen verè, & realiter, sicut & ens, quà vnum, pendet realiter à negatione multitudinis, per quam in esse vnius apud graues authores constituitur. Nec vacaret probabilitate dependentiam physicam naturæ à suppositalitate negatiua astruere; cùm priuatio communiter asseratur vnum ex tribus physicis entis naturalis principijs. Addendum præterea; magis pendere humanitatem Christi à suppositalitate increata, quàm à creata hypostasi pendere potuisset; quia, vt ex Scoto obseruauimus, *num. marg.* 19. natura à propria suppositalitate negatiua rãtùm habet incommunicabilitatem secundũ quid, & incompletam, quæ in solo mero & simplici non esse communicationis naturæ integræ ad extraneum suppositum posita est; humanitas verò Christi à verbo personata refert incommunicabilitatem simpliciter, & completam; eòquòd non sit simplex negatio solius actualis coniunctionis ad aliud suppositum, sed incommunicabilitas repugnantiæ; quatenus naturæ à verbo assumptæ contradicit alterius suppositi assumptio. De incommunicabilitate verò repugnantiæ, quæ sola ab Scoto hypostasis completa, & simpliciter dicitur, iam ex ipso statuimus in positiuo necessariò consistere.

Ad instantiam.

27 Ad instantiam; quòd natura creata ex se habet integritatem in ratione naturæ, non verò in ratione suppositi; integritas autem suppositalis esto quòd, vt talis, physica integritas dici nequiret, realis tamen in toto rigore censenda est; eòquòd ante intellectum naturæ congruat talis negatiua incommunicabilitas.

Ad 2 Arg.

28 Ad secundum argumentum; respondetur, in humanitate Christi Domini non manere omnem modum realem, qui est in creata persona; quia incommunicabilitas modus realis est, esto quòd positivus non sit. Nec alicuius esse momenti id quòd opponitur de communicatione verbi diuini ad humanitatem Christi, vt verbum rationem personæ ex vnione ad humanitatẽ amittat: quia suppósito solùm contradicit communicatio, vt quò, & per modum naturæ habitæ, & existentis in alio; non tamen communicatio, vt quod, & per modum habentis naturam assumptam. Deinde; quòd quamuis apud Scotum sit probabile, hypostasim creatam consistere in negatiua incommunicabilitate, aut in negatione communicationis; attamen persona diuina essentialiter exprimit positionem, quia refert incommunicabilitatem per repugnantiam; positiua autem causalitas subsistentiæ destrui non valet per commnnicationem suppositi ad naturam extraneam; quam assumit, vt quod: de quo vide supra sub *num.* 20. Quare Soarius manifestè ostẽdit se Scotum non vidisse, dum in eum negatiuam verbi diuini suppositalitatem retorquet.

Obiectio Soarij expugnatur.

Ad 3. Arg.

29 Ad tertium: causalitatem, aut quasi causalitatem negatiuam præstari posse à positiua forma, si ipsa essentialiter inferat negationem vniuocè conuenien-

nientem in vnitate conceptus cum illa negatione, cuius cauſalitas ſuppletur. Quare, quia verbi diuini poſitiua perſonalitas cõiuncta humanitati Chriſti eſſentialiter refert negationem incommunicabilitatis ad aliud ſuppoſitũ, quæ negatio vniuocè cõuenit cum negatione incõmunicabilitatis ſuppoſiti creati; proinde fit, vt quaſi cauſalitas ſuppoſitalitatis creatæ negatiuæ à poſitiua perſonalitate verbi ſupplebilis ſit. Adi Scotum nodum iſtum convellentem *in 3. Sent. diſt. 1. quæſt. 1. num. marg. 10.* vbi cùm ſibi obieciſſet, quòd ſi ſuppoſitalitas creata in negatione conſiſteret, non poſſet colligi intelligibiliter cum perſona increata in vnitate conceptus præciſi: propoſitæ obiectioni occurrit dicens:

Scotus.

Reſpondeo; iſte conceptus incommunicabilis, qui negat communicationem actualem, & aptitudinalem, vniuocus eſt Deo, & creaturæ, perſona diuina, & creata: negatio enim eſt vniuoca multis, quando idem affirmatum à pluribus negatur.

Fit ſatis metaphyſicis rationibus Soarez, & Vazquez.

Reſpõdetur ad 1. rationem metaphyſicã ex tra hypoſtaſim negatiuam.

30 AD primam rationem metaphyſicam patet ex litera Scoti: fatemur enim ſuppoſitalitatem creatam data hypotheſi, quod in mera negatione actualis coniunctionis poſita ſit, nó præferre adæquatam rationem incommunicabilitati; idque tantùm euincere rationem in oppoſitum, quod candidè fatetur Scotus, nimirum ad incommunicabilitatem per repugnantiam, ſiue ad hoc vt rei repugnet cõmunicabilitas ad alterum ſuppoſitum, neceſſariò præexigi poſitiuam perfectatem. At verò increatis ſicut non datur repugnantia communicabilitatis ad ſuppoſitum extraneum; ita nec poſitiua perfectas conceditur, propter rationem traditam in obſeruatione ad literam Scoti.

Ad inſtãtiã

31 Ad inſtantiam: quòd licet ratio ſuppoſitalitatis creatæ in mera negatione conſiſtat; adhuc aſſignari poteſt diſtincta quaſi cauſalitas negatiua reſpõdens ſubſiſtentiæ, quæ in exiſtentiã ſubſtantialem, quà talis eſt, deferri nõ poſſit; ſubſiſtentia enim adderet negationẽ exiſtendi in alio vt in ſuppoſito, quam non infert exiſtentia ſubſtantialis, ſed ſolùm præciſam negationem in exiſtentiæ, ſeu exiſtentiæ in alio, vt in ſubiecto.

Ad 2. Ar

32 Ad ſecundum; cõcedimus, quòd humanitas Chriſti Domini quantum ad eſſe ſubſtantiale creatum, ita completa eſt, ſicut Petrus vel quodlibet aliud individuum creatum, eòquòd ſuppoſitalitas non addat modum ſubſtantialem in iſta opinandi via; inficiamur tamen, eamdem Chriſti humanitatẽ eſſe æqualiter completam quoad omnem modum realem: eòquòd careat modo reali negatiuo incommunicabilitatis ad extraneum ſuppoſitum, quem claudit Petrus, quà ſuppoſitum eſt.

MEMBRVM II.

Vbi poſitiuus hypoſtaſis conceptus vt probabilior aſtruitur; & cauſalitas eius expenditur.

SVMMARIVM.

Argumenta pro negatiua hypoſtaſi oppa nuntur. Num. 1.

Creatam ſubſiſtentiam modalem formã eſſe, non entitatiuam, contendunt aliqui. Num. 9.

Improbatur Caietanus deferens hypoſta ſi mediam cauſalitatem inter eſſentiã, & exiſtentiam. Num. 14.

Conſtitutionem incommunicabilis exiſtentiæ non eſſe de ratione cauſalitatis actus ſubſiſtentialis opinatus eſt Hurtado. Num. 17.

Poſitiuus creatæ hypoſtaſis conceptus vt probabilius aſſertum defenditur. Numer. 19.

Hypoſtaſim formam entitatiuam eſſe, nõ modalem, aſtruimus. Num. 20.

Adæquatam ſubſiſtentiæ cauſalitatẽ non eſſe conſtitutionem entis in ſe & per ſe, aperitur. Num. 21.

Inſeparabilem tamen hypoſtaſis cauſalitatem, ſiue propriæ, ſiue alienæ, naturæ terminationem adeat, eſſe incommunicabilis exiſtentiæ conſtitutionẽ.

ſtatui-

statuitur. Num. 24.

Argumenta pro negatiua hypostasi refutantur. Num. 25.

Fundamenta etiam suadentia hypostasim non esse formam entitatiuam, concelluntur. Num. 29.

Item, & quæ incommunicabilitatem existentiæ esse ipsam hypostasis causalitatem, oppugnant. Num. 34.

Negatiuã Hypostasim tutantur. Faber. Aretinus. Meurisse.

LIcet communis Scotistarũ Schola cum Scoto recipiat vt problematicum assertum, hypostasim creatam in negatiuo consistere: ferè tamen omnes Scoti discipuli eã probabiliorem iudicant sentiẽdi viam, quę quidditatiuam suppositalitatis creatæ rationem positiuam esse autumat; paucis exceptis, qui in negatiuam partem vt probabiliorem propendent. Sic Philippus Faber *in* 3. *Sentent. dist.* 1. *quæst.* 1. *cap.* 5 Franciscus Aretinus *eadẽ dist. art.* 11. & nouissimè Martinus Meurisseus Parisiensis Doctor, *lib.* 3. *sua Metaphysices, q.* 4.

1. Ratio Scot. ex Damascena. Damascen. cap. 55.

Scotus.

1 Quod placitum suadetur primò rationibus, quas pro illo format Scotus *q.* 19. *quodlib.* iã citata *sub n. marg.* 18. his verbis: *Sed contra Damascenus (nihil enim eorum, quæ plantauit in nostra natura Deus, verbum à principio plasmans nos defecit; sed omnia assumpsit: totus enim toti vnitus est mihi, vt totum toti tribuat, quod est inassumptibile est incurabile) vult dicere igitur, quòd quæcunque entitas positiua in nostra natura est vnita verbo.*

Arg. Sc. i probatio. hasi negatiua.

Et quòd hoc sit possibile de quacunque, probatur ratione: quia quæcunque natura est simpliciter in potentia obediẽtiali ad dependendum ad personam diuinam. Si ergo esset aliqua entitas positiua, qua natura esset in se personata; illa entitas esset assumpta à verbo, & tunc natura nostra in Christo esset personata simul duplici personalitate, quod est impossibile. Quia si creata: igitur per illam est formaliter incommunicabilis alteri personæ, & per consequens personæ verbi non communicatur: & ita in ipso nõ personatur.

Item Sc. i probatio ro suppositalitate negatiua.

2 *Prætereà: si aliqua entitate positiua esset natura formaliter persona creata; igitur verbum non posset deponere naturam assumptam, nisi vel illa maneret non personata, quod videtur inconueniens: vel oporteret quòd daretur sibi de nouo alia entitas, qua & haberet personalitatem creatam. Sed hoc est impossibile: illa enim non posset esse entitas accidentalis; quia accidens non est ratio formalis personandi subsistantiam. Nec posset esse aliqua entitas substantialis; quia nec materia, nec forma, nec substantia composita; quia quæcunque talis, si daretur, non maneret natura eadem, quæ prius, quia haberet aliam materiam, vel formam, vel entitatem substantiæ compositæ.*

Arguitur ex homogeneo suppos.

3 Secundò probatur talis sententia in supposito homogeneo; quia aqua, quæ ante erat suppositum, ex vi solius coniunctionis ad alteram aquam deperdit propriam suppositalitatem; cùm iam nõ sit in se, & per se, sed in toto, quod ex duabus aquis, vt ex compartibus cointegratur. Ergo ratio formalis destruens hypostasim huius aquæ est positio coniunctionis ad alteram aquam; acproin de ratio formalis suppositalitatis in negatione coniunctionis posita esse debet. Consequentia aperitur: quia in aqua, ex hoc præcisè quòd adeat coniunctionem ad alteram aquam, quolibet positiuo, quod aquę antea inerat, omnino superstite, destruitur ratio suppositalitatis: eòquòd tollatur negatio vnionis & dependẽtiæ, per positionem ipsius vnionis tanquam per oppositam formam; igitur adæquata ratio hypostasis in mera ac simplici negatione vnionis & dependentiæ omnino saluatur.

Occurritur.

4 Si dicas, ex coniũctione huius aquę ad aliam perire indiuisibile terminatiuum substantiale, resultarequè de nouo ex alterius substantiæ accessu, indiuisibile continuatiuum substantialis latitudinis siue extensionis; atque adeò non esse verum, quòd vi coniunctionis huius aquæ ad aliam, sola negatio vnionis tollatur, omni modo substantiali superstite: cum indiuisibile terminatiuũ, quòd destruitur, quid substantiale sit.

Intercluditur.

Contra sic: quia perfectas, estò quòd positiua esset, nõ posset saluari in aliquo indiuisibili substantiali extensionis substantiæ terminatiuo, quòd perit ex coniunctione vnius substãtię ad aliam: quia subsistentia suppositi materialis, & extensi, indiuisibilis esse nõ posset; eòquòd terminet totam existentiæ materialis latitudinem, quæ diuisibilis, & extensa est. Sed nil aliud positiuum deperdit aqua ex hoc quòd alteri cõiungatur præ-

ter

ter terminatiuum indiuiſibile, quod nō ſpectat ad rationem hypoſtaſis: quolibet igitur poſitiuo ſuperſtite, tranſit aqua de eſſe ſuppoſiti ad non eſſe talis per meram deſtructionem negatiuæ incommunicabilitatis.

altera ſua; quòd poſitiua perfectas totius homogenei conſiſtat in indiuiſibili terminatiuo ſecundùm longitudinem, latitudinem, & profunditatem.

5 Nec eluditur vis rationis; ſi aſſeratur, ex coniunctione vnius aquæ ad aliam non ſolùm deſtrui terminatiuum longitudinis, quod eſt punctum ſecundùm trinam dimenſionem omnino indiuiſibile; ſed etiam perire lineam, quæ eſt vltimum terminatiuum latitudinis: & ſuperficiem, quæ vltimò terminat profunditatem. Quare, licet linea quoad latitudinem ſit indiuiſibilis, & ſuperficies quoad profunditatem; cùm tamen aliàs propriam, & ſpecificam extenſionem retineant, & quatenus ſubſtantialia indiuiſibilia ſunt, materialem ſubſtantiam vltimo terminent; & illam ita in ſe, & per ſe conſtituant, vt ex coniunctione huius naturæ ad aliam totalem conſtituendā, omnino deſtruantur: dici poſſet, terminatiua hæc ſortiri rationem perfectatis, & ſubſiſtentiæ in ſuppoſitis materialibus.

Occluditur 1.

Hoc enim, præterquam quòd videtur voluntarium commentum à nullo hucuſquè excogitatum; ita redargui poſſet. Fieret enim, vt ſicut quælibet ſubſtantia materialis habet triplex terminatiuum vltimum ſecundùm triplicem dimenſionem eius; ſcilicet punctum ſecundùm longitudinem; lineam ſecundū latitudinem; & ſuperficiem ſecundùm profunditatem; daretur etiam triplex ſubſiſtentia, ſiue ratio perfectatis poſitiuæ: (cùm ab his vltimis terminis habeat ſubſtantia materialis, vt omnino ſit in ſe, & per ſe, adeò vt illis ſuperſtitibus in alterius totius compoſitionem venire nequeat) quod prorſus inauditum eſt.

Altera præcluſio efficax.

6 Præterea: quia omnes illi authores, qui ſuppoſitalitatem in poſitiuo cōſtituunt, conſtanter docent, naturam à ſua hypotaſi adeò ſuſtentari, vt ſi diuinitùs ab illa ſepararetur, nouo indigeret auxilio, quod ſuſtentationem ſuppoſitalitatis ſupploreret. Atqui, extenſio ſubſtātialis non ſuſtentatur ab vltimis terminis latitudinis ſuæ; quin ipſi termini per ſuas eſſentias à ſubſtantia pendent, vt modi quorum eſſentialis ratio in actuali coniunctione ad ſubiectum poſita ſit: ergo eſſentia hypoſtaſis materialis in terminatiuis indiuiſibilibus conſtitui non poteſt, eſtò quòd vltimi termini ſubſtātiales ſint. Sed nullus alius modus poſitiuus deſtruitur ex coniunctione vnius ſubſtantiæ materialis ad aliam, & tamen perit ratio ſuppoſiti; ergo ratio hypoſtaſis creatæ in nullo poſitiuo conſtituenda eſt.

Arguitur 3. ab indiuiſibilitate, vel in extenſione ſubſiſtentiæ

7 Tertiò: quia ſi ſuppoſitalitas aliquid adderet ab ipſamet natura ſubſtantiali realiter diſcretum: vel eſſet quid omnino indiuiſibile; vel quid integraliter ex partibus coaleſcens: ſicut & exiſtentia materialis totum quoddam eſt ex partibus integralibus conflatum. Primum dici non poteſt; quòd ſcilicèt ſubſiſtentia rei materialis ſit indiuiſibilis, ſicut punctum; quia ſubſiſtentia rei materialis, & diuiſibilis modificat totam exiſtentiam diuiſibilem, & extenſam; (nec enim poſitiua perfectas conuenit huic latitudini ſubſtantiæ ſuppoſitatæ, & non illi; ſed omnis ſubſtantiæ extenſio, quæ antea, vi exiſtentiæ, ſolùm erat in ſtatu negatiuæ perfectatis, ad poſitiuam perfectatem contrahitur.) Ergo cauſalitas, aut quaſi cauſalitas, hypoſtaſis circa naturam, quam modificat, diuiſibilis eſſe debet; ac proinde, & ipſa ſubſiſtentia rei materialis debet eſſe diuiſibilis, & integraliter compoſita. Eòquòd cauſalitas formæ modalis, quam circa ſubiectum exercet, ſit de eſſentia ipſiuſmet modi; qui ſicut per ſuam eſſentiam ſubſtrato coniungitur, ita & cauſalitas eius circa ſubiectum non eſſentialis modo eſſe nō poteſt; in hoc enim à forma entitatiua condiſtinguitur in tota latitudine illius. Sed cauſalitas omnino diuiſibilis non poteſt ſpectare ad eſſentiam formæ indiuiſibilis; cùm indiuiſibile ſecundùm partes integrantes, & diuiſibile ſecundùm partes integrales, nequeant in eamdem entitatem coire: ergo ſubſiſtentia rei materialis non poteſt eſſe indiuiſibilis.

Item contra; impetur ſubſiſtentia poſitiua extenſione talis formæ.

8 Quòd autem nec diuiſibilis eſſe queat, quod eſt alterum noſtræ rationis membrum; vel ex eo ſuaderi poteſt. Quia, ſi ſuppoſitalitas rei materialis eſſet quoddam totum integraliter conflatum ex partialibus ſubſiſtentijs; in qualibet parte illius ſuppoſitalitatis compoſitæ ſaluaretur quidditatiuus hypoſtaſis conceptus; ſicut & in parte qualibet integrali totius homogenei, aquæ, verbi gratia, vel ignis, eſſentialis ratio ignis, vel aquæ, conſiſtit. At, quidditatiuo conceptui hypoſtaſis contradicit ratio

par-

partis; eòquòd conceptus partis, & cõceptus perfeitatis inter se pugnent: cùm pars non sit in se, & per se, sed in toto, quod ex partibus coaleſcit: ſuppoſitalitas igitur entis materialis nequit eſſe diuiſibilis. Cùm ergo nec indiuiſibilis eſſe valeat; eòquòd cauſalitatem ſortiatur diuiſibilem: fit, vt poſitiua hypoſtaſis in ſuppoſito materiali haud aſtruẽda ſit; ac proinde, quod in ſola negatione coniunctionis ad aliud ſuppoſitum conſtitui debeat.

Creatam ſubſiſtẽtiam modalem formam, non verò entitatiuam, contendunt, Soarez, & Vazquez.

Opinio autumãs ſubſiſtentiam nõ eſſe formã entitatiuã, ſed modalẽ.

9. CÆterùm; maius diſſidium eſt, dato quòd entis creati hypoſtaſis in poſitiuo conſiſtat; an hic poſitiuus naturæ terminus ſit forma entitatiua; vel modalis? quia ſatis commune placitum opinatur, ſuppoſitalitatem eſſe modum naturæ; non autem entitatem realiter condiſcretam. Sic Frãciſcus Soarez *tom. 2. ſuæ Metaph. diſp. 34 ſect. 4. num. marg. 33.* Gabriel Vazquez *tom. 1. 3. partis, diſp. 31. c. 6.*

Soarez. Vazquius.

1. Arg.

Et probatur primò; ex communi & generali principio, quod cogit ne diſtinctiones in caſſum multiplicentur; at ſuppoſitalitatẽ creatam aſtruere entitatẽ à natura condiſcretam omnino otioſum eſt, & voluntarium; cùm omnis illa diſcretio, quæ ex principijs fidei petitur inter naturam creatam, & eius hypoſtaſim, omnino ſaluetur cum ſola ea diſtinctione, quæ intercedit entitatem, & modum eius: cũ hæc ſufficiat ad hoc, quòd modò deſtructo entitas ſuperſtes eſſe queat; vt patet in relatione & eius fundamento; vbicatione, & corpore vbicato, & ſimilibus. Sola igitur diſcretio modalis inter naturam & eius hypoſtaſim præſtabit, vt humanitas cõſeruari queat in Chriſto Domino præpedita emanatione creatæ ſuppoſitalitatis; non ergo maior diſtinctio aſſeueranda eſt.

Confirmatur

10 Prætereà; quia exiſtentia naturę accidẽtalis, quæ longè imperfectior eſt ſubſtantiali exiſtentia, non eget forma entitatiua, ſed ſolùm modali, vt terminetur vltimò; ſi ergo ad fulciendam, & terminandam actualitatem accidentalem, quæ multò tenuior & imbecillior eſt in ea cauſalitatis exiſtentialis ratione, quàm ſubſtantialis exiſtentia, non requiritur forma entitatiua, ſed tantũ modalis; voluntarium eſſet ad terminationem exiſtẽtiæ ſubſtantialis formam entitatiuam expoſcere.

2. Arguitur quòd ſubſiſtentia ſit modus.

11 Secundò arguitur; quia ſuppoſito quòd hypoſtaſis creata forma entitatiua ſit, & non modalis; videtur omnino occludi via ad expediendam illam controuerſiam, quæ communiter à Doctoribus excitatur; vtrum implicet naturã creatam à propria hypoſtaſi terminatã ab alia extranea diuinitus terminari? à quo nodo facilè ſe expeditos faciunt, qui hypoſtaſim non entitatiuam formã, ſed tantùm modalem pronuntiant; aſſerentes, modum perfeitatis ita per ſuam eſſentiam propriæ naturæ coniungi, & quaſi cum illa identificari; vt non relinquat in natura potentialitatem ad modum eſſendi oppoſitum, nimirum rationem & formam eſſendi in alio. Si autem ſubſiſtentia forma entitatiua eſſet, & nõ modalis; ſicut per ſuam eſſentiam propriæ naturæ non coniungeretur; ita nec omnino exhaurire poſſet totam potentialitatem ſubſtrati, vt non relinqueretur indeterminatio ad aliam rationem eſſendi oppoſitam, ſcilicet in alieno ſuppoſito.

Confir. ex Scoto.

12 Prætereà: quia ideò Scotus inficiatur ſuppoſitalitatem poſitiuam in creatis, eòquòd implicet aliqua entitas creata, cui repugnet obedientialis potẽtialitas, vt ab alio ſuppoſito diuinitùs pendere queat; at maius inconueniens eſt, hanc potentialem obedientiam denegare entitati, quàm modo: ergo hypoſtaſis creata modus eſt, & non entitas.

3 Ratio pro modalitate hypoſtaſis.

13 Tertiò: quia ita implicatorium eſt, dari poſſe perfeitatem ſine ſuppoſito ſubſtantiali, quod eſt ens per ſe vt quod; ſicut contradicit dari inhærentiã ſine forma inhærente: atqui, ideò repugnat, etiam diuinitùs, inexiſtentiam deſtructo accidenti conſeruari; eòquòd ſit modus per ſuam eſſentiam ab accidenti pendens: ergo, ſi perfeitas, ſiue hypoſtaſis, modus non eſſet naturę ſubſtantialis, ſed forma entitatiua omnino à natura condiſtincta, cuius eſſentia in actuali na-

turæ

turæ terminatione poſitæ non eſſet; non appareret euidens contradictio, quare ſine natura ſubſtantiali haud conſeruari poſſet de abſoluta Dei poteſtate? at, magis implicatorium videtur, perſeitatem conſeruari ſine ente per ſe vt quòd; quã ſuperſtitem eſſe relationem ſine relato, vbicationem ſine vbicato, &c. ergo perſeitas non poteſt eſſe forma entitatiua, ſed modalis.

Confutatur Caietanus deferens hypoſtaſi mediam cauſalitatem inter eſſentiam, & exiſtentiam.

Opinio Caietani quòd ſuppoſitũ ſit ſubſtratum, vel cauſa materialis recipiens exiſtentiam.

14 AT, non ſolùm in controuerſiam cadit creata hypoſtaſis quãtùm ad abſtractam rationem formæ entitatiuæ, aut modalis, vt ſic; ſed adhuc dato, quòd aut entitatiua forma ſit; aut modalis; de ipſa contracta & ſpecifica ratione cauſalitatis actus ſubſiſtentialis occurrit dubitatio, in quo formaliter conſiſtat? Caietanus 3. *part. quæſt. 4. art. 2.* docet primariam hypoſtaſis creatæ cauſalitatem eſſe, conſtituere eſſentiam in eſſe habentis vt quòd; nimirum, vt habile ſubſtratum exiſtentiæ eſſe queat. Quare, Caietanus tres has realitates diſtinguens; *eſſentiam*; *ſuppoſitalitatem*; & *exiſtentiam*; ipſam hypoſtaſim mediam inter eſſentiam, & exiſtentiam autumat: nec vnicus eſt huius placiti aſſertor, cùm plures ei Thomiſtæ recẽtiores adhæreant.

Confutatio Caietani.

15 Sed ne ad iſta rurſum redire neceſſum ſit; hæc ſententia à metaphyſicis probatioribus eo iure exploditur; vt ab aliquibus commẽtitia iudicetur. Quia; eſto quòd eſſentia creata reale ſubſtratum ſuæ exiſtentiæ eſſe poſſet, quòd latè inficiati ſumus *in appendice metaphyſica de creato exiſtere*: adhuc ſubſiſtentia eſſentiæ vicinior, aut coniunctior eſſe non valeret exiſtentia ipſa; cum eſſentia antequam apprehendatur exiſtens, ſiue extracta à cauſarum eminentialitate, concipi nequeat vt habile ſubſtratũ ad cauſalitatem realem adeundam; quæ lis intercederet inter eſſentiam, & hypoſtaſim illi compoſitam realiter.

Inſtatur contra Caietanum.

16 Præterea; quòd inter eſſentiam accidentis, & illius exiſtentiam nulla alia forma mediat ad hoc, quòd eſſentia accidentis ſufficiens, & habilis ſit ad cauſalitatem materialem exercendam circa ipſius exiſtentiam; nec enim inhærentia ſeu inexiſtentia prius eſſentiæ accidentis congruit, quàm exiſtentia ipſa; vt per ſe notum eſt, & omnes fatentur. At eſſentia ſubſtantialis inhabilior, aut inſufficientior non eſt ad propriam exiſtentiam recipiendam, quàm eſſentia accidentis; ergo, ſi eſſentia accidentalis formæ, vi ſua, nullo alio actu medio, adit cauſalitatem ſubſtrati circa proprirm exiſtentiam: ita & eſſentia ſubſtantiæ, nulla alia realitate media, ſuæ exiſtentiæ componi poterit.

Conſtitutionem exiſtentiæ incommunicabilis non ſpectare ad cauſalitatem ſubſiſtentiæ, exiſtimauit Hurtadus.

Petri Hurtadi placitum quòd cauſalitas ſubſiſtentiæ non ſit reddere exiſtentiam incommunicabilem.

17 VErũm; nec adhuc inter modernos conſtat, quæ ratio incommunicabilitatis deferri debeat ſubſiſtentiæ; quia Petrus Hurtado *in ſua metaph. diſp. 11. de natura, & ſuppoſito, Subſection. 3.* exiſtimauit, effectum formalem creatæ ſubſiſtentiæ non eſſe reddere naturam incommunicabilem alteri ſuppoſito.

Arguitur

Quod ſuadere molitur; eòquòd natura quælibet indifferentiam non habeat ad alienas hypoſtaſes; ſed omnino determinata ſit ad eam numericam ſuppoſitalitatem, quæ à natura, vt à principio intrinſeco, emanat. Si enim natura Ioannis indifferens eſſet ad hypoſtaſim Petri & Pauli, eis naturaliter componi poſſet; cùm naturalis inclinatio ſit propenſio quædam potentiæ in actum ſibi naturaliter coniungibilem. At impoſsibilis eſt iure naturæ vnitio naturæ Petri ad hypoſtaſim Pauli, ſeu quamlibet aliam, quæ extranea ſit; ergo natura Petri determinata eſt ab intrinſeco ad vnicam rationem propriæ perſeitatis; ac proinde forma determinante non eget, vt alteri

Digitized by Google

teri hypoſtaſi incommunicabilis ſit; cùm à ſe ipſa hanc incommunicabilitatem referat.

Reſponſio pro communi ſententia

18 Si dicas; naturam eſſe indifferentem ad aliena ſuppoſita de abſoluta Dei potentia.

Contra ſic: ſubſiſtẽtia creata, ſicut forma omnino naturalis eſt abſtrahens à ſupernaturalibus immutationibus, quæ de abſoluta Dei potentia accidere queunt; ita concludi, & quaſi circunſcribi debet meta, & periodo cauſalitatis naturalis: quia ſicut natura Angeli, verbi gratia, connaturaliter determinatur à propria ſuppoſitalitate, ita & talis determinatio ineſſe debet ad remouendam formam ſibi naturaliter coniungibilem.

Vel à contrario conſtruo rationem ſic; ſubſiſtentia connaturalis Angeli eſt connaturalis determinatio naturæ angelicæ, ne maneat indifferens ad ſuppoſitum diuinum, verbi gratia; ergo inerat angelicæ naturæ indifferentia naturalis ad ſuppoſitum diuinum. Quia connaturalis determinatio eſt contractio alicuius indifferentiæ connaturalis; vt determinatio materiæ primæ ad formam ignis ſupponit in materia naturalem indifferentiam ad ignem, & aquam: vbicatio Petri præmittit in Petro aptitudinem ad aliam vbicationem: quamobrẽ lapis non eget determinatione à ſe diſtincta ne volet; quia ex ſe non habet indifferentiam ad volandum. Sed natura humana ex ſe non habet naturalem indifferentiam, vt à verbo Dei aſſumatur; ſed tantùm obedientialem quamdam potentialitatem: non ergo eget aliqua forma realiter diſtincta, vt hæc indifferentia contrahatur.

Inſtat Hurtadus.

Authoris iudicium per ſequentes aſſertiones enodatum.

Aſſertio 1.

19 Dicendum primò: probabilius eſſe, conceptum perfectatis creatæ eſſe poſitivum. Sic omnes Thomiſtæ; & ex Scotiſtis, Franciſcus Lychetus, & Ioannes de Rada, locis citatis in membro præcedenti, quibus adde Petrum Poſnanienſem *in 1. ſententiarum diſtinct. 23. quæſtion. vnica dubitat. 2. concluſ. 2.*

Lychetus. Rada. Poſnanienſis

Quòd aſſertum ita comprobari poteſt; quia, apud Scotum, data hypotheſi, quòd ſuppoſitalitas in mera negatione conſiſteret, ratio hæc hypoſtaſis ſolùm eſſet incompleta, & ſecundùm quid; vt expreſſo Scoti teſtimonio comprobauimus, *in membro præcedenti.* Eòquòd ſuppoſitalitas, in ea hypotheſi, ſolú præferret meram, ac ſimplicem negationem communicationis ad aliud; non verò repugnantiam communicabilitatis, quæ, apud ipſum Scotum, naturæ ineſſe nequit, niſi dato aliquo poſitiuo, à quo talis negatio repugnantiæ inferatur.

Probatur aſſertum.

At, non repugnat tale poſitiuum naturæ creatæ concedi; ſi enim obſtaret maximè propter illam rationem, quam pro oppoſita ſententia formit Scotus; quòd ſcilicet impoſsibilis ſit aliqua entitas poſitiua, cui contradicat obedientialis potentialitas, vt extraneo ſuppoſito diuinitùs coniungi, aut cõmunicari queat.

Fuga.

Hæc enim ratio haud difficulter conuelli poteſt; eòquòd nulla creatura ſit in obedientiali potentia ad eam immutationem obeũdam, quæ illius conſtitutioni eſſentiali aduerſetur; nec enim humanitas eſt in obedientia ad Deum, vt irrationalitatem in ſuo conceptu ſuſtineat, vel vt illi componatur tanquam rationi intrinſecæ: ergo, ſi de eſſentia ſuppoſiti creati eſſet incommunicabilitas ad alterum ſuppoſitum extraneum; in obedientiali potentialitate eſſe non poſſet, vt diuinitùs extraneo ſuppoſito coniungeretur.

Occupatur.

Aſſertio 2 quòd hypoſtaſis nõ ſit forma modalis, ſed entitatiua

20 Dicendum ſecundò; hypoſtaſim creatam non eſſe formam modalem, ſed entitatiuam. Quæ concluſio ratione ex doctrina Scoti producta ſic fulciri poteſt.

Probatio ex Scoti doctrina.

Quia; apud Scotum, ſuppoſitum creatum diuinitùs alienam naturam terminare poteſt: at, ſi hypoſtaſis forma modalis eſſet, nec de abſoluta Dei potentia extraneo ſubſtrato coniungi valeret; eòquòd vis terminatiua, ſiue actualitas modalis formæ, ſicut per ſuam eſſentiam proprio ſubſtrato copulatur, ita finitur, & exhauritur, circa ipſum, vt ad aliud ſubſtratum in actu non ſit: ſi enim eſſet in actu ad modificationem extraneæ naturæ; terminatio actualis ppriæ naturæ non eſſet illi quidditatiua; ſiquidem apprehendi poſſet eſſentia huius hypoſtaſis, vt actualiter propriæ naturæ non cõ-

poſi-

ſita; dum nimirum concipitur, vt potens cauſalitatem terminatiuam circa extraneam naturam adire. Ergo, ſi ſubſiſtentia eſſet modus propriæ naturæ, ita circa ipſam finiretur vis terminatiua eius, vt nec diuinitùs extraneæ componi poſſet; cùm Deus eſſentialem, & primariã formæ ſufficientiam ſe ipſo præſtare nó valeat.

Aſſertio 1. Quòd adæquata cauſalitas ſubſiſtentiæ nõ ſit conſtitutio entis in ſe, & per ſe.

21 Dicendum tertiò: adæquatam cauſalitatem hypoſtaſis creatæ non eſſe cõſtitutionem entis, in ſe, & per ſe. Quæ aſſertio, vel ſola explicatione ſtabiliri poteſt; eòquòd humanitas Chriſti Domini de facto verè ſuppoſitata ſit à verbo diuino, (ſicut & ab extraneo ſuppoſito creato diuinitùs ſuppoſitari valuit,) & tamen humanitas Chriſti non eſt in ſe, & per ſe, ſed in verbo, vt in ſuppoſito; non ergo adæquata hypoſtaſis cauſalitas poteſt eſſe cõſtitutio ſuppoſiti in ſe, & per ſe. Licèt enim ſuppoſitalitas ad propriã naturam comparata ſemper illi ſit ratio eſſendi in ſe, & per ſe; at alienæ naturæ compoſita (ſicut de mente Scoti aſſeueramus, creatam hypoſtaſim extraneæ naturæ diuinitùs coniungi poſſe,) non eſt ſuppoſitalitas ratio eſſendi in ſe, & per ſe; ſed in alio; vt in ſuppoſito aſſumente.

Obiectio Hurtadi.

22 Sed obijcit Hurtadus loco citato *ſect. 7. §. marg. 90. & 91.* quòd natura non magis exiſtit per ſe, in proprio, quàm in alieno ſuppoſito; eòquòd ſi rationi exiſtendi, in ſe, & per ſe, aduerſaretur dependentia ab hypoſtaſi aliena; nec etiam in ſubſiſtentia propria, natura, in ſe, & per ſe, ſubſiſtere poſſet: quatenus natura à propria ſuppoſitalitate etiam pendeat, tanquam ab entitate realiter diſcreta. Quare, ſicut natura in ſuppoſito proprio dicitur eſſe in ſe, & per ſe, eò quòd innitatur formæ ſibi intrinſecæ; etiam cùm ſuppoſitalitas extranea per hypoſtaticam coniunctionem intrinſeca fiat naturæ aſſumptæ, eumdem effectum formalem præſtabit.

Vel è contra: ſi ideò natura in alieno ſuppoſito non eſt in ſe, & per ſe; quia ſuſtentatiſt ab entitate realiter diſcreta: cum natura etiam à propria hypoſtaſi tanquam à forma entitatiua realiter condiſcreta fulciatur; fiet, vt nec in ſe, & per ſe, exiſtens dici queat. Adde; quod verbum diuinum eamdem adijt cauſalitatem in humanitate Chriſti Domini, quam propria hypoſtaſis adijſſet; ergo de facto humanitas aſſumpta à verbo, in ſe, & per ſe, ſubſiſtit.

Concluditur

23 Quæ obiectiones nullo negotio infringi poſſunt; eòquòd aliud ſit formam fieri intrinſecam per hypoſtaticam coniunctionem; aliud verò per emanationem ab intrinſecis naturæ principijs. Quò fit, vt licèt hypoſtaſis propria dici queat naturæ extraneæ aſſumptæ, quatenus per intrinſecam coniunctionẽ illi appropriata extat; intranea verò nõ ſit; id eſt ab intrinſeco profluens, vt potequæ ab extraneo ſuppoſito petita. Natura igitur à propria hypoſtaſi ſuppoſitata, in ſe, & per ſe eſt, quia eſt in aliquo ſui; in extraneo verò ſuppoſito, in ſe, & per ſe, non ſubſiſtit; quia ex ſe non habet illud ſuſtentaculum, à quo fulciatur, & cui innitatur.

Inſtatur cõtra Hurtadum.

Adde; ideo naturam in hypoſtaſi propria per ſe eſſe, quia ipſa perfectas ſiuè ſubſiſtentia eſt in natura propria vt in ſubſtrato & ſuſtentaculo eius in genere cauſæ materialis, ex cuius potentialitate educitur; licèt ſubſiſtentia ſit fulcrum naturæ in genere cauſæ formalis terminatiuæ. Quò fit, vt in tota proprietate, illa natura in ſe & per ſe exiſtens cenſenda ſit; quæ ſuſtentat ipſam perfectatem, non ſolùm vt principium intrinſecum in genere cauſæ efficientis, ſed etiã vt ſubſtratum ſiue materiale, ex cuius eminentialitate per veram actionem eductiuam hypoſtaſis extrahitur.

Dilutio oppoſitionis verbi diuini aſſumentis naturam creatam.

Nec magis vrget obiectio de verbo diuino ſupplente vices hypoſtaſis creatæ. Dicimus enim, adijſſe eamdem rationem cauſalitatis, quam creata hypoſtaſis exercuiſſet, non quantùm ad rationem intrinſecæ perfectatis; ſed quantùm ad rationem exiſtentiæ incommunicabilis: quia ita incommunicabilis alteri ſuppoſito redditur natura per alienam, ſicut per propriam hypoſtaſim.

Aſſertio 4. Quòd ſubſiſtentia ſit ſubſtantialis naturæ incommunicabilis exiſtentia.

Scotus.

24 Dicendum quartò: cauſalitatem à ſubſiſtentia inſeparabilem, ſiue propriæ, ſiue alienæ, naturæ terminationem adeat; eſſe incommunicabilis exiſtentię conſtitutionem. Quare, hæc cauſalitas hypoſtaſis ab omnibus antiquis doctoribus tradita eſt; eamque expreſsè ſuſtinet Scotus, loco à nobis infra tranſcripto *in memb. 3. num. marg. 2.* vndè ſubſiſtentia, prout abſtrahit ab hypoſtaſi intellectualis, & non intellectualis naturę; ſic diffinitur. *Quòd ſit ſubſtantialis naturæ incommunicabilis exiſtentia.*

Et probatur: quia, licet natura non tẽ-

dat

Probatio aſſerti.

dat in alienam hypoſtaſim per modum poſitiuæ inclinationis; habet tamen indeterminationem negatiuam, ſeu non repugnantiam, vt eius negatiua perfectas ab aliena poſitiua hypoſtaſi contrahatur; ergo contractio exiſtentiæ ſubſtantialis ad hanc hypoſtaſim, & incommunicabilitas ad alteram hypoſtaſim, eſt inſeparabilis cauſalitas ſubſiſtentiæ, ſiue propriam, ſiue alienam, naturam terminet. Hæc ratio magis ex ſolutione oppoſitarum rationum conſtabit.

Qualiter negatiua perfectas contrahatur à perfectate poſitiua;

Quando autem aſſerimus, negatiuam perfectatem à perfectate poſitiua contrahi; non volumus, quòd negatiua perfectas, in ſenſu ab aliquibus Scotizantibus vſurpato, pro negatione communicationis ad ſuppoſitum, contrahatur à ſubſiſtentia poſitiua; vel ſit ſubſtratum alicuius modi poſitiui ſubſiſtentialis. Cũ euidens ſit, quòd natura ſubſtantialis, vt compoſita negationi dependentiæ à ſuppoſito, in ſenſu reduplicatiuo, nequeat pendere á ſuppoſito, nec communicari alicui formæ conſtitutiuæ ſuppoſiti; deſtruitur enim negatio compoſitionis, & dependentiæ à ſuppoſito, poſita compoſitione naturæ ad ſuppoſitum, tanquam per formam oppoſitam; cùm opponantur compoſitio ad hypoſtaſim, & negatio communicationis ad hypoſtaſim, tanquam forma, & negatio eius. Quare cũ adſtruimus, quòd perfectas negatiua ſit ſubſtratum poſitiuæ perfectatis, vel ſubſiſtentiæ, ſeu quòd ab illa contrahatur; nomine perfectatis negatiuæ intelligimus, cum melioris notæ authoribus, ipſam exiſtentiam ſubſtantialem; vi cuius, licèt ſubſtantia non ſit in ſe, & per ſe poſitiuè, eſt tamen per ſe negatiuè, vt opponitur exiſtentiæ in alio, vt in ſubiecto inhæſionis.

Obiectio cõtra 24. aſſertionem.

Sed obijcies; quòd incommunicabilitas naturæ ſuppoſitatæ ad alteram hypoſtaſim, eò non videatur primarius effectus ſubſiſtentiæ compoſitæ tali naturæ; quò incommunicabilitas, ſeu incomponibilitas materiæ, vel ſubſtrati ad formã oppoſitam, non ſit effectus primarius formæ, quæ tali materiæ adiuncta eſt: cùm effectus primarius formæ ignis non ſit expulſio formæ aquæ; ſeu materiam actu incõmunicabilem exhibere formæ oppoſitæ: igitur, nec primaria cauſalitas hypoſtaſis Petri poteſt cõſiſtere in hoc, quòd naturam Petri reddat alteri ſuppoſitalitati incõponibilẽ, vel incõmunicabilẽ.

Reſpõdetur.

Reſpondetur; quòd cauſalitas hypoſtaſis eſt vltima terminatio poſitiua exiſtẽtiæ, ob quam in aſſumptibilis redditur ab altera hypoſtaſi; quæ cauſalitas eſſentialem poſitiuamque imbibit incommunicabilitatem, vel incommunicabilitatem per repugnantiam, vt loquitur Scotus. Quamobrem, poſitiua incommunicabilitas huius naturæ ſuppoſitatæ ad alteram hypoſtaſim, nequit ad ſecundariã talis hypoſtaſis cauſalitatem attinere; ea ratione, quà expulſio caloris eſt ſecundaria cauſalitas formæ frigiditatis; eòquòd expulſio, vel priuatio caloris non concernat eſſentialiter poſitionem frigiditatis; poſſetquè calor deſtrui, frigiditate non compoſita eidem ſubſtrato: implicet verò, etiam diuinitus, natura poſitiuè incõmunicabilis, ſeu repugnans alteri ſuppoſitalitati, ſi non imbibat ſubſiſtentiam, tanquam rationem formalem talis incommunicabilitatis poſitiuæ.

Argumenta pro hypoſtaſi negatiua infringuntur.

Diluitio rationum Scoti pro ſubſiſtentia negatiua. Reſp. ad 1.

25 AD argumenta in oppoſitũ; & prius ad ea, quæ formal Scotus pro ſubſiſtentia negatiua.

Ad primum; dicimus, medicatam eſſe hypoſtaſim humanę naturę, eſtò in aſſumptibilem à verbo, ſicut acceſſorium quoddam naturę, quę à verbo aſſumpta, & ſanata eſt: ſicut enim hypoſtaſis humanitatis acceſſoriè vitiata eſt, propter naturæ tranſgreſsionem, tanquam affectio quædam naturæ lapſæ, ita & ſanari potuit ad ſolam naturæ aſſumptionem.

Ad aliam probationẽ Scoti.

Ad illud, quod opponitur de potentia obedientiali ad aſſumptionem, patet ex dictis: oſtendimus enim, haud ſingulare eſſe in hypoſtaſi, quòd in potentia obedientiali ad Deum eſſe nequeat in his, quæ eius conſtitutioni eſſentiali quoquo modo aduerſentur; cùm nec animalitas ſit in potentia, vt inſenſibilitati coniungatur, & ſic de alijs: quare, eo ipſo quòd poſsibilis eſſet forma, cuius cauſalitas eſſet conſtitutio incommunicabilis exiſtẽtiæ; eius quidditati contradiceret obedientialitas, vt alteri ſuppoſito copulari poſſet.

Ad inſtantiam Scoti.

26 Pro inſtantia verò ſecunda Scoti

con-

cõtẽdẽtis, quòd ſi ſubſiſtẽtia forma poſitiua eſſet; ſicut poſſet Deus præpedire emanationẽ creatæ hypoſtaſis; ita & fieret, vt natura integra, & totalis, extraneo ſuppoſito nõ cõiũcta, ſuppoſitanõ eſſet.

Euaſio Soarij. Quæ inſtantia aliquos malè torquet, nec à nodo ſe expedit Soarius loco citato *ſect. 9. n. marg. 27. & 28.* autumans, de abſoluta Dei poteſtate fieri nõ poſſe, vt Deus impediat efluxum propriæ hypoſtaſis; quin conferat oppoſitam rationẽ exiſtẽdi poſitiuam in alieno ſuppoſito. Cuius placitum, vel eo ſolùm titulo reſpuendũ eſt, quòd diuinæ virtuti effectus aliquis denegabilis nõ ſit, qui euidẽtẽ nõ referat cõtradictionem; cùm autẽ, nõ ſolùm euidẽter, imò nec efficaciter, contradictio aliqua opponi poſsit, quare Deus emanationem præpedire nequeat propriæ hypoſtaſis, non conceſſa naturæ alia ratione ſubſiſtendi oppoſita, nimirũ in alieno ſuppoſito? (tunc enim, data illa hypotheſi, natura exiſteret per ſe, & in ſe negatiuè; non verò poſitiuè) alia via incedendum eſt.

Occluditur.

Vera ſolutio. Quare; concedimus Scoto, illum euidenter obtinere, quòd, ſuppoſita præpeditione emanationis actus ſubſiſtentialis, natura eſſet in ſe, & per ſe negatiuè; addimus tamen, ex eodem Scoto, perfectam negatiuam, quæ ex negatione actualis coniunctionis ad aliud ſuppoſitũ conſtituitur, non eſſe adæquatam, & completam rationem ſuppoſiti; cui ab intrinſeco incommunicabilitas repugnet, ſed ſolùm eſſe ſuppoſitalitatẽ ſecũdũ quid: quatenus illi congruit negatio communicationis, quæ dum naturæ ineſt, poſitio coniunctionis contradictoriè oppoſita negationi communicationis, & dependẽtiæ, conuenire non poteſt. Adi literam Scoti in membro præcedẽti appoſitam diſertiſsimis verbis id aperientem, præcipuè *ſub num. marg. 15.*

Ad vltimã inſtantiam Scoti. 37 Ad vltimã Scoti inſtantiam de diuiſione entis ſubſtantialis, in materiam; formam; & totum cõpoſitum: dicimus, eam eſſe partitionem ſubſtantiæ, quà natura eſt, non verò quà ſuppoſitum eſt; cuius ratio formalis addit aliam entitatem ſubſtantialem realiter diſcretam ab enumeratis.

Ad fundamentum petitũ ex ſuppoſito homogeneo. 38 Ad ſecũdũ argumẽtũ; negamus, aquæ ſubſiſtẽtiã deſtrui, eòquod noua aquæ portio accedat; quia vt ex ſequenti mẽbro latiùs cõſtabit, incommunicabilitas ad compartẽ non eſt de ratione hypoſtaſis; ſed in aſſumptibilitas, vel quod eòdem redit) incommunicabilitas ad alteram hypoſtaſim, vt ad vltimũ terminũ conſtitutivũ exiſtẽtiæ in ratione eſſendi independenter ab alio ſuppoſito. Quare, ſicut aqua ex alterius aquæ acceſſu ſolùm indiuiſibile terminativũ deperdit, acquiritque indiuiſibile vnitivũ; ita & hypoſtaſis aquæ, quæ eſt ſubſtãtialis affectio eius, indiuiſibile terminativũ amittit, acquiritquè vnitivum in diuiſibile. Sicut enim ſubſtantia indiuiſibilia ſortitur continuatiua, & terminatiua extenſionis ſuæ; ita & hypoſtaſis rei materialis, quę etiã extẽſi, & materialis eſt, indiuiſibilia retinet vnitiua, & terminatiua.

Ad 3. Rationem pro ſubſiſt. negatiua. Tertiũ argumẽtũ excitat cõtrouerſiã in ſequẽti mẽbro ex inſtituto diſcutiendã; vtrum communicabilitas partis ad compartem contradicat conſtitutioni entis in ratione eſſendi, in ſe, & per ſe?

Refelluntur fundamenta ſuadentia, hypoſtaſim eſſe formam modalem.

Ad fundamenta pro modalitate hypoſtaſis. 29 AD argumẽta ſecũdi modi dicẽdi; quæ eò ſpectant, vt oſtẽdãt, creatã hypoſtaſim modũ eſſe, & non entitatẽ; reſpondetur.

Ad 1. Ad primũ; dicimus, rationẽ modi, aut entitatis in hypoſtaſi ex myſterio incarnationis haud peti poſſe; cũ ſola modalis diſcretio, (vt optimè conuincit argumentũ,) ſufficiat ad ſeparationẽ eam humanitatis à creata hypoſtaſi, quã ex principijs fidei accipimus, aperiẽdã. Rationẽ verò modalis, aut entitatiuæ formæ in hypoſtaſi venari ex cauſalitate eius, quæ actuat naturam, vt ſuſtentaculum quoddam eã contrahens ad rationem poſitiuæ perfectitatis; modus autẽ eò abeſt, vt naturam, cui coniungitur, firmet ac ſuſciat, quod potius propter tenuiſsimam ſuæ actualitatis imbecillitatem, ita tenaciter ſubiecto adhæreat, vt ab ipſo ſubſtrato ſtabiliatur; adeò vt ipſa actualis adhæſio ſiue cauſalitas modi circa ſubiectum intret quidditatiuam formæ modalis conſtitutionem.

Ad inſtãtiã 30 Ad inſtantiã: damus, tenuiorem eſſe naturã accidẽtalẽ, imbecilliorẽquè naturæ ſubſtãtiali; atque adeò egere, ſul-

cro firmiori, à quo sustentetur. Inficiamur tamen, inhærentiam, siue inexistentiam vltimò fulcire accidentalem formam; eòquòd inexistentia, siue inhærentia terminet naturam accidentalem, vt vnitio, & coniunctio quædam accidentis ad subſtratum subſtantiale, à quo accidens vltimò sustentatur, vt quod. Quare, esto quòd inhærentia ratione suæ actualitatis modalis naturam accidentariam fulcire nequeat; præstat id tamen ratione subſtantialis subſtrati, quòd est sustentaculum, vt quod suorum accidentium. Quia tamen subsistentia non fulcit naturam subſtantialem, vt vnitio, & compositio eius ad alteram naturam, sed vt vltimum firmamentum, quod præstat, vi intrinsecæ causalitatis suæ; proinde fit vt modalis forma esse nequeat, sed entitatiua.

Ad 2. arg.

31 Ad secundum: incommunicabilitatem existentiæ à propria iam hypostasi terminatæ, repugnantiamque intrinsecã, vt ab alieno suppoſito assumi queat, non esse deferendam in abſtractam & vniuersalem rationem formæ entitatiuæ, vel modalis vt sic; sed in contractam causalitatem hypostasis, & in conceptum specificum eius; quà talis est formaliter; ominoquè infirmam produci rationem ex abſtracta causalitate modi vt sic, ad reddendam causam repugnantiæ assumptionis naturæ suppoſitatæ ab hypostasi propria, vt ab aliena assumi queat. Quare, astruendum est, hypostasim, vel eò propriam naturam alieno suppoſito incommunicabilem reddere; quòd causalitas eius sit constitutio existentiæ incommunicabilis. Quò fit, vt quælibet natura suppoſitata, siue à propria, siue ab aliena hypostasi, nec diuinitùs ab alio suppoſito terminari valeat: eòquòd natura iã terminata, siue à propria, siue aliena subsistentia, ab ea habeat, vt alteri suppoſito incommunicabilis sit per intrinsecam repugnantiam. Quæ consequenter dicta sunt ad mentem Scoti autumantis, naturam creatam, nec à pluribus diuinis suppoſitis assumptibilem esse.

Cõfectarii quòd si non implicaret, eamdem numero naturam à pluribus extraneis suppoſitis assumi; nec etiã cõtradiceret, quòd natura subsistens propriã hypostasim imponeretur aliena.

Vnde æstimo; quòd si non contradiceret, eamdem numero naturam creatam à pluribus hypostasibus extraneis assumi; infirmaretur ea probatio, qua Theologi agunt, ideò humanitatem Christi Domini orbari propria, & connaturali subsistentia; quia à verbo diuino assumpta sit ad suppoſiti vnitatem. Nec enim appareret ratio vrgens, cur implicet, naturã à propria hypostasi completam coniungi extraneæ suppoſitalitati? si nõ obstaret, etiam diuinitùs, naturam extraneo suppoſito adiunctã, coniũgi alteri personæ.

Cõfutatis solutionis infirmæ.

Nec enim illa ratio, quæ communiter redditur, de oppoſita ratione essendi, in se, & per se; & in alio, vt in suppoſito, premit; cum id congruat naturæ respectu diuersorũ; ita vt, esse per se, & in se, competat naturæ in connaturali statu; & esse in alio, vt in suppoſito; in statu præternaturali. Simili ratione, qua corpori Christi Domini cohærent præsentialitates oppoſitæ; indiuisibilis, & inextensã in sacramẽto altaris, præternaturaliter; & diuisibilis, & extensã in statu naturali. Ita & naturæ cogrueret esse, in se, & per se, vt refertur ad propriam hypostasim, vi cuius est per se positiuè & in se, quia est in aliquo sui; & esse in alio, vt componeretur extraneo suppoſito assumenti. Quare, adæquata huius implicationis ratio petitur à causalitate hypostasis: quæ, à suo quidditatiuo conceptu, constituit naturam positiuè incommunicabilem alteri suppoſitalitati.

Infringitur etiam instantia.

Nec alicuius est roboris instantia de natura diuina pluribus personalitatibus communicata; quia ob illimitationem æquipollet infinitæ pluralitati naturarũ in ente creato: vnde incommunicabilitas paternitatis, eô tantùm spectat, vt exhibeat naturam incommunicabilem, prout in eodem suppoſito patris, & non in alio.

Resp. ad rationem Scoti.

32 Ad institiã *ex n.* 12. ab Scoto petitã dicimus; Doctorẽ solùm opinatiuè processisse, tã in hypostasi negatiua statuẽda, quã in reddẽda ratione probabilitatis talis sentẽtiæ; quare integrè nobis erit, qui oppoſitã sentẽtiã probabiliorẽ duximus, autumare, nullã in esse contradictionẽ in hoc, quòd entitatiua illa forma, quæ hypostasis dicitur, in obedientiali potentia non sit, vt alteri suppoſito communicari valeat.

Ad 3. arg.

33 Ad tertiũ *sub n.* 13. negamus, vllã implicationẽ inuoluere, quòd destructa natura subſtãtiali, (atquè adeò & ipſo ente per se, vt quòd, cointegrato ex natura, & ex forma perfectis) superstes esse queat ipsa perfectas subſtrato non compoſita; imò & consequẽter id à nobis asseneradũ esse; ex hypothesi, quòd subsistentiam, non modalem, sed entitatiuam, formam astruimus.

Di-

Diluuntur argumenta, quæ oppugnant, incommunicabilitatem exiſtentiæ eſſe ipſam cauſalitatem hypoſtaſis.

Ad fundamenta Petri Hurtadi contra cauſalitatē ſubſiſtentiæ, quòd ſit exiſtentia incommunicabilis.

34 AD argumenta tertij modi dicendi. Ad primū; reſpōderi poſſet, quòd natura quę libet habet indeterminationem, non poſitiuam, ſed negatiuam; (vel quod in idē incidit) non per tendentiam poſitiuæ inclinationis, ſed ſolū per naturalē non repugnātiam; vt ſaltim cuilibet hypoſtaſi eiuſdē ſpeciei cū propria cōiūgi valeat.

Ad 1. Arg.

Nec alicuius eſſe ponderis, id, quod obijcitur de impoſsibilitate cōpoſitionis naturæ cū aliena hypoſtaſi, eſto quòd ſit eiuſdē rationis ſpecificæ cū propria; verbi gratia de repugnantia coniunctionis naturæ Petri cum hypoſtaſi Pauli. Quia, nō ſolū ad negatiuam indeterminationē ſeu indifferentiam; quin nec ad habitudinē poſitiuæ inclinationis in terminū, per neceſſaria eſt ex viribus naturæ termini poſsibilitas; cū corpus poſt animæ ſeparationē poſitiuè in animā propēſum ſit, & facultas naturæ non adſit ad iteratam animæ, & corporis cōiūctionē: quia ordo quilibet tranſcendētalis, ſicut eſſentialiter abſolutus eſt, ita omnino à termini poſitione abſoluitur.

Altera reſponſio.

35 Vel reſpondetur; quòd cauſalitas ſubſiſtentiæ non eſt ſolùm contrahere indeterminationem, ſeu indifferentiam naturæ ad ſuppoſitalitates, quæ effluunt ab alijs naturis numero diſcretis; verbi gratia; cauſalitas ſubſiſtentiæ Pauli non eſt tántùm contrahere indifferentiam naturę Pauli ad hypoſtaſim Petri, ſed ad plures alias ſuppoſitalitates, quæ à natura ipſius Pauli per realē emanationem effluere poſſent; eòquòd ſicut natura actualis eſt principiū in genere cauſæ efficiētis ſuæ hypoſtaſis, ita & pro illo ſigno naturæ, quo anteit ſuę hypoſtaſis pullulationem, concipitur cum poſitiua indifferentia ad eliciendas alias hypoſtaſes eiuſdem ſpeciei, quæ eamdem naturam Pauli terminare poſſent. Quod eſſe verum de qualibet cauſa efficiēte, quòd nimirum hic & nunc ſit indifferens ad eliciēdū hoc potius indiuiduū, quā aliud eiuſdē ſpeciei, taléque indeterminationē ad effectionē huius indiuidui præ alio intra eādē ſpeciē peti à cauſa prima; oſtēdemus ſeriò *in controu. 11. generali de ſcientia Dei, diſt. 2. art. 5. in digreſſione phyſica* expendente, à quonā principio trahatur contractio creatæ volūtatis ad tale indiuiduum actionis?

Quo præmiſſo; aſſerendum eſt, quòd ſicut natura Pauli eſt omnino indifferens ad producēdas plures hypoſtaſes; effectus formalis huius hypoſtaſis, quæ ab ea in genere cauſæ efficiētis effluxit, eſt contrahere cōmunitatē, & indifferentiā talis naturę ad alias ſuppoſitalitates, quę intra eiuſdē naturæ virtualitatē cōtinētur; nō tamē ad ſuppoſitalitates aliarum naturarum, verbi gratia, Petri, vel Ioannis. Sed de his latè infra loco citato.

Obijcitur cōtra noſtrum aſſertum.

Si verò inſtes; quòd potētialitas naturæ Petri ad plures hypoſtaſes ab illa producibiles cōtrahitur à prima cauſa; ergo non eſt effectus formalis ſubſiſtentiæ cōtrahere huiuſmodi potentialitatem.

Dilutio oppoſitionis.

Reſpondetur; indeterminationē naturæ ad plures ſubſiſtētias, ſiue ad effectionem huius præ alia; contrahi à Deo in genere cauſæ efficientis, vel in fieri; & ab hypoſtaſi in genere cauſæ formalis intrinſecæ, & in facto eſſe.

Inſtatur ſecundò.

Deinde; ſi cauſeris, fictitiā apparere virtutē elicitiuā pluriū hypoſtaſum ſolo numero diſcretarū in eadē numero natura.

Fit ſatis obiectioni.

Reſpondetur; id manifeſtè oſtendi, in ea hypotheſi, in qua Deus deſtrueret ſubſiſtentiam alicuius naturæ, nec poſtea illius vim operatiuam cohiberet; tunc enim aliam hypoſtaſim ſolo numero diſcretam efficeret naturali vi.

Ad inſtātiā Hurtadi, Reſpōſio.

36 Ad inſtantiam ex *num.* 18. fatemur, indifferentiam naturæ ad ſupernaturales hypoſtaſes iure, ac merito obedientialem potentiam appellari; quare, licet Angelo naturalis terminabilitas, ſiue potentialitas non inſit, vt à verbo diuino aſſumi queat; ineſt tamen ad alias hypoſtaſes eiuſdem ſpeciei cū propria: vnde otioſa ſubſiſtentiæ cauſalitas eſſe non poterit; contrahere indifferentiam naturæ ad eſſe huius ſuppoſiti, cum poſitiua repugnantia ad aliud.

Præmiſſa doctrinæ, via elucidatio.

Addēdū præterea; quod admiſſo, vt verùm æſtimo, quòd natura nō referat habitudinē per modū poſitiuæ inclinationis in formas eas hypoſtaticas, quæ naturæ abſque miraculo componi nequirent; refert tamen comparationem potentiæ neutræ, vel per non repugnantiam, vt quātùm eſt ex ſe huiuſmodi ſubſiſtentiæ

Ecclesiastes. Cap. I.

Ecclesiastes. Cap. II.

Subſiſtentia materialem ex pluribus tamen modis compartialibus co-integratā, cenſet Vazquius.

hypoſtaſim rei materialis diuiſibilem aſſumat Vazquez in plures modos partiales, non tamen in plures hypoſtaſes, aut rationes ſubſiſtendi.

Quare conſequenter, formam hypoſtaſis, in quantùm eſt ratio perfectatis, in indiuiſibili conſtituit; ita vt perfectatis cōceptus partibus ſuppoſitalitatis materialis diffuſæ per totam latitudinem materialis exiſtentiæ omnino denegetur.

Arguitur pro Vazquez ex Scoto.

2 Quæ opinio probari poteſt: primò, authoritate Scoti *in 1. ſent. diſt. 23. quæſt. vnica, §. ad quæſtionem reſpondeò, num. marg. 4.* Vbi ait. *Quod accipiendo diffinitionem perſonæ, quam ponit Ricardus. 4. de Trinit. cap. 22. quod eſt intellectualis natura incommunicabilis exiſtentia, per quam diffinitionem exponitur, vel corrigitur diffinitio Boetij dicentis, quod perſona eſt rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia; quia ſic ſequeretur, animam eſſe perſonam, & Deitatem eſſe perſonam, &c.* quò loci opinari videtur Scotus, animam rationalem ſuppoſitum non eſſe.

Scotus.

Præterea: quia, vt ex his, quæ ex Scoto in primo membro huius appendicis obſeruauimus, manifeſtè conſtare videtur; non ſufficit negatio actualis dependentiæ, & coniunctionis in natura partiali ad rationem hypoſtaſis. Verba Scoti ſunt *ex quæſt. 19. quodlib. Sola negatio actualis dependentiæ non ſufficit ad hoc, quod aliquid dicatur in ſe perſonatum, vel perſona; quia anima Petri habet talem negationem, & tamen non eſt perſona.* Cum ergo Scotus hypoſtaſim naturæ totalis & completæ in ſola negatione actualis dependentiæ conſtituens doceat hanc meram actualis dependentiæ negationem non præſtare. vt naturæ partiali ſuppoſitalitatem conferat; reliquum eſt, vt Scotus cenſeat, naturæ partiali, quà talis eſt, conceptum hypoſtaſis omnino aduerſari.

Confirmatio ex Scoto.

Arguitur ratione pro indiuiſibilitate perfectatis; ex ratione eſſendi perfe, & non in toto.

Vnica verò huius opinionis ratio eſt: quod partes quælibet, quò inter ſe ad totius conſtitutionem componuntur, eò, in ſe, & per ſe non exiſtunt, ſed in toto, quod ex ipſis conſtituitur: contradicit ergo ratio partis conceptui perfectatis.

Secundus modus dicendi; indiuiſibilitatem eſſe de ratione ſubſiſtentiæ; item & tertius modus dicendi Franciſci de Zuniga, aſſerens ſubſiſtentiā in partibus integralibus, non verò in eſſentialibus.

Secunda opinio, pronūtians omnimodam indiuiſibilitatem ſubſiſtentiæ, non ſolùm in ratione perfectatis, ſed etiam in ratione modi inextenſi.

3 Alter modus dicendi in hac re eſſe poteſt; qui cōtendat, ſubſiſtentiam eſſe omnino indiuiſibilem, non ſolùm in ratione perfectatis, (ita vt ratio eſſendi per ſe omnino indiuiſa ſit in partes illas, ex quibus hypoſtaſis materialis coaleſcit, vt opinatur Vazquez,) ſed omnino inficietur quamlibet ſubſiſtentialis formæ latitudinem, & extenſionem; adeò vt eam in puncto ſubſtantiali omninoquè indiuiſibili conſtituat.

Arguitur 1 pro hac ſententia ex cauſalitate puncti indiuiſibilis.

Quæ opinio fulciri poteſt; eò quòd nihil abſurdi præſeferat vltimum terminū naturæ extenſæ, & diuiſibilis omnino indiuiſum autumare. Quia punctum, ſicut non adit adæquatam cauſalitatem, aut quaſi cauſalitatem, ſiue vnitiuam, ſiue terminatiuam, circa aliud indiuiſibile, quod terminet, aut componat alteri, ſed circa partes diuiſibiles, & extenſas; ita punctum ſe totum intrinſecè exhibet extenſioni illi, quam terminat, & cuilibet parti eius; vnde non ſolùm præſens intimè adeſt toti extenſioni continui, quam terminat, ſed etiā cuilibet portioni, eſtò minimæ, illius extēſionis. Quò fit, vt cauſalitas terminatiua puncti, (quæ cum in trinſeca ſit, & ad genus cauſæ formalis ſpectans, ſine iſta præſentia, & intima indiſtantia haud concipi poteſt,) etiam deferenda ſit, non ſolùm ad totam illam extenſionem continui, quam terminat, ſed etiam ad quamlibet particulam talis extenſionis; quare, licèt punctum in ſe ſit indiuiſibile, ſortitur tamen diuiſibilem, & extenſam cauſalitatem, ſicut & indiſtantiam, & præſentialitatem ad partes, quas terminat.

Si ergo puncto omnino indiuiſibili, in cōmuni ſententia, ea vis terminatiua defertur, vt extenſionem diuiſibilē vltimò terminare queat, & cauſalitatē etiā diuiſibilem adire, præſentiamquè diuiſibilem

lem totius in toto, & totius in qualibet parte continui inferre valeat; quidni hæc omnia hypostasi excellentiori formæ deferantur? itaut, esto quòd subsistẽtia sit actus omnino inextensus, sicut pũctum, se totam repetat per indistantiam localem, & præsentiam intimam, exhibeatque se toti latitudini materialis existentiæ, & cuilibet portioni eius; itaut causalitatem exerceat diuisibilem.

2. *Ratio ex indiuisibilitate animæ animalis perfecti.*

Præterea: quia animæ perfectorum animalium, apud graues Philosophos, omnino inextensæ sunt, & tamen causalitatem adeunt extensam, ac diuisibilẽ, præsentiamquè inferunt totius formæ in tota materia, & totius in qualibet portione eius, licet à materiæ potentialitate, vt à subiecto eductionis, extrahantur; ergo similiter, licet hypostasis ab eminẽtialitate naturæ, vt à subiecto eductionis, pendeat; poterit se totam toti naturæ committere, & totam cuilibet particulæ extensionis eius.

Tertia opinio Franciſci de Zuniga adſtruentis ſubſiſtentiam in partibus totius integralis; non tamen totius eſſentialis.

4 Tertius in hac re modus dicendi est Francisci de Zuniga in suo tractatu *de Trinitate, quæst. 30. disp. 5. dub. 8.* per totum; vbi cùm taxasset *sub num. 8.* placitum Vazquez autumantis, quòd quando duæ aquæ componuntur in aliquod totum integrale per continuationem, tunc duo illa tota homogenea, compositione adita, amittunt suas subsistentias, & adquirunt vnam subsistentiam; sicut & illa tota amiserunt duas superficies, quibus terminabantur vltimò secundum profunditatem, & resultauit vna superficies continuatiua vtriusquè aquæ in vnũ totum per continuationem compositæ.

Postquam igitur prædictum pronuntiatum respuisset Zuniga; subiungit, de ratione suppositi esse, quòd à ratione sua intrinseca non sit ordinabile ad constitutionem alicuius totius. Quam obrem à ratione suppositi partes totius essentialis omnino excludendas æstimauit, quia essentialiter ordinentur ad constitutionem totius; vnde etiam consequenter infertur, animam rationalem extra corpus, seu in statu separationis, subsistentẽ non esse. De partibus tamen integralibus aliter censet; quia sicut sunt entia intrinsecè, & essentialiter cõpleta, & quæ sola separatione per se existunt; ita quãdò per continuationem componuntur in aliquod totum, non amittunt proprias hypostases.

5 Quæ opinio fulciri potest eisdem rationibus, quibus agit Scotus *in quæst. 9. quodlibetali per totam*; quod ideò Angelus, nec de absoluta Dei potentia valet informare materiam; quia Angelus sit per se subsistens. Quare *sub num. margin. 2. §. de secundo conclusio negatiua est tenenda*, inquit. *Prima ratio est ista; illud, quod est simpliciter per se subsistens non potest esse forma materiæ; Angelus est huiusmodi: ergo* Ex quo principio producit Scotus, animam rationalem, nec in statu separationis subsistere; cùm enim opposuisset contra propriam sententiã, *sub §. de tertio principali obijcitur, nu. marg. 13. Quòd de anima videtur, quòd ipsa sit per se subsistens, quia ipsa per se operatur; animæ enim separatæ competit intelligere.* Prædictę oppositioni, vel sic occurrit *sub §. ex hoc patet, num. margin. 18. Anima separata dicitur imperfecta in essendo, quia eo modo, quo ipsa est vnita, potest dici perfecta in essendo, non essentialiter, & primariè, sed participatiuè; suo quidem proprio esse est aquè perfecta separata, & coniuncta. Sed coniũcta perfecta est esse totius participatiuè; licet non primariè.* Vbi Scotus nullã aliã perfectatem, vel rationem per se essendi, aut subsistendi agnoscere videtur in anima rationali, nisi quam habet in toto, vel ratione totius; quatenus cointegrat aliquod vnum, cui primariè congruit perfectas; sicut & toti repugnat à ratione intrinseca, quòd ordinetur ad cointegrationem alterius totius, in quo per se existat, vt quod.

Probatur ex Scoto, quòd anima rationalis, neque in ſtatu ſeparationis ſubſiſtat.

Scotus.

Scotus.

6 At, vt ad hæc iterum redire necesse non sit, vel cuilibet prædictũ quodlibetum nonum serio spectãti perspicuũ esse valet, quòd in eo tantùm sensu abegerit Scotus rationem perfectatis, vel subsistentiæ in partibus totius essentialis; in quantùm perfectas sonat naturam integram non componibilem alteri per modum cõpartis. In qua acceptione perfectatis, sicut asseuerauit, Angelum subsistere, ac proinde nõ esse cõponibilẽ materiæ, vt actũ informãtẽ, ita & pronũtiauit, animã rationalem non subsistere; eòquòd sit natura partialis à ratione sua intrinseca ordinabilis ad cõpositionem totius. Imò quòd si ratio Scoti aliud ageret, nil obtineret; cum Angelo non obstet compositio in ratione formæ actuantis materiam, ob conceptum subsistẽtiæ, sed entis cõpleti, non ordinabilis per modũ actus ad constitutionẽ alterius; quia

De mente Scoti, qualis fuerit circa animã rationalis ſubſiſtentiam.

etiam

etiam ſeparata hypoſtaſi, vel perſonalitate ab Angelo, adhuc inuolueret contradictionem, quòd natura Angelica in ratione formæ componeretur materiæ.

Senſus Scoti amplior illuſtratio.

7 Quòd verò Scotus in ſolb iſto ſenſu iverit inficias, animam rationalem ſubſiſtere; liquet ex eodem, *quodlibeto 9. ſub §. de ſecundo, concluſio negatiua eſt tenenda, ſub num. marg. 3.* vbi habet. *Tertio modo ens per ſe dicitur illud, quod habet actualitatem vltimam, aut quod non eſt per ſe ordinabile ad aliquē actum ſimpliciter vltra iſtum, quem habet, qui quidem actus eius vlterior poſſit eſſe actus eius per ſe, & hoc, primò, vel participatiuè; quod hoc modo eſt ens per ſe, communiter dicitur ſuppoſitum, & in natura intellectuali dicitur perſona.* In quibus verbis eam animæ rationali denegat formam ſubſiſtentiæ, vel hypoſtaſis, quę ſit integra, & cōſtituens perſonā.

Scotus.

Confutatio Franciſci de Zuniga, quòd ad rationem ſuppoſiti non ſufficiat, quòd nō ordinetur eſſentialiter ad compoſitionem totius, ſuppoſitis principijs prædicti auctoris.

8 Cæterùm, reſtat contra Zunigam oſtendere, ad rationem ſuppoſiti non ſufficere, quòd illud à ratione ſua intrinſeca non ordinetur ad compoſitionem alterius; licèt illi non obſtet, quod actu cōponatur cum alio ad cointegrandum aliquod totum vnitate continuationis.

Quia, ſi ad rationem ſuppoſiti ſufficeret, quòd illud à ratione intrinſeca non ordinetur ad conſtitutionem totius, licèt illi non repugnet componi alteri cōparti ad totius cointegrationem; fieret, vt ſuppoſitalitas nullatenus ante intellectum diſſideret à natura, quam terminat. Cùm natura quęlibet totalis, & integra, ſecluſo quolibet modo perfectatis illi addito, non ſit eſſentialiter coordinabilis ad conſtitutionem totius. Si occurras; quòd licet natura totalis non ordinetur ex ſe ad cointegrandum aliquod vnum in ratione naturæ; ordinatur tamen ex ſe ad compoſitionem ſuppoſiti, quod ex natura, vt ex ſubſtrato, & ex hypoſtaſi, tanquam ex cauſa formali, aut quaſi formali, coaleſcit.

Effugium.

Contra; quòd licèt natura completa in ratione naturæ, orbata tamen proprio actu ſubſiſtentiali, eſſet ordinabilis ex ſe ad conſtituendum aliquod vnum ex natura, & ex propria hypoſtaſi; ſequeretur tamen, quòd natura completa carens propria ſubſiſtentia eſſet abſolutè, & ſimpliciter ſuppoſitum per habitudinem ad extraneam hypoſtaſim, ſi ad rationem ſuppoſiti non exigatur repugnantia ad conſtituendum totum, ſed quòd res ſubſiſtens à ratione ſua intrinſeca non referātur ad compoſitionem totius; ſiquidē natura quælibet totalis, nec ex ſe ordinatur ad extraneam hypoſtaſim, nec ei repugnat compoſitio ad illam. Quod idem argumentum conſtrui poteſt de duobus totis homogeneis orbatis diuinitus propriis ſubſiſtentijs; quia duæ aquæ, in illa hypotheſi, nec ex ſe ordinarentur ad cointegrandum aliquod totū vnitate continuationis, nec illis repugnaret compoſitio in aliquod vnum; igitur illæ duæ aquæ orbatæ proprijs ſuppoſitalitatibus adhuc eſſent vera ſuppoſita; ſi apud Zunigam, nil aliud exigatur ad rationem ſuppoſiti, niſi quòd ex ſe non ordinetur ad compoſitionem totius, quamuis illi non repugnet talis cō poſitio.

Præcluſio fugæ.

Quæ autem contra Zunigam egimus, robur habent, non in noſtra ſententia adſtruente, rationem hypoſtaſis non opponi cauſalitati compartis ad cointegrationem totius; vt oſtendimus infra ſub *numer. 20.* vrgent tamen ipſum Zunigam denegantē ſubſiſtētiam compartibus totius eſſentialis, & eam aſſeuerantem in compartibus totius integralis.

Obſeruatio.

Independentiam à ſubſtrato eductionis, & ſuſtentationis, eſſe de ratione hypoſtaſis, exiſtimauit Soarius.

4. Opinio Soarij, quòd dependētia à ſubſtrato eductionis opponatur ſubſiſtentiæ

9 EX his verò, qui incōmunicabilitatem ad cōpartē non eſſe de eſſentia hypoſtaſis, docent; aliqui independentiam à ſubiecto eductionis, & ſuſtētationis eſſe de intrinſeco ſuppoſitalitatis cōceptu aſſeuerant. Sic Frāciſcus Soarez, *tom. 2. ſuæ metaph. diſp. 34 ſect. 5. n. marg. 42.* qui cum materiæ primæ hypoſtaſim cōceſſiſſet; formis materialibus eā denegat, tātùmque tribuit modū vnionis, ſiue ſubſtātialis inexiſtentiæ, à quo formæ exiſtentia terminetur loco, & vice hypoſtaſis: itaut ex hypoſtaſi materiæ, & modo illo inexiſtentiæ ſubſtantialis tenentis ſe ex parte formæ, completa hypoſtaſis ſubſtantiæ materialis compoſitæ cointegretur. Soarez verò placitum probatur.

Argnitur 1

Primò; quia subsistentia essentialiter claudit in dependentiam à sustentante; ideò enim asseruimus in Deo dari absolutum subsistere, quia individuum Deitatis à relatiuis hypostasibus, vt à terminis sustentatiuis non pendeat. Sed materialis forma, ita materiæ affixa, & quasi immersa est, tanquam proprio subiecto eductionis, è cuius potentialitate extrahitur; vt omnes eiusdem formæ affectiones à materia non pendere queant: nulla ergo formæ materialis affectio hypostasis censenda est.

Confirmat.

Præterea: quia inexistentia, & perfectas sunt modi positiuè contrarij, vt apud omnes inconfesso est; sed modus essendi corporeæ formæ in materia est inexistentia, vel substantialis inhærentia, vt ab alijs appellatur; nequit ergo esse perfectas, aut hypostasis.

2. Ratio, quòd si forma materialis subsisteret, posset esse terminus creationis, cum eodem modo inexistentiæ, quæ sibi vendicat in materia.

10 Secundò arguitur: quia si modus ille, qui formæ materiali inest, hypostasis dici posset; fieret vt forma cum illo modo, quem de facto habet in materia, produci posset à Deo extra materiam per creationem: cùm quodlibet subsistens, siue per se existens, habilis terminus actionis creatiuæ sit apud omnes Theologos. Atqui ita repugnat formã substantialem materiæ inexistentem, & immersam creari, sicut & implicat formam accidentalem substrato inexistente ex nihilo produci: quia sicut inexistentia, & inhærentia referunt essentialem dependentiam à subiecto per modum termini, & facti esse; ita & actiones productiuæ inhærentiæ, & inexistentiæ absolui nequeunt à dependentia essentiali, & coniunctione ad subiectum per modum viæ, & fieri.

3 Ratio, cõtra subsistentiam formæ materialis.

11 Tertiò: quia ideò animæ rationali hypostasis conceditur, quia operatur, vt quod, independenter à corpore, sine quo, & naturaliter per se existere, & superstes esse valet; cùm ergo formæ corporeæ, nec extra corpora superstites, nec in corporibus, vt quòd operari queant; fit, vt supposita haud iudicanda sint.

Propria sententia statuitur, constituens compositionem hypostasis ex perfectatibus partialibus.

PRæmissa distinctione compositi integralis ex integrantibus, & totius essentialis ex partibus essentialibus, materia scilicet, & forma, constituti; præsens controuersia quasi articulatim per sequentes assertiones diriminenda est.

1. Assertio incommunicabilitas ad compartem essentialem non est de ratione hypostasis. Caietanus Ferrariensis. Soarius.

12 Dicendum primò, incommunicabilitatem ad compartem essentialem non esse de quidditate hypostasis. Pro hac sententia refert Soarez Caietanum, *1. part. quæst. 76. art. 1. ad quintum*, & Ferrariensem *lib. 1. contra Gentes, cap. 68.* & re vera ei adhærent quotquot sentiunt, animam rationalem, siue in corpore, siue extra corpus, suppositum esse.

Probatur 1

Et probatur primò: quia anima rationalis in statu separationis suppositum est; atqui, licet referat negationem actualis coniunctionis ad materiam, est tamẽ aptitudinaliter illi coniungibilis; ergo incommunicabilitas per repugnantiam, siue repugnantia communicabilitatis ad aliud, vt ad compartem, non est de essentia hypostasis.

Cõfirmatio ex anima Christi in triduo.

Si autem inficieris, animam rationalem, etiam extra corpus, suppositum esse. Contra sic; anima Christi Domini in triduo separationis à corpore extitit à verbo suppositata; sed verbum eam tantùm causalitatem adijt, quam creata hypostasis adijsset, vt communi Theologorum calculo receptum est: ergo animæ Christi propter ordinem communicabilitatis ad corpus hypostasis non repugnabat: non est igitur de hypostasis conceptu positivum aliquod, quod inferat repugnantiam communicabilitatis ad compartem essentialem.

Arguitur 2 Ex doctrina Scoti de corpore organico.

13 Secundò arguitur ratione ex doctrina Scoti petita: quia corpus Christi Domini in triduo separationis ab anima verbo coniunctum extitit; at corpus Christi in illo statu separationis non fuit totum aliquod completum physicum ex materia, & ex forma cadaueris resultans (vt Thomistæ asseuerant,) sed idem omnino corpus organicum incompletum,

quod

quod vt ſubſtratum, & potentiale immediatum animæ rationali coniunctum erat: eòquòd forma corporeitatis, apud Scotum, completa non ſit ſpectans ad claſsim formarum vltimò ſpecificantiū; aliàs enim corpus organicum ex materia, & ex forma corporeitatis conſtitutum non eſſet in potentia reſpectu formæ viuentis, ad quam organizatio corporis, quæ à forma corporeitatis exhibetur, vt diſpoſitio quædam ſubſtantialis deſtinata eſt.

At verbum eam tantùm in Chriſto naturam ſuppoſitauit, quæ ex ſe illatiua eſſet propriæ, & connaturalis hypoſtaſis; ergo compoſitum ex materia prima, & forma corporeitatis, quod eſt quoddam ſubſtratum per ſe potentiale reſpectu animæ rationalis, erat habile fundamentum propriæ ſuppoſitalitatis productivum: cùm igitur organicum corpus non referat negationem incommunicabilitatis ad compartem eſſentialem, imò ſit per ſe potentia reſpectu formæ viuentis: fit, vt incommunicabilitas ad compartem eſſentialem non ſit de quidditate hypoſtaſis.

Effugium. Si autem occurras; nec corpori organico, nec animæ rationali in Chriſto cōmunicatam eſſe hypoſtaſim verbi, eòquòd illis debita eſſet ad ſupplendum defectum propriæ ſubſiſtentiæ in triduo ſeparationis; ſed ob ſpecialem ordinationem, & diſpenſationem Dei. Sequeretur, quòd ſaltim ex vi indigentiæ phyſicæ non peteretur aſſumptio corporis, & animæ Chriſti ad vnionem hypoſtaticam in triduo ſeparationis; ſed quòd præciſè ex principijs reuelatis traheretur talis aſſumptio contra rationem naturalis ſubſiſtentiæ cui repugnat natura partialis: quòd non apparet ita probabile.

Occupatur.

Aſſertio 1. Communicabilitas ad cauſam formalem non opponitur ſubſiſtentiæ Soarius.

14 Dicendum ſecundò; non eſſe cōtra rationem ſuppoſiti communicabilitatem ad cauſam formalem; nec ab ea ſuſtentationem in genere cauſæ formalis expectare. Ita Franciſcus Soarez loco citato *num. marg.* 14. & 15. & probatur.

Probatur hypoſtaſis materiæ. Quia materia prima pendet, & ſuſtētatur à forma in genere cauſæ formalis, & tamen verum ſuppoſitum eſt; cùm ſit ens per ſe omnino incommunicabile alteri ſuppoſito, in quo ratio quidditatiua perfectitatis poſita eſt. Licèt enim hypoſtaſis materiæ coniungibilis ſit ſuppoſitalitati formæ ad conſtitutionem integræ ſubſiſtentiæ totius compoſiti; exiſtentiam tamen materiæ ab hypoſtaſi formæ aſſumi in vnitatem aliquam ſuppoſiti omnino repugnat: aliàs enim inter materiam, & formam intercedere poſſet ea idiomatum communicatio, quę ex hypoſtatica coniunctione accedit.

Sed inaſſumptibilitatis materiæ à forma, vel à quolibet alio ſuppoſito, ſiue partiali, ſiue totali, alia ratio non eſt, niſi propria, & poſitiua perfectas materię, à qua habet vt illius exiſtentia incommunicabilis ſit alteri hypoſtaſi, vt vltimo termino; ſola igitur inaſſumptibilitas, ſiue incommunicabilitas exiſtentiæ ad alterum ſuppoſitum eſt de ratione hypoſtaſis; ſecùs verò negatio communicabilitatis ad cauſam formalem, à qua & ſuſtentationem in genere cauſæ formalis expectet.

Corollariū contra aliquorū Thomiſtarum pronuntiata.

15. Ex dictis infero; Thomiſtas eos, qui animæ rationali corpori coniūctæ hypoſtaſim concedunt, & materiæ primæ exiſtentiam, ſubſiſtentiamque denegantes, materiam primam ab anima rationali exiſtentiam ſimul cum ſubſiſtētia mendicare aſſeuerant; idiomatum communicationem haud vitare poſſe, quæ ex vnione hypoſtatica emergit. Ita vt materia prima ſpiritus, & ècontra anima rationalis corpus dici queat; ſicut Chriſtus dicitur Deus, & Deus dicitur homo.

Quia; ſi apud hos authores, eò præciſè Chriſti humanitas verbo hypoſtaticè copulata eſt, quò exiſtentia & hypoſtaſis verbi humanitati coniuncta exiſtit; ſi animæ rationalis exiſtentia, & hypoſtaſis cōiungi poſſent materiæ primæ, idiomatum communicationem aſtruere, ob doctrinæ conſequentiam, neceſſariò cogerentur.

Aſſertio 2. Non eſt contra rationē ſubſiſtentiæ dependentia à ſubſtrato eductionis. Ratio pro noſtra ſententia.

16 Dicendum tertiò; dependentiā cauſæ formalis à ſubiecto eductionis nō obſtare ſuppoſito; imò omnem formam ſubſtantialem ſuppoſitum eſſe. Et probatur.

Quia ſuppoſitalitas entis compoſiti non petitur adæquatè à materia tantū, vt omnes concedunt; ſed nec à modo inhærentiæ, vel inexiſtentiæ ſubſtantialis, etiam accipi poteſt; reliquum ergo eſt, vt formis, etiam materialibus, propriam hypoſtaſim non denegemus, quæ cum ſubſiſtentia materiæ, totius compoſiti adæquatam ſuppoſitalitatē cointegret.

Responsio Soarij.

17 Respondet Soarez, *num.marg.* 43. hypostasim materialis compositi tãquam ex compartibus essentialibus constari ex subsistentia materiæ, & inexistẽtia formæ, eòquòd necessum non sit, vt omne id, quod aliud constituit vt pars, participet rationem, vel denominationem totius: cùm nec omne, quod lineã componit, linea sit, nec omne id, quod hominem constituit, sit homo.

Confutatur

Sed contrà: quod licet non exigatur, compartem totius compositi denominationẽ sortiri; at necessarium est, quòd compars non claudat rationem essentialiter, & positiuè contrariam constitutioni totius, quà totum quoddam est ex partibus integratum: aliàs homo ex inhibilitate, aut equus ex rationalitate componi possent. Sed modus inexistentiæ, siue inhærentiæ substantialis, qui essentialem præsefert dependentiam à substrato sustentante, est positiuè contrarius modo perfectitatis, vt vult Soarius; adeò vt modo inexistentiæ superstite, nec de absoluta Dei potẽtia queat substantialis forma ab hypostasi terminari; eòquod, apud Soarium, sint isti modi inter se essentialiter pugnantes. Imo, nec valet forma, vt tali modo composita, esse terminus creationis; itaut assimiletur prorsus formæ accidentali, quæ vt composita subsistrato per inhærentiam, nequit esse terminus creationis. Ergo existentia in alio, vt in sustentante, nequit per modum actus coniungi hypostasi materiæ; quæ se habeat, vt potentia, & substratum in illa compositione suppositalitatis totius cõpositi, quæ integratur ex subsistentia materiæ, vt ex causa materiali, & ex inexistentia formæ, vt ex causa formali.

2. Arguitur ex absimilitudine inter dependẽti in ratione formæ, & in ratione suppositi.

18 Præterea: quia sicut vnio hypostatica omnino alterius rationis est à cõiunctione informatiua; ita nec vnio, & dependetia à subsistrato eductionis, quæ spectat ad compositionem formalem, opponitur independentiæ formæ, & incommunicabilitati eius in ratione suppositi. Vnio enim hypostatica est in ratione vltimi termini, non verò in ratione formæ; aliàs enim verbi personalitas esset composita humanitati in genere causæ formalis supplentis primariam causalitatem formæ creatæ; ac proinde fieret, vt Deus etiam componi posset in ratione sapientiæ, amoris, iustitiæ; supplens primariam formarum causalitatem, & compositionem. Vltimus enim terminus tantùm exposcit adiungi intrinsecè extremo terminabili, illi verò non necessariò inexistit, vt substrato; cùm punctum terminans lineam non componatur lineæ, quam terminat, tanquam materiali in æsionis, & eductionis. Reliquũ ergo est; quòd sit alia coniunctio hypostatica, quæ est in ratione vltimi termini, ab vnione informatiua, & dependentia eius; ac proinde ex dependentia à subsistrato eductionis non producitur dependentia formæ, quantùm ad esse hypostaticum, & incommunicabilitatem eius in ratione suppositi.

Confirmatio, ex dependentia hypostasis, vt formæ, à subsistrato eductionis.

Quod & in ipsa forma hypostasis ostẽdere possumus; quæ, licèt essentialiter sit incommunicabilis alteri supposito vltimò terminanti, à proprio tamen substrato eductionis dependentiam non refugit; cum subsistentia non solùm pendeat à natura propria, vt à radicali, & intraneo principio in genere causæ efficientis, sed etiam vt à subiecto, & materiali eductionis, ex cuius potentialitate extrahitur, & à quo in genere causæ materialis sustẽtatur. Si ergo hypostasi, (quæ est ipsa ratio entis per se,) non repugnat dependentia à natura, vt à subsistrato eductionis, & sustentationis; non apparet ratio, cur similis dependentia à subiecto eductionis obstare possit supposito partiali?

Oppositio cõtra nostram doctrinam.

Sed oppones; ex præmissa confirmatione inferri omnino oppositũ illi, quod pronuntiaueramus; quòd nimirum vnio hypostatica alia sit ab vnione, & compositione informatiua. Siquidem subsistentia materialis coniungitur naturæ, quã constituit in esse hypostatico, & illi componitur, non solùm in ratione hypostasis; sed etiam in genere causæ formalis pendentis à natura, vt à subsistrato eductionis.

Cõuellitur.

Respondetur; talem dependentiam subsistentiæ materialis á natura, à qua effluit, non peti à ratione subsistentiæ, quà est vltimus terminus naturæ; sed à ratione formæ materialis, & extensæ. Quod perspicuum redditur ea instãtia, quam lubens excipit schola Scoti de assumptione naturæ à supposito creato de absoluta Dei potentia; in qua hypothesi, suppositalitas Angeli naturæ humanæ adiuncta in ratione vltimi termini, non componeretur humanitati in genere causæ formalis, sicut forma informans verè humanitatem. Quare, si suppositalitas

natu-

naturæ materialis eſſet indiuiſibilis, quod illi non repugnat à conceptu, & ratione vltimi termini; tunc non dependeret à natura, vt à ſubſtrato eductionis, nec vt vera cauſa formalis informans naturam extenſam; ſed ſe gereret ad inſtar puncti vltimò terminantis lineam, abſque lineæ informatione.

Cōſectariū ex præmiſſis, quòd ſpecies ſuppoſitalitatis compoſitæ trahatur ab ſpecie nexus; iraut ſubſiſtentia coaleſcens ex compartem materiali, & ſpirituali, ſit materialis.

19 Ex dictis ſequitur; omne totum ex partibus eſſentialibus materia, ſcilicet & forma conſtitutum, hypoſtaſim etiam ex materiæ, & formæ ſuppoſitalitatibus integratam ſortiri; ſpeciem verò ſuppoſitalitatis completæ ab ſpecie cōiunctionis, & nexus vtriuſquè compartialis hypoſtaſis deſumendam eſſe. Quod dixerim propter hypoſtaſim hominis, quæ licet ex ſubſiſtentia animæ rationalis, quæ ſpiritualis eſt, & ex materiali ſubſiſtentia corporis cōſtituatur; ſubſiſtentia tamen totalis eſſentialiter corporea, & materialis cenſenda ſit, eò quod coniunctio, & nexus vtriuſquè cōpartialis hypoſtaſis, ſit etiam corporalis. Sicut & ob eamdem rationem homo eſt ens ſimpliciter corporeum, eòquod nexus animæ, & corporis materialis ſit, & non ſpiritalis; & ſpecies cuiuslibet vnius per compoſitionem ab ſpecie compoſitionis, ſiue vniopis partium, quæ eſt via, & cauſalitas ad vnum per compoſitionem cointegrandum, accipienda ſit.

Aſſertio 4. Communicabilitas ad compartē integralem non aduerſari ſuppoſito Soarius.

20 Quarto dicendum: nec communicabilitatem ad compartem integralem aduerſari cōceptui hypoſtaſis; quinimo perfeitatem entis materialis ex pluribus compartialibus perfeitatibus, vt ex partibus integralibus, componi. Sic Soarez loco citato, *n. marg. 25. &c.*

Probatur primò; ex impugnatione modi dicendi Gabrielis Vazquez aſſeuerantis, perfeitatem entis materialis ex pluribus modis confiari inter ſe realiter condiſcretis; non tamen ex pluribus perfeitatibus partialibus. Quia prorſus ininteligibile videtur, hypoſtaſim eſſe compoſitam, aut extenſam in ratione modi, ſiue ex pluribus compartialibus formis per totam materialem exiſtentiam diffuſis conſtitui; & non eſſe compoſitam in ratione hypoſtaſis, ſeu ex conuentu plurium partialium hypoſtaſum (quò formaliter perfeitates ſunt,) non conſtare.

Confutatio Vazquij.

Quia modus ille partialis, qui terminat exiſtentiam huius aquæ partialis, prout ab alio compartiali modo terminante alteram compartialem aquam ſecernitur, confert aliquem effectum formalem proprium & condiſtinctum; quia ſicut eſt diſtincta forma, & per diſtinctā vnionem partiali ſubſtrato compoſita, ita debet aliquem effectum formalem, aut quaſi formalem condiſtinctum exhibere, vt notius eſt quàm probatione indigeat. At omnino ininteligibilis eſt aliquis effectus, qui non ſit vel incommunicabilis exiſtentia; vel contractio ſtatus negatiuæ perfeitatis, quem natura, vi exiſtentiæ ſubſtantialis retinebat, ad poſitiuam perfeitatem; implicat ergo, hypoſtaſim materialem ex pluribus compartialibus modis conflatam pronuntiare; & non eam ex pluribus compartialibus perfeitatibus conſtitutam aſtruere.

Vazquij effugium.

21 Inſtantia verò Gabrielis Vazquez de diuiſibilitate hominis, & perſonæ in plures partes; non tamē in plures, aut perſonas, aut homines, infirma eſt. Eòquod, ideò homo in plures homines haud diuiſibilis ſit; eòquòd non dentur plures animæ, aut plures rationales formæ, à quibus pluralitas hominum pdtenda ſit. At Vazquez pluralitatem formarum partialium aſtruit, ex quibus hypoſtaſis conflatur; ergo pluralitas effectuum formalium, apud ipſum, inconfeſſo eſſe debet. Cùm igitur hæc non poſſit eſſe pluralitas negatiuarum perfeitatum; quas exiſtentia vi ſua refert; conſequens eſt, vt poſitiua perfeitas in formis partialibus, plurificabilis ſit.

Occluditur

2. Ratio contra inextenſionem ſubſiſtentiæ, iraut ſit plurium indiuiſibile.

22 Secundò probatur noſtra aſſertio; contra ſecundam opinandi viā, quæ hypoſtaſim omnino inextenſam vt punctum quoddam indiuiſibile contendit.

Quia omnes illæ rationes, quæ contra diuiſibilitatem perfeitatis procedunt; eadem omnino vi contra diuiſibilitatem & extenſionem cauſalitatis ipſius hypoſtaſis retorqueri poſsūt. Quia ſicut ideò repugnat perfeitas extenſa, ex pluribuſque partialibus perfeitatibus conſtituta, eòquòd implicet aliquid per ſe eſſe, & in toto eſſe; ita propter eamdem omnino rationem repugnaret cauſalitas diuiſibilis ipſius hypoſtaſis; quia cùm talis cauſalitas ſit actualis conſtitutio entis per ſe, hæc etiam & partium atitudinē, vel eò explodere videretur, quò per ſe eſſe per modum actus ſecundi, & in toto eſſe, ſint conceptus inter ſe repugnantes.

Sed in controuerſum eſt, cauſalitatem

tem suppositalitatis materialis diuisibilem esse, esto quod forma hypostasis aliàs indiuisibilis existeret; sicut & causalitas formarum perfectorum animaliũ diuisibilis & extẽsa astruitur ab his, qui ipsas animas omnino inextensas contendunt; talis enim informatio animarum esset diuisibilis, sicut & diuisibilis, & extensa est causalitas informatiua animæ rationalis. Qui ergo materialem hypostasim omnino indiuisibilem formam, sicut punctum comminisceretur; & aliàs hypostasi causalitatem diuisibilem deferret, manifestè à doctrinæ consequentia deficeret.

3. Ratio Vrgens adstruẽtes, subsistentiam esse formã modalem.

23 Tertiò arguitur; contra eos, qui hypostasim formam modalem, & indiuisibilem tuentur.

Quia causalitas, & compositio formæ modalis ad subsistratum, est de ratione essentiali modi; ergo hypostasis forma indiuisibilis esse non potest, dato quòd modus sit. Consequentia aperitur; quia causalitas hypostasis est essentialiter extensa, & per totam existẽtiam materialem diffusa; at causalitas diuisibilis non potest esse de quidditatiua constitutione indiuisibilis formæ: cum extensio, & inextensio, nequeant vt conceptus essentiales in eamdem formam coire, & inter se identificari. Ergo, si causalitas hypostasis est diuisibilis; indiuisibilis esse non poterit eadem forma subsistentiæ apud eos, qui hypostasim non entitatiuam, sed modalem formam asseuerant; eòquòd actualis modificatio non sit extra essentiam formæ modalis, sed sit de quidditate modi: vt agimus infra *in cõtrou.2. de vnitate Dei, in appendice de distinct.art.3.à num.5. vsque ad 19.*

Obiectio ex Scoto.

Sed oppones ex Scoto *in quodlibeto nono*, vbi apertè inficiari videtur, partes totius integralis subsistentiam partialẽ sibi vẽdicare. Vbi cũ sub §. *de tertio principali obijcitur sub num. marg.* 13. opposuisset contra propriam sententiam in hæc verba: *Præterea; hæc aqua potest esse pars alicuius totius aquæ, & ita est ordinabilis ad esse perfecti, quòd sit eius participatiuè; & per consequens hæc aqua nunc non est per se subsistens.* Prædictum ictum retundit sub numer. marg. 18. *in responsione ad 4.* manifestè denegans partibus totius homogenei, dum actu componuntur, subsistentiam, & eam adstruens facta diuisione. Verba Scoti accipito: *Quod potest esse pars homogenea totius, etsi participet esse eius quando est in toto, & non participet quãdo est extra totum; separatum non dicitur imperfectum, quia habet esse aquè perfectum cum illo esse, quod potest participare. Vndè non dicitur propriè ordinabile ad esse totius, sicut illud, quod natũ est esse pars essentialis per se ordinabilis ad esse illius.*

Scotus.

At nobis non refragatur Scotus; quia dum subsistentiam denegat partibus totius homogenei, procedit in opinione probabili constituente hypostasim in negatiuo, vel in negatiua incommunicabilitate, seu in negatione vnionis, vel communicationis; cum autem tale assertum tantùm, vt probabile tutatus fuerit Scotus, fit inde, vt non perstringat asseuerantes hypostasim, non in negatione communicationis, sed in positiuo consistere. De quo vide *num.* 25. præmisso enim quòd hypostasis posita esset in mera negatione vnionis, vel compositionis, omnino contradiceret naturæ partiali, vt partiali, cum pars exprimat compositionem ad compartem; si autem ratio hypostasis posita non esset in negatiua incommunicabilitate, seu in negatione cõmunicationis, vel compositionis, sed in perfeitate positiua, non apparet ratio, cur pars non sit in se, & per se, quatenus illi obstet esse in alio, vt in supposito assumente; quæ ratio est compossibilis cũ ordinabilitate, imò & cum compositione compartis ad compartem: vt liquet ex dictis *sub num.* 14.

Nostra sententia non refragatur Scoto.

Fit satis rationibus in oppositum pro vtraque sententia Vazquez, & Soarez.

Ad fundamenta Vazquij.

25 EX his ad argumenta. Ad primum modum sentiendi Vazquez; dicimus, Scoti authoritatibus nullatenus fulciri, quæ solùm contendunt, animam separatam personam non esse; eòquòd personalitas, ex communi vocis acceptione, integram tãtùm hypostasim referat: non tamen inficiatur Scotus, animam esse suppositum incompletum.

Non fauent Vazquiotestimonia Scoti.

Ad

Ad argumentationem Vazquez.

Ad argumentum Vazquez; dicimus, perfectatem ſolùm remouere dependentiam ab alio, vt à termino aſſumente; nō tamen exiſtentiam, aut in toto continuationis, aut in ſubſtrato eductionis.

Ad Scotum ex quæſtio. quodlibet. 19.

Nec etiam vrget Scoti teſtimonium ex *quæſt.* 19. quodlibetali; tum, quia ibi non inficiatur in anima rationali rationē ſuppoſiti incompleti, ſed rationem perſonæ, quę totalem exprimit hypoſtaſim; vt liquet ex textu inibi tranſcripto. Tū præterea; quòd in aſſignanda ratione ſuppoſitalitatis Scotus vbique ſe exhibet problematicum; ita vt de illius mēte, aut poſitivus, aut negativus conceptus hypoſtaſis ſuſtineri valeat: cùm autē animæ rationalis ſubſiſtentiam explodere apparet, inclinat in hypoſtaſim negatiuam.

Ad 2. Opinionem de omnimoda inextenſione ſubſiſtentiæ.

26 Ad ſecundum modum dicendi; quod vel eò explodendus veniat, quò à doctrinę conſequentia prorſus ruat: dum enim indiuiſibilitatem hypoſtaſis firmare videtur, eam omnino euertit; quatenùs diuiſibilitatem cauſalitatis ipſius ſubſiſtentiæ amplectitur. Quia vt manifeſtè oſtendimus *num.* 22. in probatione quartæ concluſionis; ſi repugnaret extēſio hypoſtaſi, vt in actu primo, etiam & cauſalitati ipſius perfectatis in actu ſecundo aduerſaretur.

Ad 1. Arg.

Ad inſtant.

27 Ad inſtantiam de formis perfectorum animalium; negamus, eas indiuiſibiles eſſe; & cum dependentia à ſubſtrato extenſo & diuiſibili, vt à ſubiecto eductionis, ſtare poſſe formæ eductæ indiuiſibilitatem & inextenſionem.

Occurritur obiectioni.

Si autem obijcias; punctum omnino indiuiſibile à ſubiecto extenſo pendere, vt à cauſa materiali eductionis. Negatur, extenſionem continui eſſe ſubiectū eductionis, vel informationis puncti indiuiſibilis; licet punctum longitudini, quam terminat; intimè adhæreat, aſſiſtatque, vt actus intraneus extenſionis vltimò terminativus: quare ſubiectum eductionis puncti accidentalis eſt ſubſtantiale punctum, cui punctum accidentale, vt adæquato ſubſtrato inhæret.

Ad fundament. Soarij.

Ad 1.

28 Ad argumenta pro opinione Soarez. Ad primum ex *num.* 9. ſuſtentationem ab alio, vt ab hypoſtaſi terminante, petitam, ſuppoſito repugnare; non tamē dependentiam à ſubſtrato eductionis. Quare, tantùm inibi inficiati ſumus; indiuiduum Deitatis à relatiuis hypoſtaſibus, vt ab vltimis terminis, fulciri; eoquòd relatio non ſit ſuſtentaculum Deitatis per modum vltimi termini. Imo quòd ſi dependentia ab alia cōparte, vt à ſuſtentante, contradiceret ſuppoſito, fieret, vt nec materia ſubſiſteret; cùm etiam ſuſtentetur à forma in genere cauſæ formalis; quòd eſt contra Soarium aſſerentem, materiam ſubſiſtere.

Ad inſtantiam.

Ad inſtantiam; negamus, inexiſtentiā formæ in ſubiecto, ſeu materiali eductionis, eſſe modum poſitiuè cōtrarium hypoſtaſi, aut perfectati formæ; vt ex dictis liquet.

Ad 2. Arg. de termino creationis contra ſubſiſtentiam formæ materialis.

29 Ad ſecundum argumentum; quod licet ſuppoſitalitas formę materialis inexiſtat materiæ, eòquòd coniuncta ſit ſubſiſtentiæ materiæ ad conſtituendam integram hypoſtaſim totius compoſiti; at ipſa formæ perfectas eſſentialiter non eſt vnitio ſiue inexiſtentia formæ in materia. Quare non repugnaret formæ materiali cum proprio modo perfectatis, quem de facto habet in materia, conſeruari extra materiam, vel actionem creatiuam terminare. Aliud enim eſt, quòd hypoſtaſis formę inexiſtat materiæ, quatenus componitur ſuppoſitalitati materiæ; aliud, quòd talis hypoſtaſis ſit eſſentialiter ipſe nexus, vel inexiſtentia formæ in materia. Quò fit, vt licet modo coniunctionis vel inexiſtentiæ formæ in materia, (cùm eſſentialiter ſit nexus & vinculum vtriuſque extremi coniunctibilis,) repugnet extra materiam produci; non tamen ipſimet hypoſtaſi, vel ſuppoſitalitati formæ.

Ad 3. argu. ex anima rationali.

30 Ad tertium, ſolùm obtinere id, quod damus ingenuè; animæ rationalis hypoſtaſim actualiorem excellentiorem que eſſe ſuppoſitalitate materialis formæ; hanc tamen præſtantiam à contracta & ſpecifica ratione talis hypoſtaſis ſpiritualis ſpectandam eſſe; non tamen à conceptu perfectatis in tota abſtractione & communitate ſua. Quò fit, vt ſicut hypoſtaſis materiæ independentiam ab omni forma non refert, ſine qua naturaliter conſeruari queat; ita nec ſubſiſtentia formæ materialis independentiam à materia, vel in ratione eſſendi, vel operandi, importet.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm attributa sint de essentiali conceptu Dei?

SVMMARIVM.

Attributa non addere Deitati determinatos explicitosque conceptus, opinatur Cardinalis Aureolus, cui adhæsit Basilius Pontius. Num. 2.

Attributa esse de conceptu Deitatis, plurium Thomistarum sententia est. Numer. 5.

Saltim intellectionem esse de vltima cõstitutione diuinæ naturæ, propugnat Soarez. Num. 11.

Apex controuersiæ aperitur, & ratio obiectiui conceptus penitùs expenditur. Num. 18.

Attributa rationes obiectiuas determinatas explicitasque referre, contra Aureolum statuimus. Num. 21.

Proprietates attributales non esse de cõceptu Deitatis, ostenditur. Num. 22.

Item nec attributa se se per quidditatiuam transcendentiam imbibere. Numer. 29.

Eneruantur argumenta in oppositum. Num. 36.

Improbatur Vazquez conceptui formali attributorum infinitudinem denegans Num. 41.

Elidimus fundamenta, quæ intellectionem ad constitutionem Deitatis spectare moliuntur. Num. 48.

Titulus quæsiti.

1 IN præcedentibus ostensum est, nõ solùm existentiam, & subsistentiã absolutam, sed & alia quædam prædicata creaturis essentialia, (si in ea præcisione accipiantur vt Deo & creaturis communia esse possint,) quidditatiuè Deo congruere; in præsenti expendimus, vtrum ea sit diuinæ perfectionis conditio, quod alia etiam prædicata, quæ Deo ex creaturis tribuimus, (ideò enim attributa dicuntur, quasi Deo ex creaturis tribuantur,) esto quod in creatis sint accidentia; in Deo sint quidditatiuæ & essentiales rationes? vt sapientia, iustitia, &c. nec quærimus distinctionem formalem ex natura rei inter essentiam & illius attributa in præsenti stabilire; ne ideo hunc disputationis articulum difficiliorem reddamus: cùm ad controuersiæ processum sola rationis discretio præstare queat, vt aliquid esse extra cõceptum alterius asseratur. Genus enim in communi Thomistarum sententia, etsi solùm per rationem à suis differentijs condistinguatur, non est de quidditatiuo differentiarum conceptu; nec è contra differentiæ de ratione generis; & paternitas tantùm per rationem ab essentia diuina secernitur, (apud Thomistas) de cuius essentiali cõceptu non est; vt autumant Theologi probatiores. Petimus ergo; vtrum esto quòd attributa à diuina essentia à parte rei non distinguãtur, sint de formali diuinitatis conceptu?

Opinio Aureoli; quòd attributa nil addant Deitati nisi connotationem ad extrinseca.

2 In qua re; primò occurrit Aureolus, *in 1. sent. dist. 8. art. 2. pag. 313. Vaticanæ editionis*: contendens, proprietates diuinas nullum conceptum determinatum & explicitum referre; sed in ipsam Deitatis rationem omnino coincidere. At libet verba Aureoli referre, eò quòd rationem suggerant ad illius placitum quoquomodo comprobandum; dicit ergo in hæc verba.

1. ratio Aureoli.

Adhuc autem cõsiderare oportet, quòd conceptuum, quidam sunt includentes determinatam aliquam rationem sicut animal sensibilitatem; quidam verò sunt omnino confusi, vt sæpe dictum est de conceptu entis. Conceptus itaque illi, qui rationem determinatam includunt, cùm attribuuntur alicui rationi, compositionem faciunt secundùm rationem; afferunt enim suam propriam rationem, quæ addita alteri illam componunt; sicut patet de animali & rationali. Illi verò conceptus, qui nullam determinatam rationem includunt, cùm adducantur alicui rationi nullam rationem propriam afferunt, sed in illam coincidunt, & per consequens non componunt: nunc autem sic est, quòd conceptus entis & omnium proprietatum diuinarum, quæ appellantur perfectiones simpliciter, nullum conceptum determinatam dicunt; quæ propterdum rationi Deitatis attribuuntur, nullam propriam rationem afferunt, sed in ipsam coincidentes nullo modo componunt.

Aureolo adhæsit Basilius Legionensis.

Quòd Aureoli placitum tanquam indubitatam sententiam recipit Basilius Pontius professor Salmaticensis, *1. p. variarum disput. in select. 5. sub finem operis*; autumans de mente Aureoli, attribu-

ta non importare diſtinctionem rationis ex parte prædicati intrinſeci, ſed ſolùm ex parte cõnotati extrinſeci. De quo vide alium expreſſum Aureoli teſtimonium, quod expendimus infra, *in controuerſ. 7. de immutabilitate Dei, art. 2. numer. marg. 33.*

Confirmatio aſſertionis Aureoli ex repugnãtia compoſitionis in Deo; & ex tranſcendentia conceptuum.

3 Quæ Aureoli doctrina ſequentem nobis probationem ſuppeditat. Quia ea, quæ ſunt omnino idem per quidditatiuam tranſcendentiam, implicat quòd conceptus explicitos, & determinatos importent, per quos ſe ſe explicitè excludant; licet enim ex quacunque identitate reali non inferatur eſſentialis tranſcendentia conceptuum in his, quæ identificantur; vt conſtat in animali, & rationali, quorum identitas, ſicut non tollit propriam compoſitionem metaphyſicã, ita nec reſpuit cõceptus explicitos ſe ſe excludentes. At identitas ea, quæ eſſentialiter tranſcendens eſt, ſicut quidditatiuè importat eſſentialem incluſionem earum rationum, quæ inter ſe identificantur; qualis eſt ea, quæ reperitur inter ens, & ſuos modos, perfectatem, nimirũ, & inhætatem: ita & diſcretionem determinatorum conceptuum non explodere non poteſt, qui ſe adinuicem excludant; aliàs enim metaphyſicè inter ſe cõponerentur illi conceptus expliciti, vt ſubſtratum, & vt ratio eius. At non minus reſpuit Deitas compoſitionem cũ ſuis perfectionibus attributalibus, quã ens cum ſuis modis; nec maior identitas concedi poteſt enti cum ſuis affectionibus, quam eſſe Dei cum ſuis proprietatibus: non igitur proprietates diuinæ conceptus referunt explicitos, & determinatos quaſi Deitati additos, ſed confuſos tantùm, qui in ipſum Deitatis conceptum omnino coincidant.

Vrgetur ratio ex Aureolo.

4 Præterea ex illis Aureoli verbis. *Conceptus, qui nullam determinatam rationem includunt, cùm adducuntur alicui rationi, nullam rationem propriam afferunt; & perconſequens non componunt*: Talis confirmatio produci poteſt.

Quia ſi ſapientia referret conceptum aliquem determinatum, qui eſſet extra conceptum determinatum, & explicitũ Deitatis; fieret, vt ſicut ratio obiectiua ſapientiæ apprehenderetur, vt conferens aliquid per modum actus in rationem obiectiuam, & explicitam Deitatis, ita Deitas quidditatiuè, & explicitè apprehenſa concipi poſſet ſub non eſſe talis actus ſapientiæ, qui quaſi aduentitius eſſet ſecundùm conſiderationem explicitam, licèt aliàs implicitè, & in eſſe rei Deo intraneus, & eſſentialis foret. Ergo non poſſet intellectus iſtas duas rationes obiectiuas, & explicitas Deitatis & ſapientiæ cõdiſtinguens, & illas inter ſe coniungens per modum ſubſtrati & formæ, compoſitionem rationis vitare; cùm autem omnis compoſitio, etiam rationis, Deum dedeceat, dicendum erit, conceptus attributales nihil conferre explicitum, & determinatum ſupra explicitum Deitatis conceptum.

Thomiſtarum ſententia; de quidditatiua Deitatis, & attributorum tranſcendentia.

Sententia pluriũ Thomiſtarum de quidditatiua tranſcendentia Deitatis, & attributorũ Canarienſ.

Soarius.

Arguitur ex

S. Auguſt.

5 Secunda opinio; licet fateatur conceptus explicitos, ac determinatos eſſentiæ, & attributorum; tuetur tamen, eſſentiam tranſcendere quidditatem attributorum; & è contra, rationes obiectiuas attributales quidditatiuam Dei rationem imbibere. Sic Canarienſis, 1. *part. quæſt.* 28. *art.* 2. *diſp.* 2. *dubitat. vltima.* Et alij ex antiquis Thomiſtis, & ex modernis, Soarez *lib.* 1. *de eſſentia Dei, cap.* 12.

Quæ opinio probatur primò, authoritate Sanctorum, qui illam ſatis expreſſiſſe videntur, Auguſtinus enim 9. *de Trinitat. cap.* 4. 6. & 7. ait. *Hoc eſt Deo eſſe, quòd fortem eſſe, aut ſapientem eſſe, &c.* Ex quo ſic arguitur: apud Auguſtinum eadem ratione defertur Deo ipſum eſſe; ſicut fortem, aut iuſtum, & ſapientem eſſe: ſed eſſe Dei eſt de quidditatiuo illius conceptu, vt in ſuperioribus oſtendimus; ergo, & fortem, & ſapientem eſſe.

Confirmatio ex Auguſtino.

Præterea; idem Auguſtinus *eodem lib.* 6. *de Trinit. cap.* 6. *de Deo loquens*, ait: *Eadem magnitudo eius eſt, quæ eſt ſapientia, & eadem bonitas, quæ eſt ſapientia.* Vbi ſapientiam de bonitate enuntiare videtur: ſed prædicatio abſtracti de abſtracto neceſſariò debet eſſe eſſentialis; quia cum non vniantur illa extrema ratione materialis ſignificati, ſiue ratio-

ne

ne habentis, quatenùs habens formam subiecti sit habens formam prædicati: necessum est, vt per essentialem inclusionem coniungantur.

2. Arguitur

6 Secunda ratio est: quòd essentia diuina non solùm materialiter, & identicè, sed etiam formaliter est infinita; ergo essentialiter claudit omnes perfectiones simpliciter simplices. Quia sicut ex eoquòd, vt illimitata identicè, claudit omnes perfectiones identicè; ita à paritate rationis, ex eoquòd essentialiter est infinita, debet omnes suas perfectiones essentialiter ambire: quatenùs sic se habeat infinitas identica ad perfectiones identicè inclusas; sicut infinitas essentialis ad perfectiones quidditatiuè identificatas.

Confirmatur ex infinitudine Deitatis.

7 Tum vel maximè: quia si essentia diuina non transcenderet quidditatiuè sua attributa; fieret, vt quasi extrinsecè finiretur ab illis. Sequela patet: quia sicut in quantitatibus ille est finis, & terminus quantitatiuæ magnitudinis molis, quem non excedit quantitas illa; ita finis quantitatis virtutis ille erit, quem non excedit per transcendentiam, vel quem non transcendit ens virtualiter quantum. At essentia Dei non ambit per quidditatiuam transcendentiam attributa; ergo ab illis quasi finitur essentialiter, seu quod idem est, attributa quasi extrinsecè finiunt magnitudinem virtutis, & latitudinem quidditatiuæ perfectionis Dei.

Instatur ex transcendentia illimitationis attributorum.

Adde; quòd essentia diuina, non solùm virtualiter & per eminentiam quamdã, sed etiam actualiter, & formaliter est illimitata, in tota ratione essendi; ergo non solùm ex vi sui conceptus essentialis est quædam virtus, à qua cæteræ perfectiones quasi principiari intelligantur; sed etiam illas essentialiter continet. Quæ ratio de quolibet etiam attributo formari potest: sapientia enim non tantùm est infinita in tali genere, sicut paternitas, (hæc enim, sicut ex oppositione relatiua habet, vt essentialiter non transcendat filiationem, ita & quòd nec in omni genere illimitata dici queat,) ergo sapientia non tantùm ambit essentialiter id, quod est quasi sui generis, omnem scilicet sapientiæ latitudinem; sed aliàs etiam perfectiones, vt in omni genere illimitata haberi possit.

3. Arguitur conceptu existentiæ inhibitæ in quolibet attributo.

8 Tertiò: quia ille conceptus, qui in sua ratione formali importat existere à se, infertque negationem essendi ab alio; imbibit formalissimam Dei rationem. Sed attributa diuina, vi sui vltimi, & præcisi conceptus, includunt existere à se, inferuntque negationem essendi ab alio; claudunt igitur essentialem Dei rationem: vtraque huius syllogismi propositio, in qua potissima oppositæ sententiæ vis sita est, sigillatim ita expenditur.

Maior ex his, quæ in superioribus de existere Dei tradidimus, satis superque constat; inibi enim perspicuè ostẽdimus, actualitatem existentialem Dei esse de formalissima ratione eius; fit ergo, vt omnis illa formalitas, quæ essentialiter claudit esse à se, referat quidditatiuum Dei conceptum.

Tum vel maximè: quia cùm in Deo vnica tantùm detur absoluta existentia, (nec enim iuxta discretionem perfectionum attributalium existentiæ multiplicantur; cum in creatis vnica, & indiuisa forma existendi actualitatem præstet omnium metaphysicorum graduum conuentui: ne existere Dei, quod illimitatissimum est, minus sufficiens in ea causalitatis, aut quasi causalitatis ratione, quàm creatum existere astruamus,) si attributa vi suæ rationis obiectiuæ, & explicitæ existentiam præseferrent; ex hypothesi, quòd existere absolutum vnicum tantũ esset quidditatiuam Dei rationem transcendens; fieret, vt attributa ad essentialem Dei constitutionem spectarent.

Premitur ratio pro quidditatiua transcendentia existentiæ in quolibet attributo.

Supposita probatione maioris, minor propositio, quòd scilicet attributa formaliter existentiam referant; firmatur sic. Quia sapientia vt sic in tota sua communitate, prout nimirum in suo ambitu intelligibiliter colligit, creatam, & increatam, sapientiam, non est attributum Dei; cùm vt sic abstrahat ab hoc, quòd sit aliquid Deitatis, vel quasi affectio eius. Igitur sapientia, inquantum est diuinum attributum, addit aliquam rationem essentialem, quasi trahentem communissimum illum conceptum sapientiæ, ad esse sapientiæ attributalis. Sed hoc additũ nihil aliud esse potest, quam sapientiam esse actum increatum essentialiter existentem à se; refert ergo vltimus, ac præcisus attributi cuiuslibet conceptus rationem increati entis essentialiter existentis.

Instatur vltra ex repugnantia potentiæ obiectiuæ in attributis.

9 Præterea: quia sapientiæ Dei essentialiter repugnat obiectiua potentia, siue potestas quædam ad esse, & non esse;

imbi-

imbibit ergo eſſentialiter formam eſſendi. Conſequentia apud nos inconfeſſo eſſe debet, qui ideò oſtendimus, exiſtentiam eſſe de quidditatiua Dei ratione; quò illi eſſentialiter repugnet obiectiua potentia.

Confirmatur præterea eòquòd non detur medium inter ens à ſe & ens ab alio.

Tum vel maximè: quòd ſapientia ex vi ſuæ rationis formalis non eſt merum nihil; nec ens potentiale; cùm inter exiſtere à ſe, & non exiſtere à ſe: ſiue exiſtere ab alio, & non exiſtere ab alio, non detur medium, eòquòd ſint termini contradictionem involuentes. Si ergo ſapientia vi ſuæ præciſæ rationis non eſt exiſtens ab alio, nec refert potentialitatem ad eſſendum; quia aliàs eſſet forma creata; tranſcendit igitur formalem rationem eſſendi à ſe, quæ eſt ipſa Deitas.

Arguitur 4

10 Quartò: quia perfectiones illæ, quæ in inferioribus naturis diſpertitæ ſunt, in ſuperiori eſſentia copulãtur per identitatem formalem ante mentis functionem, vt patet de virtute calefactiua, & exſiccatiua, quæ in igne realiter diſtinguuntur, & in luce Solis, quaſi in eminentiori natura formaliter identificantur. Ergo eſto quòd iuſtitia, & miſericordia in creatis eſſentialiter condiſtinguãtur; in Deo cohærent per formalem, & quidditatiuam tranſcendentiam.

Saltim intellectionem eſſe de vltima conſtitutione Deitatis, propugnat Soarius cum Aureolo.

Opinio Soarij; quòd intellectio ſit de vltima conſtitutione Deitatis

11 Franciſcus Soarez in hac re anceps & varius à multis habitus eſt; nam cùm *lib. 1. de eſſentia Dei, cap. 11.* ſtatuiſſet, omnia attributa eſſe de formaliſsimo Deitatis conceptu, poſteà *lib. 11. de Trinitat. capit. 6.* dum rationem reddit, cur Spiritus Sancti proceſsio non ſit generatio? *num. margin. 16. 17. & 18.* autumat, intellectionem ad quidditatiuam Dei conſtitutionem ſpectare; non ita volitionem diuinam. Ex quo principio deducit, productionem filij generationem eſſe, eòquòd vi proceſsionis à patre accipiat intellectionem, quæ eſt de vltimo, & formaliſsimo Deitatis conceptu: è contra verò ſpirationem, generationem non eſſe: quatenùs ratio amoris, quæ tertiæ perſonæ vi ſuæ proceſsionis congruit, quidditatiuam Dei rationem non imbibat in ſuo conceptu formali.

Valentinus de Herice non liberat Soarium a inconſequentia doctrinæ.

12 Valentinus de Herice, *tract. 1. de ſcientia Dei, diſput. 3. cap. 3. num. marg. 9.* laborat in Soarez à nota non cohærentis doctrinæ vindicando; qui ita illum conciliat, vt quando Soarez aſſeruit, omnia attributa eſſe de eſſentia Deitatis, de conſtitutione quaſi phyſica diuinæ naturæ interpretandus veniat; quòd ſcilicet omnia attributa ſpectent quaſi ad phyſicam integritatem Deitatis ex natura rei: eòquòd ratione illimitationis ſuæ in omni genere entis neceſſariò exigat Deitas omnes ſuas proprietates ſibi aſciſcere eo identitatis nexu, qui omnem rationem diſtinctionis ante intellectum prorſus releget. Non tamen quòd Soarez in ea fuerit ſententia, quòd omnes Dei proprietates attributales exiſtimarit eſſe de quidditatiuo conceptu Deitatis; ſeu de metaphyſica conſtitutione eius; vt vocat Herice.

Perſpicua Soarij contradictio

13 At quam violenter, & extortè iſtæ duæ propoſitiones Franciſci Soarez inter ſe concilientur; manifeſtè conſtat ex loco citato, ex *libr. 1. de eſſentia Dei, capit. 11. numer. marginal. 6.* Vbi cùm ſibi obiecisſet, quòd ſuæ rationes tantùm ſuadere viderentur, attributa eſſe de ratione eſſentiali Deitatis prout à parte rei exiſtit, non verò prout à nobis concipitur? reſpondet attributa, non ſolùm eſſe de conſtitutione eſſentiali Deitatis prout in ſe eſt, ſed etiam prout ſub noſtram conceptionem cadit. Cùm autem illa ad conſtitutionem metaphyſicam entis attineant, ſine quibus quidditativus rei conceptus ſubſiſtere non valet; ſi attributa, apud Soarez, ſint de quidditate Dei, etiam prout à nobis cõcepta: efficitur, vt ad metaphyſicam Deitatis quaſi conſtitutionem neceſſariò deferri debeant.

Præmii ratio contra Soa

14 Addè; quòd phyſica incluſio attributorum, prout à metaphyſica conſtitutione condiſtinguitur, nihil aliud eſt quàm omnimoda identitas ex natura rei excludens quamlibet rationem diſcretionis ante intellectum: ſed hæc identificatio realis, apud Soarez, non

importat essentialem transcendentiam earum rationum, quæ inter se identificãtur: cùm in creatis gradus generici omnino indistincti sint à rationibus differentialibus, quæ prorsus sunt extra cõceptum quidditativum rationum conuenientiæ: & in diuinis relatiuæ hypostases sint omnino idem ex natura rei cũ Deitate; & tamen, ex sententia eiusdem Soarez, non spectent ad quidditativum Deitatis conceptum. Quando ergo Soarez seriò autumauit, attributa esse de conceptu Deitatis; non solùm intendit meram identicam connunctionem, qualis inter Deitatem, & hypostases intercedit, sed essentialem conceptuum transcendentiam, quæ sola in præsentis quæsiti institutum cadit.

Ratio Aureoli pro quidditativa transcẽdentia Deitatis, & intellectionis

Sed quidquid sit de concilianda mẽte Soarez; illius placitũ, quòd scilicet intellectio intret quidditatiuã Deitatis cõstitutionem; probatur primò ratione Cardinalis Aureoli *in 1. sent. distinct. 35. articul. 3. §. tertia quoque inquisitio, pagin. 765. Vaticanæ edictionis.*

15 *Aut ratio Deitatis est formaliter viuifica, & perconsequens erit intelligere, cùm non sit in Deo alia vita, quàm intellectualis, nec de intellectualitate aliquid aliud sit in eo, quàm purum intelligere; aut non erit formaliter viuifica. Sed non potest hoc dari; quia tunc Deus, sub ratione qua Deus, non esset formaliter vivus, nisi esset vita per rationem Deitatis, quod omnino absonum est; ergo necesse dari primum, scilicet quòd intelligere non est alia ratio à ratione Deitatis.*

Vrgetur transcendentia hæc ob conceptum vitalitatis, ex Aureolo

Ex qua Aureoli ratione tale argumentum produci potest: ratio viuentis est prædicatum essentiale in Deo, vt omnes supponunt; sed nulla ratio vitæ concipi potest, nisi actus intellectionis, & amoris; quia cùm viuere essentialiter sit à se moueri, eatenùs Deitas apprehenditur vt viuens, quatenùs intelligitur, vt tendens per operationem intellectionis, & impulsus. Ergo sublato conatu intellectionis, aut volitionis, Deitas non concipitur, vt formaliter viua; atquè adeò intellectio, tùm quidditatiua est Deo, sicut illi est essentialis ratio vitæ.

Arguitur 3

16 Tertio arguitur: quia natura diuina constitui debet per gradum intellectualitatis purissimum, & actualissimum, qui omnem rationem potentialitatis remoueat. Atqui gradus intellectualitatis rationem potentiæ relegans essentialiter claudit ipsammet formam, aut quasi formam intellectionis actualis: ideò enim gradus intellectualitatis, qui in substantijs spiritualibus contrahitur, actus purus non est, quia essentialiter nõ imbibit formam intelligendi; cùm eò præcisè dicatur intellectualis, quòd sit radicale principium formæ, seu rationis intelligendi. Ergo gradus intellectualitatis, vt trahitur ad Deum sub ratione actus puri, essentialiter transcendere debet ipsam rationem actualis intellectionis tanquam vltimum constitutiuum naturæ diuinæ in esse intellectuali purissimo, & actualissimo.

17 Vltimò probatur hæc opinio authoritate Scoti, *quæst. 1. quodlibetali, §. Nam contradictio videtur, sub numer. margin. 10.* Vbi ait: *Nunc autem intellectualitas, siue vita intellectualis, vel intellectualis est idem essentialiter essentiæ diuinæ, sic intelligendo, quòd non tãtùm est idem realiter ipsi essentiæ & hoc identitate simplici, sicut fortè quodcunquè attributum ponitur idem ipsi essentiæ. sed hoc modo est idem sibi, quòd si ipsa essentia diuina diffiniretur, vita intellectualis, siue intellectualitas non esset extra eius diffinitionem, sicut sapiẽs, vel bonum.*

Vltima probatio pro Soarij et Scoti. ☞ *Scotum*

Et paulò infra, §. *Quæ vita inquit dicitur in Deo sub n. marg. 11.* ex sententia Augustini docet in hæc verba. *Idem Augustinus 6. de Trin. c. vltimo, loquẽs de Deo, ait sic.* (*Vbi est prima, & summa vita cui non est aliud viuere & aliud esse: sed idem esse, & viuere:*) *& quale sit illud viuere, quia intellectuale subdit.* (*Primus ac summus intellectus, cui non est aliud viuere, aliud intelligere.*) Vbi videtur Scotus de mente Augustini gradum intellectualitatis Dei constituere in ipso actuali intelligere.

Augustinus ☞ *Scotus.*

Verũ ex citato Scoti testimonio, quod absque dubio vllo interpretationem excipit, non de vita intellectionis formalis, sed de vita, & intellectualitate radicali, vt ostendimus supra, *in hac controuers. art. 2 num. marg. 12* manifestè deducitur; quòd quamuis, apud Soarium, actualis, & formalis intellectio asseri possit vltima ratio, quasi metaphysicæ cõstitutionis diuinæ naturæ, sicut & ratio distinctionis à tota latitudine, & communicate entis creati, & creabilis; cùm implicet aliquod ens participa-

Corollarium pro Scoti assertione quòd vita intellectualitas et vltimũ constitutiuum Deitatis.

tum

tum, de cuius quidditate ſit ſua intellectio. Attamen intellectualitas radicalis, nequit aſſeri vltima ratio conſtituens naturam diuinam; cùm vita intellectualis radicalis etiam congruat eſſentialiter naturæ creatæ, angelicæ, & humanæ; ac proinde nequeat eſſe vltima ratio conſtitutionis Deitatis, ſicut nec quaſi ratio ſpecifica, & vltima diſtinctionis ſuæ à tota vniuerſalitate entis creati. Quamobrem concinnè pronuntiauimus, exiſtentiam quidditatiuè in Deitate imbibitam eſſe vltimam rationem diſtinctionis, & quaſi metaphyſicæ conſtitutionis diuinæ naturæ; cùm nulla ſit natura participata, aut participabilis, de cuius quidditatiuo conceptu ſit ſua exiſtentia. De quò adi *numer.* 44. *huius articuli*, & etiam *numero* 52.

Apex controuerſiæ aperitur, & ratio obiectiui conceptus preſsè expenditur.

Quid nomine obiectiui conceptus intelligendum veniat.

18 OBſeruandum ad expedien dam controuerſiam: quòd in præſenti non quærimus, vtrum à parte rei iuſtitia ſit extra rationem miſericordiæ? ſed vtrùm conceptus, tàm formalis, quàm obiectivus iuſtitiæ, ſit extra formalem, & obiectivum miſericordiæ conceptum? obiectivus autem conceptus (ſeu quod idem eſt, noſtræ conceptionis obiectum) dupliciter ſtare poteſt; vel pro illo eſſe denominatiuo, quod per cognitionem noſtram fit, & ad quam vt quid poſterius conſequitur: vel pro realitate, ſiue ratione illa, quæ noſtram cognitionem anteuertit; vtrumquè enim eſſe ſignificatur per hanc vocem obiectivus conceptus. Quò factum eſt, vt Theologi aliquot propter huius vocis ambiguitatem ſæpè allucinentur, dum per obiectivum conceptum, aliquando rem ipſam, vt cognitionem præcedit, intelligunt; aliquandò verò illud eſſe extrinſecum, quod vi cognitionis formatur. Exiſtimo tamen congruentiùs rem illam, quæ cogitationem noſtram antevertit, obijcibilem potius rationem, quàm obiectivum conceptum appellandam eſſe: vt ita id, quod prius & reale eſt, à poſteriori, & denominatiuo eſſe, omnino ſeparetur. Aliud enim eſt viſum eſſe, quod eſt quid denominatiuum, & poſterius ad actum viſionis conſequutum; aliud, eſſe viſibile, quod ad notitiã viſionis præſupponitur.

Corollariũ 1. ad enodationem quæſiti.

19 Ex his conſectaria duo deprimere licebit. Primùm; quòd hoc duplex eſſe obiectivum, licèt vi eiuſdem vocis expreſſum, tum in alijs, tũ in hoc, quod maximè ad præſentis quæſiti enodationem facit; diuerſiſsimum ſit. Quòd cùm illud obiectivum eſſe, quod à noſtra cognitione accipitur, ad conceptum referatur, vt terminus ad viam, ſiue fieri talis eſſe obiectiui; ſicut terminus nihil refert in facto eſſe, quod non præhabeat actio per modum fieri illius, vt in omni opinione euidens eſt, ita obiectiua ratio, inquantùm ſumitur pro denominatione à noſtro conceptu relicta, nihil explicitum præſeferre valet, quod illi non congruat vi cogitatus, & apprehenſionis noſtræ; ſicut & illud eſſe denominativum viſionis, quod viſum eſſe dicitur, nihil exprimit, quod à forma viſionis acceptum non ſit. Quod ſecùs omnino accidit in illa ratione obiectiua, quæ conceptionem noſtram anteit, & ideò obijcibilem rationem appellauimus; quæ ſicut à conceptu formata non extat, ad quem ſupponitur; ita aliam, & aliam, conceptibilitatem ſortiri valet, ab ea, quæ ab intellectu apprehenſa eſt.

Alterum corollarium, quòd debeat fieri comparatio diſtinctionis inter vtrumque attributum ſecundùm eſſe obiectiuum.

20 Alterum conſectarium erit; quòd quando petimus, vtrum conceptus obiectivus iuſtitiæ imbibat per eſſentialem tranſcendentiam attributum miſericordiæ? non debet conceptus obiectivus iuſtitiæ cum attributo miſericordiæ, prout in eſſe rei, conferri, inquantum ſcilicet miſericordia extra conceptionem noſtram exiſtit; ſed cum eſſe obiectiuo miſericordiæ, ita vt comparatio, ſiue habitudo diſtinctionis inter duas rationes obiectiuas intercedat ſecũdùm illud eſſe, quod vtrumquè attributum ab intellectu accipit. Sicut enim in præſenti ſupponimus, iuſtitiam à parte rei non eſſe extra rationem eſſentialem miſericordiæ, prout etiã à parte rei exiſtit: ita nec ſub cõtrouerſiam cadit, vtrũ illud eſſe, quod de attributo iuſtitiæ à nobis apprehenditur, ſit idem cum ratione eſſentiali,

quam misericordiæ refert à parte rei, & extra cogitatum nostrum? quod seriò obseruandum est, vt ambiguitas, vel potius deceptio illorum vitetur; qui docent, rationem obiectiuam misericordiæ implicitè referre iustitiam, esto quòd nihil de attributo iustitiæ in apprehensionem venerit.

Attributa non esse de conceptu Deitatis; nec è contra; ostendimus; nec alterum attributum de ratione alterius.

Assertio 1. contra Aureolū; quòd attributa addant rationem obiectiuam intrinsecam, & non solū connotatā.

21 Assertio prima: attributa exprimunt conceptus intrinsecos determinatos, & explicitos, qui Deitati quasi superaddi intelligantur. Hæc assertio contra Aureolum infra aperienda est; cùm non solùm de mente Scoti determinatas rationes obiectiuas, sed etiam, & distinctas rationes formales ex natura rei, astruere teneamur.

Comparatio attributorum ad Deitatem.

Assertio 2. attributa non sunt de quidditate Deitatis.

Capreolus

Vazquez.

22 Assertio secunda: licèt attributa ab essentia diuina, & inter se, ante intellectus functionem non distinguerentur; adhuc non essent de conceptu Deitatis. Hanc conclusionem tuetur Capreolus *in 1. distinction. 8. quæstion. 4.* & alij ex antiquis Thomistis, & ex modernis Gabriel Vazquez *supra primam partem, tom. 2. disputation. 119.* quæ etiam est expressa sententia nostri Doctoris, qui cùm distinctionem formalem ex natura rei inter Deitatem, & illius attributa tueatur; à fortiori asseuerare tenetur, conceptum obiectiuum Deitatis esse extra rationem formalem attributorum. Quia tamen Scoti rationes distinctionem ex natura rei suadent, quam in præsenti supponimus, in suum locum remittendæ sunt, vt assertionem istam, vel his tantùm rationibus fulciamus, quæ solam transcendentiam essentialem conceptuum conuellere nituntur.

Probatio 1. ex Damasceno.

Probatur ergo primò, authoritate Damasceni, *lib. 1. capit. 4.* relati à nostro Doctore *in 1. distinction. 8. quæstion. 4. in principio. Si iustum, si bonum, si quid tale dixeris; non naturam dicis Dei, sed qua circa naturam.* Quæ verba ita aperta sunt, vt nullam literæ congruentem expositionem patiantur; quæ quidditatiuam transcendentiam Deitatis, & attributorum sustineat.

Item ex Augustino.

Nec minus vrget Augustinus *lib. 15. de Trinitate, cap. 5.* subdens. *Si dicamus, æternus, sapiens, potens, speciosus, iustus, bonus, spiritus; horum nominum notissimum, quod posui, videtur significare substantiam, cætera verò huius substantiæ qualitates.* Vbi sanctus Doctor, licet substantiam intellectualem de quidditate Deitatis pronuntiauerit; cæteros alios conceptus extra rationem obiectiuam Dei asseuerauit.

2ª Probatio; quia attributa præmittunt vltimam rationem quasi metaphysicæ constitutionis naturæ diuinæ,

23 Secundò: quia illud dicitur esse extra quidditatem alterius etiam in Thomistarum sententia; quod, licet sit idem realiter cum altero, illud tamen supponit secundùm nostrum modum intelligendi plenè, & adæquatè constitutum. At attributales Dei proprietates, licèt ab illius essentia à parte rei non distinguantur, Deitatem tamen supponunt secundùm nostrum modum intelligendi adæquatè constitutam; non sunt igitur de præciso, ac formali Deitatis conceptu. Maior certa est, etiam apud oppositæ sententiæ assertores: ideò enim rationale, licet ante considerationem intellectus ab animali non distinguatur, non est de essentia illius; quia secundùm nostrum modum concipiendi animal præsupponitur adæquatè constitutum ad rationalitatis gradum, cui vt potentia, vel materia quædam metaphysica, substernitur. Tum vel maximè: quia si illa propositio certa non esset; fieret, vt omnia, quæ à parte rei non distinguuntur, se se per quidditatiuam inclusionem transcenderent; ita vt genus esset de quidditate differentiarum, & differentiæ de ratione generis: & quòd prædicamenta illa, quæ realiter non distinguuntur, vt

actio

actio, & paſsio, eſſent eſſentialiter permixta, quæ omnia communi ſententiæ aduerſantur; cùm ex nullo capite venari queat eſſentialis diſcretio in his, quę realiter identificantur, niſi ex hoc, quòd alterum ſecundùm noſtrum modum concipiendi quaſi præmittat, aut non cointegret, conſtitutionem alterius.

24 Minor verò illius primi ſyllogiſmi, quòd ſcilicet attributa præſupponant adæquatam Dei rationem; ita expenditur. Quia illud dicitur adæquatam cuiuslibet rei conſtitutionem præmittere, quod ſupponit ſpecificam, vel quaſi ſpecificam rationem eius; hæc enim eſt vltima formalitas quidditatis rei. Ex eo enim præcisè ſingularitas aſſeritur extra eſſentiam Petri, quamuis ab illo ante intellectum non differat; quia non ſolùm præſupponit rationem animalis conſtitutam, quæ eſt conceptus vnitatis, & conuenientiæ cum alijs entibus; ſed & rationalitatem, quæ eſt ratio diſcretionis ab omnibus alijs. Et ideò, è contra, rationalitas non præſupponit adæquatam hominis conſtitutionem; quia non præmittit gradum diſtinctionis formalis hominis à cæteris alijs entibus.

At attributa præmittunt, non ſolùm quaſi ſpecificam, ſed etiam ſingulariſsimam, & individualem Dei rationem; ergo præexigunt naturam diuinam quidditariuè conſtitutam. Minor probatur; quia conceptus ſapientiæ, & iuſtitiæ non tantùm præſupponunt rationem communiſsimam, entis, & minus abſtractam ſubſtantiæ ſpiritualis, & viuentis intellectualis, in qua Deus, & creaturæ conueniunt intelligibiliter, ſed etiam conceptum actualitatis, vel exiſtentiæ in quidditate Deitatis per eſſentialem tranſcendentiam imbibitæ. Sed actualitas tranſcendens eſſentiam Dei, ſicut adæquatum diſtinctiuum eſt Dei à tota latitudine entis creabilis, vt ſic; ita adæquatum eſt conſtitutiuum illius; ergo proprietates attributales nequeunt ad quidditatiuam Dei rationem ſpectare; cùm ſupponant Deum, & conſtitutum, & à tota latitudine entis creabilis conditinctum.

Ratio cedens contrium perſtringit.

25 Hæc ratio magni ponderis apud Franciſcum Soarez non eſſe non poteſt; cum ipſe eidem innixus fundamento, volitionem à quidditatiua Deitatis conſtitutione eò excluſerit, quòd volitio ſupponat, ſicut rationem Deitatis adæquatè condiſtinctam à tota latitudine entis creabilis, ita & adæquatè conſtitutam: cùm adæquatum diſtinctiuum rei ſit adæquatum conſtitutiuum illius. Quod aſſerit Soarez *lib. 11. de Trinitat. capit. 6. numer. marginal.* 17. reddens rationem, cur Spiritus Sanctus non ſit filius?

Inſtatur cõtra Soarẽ.

Quò ſuppoſito; contra Soarez ratio ad hominem retorquetur ſic. Deus eò præcisè quò concipitur, vt ſubſtantia intellectualis eſſentialiter exiſtens à ſe cum eminentia quaſi virtuali formæ intellectionis, antequàm ipſum eſſe formale intellectionis addi apprehendatur, ſecernitur à tota latitudine, & vniuerſalitate entis creabilis, vt ſic; cùm implicet dari aliquod ens participatum, quod ſit ſubſtantia eſſentialiter, & à ſe exiſtens, vt notius eſt quàm probatione indigeat: ergo quando per conſiderationem noſtram apprehendimus formam intellectionis, vt Deitati accedentem, ipſam concipimus vt ſupponentem in Deo adæquatam rationem diſtinctionis, & conſtitutionis eius.

Comparatio Deitatis ad attributa.

Aſſertio 3. nec Deitas eſt de quidditate attributorum.

26 Aſſertio tertia: nec Deitas eſt de conceptu eſſentiali attributorum. Ita omnes authores præcedentis aſſertionis, & probatur.

Quia ſi eſſentia Dei eſſet de quidditate ſuarum proprietatum; ſequeretur, quod attributa ſe ſe per eſſentialem tranſcendentiam imbiberent: ea enim, quæ in eodem tertio eſſentialiter, & adæquatè identificantur, etiam inter ſe eſſentialiter identificari neceſsè eſt. At attributa quidditatiuè non identificantur inter ſe, vt ex probatione ſequentis concluſionis patebit; ergo nec cum tertio, quæ eſt eſſentia.

Si Deitas eſſet de quidditate attributi per adæquatã tranſcendẽtiam, etiam alterum attributũ eſſet de quidditatiua ratione alterius.

27 Notanter dictum eſt, ea, quæ adæquatè identificantur cum eſſentia

etiam inter se adæquatè identificari; propter relationes diuinas, quæ ideò non sunt idem realiter inter se: quia cum essentia diuina, quæ est velut tertium cum hypostasibus identificatum, adæquatè non identificantur. Paternitas enim non est quidquid est Deus; cùm non sit idem realiter cum filio, nec cum Spiritu Sancto, qui Deus est. Quare, vt docet Scotus *lib. 1. priorum, quæstion. 11 §. tunc in speciali de syllogismo expositorio.* Ideò iste syllogismus non concludit; hic Deus est pater; filius est hic Deus; ergo filius est pater: quia regulatus per dici de omni, & dici de nullo, præmissæ illius falsæ sunt; quia omnis Deus est pater, vel quid quid est Deus est pater, est falsa propositio. Verba Scoti accipito: *Item in diuinis, quia sequitur, hæc essentia diuina est pater, filius est hæc essentia diuina: igitur filius est pater. Posito, quòd præmissæ regulentur per dici de omni, tunc maior est falsa; omne, quod est hæc essentia diuina, est pater; quia filius est aliquid, quod est hæc essentia diuina, & tamen filius non est pater.*

Scotus. Optima, & concludens ratio ex Scoto in syllogismo expositorio in diuinis, si reguletur per dici de omni.

Scotus.

At cùm sapientia, & cæteræ proprietates attributales formæ absolutæ sint, illas inter se adæquatè identificari necesse est secundùm essentialem transcendentiam, si cum Deitate adæquatè, & essentialiter, identificentur; quare hic syllogismus necessariò admittendus esset, non solùm ratione materiæ, sed etiam ratione formæ. *Quidquid est Deitas essentialiter, est iustitia essentialiter; sed quidquid est misericordia essentialiter, est quidquid est Deitas essentialiter: ergo quidquid est, misericordia essentialiter, est quidquid est iustitia essentialiter.*

28 Secundò arguitur: quia si quidditas Dei essentialiter transcenderet quamlibet proprietatem attributalem, etiam imbiberetur in conceptu volitionis, & impulsus: atquè adeò fieret, vt virtus illa productiua, quæ tenderet in terminum sub ratione formali impulsus, aut inclinationis volitiuæ; etiam attingeret quidditatem Deitatis, vt rationem formalem terminandi: ac proinde sequeretur, quòd Spiritus Sanctus vi suæ processionis, seu prout terminus formalis est actionis spiratiuæ, Deitatem præferret; atquè adeò, & quod esset filius; cum verbum eatenùs filius sit, quatenùs Deitatem refert vi actionis dictiuæ.

2. Ratio quòd attributum voluntatis nõ imbibat Deitatem per quidditatiuam transcendentiã.

Hæc ratio adeò efficax est, vt Franciscum Soarez à priori sententia alienauerit; quę omnia attributa esse de quidditatiuo Deitatis conceptu pronuntiauerat.

Vrgetur Suarius inconsequentia de diuina circa spirationem Spiritus Sancti.

Comparatio attributorum inter se.

29 Assertio quarta: nullum attributum est de quidditatiuo conceptu alterius. Hanc tuentur authores secundæ, & tertiæ assertionis, & probatur.

Assertio 4. nullum attributum est de quidditatiuo conceptu alterius.

Primò: quia iustitia, & misericordia exprimunt oppositas rationes; cùm obiectum affectus iustitiæ referat essentialem negationem obiecti affectus misericordiæ: culpam enim pœna imposita retaliare, vel donum aliquod, vt mercedẽ propter merita conferre; essentialem dicit negationem, aut gratuitæ condonationis pœnæ, aut doni alicuius ex mera gratia, secluso quolibet iustitiæ motiuo, collati; vt ex ipsis terminis constare videtur.

1. Ratio 4. assert.

30 Præterea: quia si isti affectus essent idem essentialiter; fieret, vt actus iustitiæ punitiuæ deferri posset affectui misericordiæ; & ècontra actus miserationis tribui posset iustitiæ; quod absurdũ est. Sequela probatur: quia cùm isti affectus à nobis concipiantur instar virtutum, seu potentiarum, quæ medijs actibus in propria obiecta feruntur; si ex nostro modo concipiendi misericordia, & iustitia essent eadem inclinatio eadem què virtus, actus vnius, etiam prout à nobis apprehenditur, asseri posset actus alterius.

Confirmatur.

31 Cæterùm, quia alia Dei attributa hanc quasi oppositam terminationem & quasi inclinationem in obiecta, non important; sed inter se quasi disparatè comparantur, vt constat de attributo omnipotentiæ ad iustitiam relato: generale argumentum pro omnibus proprietatibus diuinis sic ex alio capite producendum erit.

Quan-

Vniuerſalis confutatio quidditatiuæ tranſcedentiæ attributorum inter ſe.

Quando ſapientiam, vel quodlibet aliud attributum, concipimus, vt experientia conſtat, non recordamur iuſtitiæ, ſeu alterius attributi; ergo conceptus obiectiuus iuſtitiæ non clauditur in conceptu obiectiuo ſapientiæ. Conſequentia patet: quia in præſenti non inquirimus identitatem formalem, quam perfectiones iſtæ à parte rei retineant; ſed ſolam eſſentialem inclusionem conceptuum obiectiuorum expendimus. At quando iuſtitia concipitur, non apprehenſa ſapientia, non habet ſapientia eſſe obiectiuum, vi illius cognitionis; ergo eſſe obiectiuum ſapientiæ eſſentialiter non clauditur in eſſe obiectiuo iuſtitiæ.

Occurſus Soarij.

32 Reſpondet Soarez loco citato, quòd ſapientia, vi illius conceptus iuſtitiæ, habet eſſe obiectiuum implicitum, licet de ſapientia nihil explicitè cogitetur: nec enim præſtat vnum, ſine altero conſiderari, vt illud non conſideratum non includatur eſſentialiter in cõceptu obiectiuo alterius: ſi aliàs ad quidditatiuam illius conſtitutionem ſpectet. Quia etiam ſi intellectus quantitatem prout talem habet dimenſionem percipiat, non apprehenſa expreſsè ratione entis; adhuc ille conceptus obiectiuus quantitatis abſtractiſſimam rationem entis ſubterfugere non poterit, eſtò expreſsè non cogitatam.

Refellitur ſolutio Soarij.

33 Sed contrà: quia vel per conceptum obiectiuum intelligit Soarez naturam Dei ſecundùm eſſe reale; vel illud eſſe apprehenſum, quod per cognitionem noſtram fit; vt in notabili latiùs oſtendimus. Si primum; ab ſcopo quæſtionis aberrat; ſi ſecundum; id eſſe impoſsibile, quod aſtruit; ita ſuadetur. Quia eſſe obiectiuum nihil aliud eſt, quàm quoddam eſſe denominatiuum, & extrinſecum, quod ſicut per cognitionem producitur, ita ab ea, vt à ſuo fieri pendet; ſed repugnat, quòd terminus habeat aliquam rationem in facto eſſe, quam non accipiat vi ſuæ actionis, & quam non præcontineat actio infieri, & per modum viæ: ergo ſi attributum quodlibet poteſt conſiderari, alio non apprehenſo; poterit etiam dari eſſe obiectiuum vnius ſine eſſe obiectiuo alterius.

Vrgetur ratio.

Confirmatur: quia ſi conſideratur iuſtitia, non conſiderata ſapientia: ergo obiectiuus iuſtitiæ conceptus includit ſapientiam, vt rationem non cognitam: atquè adeò non fit comparatio eſſe obiectiui iuſtitiæ cùm eſſe obiectiuo ſapientiæ, ſed cùm eſſe reali illius; ita vt illud eſſe obiectiuum ſolùm ſe teneat ex parte iuſtitiæ, & non ex parte ſapientiæ, quod non eſt duos conceptus obiectiuos inter ſe conferre, quod tantùm in hac quæſtione expendimus; ſed ad identitatem realem iſtarum perfectionum confugere.

Occupatur effugium.

34 Nec alicuius eſt ponderis id, quod nobis obijcit Soarez de quantitate ſub tali dimenſione apprehenſa, non conſiderata ratione entis: ſi enim eſſet poſsibile quantitatem, vt taliter dimenſam ſine ratione entis percipi, nec repugnaret profecto eſſe obiectiuum quantitatis, quod vi cognitionis fit, rationem obiectiuam entis (vel eſſe denominatiuum entis, quod à cognitione trahitur) non includere: cùm eſſe obiectiuum nihil habeat in facto eſſe, quod conſideratio noſtra non referat per modum principij, à quo tota ratio obiectiua petitur. Si ergo nihil de ratione entis conſiderat intellectus, dum dimenſionem quantitatis expendit, nullum eſſe obiectiuum entis relinquitur, quod obiectiuam quantitatis rationem tranſcendere queat; licet in eſſe rei ratio entis dimenſionem quantitatiuam tranſcendat.

Aſſertio 5. intellectio non eſt de quidditate Dei.

35 Aſſertio quinta: nec ratio intellectionis intrat quidditatiuam conſtitutionem Deitatis. Sic expreſsè Scotus *in 1. ſententiar. diſtinction. 13. quæſtion. 1. numer. marginal. 11. 12. & 13.* Vbi Hugo Cauellus eius ſcholiator, & omnes alij Scotiſtæ.

Ratio aſſertionis.

Et probatur: quia eadem prorſus militat ratio diſcernendi tàm inter Deum, & eius intellectum, & voluntatem, & inter intellectum, & voluntatem inter ſe; quàm inter Deum, & cætera attributa; & etiam inter proprietates attributales inter ſe collatas; imò & potior ratio: eòquòd non tantùm in ordine ad inadæquatas conceptiones noſtras, diuerſas diffinitiones ſortiantur; ſed etiam re ipſa in Deo ſint facultates diſtinctarum perſonarum productiuæ. Quia ita filius per intellectum producitur,

tur, vt ſibi repugnet per voluntatem generari; & ita Spiritus ſanctus per voluntatem procedit, vt ei implicet per actionem dictinam produci. Ergo, ſi aliæ proprietates attributales ſunt extra conceptum eſſentialem Dei; intellectus, & voluntas, quidditatem Deitatis tranſcendere non debent.

Oppoſitas rationes pro quidditatiua tranſcendentia Deitatis, & attributorum, diluimus.

Ad fundamenta Aureoli.

36 AD argumenta Aureoli: quòd d in ſequenti articulo oſtendemus, non ſolùm ex diſtinctis rationibus obiectiuis compoſitionem non oriri in Deo; imò nec ex formalitatibus ex natura rei diſcretis propter illimitationem rationum, quæ inter ſe conueniunt.

Ad argum. ſecũdæ ſententiæ. Ad 1. Arg. ex pronuntiatis Aug.

37 Ad argumenta ſecundæ ſententiæ. Ad primum; quòd Auguſtinus, dum exprimit, idem eſſe in Deo ipſum eſſe, quòd ſapientem eſſe, &c. tantùm intendit identicam inclusionem; non tamen quidditatiuum attributalium proprietatum tranſcendentiam.

Ad ſecundum locum ſancti Auguſtini, qui alterum attributum de alio in abſtracto enunciare videtur, quem nobis etiam opponit Scotus *in 1. ſent diſt 8. quæſt. 4. num. margin. 1.* vbi inquit referens S. Doct. *Auguſt. 15. de Trin. cap. 5.* (*Nõ ſicut in creatura ſapientia, & iuſtitia ſunt duæ qualitates; ita in Deo: ſed quæ iuſtitia ipſa eſt bonitas.*) *Ex hoc arguo; prædicatio in abſtractis non eſt vera, niſi ſit per ſe primo modo; ergo iſta. Sapientia eſt veritas, eſt per ſe primo modo. Et ita nullo modo eſt diſtinctio inter ſubiectum, & prædicatum, ſed ſubiectũ per ſe includit prædicatum, quia hoc pertinet ad per ſe primo modo.*

Auguſt. 15. de Trinit cap. 5.

Scotus

Quam obiectionem diluit Scotus *in eadem quæſt. 4. §. ad argumentum principale. Sub num marg. 25.* quem textũ infra transcribo *in art. 5 ſequenti ſub numer 14.* Vbi obſeruat Scotus, quòd licet in creatis prædicatio abſtracti de abſtracto debeat eſſe eſſentialis; quia cum vi abſtractionis tollatur identitas inter prædicatum & ſubiectum, quæ à materiali ſignificato importari queat, quatenus habens formam ſubiecti ſit ipſum habens formam prædicati: fit, vt ſi non remaneat identitas quidditatiuæ inclusionis, quæ per copulam exprimi poſsit, omnino falſificetur propoſitio. In attributis tamen, eſto quòd vi abſtractionis tollatur identitas ratione materialis ſignificati, nihilominus habentis vtramque formam attributalem, ſapientiam, verbi gratia, & iuſtitiam; nec detur identitas eſſentialis inter vtramque proprietatem; adhuc tamen remanet alia identitatis ratio in quolibet attributo, etiam præciſiſſimè ſumpto, quæ diuinis proprietatibus quidditatiua eſt; propria nimirum cuiuslibet attributi infinitas, vi cuius alterum attributum per realem identitatem ſibi vendicat. Cùm autem hæc illimitatio, (quæ cuilibet attributo ita intima & eſſentialis eſt, vt vi nullius actionis præciſiuæ tolli queat,) etiam in abſtracto exprimatur: proinde fit, vt enunciationes, quæ ex terminis abſtractis in diuinis conſtituuntur, haud falſificari queant.

Diluitio arg. 2.

38 Ad ſecundum; quòd ad hoc, quòd Deitas ſit eſſentialiter infinita, id tantũ requiritur, vt vi quidditatiuæ illimitationis ſuæ omnes attributales perfectiones per identitatem realem ſibi coniungat; ita vt non quaſi materialiter in eãdem coincidant entitatem: ſed quòd de præciſo Deitatis conceptu ſit illimitatio ea, quæ Deitati ratio ſit omnes ſuas perfectiones realiter identificandi; de quo latiùs *in ſequenti articulo.*

Ad confirmationem reſponſio.

39 Ad confirmationem: quòd ideò attributa extrinſecè non finiunt diuinæ illimitationis latitudinem, quia etſi eſſent a non ſit Formaliter ſua attributa, eſt tamen de illius conceptu ſo maximo illimitatio ea, per quam omnes attributales proprietates per realem identitatem ſibi aſciſcit.

Ad inſtantiam de illimitatione Deitatis in tota ratione entis.

40 Ad inſtantiam: quòd non ex eo natura Dei præcisè dicitur infinita in omni genere entis, quia ſit virtus, ſiue fons logicæ emanationis ſuarum perfectionum; ſed quia ſibi, vt ſubſtrato, non accidat ratio identificandi realiter ſuas proprietates. Quod idem de omnibus attributis aſtruẽdũ eſt: cùm enim quòdlibet attributum propriam etiam referat infinitudinem in ſuo vltimo concep-

tu eſſentialiter imbibitam; ſibi extraneæ aduentitiaquè eſſe non poteſt ratio copulandi ſibi realiter cætera omnia alia attributa. Quod ſecùs ſit in relationibus, eſto quòd infinitæ eſſent in tali genere; (damus enim diſputandi gratia id, quod in ſententia Scoti verum non eſt,) adhuc enim data hypotheſi infinitatis in tali genere eſſendi; hypotheſibus ratione relatiuæ oppoſitionis repugnaret cætera omnia, quæ in Deo ſunt, etiã per identicam connunctionem ambire. Hoc vnum addendum eſt; quòd licet attributa ſint entia in omni genere infinita, adhuc tamen ſecundùm ſpecialem rationem Deitas in omni genere illimitata aſſeritur; quatenus eſt velut fontalis origo cæterarum proprietatum attributalium ſecundùm conceptibilem, aut logicam pullulationem.

Pro enodatione tertiæ oppoſitionis aduerſariorum refellitur Vazquez conceptui formali attributorum infinitudinem denegans; & agitur, infinitudinem tranſcendere cunctas affectiones abſolutas Deitatis.

41 AD tertium reſpondet Vazquius *diſp. 119. tam citata cap. 3.* quòd ſapientia, vt ſui præciſi, & vltimi conceptus, nec habet quòd ſit à ſe, nec quòd ſit ab alio; quòd ſit finita, vel infinita; exiſtimat enim attributum infinitatis in hoc præciſè poſitum, quòd ſit quaſi forma & ratio intrinſeca negationem eſſendi ab alio: quo fit, vt ſicut ſapientia attributalis formaliter præſcindit ab hoc, quòd exiſtat à ſe, vel ab alio; ita & abſtrahat à finitate, & infinitate.

Ad 3. arg. ipſius Vazquez.

Sed quidquid ſit de obiectiua ratione infinitatis, quam in negatione eſſendi ab alio vult Vazquius conſtituentam; (cuius placitum ex inſtituto confutamus infra *in contro. 1. de infinitate Dei, art. 1. à numer. 7. vſque ad 10.*)

Præmiſſa reſponſio multa involuit, quæ veræ Theologiæ, & Metaphyſicæ principijs non omnino cohærere videntur. Sequeretur enim quòd conceptus ſapientiæ, inquantùm eſt aliquid Deitatis, vel attributum illius, non differret à conceptu illo abſtractiſsimo ſapientiæ, qui à creata, & increata præſcinditur; quod apertè falſum eſt, vt ex ipſis terminis conſtare videtur: ſi enim abſtrahit à ſapientia, quæ eſt attributum Dei, ab illa ſecundùm rationem aliquam obiectiuam explicitam ſeorſim debet. Sequela probatur; quia vniuerſaliſsimus ille conceptus ſapientiæ vt ſic abſtrahit abeſſe à ſe, & ab alio; à finito, & infinito: ſed has omnes præciſiones refert ſapientiæ attributalis conceptus: ergo nihil importat ſapientia, vt eſt affectio Deitatis, per quod ab vniuerſali ſapientiæ conceptu in tota abſtractione, & communitate ſua ſeparari, etiam intelligibiliter, poſſit.

Confutatur

42 Si reſpondeas ex doctrina eiuſdem Vazquez, improbantis, conceptum à ſapientia creata, & increata præciſum; ſicut & à Deo, & creaturis: ita enim loquitur, *tom. 1. in 1. part. diſp. 22. cap. 4. & 5.* eualio iſtã vim argumenti non retundit. Supponamus enim opinionem Scoti à probatiſsimis Theologis receptam de conceptu entis à Deo, & creaturis præciſo; cùm enim iſtæ propoſitiones, *ſapientia vt ſic dicit vnum conceptum à creata, & increata ſapientia, præciſum; & attributa non ſunt de eſſentiali Dei ratione; vel ſapientia diuina non eſt de quidditatiua ratione Deitatis*, contradictoriæ non ſint: nec ex hoc quòd ſapientia ſit, aut non ſit, de quidditate diuinæ naturæ, inferri poſſit per locum intrinſecum conceptus ſapientiæ, vt ſic à creata, & increata præciſus; hypotheſim admittere tenetur, ne viam diſputationi conſultò occludere videatur. Sed iſte conceptus à ſapientia creata, & increata, præciſus, non differt à ſapientia formaliter abſtrahente ab eſſe à ſe, & ab alio; à finitate, & infinitate; cùm ex hypotheſi iſtarum abſtractionum poſſit conceptus attributalis, vt ab ipſo Vazquez formatur, creatæ etiam ſapientiæ cohærere, quæ vt colligitur in abſtracta ratione ſapientiæ vt ſic, etiam præſcindit ab eſſe à ſe, & ab alio, à finito, & infinito: ergo ſapientia, vt trahitur ad attributum Dei,

Euaſio.

Præcludi tur.

aliam

aliam rationem obiectiuam explicitam in ſuo vltimo conceptu importare debet, quæ creatæ ſapientiæ congruere non poſsit.

43 Quare alia via incedendum eſt. Reſpondetur ergo cum Scoto *in 1. diſt. 8. quæſt. 4. §. Oppoſitum eſt in Deo, num. marg. 26. Quod abſtrahendo ſapientiam à quocunque quod eſt extra rationem ſapientiæ, & bonitatem ſimiliter, remanet vtraque quidditas præcisè ſumpta formaliter infinita.* Ex quibus Scoti verbis nullo negotio obiectionem illam infringere poſſumus. Admittimus ergo, ſapientiam, vi ſui vltimi conceptus, non eſſe ens à ſe actuale; cùm in Deo vnica tantùm detur abſoluta exiſtentia, quæ eſt de formaliſsima Dei ratione, quam ſi ſapientia attributalis imbiberet, quidditatiuam Dei rationem tranſcenderet. Verùm, licet non includat ſapientia attributalis exiſtentiam à ſe; adhuc differt à communiſsimo ſapientiæ conceptu propter rationem infinitudinis, quam eſſentialiter refert: quæ ſita non eſt, vt opinatus eſt Vazquez, in ratione exiſtendi à ſe, aliàs ſola Deitas eſſet quidditatiuè infinita; ſed in latitudine illimitatæ quantitatis virtualis ad quam negatio termini, vel finis conſequitur. Sicut ergo attributum quodlibet habet latitudinem perfectionis interminabilis; ita ex vi ſui vltimi conceptus infinitatem vendicat. Sed de hoc à li *controu. 5. de infinitate Dei, art. 2.* Vbi oſtenditur, infinitatem eſſe de cõceptu quidditatiuo Deitatis, & attributorum.

Status.

Vera ſolutio, arg. 3.

Corollarium quòd infinitas nequeat eſſe vltima ratio conſtitutionis Deitatis.

44 Ex dictis de quidditatiua tranſcendentia modi infinitatis in qualibet proprietate attributali, & ex his, quæ inibi in loco citato *in controu. 5. de infinitate Dei, art. 2.* agimus contra Aureolum, pluralificari formaliter modos infinitudinis in Deo, iuxta diſcretionem graduum formaliter diſtinctorum; ſicut & modos finitionis, vel finitatis multiplicari in creatis iuxta diſtinctionem formalem prædicatorum; concinnè deducimus, quòd infinitas, licet attineat ad quidditatem Deitatis, nequeat tamen eſſe vltima ratio metaphyſicæ quaſi conſtitutionis diuinæ naturæ. Cùm nullum præditatum tranſcendens cæteros gradus entis, ſubſtantiæ, viuentis intellectualis, qui non ſunt vltima ratio, quaſi metaphyſicæ conſtitutionis, & diſtinctionis diuinæ naturæ, poſsit eſſe vltima ratio conſtitutiua Deitatis. Quam obrem *in art. 3. huius controu. ſub num. marg. 16.* meritò, & conſequenter cenſuimus, exiſtentiam Dei, (quam eſſe vltimam rationem conſtitutionis naturæ diuinæ opinati ſumus,) non eſſe prædicatum tranſcendens alios gradus eſſendi Deo, & creaturis communes; ſed eſſe quaſi vltimum, & ſpecificum gradum diuinæ naturæ.

Vnde, & conſequenter *in art. 2. ſub numer. marg. 12.* tutati ſumus, *quòd vita intellectualis eſſentialiter exiſtens conſtituit naturam diuinam*; quia vita intellectualis radicalis, præciſa exiſtentia quidditatiuè imbibita in eſſentia; nequeat vltimò Deitatem conſtituere, ſicut nec illam diſtinguere à tota vniuerſalitate entis creati; cùm etiam Angelus per ſuam eſſentiam referat vitam intellectualem radicalem. Vltima ergo ratio conſtitutionis, & diſtinctionis diuinæ naturæ, per quam ſecernitur à tota latitudine entis creabilis, eſt actualitas per eſſentiam, ſeu vita intellectualis eſſentialiter exiſtens; itaut exiſtentia ſit de quidditatiua ratione illius viuentis intellectualis. Cùm autem exiſtentiam de vltima Deitatis conſtitutione eſſe pronuntiamus; non loquimur de incommunicabili, & relata exiſtentia diuinarum hypoſtaſum, quam non attinere ad eſſentialem rationem Deitatis conſtanter iudicamus; ſed de exiſtentia abſoluta, & communi, quæ congruit Deo ante omnem comparationem, & productionem notionalem; de quo infra.

45 Ad confirmationem, quæ ex repugnantia obiectiuæ potentiæ petitur, *ſub num. marg. 9.* reſpondetur: quòd vi ſui vltimi conceptus quodlibet attributum excludit potentiam obiectiuam, licet eſſentialiter non referat exiſtere à ſe; ſufficit enim, quòd eſſentialiter ſit quædam velut affectio Deitatis, & quaſi emanans per pullulationem logicam ab ente eſſentialiter actualiſsimo, vt omnem obiectiuam potentialitatem prorſus abigat.

Ad confirmat. reſpondetur.

Si opponas; ideò à nobis traditum, Deum eſſe eſſentialiter exiſtentem; quia eſſentialiter renuit obiectiuam potentiam: ergo ſi obiectiua potentialitas quidditatiuè repugnat cuilibet attributo, exiſtentia illi eſſentialis erit.

Obiectio contra doctrinam præcedentem.

Cui obiectioni occurrere poſſumus prænotando; quòd alia ratione exclu-

Infringitur obiectio.

dunt

dunt potentiam obiectiuam attributales Dei proprietates; alia, eam remouet ipſa Dei quidditas : eſſentia enim Dei potentiam obiectiuam reſpuit, tanquam radix & principium quoddam, quod ita vi ſui vltimi cõceptus actuale eſt, vt omnes illius perfectiones ab eo hauriant quòd ſint. Diuinæ enim proprietates eô excludunt poſſe eſſe ab alio vt ab extrinſeco principio, quò ſunt aliquid Deitatis; quare magis intranea debet eſſe actualitas exiſtentiæ principio illi, à quo alia habent vt actualia ſint quaſi per logicã emanationẽ; quã his, quę ratione illius actualitatem referunt. Vnde, licet excludere potentiam obiectiuam eſſentialiter per modum affectionis Deitatis, non exigat in illa ratione attributali exiſtentiam eſſentialiter imbibitam; at negatio obiectiuæ potentiæ per modum principij, à quo cæterę proprietates quaſi actualitatem trahant, intrinſecè præſupponit exiſtentiam illius formalitatis, ad quam negatio obiectiuæ potentiæ conſequitur.

Reſpondetur ad inſtãtiam pro tranſcendentia exiſtentiæ in quolibet attributo.

46 Ad alteram inſtantiam : quòd attributa ſunt aliquid reale, & actuale, idẽticè, licèt vi ſui præciſi conceptus non referant actualitatem exiſtentiæ, nec ex hoc ſequitur, quòd ſint entia ab alio : vt enim aliquid ens ab alio dici queat, non tantùm excludere debet exiſtentiam à ſe, & quidditatinè imbibitam, ſed etiam identicè copulatam. Præterea, quòd inter eſſe à ſe, & eſſe ab alio, poteſt dari medium; cũ non ſint cõtradictoriæ enuntiationes; at verò inter eſſe à ſe formaliter, & non eſſe à ſe formaliter, cum immediatam oppoſitionem præferant, nullum medium admittitur. Vnde, licèt ſapientia, ex ſuo præciſo conceptu, non ſit formaliter ens à ſe; non eſt tamen formaliter ens ab alio: eòquòd eſſe ab alio, nõ ſolùm à ſua ratione remoueat exiſtere à ſe formaliter, ſed etiam exiſtere à ſe idẽticè. Quare nec ſapientia formaliter apprehenſa nihil dici poterit; cum nihil referat negationem eſſendi, non ſolùm formaliter, ſed etiam identicè.

Diluitio 4. Argum.

47 Ad quartum; repugnare plures rationes eſſentialiter diſcretas, quarum altera quidditatiuè inferat negationem alterius, conuenire poſſe ſecundùm eſſe formale ipſarum in vnam ſuperiorem & ſimplicem conceptibilitatem; vt in ſequenti articulo latiùs expendetur; quare calefactiua & exſiccatiua virtus in luce Solis tantùm eminenter couiuntur.

Ad argumenta, quæ intendunt intellectionem Deo quidditatiuam eſſe; contra Aureolum & Soarium.

Satisfactio ad argumẽta pro Aureolo & Soario.

48 Ad primum Aureoli; dicimus falſum ſupponere, nimirum Deitatem vt præintelligitur formis intellectionis, & appetitionis viuam non eſſe; quod Aureoli aſſertũ vel eò falſitatis redarguitur, quòd ſubſtãtia quælibet ſpiritualis creata ab omnibus viuens aſtruitur, non ſolùm vt anteit actualem formam intellectionis, ſed etiam ipſum formale principium intelligendi. Si enim Deus emanationem facultatis intellectiuæ ab eſſentia Angeli præpediret; (quod poſſe fieri in ſententia Thomiſtarum realiter condiſtinguente intellectum Angeli ab illius ſubſtantia, nemo ambigit) adhuc ſubſtãtia Angeli retineret prædicatum eſſentiale viuentis, ad quod ſufficeret virtualis eminentialiſque continentia facultatis intellectiuæ; ergo & Deitas cum ſola quaſi eminentiali incluſione formæ intellectionis, eſſentialiter viuens aſſerenda eſt.

Ad 1. argu. Aureoli.

49 Ad argumentum ex doctrina Aureoli productum; aſſerimus diffinitionẽ illam vitæ, quæ traditur per motum ab ipſomet viuente prodeuntem; tantùm complecti motum vitalem; non tamen principium radicale, aut formale intelligendi, quod eſſentialiter vivum eſt, eſtò quod eius quidditatiua ratio in motu poſita non ſit. Quare ad rationem vitæ, tam in principio radicali, quàm formali, intellectionis id ſolũ ſpectatur, quod claudat ordinem vel eminentialem, vel formalem ad vitalem conatum; non tamen quòd referat actualem tendentiam motus viui.

Ad 2. Arg. de conceptu Vitalitatis in Deo; qui tranſcendat viuam operationẽ.

Tertiæ oppoſitionis nodatio.

50 Ad tertium; negamus gradum intellectualitatis puriſſimum & actualiſſimum formam intellectionis eſſentialiter ambire; aut quod eòprecisè gradus intellectualitatis, qui creatę ſubſtantiæ cõgruit, potentialis ſit, quò formam intellectionis non imbibat in ſuo conceptu; vnde ratio oppoſita tam infirma eſt, vt vel ſola negatione eorum, quæ abſque probatione aſſumit, omnino corruat.

Ad Vltimã arg. ex authoritate Scoti.

51 Ad vltimum ex authoritate Sco-

ti;

aliam rationem obiectiuam explicitam in suo vltimo conceptu importare debet, quæ creatæ sapientiæ congruere non possit.

43 Quare alia via incedendum est. Respondetur ergo cum Scoto *in 1. dist. 8. quæst. 4. §. Oppositum est in Deo, num. marg. 26.* Scotus. *Quod abstrahendo sapientiam à quocunque quod est extra rationem sapientiæ, & bonitatem similiter, remanet vtraque quidditas præcisè sumpta formaliter infinita.* Ex quibus Scoti verbis nullo negotio obiectionem illam infringere possumus. Admittimus ergo, sapientiam, vi sui vltimi conceptus, non esse ens à se actuale; cùm in Deo vnica tantùm detur absoluta existentia, quæ est de formalissima Dei ratione, quam si sapientia attributalis imbiberet, quidditatiuam Dei rationem transcenderet. Verùm, licet non includat sapientia attributalis existentiam à se; adhuc differt à communissimo sapientiæ conceptu propter rationem infinitudinis, quam essentialiter refert: quæ sita non est, vt opinatus est Vazquez, in ratione existendi à se, aliàs sola Deitas esset quidditatiuè infinita; sed in latitudine illimitatæ quantitatis virtualis ad quam negatio termini, vel finis consequitur. Sicut ergo attributum quodlibet habet latitudinem perfectionis interminabilis; ita ex vi sui vltimi conceptus infinitatem vendicat. Sed de hoc alibi *controu. 5. de infinitate Dei, art. 2.* Vbi ostenditur, infinitatem esse de cõceptu quidditatiuo Deitatis, & attributorum. *Vera solutio, arg. 3.*

44 Ex dictis de quidditatiua transcendentia modi infinitatis in qualibet proprietate attributali, & ex his, quæ inibi in loco citato *in controu. 5. de infinitate Dei, art. 2.* agimus contra Aureolum, plurificari formaliter modos infinitudinis in Deo, iuxta discretionem graduum formaliter distinctorum; sicut & modos finitionis, vel finitatis multiplicari in creatis iuxta distinctionem formalem prædicatorum; concinnè deducimus, quòd infinitas, licet attineat ad quidditatem Deitatis, nequeat tamen esse vltima ratio metaphysicæ quasi constitutionis diuinæ naturæ. Cùm nullum præditatum transcendens cæteros gradus entis, substantiæ, viuentis intellectualis, qui non sunt vltima ratio, quasi metaphysicæ constitutionis, & distinctionis diuinæ naturæ, possit esse vltima ratio constitutiua Deitatis. Quam obrem *in art. 3 huius controu. sub num. marg. 16* meritò, & consequenter censuimus, existentiam Dei, (quam esse vltimam rationem constitutionis naturæ diuinæ opinati sumus,) non esse prædicatum transcendens alios gradus essendi Deo, & creaturis communes; sed esse quasi vltimum, & specificum gradum diuinæ naturæ. *Corollarium quòd infinitas nequeat esse vltima ratio constitutionis Deitatis.*

Vnde, & consequenter *in art. 2. sub numer. marg. 12.* curati sumus, *quòd vita intellectualis essentialiter existens constituit naturam diuinam*; quia vita intellectualis radicalis, præcisa existentia quidditatiuè imbibita in essentia; nequeat vltimò Deitatem constituere, sicut nec illam distinguere à tota vniuersalitate entis creati; cùm etiam Angelus per suam essentiam referat vitam intellectualem radicalem. Vltima ergo ratio constitutionis, & distinctionis diuinæ naturæ, per quam secernitur à tota latitudine entis creabilis, est actualitas per essentiam, seu vita intellectualis essentialiter existens; itaut existentia sit de quidditatiua ratione illius viuentis intellectualis. Cùm autem existentiam de vltima Deitatis constitutione esse pronuntiamus; non loquimur de incommunicabili, & relata existentia diuinarum hypostasium, quam non attinere ad essentialem rationem Deitatis constanter iudicamus; sed de existentia absoluta, & communi, quæ congruit Deo ante omnem comparationem, & productionem notionalem; de quo infra.

45 Ad confirmationem, quæ ex repugnantia obiectiuæ potentiæ petitur, *sub num. marg. 9.* respondetur: quòd vi sui vltimi conceptus quodlibet attributum excludit potentiam obiectiuam, licet essentialiter non referat existere à se; sufficit enim, quòd essentialiter sit quædam velut affectio Deitatis, & quasi emanans per pullulationem logicam ab ente essentialiter actualissimo, vt omnem obiectiuam potentialitatem prorsus abigat. *Ad confirmat. respondetur.*

Si opponas; ideò à nobis traditum, Deum esse essentialiter existentem; quia essentialiter renuit obiectiuam potentiam: ergo si obiectiua potentialitas quidditatiuè repugnat cuilibet attributo, existentia illi essentialis erit. *Obiectio contra doctrinam præcedentem.*

Cui obiectioni occurrere possumus prænotando; quòd alia ratione exclu- *Infringitur oppositio.*

dunt

dunt potentiam obiectiuam attributales Dei proprietates; alia, eam remouet ipſa Dei quidditas : eſſentia enim Dei potentiam obiectiuam reſpuit, tanquam radix & principium quoddam, quod ita vi ſui vltimi cõceptus actuale eſt, vt omnes illius perfectiones ab eo hauriant quòd ſint. Diuinæ enim proprietates eò excludunt poſſe eſſe ab alio vt ab extrinſeco principio, quò ſunt aliquid Deitatis; quare magis intraneæ debet eſſe actualitas exiſtentiæ principio illi, à quo alia habent vt actualia ſint quaſi per logicã emanationẽ; quã his, quę ratione illius actualitatem referunt. Vnde, licet excludere potentiam obiectiuam eſſentialiter per modum affectionis Deitatis, non exigat in illa ratione attributali exiſtentiam eſſentialiter imbibitam; at negatio obiectiuæ potentiæ per modum principij, à quo cæteræ proprietates quaſi actualitatem trahant, intrinſecè præſupponit exiſtentiam illius formalitatis, ad quam negatio obiectiuæ potentiæ conſequitur.

Reſpondetur ad inſtãtiam protranſcendetia exiſtentiæ in quolibet attributo.

46 Ad alteram inſtantiam : quòd attributa ſunt aliquid reale, & actuale, idẽticè, licèt vi ſui præciſi conceptus non referant actualitatem exiſtentiæ ; nec ex hoc ſequitur, quòd ſint entia ab alio : vt enim aliquid ens ab alio dici queat, non tantùm excludere debet exiſtentiam à ſe, & quidditatiuè imbibitam, ſed etiam identicè copulatam. Præterea, quòd inter eſſe à ſe, & eſſe ab alio, poteſt dari medium; cũ non ſint cõtradictoriæ enuntiationes; at verò inter eſſe à ſe formaliter, & non eſſe à ſe formaliter, cum immediatam oppoſitionem præſeferant, nullum medium admittitur. Vnde, licèt ſapientia, ex ſuo præciſo conceptu, non ſit formaliter ens à ſe; non eſt tamen formaliter ens ab alio: eòquòd eſſe ab alio, nõ ſolùm à ſua ratione remouerat exiſtere à ſe formaliter, ſed etiam exiſtere à ſe idẽticè. Quare nec ſapientia formaliter apprehenſa nihil dici poterit; cum nihil referat negationem eſſendi, non ſolùm formaliter, ſed etiam identicè.

Diluitio 4. Argum.

47 Ad quartum; repugnare plures rationes eſſentialiter diſcretas, quarum altera quidditatiuè inferat negationem alterius, conuenire poſſe ſecundùm eſſe formale ipſarum in vnam ſuperiorem & ſimplicem conceptibilitatem; vt in ſequenti articulo latiùs expenderur; quare calefactiua & exſiccatiua virtus in luce Solis tantùm eminenter conuiuntur.

Ad argumenta, quæ intendunt intellectionem Deo quidditatiuam eſſe; contra Aureolum & Soarium.

Satisfactio ad argumẽta pro Aureolo & Soario.

48 AD primum Aureoli; dicimus falſum ſupponere, nimirum Deitatem vt præintelligitur formis intellectionis, & appetitionis viuam non eſſe; quod Aureoli aſſertũ vel eò falſitatis redarguitur, quòd ſubſtãtia quælibet ſpiritualis creata ab omnibus viuens aſtruitur, non ſolùm vt anteit actualem formam intellectionis, ſed etiam ipſum formale principium intelligendi. Si enim Deus emanationem facultatis intellectiuæ ab eſſentia Angeli præpediret; (quod poſſe fieri in ſententia Thomiſtarum realiter condiſtinguente intellectum Angeli ab illius ſubſtantia, nemo ambigit) adhuc ſubſtãtia Angeli retineret prædicatum eſſentiale viuentis, ad quod ſufficeret virtualis eminentialiſque continentia facultatis intellectiuæ; ergo & Deitas cum ſola quaſi eminentiali incluſione formæ intellectionis, eſſentialiter viuens aſſerenda eſt.

Ad 1. argu. Aureoli.

49 Ad argumentum ex doctrina Aureoli productum; aſſerimus diffinitionẽ illam vitæ, quæ traditur per motum ab ipſomet viuente prodeuntem; tantùm complecti motum vitalem; non tamen principium radicale, aut formale intelligendi, quod eſſentialiter vivum eſt; eſtò quod eius quidditatiua ratio in motu poſita non ſit. Quare ad rationem vitæ, tam in principio radicali, quàm formali, intellectionis id ſolũ ſpectatur, quod claudat ordinem vel eminentialem, vel formalem ad vitalem conatum; non tamen quòd referat actualem tendentiam motus viui.

Ad 2. Arg. de conceptu Vitalitatis in Deo; qui tranſcendat viuam operationẽ.

Tertiæ oppoſitionis nodatio.

50 Ad tertium, negamus gradum intellectualitatis puriſsimum & actualiſsimum formam intellectionis eſſentialiter ambire; aut quod eòpræciſè gradus intellectualitatis, qui creatę ſubſtantiæ cõgruit, potentialis ſit, quò formam intellectionis non imbibat in ſuo conceptu; vnde ratio oppoſita tam infirma eſt, vt vel ſola negatione eorum, quæ abſque probatione aſſumit, omnino corruat.

Ad Vltimũ arg. ex authoritate Scotiꝰ

51 Ad vltimum ex authoritate Sco-

ti; respondetur, genuinam Scoti mentē spectan lam esse ex littera contextus, præcipuè ex probatione, qua ostendit in tellectualitatem Deo quidditatiuam esse *sub num. marg.* 11. verba Scoti sunt: *Minor etiam ista, ratione probatur sic. Cuicunque non repugnat esse idem alicui substantiæ essentialiter: illud non conuenit verissimè illi substantiæ, nisi conueniat sibi essentialiter: sed intellectualitati non repugnat esse idem substantiæ, (cui cōuenit) essentialiter, sicut patet in creaturis: quia quæcunque substantia est intellectualis, intellectualitas est intra rationem essentialem eius; sicut etiam in speciali patet in homine, in cuius ratione ponitur rationale. Et per consequens ista intellectualitas, quæ per se intelligitur per rationale, est idem homini essentialiter, imò vt actualissimum, & completissimum in essentia: ergo cùm Deus verissimè sit intellectualis, eius intellectualitas erit idem essentialiter eius essentiæ.*

52 Mens autem Scoti eò tendit, vt inferat gradum intellectualitatis Deo quidditativū esse, ex eoquòd gradus intellectualitatis sit prædicatum essentiale in ente creato; & extra cōtrouersiam positum sit, gradus illos, qui essentiales sunt enti creato, si in ea præcisione accipiantur, vt Deo deferri queant, etiam diuinæ naturæ quidditatiuos esse. Cùm autem certo certius sit, intellectualitatem non esse essentialem naturæ creatæ, si accipiatur, non solùm pro forma intellectionis, sed etiam & pro formali principio intelligendi; euidenter etiam infertur, nunquam in mentem Scoti venisse, quòd intellectualitatem Deo quidditatiuam autumauerit, prout vsurpatur pro forma actualis intellectionis, *sed* pro principio facultatis intellectiuæ, quæ est ipsamet Deitas; in quo etiam sensu intellectualitas est gradus quidditativus substantiæ creatæ.

Adde; quòd Scotus in loco nobis opposito asseruit, intellectualitatem intrare quidditatiuam Deitatis constitutionem; ac proinde aliter se habere quàm sapientiam, quæ non spectat ad quidditativum conceptum Dei: sin autem sciētia, aut intellectio, apud Scotū esset de quidditate Dei, sapientia non illi essentialis esse non posset; cum sapientia sit forma intellectualis. At de his accuratiùs, *infra in contro. 11. generali de scientia Dei, dist. 1. in disput. appendice, art. 1. de actualitate volitionis diuinæ a num. 1. vsquè ad 18. inclusiuè*, vbi difficilem Scoti textum illustramus.

Vltimò tandem circa illa verba Scoti; *Sed intellectualitati non repugnat esse idem substantiæ, (cui conuenit,) essentialiter, sicut patet in creaturis; quia quæcunque substantia est intellectualis, intellectualitas est intra rationem essentialem eius.* Obseruandum occurrit, quòd præmissa Scoti pronuntiata firmant eā, quam sæpè asseruimus, sententiam; quòd scilicet vita intellectualis radicalis renūtiari non valeat vltima ratio constitutionis, & distinctiōnis Deitatis; siquidem hæc prædicata etiam sunt essentialia enti participato, vt diximus, *num. 17. & numer. 44.*

ARTICVLVS V.

Vtrùm obstet diuinæ simplicitati, quòd proprietates attributales, ex natura rei distinguatur?

SVMMARIVM.

Simplicitas diuinæ naturæ aperitur, Numer. 1.

Compositionem rationis Deum dedecere, contra Soarez ostenditur. Num. 3.

Thomistarum schola distinctionem ex natura rei inter Deitatem, & proprietates attributales, omnino inficiatur. Num. 6.

Litera textus Scoti ad decidendam controuersiam. Num. 14.

Elucidatio textus. Vbi expenditur ratio, cur admissa distinctione formali ex natura rei præueniatur in Deo, omnis potentialitas? Num. 16.

Scoti rationibus, discretio actualis ex natura rei, inter Deitatem, & attributa, fulcitur. Num. 28.

Improbatur sola distinctio virtualis, ad verificandas contradictiones propositionum, quas de Deo formamus. Numer. 36.

Retorquetur contra aduersarios compositio Deitatis, & attributorum, quam nobis obijciunt. Num. 41.

Mi-

Intellectualitas nequit esse Vltima ratio constitutionis diuinæ naturæ ex Scoto Scotus.

Minus sufficiens esse eorum effugium, qui totam veritatem contradictoriæ enuntiationis in conceptiones inadæquatas refundunt, non spectata ex parte rei, etiam pluralitate virtuali. Num. 44.
Omnino ab Scoto dissidere eum, qui distinctionem ex natura rei virtualem tantùm esse comminiscatur. Num. 48.
Argumenta, contra Scotum conuelluntur. Num. 52.
Cuiusdam neoterici euasio occluditur. Num. 60.

LIcet instituti nostri non sit, ea omnia, quæ diffusè à Theologis discutiuntur, expendere; sed ea solum, quæ vel controuersa sunt, vel ita difficilia, vt specialem trutinam exposcant: libet tamen pro contexenda disputationis serie, ea, quæ vt certa à Theologis de diuinæ naturæ simplicitate statuuntur, vel breuiter præmittere; vt postea ad præsentem controuersiam expeditior accessus fiat.

Pronuntiata aliquot de diuinæ naturæ simplicitate.

1 In primis certum est de fide; Deũ non esse compositum ex materia, & forma physicis; nec ex integralibus, siue quantitatiuis partibus: quia Deus est actualissimus spiritus. Respuit præterea diuina simplicitas omnem compositionem ex esse, & essentia; quia ad compositionem requiritur, quòd actus determinans sit extra rationem potẽtiæ, siue substrati contrahibilis; implicat verò, vt ex dictis cõstat, existẽtiam esse extra quidditatiuam Dei rationem.

Repugnat etiam Deo compositio ex natura, & supposito: quia, vel Deitas referri potest ad subsistentiam absolutam; vel ad relatiuas hypostases: si ad absolutam subsistentiam comparetur; cùm hoc subsistere sit ipsum quidditativum existere Dei; fit, vt sicut existere cum Deitate non componitur, ita nec subsistere. Quod vel ex eo constat; quòd existere Dei actualissimum, & terminatissimũ sit, ex se referens, quòd sit esse per se, sine dependentia ab alio, vt à termino sustentãte; in quo vltima formalitas huius absoluti subsistere posita est: quare, sicut ratione quidditatiuę transcẽdẽtiæ repugnat cõpositio Deitatis, & existẽtię illius; ita & Deitatis, & absolutæ subsistentiæ.

Si verò Deitas cum relatiuis hypostasibus conferatur, à quibus ex natura rei differt; ratione infinitudinis, omnis, & potentialitas, & compositio, præuenitur: quod fundamentum infra firmãdum est, vt vniuersale quoddam principium ad omnem eam compositionem remouendam, quæ ex essentia, & attributis actualiter condistinctis emergere videretur.

Compositionem rationis Deũ dedecere, contra Soarium ostendimus.

2 REspuit abigitquè diuina natura omnem metaphysicorum graduum compositionem; siue ante considerationem intellectus astruatur; siue per solam mentis functionem subsistat. Quare non probatur nobis Franciscus Soarez, *lib. 1. de essentia Dei, cap. 4. §. hic occurebat quæstio.* Vbi ait, non repugnare in Deo metaphysicam compositionem, qui rationis, sed quà talem. Putat enim compositionem, & distinctionem rationis, etiam in Deo, necessariò conuerti; quare, sicut nõ repugnat simplicitati diuinæ discretio rationis inter Deitatem, quæ quasi ad esse patris trahitur, & paternitatem trahentem, ita nec rationis compositio obstare queat.

Soarii placitum; quòd non repugnet Deo compositio rationis.

3 Sed in hac re non placet Soarez; eòquòd compositio, ex communi omniũ consẽsu, non solùm sit mera quædam simultas, & quasi conuentus duarum rationum sibi coexistentium; aliàs enim dulcedo faceret compositionem cum albedine in saccharo: & relationes diuinæ inter se componerentur, quatenus per realem identitatem eidem essentiæ coexistunt; refert enim vlteriùs compositio potentialitatem propriam in tali genere, & actum illius potentialitatis qualificatiuum. At repugnat Deo, etiam prout à nobis concepto, aliquid, quod sit in potẽtia, & indigentia sui actus; & aliquid, quod perficiat, & contrahat dependentiam illam; aliàs enim à nobis non apprehenderetur Deus sub ea actualitatis perfectione, qua maior alia intelligi nequiret: ac proinde illud, quod cõciperetur, non esset Deus. Cùm hæc vox, *Deus*, nõ solùm referat summum in re, sed etiam

Refellitur Soarium; quòd obiectiua potentialitas etiã pro rationem in Deo.

in

in operatione cogitantis; vt docet Seraphicus Bonauentura *in* 1. *dist.* 2. *quæst.* 1. §. *Respondeo dicendum*: cùm autem compositio imperfectionem illam ex cõmuni vsu, & acceptatione talis vocis præferat; consequens est, vt à Dei natura prorsus ableganda sit.

3 Quare, Cardinalis Aureolus, vt compositionem rationis prorsus vitaret, quã Deo omnino indignam iudicauit; in eam venit sententiam, (vt *in præcedenti articulo num.* 2. aduertimus,) quod inficiaretur, attributales perfectiones determinatos conceptus referre Deitati additos, & cum ea componibiles; de quo vide Aureolum à nobis transcriptum in hoc *art. num.* 55.

4 Præterea: quia si ex ratione actus, & potentiæ, quam essentialiter imbibit compositio, non repugnaret Deitati compositio metaphysica; non appareret aliqua ratio, cur obstare posset? cum nulla alia imperfectio in ista compositione ex naturalibus principijs, vt opinatur Soarez, peti possit; præcipuè in illius sententia, quæ conceptus communes à Deo, & creaturis præscindibiles, asseuerat; qui cum, in illa præcisione, vltimum Deitatis conceptum explicitè non referant, cum illo componi possent, sicut ratio conuenientiæ cum sua differentia metaphysicè componitur.

5 Quare dicendum est; omnem cõpositionem metaphysicam Deo repugnare; siue constituatur ante intellectus considerationem, vt in sententia Scoti; siue per rationem omnino subsistat; vt Thomistæ asseuerant. Omnis enim compositio rationis, ex communissimo compositionis conceptu, diuinæ simplicitati haud contradicere non valet, quæ actualissima est, non solùm re ipsa, sed etiam apprehensione nostra. Licet enim, ipsum Deum pro hoc statu coniunctionis ad corpus, instar corporis, & compositi apprehendamus; sicut tamen, via remotionis, eum vt spiritum concipimus, ita & simplicissimum non apprehendere non possumus. Si autem compositio rationis in Deo admitteretur, non esset diuina natura actualior omni ea, quæ in conceptũ creatum caderet; cùm valeat à nobis percipi distinctio Deitatis à suis proprietatibus, sine potentialitate ad illas, quæ est de formalissimo compositionis conceptu; vt infra aperiemus. Relinquitur ergo, vt distinctio, & compositio non sint conceptus in tota sua latitudine, & communitate conuertibiles.

Vnde etiam displicet doctrina Smisingij, *tom.* 1. *de Deo vno, tract.* 2. *disput.* 2. *quæst.* 2. *num. marg.* 52. asserentis; ideò compositionem rationis Deo non repugnare; quia nil aliud sit, quã denominatio extrinseca à nostris conceptibus relicta, dum sicut partitur eas obiectiuas rationes, quæ omnino indiuisæ existunt ex natura rei, ita & illas inter se coniungit sola extrinseca functione mentis, absquè vlla, vel distinctione, vel counitione extremorum ex parte rei cõceptæ. Quæ doctrina nobis non arridet; tum, quia in distinctione virtuali, vel rationis ratiocinatæ, locum non habeat; in qua pluralitas illa per æquipollentiam, vel virtualis, non ita est mera denominatio à nostris conceptibus petita, vt non trahatur à reconcepta. Tum præterea, quia via negationis, aut remotionis, ea omnis imperfectio abolẽda, & corrigenda est, quæ ex inadequatis conceptionibus nostris emergat; data tamen pluralitate rationis, adhuc tolli potest compositio, sicut & potentialitas; simili ratione, quã Smisingius cum cæteris Scoti asseclis vitat cõpositionẽ, & potẽtialitatẽ, data etiam distinctione formali ex natura rei inter Deitatem, & attributa. Quare magis consequenter, Maironius *in* 1. *dist. dist.* 8. *q.* 7. *art.* 1. sicut explodit compositionem formalitatum distinctarũ ex natura rei, ita & compositionem rationis. His præmissis.

Refutatur Smisingius circa compositionem rationis in Deo.

Maironius

Vniuersa Thomistarum schola adoritur distinctionem ex natura rei inter Deitatem, & illius attributa.

6 Communis Thomistarum sententia iudicat, omnem distinctionem ante intellectum diuinæ simplicitati repugnare. Quia tamẽ authores aliquot moderni Scotum oppositæ sententiæ assertorem in hac re non benè audire putant, illumquè impetunt rationibus ex Cõcilijs, & Patribus productis, nostri iuris erit nimiam istorum

Opinio Thomistarum explodens distinctionẽ formalem.

Actor. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49.

Quæstiones Dionysii, atque Aristotelis, quæ
ad Sphæram pertinent, ut ipse ait, ad
Sphæram Mundi, & ad Sphæram Solis,
& Lunæ, quæ ad Sphæram Mundi, & ad
Sphæram Solis, & Lunæ, quæ ad Sphæram
Solis, & Lunæ, quæ ad Sphæram Solis,
& Lunæ, quæ ad Sphæram Solis, & Lunæ,
quæ ad Sphæram Solis, & Lunæ, quæ ad
Sphæram Solis, & Lunæ, quæ ad Sphæram
Solis, & Lunæ, quæ ad Sphæram Solis, &

logorum nota inoffenso pede processit, Franciscum Soarez, virum alias doctissimum, nec vindicem, nec assectam, expectauit.

Littera textus Scoti ad decidendam controuersiam, ex 1. sent. dist. 8. quæst. 4. nu. marg. 25.

14 AD argumentum principale, quod sumitur de auctoritate Auguni 15. de Trin. respondeo, quòd in creaturis non est alia vera prædicatio in abstracto per identitatem, quæ non sit formalis, & ideò nunquam fuit tradita logica in creaturis de prædicatione alia formaliter vera, & alia per identitatem. In diuinis autem est vera prædicatio per identitatem in abstracto, & tamen non est formalis. Ratio huius differentiæ est ista, vt puto, quia concipiendo abstractum vltima abstractione, concipitur quidditas, absque habitudine ad quodcunque, quod est extra propriam rationem quidditatis. Sic igitur concipiendo extrema, nulla erit veritas vniendo ea, nisi præcisè quidditas vnius extremi sit eadem quidditati alterius extremi. Hoc autem non contingit in creaturis; quia ibi abstrahendo illas realitates, quæ sunt in eodem, puta realitatem generis, & differentiæ, & considerando eas præcisissimè, vtraque est finita, & neutra est perfectè eadem alteri. Non enim sunt modo eadem inter se, nisi propter tertium, cui sunt eadem. Et ideò si abstrahantur à tertio, non remanet causa identitatis eorum, & ideò nec causa veritatis propositionis vnitis extrema illa. Hæc igitur est falsa, animalitas est rationalitas, & è conuerso, & hoc quacunque prædicatione: quia nō tātū ex trema nō sunt formaliter eadem, sed nec verè eadem. Quidditas enim hæc præcisè est potentialis ad quidditatem illam, & non est eadem illi, nisi propter identitatem ad tertium, à quo abstrahuntur; ergo abstractio illa tollit causam affirmatiuæ vnientis ea.

15 Oppositum est in Deo, quia abstrahendo sapientiam à quocunque, quod est extra rationem sapientiæ, & bonitatem similiter abstrahendo à quocunque, quod est extra eius rationem formaliter, remanet vtraque quidditas præcisè sumpta formaliter infinita. Et ex quo infinitas est ratio identitatis eorum facta tali abstractione præcisissima, remanet ratio identitatis extremorum; non enim hæc erant eadem præcisè propter identitatem eorum ad tertium, à quo abstrahuntur, sed propter infinitatem formalem vtriusque. Et quòd ista sit ratio prædicationis per identitatem, signum est ex hoc, quòd non conceditur ista, paternitas in diuinis est spiratio actiua, nec vt vera formaliter, nec vt vera per identitatē, nec paternitas est innascibilitas, & è conuerso, sicut ista conceditur paternitas est Deitas, & è conuerso. Et ratio videtur; quia abstrahendo paternitatē, & innascibilitatem, ab essentia, siue à supposito, neutrum est formaliter infinitum. Et ideò neutrum in sua ratione sic abstractum, includit rationem identitatis eius ad alterum: & ideò neutrum sic abstractum de altero verè prædicatur. Sed sic abstrahendo Deitatem, & paternitatem quantumcunque, remanet adhuc alterū extremum formaliter infinitum. Quæ infinitas est ratio sufficiens identitatis extremorum & ideò remanet ratio identitatis eorum, & per consequens ratio veritatis cōpositionis affirmatiuæ. Hæc omnia Scotus in 1. dist. 8. quæst. 4. Vbi in proprijs terminis quærit. *Vtrum detur in Deo distinctio perfectionum essentialium aliquo modo præcedens omnem actum intellectus?*

Enodatio textus, vbi expenditur ratio, cur Deitas omnem ableget potentialitatem, admissa etiam distinctione formali ex natura rei.

16 CÆterū, vt literā enodemus obseruādum est; aliud esse, quod duæ rationes in eādē coincidāt entitate, ita vt spectata ratione formali vtriusque gradus essendi, omnino accidat illis in eāmdem realitatem per identicam coniunctionem coire; aliud verò, quòd duæ formalita-

In diuinis est vera enuntiatio coalescens ex terminis abstrahit cum distinctione formali ex natura rei inter extrema.

Scotus.

Secus in creatis, & quare?

Hæc complexio est falsa: animalitas est rationalitas quæ extrema non identificantur ex vi suæ rationis formalis; & solum materialiter in tertio physico.

In diuinis sapiētia est bonitas; est vera enuntiatio, quia identificantur realiter ex vi quidditatis extremorū.

Paternitas est spiratio actiua; non est in diuinis vera enuntiatio, apud Scotū & cur?

Prælucidatione textui, expenditur, quid sit identificari realiter aliqua extrema, ex vi suæ quidditatis

litates, salua discretione ex natura rei, ita inter se realiter cohæreant, vt realis ista identitas illis quasi materialis, & accidentaria non sit, sed à proprijs rationibus formalibus, & quidditatinis conceptibus, omnino petita. Seu quod eòdem redit; aliud est, quòd substrato accidat ratio identificandi sibi formam, à qua in esse talis constituitur; aliud verò, quòd substrato quidditatiua, & essentialis sit illa ratio identificandi sibi realiter formam, aliàs ab ipso substrato formaliter ex natura rei condistinctam.

Absimilitudo inter identitatem realem extremorum cõpositionis metaphysicæ & identitatem realem attributorum cum essentia Dei tatis.

17 Quæ Scoti doctrina comprobatur aperto discrimine, quod intercedit inter animalitatem, & rationalitatem, siue quoslibet alios gradus entis creati in tota abstractione, & communitate sua; (qui salua distinctione ex natura rei, ad totius metaphysici constitutionẽ inter se componuntur) ex vno extremo; & proprietates, siue attributa diuina, ex alio. Animalitas enim, & rationalitas ita coeunt in eamdem entitatem, vt realis identificatio rationalitatis omnino accidat substrato, nimirum animalitati; quæ sicut, vi sui vltimi conceptus, habet indifferẽtiam saltim negatiuam, vt inhibilitati, aut rugibilitati copuletur, vt apud omnes in confesso est; ita cõpositio cum rationalitate, & contractio ea, quæ animalitati ex rationalitate accedit, animalitati non accidere non potest.

Subtilis oppositio contra doctrinam præcedentem.

18 Si autem opponas, quòd licet animali abstracto accidat rationalitas; huic tamen animalitatis rationi quæ homini concreta est, accidere nequeat cum rationalitate identica cõiũctio: eòquòd talis ratio animalitatis accepta sit ab eodem corporis, & animæ rationalis nexu, à quo & gradus rationalitatis, vt à principio physico, petitur. Claudit ergo gradus ille animalitatis animam rationalem essentialiter, vt compartem physicam sui; ac proinde illi materialis, & accidentaria esse non poterit ratio identificandi rationalitatis differentiam; quæ ab eadem anima rationali, vt à comprincipio physicè, & realiter indiuiso, accepta est per modum actus qualificantis, à qua animalitas per modum gradus qualificabilis, & substrati, desumitur.

Diluitur obiectio; quòd etiam animali, quod accipitur ab anima rationali, vt à principio physico, accidat identitas realis cum rationalitate.

19 Quæ obiectio nullo negotio infringitur; eòquòd non solùm gradui animalitatis vt sic, in statu nimirum abstractionis; sed etiam ipsi gradui animalitatis, qui per modum substrati, & potentialis à compositione physica corporis, & animæ rationalis accipitur, prorsus accidat secundùm rationem suam quidditatiuam, & metaphysicam, quòd à rationali anima accipiatur; licet physicè animam rationalem claudat, vt essentialem compartem sui, inquantùm est vnumquid realiter, & physicè cum rationalitate. Cùm enim animal, quà substratum est metaphysicæ compositionis, secundùm suam vltimam rationem obiectiuam, solùm præseferat rationem viuentis sensibilis, quæ vniuocè, & cũ omnimoda vnitate præcisi conceptus, ab anima irrationali peti posset; proinde fit, vt animal, vi sui quidditatiui, & metaphysici conceptus, non habeat, vt à rationali forma accipi, exigat. Quare, materialis tantùm est, & identica coniunctio ea, quæ inter animalitatem, & rationalitatem intercedit, ab identitate solùm materiali, & physica vtriusquè gradus spectata; quæ ideò ab Scoto appellata est, *identitas tertij*, nimirum compositi physici, in quo vniuntur; eòquòd gradus hi ab eadem physica corporis, & animæ counitione sumantur.

Corollaria de potentialitate graduum compositionis metaphysicæ increatæ.

20 Ex dictis infero; omnes gradus metaphysicæ compositionis, qui vt substrata quædam gradibus differentialibus coniunguntur, omnino potentiales esse. Quod disertè nobis tradidit Scotus illis verbis: *Quidditas enim hæc animalitatis præcisè est potentialis ad quidditatem illam rationalitatis, & non eadem illi, nisi propter identitatem ad tertium.* Quia cum potentialitas essentialiter consistat in indigentia quadam, & quasi inopia actus contrahentis, & qualificantis; fit, vt eò gradus ille metaphysicus, vi suæ rationis formalis, potentialitatem referat, quòd illius rationi quidditatiuæ accidat, cum actu contrahente componi. Cùm autem omnis illa formalitas entis creati, quæ per modum substrati ab entitate physica accipitur, ex se determinata non sit essentialiter ad talem actum qualificativum, sed indifferens, saltim negatiua indeterminatione, vt oppositæ differentiæ componi possit; proinde fit, vt substratum, secundùm quidditatiuam illius rationem spectatum, sit conceptus merè potentialis; quia, vt sic, refert carentiam & indeterminationem respectu gradus

Scotus.

quæ-

...ut ...ut ...ut

nalitati identificatur, vt illi non repugnet per negatiuam indifferentiam, quantùm est ex se, irrationalitati copulari. Quod manifestè demonstrat, ex formalibus animalitatis principijs non oriri identicam coniunctionem cum ea forma, cuius oppositum sibi essentialiter non repugnet; è contra verò, rationem idétificandi sibi attributa substrato Deitatis quidditatiuam esse; de quo vide infra in respõsione *ad 4. arg. sub num.* 65. & 66.

Duo consectaria ex præcedenti doctrina; vbi asseritur veritas enuntiationum ex terminis abstractis in diuinis suppositata distinctione ex natura rei.

Cõsectarij ad quid exigatur ad metaphysicam potentialitatem.

24 EX his cõsectaria duo magni momenti depromi queunt. Primum, ad rationem potentiæ nõ sufficere, quòd cõceptus aliquis, qui est capax alterius, non claudat illũ ex natura rei; sed vlteriùs requiri, quòd non sit de essentiali constitutione illius formalitatis, quæ est in potentia, ratio identificandi alterã, quæ est actus, aut esse entitatem sui actus per realem idẽtitatem. Vt videre est in omni potentia creata; & demonstratur aperto exẽplo Scoti in gradibus animalitatis, & rationalitatis. Si enim de ratione alicuius potentiæ esset, proprium actum per realẽ identitatem sibi adiungere; id maximè de animalitate astruendum esset; cùm animalitatis, & rationalitatis gradus ab eadẽ entitate physica accipiantur. Nec est cur à nobis aliud exigatur ad simplicitatem diuinam, suppositata distinctione ex natura rei, patefaciẽdã; nisi quòd euidens constituamus discrimen inter constitutionẽ graduum entis creati in toto suo ambitu, ex vno extremo; & cõiũctionẽ proprietatũ attributaliũ, ex alio; dũ omnẽ rationẽ potẽtiæ prẽuenimus, sicut & indigẽtiæ, ob idẽticã coniunctionẽ cõceptibilitatũ in diuinis à sua ratione formali; etiã, ex hypothesi discretionis formalis ex natura rei. Quam indigentiæ, & potentialitatis rationem vitare non valet vniuersus graduum essendi, vel cõceptibilitatum ex natura rei discretarũ conuentus in ente creato; eòquòd in idẽtitatem realem non conueniant, à ratione sua formali, sed solùm materialiter, & ratione tertij. De quo vide infra in *control. 5. de infinitate Dei, art. 2. à numer. marg. 20. vsquè ad* 24.

25 Quare; Scotus, dum metaphysicam compositionem statuere satagit, semper id maximè spectat, vt substrato quidditatiuè concepto accidat ratio identificandi realiter proprium formam; ex quo principio deducit, inter naturam, & eius singularitatem; veram metaphysicam compositionem intercedere. Audi Scotum *in 2. sentent. dist. 3. quæst. 6. §. & per hoc patet ad argumentum, num. marg. 16.* Vbi ait.

Scotus ad compositionem metaphysicam, vt essentialiter spectat, quòd extrema non identificentur à sua ratione formali; sed solùm materialiter ratione tertij physici.

26 *Et per hoc patet ad argumentum primum principale, quod concludit, quòd omne individuum, in quo natura est contrãbibilis, est compositius illa natura. Dico, quòd compositio potest intelligi propriè prout est ex re actuali, & re potentiali; vel minùs propriè, prout ex realitate, & realitate, actuali, & potentiali, in eadem re. Primo modo non est individuum compositius respectu naturæ specificæ; quia nullam rem addit, quia nec materiam, nec formam, nec compositum, sicut procedit argumentum. Secundo modo est necessariò compositius; quia illa realitas, à qua accipitur differentia specifica, potentialis est respectu huius realitatis, à qua accipitur differentia individualis, sicut si essent res, & res; non enim realitas specifica ex se habet, vnde per identitatem includat realitatem individualem: sed tantùm aliquod tertium includit ambo ista per identitatem. Et hæc est talis compositio, qualis non potest stare cum simplicitate diuina. Illa enim non tantùm non compatitur compositionem rei, & rei, actualis, & potentialis; sed nec realitatis actualis, cum realitate potentiali. Comparando enim quodcumque essentiale ad quodcumque essentiale in diuinis est formaliter infinitum: & ideò ex se habet vnde per identitatem includat quodcumque, quod potest fieri esse, sicut frequenter tactũ est supra*

Scotus.

NOTA.

Obserua cõcinnam Scoti doctrinã.

Disparitas inter distinctionem formalem in creatis, & diuinis.

29 Ex quibus sic argumentor: sapiẽtia creata, & increata conueniunt in vna ratione simpliciter præcisa, atquè adeò, & simpliciter vna, sapientiæ vt sic; cùm vnitas ista præcisionis consistat in exclusione intelligibili rationum multiplicantium. Sed sapientia creata à parte rei infert, vi suæ rationis formalis, negationẽ bonitatis: itaut negatio ista sit quid essentialiter consequens positivum illud, quod sapiẽtiã in esse talis constituit; ergo ad positivũ etiã increatæ sapientiæ consequitur essentialiter ex natura rei negatio bonitatis increatæ.

Expeditur argumentũ Scoti.

Maiorem istius syllogismi, quòd scilicet ab increata, & creata, sapiẽtia, vna ratio abstrahi possit; suppono ex metaphysica, & ex his quæ acutè satis expendit Scotus *in 1. dist. 3. q. 2. §. & vniuocationẽ sic intellectã probo tripliciter, n. margin. 6.* contendens, à Deo, & creaturis, rationẽ simpliciter vnã præscindi; cui astipulantur metaphysici celebriores. Minor etiã certa est; quòd scilicet adformalitatẽ sapiẽtiæ creatæ ex natura rei sequatur negatio bonitatis creatæ; cõsequẽtia verò, quòd nimirũ ad positiuum increatæ sapientiæ sequi debeat essentialiter negatio increatæ bonitatis; firmatur sic.

Scotus.

30 Quia; si ad positivũ sapiẽtiæ creatæ essentialiter cõsequeretur negatio bonitatis; & positivũ sapiẽtiæ increatę essentialiter ante intellectus cõsiderationẽ imbiberet vltimã bonitatis increatæ rationẽ; sapiẽtia creata, & increata, non possent in vnũ cõceptũ cõuenire. Ac proinde asserẽdũ esset, cõceptũ sapiẽtiæ vt sic, essentialiter referre cõceptũ bonitatis vt sic, vt sapiẽtiæ increatæ cõmunis esse posset, quæ bonitatẽ essentialiter imbibit. Quod repugnat prorsus; aliàs enim vniuersalissimus ille cõceptus sapientiæ, qui à sapientia creata præscinditur, sapientiæ creatæ repugnaret in illo communissimo conceptu sapiẽtiæ, vt sic intelligibiliter collectæ; siquidem creata sapientia, vi sui quidditatiui conceptus, bonitatem excludit.

Vrgetur vnitas conceptus inter attributa, & proprietates creatas.

In quo posita est vis illationis Scoti; ideò enim concludit, ab inconueniẽti, sapiẽtiã incommuni essentialiter esse bonitatem in communi; eòquòd talis sapiẽtia nimirũ increata, quæ in illo cõceptu præcisionis colligitur cũ creata sapiẽtia, est bonitas essentialiter. Existimauit enim Scotus, implicatorium esse, sapiẽtiã; (quæ, è sua ratione formali, essentialiter est bonitas) & eã, quæ, è sua ratione essentiali, illatiua est negationis bonitatis à parte rei, posse in vnũ simplicissimũ cõceptũ coire. Quare, aut autumãdũ esset, non posse ab istis, creata, nimirum, & increata sapiẽtia, vnã rationem præscindi; quod est contra hypothesim Scoti; aut quòd vtraque sapiẽtia inferat negationem bonitatis ex natura rei; & habetur intentum.

31 Quòd autem implicet, i sapientia, quæ ante intellectus considerationẽ est essentialiter bonitas, & à sapientia, quæ ante intellectũ essentialiter infert negationẽ bonitatis, conceptũ simpliciter vnum præscindi; sic ostenditur. Quia, illa, quæ non habent conueniẽtiã simpliciter à parte rei, quæ sit fundamẽtum actionis præcisiuæ copulantis plures rationes in vno conceptu; nequeunt vniri in vna ratione, & diffinitione, etiã per intellectũ præcisa. Ideò enim sanitas, animalis, medicinæ, & vrinæ, nequeunt colligi in vnum conceptũ; quia à parte rei non conueniunt simpliciter, sed tantùm per sicuitatem, & proportionalitatem quãdã. Sed talis sapientia, ad quam ante intellectum essentialiter consequitur negatio bonitatis, non potest habere conuenientiam simpliciter cum sapientia increata, si hæc ante intellectum essentialiter sit ipsa bonitas; cum imbibere bonitatem quidditatiuè; & inferre essentialiter negationẽ bonitatis; sint rationes essentialiter inæquales, quæ colligi nequeant ad vnitatẽ præcisi conceptus.

Instatur vltra pro vnitate obiectiua sapiẽtiæ creatæ, & increatæ.

32 Si occurras; quod sapientia creata, & increata tantùm habent oppositionem secundùm rationes particulares; non tamen secundùm rationem sapientię vt sic, in qua conueniuntur, quod præstat vt ab illis vnus conceptus præscindi queat; cùm rationum particularium inæqualitas non tollat vnitatem præcisi conceptus.

Instat.

Contra sic: illa ratio conuenientiæ. Quæ à parte rei est essentialiter admixta differentiæ, non potest esse fundamentum conceptus obiectiui omnino præcisi; si enim genericæ rationes essent permixtæ essentialiter ante intellectum cum suis differentijs, nequirent, vi præcisiuæ actionis, vnum quid fieri. Verbi gratia, si animalitas, quæ est in homine, ante intellectum esset rationalitas essentialiter; & animalitas

Occluditur.

litas, quæ eſt in equo, eſſet ante intellectum inuiſibilitas eſſentialiter; non poſſet ab his animalis naturis vna ratio præſcindi. Quia eo ipſo, quòd ante intellectum permiſcerentur eſſentialiter cum differentijs, quæ quidditatiuè plura conſtituunt; eſſent eſſentialiter plura: atque adeò nequirent per intellectum, ita ab inæqualitate eſſentiali depurari, vt vnumquid effici poſſent. Cuius ſeriam parte probationē ab appendice Metaphyſica *de diſt. entis, artic. 4. de diſt. formali ex nat. rei, à num. 13. vſque ad 21.*

Illatio ex præmiſſis pro diſtinctione ex natura rei inter attributa.

Tunc ſic: ſed ſapientia Dei, qui eſſentialiter eſt bonitas à parte rei, imbibit in ipſa ratione ſapientiæ, (per quam cōuenit cum ſapientia creata) rationem differendi eſſentialiter ab illa: cum creata ſapientia quidditatiuè inferat negationem bonitatis; ac proinde ratio ipſa conuenientiæ eſſentialiter permixta ſit cum ratione differentiæ. Igitur, ſi ab his, quæ important rationem differendi in ipſa ratione conueniendi eſſentialiter imbibitam, nequit vna ratio obiectiua abſtrahi: ita nec à ſapientia creata, & in creata ex hypotheſi, quòd increata ſapientia ante intellectum ſit formaliter bonitas, vna ſapientiæ ratio præſcindi poterit.

Obiectio. Raphaelis de Auerſa.

33 Dices cum Raphaele Auerſa, *1. part. quæſt. 3. de ſimplicitate Dei, ſect. 4. §. reſpondetur ergo tandem.* Vbi vel ſic Scoti argumentationem elidere molitur. Quod intellectio vt ſic prout à creata, & increata præſcindit in illa vnitate cōceptus, ſeu obiectiuæ rationis, nec eſt eadem formaliter cū volitione abſtrahēte à creata, & increata, nec etiam exprimit formalitatem diſtinctam, ſed præciſiuè ſe gerit; eòquòd in individuo iſtæ rationes diſcretæ ſint ex natura rei in creatis, & indiuinis identificentur formaliter ex natura rei. Et adhibet inſtantiam in potētia ſenſitiua coloris, & odoris, quæ in ſenſibus externis diſſident realiter in facultate vidente, & odorante; in ſenſu tamē communi non ſecernuntur formaliter à parte rei, ſed in eamdē vim ſenſitiuam, tanquam immaterialiorem, & præcellentiorem conueniunt idēticè. Quare, ſicut ſi quis ſciſcitaretur, an vis odoratiua, & viſiua, pront abſtrahit à facultate potentiarū exteriorū, & ſenſus cōmunis, & interni, identificētur ex natura rei, aut non? vel ea reſponſione obmutesceret, quæ ictum retūderet, negando, quòd in illa præciſione, vel vnitate conceptus, vis odorans differat ex natura rei à facultate vidente, vel identificetur cum illa; ſed quòd præſcindat ab idētitate, & diſtinctione; quatenus in ſenſibus externis importet diſtinctionem, ſecùs tamē in interno. Ita pari omnino ratione, Scoti oppoſitio intercipitur obruiturquè aſſerta diſtinctione in creatis, & negata in diuinis; aſſignataq; præciſione ab identitate, & diſtinctione, in illa vnitate rationis obiectiuæ, in qua coliguntur creatæ, & increatæ affectiones.

Et ſatisfit argumēto.

Sed reſpōſio iſta acié Scoticę argumētationis nō obtūdit; quia ideò vis perceptiua coloris, & odoris, in ſenſu interno nō refert diſtinctionē; quia ſenſus cōmunis nō cōparatur adæquatè ad viſibile, vel odorabile. Sicut quia habitus ſpei inadæquatè reſpicit acta ſpei in via, & delectationis de Deo poſſeſſo in patria; ideò virtus hæc ſupernaturalis, quæ inſidet volūtati ſecūdū cōcupiſcētiæ affectū, nō diuerſificatur ſpecie, ob d ſcretionē ſpecificā actuū ſupernaturalium, qui inadæquatè reſpōdēt tali principio. Sicut, nec abſimili ratione, apud Scotū, actus dilectionis ſupernaturalis eſſentialiter diſiti in patria, & in via, non inferūt diſtinctionē eſſentialē in habitu charitatis; quatenus talis habitus ſit virtus quædā ſupernaturalis, quæ inadæquatè referatur ad dilectionē viæ, & fruitionē patriæ. Quia tamē intellectus diuinus ita adæquatè reſpicit dictionē patris, etiā ex natura rei, vt impleat vim intelligendi ad ſpirationē actiuā extēſi in ratione ptincipij; ſicut nec volūtatem ad productionē dictiū verbi; eò fit, vt virtutes iſtæ diſſideant ex natura rei, propter adæquatam comparationem ad productā exigentiā diſcretionē à parte rei in principijs.

Alia ratio, ex contradictionis enuntiatium.

34 Secūdò arguitur; quia implicat ante cōſiderationē intellectus, quòd filius procedat per volūtatē, & Spiritus Sāctus per intellectū; & quòd Deus cōſtituatur ſapiens per iuſtitiā tāquā per rationē formalē; & iuſtus per miſericordiā, &c. Sed repūgnāt, quòd propoſitiones contradictoriæ de eadē indiuiſibili cōceptibilitatē verificētur: cū ex ipſis terminis implicet, idem eſſe, & nōn eſſe. Ergo ante conſiderationem intellectus attributa iſta ex natura rei

inter se, & ab essentia differunt, de quibus contradictoriæ propositiones enuntiantur.

35 Tum etiam: quia intellectus diuinus, qui perfectiones suas, prout à parte rei sunt, intuitiuè comprehendit; cognoscit à parte rei filium per voluntatem non procedere: cùm ab intrinseco repugnet, spirationem voluntatis esse generationem. Sed intuitiua notitia præsupponit obiectum à parte rei sub ea ratione, qua illud apprehendit: si igitur intuetur distinctionem inter voluntatem, & intellectum; illam ex natura rei supponit. Quam probationem, quo assolet acumine, vel sic prosequitur Scotus loco citato, *ex 1. sent. dist. 8. quæst. 4. §. cõtra istam opinionem, num. marg. 10. quia secundùm eos, distinctio perfectionum attributalium est fundamentum respectu distinctionis emanationum; sed distinctio emanationum est realis: patet. Nulla autem distinctio realis præexigit necessariò distinctionem, quæ tantùm est rationis; sicut nec aliquid, quod est purè reale, præexigit aliud, quod est merè ens rationis; ergo distinctio attributorum non est tantùm rationis, sed aliquomodo ex natura rei. Assumptum probatur; quia ens reale, quod distinguitur contra ens rationis, est illud, quod ex se habet esse, circumscripto omni opere intellectus, vt intellectus est. Quidquid autem dependet ab ente rationis, vel necessariò præexigit illud, non potest habere suum esse circumscripto omni opere intellectus, vt intellectus est; ergo nihil, quod præexigit ens rationis, est verè ens reale.*

Confirmatur ex distinctio ex natura rei.

Scoti acumen pro distinctione attributorum, quæ sint principia emanationum notionalium.

Scotus.

Improbatur sola distinctio virtualis ad verificandas contradictiones propositionum, quas de Deo formamus. Vbi retorquetur contra aduersarios cõpositio Deitatis & attributorum, quam nobis obijciunt.

36 VAldè operosum esset solutiones omnes, quas Thomistæ congerunt, (vt expediant contradictiones enuntiationum, quas viator intellectus de Deo exprimit,) vel breuiter insinuare; eas tamen, quæ celebriores habent patronos, leui calamo perstringam.

Responsio vulgaris Thomistarum de distinctione virtuali attributorum.

Respondent aliqui, solam virtualem distinctionem præstare, vt Deus distinctionem actualem rationis formet; dum apprehendit filium per intellectum, & non per voluntatem generari. Cùm distinctio ista virtualis, siue per equiualentiam, non solùm ex parte creaturarum, sed etiam ex parte Dei constituatur; eò quòd, secluso quolibet respectu ad creaturas, ita se gerant intellectus, ac diuina voluntas, quasi actu multa forent, cũ illis respondeant ex natura rei distincta producta. Quæ virtualis distinctio eminentissima tenens se ex parte Dei sufficit ad contradictorias propositiones verificandas; sicut & sola virtualis distinctio, quæ inter animalitatem, & rationalitatem intercedit, id confert; vt ante intellectum animal sit ratio conuenientiæ, & rationalitas ratio differentiæ sine vlla actuali discretione. Si enim naturæ creatæ ea eminentia defertur, vt eadem formaliter ante intellectum existens, sit quasi virtualiter plura; irrationabiliter perfectio ista eminentissimæ, & vnitissimæ Dei naturæ denegari valebit.

Confutatur ex Scoto.

37 Sed solutio ista aliqua statuit, & falsa, & difficilia; in primisquè supponit intellectum intuitivum, & comprehensivum rei in se, distinctionem, non solùm præcisiuam, sed contradictoriam efficere posse, vbi actualis distinctio non insit, quod à probatioribus Theologis, vt falsum respuitur; aliàs enim non conciperet rem, vt in se est, sed instar entis; tum id, quod à parte rei actualiter indistinctum est, instar distincti apprehendit: quod etiá est cõtra specificam rationem intuitiui intellectus, vt talis; & impugnatur ratione nostri Doctoris *ex 1. sent. dist. 8. quæst. 4. §. præterea intellectus intuitivus, num. marg. 15.* Vbi ait.

Per notitiã intuentem non potest concipi pluralitas vbi ea non inest.

38 *Præterea intellectus intuitivus nullam habet distinctionem in obiecto, nisi secundùm quòd existens est, quia sicut non cognoscit aliquod obiectum, nisi secundùm quod existens: ita non cognoscit aliqua distincta formaliter in obiecto, nisi vt existunt. Cùm igitur intellectus diuinus non cognoscat essentiam suã nisi intuitiua intellectione, quæcunquè distinctio ponatur ibi in obiecto, siue sit*

Scotus.

Scotus.

distinctorum obiectorum formalium, sicut vt rationum causatarum per actum intellectus; sequitur, quòd ista distinctio erit in obiecto, vt actu existens est. Et ita, si ista est obiectorum formalium distinctorum, in obiecto erunt ista formaliter distincta. Et habetur tunc propositum, quòd distinctio talis obiectorum formalium præcedit actum intellectus. Si autem sit rationum causatarum per actum intelligendi: igitur intellectus diuinus causabit aliquam intentionem in essentia, vt relationem rationis, vt existens est, quod est absurdum.

Exaratur ratio Scoti.

39 Ex quibus sic argumentor: notitia intuitiua, in tota illius latitudine, in hoc formalissimè à notitia abstractiua secernitur, quòd intuitiua terminatur ad obiectum, prout existens est; adeò vt existentia obiecti sit ratio specificatiua intuitiuæ notitiæ, secùs verò abstractiuæ. Sed data distinctione virtuali, proprietates diuinæ non existunt, vt actualiter distinctæ; nequeunt igitur ab intellectu diuino, qui intuitivus est, vt actualiter distinctæ apprehendi. Quia vt instat, & vrget Scotus: *Sicut non cognoscit Deus aliquod obiectum per intuitiuam notitiam, nisi secundùm quòd existens est; ita nec percipit aliqua distincta formaliter, nisi existant, vt condistincta.* At, non existunt attributa, vt distincta actualiter vi huius virtualis distinctionis; ergo nequeunt à Deo, vt distincta cognosci: aliàs enim cognitio Dei respectu sui ipsius esset abstractiua; cùm præscindat ab existentia rei in se; quod absurdissimum est.

Scotus.

Altera probatio efficax, perstringens ab hominè. quòd hæc propositio sit necessario concedenda; virtus expressiua verbi ex natura rei non est virtus spiratiua.

40 Secundò arguitur: quia si virtualis tantùm distinctio, quæ ab ipso Deo occasionem sumat, id præstare posset, vt ista enuntiatio; *filius non procedit per voluntatem ex natura rei*, verificaretur; ea de etiam virtualis distinctio fundamentum esse posset, vt hæc propositio esset vera; *intellectus ex natura rei non est voluntas.* Quia non minus inuenea est intellectui diuino fœcunditas ad exprimendum verbum, quàm ipsamet quidditas intellectus; nec minus intima est voluntati virtus ad spirandum Spiritum Sanctum, quàm vltima formalitas ipsius met voluntatis. At virtualis distinctio intellectus, & voluntatis id præstat, vt sit verum dicere; *Quòd virtus expressiua verbi ex natura rei non sit virtus spiratiua* (seu quod eòdem redit,) *quòd filius nõ producatur per voluntatem ex natura rei*; ergo & quòd intellectus ex natura rei non sit voluntas.

Ratio ad hominè contra aduersarios petita à compositione Dei talis, & attributorũ.

41 Præterea; initio contra istum sentiendi modum de virtuali distinctione ex parte Dei petita. Quia diuinæ simplicitati, apud hos authores, aduersatur actualis attributorũ distinctio; eòquòd necessariò compositio inferri videatur. Sed ex distinctione virtuali ab ipso Deo petita, quatenus re ipsâ, secluso respectu ad creaturas, sit virtualiter multus, etiam sequitur propria compositio metaphysica; cùm ad illam tantùm exigatur distinctio virtualis, siue ratiocinatæ rationis, accepto fundamento ab ipsis rationibus, quæ inter se componuntur. Vt videre est in animali, & rationali, quæ propter solam virtualem distinctionem, metaphysicam compositionem adeunt ergo, si datur in Deo virtualis distinctio; etiam & compositio iugiter astruẽda esset. Quare, sicut oppositæ sententiæ assertores ratione infinitudinis præueniunt compositionem in Deo, stante virtuali distinctione, quæ in creatis propriam compositionem inferret; quid mirum, quod Scotus propter diuinæ naturæ infinitudinem, omnem potentialitatis, & compositionis rationem remoueat; data actuali distinctione, quæ in creatis compositionem importat? quò fit, vt authores isti, sibi ipsis adeò non constent, vt in Scotum inuehantur.

Effugium aduersariorũ, de trãscendentia Deitatis, & attributorum, sicut transeidit suos modos.

42 Respondent; ex quidditatiua transcendent a Dei, & attributorum, vitari compositionẽ metaphysicam; sicut & transcendentiam entis ad perfectatẽ, & inalietatem, præstare, vt cum ipsis cõponi nequeat.

Refellitur efficaciter in transcendentia entis in suis modis, & transcendentia Deitatis in attributis.

Sed contrà: quia ex hypothesi, quòd discretio entis à suis modis non sit sola rationis ratiocinantis, sed ratiocinatæ rationis, vt appellant, petito nimirum fundamento pluralitatis virtualis à re ipsâ, & non à sola mentis functione; compositio propria inter ens, & suos modos haud vitari posset, *vt in secundo articulo sequentis controuersiæ latiùs aperiemus*: sicut nec inter Deitatem, & illius attributales proprietates, compositionem euadere possemus, nisi ad infinitudinem deueniatur, vt ad formam omnino præuenientem cuiuslibet potentialitatis rationem.

Confirmatio rationis præcedẽtis.

Quod ita expendo: quia, si ideò sapientia non componitur cum Deitate; quia

licet secundùm explicitum conceptum non sit Deitas, est tamen secundùm implicitum; contra sic. Quando profero, Deitatem, & sapientiam; vel exprimo duas rationes obiectiuas se se secundũ rationem explicitam non includentes, cum virtuali discretione à parte rei; & hoc sufficit ad compositionem eam, quæ in creatis astruitur, admittendam; si potentialitas per infinitatem prorsus non præueniretur. Gradus enim animalitatis, & rationalitatis, secundùm esse explicitum tantùm se excludunt, quoad implicitum verò gradus animalitatis est gradus rationalitatis; eò quòd ratio generica, & differentialis ab eadem omnino entitatum physica compositione accipiantur; si ergo gradus animalitatis claudit animam rationalem, vt compartem physicam sui; non potest saltim implicitè gradum rationalitatis non trãscendere.

Instatur vltra contra hãc, quæ nuper adfit conclusionem transcendentia.

42 Vel rationem vrgeo sic: quando concipitur sapientia, vt attributalis perfectio Deitatis, ab illa per rationem cõdistincta; vel solùm sit repetitio eiusdẽ conceptus expliciti sub diuersa tantùm habitudine formæ, & subiecti: ita vt Deitas, sub conceptu explicito essentiæ, apprehendatur instar substrati, & qualificabilis à sapientia: & eadem Deitas, sub eodem conceptu explicito essentiæ, concipiatur vt forma constitutiua Dei in esse sapientis; adeò vt tota ista discretio rationis spectanda non sit à distinctione explicita obiectiuarum rationũ; sed solùm à repetitione eiusdemmet conceptus, sub habitudinibus subsitati, & formæ: ac proinde fieret, vt non daretur maior distinctio inter Deitatem, & sapientiam, quàm inter Petrum, & se ipsum, quando de se ipso enuntiatur. Quia, sicut ibi eadem prorsus Petreitas repetitur sub habitudinibus omnino extrinsecis materiæ, & formæ prædicationis; ita, si Deitas, & sapientia, non referrent distinctas rationes obiectiuas, sed omnino eamdem, sub diuersis, tantùm respectibus subsitrati, & formæ; tam nugatoria esset ista enuntiatio; *Deitas est sapientia*, sicut & hæc, *Petrus est Petrus*.

Quod idem astruimus de perfeitate, & inhietate, quæ sunt affectiones modales entis; quia vel idem conceptus essendi, prout habet rationem qualificabilis, dicitur ens; & prout subit rationem qualificantis, dicitur perfeitas; ac proinde eamdem nugationem referret ista prædicatio; *perfeitas est ens*, quàm hæc; *Petrus est Petrus*: vel se excludunt, perfeitas, & entitas, secundùm rationes obiectiuas explicitas, petita hac pluralitate formali obiectiuarum rationum à discretione virtuali ex parte obiecti; & hoc sufficit ad metaphysicam compositionem; (cùm etiam animal, & rationale se se secundùm implicitum imbibãt, & tantùm secundùm explicitum excludant.) Ergo, quantùm est, ex vi quidditatiuæ transcendentiæ, ineuitabilis esset compositio Deitatis cum suis proprietatibus attributalibus; si alias ratione infinitudinis non præueniatur potentialitas, & compositio: ergo, inconsequenter taxatur Scotus rationem potẽtialitatis à subsitrato Deitatis omnino remouens propter infinitudinem. At huius rationis vis petenda est ex his, quæ infra discutiemus. *In 2. art. sequentis controuersiæ, de compositione entis cum suis modis.*

Aureolus vt vitaret compositionem Deitatis, & attributorũ, hac exceptione profus, negauit, attributa addere conceptus determinatos. & explicitos.

Vel tandem, vt compositio vitari posset, recideremus in opinionem Aureoli à nobis propositam *in art. præcedenti. sub num. marg. 2.* agentem, proprietates diuinas nullum conceptum determinatum, & explicitum referre, sed in ipsam conceptibilitatem intrinsecam Deitatis omnino coincidere; itaut distinctio attributorum ab essentia à solis connotatis extrinsecis trahatur; cui pronuntiatio adhæsit Aureolus, vt compositionem effugeret, vt liquet ex illius probationibus, quas inibi transcripsimus, *de quo etiam vide Aureolũ in præsenti art. num. 55.*

Inutile esse eorum effugium, qui cum Vazquez totam veritatem contradictoriæ enuntiationis, in cõceptiones inadæquatas refundunt; nõ spectata ex parte rei pluralitate virtuali.

44 Quare aliorum responsio est; propositiones istas contradictorios ve-

rificari posse, propter solam distinctionem rationis; esto quòd in illa particula, *ex natura rei*, contradictio siue distinctio ante intellectum implicari, aut involui, videatur; quatenus ante considerationem intellectus, pater per intellectum generet, & non per voluntatem.

Ratio perstringẽs modum dicendi Gabrielis Vasquez.

Et rationem reddunt: quia cũ perfectiones diuinæ viatoribus exprimi nequeant, nisi nominibus à nobis impositis, quæ loco conceptum substituuntur; inde fit, vt iuxtà conceptum pluralitatẽ termini etiam multiplicẽtur, quia enim Deum in se vnitissimum, ac simplicissimum pro hoc statu immersionis ad phãtasmata vno conceptu apprehendere nequimus, ideo quasi per partes ita nobis obijcitur, vt aliter obijci conceptioni nostræ pro hoc statu repugnet. At, si Deum, prout in se est, nominaremus, & intelligeremus, sicut quidquid est in Deo, vno simplici intuitu apprehenderetur; ita vnica voce, quæ illius conceptionis vices gereret, nominari posset: quo supposito, non darentur cõtradictiones istæ, sicut nec termini distincti, qui inter se pugnare possẽt. Ita Gabriel Vazquez *tom. 2. in 1. p disp. 120. cap. 6.* ex quibus sibi videtur nullo negotio rationem oppositam infringere.

Vazquez.

Occluditur fuga pronũciati præcedentis.

45 Hęc tamen solutio, quę potius euasio censenda est, ita occluditur. Primò; quia, si tota ratio contradictionis propositionum, quas de Deo construimus, pensanda esset ex imbecillitate intellectus perfectiones diuinas per plures actus percipientis; sequeretur, quòd procedendo per negationem, siue via remotionis, vt aiunt, posset distinctio actualis tolli, quæ per contradictorias propositiones exprimitur, & quæ tantũ ex parte nostri intellectus se tenet. Quod apertè falsum est; aliàs enim (loquendo de obiecto ipso prout in se est, & extra conceptiones nostras existit) asseri posset, quòd filius ex natura rei procedit per voluntatem; eo enim ipso, quòd distinctio actualis inter intellectum, & voluntatem, remouetur, quæ ex cõceptibus nostris accedit; quidquid de intellectu affirmaretur ex natura rei, id etiam de voluntate necessariò adstruendum esset ex natura rei. Quare, licèt falsum esset pronuntiare, quòd filius generetur per voluntatem diuinam, vt à nobis conceptã; quia vt sic distinctionem refert ab intellectu; at non repugnaret patri per diuinam voluntatem, vt in se est (siue remota distinctione actuali, quæ sola est denominatio extrinseca à nostris conceptibus relicta) filium generare.

Instatur contra Vazquium.

46 Sequela probatur; quòd scilicet posset distinctio, vel contradictio illa à diuinis attributis via remotionis tolli; si eà tantùm esset extrinseca denominatio, Deo ex nostris conceptionibus, non petito ex parte rei fundamento, accedens. Quia, ita repugnat, intellectum nostrum, pro hoc statu immersionis ad phãtasmata, Deum instar corporis non apprehendere; sicut contradicit, eminentissimam illimitatissimamquè naturam eius vno conceptu percipere. Sed estò, quòd Deus à nobis cognosci non valeat nisi instar corporis; adhuc intelligimus, non esse corpoream substantiam illam, quam adinstar corporis apprehẽdimus: ergo, à simili, licet intelligere non valeamus voluntatem, & intellectum Dei, nisi per distinctos conceptus; adhuc via remotionis procedẽtes, tollere possumus distinctionem illam, quæ ex nostro modo intelligendi relinquitur. Cũ contradictionem non inuoluat, concipere duas illas proprietates esse in re vnam simplicissimam conceptibilitatem; licet ex inadæquatis conceptionibus nostris ista extrinseca pluralitas accedat. Ac, ex hypothesi, quòd via remotionis intellectus noster apprehendere possit, intellectum, & voluntatem Dei, esse ipsammet formalitatem ex natura rei; euidenti cõsequutione colligit, productum intellectus in re esse productum voluntatis in re; cùm ex natura rei non sit principium aliud, & aliud; ergo generatio verbi posset voluntati patris deferri.

Secũda pars obiectionis Scoti contra primissum modum dicendi.

47 Secundò improbatur iste modus dicendi: quia ad verificandas propositiones contradictorias ex natura rei non sufficit distinctio attributorum in esse obiectiuo; vel prout nostris conceptibus obijciuntur; ergo requiritur distinctio præcedens actum intellectus. Probatur antecedens; quia obiectum, quod est mensura veritatis propositionis, in quantùm est regula quædam ex natura rei veritatis illius, debet anteire ipsum actum, qui verus est per conformitatem & dependentiam ad tale obiectum; cùm vt sic referat rationem causæ veritatis propositionis. Sed attributa, inquantũ habent esse obiectiuum in nostro intelle-

ctu,

...ctum, quod ...ctum, quod ...ctum, quod

Ad. 1. Dubium formale ecclesiæ esse potest, vel quando ecclesia habet dubium de aliquo articulo fidei, vel quando habet dubium de veritate alicujus propositionis, quæ non est articulus fidei, sed ad articulum fidei necessario consequitur. Primo modo ecclesia non potest habere dubium formale, quia articulus fidei est immediate revelatus, & ecclesia habet certitudinem de omnibus immediate revelatis, ut supra dictum est. Secundo modo ecclesia potest habere dubium formale, quia non habet certitudinem de propositionibus, quæ non sunt immediate revelatæ, sed ad articulum fidei necessario consequuntur, ut supra dictum est.

Ad. 2. Ecclesia militans repræsentat ecclesiam triumphantem, quia ecclesia militans est via ad ecclesiam triumphantem, & ideo oportet, quod ecclesia militans habeat similitudinem ecclesiæ triumphantis, quantum ad ea, quæ sunt de substantia ecclesiæ, quæ sunt articuli fidei, non autem quantum ad ea, quæ sunt de accidentali ecclesiæ, quæ sunt propositiones, quæ ad articulum fidei necessario consequuntur, quia ecclesia militans non habet certitudinem de propositionibus, quæ ad articulum fidei necessario consequuntur, sed ecclesia triumphans habet certitudinem de omnibus veris, ut supra dictum est.

Ad. 3. Ecclesia militans non habet certitudinem de propositionibus, quæ ad articulum fidei necessario consequuntur, quia non habet certitudinem de ipsa necessaria consequentia, quia non habet certitudinem de ipsa necessaria consequentia, quia non habet certitudinem de ipsa necessaria consequentia

ra ea quæ dicit Ecclesia: Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. Non enim de Sacerdote isto dicitur, qui in diebus suis placuit Deo, sed de Christo. Ex quo ergo Ecclesia ad Christum refert, quod de Sacerdote isto dicitur, quis audeat dicere, quod non ad Christum referat, quod de Sacerdote isto dicitur: Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi? Quis audeat dicere, quod non ad Christum referat, quod de Sacerdote isto dicitur: Ideo iurauit illi Dominus glorificare illum in populis suis? Quis audeat dicere, quod non ad Christum referat, quod de Sacerdote isto dicitur: Dedit illi benedictionem in omnibus gentibus, & testamentum suum confirmauit super caput eius? Quis audeat dicere, quod non ad Christum referat, quod de Sacerdote isto dicitur: Vt seruiret mihi in Sacerdotio fungens mihi in officio, & populo meo in bona conuersatione? Quis audeat dicere, quod non ad Christum referat, quod de Sacerdote isto dicitur: Elegi eum ex omni viuente offerre mihi hostiam odoris suauitatis, & memoriale pro populo meo? Quis audeat dicere, quod non ad Christum referat, quod de Sacerdote isto dicitur: Vt haberet sacerdotium in æternum, & testamentum sempiternum? Quis audeat dicere, quod non ad Christum referat, quod de Sacerdote isto dicitur: Qui dixit patri suo & matri suæ, nescio vos, & fratribus suis, ignoro vos, & filios suos non cognouit? Quis audeat dicere, quod non ad Christum referat, quod de Sacerdote isto dicitur: Qui dixit de patre & matre, non vidi eum, & fratres non agnouit, & nescierunt filios suos

runt, in luce Solis formaliter non distinguuntur: quia in illa non couniuntur secũdùm eamdem rationem formalem calefactiuæ, & exsiccatiuæ virtutis, quæ alijs corporibus insit, in quibus potentiæ istæ distinctæ sunt: sed tantùm secundùm virtualitatem, & eminentiam quamdam. Si enim lux Solis esset formaliter calefactiua, & exsiccatiua, non referret vtramque proprietatem, vi eiusdem indiuisæ formalitatis. Atqui Deus, cùm non tantùm perfectiones eminenter præseferat, sed & proprietates in eadem ratione formali cum proprietatibus creatis covnibiles; impossibile est, proprietates creatas inter se essentialiter secerni, & attributa diuina ex natura rei non condistingui; si vtræque proprietates creatæ, & increatæ, in eumdem conceptum coincidant.

Altera responsio ad 3. arg.

Vel respondetur secundò; quòd cùm proprietates attributales, quæ Deo ex creaturis tribuuntur, ita in Deo copulẽtur per infinitam identitatem realem, vt de illis contradictoriæ rationes ex natura rei verificentur, necessario astruenda est actualis distinctio ex natura rei; cum sola virtualis præstare non valeat, vt contradictoriæ enuntiationes verificentur; vt patet ex dictis.

Obiectio cõtraprobationem Scoti.

59 Si autem opponas ex prælibatis *sub num. 33.* omnino corruere Scoti probationem petitam à conuenientia proprietatum diuinarum cum creatis in vnitate conceptus; eò quòd implicet, quòd si sapientia diuina colligatur ad vnitatẽ rationis obiectiuæ cum sapientia creata, non exprimat discretionem formalem à iustitia, quam infert sapiẽtia creata. Hæc enim ratio eneruis apparet in facultate apprehensiua coloris insensu externo visus, quæ realiter differt à potentia perceptiua sonus in sensu externo auditus; esto quòd facultates istæ sensuum externorum conueniant vniuocè cum potentia sensus interni ad percipiendum colorẽ, & sonum, absque vlla discretione potentiarum insensu communi ad sensationem obiectorum sensuum externorum.

Diluitur 1.

Cui obiectioni potest fieri satis dupliciter. Primo; quòd licet vis perceptiua odoris, soni, vel coloris, in sensu communi non distinguatur, vel plurificetur realiter, sicut in sensibus externis reali separatione secernuntur facultates apprehensiuæ huiusmodi obiectorum; interst tamen distinctio formalis ex natura rei. Quæ distinctio obtinet, vt inconcussum superst axioma Scoti præmissum de repugnantia conuenientiæ prædicatorum in eodem conceptu; si alterum referat exclusionem illius prædicati, quod imbibatur in alio per transcendentiam, & identitatem formalem.

Responsio altera.

Vel respondetur secundò; ex præmissis loco citato sub eodem *num. 33.* quòd ideo vis perceptiua coloris in sensu cõmuni non differt à parte rei à facultate apprehensiua soni; quia sensus communis non comparatur adæquatè ad obiectum sensus externi, sicut quælibet attributalis affectio adæquatè refertur ad proprium obiectum, non adita extensione ad obiectum alterius attributi. Nec enim intellectus dicens verbum comparabilis est in ratione principij ad spirationem Spiritus Sancti; sicut nec è cõtra, voluntas ad verbi dictionem.

Aliud neotericorum effugium occludimus, quod euadere molitur enuntiationum contradictionem, ob inadæquationem conceptuum.

60 Cæterùm; hæc duo capita, è quibus distinctionem formalem inter attributa hauit Scotus; nimirum, & conuenientiam proprietatum Dei, cum affectionibus entis creati, in vna ratione obiectiua; & contradictorias propositiones, quas de proprietatibus attributalibus pronuntiamus; eludere videntur oppositæ sententiæ assertores; dum inficiantur, nomina ea, quæ proprietates diuinas indicãt, eas insinuare, secundùm esse, quod referunt ex natura rei. Quare, cùm obijciũt Scotistæ, *verbum generari per intellectum, & non per voluntatem ex natura rei*; negant suppositum; scilicet intellectum, voluntatem, sapientiam, &c. Esse ex natura rei ea ratione, qua à nostris conceptibus exprimuntur, & vocibus significantur: vnde, hæc, & alia attributa, vt à nobis concepta, imaginarias tantũ, & non reales Dei proprietates autuma

Euasiola bi Grana

rei

re videntur. Ita Iacobus Granado *in 1. part. tract. 2. disp. 5. sect. 3. num. marg.* 13 qui modus dicendi recidere videtur in placitum Vazquij sub *num. marg.* 44. propositum.

61 Verùm; cum in huius authoris doctrinam incidissem, statim occurrit, Philippum Fabrum virum apprimè eruditum meritò iudicasse *in 1. sent. distinct. 2. quæst. 7. disp 20. cap. 6. n. marg.* 66. quòd dum Thomistæ causantur, Scoti discipulos distinctionem ex natura rei inter attributa astruentes, simplicitatem diuinam euertere: ipsi potius aduersarij reconueniendi sint, eòquòd Dei proprietates, de quibus disputant Theologi, fictitias, & imaginarias comminiscantur. Si enim hæc nomina, *intellectus, voluntas, sapientia, bonitas*, non innuãt proprietates Deo intrinsecas ex natura rei; sed à nostris tantùm conceptionibus extrinsecè petitas; in cassum Theologi defatigarentur istarum proprietatum, vt his nominibus exprimuntur, quidditates inuestigantes: cum voces, & conceptus, quos de attributis formamus; quasi fucum proprietatum Deitatis referant, non tamen rem ipsam, quæ Deo insit.

Taxatur ex Fabro.

62 Præterea præmittem adiungo probationem: quia si propter inadæquationem vocum, & conceptuum, negari posset suppositio, aut hypothesis illa *ex natura rei*, in propositionibus, quæ de Deo aliquid enuntiant secundùm esse, quod referunt à parte rei, fieret, vt etiã propositio ista inuoluens hypothesim ex natura rei; *paternitas non est spiratio passiua à parte rei*, negari posset; quod est hæreticum. Consequentia probatur; quia non magis adequatè exprimunt hæ voces; *paternitas, & spiratio passiua*, ipsas hypostases patris, & Spiritus Sancti, in esse personali constitutiuas: quam illa nomina, *intellectus, voluntas, sapientia, &c.* indicant attributales Dei proprietates. At ex hoc, quòd illæ voces, *intellectus, & voluntas*, inadæquatè propria obiecta significent, potest negari suppositio enunciationis innuẽtis quidditatem obiecti ex natura rei; ergo & discretio realis inter relatiuas hypostases, prout ex parte rei se tenet, eludi posset prætextu inadæquatæ repræsentationis nostrorum conceptuum, ab his, qui causarentur, conceptus & voces istas paternitatis, & spirationis passiuæ, non exprimere res, sicut in Deo sunt, sed inadæquatè, & analogicè: ac proinde via hæreticis patere posset ad eludendum sanctissimæ Trinitatis mysterium. Vel reddãt aduersarij rationẽ, cur hæc nomina, *intellectus, & voluntas*, exprimãt inadæquatè absolutas Dei proprietates; voces verò relatæ, *paternitas, & spiratio passiua*, secũdũ adæquationem respõdeant hypostasibus diuinis in esse rei?

Premens ratio contra aduersarios, quos impetit ad hominem

63 Ad quartum, & vltimum argumentum ex *num.* 13. dicimus, non sufficere ad rationem potentiæ, quòd formalitas ea, quæ subit rationẽ substrati respectu alterius, illam non transcendat formaliter ex natura rei; sed vlteriùs exigi, vt formalitas illa, quæ potentialis est, non adeat identicam connectionem ad aliam, vi suæ quidditatiuæ rationis. Quare, licet Deitas pro aliquo priori præsuppositionis formalis ex natura rei non sit sub sapientia, & sit capax illius, (damus enim ordinem præsuppositionis formalis ex natura rei, sicut & formalem distinctionem astruimus,) nõ tamen intelligitur pro aliquo priori præsuppositionis cum potentialitate, & indigentia alicuius proprietatis attributalis: cùm in nullo signo præsuppositionis formalis concipi queat Deitas sine positiuo illo propriæ illimitationis, cum quo incompossibilis est indigentia alicuius proprietatis attributalis, quam vi quidditatiuæ infinitudinis, sibi asciscit Deitas per realem identitatem.

Fit satis arg. 4.

64 Nec alicuius momenti est obiectio illa de actu, & potentia: quia pro illo priori præsuppositionis formalis, nec Deitas concipitur sub actu sapientiæ; nec sub potentia ad illam: eòquòd termini isti, *actus, & potentia*, contradictoriè non opponantur: atquè adeò medium sustinere queant, quòd est non esse in actu. Nec ideò Deitas asserenda est sub carentia proprietatis attributalis; quia carentia, non solùm innuit negationem actus pro aliquo priori præsuppositionis formalis; sed etiam non esse idẽticæ coniunctionis illius formæ, cuius carentia est: ita vt de quidditate substrati non sit, formam sibi per identitatem coniungere.

Ad instatia

65 Vnde, licèt fateamur, ad rationem potentiæ metaphysicè non exigi, quòd existere valeat cum forma opposita, cum id implicatorium sit ob physicam identitatẽ rationis tertij; nec enim

Potentiæ metaphysicæ amplior elucidatio.

ani-

animalitas, quæ est in homine existere valet cum irrationalitate in equo; at non repugnat animalitati hominis negatiua indifferentia, & conceptibilis indeterminatio, vt oppositæ formæ irrationalitatis componatur intelligibiliter: quod est verum in omni opinione, & demonstrat apertè, gradum animalitatis in homine tantùm materialiter, & ratione tertij, cum rationalitate identificari realiter, & non à sua quidditatiua ratione; quod secus sit in Deitate respectu sapientiæ; quæ nec logicam, aut conceptibilem, indeterminationem sustinet, vt oppositæ formæ coniungi valeat.

Obiectio contra doctrinam præcedentem.

66 Sed vrgebis vltra; dari aliquot potentialia subſtrata, quæ sub oppositis formis concipi nequeant, etiam asserta distinctione formali, & metaphysica compositione; qualis apud Scotum constituitur inter passionem, & essentiam, à qua pullulat: quia licet humanitas formaliter ex natura rei dissideat à propria passione risibilitatis; implicat quòd concipiatur humanitas composita inhibilitati, aut propriæ passioni pullulanti ab specifica differentia oppositæ: non igitur præuenitur potentialitas in Deo, eòquòd concipi nequeat sub opposito suæ proprietatis attributalis.

Elliditur oppositio.

Respondetur; quòd licet essentia creata comparari nequeat in ratione principij metaphysici ad proprietatem oppositam; eòquòd nulla intersit connexio, imò intercedat repugnantia, inter vtramque formalitatem; eò tamen essentia creata asseritur identificata suæ passioni materialiter, & non à sua quidditatiua ratione; quo non contradiceret essentiæ creatæ, quantùm est à suo quidditatiuo conceptu, sine propria passione existere; quod tamen aduersatur Deitati, ob infinitatis rationem. Non enim repugnat constitutioni humanitatis dari sine risibilitatis passione; contradicit verò existentia Deitatis absque attributo sapientiæ; quod perspicuè referat, Deitatem, à quidditatiuo conceptu, vendicare realem identitatem cum suis attributis, secus verò essentiam creatam cum suis proprietatibus. Eiusdem enim specificæ quidditatis esset humanitas illa, quæ à Deo creari posset sine proprietate risibilitatis; nec differret essentialiter ab humanitate, quæ identificatur realiter cum suis proprietatibus. Si quis verò fingeret possibilem Deitatem absque attributo sapientiæ, verbi gratia; illa conficta Deitatis species alia esset à quidditate, & substantia Dei, de cuius essentiali conceptu est habere sapientiam per realem identitatem.

Vltima oppositio ex neoterico

67 Opponès vltimò contra nostram sententiam, ex Raphaele Aversa *in 1. part. quæstion. 3. section. 4. argum. 5.* vitari non posse compositionem data discretione ex natura rei inter essentiam, & attributa, quamuis potentialitas præueniatur ob rationem infinitudinis; quatenus ad compositionem non exigatur potentialitas, sed sola distinctorum vnio. Vt liquet in gradibus intensionis siue homogeneis, siue hetereogeneis, qui componuntur ad cointegrandam formam taliter intensam; & in partibus extensionis, quæ per compositionem conueniunt ad constituendum aliquod totum: cum tamen altera pars, siue intensiuæ, siue extensiuæ latitudinis, non sit potentia, aut actus respectu alterius.

Infringitur

Respondetur; quòd quando compartes componuntur per modum subſtrati, & formæ, aut sicut tale, & ratio eius, in aliquo esse; tunc ad compositionem exigitur potentialitas. Quamobrem subſtratum sapientiæ, quod est Deitas, non componitur sapientiæ, quia non exprimit potentialitatem ad sapientiam; sicut è contra, omne subſtratum creatum est potentiale ad suam formam: quæ tamen potentialitas non exigitur ad eam compositionem partium, quæ non comparantur in ratione subſtrati, & formæ.

Altera responsio.

68 Vel dicimus; quòd licet partes extensionis, & intensionis, non sint in potentia respectu suarum compartium; referunt tamen potentialitatem respectu indiuisibilis vnitiui connectentis, vel componentis partiales entitates in aliquod vnum. Deinde, quod ratio, quam de sensu Scoti tradidimus ad abigendam compositionem in diuinis

data distinctione formali ex natura rei; etiam ablegat compositionem partium extensionis, & intensionis in aliquod vnum medijs indiuisibilibus vnitiuis. Quia si de essentia huius extensionis, vel intensionis, esset habere per realem identitatem, alteram compartem; non componeretur cum illa, nec etiam cum indiuisibili continuatiuo, ad quod est in potentia.

ARTICVLVS VI.

Vtrùm in astruenda distinctione ex natura rei inter Deitatem, & illius proprietates, malè audiat Scotus?

SVMMARIVM.

Scoti sententiam pluribus rationibus aduersarij adoriuntur. Num. 1.
Esse apertam impostu ram, Scoto Gilberti errorem impingere. sanctorum Thomæ, & Bonauent. authoritatibus ostenditur. Num. 14.
Item & Alexandri Alensis. Num. 16.
Aduersariorum oppugnationes eliminus. 21.

Ratio quæsiti.

1 SI aliqui ex modernis Scholasticis, eam in disputando seriem obseruassent, quam institutæ rationis, & modestiæ christianæ præscribit; otiosum esset dubium hoc ad cohibendam illorum audaciam excitare, qui ita Scotum taxant, quasi aliquid dissonum docuisset in dist. ex natura rei astruenda. Sed, vt istorum licentiam propositum contineamus, omnia illorum argumenta, quibus Scotum adoriuntur, expendenda sunt; & libet prius authores omnes, qui de Scoto in hac re malè sentiunt, censurarum plaustra in ipsum effutientes, referre, qui omnes moderni sunt, vt eorum pateat authoritas, qui in re tã seria, ita inconsultè procedunt; & recensitis authoribus, subijciamus diuersissimas, quas nostræ sententiæ notas impingunt, (quot enim capita; tot censuræ,) quod luce clarius illorum in Scoto carpendo procliuitatem, & libidinem demonstrat.

Scoto succensent Thomistæ, impetentes distinctionem ex natura rei.

In qua re Torres, aliàs Canariensis, *lib. de Trinit. quæst. 28. in 1. part. disputationis primæ, & in 2. part. eiusdem 1. disputationis, conclusione secunda*, tenet, sententiam Scoti malè in fide sonare. Molina 1. *part. quæst. 28. art. 2. disp.* 2. Bañez ibidem, *dub. 3. concl.* 1. Sotus *in 4. dist. 49. quæst. 3. art. 3.* asserunt, esse parùm tutam in fide. Zumel, 1. *part. q. 4. art. 2. quæst. 3.* existimat, non esse fidei consonam; & nouissimè Vazquez in Scoto reprehendendo omnes alios supergressus; commentus est, sententiam Scoti parùm dissidere ab errore Gilberti Porretani ab Ecclesia damnato in Concilio Remensi. Istorum ergo conatus suadetur.

Canarienſis. Molina. Bañez. Sotus Zumel.

Vazquius.

1. argum. Ex Concilio Florentino.

2 Primò; quia non est maior distinctio apud Scotum inter attributa, & Deitatem, quam inter essentiam, & relationes; sed hypostases solùm per intellectum ab essentia discernuntur: ergo & attributa. Minor probatur ex Concilio Florentino, *Sessione* 18. post medium, *in disputat. inter Ioannem, & Marcum*, vbi Ioannes ex parte Ecclesiæ Latinæ, sic ait. *Diuina substantia, & persona, re quidem sunt idem, secundum autem modum intellectionis nostræ differre videntur*: Cui consensit Marcus pro Ecclesia Græca, & Andreas Colossensis Episcopus volens vtriusque opinionem conciliare subdidit: *Sola ratione siue intelligentia, sendistingui Deitatem, & hypostasim.*

Agitur contra Scotum ex Cõcilio Remensi.

3 Vrgetur ex Concilio Remensi sub Eugenio III. cui adfuit Divus Bernardus; vbi definitum est, *inter relationem, & essentiam, rationem non debere distinguere.* Ex quo talem argumentationem producit Vazquez. Quando Eugenius definit, inter relationẽ, & essẽtiã rationẽ nõ debere distinguere; ibi, *per rationẽ*, vsus phrasi Gilberti intelligit rationẽ Theologicã, quæ idẽ est, ac distinctio ex natura rei, siue ante intellectionem: relinquitur ergo, vt definitio Eugenij opinionẽ Scoti damnare videatur.

Item, & quòd Scotus consentiat Gilberto.

4 Tum vel maximè: quia Concilium propositiones istas Gilberti damnat: *Pater est Deitas, id est Deus: est bonitas, id est bonus*: eòquòd

Gil-

Quæ sit materia, forma, minister, & effectus Sacramenti Confirmationis.

Quæ sit materia, forma, minister, & effectus Sacramenti Pœnitentiæ.

Quæ sit materia, forma, minister, & effectus Sacramenti Extremæ Unctionis.

Quæ sit materia, forma, minister, & effectus Sacramenti Ordinis.

Quæ sit materia, forma, minister, & effectus Sacramenti Matrimonii.

Quæ sit materia, forma, minister, & effectus Sacramenti Eucharistiæ.

Quæ sit materia, forma, minister, & effectus Sacramenti Baptismi.

...ordinem iuris, & ...
...ordinem iuris, & ...
...ordinem iuris, & ...

quæst. 2. art. 2. §. respondeo, negando antecedens. Andreas Rochmanius *in 1. sent. dist. 8. quæst. 4. art. 5.* Mattheus de Sosa *in 1. dist. 8. quæst. 4. art. 4. difficult. 67. §. 12.* (*vbi sub §. 2. eiusdem difficultatis 67.* pro hac Scoti sententia citat Adamum Godam *in 1. sent. dist. 22. q. 1.* Antonium Andream *in 1. sent. dist. 8. quæst. 4. §. dico ergo.* Stephanum Brulifer um *in 1. dist. 8. quæst. 2. propositione 2.* Antonium Trombetam *in suis formalitatibus,*) & nouissimè eamdem sententiam illustrat, & defendit Angelus de Monte Piloso, *tom. 1. partis primæ, disput. 8. art. 6.* præcipuè *sub num. 5.* & etiã *in art. 6.* eiusdem *disput & tomo 3.* eiusdem *1. p. disp. 62. art. 2. sub nu. marg. 2.* Demũ cum Scoto in hac re totus ordo Minorum adeò conspirauit; vt qui in distinctione formali ex natura rei stabilienda suspectæ doctrinæ notam Scoto inurat, toti Franciscanæ familiæ non iniuriosus esse non possit, quæ vno ore ipsi in hac re consentit.

Rochmanus. Mattheus de Sosa. Antonius Andreas. Adamus Godam. Stephanus Brulifer. Antonius Trombeta. Angelus de Monte Piloso.

Gabrielis Vazquez commentum expugnatur; perperamque Scoto errorem Gilberti impositum, manifestè aperimus.

13 QVare merito reprehensibilis est Vazquez, qui in consultè asseruit, doctrinam Scoti in errorem Gilberti coincidisse. Vnde in huius authoris censuris modestiam desiderari autumant Franciscus Coriolanus Capuccinus, & Hugo Cauellus locis citatis; imò & AEgidius Augustinianus loco citato *num. marg.* 150. addit. *Se non posse non mirari huius viri licentiam, vt non vereatur dicere propositionem Scoti conuenire cum propositione Gilberti iam damnata, & quã id falsum sit, facilè intelliget, qui & Gilberti, & Scoti, tàm verba, quàm sensum perceperit.*

Coriolani, & Hugonis iudicium de acri censione Vazquij in Scotum.

Astipulatur AEgidius Augustinianus.

14 Cæterùm, vt pronuntiatum Vazquez in trutinam vocemus, præmittendus est Gilberti error, vt cõstare queat, an in illum prolapsus fuerit Scotus? audiamus ergo sanctum Thomam, *1. part. quæst. 28. art. 2.* errorem Gilberti his verbis aperientem. *Respondeo, dicendo, quòd circa hoc dicitur Gilbertus Porretanus errasse. sed errorem suum postmodum in Concilio Remensi reuocasse. Dixit enim, quòd relationes in diuinis sunt assistentes, siue extrinseeus affixæ.*

S. Thomæ sententia de errore Gilberti.

NOTA

15 Secundum testimonium accipio à Seraphico Ecclesiæ Doctore Bonauentura *in 1. sentent. distinction. 33. art. 1. quæstion. 1.* in hæc verba. *Prima positio fuit, quòd proprietates non sunt personæ, nec in personis: sed assistunt personis sicut relationes. Et ratio, quæ mouit ipsos, fuit personarum pluralitas, & diuina simplicitas. Quia enim personæ plures sunt, plures habent proprietates, quæ verè differentes sunt. Et quia differentes sunt: si essent in persona, auferrent ei simplicitatem. Quæ cum non possit auferri à diuinis, posuerunt proprietates esse assistentes personis, & non esse personas. Et huic videtur consonare natura relationis, quæ non videtur esse in substantia, nec prædicare aliquid in subiecto, sed dicere respectum ad aliud. Et hæc positio, etsi rationabilis aliquomodo fuit, tamen stare non potest, quia ponebat relationes in diuinis, nec Deum esse, nec creaturam. Vnde etsi in principio sui modicum continet errorem, tamen ducebat ad magnum, & ideò retractata fuit in Concilio Remensi, & Magister Gilbertus Porretanus ore proprio retractauit.*

Consentit Bonauentura, expendit fundamentum Gilberti.

NOTA.

16 Et licet verba Sanctorum Thomæ, & Bonauenturæ, Gabrielis Vazquez commentum omnino demõstrent: vtpote quę errorem Gilberti, & retractationem eius in Concilio Remensi exprimant: tertius tamen testis accedat Alexander Alensis dictus Doctor irrefragabilis (vel eo præcipuo titulo maximè spectabilis, quòd vtrumque Ecclesiæ iubar Thomas scilicet, & Bonauentura ex eius schola prodierit) qui *1. part. quæstion. 68. membr. 5. art. 1.* in initio ait. *Ad primum nota opinionem Gilberti Porretani: cuius opinio fuit, quòd proprietates non essent personæ diuinæ, nec essentia diuina, nec in personis, nec in essentia, & motus fuit ad hoc ex natura relationum, quæ non dicunt esse in, sed esse ad, nec cõsistunt in substãtia, sicut qualitates, & alia accidẽtia: sed exterius assistũt. Cũ enim quis sit dexter, vel sinister per huiusmodi relationes nihil ponitur in*

Suffragatur Alensis enucleati propalam deceptionem Vazquij.

NOTA.

substantia, nec ineſt substantiæ: ſed adeſt, vel eſt, ad, quia ergo ſic vidit in relationibus creaturarum, ſic etiam poſuit in relationibus diuinarum perſonarum.

Vazquij opinio in Scotum.

17 Verũ enim verò, quia præuidit Vazquez, pronũtiatũ ſuũ omnino infirmari, dũ in ore triũ horum Theologicæ diſciplinæ parẽtũ, verbũ pro Scoto ſtare cõperitur: aſſeruit, Alexãdrũ Alẽſẽ, Thomã, & Bonauẽturã, qui ferè Gilberti tẽpora attigere, omnino deluſos eſſe; dũ contendunt, Gilbertum exiſtimaſſe relationes eſſe formas extrinſecè tãtùm Deo aſsiſtẽtes, illiquè realiter haud idẽtificatas. Sed merito coercẽdus eſt, qui totius antiquitatis Theologicæ principes ea facilitate reſpuit: innixus verbis cuiuſdã Ottonis Friſingenſis Epiſcopi, qui floruit anno 1260. (vt tradit Vazquez *diſp. 120. cap. 1. nu. marg. 2.*) qui Otto, præterquãquod nihil expreſsit oppoſitũ his, quæ ex Alẽſi, Thoma, & Bonauẽtura tradidimus; eſto quòd aliter Gilberti errorẽ expẽdiſſet, neſcio, qua ratione, maior illi fides habenda eſſet, quã Alexãdro, qui ſanctitate, doctrina, & tẽporis vicinitate, Ottonẽ longè anteiuit: cũ obierit Alexãder noſter anno Incarnationis Domini 1245. xij. Kalendas Septembris, vt ex epitaphio Pariſijs inciſo ſepulchro eiuſdẽ Alexãdri accuratè obſeruauit Franciſcus Gonzaga Epiſcopus Mantuanus, 1. *p hiſtoriæ Seraphicæ Religionis, in deſcriptione Conuentus Pariſienſis.* Adde ex Baronio ad annũ 1147. & ex epitome Henrici ſpõdani *ſub n.* 4. eiuſdẽ anni; Ottonem Friſingẽſem nõ ita ſyncerè, & candidè hiſtoriã contexuiſſe, vt abſque nota percurri poſsit; cũ efferat immodicè acumen Gilberti, & deprimat zelum Bernardi: quare acribus conſciẽtiæ ſtimulis punctus, & concuſſus, iã moribundus palinodiam recantauit.

Otto Friſingenſis non aduerſatur Scoto.

Nec author omni exceptione maior habendus excenſione Baronij, & Spondani.

Baronius. Henricus Spondanus

18 Cæterũ, prouocat nos Vazquez pro ſingulari ſua aſſertione ſtabiliẽda; ad acta quædam Concilij Remẽſis ex Gallia tranſmiſſa, quæ ad verbũ ipſe tranſcribit, *diſp. 120. iã citata cap. 2.* at nos, non mirari non poſſumus, in mẽtẽ ipſius Vazquez venire potuiſſe, exẽplaria Gallica concilij, etiã apud Gallos celebrati anno 1148. (vt tradit Coriolanus in Breuiario Chronologico Pontificum, & conciliorum,) aut latere potuiſſe Thomam, Bonauenturam, & Alenſem, præcipuos Galliarum Magiſtros, qui eodẽ fermè ſæculo floruere, quo concilium celebratum extitit: aut egregios Doctores mentem concilij non tenuiſſe, dum aſtruunt, Gilbertum exiſtimaſſe, relationes eſſe tantùm Deo extrinſecè affixas, abſque reali identitate.

Concilium Remenſe.

Coriolanus.

19 At, ex ipſiſmet actis cõcilij Remenſis à Vazquez tranſcriptis, eum in media luce cæcutire, ita oſtendere poſſumus. Quia prima aſſertio Gilberti hæc erat: *Quòd diuina natura, quæ diuinitas dicitur, Deus nõ ſit. ſed forma, qua Deus eſt: quemadmodum humanitas homo non eſt, ſed forma, qua eſt homo.* Ex qua Gilberti aſſertione, ita Gabrielem Vazquez reconuenio: apud Gilbertum Deitas ſimili cõiũctione Deo copulatur, qua humanitas homini cõiũgitur; at homo quà ſuppoſitum & perſona eſt, addit aliquid realiter diſcretum ſupra humanitatem, quà natura eſt: ergo & perſona diuina aliquid addit ſupra eſſentiam, cum ipſa Deitate realiter non idẽtificatũ. Quod eſt aſſertum hæreticum diametraliter oppoſitum menti Scoti ſæpiſsimè aſtruẽtis, diſtinctionem ex natura rei inter attributales proprietates ſtare cum omni modo identificatione reali.

Agitur contra Vazquiũ ex actis concilij Remenſis.

20 Præterea tertia Gilberti aſſertio, apud Vazquez, illa eſt: *Quòd tres perſonæ tribus vnitatibus ſint tria, & diſtinctæ proprietates tribus, quæ non ſunt ipſæ perſonæ, ſed ſunt tres res æternæ, & ab inuicem à diuina ſubſtantia in numero differentes.* Ex qua etiam Gilberti aſſertione eiuſdem Vazquez deceptio, ita euidenter demonſtratur: quia apud Gilbertum proprietates perſonales ſic erant à Deitate condiſcretæ, vt cum diuina ſubſtantia pluralitatem numeralem conſtituere poſſent: vt conſtat ex illis verbis. *A diuina ſubſtantia in numero differentes.* Atqui Scotus pluralitatem numeralem inter Deitatem, & relatiuas hypoſtaſes, tanquam hæreticam aſſertionem vbique inficiatus eſt; nec aliàs ex diſtinctione formali numeralis pluralitas colligi poteſt: cùm numerus, non ſolam formalitatum tranſcendentiã excludat, ſed & realem etiam identitatem explodat; fit ergo, vt mira falſitate ad errorem Gilberti Scotus trahatur.

Inſtatur cõtra Vazquiũ ex eodem concilio Remẽſi.

Ad-

Aduersariorum oppugnationes conuelluntur.

Responsio ad arg. ex Cœcilio Florentino.

21 SEd age; aduersariorum obiectiones discutiamus. Ad primam ex Cœcilio Florentino petitam; dicimus, quòd Ioannes ille, qui latinorum partes agebat, non procedebat definiendo, sed solùm disputando quædam præambula ad instituti decisionem; quæ eò solùm spectabant, vt processio Spiritus Sancti à filio stabiliretur, de qua erat inter Græcos, & Latinos concertatio: nec enim mens concilij vnquam fuit, expendere distinctionē personalitatum ab essentia, sed solam Spiritus Sancti à filio processionem adserire. Obiter tamen, dum inter disputandum ad veritatis indaginē proceditur, communiores opiniones præmitti solent, non vt adeò necessariæ ad principalis articuli definitionem: cùm, data distinctione formali ex natura rei inter Deitatem, & hypostases, optimè saluetur, Spiritum Sanctum à filio procedere, siquidem à iuratis hostibus huius distinctionis formalis ex natura rei hucusquè, nec præstitum sit, nec præstari valeat ex distinctione formali depromptū, quod impugnet processionem Spiritus Sancti à filio. Quare Ioannes ille, disputatione quadam præambula, quæ ad apicem definitionis non spectabat, distinctionem realem, vt Deo prorsùs contradicentem respuit, admittens distinctionem rationis; non vt necessariam ad assertum fidei firmandum, sed vt probabilem tantùm sententiam.

Quid sonet distinctiones apud Concilium Florentinū iuxta doctrinam Scoti

22 Adde; Andream Colossensem Episcopum controuersiæ Ioannis, & Marci conciliatorem, etiam diui Thomæ, & Scoti quodammodo opiniones admisisse; si verba illius expendatur. *Haud quaquam* (inquit) *putare debemus, vt re differant, quandoquidem sola ratione, aut intelligentia, differre creduntur.* Vbi, *per rationem*, intelligere potuit distinctionem formalem ex natura rei, quæ nihil aliud est, quàm rationum formalium, siue quidditatum discretio; & ideo quandoque ab Scoto distinctio rationis appellatur: *vt constat ex 1. sent. dist. 2. q. 7. nu. marg. 43. §. respondeo, nō est propriè realis.* Vbi paucis interpositis addit. *Potest autem vocari differentia rationis, sicut dicit Doctor quidam* (intellige sanctum Bonaventuram in margine citatum) *nam quòd ratio accipiatur pro differentia formata ab intellectu, sed vt ratio accipitur pro quidditate rei, secundùm quod quidditas est obiectum intellectus.*

Scotus.

23 Ex quo omnino infirmatur obiectio illa, quæ nobis opponitur ex eodem concilio Florentino, sessione vltima, in quadam confessione fidei, quæ à Latinis ad Græcos destinata est; vbi dicitur. *Porrò autem ne identitatem, coniunctionemque diuinæ substantiæ distribuere, ac ipsā substantiam re, non autem sola ratione, ab hypostasibus, & personis, differre, credere videamur.* Vbi tota pars latinorū incommodùm existimauit, discretionē aliam inter essentiam, & hypostases, stabilire; quæ rationis, aut intelligentiæ nō sit. Dicimus enim, ibi etiam per discretionem rationis, tantùm intelligi distinctionem rationis formalis, siue quidditatiuæ rationis; quæ obiectum intellectus distinguentis esse queat; cùm in mētem insciorumque concilij nunquam venerit, definire, quòd hæc discretio formalis, siue quidditatiua Deitatis, & hypostasium, sit ab intellectu, vel ex natura rei: cum hoc spectet ad apices scholasticæ concertationis, à quibus concilium omnino abstinuit.

Præmissorū amplior cōfirmatio.

24 Ad instantiam ex concilio Remēsi; respondetur, Vazquez non percepisse mētem Eugenij Tertij definientis, inter essentiam, & relationes, nec rationem debere distinguere; tantùm enim contendit Eugenius contra Gilbertum, distingui Deitatem, & hypostases, ratione mathematica, quæ abstrahit à rebus, prout à parte rei existunt: secùs theologica ratione, quę res, vt in se ipsis existunt, cōsiderat. Per Theologicam verò rationē, vsus phrasi ipsius Gilberti, non intelligit Eugenius distinctionem formalem cum reali identitate; cùm hæc omnino extra Gilberti mentem fuerit; sed distinctionem realem entitatum inter se separatarum, & solùm extrinsecè assistentium.

Ad instantiam ex concilio Remēsi; respondetur, Vazquez non percepisse mētem Eugenij Tertij definientis, inter essentiam, & relationes, nec rationem debere distinguere; tantùm enim contendit Eugenius contra Gilbertum, distingui Deitatem, & hypostases, ratione mathematica, quæ abstrahit à rebus, prout à parte rei existunt: secùs theologica, secundùm relationē ab essentia.

25 Ad alteram instantiam: non esse verum id, quod Vazquez tribuit Scoto, ipsum propositiones in abstracto negasse, cùm illas sæpissimè astruat; imo & discrimen constituat inter prædicationes abstractorum in creatis, & in diui-

Ad alteram instantiam: detegitur deceptio Vazquij.

nis: quod cùm perfectiones diuinæ importent identicam coniunctionem, vi sui quidditatiui conceptus, & creatæ rationes tantùm in tertio copulentur, in quo coniunctur; ideò fit, vt prædicationes abstractorum falsificentur, eòquòd tertium identitatis illarum per præcisionẽ tollatur. Quod aliter in diuinis fit, vt in secundo consectario præcedentis articuli penitius enodatum est. Adi Scotum disertissimis verbis id aperientem *in 1. dist. 8. q. 4. §. ad argumentum principale* Vide præcedent. art. *sub num. 14. & controu. 5. de infinitate Dei, art. 3. à num. 23. vsque ad 27.*

26 Pro solutione secundi argumenti præmittenda est genuina expositio mentis sancti Bernardi contra Gilbertum agentis, vt vel ita constare queat demonstrationis Bernardi efficacia; & argumenti illius, quod Vazquez ex verbis Bernardi producit, imbecillitas. Quia enim Bernardus agebat contra Gilbertum autumantem, diuinitatẽ non esse Deum, sed formam Dei constitutiuam; sicut humanitas non est homo, sed ratio hominis: eumdem Gilbertum ad quoddam absurdum deducebat, quod euidenter ex illius dictis inferebatur; videlicet quòd aut astrueret, dari duo summa bona, atque adeò & duos Deos; vel quòd impossibilis esset realis illa discretio inter Deitatem, & Deum, quam moliebatur Gilbertus. Ratio autem Bernardi sic formari potest.

Explicatur argumentum S. Bernardi contra Gilbertum.

Quia diuinitas non potest esse merum nihil, aut quid Deo inferius; aliàs enim non esset ratio constitutiua Dei in esse tali; cùm forma inferioris ordinis non possit esse ratio formalis superioris entis, qui superius est. Ergo, si Deus est summum bonum, ita & Deitas, quæ se habet vt quò respectu illius, debet esse summũ ac illimitatum ens; atqui non idem summum bonum, vt effutiebat Gilbertus; ergo duo summa bona. Quæ ratio prorsus obtinet S. Bernardi intentum.

27 At, vt Vazquij argumentationẽ expendamus, præmittimus; quòslibet æqualitatis, & inæqualitatis habitudines, si propriè loquendum sit, inter entia solùm realiter discreta intercedere posse; eòquòd formalis distinctio cũ reali identitate huiusmodi habitudines inferre nequeat: quia sicut idem sibi ipsi realiter non opponitur, ita nec extremum esse potest correlatiuæ oppositionis eiusdem ad se ipsum. Si autem argumentum non procedat de oppositione correlatiua, nullius est negotij; fatemur enim ingenuè sapientiam, prout formaliter à diuinitate distinctam, esse æqualem illi: non ea tantùm vniuersalissima ratione, qua passio quælibet æqualis est suo subiecto, cum quo ad conuertentiã dicitur, & à quo solùm ex natura rei, & non realiter in sententia Scoti condistinguitur, etiam in creatis: sed quia sapientia, ita infinita est essentialiter, sicut Deitas; quia sicut de quidditatiuo conceptu Deitatis est habere sapientiã per realem identitatem, ita & de formalissimo conceptu sapientiæ est adire identicam coniunctionem cum Deitate. Addimus, languidam esse collectionẽ, quam opponit Vazquez de duobus summis bonis, aut duobus Dijs: quia ly nomẽ Dei, non sonat precisè formalitatem aliquã, quæ vt aliquid Deitatis, seu vt proprietas illi per identitatem realem coniuncta, concipiatur, cuiusmodi est sapientia; sed entitatem omnibus suis perfectionibus terminatissimam, & completissimam.

Infirmiter retorquet Vazquius in Scotum argumentationem Bernardi.

28 Ad tertium: distinctionem formalem dici posse realem, prout ens reale, & id, quod est ante intellectum, conuertuntur; secùs si ens reale strictè accipiatur pro entitate illa, quæ habet existẽtiam in se, & à se: nimirum à quælibet alia entitate realiter separatam. De quo latiùs infra, *in appendice metaphysica de distinctione entis*, in qua distinctio formalis ex natura rei ex instituto stabilietur.

Ad 3. arg. respondetur.

29 Ad instantiam: quod eò loci abstinuit Scotus à voce distinctionis, solũ propter periculum falsi intellectus; ne scilicet videretur inter essentiam, & hypostases, relationem realem distinctionis astruere. Quam obrem distinctionẽ formalem ex natura rei, potiùs non identitatem, quàm distinctionẽ, inibi appellãdam censuit; eòquòd nullo modo inductiua sit relationis distinctionis; quatenus ea, quæ realiter identificantur, inter se correlatiuè opponi nequeant. In alijs tamen suæ doctrinæ locis, non identitas formalis, & distinctio formalis, pro eodem vsurpantur; quare apud illum frequens est illa propositio: *ista distinctio, siue non identitas.*

Ad instãtiã

Ad quartum; de compositione, quæ ex distinctione ex natura rei exoriri vide-

Ad 4. arg.

ba-

batur; satis superque dictum est *in præcedenti articulo.*

Ad 3. arg. Enodatione ostenditur, quòd nõ omnis discretio realis trahitur à principijs materialibus.

30 Ad quintum: verum nõ esse, quod supponit, nimirum formalem, & realem distinctionem, eò adæquatè cõdistingui, quò formalis discretio à principijs essentialibus petatur; realis verò à materialibus tantùm & extrinsecis. Quia licet certum sit, omnem formalem distinctionem à principijs essentialibus accipi, nimirum ab ipsa diffinitione & quidditate rei; inficiamur tamẽ, omnem realem distinctionem peti à materialibus causis, (seu quod in idem incidit,) non ab essentialibus principijs. Aliquæ enim rationes, vel quidditates ex sẽ ipsis referunt, vt in eandem entitatem conuenire non possint; adeò vt ista, vi sui quidditatiui conceptus, ab altera realiter prorsus separetur: huiusmodi sunt actus amoris; & odij, assensus, & dissensus; & duæ formæ hypostaticæ, quæ in realem identitatem, vi suæ quidditatiuæ rationis, coire nequeunt.

Maior est discretio realis distinctione formali.

31 At data hypothesi, quòd omnis distinctio realis à materialibus tantùm & extrinsecis principijs peteretur, adhuc maior esset distinctione formali; cũ enim distinctio sit quoddam non esse positiuæ entitatis, per recessum à positiuo illo realitatis, quo priuat, eius quasi latitudo pensanda est: sicut & latitudo siue quantitas negationis, vel priuationis cuiuslibet, penes accessum, vel recessum à positiuo, apprehenditur. Quia ergo discretio realis priuat maiori vnitate, siue tollit magis de positiuo vnitatis; cùm nullum genus identitatis, siue vnitatis realis, compatiatur: distinctio verò formalis vnitatem tãtùm diffinitionis, & rationum formalium respuat, identitatem verò realem istarum formalitatum sustineat; ideò est, vt distinctio realis maior, quàm formalis, habenda sit. De quo vide optimam instantiam infra in *controu. 2 de vnitate Dei, in appendice metaph. de dist. art. 4. sub num. marg. 34. in responsione ad 5. argumentum.*

Obiectio ex præmissam doctrinam.

32 Sed occurres: si maior esset distinctio realis, quàm formalis; fieret vt distinctio realis discretionem formalem imbiberet, cùm maior distinctio minorem absorbeat: quod esse falsum perspicuè satis ostenditur in indiuiduis eiusdẽ speciei, quæ cum reali discretione formalem vnitatem, & conuenientiam retinent.

Infringitur perspicuè.

Respondetur: distinctionem realem semper distinctionem formalem imbibere, sicut maior discretio minorem ambit; nec obiectionem oppositam vrgere: concedimus enim, Petrum, & Ioannem, qui inter se realiter differunt, etiam formaliter secerni; non tamen propter formalia, sed tantùm propter materialia principia. Alia est enim realiter quidditas hominis in Petro, & alia in Ioanne; atque adeò sortiuntur quidditates, & formalitates realiter & numero condiscretas, sed non essentialiter distinctas; aliud enim est duas formalitates realiter distingui; aliud verò rationes, siue quidditates, istas, per formalia principia secerni. Quò fit, vt licet realis distinctio semper claudat realem separationem formalitatum; quod præstat, vt discretio realis maior sit in genere distinctionis, quàm formalis distinctio ex natura rei: sed non includit necessariò distinctio realis distinctionem formalitatum, siue rationum formalium per quidditatiua principia; vt de indiuiduis eiusdem speciei demonstrat argumentum. De quo vide consonam Scoti doctrinam *in controu. 2 de vnitate Dei, art. 5. num. margin. 26.*

Ad 6. arg.

33 Ad sextum: distinctionem attributorum non esse aliquam ex speciebus oppositionis strictè sumptæ, quæ in argumento in suas species distribuitur; esse tamen negationem quamdam, quæ, vt necessaria, & connexa conditio, ad positiuum illius rationis, siue formalitatis consequitur, quæ ab altera condistinguitur.

CON-

CONTROVERSIA SECVNDA DE VNITATE DEI.

SERIES, ET NEXVS DOCTRINAE.

IN præcedenti controuerſia de eſſentia, & quiddita te diuinæ naturæ actum eſt, & de diſtinctione illius ab attributis, deque attributorum diſcretione, quã inter ſe referunt, diſputauimus in genere; reſtat de illis in ſpecie diſputationem contexere. Et vt debitus ordo, & doctrinæ conſequentia obſeruetur, agendum eſt prius de illis attributis, quæ Deo deferuntur in quantùm in vniuerſaliſsimo entis conceptu cum creaturis colligitur; ſcilicet, de vnitate, veritate in eſſendo, & bonitate. Poſtea verò de alijs Dei perfectionibus, quæ vel ſingulariſsimæ ſunt diuinæ naturæ affectiones, vt infinitas, immenſitas, immutabilitas, æternitas; vel quæ Deo ex creaturis tribuuntur ſecundùm aliam minus abſtractam, & vniuerſalem rationem intellectiuæ ſubſtantiæ: ſcilicet, de ſcientia, voluntate, & affectibus illius.

Authoris inſtitutũ in apparãdis metaphyſicis diſſertationibus.

Sed, vt veræ Theologię fundamenta paremus, neceſſarium duxi aliquot quaſi metaphyſicalia ſemina conſerere, morem antiquorum imitatus: qui in commentarijs Theologicis quæſtiones metaphyſicas ſuo inſtituto congruentes excitarunt. Divus enim Thomas, 1. *part. quæſt.* 5. *ab artic.* 1. *vſque ad* 6. naturam boni latiſsimè exarat, & *in quæſt.* 10. diſputans de æternitate Dei, tractat de æuo, & de tempore: & *in quæſt.* 11. agens de vnitate Dei, naturam vnius in tota ſua abſtractione expendit.

S. Thomas pro concinnitate, & cohærentia doctrinæ, metaphyſicalia Theologicis inſerit.

Similiter noſter Scotus *in* 1. *ſent. diſt.* 3. *quæſt.* 3. ex inſtituto naturam entis, & ſuarum proprietatum inueſtigat: & *in* 2. *diſt.* 3. vt diſcretionem numericam in Angelicis ſubſtãtijs aperiat: diffusè

in-

indiuiduationem substantiæ materialis discutit, *à quæst. 1. vsque ad 7.* dùm enim controuersias theologicas moliebatur, à metaphysicis abstinere noluit; vt ex illis viam sterneret ad theologica asserta radicitùs firmanda. Quare, nec nos theologicæ disciplinæ metas prætergressuros existimamus; si in præsenti metaphysicalia aliquot, quasi apparatus quosdam ad rem theologicam, discutiamus. Quare sit.

Similiter Scotus, è re theologica, quasi metaphysicos apparatus substernit.

ARTICVLVS I.

Vtrùm vnitas entis in positiuo consistat?

SVMMARIVM.

Prima sententia asseuerans rationem obiectiuam vnitatis in mera negatione constitutam. Num. 1.

Obiectiuam vnitatis rationem ex positiuo, & negatiuo, constari, autumat Suarez. Num. 9.

Vnitatis conceptum non esse extra quidditatem rei, asseuerat Hurtado. Num. 12.

Litera textus Scoti ad firmandam verã sententiam. Num. 15.

Obseruationes erutæ ex litera textus. Num. 18.

Oppositio vnitatis, & multudinis, ex Alexandro Alensi expenditur, eamque esse priuatiuam. Num. 22.

Minutiora quædam vnitatis expediuntur. Num. 28.

Sententia Scoti optimis rationibus fulcitur. Num. 33.

Opposita fundamenta refelluntur. Num. 43.

Confutantur placita Soarij, & Petri Hurtado. Num. 48.

1. Opinio adstruës, quòd vnitas sit mera negatio.

VArij sunt Doctores in conceptu obiectiuo vnitatis astruendo; prima opinio autumat, rationẽ obiectiuam vnitatis adæquatè conceptã esse meram negationem. Sic Caietanus *1. p. quæst. 11. art. 1. ad secundum.* Et alij ex Thomistis quam plures, qui in hac re Diui Thomæ sententiam se amplecti existimant.

Caietanus.

1. Arguitur

1 Et probatur primò: quia quælibet passio est extra rationem formalem sui subiecti; aliàs enim nõ esset affectio quædam de subiecto per essentiam demonstrabilis, sed ipsa potius subiecti quidditas. At implicat dari formalitatem aliquam positiuam, quæ essentialiter non imbibat abstractissimam entis rationẽ, (quæ est veluti substratum, & materia vnitatis in tota sua latitudine) cum eo ipso quòd positiua sit, & vi sui conceptus formalis à nihilo recedens, sub gradu entis claudi debeat.

Confirmatur vnitas in negati consistere.

Tum etiam: quòd hæc ratio positiua refert conceptum essentialem, & intrinsecum sibi, vt omnes admittunt; sed exprimere rationem essentialem, est habere proprium esse: cùm verissimum, & propriissimum esse cuiuslibet formalitatis sit quidditatiua ratio illius: ergo, si vnitas refert propriam conceptibilitatem siue quidditatiuam rationem, etiam importat essentiam; atquè adeo extra rationem entis nominalis esse non poterit, quod est talis proprietatis subiectũ. Ac proinde, nec concipi posset, vt affectio extrinseca illius gradus essendi, quẽ vnitas quidditatiuè imbiberet; vt igitur vnitas affectio entis haberi queat, vt mera negatio appræhendi debet.

Fuga

2 Dices; vnitatem implicitè claudi in conceptu entis, in quem omes positiuæ formalitates resoluuntur; explicitè tamen, inquantùm sub expressa vnitatis ratione apprænditur, conceptum entis abigere; cùm gradus essendi quidditatiuè enuntietur de omnibus entibus; ratio verò vnius denominatiuè, & accidentaliter.

Occupat

Sed contra instat Scotus *in 1. dist. 3. quæst. 3. §. tertiò arguì potest.* Quia vel conceptus vnitatis sub explicita consideratione proprietatis entis est ens, vel non? si est ens? ergo non potest esse passio illius; cùm conceptus proprietatis non sit de quidditate subiecti. Si non est ens? idem argumentum contra Thomistas retorquendum est, quod ab ipsis Sco

tò opponitur: quòd illa formalitas ſub explicita ratione proprietatis, vel affectionis entis, eſt poſitio, veramquè refert rationem formalem; nequit ergo abſtractiſsimum entis conceptum refugere.

Arguitur 2. à confutatione poſitiui, in quo conſiſtat vnitas.

3 Secundò proceditur ex impugnatione poſitiui illius, in quo talis vnitas conſtitui poſsit; & primò in compoſitis entibus; deinde in ſimplicibus. Quia ſi aliquid poſitiuum eſſet ratio vnitatis in ente compoſito, maximè vnio, quæ eſt via ſiue cauſalitas conſtitutiua vnius per compoſitionem; atqui vnio non poteſt eſſe poſitiuum illud phyſicum, à quo vnitas, quæ forma metaphyſica eſt, accipi poſsit; ergo cùm omnes metaphyſici gradus à phyſica compoſitione petantur, ſi repugnaret poſitiuum phyſicum, à quo poſitiuum vnitatis, quæ ratio metaphyſica eſt, accipi valeat, ita impoſsibilis eſſet vnitas illa poſitiua.

Minor illa, in qua vis argumenti poſita eſt, quòd nimirum vnio nequeat eſſe illud phyſicum, à quo vnitas trahatur; ita expenditur. Quia ſicut vnitas eſt extra rationem eſſentialem entis, ita principium illud phyſicum, à quo accipitur, debet eſſe extra quidditatem entis. Sed vnio non poteſt non intrare formam liſsimam illius entis conſtitutionem, quod per vnionem, ſiue compoſitionem partium ſubſiſtit: cum præciſò illo poſitiuo vnitatis, quod vt extra quidditatem entis concipitur, adhuc ſpectet vnio ad quidditatiuum conceptum entis, quá ens compoſitum eſt. Vt euidenter conſtat in ſubſtantiali nexu corporis, & animæ rationalis, qui eſt de eſſentiali conſtitutione hominis; & in vnitiuo partium continui, quod eſt de eſſentia illius, prout quid vnum eſt ſub tali ſpecie quantitatis conſtitutum. Reliquum ergo eſt, vt vnio nequeat haberi ea ratio phyſica, à qua vlla metaphyſica forma expectari queat, quæ ſit extra quidditatiuum rei conceptum; quò fit, vt nec principium phyſicum alicuius proprietatis eſſe poſſit, cùm proprietas ſit extra omnẽ ſubiecti quidditatem.

Agitur præterea, quòd vnio nequeat eſſe ratio phyſica, à qua accipiatur vnitas entis compoſiti.

4 Deinde oſtenditur; vnitatem, nec in entibus ſimplicibus, poſitiuam eſſe; eò quòd in illis vnitas non ſit aliqua partium compoſitio, ſiue realitatum inter ſe vnitarum conuentus, ſed vnica, ac indiuiſa realitas. Sed realitas prorſus nõ partita nihil addit ſupra quidditatẽ rei, niſi negationem partitionis, & diuiſionis; ergo inter quidditatem naturæ ſimplicis, & indiuiſæ, & negationem partitionis, quam infert, non mediat aliqua forma poſitiua vnitatis inductiua huiuſmodi negationis partitionis.

ſtatur iam cõ poſitiuã nitatem uli ſimpli i.

Tertiò. Quia præciſo intelligibiliter omni poſitiuo à quidditate entis diſtincto, in illo entis conceptu, qui relinquitur ex præciſiua abſtractione, remanet quidquid eſſentialiter neceſſarium eſt ad negationem partitionis, vel diuiſionis inferendam; ergo inter rationem entis, & negationem partitionis, nihil mediat, quod ſit paſsio entis. Antecedens probatur; quia præciſo per intellectum à Deo attributo illo vnitatis, quod poſitiuum eſt; Deus vi ſui quidditatiui conceptus, quolibet alio poſitiuo ſublato, habet quòd in ſe omnino indiuiſus ſit, & quòd ab alijs ſeparetur; Deitas enim è forma liſsima ratione, & illimitatione ſua in omni genere entis, ſicut eſſentialiter eſt omne ens; ita quidditatiuè à ſe prorſus relegat omnem extraneitatem, & ſeparationem ab aliquo gradu entis ſimpliciter. Igitur, vi ſuæ quidditatis, exprimit negationem diſtinctionis, & partitionis, quolibet alio poſitiuo ſublato; ac proinde quando ab intellectu concipitur formalitas illa poſitiua vnitatis apprehẽdetur, vt otioſa, & ſuperflua ad negationem partitionis inferendam.

3 arg. quòd vnitas Dei non addat poſitionem

5 Quartò arguitur: quia relationi nihil propriè opponitur præter relationem, vel negationem; quod in relatione ſimilitudinis ſatis pateſcit, cui ſolùm opponitur, vel diſsimilitudo, quæ eſt oppoſita relatio; vel nõ ſimilitudo, quæ eſt immediata negatio poſitiui ſimilitudinis. Sed diſtinctio eſt relatio quædã; igitur quod illi propriè opponitur, aut eſt relatio, aut negatio. Sed relatio identitatis opponitur diſtinctioni tanquam relatio, vt perſpicum eſt; ergo vnitas opponi debet diſtinctioni, vt negatio.

Arguitur 4 ex oppoſitione vnitatis & diſtinctionis.

6 Quintò: quia modus poſitiuus vnitatis in quolibet ſubiecto non ſolùm eſt vnus, *vt quo*, ſed etiam vnus, *vt quod*; id eſt, non tantùm eſt forma, vel ratio entis in eſſe vnius, ſed etiam in ſe ipſo eſt vnus; cùm in ſe partitus non ſit, referatque ſeparationem à modo vnitatis alterius ſubiecti. Atqui nõ eſt vnus, vt quòd vi alterius formæ vnitatis, ſed per formam negationis, quæ immediatè ad ſuam rationem eſſentialẽ conſequatur:

5 Ratio eò quòd vnitas ſit vna, vt quod per negationẽ.

ig i-

Primum mobile.

Motus primi mobilis.

Motus octauæ sphæræ.

Motus Saturni.

Motus Iouis.

Motus Martis.

Motus Solis.

Motus Veneris.

Motus Mercurij.

Motus Lunæ.

Motus elementorum.

Motus mixtorum.

Motus animalium.

Motus plantarum.

Motus fossilium.

Motus humanus.

Motus Christi.

Motus Spiritus sancti.

Motus Angelorum.

Motus Diaboli.

Motus Antichristi.

Motus Ecclesiæ militantis.

Motus Ecclesiæ triumphantis.

Motus Ecclesiæ patientis.

Motus Ecclesiæ Romanæ.

Motus Ecclesiæ Græcæ.

Motus Ecclesiæ Lutheranæ.

Motus Ecclesiæ Caluinianæ.

Motus Ecclesiæ Anglicanæ.

Motus Ecclesiæ Scoticanæ.

Motus Ecclesiæ Gallicanæ.

Motus Ecclesiæ Germanicæ.

Motus Ecclesiæ Hispanicæ.

Motus Ecclesiæ Italicæ.

Motus Ecclesiæ Belgicæ.

Motus Ecclesiæ Polonicæ.

Motus Ecclesiæ Hungaricæ.

Motus Ecclesiæ Bohemicæ.

Motus Ecclesiæ Turcicæ.

Motus Ecclesiæ Moscouiticæ.

Motus Ecclesiæ Indicæ.

Motus Ecclesiæ Æthiopicæ.

Motus Ecclesiæ Armenicæ.

Motus Ecclesiæ Nestorianæ.

Motus Ecclesiæ Iacobitarum.

Motus Ecclesiæ Abassinorum.

Motus Ecclesiæ Maronitarum.

Motus Ecclesiæ Georgianorum.

Motus Ecclesiæ Mingrelianorum.

Motus Ecclesiæ Circassorum.

Motus Ecclesiæ Tartarorum.

Motus Ecclesiæ Sinicæ.

Motus Ecclesiæ Iaponicæ.

Motus Ecclesiæ Peruanæ.

Motus Ecclesiæ Mexicanæ.

Motus Ecclesiæ Floridanæ.

Motus Ecclesiæ Virginianæ.

Motus Ecclesiæ Canadensis.

Motus Ecclesiæ Brasilianæ.

Motus Ecclesiæ Chilensis.

Motus Ecclesiæ Magellanicæ.

Motus Ecclesiæ Nouæ Guineæ.

Motus Ecclesiæ Nouæ Zelandiæ.

Motus Ecclesiæ Nouæ Hollandiæ.

Motus Ecclesiæ Nouæ Britanniæ.

Motus Ecclesiæ Nouæ Albionis.

Motus Ecclesiæ Nouæ Francorum.

Motus Ecclesiæ Nouæ Hispaniæ.

Motus Ecclesiæ Nouæ Granatæ.

Motus Ecclesiæ Nouæ Castellæ.

Motus Ecclesiæ Nouæ Andaluziæ.

Motus Ecclesiæ Nouæ Cantabriæ.

Motus Ecclesiæ Nouæ Asturiæ.

Motus Ecclesiæ Nouæ Galliciæ.

Motus Ecclesiæ Nouæ Lusitaniæ.

Motus Ecclesiæ Nouæ Aragoniæ.

Motus Ecclesiæ Nouæ Valentiæ.

Motus Ecclesiæ Nouæ Murci

connotatione ad extrinseca; verũ enim nihil aliud est, quàm ipsum esse, vt refertur ad intellectum; & bonum ipsum ens, vt volũtati cõponitur, vel comparatur: cum adæquatus istarum proprietatum entis conceptus in solis respectibus rationis, aut extrinsecis habitudinibus constituendus non sit; ergo, & vnitas etiam claudit quidditatiuè ipsammet rationẽ entis, vt indiuisam.

12 Tertia in hac re opinio est; vnũ nihil addere supra rationem entis; atque adeo esse ipsummet positiuum, quod refert quidditatiuus entis conceptus. Huius noui modi sẽtiẽdi author merito haberi potest Petrus Hurtado in sua Met. *disp. 4. de vnitate realiter sect. 1 subsect. 2.* Licet enim, §. *marg. 16.* Asseruisset, vnitatem ratione distingui à conceptu entis; attamẽ postea, §. *marg. 23. & 24.* Apertè astruit, compositionem ipsam entis, siue connitionem partium esse rationem formalem vnius compositi, siue vnius, quod per compositionem subsistit. Cùm autem partium compositio nõ sit extra rationem essentialem compositi entis; manifestè deducitur, Petrum Hurtado in ea esse sententia, vt existimet, vnitatem rei non esse extra cõceptum essentialem eius.

13 Quæ opinio probatur primò: quia illud est formaliter vnum, quod formaliter tollit multa, vt multa sunt; sed ens quodlibet, siue simplex, siue compositum, vi essentialis constitutionis suæ, seclusa qualibet alia ratione obiectiua, habet, quòd à se penitus abigat diuisionẽ partium, quæ totaliter destruit essentialem constitutionem eius: homo enim, quà homo est, essentialiter habet explodere diuisionem substantialis nexus vtriusque compartis, materiæ, & formæ, sine quo eius quidditas haud superstes esse potest; igitur homo, vi quidditatiuę compositionis suæ, refert quòd non partitus sit, atque adeo, & quòd sit vnus.

14 Secundò: quia diuisum, & non vnitum, sunt formaliter idem; ergo quod opponitur non vnito, opponitur etiam diuiso. At oppositum non vniti est vnitum formaliter; ergo oppositum diuisi est vnitum formaliter. Sed diuisum est formaliter multa; ergo vnitum est, quod formaliter opponitur multitudini, vt multitudo est, infertque negationem diuisionis, & partitionis. At vnitum spectat ad essentialem constitutionẽ vnius per compositionem; ergo connitio siue compositio partium, quæ est de quidditatiua constitutione rei compositæ, est ipsamet forma vnitatis inferens negationem partitionis, & diuisionis.

Litera Scoti explanata, ex qua positiuam vnitatis rationem manifestè produco.

AT, vt nostrã sentẽtiã ex Scoticis principijs eruamus; consulẽdus est Scotus *in 2. dist. 3. q. 2. nu. marg. 2. §. est ergo intellectus quæstionis* Vbi docet in hæc verba.

15 *Hoc modo intelligendo probo, quòd non sit aliquod indiuiduum formaliter per negationem, vel priuationem, sicut videtur ista positio ponere. Primò, quia nihil simpliciter repugnat alicui enti per solam priuationem in eo, sed per aliquid positiuum in eo: igitur diuidi in partes subiectiuas non repugnat huic lapidi in eo, quòd est quoddam ens, per aliquas negationes. Probatio antecedẽtis; quia quantumcumque negatio tollat potentiam proximam ad agere, & pati, vt per hoc idem ens, in quo est negatio, careat potentia proxima ad aliquid: nõ tamen ponit formalem repugnantiam illius entis ad aliquid; quia per possibile, vel impossibile, circumscriptis illis negationibus, cùm non sint, staret tale ens cum opposito illarum negationum: & ita cui illo, cui dicitur repugnare per se, quod est impossibile. Exemplum huius; si substantia intelligatur non quanta, non est diuisibilis, hoc est non possibilis diuidi potentia propinqua: non tamẽ repugnat sibi diuidi, quia tunc repugnaret sibi recipere quantitatem, per quam formaliter posset diuidi. Stante igitur natura substantiæ corporeæ, non repugnat sibi, quòd sit diuisibilis,*

16 *Similiter, si non habere visum, tollat potentiam proximam ad videndum, non tamen facit repugnantiam simpliciter ad videre; quia potest stare eadem natura positiua, in qua fuit hæc negatio, & potest sibi inesse oppositum illius negationis, sine repugnantia ex par-*

Scotus.

" *Repugnantia ad diuisionem requirit esse negatio.*

" *Indiuisibilitas in substantia non quanta non importat positionem, & quare?*

" *Indiuisibilitas indiuidui est positiua; & cur?*

te

te naturæ. Ita potest argui in proposito, cum iste ponat naturam ex se non esse vnam, & indiuiduam; nunquam tamen per aliquam negationem positam in natura repugnabit sibi formaliter diuidi; & ita nunquam erit aliquod ens positivum in rebus, quod erit completè indiuiduũ.

17 *Ad argumentum ad oppositum, licet assumptum sit falsum, de quo fortè aliis: tamen si verum esset, quòd vnum significaret formaliter illam duplicem negationem; non sequitur, quòd non habeat aliquam causam positiuam, per quã insit ei illa duplex negatio.*

18 Pro reseranda ergo litera Scoti obseruandum est; maximum intercedere discrimen inter negationem eam, quæ est quoddam non esse formæ repugnantis ipsi subsstrato, quod talem negationem inducit; & negationem formæ non repugnantis ipsimet fundamento illatiuo negationis talis formæ. Exemplum primi ordinis negationum esse potest; non esse insensibilitatis, quod infert quodlibet ens sensibile; aut negatio irrationalitatis, quæ consequitur ad esse hominis. Illarum verò negationum, quæ non remouent à subiecto formas ipsi subsstrato repugnantes, exempla sunt in litera textus propositi; negatio quantitatis in substantia non quanta; & negatio visus in oculo cæco.

Discrimen ergo inter has negationes in hoc maximè positum est; quòd quando negatur forma repugnans ipsi materiali semper talis negatio præmittit aliquod positivum proprium, & cum tali negatione ita essentialiter connexum; vt cum illo incompossibilis sit forma, quæ negatur. Cuius rationem insinuat Scotus illis verbis *sub num* 15. *quãtumcumque negatio tollat potentiam proximam, vt per hoc idem ens, in quo est negatio, careat potentia proxima ad aliquid: non tamen ponit formalem repugnantiam illius entis ad aliquid.* Quia, licet negatio à proprio subsstrato tollat positionem formæ, repugnantiam tamẽ ad illam conferre non valet, si aliis ratione alicuius positiui talis repugnantia non præexistat; licet enim negatio irrationalitatis, quam infert conceptus hominis, remoueat formaliter à proprio subiecto formam irrationalitatis; repugnantiam tamen ad irrationalitatem non exhibet, si repugnantia ratione positiuæ formæ rationalitatis non congruat.

19 Quò fit; vt fundamentũ illativum negationis formæ repugnantis non possit esse commune subiectum, tàm formę, quàm negationi eius; animal enim non potest esse subsstratum commune, tàm negationi insensibilitatis, quàm positioni ipsius formæ insensibilitatis, quæ animali contradicit. Quod è contra fit in negationibus formarum subiectb non repugnantium; quæ non præmittunt aliquod positivum proprium huiusmodi negationum inductivum, & illis ita essentialiter cohærens, vt sine negatione, quam infert, superstes esse nequeat positivum, quod negationem inducit. Cuiusmodi est, non esse lucis in aère non illuminato; negatio coloris in superficie non colorata; vel negatio quantitatis in subsstãtia non quanta; & sic de cæteris. Quia cum in talibus negationibus idem omnino positiuum sit subiectum commune, tam formæ, quàm non esse eius; proindè fit, vt huiusmodi negationes non præexigant aliquod positiuum ita proprium, & quidditatiuè cum ipsis negationibus connexum, vt destructa negatione positiuum necessariò pereat.

20 Id enim sibi volùt illa verba Scoti, *ex num.* 16. *Potest stare eadem natura positiua, in qua fuit hæc negatio, & potest sibi inesse oppositum illius negationis sine repugnantia ex parte naturæ.* Ex quo principio cõcinnè producit Scotus; quod ideo vnitas numerica nequeat in mera negatione consistere; quia diuisio, vel partitio contradicat enti indiuiduo; subijcit enim sub eodem, *num.* 16. *Numquam per aliquam negationem positam in natura, repugnabit sibi formaliter diuidi; & ita numquam erit aliquod ens positiuum in rebus, quod erit completè indiuiduum* Vnde efficitur, vt ratio illa obiectiua, quæ exprimit non esse formæ non repugnantis, sit mera negatio; vt liquet in cæcitate, in tenebris, in non esse coloris in superficie: è contra verò, ille conceptus, seu obiectiua ratio, quæ ablegat formam repugnantem subsstrato, sit essentialiter positio.

21 Quæ Scoti doctrina omnino consonat his, quæ ex ipso constituimus, *in controu. præcedenti in metaphysica appendice, tertij articuli, memb.* 1. *numer. margin.* 19. & 20. vbi ostendimus; quòd si incommunicabilitas negatiua, vel negatio communicabilitatis, quam refert suppositum creatum, non sit negatio re-

pugnan-

Scotus.

Discrimen inter negationem formæ repugnantis, & non repugnantis.

Scotus.

Negatio licet tollat formam, non præbet repugnantiam

Scotus.

Scotus.

Ratio obiectiua exprimens repugnantiã formæ ad subsstratum essentialiter est positiua

Cohærent doctrinæ Scoti, de vnitate positiua, & subsstentia positiua.

pugnantis formæ, (eòquòd naturaliter ſuppoſitatæ per negationem, non repugnet ſimpliciter communicari alteri ſuppoſito, ſed ſolùm ſecundùm quid, ex hypotheſi ſeparationis, vel non communicationis naturæ ad ſuppoſitum;) tunc enim in ea hypotheſi, ratio ſuppoſitalitatis, (cum non inferat negationem communicabilitatis tanquam formæ ſibi repugnantis,) non conſiſteret in poſitiuo: ſed in mera negatione. Si autem, (quod & probabilius duximus,) negatio, quam creatum ſuppoſitum inducit, eſſet per repugnantiam; ſeu quod eòdem redit, communicabilitas, quæ à ſuppoſito negatur & remouetur, eſſet repugnans conſtitutioni eius; tunc ratio ſuppoſiti, non in mera negatione, ſed in poſitione eſſentialiter conſiſtere deberet. Quatenus mera negatio, eſto quòd tollat formam, præſtare tamen nequeat repugnãtiam, ad formam, quam abigit; ac proinde negatio repugnantis formæ præexigat rationem poſitiuam, quæ ſit ſubſtratum eſſentiale illatiuum talis negationis formæ repugnantis; ita vt ratio obiectiua, ſiue quidditatiuus conceptus talis repugnantiæ, vt repugnantiæ, ſit eſſentialiter poſitio. Quare, ſicut apud Scotum, vt liquet ex textu citato, ſi hypoſtaſis non exprimeret incommunicabilitatem per repugnantiam, non eſſet completa hypoſtaſis; ita ſi negatio partitionis, quam refert indiuiduum, non eſſet negatio repugnãtis formæ, vel partitio non obſtaret conſtitutioni indiuidui; indiuiduum non eſſet completè indiuiduum; pari ratione, qua ſuppoſitalitas non eſſet completa. Vt ſcitè Scotus ſub illis verbis. *Et ita nunquam erit aliquod ens poſitiuum in rebus, quod erit completè indiuiduum.*

Scotus.

obiectio.

Sed obijcies; quòd nulla aſſignari valet negatio, quæ non ſit repugnans illi formæ, quam deſtruit; tenebræ enim repugnant luci, & cæcitas viſui, &c. igitur futile eſt fundamentum Scoti negationis formæ repugnantis, & non repugnantis, à quo petit probationem ad poſitiuam vnitatis rationem adſtruendam.

Refutatur.

Reſpondetur; quòd diſparitas illa Scotica, de negatione repugnantis, & non repugnantis formæ, non ſpectat ſolam formam; cum euidens ſit, quodlibet non eſſe formæ deſtruere poſitionem, quam negat; ſed refertur ad ſubſtratum, cui forma negata ſit repugnans, aut non repugnans. Qua ratione cæcitas non remouet formam repugnantem oculo; nec tenebræ lucem contradicentem aeri; è contra verò, negatio actualis, & aptitudinalis dependentiæ, in ſuppoſito remouet formam dependentiæ contradicentem ſuppoſito; & negatio partitionis in ente explodit partitionem repugnantem enti. Cum autem à mera negatione trahi nequeat repugnantia formæ reſpectu ſubſtrati; fit inde, vt ratio obiectiua, & quidditatiua talis repugnantiæ in ſuppoſito ad dependendum, & in ente ad partitionem, ſit eſſentialiter poſitiua.

Obijcitur quòd negatio viſus in lapide imbiberet rationem poſitiuam.

Verùm; adhuc contra axioma Scoti inſtabis vltra; quòd negatio viſus in lapide eſt negatio repugnantis formæ; contradicit enim actus vitalis, qualis eſt viſio, ſubſtrato inanimi, cuiuſmodi eſt lapis. Atqui, non eſſe viſus in lapide eſt mera quædam negatio, ſicut cęcitas in oculo; cum colligãtur ad vnum conceptum negationis vt ſic, negatio viſus in lapide, & cæcitas; ſolùmque differãt in hoc, quòd cæcitas præmittat ſubſtratum habile; negatio verò viſus in lapide ſupponat ſubiectum incapax reſpectu talis formæ.

Eneruatur oppoſitio præcedens.

At; tantùm abeſt, vt prædicta oppoſitio Scoti pronuntiatum concutiat, & expugnet; quòd potius anſam ſuppeditet ad pleniorem elucidationem doctrinæ præcedentis. Rogo enim, cur cæcitas non tollat formam repugnanté oculo, niſi quia non præexigat ſubſtratum poſitiuum, cui forma viſionis repugnet? igitur à contrario; non videns in lapide, eò remouet viſionem, vt contradicentẽ lapidi, quò præmittat ſubſtratum inanime, cui repugnans ſit compoſitio ad formam viuam.

Qualiter negatio viſus in lapide imbibat repugnãtiã poſitiuam.

Dicimus ergo; quòd ſi negatio viſus in lapide ſpectetur inquantùm eſt merum, ac ſimplex non eſſe viſus; vt ſic in mera negatione conſiſtit. Si autem conſideretur inquantùm remouet viſum, vt formam repugnantem ſubſtrato; ſub ea comparatione viſus, vt formæ repugnantis, eſſentialiter imbibit lapideitatem, vt ſubſtratum inanimatum; ob quã rationem contradicit illi compoſitio ad formam viuam. Sicut negatio inſenſibilitatis in animali, inquantùm ſpectatur, vt merum non eſſe inſenſibilitatis, in mera negatione conſiſtit; vt verò remouet inſenſibilitatem tanquam formam contradicentem animali; imbibit eſſentiali-

ter

vel formam, poſſunt ſimul eſſe, ſi ſint in diuerſis ſubiectis, vt color albus, & color niger poſſunt eſſe ſimul, ſi ſint in diuerſis corporibus. Similiter ſi ſint in eodem ſubiecto, poſſunt ſimul eſſe, ſi ſint in diuerſis partibus ſubiecti, vt color albus, & color niger poſſunt eſſe ſimul, vno tempore, ſi ſint in diuerſis partibus ſuperficiei. Ita tamen quod

Quæſtio quinta.

Vtrum vnitas entis, & vnitas indiuiſionis ſit vna, & eadem bonitas, & perfectio.

Circa quintum ſic proceditur. Videtur quod vnitas entis, & vnitas indiuiſionis non ſit vna, & eadem bonitas, & perfectio. Nam vnitas entis conſiſtit in indiuiſione ſubſtantiæ, vnitas autem indiuiſionis conſiſtit in indiuiſione quantitatis, vt dicit Philoſophus 5. Metaphyſ. Sed ſubſtantia, & quantitas differunt ſecundum genus, vt dicit Philoſophus 1. Prædicamentorum. Ergo vnitas entis, & vnitas indiuiſionis non ſunt vna, & eadem bonitas, & perfectio.

2. Præterea, vnitas non diuiſionis conſiſtit in indiuiſione ſimplicis, vnitas autem entis conſiſtit in indiuiſione compoſiti, vt dictum eſt. Sed ſimplex, & compoſitum differunt ſecundum genus, vt dicit Philoſophus 1. Prædicamentorum. Ergo vnitas entis, & vnitas indiuiſionis non ſunt vna, & eadem bonitas, & perfectio.

3. Præterea, vnitas non diuiſionis conſiſtit in indiuiſione ſimplicis, vnitas autem entis conſiſtit in indiuiſione compoſiti, vt dictum eſt. Sed ſimplex, & compoſitum differunt ſecundum genus, vt dicit Philoſophus 1. Prædicamentorum. Ergo vnitas entis, & vnitas indiuiſionis non ſunt vna, & eadem bonitas, & perfectio.

4. Præterea, vnitas non diuiſionis conſiſtit in indiuiſione ſimplicis, vnitas autem entis conſiſtit in indiuiſione compoſiti, vt dictum eſt. Sed ſimplex, & compoſitum differunt ſecundum genus, vt dicit Philoſophus 1. Prædicamentorum. Ergo vnitas entis, & vnitas indiuiſionis non ſunt vna, & eadem bonitas, & perfectio.

5. Præterea, vnitas non diuiſionis conſiſtit in indiuiſione ſimplicis, vnitas autem entis conſiſtit in indiuiſione compoſiti, vt dictum eſt. Sed ſimplex, & compoſitum differunt ſecundum genus, vt dicit Philoſophus 1. Prædicamentorum. Ergo vnitas entis, & vnitas indiuiſionis non ſunt vna, & eadem bonitas, & perfectio.

Monachus ordinatus sine titulo, & postea ab alio ordinatus titulo ecclesiæ, ubi ordinatus est, ad illam ecclesiam pertinet, & ab illa non potest recedere, nisi ab episcopo suo, vel ab episcopo illius ecclesiæ, ad quam transire desiderat, fuerit ordinatus.

11. Ordinatus sine titulo, & postea ab alio ordinatus titulo ecclesiæ, ubi ordinatus est, ad illam ecclesiam pertinet, & ab illa non potest recedere, nisi ab episcopo suo, vel ab episcopo illius ecclesiæ, ad quam transire desiderat, fuerit ordinatus.

Quod dicitur ordinatus sine titulo, quod ordinatus sine titulo patrimonii, vel alterius ecclesiæ, vel monasterii, vel martyrii, vel hospitalis, vel alterius loci, ubi ordinatus est, ad illam ecclesiam pertinet, ubi ordinatus est, & ab illa non potest recedere, nisi ab episcopo suo, vel ab episcopo illius ecclesiæ, ad quam transire desiderat, fuerit ordinatus. Quia, sicut monachus, qui sine licentia abbatis sui de monasterio recedit, fugitivus dicitur, & ubique terrarum ab omnibus comprehendi potest, & ad monasterium suum reduci, ita & clericus, qui sine licentia episcopi sui de ecclesia recedit, fugitivus dicitur, & ubique terrarum ab omnibus comprehendi potest, & ad ecclesiam suam reduci. Quia, sicut monachus, qui sine licentia abbatis sui de monasterio recedit, fugitivus dicitur, & ubique terrarum ab omnibus comprehendi potest, & ad monasterium suum reduci, ita & clericus, qui sine licentia episcopi sui de ecclesia recedit, fugitivus dicitur, & ubique terrarum ab omnibus comprehendi potest, & ad ecclesiam suam reduci.

Ordinatus sine titulo, & postea ab alio ordinatus titulo ecclesiæ, ubi ordinatus est, ad illam ecclesiam pertinet, & ab illa non potest recedere, nisi ab episcopo suo, vel ab episcopo illius ecclesiæ, ad quam transire desiderat, fuerit ordinatus. Quia, sicut monachus, qui sine licentia abbatis sui de monasterio recedit, fugitivus dicitur, & ubique terrarum ab omnibus comprehendi potest, & ad monasterium suum reduci, ita & clericus, qui sine licentia episcopi sui de ecclesia recedit, fugitivus dicitur, & ubique terrarum ab omnibus comprehendi potest, & ad ecclesiam suam reduci.

Monachus quidam vagus ordinatur ad titulum ecclesiæ.

12. Monachus quidam vagus ordinatur ad titulum ecclesiæ.

A Monachus quidam vagus ordinatur ad titulum ecclesiæ. Monachus quidam vagus ordinatur ad titulum ecclesiæ. Monachus quidam vagus ordinatur ad titulum ecclesiæ.

vnitatis in negatione posita non sit; adhuc tamen facta collatione inter negationes istas, alteram concipimus vt rationem siue fundamẽtum alterius: prior enim est negatio partitionis rei in se ipsa, quàm negatio identitatis cum alia; quia ex eo, quòd esse huius rei petit nõ esse partitum in plura; negat ideo, esse idem cum altera re realiter conditincta: vel quod in idem incidit, negat & removet esse alterius, quod est diuisum ab esse huius; & quod partitionem facit inter rem, & rem.

Quid sit positiuum illud, in quo consistat vnitas?

29 Cæterùm; suppositis negationibus vnitatis, de quibus non est controuersia; ostendendum est positiuũ illud, ad quod, vt ad rationem proximam, negatio partitionis consequatur. Quod aperitur in vnitate quantitatiua, quæ magis sensui obijcitur; quia cùm vnitatem, esto quòd positiua sit, per negationem partitionis apprehendamus, & sola diuisio in quantitatibus à sensibus percipiatur; inde fit, vt illud, quod istam diuisionem non refert, vt vnum cõcipiatur, & quòd vnitas, quæ quantitatiua non est, instar quantitatiuæ vnitatis explicetur, quæ magis sensibus obijcitur. Vnde, sicut vnitas quantitatis, quæ quantitatiuam diuisionem, seu partitionem removet; à nobis apprehenditur, vt integritas quædam indiuisi entis excludens ab illo subiecto, cuius est affectio, omnem diuisionem; ita vnitas entis simplicis intelligitur, vt integritas quædam; non solùm relegans diuisionem realitatum, ex quibus coalescat; sed etiam & illarum realem discretionem.

Corollarium.

30 Ex quo sequitur; vnitatem transcendentalem vt sic, secundùm quod ambit totam entis latitudinem, cum quo conuertitur, positam esse in integritate quadam abstrahente à realitate illa, quæ refert negationem partitionis, & distinctionis realis partium, qualis est vnitas entis simplicis; est à realitate, quæ removet diuisionem partium, esto quòd illarum realem distinctionem sustineat; qualis est vnitas cuiuslibet entis compositi. Quod exactiùs ex solutione argumentorum constabit.

An vnitas exprimat rationẽ cõmunem omnibus vnitatibus?

31 Obseruandum etiam; aliquos existimasse, conceptum obiectiuum vnitatis non esse aliquam vnam rationem, in qua particulares vnitatis conceptus copulentur; qui consequenter loquuntur ad suam opinionem, de conceptu entis à suis inferioribus non præciso. Quia cum ens, quod est subiectum vnitatis, non referat vnam rationem in illorum sententia; ita nec vnitas, quæ concipitur, vt affectio entis, vnum conceptum importabit. Cùm enim accidentia iuxta subiectorum pluralitatem multiplicentur; si ratio vnitatis apprehendi nequeat, vt afficiens vnum subiectum, vnam nimirum rationem obiectiuam entis, sed multa entia: consequens est, vt vnitatis transcendentalis ratio ad vnitatem conceptus præcisi colligi non possit.

Opinio negatiua.

Refellitur fundamentum illius.

At, licet ratio ista efficax esset suppositis illorum sententia, qui vnitatem entis inficiantur; in oppositam tamen sententiam, eò tantùm illius vis euertitur, quò unitas conceptus obiectiui entis astruitur. Quare, sicut admittitur, omnes rationes entis in vnum conceptum conuenire posse, modis differentialibus, qui essentialem pluralitatem constituunt, præcisis; ita asseri valeret, omnes vnitates ad vnum vnitatis conceptum intelligibiliter colligi: & quòd sicut ratio entis per proprios modos ad decem prima genera trahitur; ita ratio vnitatis per modos speciales ad decem generum vnitates descendit.

Obseruatio.

Quæ tamen astruuntur supposito, quod vnitas non sit conceptus omnino simplex, & irresolubilis in plures conceptus conuenientiæ, & differentiæ; iuxta ea, quæ expendimus *infra, in sequenti art. à numer.* 25. *vsque ad* 27. Si autem vnitas sit simplex metaphysica formalitas, irresolubilis in plures conceptus conuenientiæ, & differentiæ; tunc ab omnibus vnitatibus vnica ratio obiectiua præscindi nequiret; benè tamen ratio vnius ab entibus, quæ sunt substratæ affectionis vnitatis. *Vide sequentem articul. sub num.* 27.

Si vnitas sit simplex conceptibilitas, nequit abstrahi conceptus communis ab vnitatibus.

32 Nec magis etiam nobis probatur eorum opinatio, qui asseuerant, vnitatem numeralem esse ipsam vnitatem transcendentalem, adæquatamque entis proprietatem habendam; huic innixi fundamento. Quòd si transcendentalis vnitas sit proprietas entis realis totã illius vniuersalitatem ambiens: cum sola vnitas numerica realis vnitas

Vnitas numerica non est adæquata passio entis.

sit, & quæ totum entis ambitum complectatur; cùm nullum ens reale reperiatur, quod indiuiduatum non sit: fiet, vt sola vnitas numeralis adæquata entis affectio asseri debeat.

Excutitur oppositio.

Sed obiectio ista nullius est negotij; si in memoriam reuocentur ea, quæ in logicis commentarijs de vnitate formali expedita sunt; nimirum quamlibet rationem, siue gradum metaphysicum, propriam formalem vnitatem referre vnitate numerali minorem. Quare, licet vnitas formalis, prout specifica, vel generica à secundis intentionibus constituitur, quid rationis sit; fundamentaliter verò concepta est gradus essendi ex natura rei ab vnitate numerali discretus. Quia sicut præter esse numerale datur aliud esse ante intellectum ex natura rei ab esse indiuiduali distinctum; nimirum gradus ille, qui à genereitate, vel specieitate afficitur; ita numeralis vnitas, quæ est adæquata proprietas numerici entis, non potest esse adæquata passio entis realis in tota abstractione sua: cùm non omnis realis gradus essendi sit formaliter quid numericum. Posset ergo dici, vnitatem numeralem esse inferiorem transcendentalis vnitatis vt sic; sicut & esse numericum est inferius entis in tota sua abstractione; si vnitas non esset formalitas metaphysicè irresolubilis in plures conceptus, *de quo vide art. sequentem sub num. 27. & sub num. 25.*

Sententia Scoti optimis rationibus firmata.

Assertio 2. Vnitas consistit in positiuo. Scotus. Alensis. Bonauent. Paxquius

33 DIcendum primò; vnitatem transcendentalem essentialiter esse quid positiuum; ad quod negatio partitionis cõsequatur. Sic expresè Scotus in litera proposita, *& in 4. metaph. quæst. 2.* cui consentiunt, Alexander Alensis loco citato, *& 1. part. quæst. 13. memb. 1.* & S. Bonauentura *in 1. dist. 23. art. 1. quæstion. 1.* quibus subscribunt ex Thomistis quam plurimi; inter quos Gabriel Vazquez *in 1. p. tom. 2. disp. 128. cap. 2.*

1. Ratio pro nostra sententia; ex Scoti textu.

Et probatur primò ratione fundamentali ex textu Scoti petita. Negatio partitionis, quam infert vnitas, est negatio per repugnantiam, seu quod eòdem redit, partitio repugnat enti; sed negatio illa, quæ est non esse formæ repugnãtis ipsi substrato, essentialiter supponit positiuum proprium, & cum ipsa negatione quidditatiuè connexum: ergo cũ negatio partitionis remoueat quid repugnans enti; præmittet essentialiter aliquod positiuum, quod intret quidditatiuam vnius constitutionem. Patet consequentia; quia ideò negatio lucis in aere non illuminato, & coloris in superficie non colorata, non supponunt aliquod positiuum proprium ipsis negationibus quidditatiuè cohærens; quia non sunt negationes formarum substrato repugnantium; quò fit, vt substratum sit commune subiectum, tàm positioni formæ, quã negationi eius. At negatio partitionis, quam importat vnitas, remouet quid repugnans, & destruens integritatem entis; ergo negatio partitionis supponit essentialiter aliquid positiuum proprium vnitatis, quod non possit esse materiale, & subiectum commune, tàm negationi partitionis, quàm ipsi partitioni.

Expeditur fundamentũ textuale Scoti.

Vel sic construo rationem; cõceptus, vel ratio obiectiua, remouens formam repugnantem enti, nequit esse negatio, sed positio; ob rationem textualem Scoti; *quantumcumque negatio tollat potentiam proximam, non tamen ponit formalem repugnãtiam illius entis ad aliquid*: igitur illud, quod abigit multitudinem, vt repugnantem enti, nequit esse formaliter negatio. Atqui vnitas formaliter ablegat multitudinem, vt contradicẽtẽ enti; ergo ratio obiectiua vnitatis est positio formaliter. Quam Scoti argumẽtationem validissimam iudico.

Scotus.

"

"

Premitur ratio ex positiuo conceptu hypostasis.

34 Vrgetur præterea ex communi sententia; quia ideò cõceptus hypostasis essentialiter est positiuus, quia negatio actualis, & aptitudinalis depẽdẽtiæ est quoddam nõ esse formæ repugnãtis suppositio; atque adeò essentialiter supponere debet talis duplex negatio ad hypostasim cõsequuta aliquid positiuũ propriũ, & essentialiter imbibitũ in cõceptu repugnãtiæ ad cõmunicabilitatẽ, ratione cuius actualis, & aptitudinalis dependẽtia suppositio repugnans sit. Sed etiam negatio partitionis, quã infert vnitas, remouet quid repugnãs integritati entis; ergo debet supponere aliquod positiuũ propriũ, quod intret conceptũ vnitatis, prout ipsa vnitas inductiua est negationis partitionis, tãquã repugnantis enti.

35 Se-

L. Ep. 65. 15. Sextius quoque optime præcepit, qui ait: Philosophia est exercitium mortis. Ideo nec voluptates ad nos accedunt, quæ animum effeminant, et molliunt, et in perpetuum otium dissolvunt, nec fortuna, quæ nos ad ambitiosa officia, et ad invidiosa producit. Quid enim nobis cum ea est, quam scimus nihil esse? Quid cum spe, quæ incerta est? Quid cum ipsa, quæ, quamvis in nostra manu se dederit, tamen ipsa sua lege, quæ nobis non nota est, ad alium transitura est? Quid cum ipsa felicitate? Quæ, quamvis in longum se extulerit, tamen habet finem, quem ipsa non videt. Quid cum ipsa sapientia? Quæ, quamvis ad immortalia tendat, tamen ipsa mortalis est

Enasio.

Præcluditur.

38 Si respondeas; positiuam illam rationem, quæ intrat vnitatis conceptum, esse extra ens explicitè; sed non implicitè.

Contra hoc est; nobis ingenuè id dari, quod præstat, vt obtineamus essentiam vnitatis in positiuo constitutam; cum in opposita sententia, nulla positiua ratio ab implicito conceptu entis extrahatur. Quare, sicut bonitas, & veritas in positiuo consistunt, esto quòd positivum illud implicitè imbibat rationem entis; & sufficit verum, secundùm considerationem explicitam, esse extra ens, vt proprietas, & affectio positiua entis haberi queat: ita nec obstabit, quòd vnum claudat aliquid positivum, quod secundùm rationem implicitam sit ipsum ens, dum modo secundùm explicitum conceptum apprehendatur, vt extra rationem formalem entis.

Responsio Soarij.

39 Dices secundò cum Soarez loco citato; quòd entitas, vt indiuisa, est proprietas entitatis, vt in se; atque adeò, & quòd entitas, vt indiuisa, apprehendatur vt extra rationem entitatis, quâ entitas est, & subsistratum vnitatis.

Confutatur.

Sed contrà; quòd ista indiuisa entitas adhuc est resolubilis per intellectum in conceptum entitatis, quæ est ratio positiua; & in conceptum indiuisionis, quæ est negatio. Aut ergo entitas illa, quæ essentialiter intrat obiectiuam rationẽ vnitatis, est eadem explicitè cum ratione entis, quæ est vnitatis transcendentalis subiectum, & hoc est prorsus falsum: aliàs enim eadem ratio sub eadem explicita consideratione esset quidditas, & nõ quidditas rei; cùm sit proprietas, & extrinseca affectio eius. Vel gradus ille essendi, qui intrat conceptum obiectivum vnitatis, est extra rationem illam entis, quæ prædicatur in quid de omnibus entibus; & haberetur intentum, dari nimirum aliquam rationem positiuam, quę secundùm conceptum explicitum mediet inter ens, & negationem partitionis.

xpẽditur tio præce ni, & pre itur.

40 Vrgetur efficaciùs: quia vel vnitatis conceptus essentialiter claudit negationem tantùm, adeò vt entitatem positiuam solùm extrinsecè concernat; & sequeretur inconueniens supra illatum, quod nimirum vnitas entis realis, & entis rationis, colligi possent ad vnum conceptum, seu rationem obiectiuam. Vel ratio vnitatis ambit essentialiter positivum cum negatione; atque adeò vnitas esset ens per accidens, cùm negatio, & positivum, nequeant componi sub aliquo modo vnionis, quæ sit causalitas, aut via ad vnum aliquod ex positione, & negatione, cointegrandum, Quia omne totum, quale tale, est aliud à partibus simul sumptis, & sine nexu vnionis, seu compositionis acceptis; in ista autem ratione entitatis indiuisæ, quæ proprietas entis astruitur, nil aliud intelligi potest præter entitatem, & negationem partitionis. Nisi autumes; addi nexum, & compositionem negationis cum entitate ad cõstituendam vnitatem, inquantùm est proprietas entis. De qua compositione rursùs redit inquisitio; vtrum vnio illa, negatiua, aut positiua sit? quia si purè negatiua astruatur; coire posset in vnum conceptum cum vnitate entis rationis; si positiua asseratur negationis, & entitatis coniunctio? fieret, vt vnitas entis, inquantùm est quoddam totum ex positiuo & negatiuo cõflatum, essentialiter esset positiua: cùm totum sapiat naturam, & speciem nexus, seu compositionis partium inter se, quæ est causalitas constitutiua entis compositi; ac proinde habere tuc intentum, scilicet formam vnitatis, vt est affectio entis, positiuam esse: *De quo vide infra art. 3 huius cõtrouersiæ, num. 14. & 15.* inibi enim ad plenum, & seriò ostendimus, qualiter totum ex cõpartibus distincti ordinis coalescens, sequatur necessariò, & essentialiter speciẽ & gradum essendi suæ vnionis, vel compositionis.

Obseruatio.

Hæc, quæ contra aduersarios egimus de conuenientia vnitatis entis realis, & entis rationis in vnum conceptum, procedunt in doctrina Soarij id expressè asseueranti; loco citato *sub num. 7.* licet tale pronuntiatum nobis non probetur, eòquòd negatio quælibet, quæ consequitur ad ens rationis, vt ad suũstratum illativum eius, non fictitia esse nequeat. Quare præcipua nostræ sententiæ confirmatio petenda est à ratione, quam ex textu Scoti eruimus.

Ratio vrgens, quòd si vnitas in negatiuo cõsisteret esset passio entis cui distinctio esset adæquata passio entis

41 Accedit deinde optima ea probatio, quæ petitur à distinctione, cuius adæquatum subsistratum non est vnitas, sed ens secundùm quidditatiuam rationem entis; vt demonstramus, *infra in sequenti appendice de distinctione entis, artic. 1. numer. 15.* & tamen distinctio quamuis adæquata sit enti, eò tamen non asseritur passio illius, quòd non sit po-

sitio,

sitio, sed negatio: igitur, si vnitas esset mera negatio; nequiret adstrui passio entis. De quo nos iterum ex Aureolo, *in appendice de distinctione, art. 1. num. marg. 10.*

Assertio 1. Vnitas Dei in positiuo consistit.

42 Dicendum secundò; vnitatem Dei in positiuo consistere, licet per negationem partitionis explicetur; sicut & rationem spiritus per negationem materialitatis exprimimus. Hoc assertum ex dictis constat; quia cum vnitas Dei sub transcendentali vnitate contineatur, si hæc in tota vniuersalitate sua positiua est; vt ad Deum trahitur, positionem non præferre non poterit.

Opposita fundamenta refelluntur.

Diluuntur fundamenta opinionis 1.

43 EX dictis obiecta diluere operosum non erit. Ad primum primæ opinionis; speciale difficultatē non inuoluere in proprietate vnitatis, quæ alijs entis affectionibus communis non sit; enodanda tamen est ex instituto, *in sequenti articulo.*

Ad 1. arg.

Ad 2. Arg. Qualiter ab vnione accipiatur vnitas entis compositi.

Ad secundum *ex num. 3.* totam illius vim infirmo fundamento innixam; supponere enim videtur necessarium esse, quòd principium physicum sit extra quidditatem rei, vt ab illo sumi possint metaphysici gradus, qui tali rei accidant. Quod falsum esse multis instantijs aperitur; hæcceitas enim siue gradus individualis, existentia, duratio, &c. sumuntur in Petro ab vnione corporis, & animæ rationalis, quæ intrat physicam hominis quidditatem; & tamen formalitates illæ non sunt de essentia hominis. Adde, quòd in sententia Scoti passiones à subiecto realiter indiscretæ ab eisdem principijs physicis accipiuntur, à quibus essentiales gradus; & tamē passiones sunt extra omnem rei quidditatem: quare, licet vnio intret essentiam cōpositi entis, ab ipsa nihilominus peti potest positiua forma vnitatis, quæ sit extra quidditatiuum conceptum talis entis.

Quò fit, vt in vnione ista, quæ in esse physico simplex, & indiuisibilis est, duæ rationes metaphysicę cōsiderari queāt; quia vel concipi potest vnio inquantùm est causalitas intrinseca constitutiua entis in tali esse specifico, quod ex partium compositione constituitur; & hac ratione intelligitur vnio, vt de quidditate entis. Aut concipi potest inquantùm est ratio vnius, prout vnum est, & refert integritatem formalem; & in ista acceptione vnio est extra quidditatem entis.

Ad cōfirm.

Ad confirmationem de vnitate entis simplicis; dicimus simplicitatem etiam in positiuo consistere; vt ex dictis patet.

44 Ad tertium argumentum, *ex num. 4.* quòd de essentia Deitatis non est esse omne ens formaliter; cum eò infinita in omni genere entis asseratur, quòd de illius quidditate sit referre omnes suas proprietates per identitatem realem: vt in præcedenti controuersia satis superque enodatum est.

Obiectio, quòd vnitas sit de quidditate Dei.

Sed vrgebis: quod de essentia Deitatis est habere omnes suas proprietates per realem identitatem; ergo vi sui præcisi conceptus excludit omnem diuisionem, & separationem suarum proprietatum à se ipsa: atque adeò Deitas, quà talis formaliter, nulla alia ratione positiua media, est forma proximè inferens negationem partitionis. Probatur cō sequentia; quia eò ens recedit à non esse, quò refert positiuum gradū essendi; sed de formalissimo conceptu Deitatis est habere omne esse per identitatem realem; igitur vi formalissimi conceptus sui recedit ab omni non esse suarum proprietatum, excluditque illarum partitionem, & diuisionem: quo dato sequi videtur, integritatem diuini esse ad quidditatem Deitatis spectare; ac proinde non esse proprietatem illius.

Diluitur obiectionis.

Respondetur; Deum, è suo quidditatiuo conceptu, esse vnum quadam vnitissima, & eminentissima integritatis ratione, radicaliter tamen, sed non formaliter; à qua radicali integritate quasi pullulare intelligitur, vt proprietas integritas formalis, quæ est quid positivū immediatè inferens negationem partitionis, vt oppositæ formali integritati. Si autē obiectio firma esset, etiam ageret, positivum entis creati immediate inductivum negationis partitionis, inquātum opponitur vnitati, esse ipsammet quidditatem rei; atquè adeò incideremus in singularem opinionem Petri

Elementa
Elementa
Elementa

Vnde cum quatuor anguli recti
ad centrum circuli æquales sint
quatuor angulis rectis ad cen-
trum circuli ABCD, & quatuor
anguli recti ad centrum circuli
ABCD æquales sint quatuor an-
gulis rectis ad centrum circuli
EFGH, erunt quatuor anguli
recti ad centrum circuli EFGH
æquales quatuor angulis rectis
ad centrum circuli ABCD. Ergo
quot sunt anguli recti ad centrum circuli ABCD, tot sunt anguli recti ad centrum circuli EFGH. Quod erat demonstrandum.

Corollarium.

Ex hoc manifestum est, quod
quot sunt anguli recti ad centrum circuli, tot sunt anguli recti ad circumferentiam eiusdem circuli. Nam quot sunt anguli recti ad centrum circuli ABCD, tot sunt anguli recti ad centrum circuli EFGH. Sed quot sunt anguli recti ad centrum circuli EFGH, tot sunt anguli recti ad circumferentiam eiusdem circuli EFGH. Ergo quot sunt anguli recti ad centrum circuli ABCD, tot sunt anguli recti ad circumferentiam circuli EFGH. Quod erat demonstrandum.

Scholium.

Ex hoc patet, quod Thales
Milesius, qui primus Geometriam in Græciam transtulit, ut
Eudemus refert, non ignorauit
circulum bifariam secari a diametro, sed primus omnium
animaduertit, quod quot sunt
anguli recti ad centrum circuli, tot sunt anguli recti ad circumferentiam eiusdem circuli.

Quod Thales Milesius primus omnium animaduertit, quot sunt anguli recti ad centrum circuli, tot sunt anguli recti ad circumferentiam eiusdem circuli.

Quod Pythagoras

particulariter dictam, seu puram negationem, quæ est non esse formæ in subiecto non apto; & in priuationem, quæ est negatio formæ in subiecto apto; quia cũ non aptitudo, impotentia, & repugnantia ad formam, idem sint, in idem ve recidant, si repugnantia ad formam esset essentialiter positio, ita & non esse formæ in subiecto non apto nequiret adstrui vera negatio, sed conceptus essentialiter positiuus; atque adeo axioma Stoicum ex diametro cum communi sententia pugnaret.

Elicitur obiectio.

55 Respondetur; quòd non aptitudo, vel potest esse per meram inhabilitatem negatiuam; vel per positiuam repugnantiam substrati ad formam; qualiter substantia orbata quantitate, licet non sit repugnans colori; verbi gratia, albedini, aut nigredini, est tamen negatiuè inhabilis, aut non apta ad colorem, ad quem positiuè non præstat in genere causæ materialis quousque accedat quantitas, quæ est subiectum proximũ, vt quo cæterorum accidentium. Si ergo non aptitudo substrati ad formam in mera inhabilitate negatiua consistat, ita vt nullatenus repugnet formæ, compositio formæ ad substratum; tunc non esse formæ in subiecto non apto, nullatenus est positio, sed mera negatio, qua ratione communem sententiam intelligendam, & sustinendam pronuntiamus. Si verò inhabilitas, vel impotentia substrati referat repugnantiam ad formam; in sola, ac mera negatione consistere non valet; vt ostendimus, *sub num.* 21. aperientes, qualiter negatio visus in lapide, vt est non esse formæ viuæ contradicentis subiitrato inanimi, imbibat positionem.

Confirmatio doctrinæ præcedentis.

56 Quod etiam luculenter referat instantia, vel exemplum Scoti transcripti, *sub num.* 15. *exemplum huius; si substantia intelligatur non quanta, non est diuisibilis, hoc est, non est possibilis diuidi potentia propinqua; non tamen repugnat sibi diuidi, quia tunc repugnaret sibi recipere quantitatem, per quam formaliter posset diuidi.* Vbi acutè enodat, qualiter negatio diuisibilitatis in substantia orbata quantitate, non sit indiuisibilitas per repugnantiam; ac proinde indiuisibilitas positiua, sed merè negatiua. Quia si substantia, à ratione sua intrinseca, esset positiuè, & per repugnantiã indiuisibilis; substantiæ repugnaret quãtitas. Attamen substantia, sicut ablata quantitate, non haberet molem tangibilem, quæ ab aliquo agente corporeo intercidi, aut separari valeat (quamuis illi à ratione sua intrinseca congruat latitudo, & extensio entitatiua partium substantialium) ita substantia, sine quantitate esset negatiuè indiuisibilis, sine aptitudine proxima ad diuisionem. Fit ergo, vt negatio diuisionis, vel divisibilitatis in substantia, proximè non apta ad diuisionem, dum caret quantitate, sit mera negatio; ac proinde negatio in subiecto non apto, non imbibit positionẽ, si sit mera inhabilitas negatiua, & non referens repugnantiam ad formam.

ARTICVLVS II.

Vtrùm ratio vnius ex naturarei à ratione entis secernatur?

SVMMARIVM.

Prima sententia asserens, ens transcendere modos, & proprietates. Num. 2.
Opinio eorum, qui data vnitate præcisi conceptus, compositionem entis cum suis modis inficiantur. Num. 5.
Tertia opinio transcendentiam entis in suis proprietatibus refellit. Num. 7.
Litera textus ad veram sententiã statuẽdam. Num. 10.
Quæ sit ratio vltimæ, & non vltimæ differentiæ apud Scotum? Num. 14.
Aperitur, quæ ratio entis in vltimis differentijs astruenda, quæ verò deneganda? Num. 22.
Asserta ex præcedenti doctrina producta; & rationibus stabilita. Num. 29.
Oppositæ rationes enodatæ. Num. 43.

1 CONtrouersia hæc adeò difficilis est, vt vix ab eruditissimis viris enodetur; & licet sub titulo discretionis ex natura rei vnitatis ab ente insinuetur, ambit tamen alias controuersias, quæ metaphysicorum ingenia valde excruciant de distinctione entis à suis modis, & proprietatibus. Hanc ex modernis Scotistis discutit. Ioannes de Rada, 1. *p. controuer.* 21 *art.* 2. sed ieiunè satis; prolixiùs verò Martinus Meurisens professor Parisiensis.

Rada Meurisens Philippus Faber.

Gratia sufficiens naturalis ad vitam.

Gratia naturalis ad vitam.

Gratia naturalis ad vitam.

Gratia

discretio rationis inter vnibilia per necessaria est; cum compositio in tota sua latitudine sit distinctorũ counitio. Sed implicat, quòd detur distinctio rationis inter rationem obiectiuam entis vnibilem per modum subsitrati, & inter cõceptum inalietatis coniungibilem per modum actus; aliàs enim inalietas, vt ab ente condistincta, & à tota latitudine, & gradu essendi, quasi intelligibiliter extracta, non apprehenderetur, vt positio, sed vt mera negatio. At repugnat, etiam per intellectum, naturam accidentis constitui per actum negatiuum trahentem conceptum entis ad constitutionem entis positiui, quâ tale est, nimirum accidentis; ergo formalitas positionis, nec per intellectum à modo inalietatis separari potest; ac proinde nec ratio entis; cùm omne positiuum, quà tale, sicut formaliter recedit à nihilo; ita, & quidditatiuè referat formalissimam rationem essendi.

Sententia eorum, qui transcendentiam entis in suis modis, & proprietatibus vitant.

Opinione tans transendentiã ntis insuis nodis.

7 VLtima sententia, eorum est, qui ita distinctionem ex natura rei inter ens, & suos modos, ac proprietates constituũt; vt asseuerent, tam modos, quàm proprietates entis, rationem formalem essendi non imbibere: licet ex identica coniunctione ad gradum entis identicam tantùm rationẽ essendi sortiantur. Hanc opinionem sequuntur Scotistæ aliquot, qui literam textus infrà statuendam nimis durè interpretati omnem rationem entis à modis, & proprietatibus entis formaliter acceptis separant.

Ratio vrens ex proeffu in initum.

Et probant: quia si ratio entis imbiberetur in vltimis differentijs; fieret, vt ab illis inquantùm in ratione entis cõuenientibus præscindi posset ratio obiectiua entis saltim per rationem distincta ab ipsis differentijs, prout differentiæ sunt, seu quatenùs pluralitatem cõstituunt; cùm vt sic colligi nequeant ad vnum conceptum. At implicat, quòd à modis differentialibus præscindi queat aliqua ratio vnitatis saltim intelligibiliter distincta ab ipsismet modis differẽtialibus, prout multa sunt; siue vt pluralitatem exhibent, vt intrinseci actus; quia aliàs vltimæ differentiæ non essent formæ prorsus simplices; & metaphysicè irresolubiles in gradus conueniendi, & differendi; sed potius actus in plures conceptus vnitatis, & differentiæ essentialis resolubiles, atque adeo ex illis cõpositi; ac proinde daretur processus in infinitũ in gradibus essentialibus. Quia si intellectus præscindens vnam rationẽ à modis differentialibus, quatenùs conuenientiam referunt; non colligit ad vnitatem conceptus eosdem modos differentiales, vt differentiales sunt, siue vt pluralitatem præstant; de his etiam inquirendum esset, vtrùm imbibant rationem entis; aut non? atque adeò abeundũ esset in infinitum.

Fuga aliquorum.

8 Hæc ratio valde torquet oppositæ sententiæ asseclas: eosque in varia effugia distrahit. Aliqui oneri succumbentes respondent; non esse inconueniens dari processum in infinitũ, etiam in gradibus essentialibus, & intrinsecis; cùm hæc distinctio, sicut & processus, non sit graduum ex natura rei discretorum, sed qui tantùm per solam mentis functionẽ subsistat.

Præcluditur euasio.

Sed contra: quia dato quòd hic processus ex formis solùm intelligibiliter condistinctis confletur; eam refert absurditatem, quæ à viro theologo, aut metaphysico, sustineri non debeat. Fieret enim, vt intellectus apprehenderet quemlibet modum entis, vt infinitæ perfectionis, saltim syncategorematicè; quia, sicut assignabilis non est aliqua vltima ratio differendi, quæ resolubilis non sit in vlteriores gradus conueniendi, & differendi vsque in infinitum; cùm quilibet gradus, sicut propriam rationẽ essendi refert, saltim intelligibiliter precisam; ita & propriam perfectionẽ per rationem distinctam importare debeat; (cùm bonitas, & entitas adæquate conuertantur) abiretur ergo vsque in infinitum in perfectionibus cuiuslibet modi entis, sicut nec in conceptu vlterius non resolubili sisti posset.

Altera refutatio ex Soario.

9 Quare; Franciscus Soarez, loco citato, *sect. 6. num. 7* Vt se expediat, alium adit viam; inficiatus processum in infinitum; eòquod iste solùm conce-

den-

dendus sit, quando gradus, inter quos proceditur, saltim per rationem discreti sint. Quia tamen modi entis non important rationem propriè distinctam, sed solùm explicatiorem, aut expressiorem conceptum eiusdem gradus, quem ratio entis implicitè referebat; proinde fit, vt processus distinctarum rationum haud censeri debeat.

Refellitur. At, euasio ista infra occludenda est in probatione nostræ sententiæ; vbi ostendetur, præcisionem conceptus entis veram distinctionem ita necessariò asciscere ab his gradibus, à quibus abstrahitur; vt sine distinctione, & propria additione rationis, vnitas gradus abstracti, & præcisi constare non possit.

Litera textus ad veram sententiam statuendam, ex 1. sent. dist. 3. quæst. 3. §. quantùm ad primum dico, *numer marginal.* 6.

Scotus. 10 *QVantùm ad primũ; dico, quòd ens non est vniuocũ dictum in quid de omnibus per se intelligibilibus: quia non de differentijs vltimis, nec proprijs passionibus entis.*

Ens non est prædicatũ dictum in quid de suis modis, & proprietatibus.

1. ratio Scoti, quòd ens in quid nõ imbibatur in vltimis differentijs

Primum; videlicet, de differentijs vltimis dupliciter probo. Primò sic: si differentiæ includant ens vniuocè dictum de eis, & non sunt omnino idem: ergo sunt diuersa, aliquid idem, entia: talia sunt propriè differentia ex 5. & 10. metaph. ergo differentiæ illæ vltimæ, propriè erunt differentes: ergo alijs differentijs differunt. Quod illæ aliæ includant ens quidditatiuè; arguitur de eis sicut de prioribus, & ita erit processus in infinitum in differentijs; vel stabitur ad aliquas omnino non includentes ens quidditatiuè, quod est propositum: quia illæ solæ erunt vltimæ.

2 Arguitur quòd compositio metaphysica resoluitur ad simpliciter simplicia. 11 *Secundò sic; sicut ens compositum in re, componitur ex actu, & potentia, in re: ita conceptus compositus per se vnus, componitur ex conceptu potentiali, & actuali, siue ex conceptu determinabili, & determinante. Sicut igitur resolutio entium compositorum stat vltimò ad simpliciter simplicia, scilicet ad actũ vltimum, & potentiam vltimam, quæ sunt primò diuersa, ita quòd nihil vnius includit aliquid alterius: alioquin hoc nõ esset primò actus, nec illud primò esset potentia; quod enim includit aliquid potentialitatis, non primò est actus. Ita oportet in conceptibus, omnem conceptum nõ simpliciter simplicem, & tamen per se vnum resolui in conceptum determinabilem, & determinantem; ita quòd ista resolutio fiet ad cõceptus simpliciter simplices, scilicet ad conceptum determinabilem tantùm, ita quòd nihil determinans includat; & ad conceptum determinantem, qui scilicet non includit aliquẽ conceptum determinabilem. Ille conceptus tantùm determinabilis, est conceptus entis; & determinans tantùm est conceptus vltimæ differentiæ: ergo isti erunt primò diuersi, ita quòd vnum nihil includit alterius.*

Ens inquid nõ transcendit suas proprietates. Ens habet passiones proprias ex Aristotele. 12 *Secundum scilicet propositum de passionibus entis, probo dupliciter. Primo sic; passio per se secundo modo prædicatur de subiecto. 1. posteriorũ: ergo subiectum ponitur in diffinitione passionis, sicut additum, ex eodem 1. post. & ex 7. Metaph. ens igitur in ratione suæ passionis cadit, vt additum. Habet enim passiones proprias, vt patet per Philosophum, 4. Metaph. cap. 3. Vbi vult, quòd sicut linea inquantùm linea, habet proprias passiones; & numerus inquantùm numerus; ita sunt aliquæ passiones entis inquantùm ens: sed, si ens cadit in ratione earum, vt additum; ergo non est per se primo modo in ratione quidditatiua earum.*

Premitur ratio de processu in infinitam. 13 *Tertiò argui potest, & in hoc etiã confirmatur prima ratio ad conclusionẽ istam; quia si vnum includit ens quidditatiuè, non includit præcisè ens: quia idem tunc esset passio sui ipsius; ergo includit ens, & aliquid aliud. Sit illud, A; aut igitur illud, A, includit ens: aut non. Si sic; vnum bis includeret ens, & esset processus in infinitum; vel vbicumque stabitur, illud vltimum, quod est de ratione vnius, & non includit ens (vocetur, A.) vnum ratione entis inclusi non est passio; & per consequens illud aliud inclusum, quod est, A, est primò passio; & est tale, quòd non includit ens quidditatiuè; & ita quidquid est primò passio entis,*

tis,

tis, ex hoc non includit ens quidditatiuè.

Quæ ſit ratio vltimæ, & non vltimæ differentiæ? ad referandam literam Scoti.

14 DVo ſtatuit Scotus in præſenti textu. Primum; ens non includi in vltimis differentijs; alterũ; etiã non imbibi in ſuis paſsionibus. Primi aſſerti cõprobatio ne ceſſatio præmittitenodationẽ differẽtiç, vltimæ, & nõ vltimæ; quæ ſit apud Scotũ? Doctor enim in expedienda ratione vltimæ, & non vltimæ differentiæ ſubobſcurè loquutus anſam præbuit ipſum vellicandi his, qui illum ex falſis aſſumptis, & impoſitis fundamentis carpere ſolẽt. Vt autem manifeſtèvindicetur, obſeruãdum eſt; quòd differentia, alia eſt vltima; alia vero non vltima. Vltima differẽtia eſt, quæ non reſoluitur in conceptũ quidditatiuum, & qualificatiuum; ſeu determinabilem, & determinantem; vel gradũ conuenientiæ, & differentiæ, quod ſtatuit Scotus, *in 1. ſent. diſt. 3. quæſt. 3. §. ad videndum autem, num. marg. 15.* Non vltima verò differentia ea eſt, quæ in plures conceptus reſolui poteſt. Quare vltimam differentiam aſſeuerauit Scotus, ſumi ab vltima realitate formæ, & non à tota forma; non vltimam verò à tota forma accipi. Quæ Scoti verba non ita ſiniſtrè interpretanda ſunt, vt ratio diſcretionis inter vltimam, & non vltimam differentiam in hoc poſita eſſe intelligatur; quòd differentia vltima non ſumatur à tota entitate phyſica formæ. Certo enim certius eſt, nullum dari gradum metaphyſicum in compoſitis entibus, qui non ſolùm à tota formæ ſubſtãtialis natura, verùm, & à tota entitate materiæ, vt formæ counita, non accipiatur: aliàs enim metaphyſicæ partes de toto enuntiari nequirent in recto, ſi à tota phyſica compoſiti entitate non peterentur; ob quam etiam rationem phyſicæ partes de toto non prædicantur.

15 Adde; quòd ſi daretur aliquis gradus, qui à tota entitate phyſica, prout ex materia, & forma coaleſcit, non prodiret; non ſolùm eſſet formaliter ex natura rei, ſed etiam realiter, & phyſicè diſcretus ab alijs gradibus metaphyſicis, qui à tota phyſica compoſitione petuntur: quod eſt contra id, quod aſtruit Scotus in multis ſuæ doctrinæ locis, & contra omnẽ philoſophiam. Aliàs enim ſingularitas, quæ ab Scoto vltima differentia aſſeritur, non ſolùmformaliter ex natura rei, & metaphyſicè, ſed etiam realiter, & phyſicè, ſecerneretur ab alijs gradibus, & ſpecificis, & genericis; quod eſſe prorſus a mente Scoti alienum, infra aperiemus naturam formæ individualis expendentes.

16 Pro comperto ergo haberi debet; omnem tàm vltimam, quàm non vltimam differentiam eſſe metaphyſicum gradum, qui à tota corporis, & animæ compoſitione prodeat; quare in eo tantùm ſenſu non vltima differentia ab Scoto aſtruitur, non à tota forma, ſed ab vltima realitate illius petita; eòquòd ſit ſimplex quædam forma metaphyſica, ſeu quædam conceptibilitas omnino irreſolubilis in plures alias rationes obiectiuas conuenientiæ, & differẽtiæ. Quia tamen à forma materiæ counita, ſiue cõpoſita, multæ aliæ formalitates accipiũtur, quas non tranſcendit vltima differẽtia; in hoc ſenſu dicitur à tota forma nõ ſumi, quatenùs non imbibit quidditatiuè gradus alios, qui à formæ entitate petuntur.

17 Quare, è contra; illa erit apud Scotum non vltima differentia; quæ à tota entitate formæ accipitur, & non ab vltima realitate formæ; eòquòd ſumatur ab entitate phyſica formæ, non vt vltima quædam realitas, ſiue gradus omnino incompoſitus, & irreſolubilis; ſed potius, vt compoſita quædam eſſentia ex pluribus gradibus à forma petitis cõflata. Quamobrem à tota forma ſumi dicitur, & non ab vltima realitate eius; quatenùs refert, non ſolùm aliquam vltimam formalitatem irreſolubilem, ſed potius metaphyſicam plurium graduum compoſitionem. Cuiuſmodi ſunt, *humanitas, equinitas*, & omnia alia conſtituta ſpecifica in abſtracto conſiderata; quæ dicuntur differentiæ, quatenùs in abſtracto apprehenſæ concipiuntur, vt rationes differendi reſpectu concretorum propriæ ſpeciei, quæ ab ipſis conſtitui intelliguntur; & ſunt differentiæ nõ vltimæ, ſeu ab vltima realitate formæ

Qualiter ſit verum, quòd vltima differẽtia trahatur à forma ſecundùm vltimam realitatem eius?

Quæ ſit differentia nõ vltima?

non

Sacrificium Missæ.

Sacrificium Missæ est verum Sacrificium.

Sacrificium Missæ est propitiatorium.

Sacrificium Missæ est pro vivis & defunctis.

Sacrificium Missæ est pro remissione peccatorum.

Sacrificium Missæ est pro pœnis satisfactoriis.

Sacrificium Missæ est pro pace Ecclesiæ.

Sacrificium Missæ est pro sustentatione Sacerdotum.

Sacrificium Missæ est pro quibusdam specialibus.

Sacrificium Missæ est pro multis.

Sacrificium Missæ est pro omnibus.

Sacrificium Missæ est pro Sanctis.

Sacrificium Missæ est pro Virgine Maria

Matt. 28. 1. Sed adeo in die dominico
Joan. 20. 1. Mar. 16. 2. Luc. 24. 1. Joan. 20. 1 quod ... Mar. 16. 2 ... Luc. 24. 1 ... Joan. 20. 1

An passiones entis claudant entis conceptum? 1. Ratio.

23 Quod idem asserimus de proprietatib⁹ entis: si enim ratio illa entis, quæ de inferioribus enuntiatur in quid, abstrahi posset à proprietatibus entis; fieret, vt veritas, & vnitas, iam non essent affectiones adæquatæ entis de illo ad conuertentiam enuntiabiles, sed potius inferiora quædam, quæ conuerti non possent cum superiori ratione, quâ superior est, & prout ad constitutionem inferioris contrahitur, vt communior conceptus. Cùm nullum inferius, quod contrahit rationem communem ad minus vniuersalem gradum essendi, queat dici ad conuertentiam cum prædicato superiori, quod latiùs patet ob communitatem cõceptus, quæ trahitur ad tale ens; verbi gratia, vnum, verum, &c.

Probatur 2

Deinde; quòd si passiones entis essent inferiora illius; vrgeret eadem ratio, quâ impetit Scotus gradum entis in vltimis differentijs imbibitum. Quia si vnitas est ens; cùm non sit præcisè ens; aliàs enim eadem ratio obiectiua explicita esset passio, & essentia; ac proinde, de quidditate entis; & extra quidditatem illius: addit igitur vnitas aliquid supra ens, quod pronuntiari queat passio entis. De quo addito scisciter, an sit ens? vel non? si est ens? ergo non est passio illius. Vel vnitas refert duplicem rationem entis, aliam communem, particularem alteram; ita vt esset bis ens iuxta probationem Scoti transcriptam *sub num.* 13. & ob rationem entis, quam sibi vendicat communem cum cæteris passionibus entis: & ob rationem particularem talis proprietatis.

Cõfirmatur

Præterea: quod cùm illud additum supra ens, quòd refert vnitas, conueniat in ratione entis cum cæteris proprietatibus; & differat in ratione talis; & ratio explicita conuenientiæ præcisæ ab inferioribus sit distincta à ratione differendi: illa ratio addita resolubilis esset in rationem conuenientiæ, & differentiæ. De qua ratione differentiæ, etiam procedi posset, vsque in infinitũ: quod sit ens; vel nihil; si ens? non passio entis, &c. si non est ens? ergo passio entis, sub explicito conceptu passionis, non est ens.

Ratio entis in quid non imbibitur in vltimis differẽtijs

Quare, statuendum est: modos entis vltimasque differentias non referre rationem entis in quid, nec illi subijci vt essentiali, & superiori prædicato: importare tamen rationem entis per modum qualitatis essentialis, siue rationem entis in quale quid. Eòquòd perfeitas, & inalietas sint qualitates essentiales constituto, & inferiori entis, scilicet substantiæ, & accidentis: licet ipsimet substrato; nimirum rationi entis, quæ ad esse substantiæ, vel accidentis contrahitur, omnino accidat actus contrahens, scilicet perfeitas, & inalietas. Sicut rationalitas, qualitas essentialis est homini ex animalitate, & rationalitate constituto, accidentalis verò gradui animalitatis, quem ad esse hominis trahit: & sicut, de mente Scoti, inter gradum animalitatis qualificabilem, & gradum rationalitatis qualificantem intercedit metaphysica, seu formalis discretio ex natura rei: ita & eadem distinctio inter gradum entis, qui ad esse substantiæ trahitur, & modum perfeitatis trahentem, statuenda est.

Imbibitur tamen ratio entis in qualequid ceu per modum qualitatis essentialis.

Opponitur ad hominẽ ex Scoto cõtra nostram doctrinam.

24 Sed vrgebis: nostram doctrinam controuersiam præsentem non dirimere, sed nouos potius scrupulos excitare: cùm omnes rationes, quas instruit Scotus contra rationem entis in quid in vltimis differentijs inclusam, etiam formari queant contra rationem entis in quale quid, seu per modum qualitatis essentialis, in modis entis, & vltimis differentijs imbibitam. Quia, si perfeitas, & inalietas imbibunt rationem entis in quale quid, conuenirent in ista ratione entis per modum qualitatis essentialis; atque adeò ab illis præscindi posset obiectiua illa ratio entis in quale quid à conceptibus differentialibus, vt differentiales sunt, intelligibiliter separata: ac proinde processus in infinitum vitari non posset, quem tam seriò cauere satagit Scotus.

Infringitur etiam ad hominem.

25 Respondetur: quòd si hæc obiectio alicuius esset ponderis, etiam opponi posset illis, qui omnem rationem entis ab vltimis differentijs prorsus abigunt. Quia cùm, de mente Scoti, profiteantur, modos entis proprias rationes quidditatiuas, & positiuas præseferre; illis obijci posset, quòd perfeitas, & inalietas, conueniunt in ratione actus, seu qualitatis positiuæ entis: differuntque in ratione talis, seu talis formæ: ergo colligi possent perfeitas, & inalietas ad vnum conceptum sub ratione illa, in qua conueniunt, intelligibiliter separata à rationibus per quas secernuntur.

Quare; ſicut illi reſpondere tenentur, haud præſcindibilem eſſe aliquam rationem conuenientiæ, *in ratione qualitatis poſitiuæ entis*, ab illius modis; ita & nos ſtatuimus, rationem entis per modum qualitatis abſtrahibilem non eſſe; eòquòd modi illi ſint formæ metaphyſicè irreſolubiles in plures conceptus. Quò fit, vt ratio conuenientiæ eſſentialiter admixta ſit rationi differendi; atque adeò, & quòd conuenientia ſimpliciter non ſit, quæ in vnam rationem coire queat. Sed potius ſecundùm proportionalitatem quamdam; quatenùs ſic ſe habeat ratio entis per modum qualitatis, quæ eſt in perfeitate, ad perfeitatẽ, ſicut ratio entis per modum qualitatis, quę eſt in inalietate, ad inalietatẽ. Quod idem aſſeueramus de ratione entis comparata ad vnitatem, & veritatem, quæ ſunt proprietates entis; hoc vno tantùm excepto, quòd ratio entis congruit perfeitati, & inalietati, per modũ qualitatis eſſentialis; vnitati, verò & veritati per modũ qualitatis accidẽtalis

Inſtantia Vrgens.

Obiectio.

Ex quibus conuellitur illa obiectio, quę contra ſimplicem, & metaphyſicè irreſolubilem conceptibilitatem vnitatis ſic formari poteſt; ſuppoſito quòd apud Scotum gradus genericus præferat propriam vnitatem ex natura rei diſtinctam à gradu differentiali, ſicut & animalitas formaliter ex natura rei à rationalitate diſſidet.

Quia, vnitas, numerica, generica, & ſpecifica, conueniunt vniuocè in ratione vnitatis, vel poſitiuæ integritatis in tali gradu eſſendi; ſed non conueniunt, & differunt, per eamdem conceptibilitatem; ergo vnitas non eſt vna ſimplex cõceptibilitas metaphyſicè irreſolubilis in rationem conuenientiæ, & differẽtiæ.

Diliditur.

Dicimus enim; quòd vnitas realis gradus generici non conuenit vniuocè cum vnitate indiuiduali; eòquòd ſit conueniẽtia eſſentialiter admixta rationi differẽdi; qualis eſt conuenientia, quæ intercedit inter differentias vltimas, quę tantùm eſt conuenientia ſecundùm proportionalitatem quamdam. Quæ doctrina vniuerſalis eſt in omnibus conceptibus non compoſitis ex gradu conuenientię, & differentiæ.

ſtatur ad minem ntra no- am ſen- tiam ex nuntia- Scoti.

26 Inſtabis ſecundò; contra noſtram ſententiam ad hominem retorqueri poſſe rationem eam, quam in literæ Scoti propoſuimus, *num. marg.* 13. quòd ſi vnum clauderet ens; imbiberet duplicem rationem entis, quà ens, & quà vnum. Quæ ratio eadem vi militat contra rationem entis per modum accidentalis qualitatis: quia, vnum eſſet ens, quà ens in quale accidentale, & etiam quà vnum; vel ſiſtendum eſſet in aliquo vltimo conceptu vnitatis, qui prorſus rationem entis excluderet.

27 Reſpondetur; extortè nimis argumentum Scoti nobis obijci, cùm expreſsè agat contra opinantes, rationem entis in quid imbibi in paſſionibus entis; nos verò ſolam rationem entis in quale, ſeu per modum accidentariæ qualitatis paſſionibus entis deferamus. Itẽ, & ratio Scoti procedat contra aſtruentes, gradum entis, vt ſuperioris prædicati à ſuis paſſionibus præſcindi; nos tamen inficiemur, rationem illam entis per modum qualitatis accidentalis, quæ entis affectionibus congruit, ab illis abſtrahi poſſe. Eòquòd non ſit conuenientia ſimpliciter, quæ colligi valeat in eãdem rationem obiectiuam; ſed ſolùm conuenientia ſecundùm proportionalitatem quamdã, quæ eſt eſſentialiter imbibita in ipſa ratione differendi. Quia proprietates entis ſunt formæ ſimplices & metaphyſicè irreſolubiles, in plures conceptus, ſicut & modi contractiui entis, nimirum perfeitas, & inalietas; ac proinde idem de omnibus iudicium ferri debeat. Quamobrem, vnitas non claudit duplicem rationem entis; quà ens eſt; & quà vnitas eſt; alteram communem, in qua conueniat cum cæteris proprietatibus entis; & aliam ſpecialem, quæ congruat illi, quà talis proprietas eſt: ſed vnam ſimpliciſsimam conceptibilitatem entis per modum qualitatis accidentalis, quæ nullatenùs diſſidet à ratione vnitatis.

Enodatur; eòquòd ratio entis imbibita in paſſionibus entis ſit in quale accidentale.

Obiicitur 2.

Si autem inde inferas; quòd vnitas non eſſet adæquata entis affectio, cùm in opinione Scoti ens importet vnum conceptum ab inferioribus præciſum; ſi ergo vnitas non referat vnam rationem ab omnibus vnitatibus abſtractam; fieret, vt non eſſet communis conceptus vnitatis, qui enti in communi, ſiue in illa abſtractione reſponderet; acproinde non eſſet adæquata entis proprietas.

Reſponſio accurata.

Reſpondetur; dari communem conceptum vnitatis præciſæ, non ab vnitatibus; ſed ab entibus, quæ vnitatem referunt; quod commune eſt cæteris forma-

lita-

litatibus metaphyſicè irreſolubilibus; quia rationalitas non refert conceptum præciſum à rationalitatibus, quæ ſunt differentiæ vltimæ, ſed ab indiuiduis humanæ ſpeciei: & ſimiliter riſibilitas non conſtituit quartũ prædicabile inquantũ abſtrahitur à riſibilitate Petri, & Pauli, ſed à ſubſtratis, quæ ſibi vendicant riſibilitatis paſsionem. Ita pari ratione, licet non detur conceptus vnitatis, vt ſic præciſæ ab vnitatibus quaſi abſtractè, & per modũ formæ ſpectatis; eòquòd ſint conceptus ſimplices, qui ex ratione cõueniẽtiæ, & differentiæ non coaleſcant; datur tamẽ cõceptus vnius præciſi ab inferioribus entis, quæ ſicut metaphyſicã ſimplicitatẽ nõ exprimũt, ſed cõpoſitionẽ ex gradibus cõueniẽtiæ, & differentiæ, ita ab illis præſcindi valet ratio vna, & ſimpliciter vniuoca ſeparans conceptũ differentialem, quà talis eſt formaliter.

Obiicitur 3 28 Oppones tertiò, quòd ſi ſubſtantia coaleſceret ex ratione entis, & ex perfeitate, tãquã ex gradibus ex natura rei diſcretis, ſicut homo ex animali, & rationali: & perfeitas, quà talis, referret rationem entis in quale quid; ſequeretur, quòd ſubſtãtia duplicẽ rationẽ entis importaret ex natura rei cõdiſcretã, ratione vtriuſque metaphyſicæ compartis; nimirum, & gradum entis, qui adit cauſalitatem ſubſtrati in tali compoſitione ſubſtantiæ; & rationem perfeitatis, quæ exercet rationem actus.

Fit ſatis oppoſitioni. Reſpõdetur; cõcedendo ingenuè, duplicẽ rationẽ entis ſubſtãtiæ ineſſe; ſed omnino diuerſam oppoſitique muneris in metaphyſica cauſalitate adeũda; quia altera ratio entis eſt in quid, & per modũ gradus contrahibilis, & conueniẽtiæ; altera verò in quale quid, quæ eſt ipſa perfeitas, & ratio differentiæ.

Aſſerta ex præcedenti doctrina producta; & rationibus ſuffulta.

Aſſertio 1. 29 Aſſertio prima: ratio entis, quæ prædicatur in quid de ſuis inferioribus, nõ imbibitur in modis entis; vltimis differentijs; nec in proprietatibus entis. Hæc eſt expreſſa mens Scoti, & omnium eius diſcipulorum.

1. Ratio ex Scoto. Et probatur ratione Scoti propoſita in textu, *n. marg.* 10. quia ſi gradus entis qui cũ vnitate rationis obiectiuæ ab inferioribus abſtrahitur, à modis, & proprietatibus entis præſcindi poſſet; cũ rationes differẽdi, quà tales, nequeãt in vnũ cõceptũ coire; fieret, vt perfeitas, & inalietas in duas rationes obiectiuas reſolui poſſent; alterã vnitatis in ratione entis; alterã differẽtiæ, inquãtũ ſcilicet pluralitatẽ, & partitionẽ cõſtituũt ſub gradu entis, prout actus differentiales ſunt. Atque adeò incideremus in proceſſum in infinitũ; cũ de qualibet vltima differẽdi ratione eadẽ redeat inquiſitio, de diſcretione cõcept⁹ vnitatis à rationib⁹ plurificãtibus, quà pluralitatẽ exhibẽt.

Occupatur cauſa Soarez. 30 Nec euadit difficultatẽ Frãciſcus Soarez aſtruens, in trã ſcẽdẽtibus eò in infinitũ haud procedi poſſe; quò cõceptus cõueniẽtiæ, & differẽtiæ, nõ ſecernãtur tãquã duo gradus eſſendi ſaltim intelligibiliter cõdiſtincti; ſed vt maior, & minor determinatio, ſiue expreſsio eiuſ dẽ rationis obiectiuæ. Hoc inquã nõ obſtat; quia vt ex Aureolo in ſequẽti aſſertione manifeſtè aperiemus; eſt impoſsibilis præciſio cũ omnimoda vnitate rationis obiectiuæ; quin gradus differendi, & plurificãdi ſit prorſus diſtinctus à ratione conuenientiæ, quæ abſtrahitur.

Altera præcedentis aſſerti probatio. ex Scoto. 31 Secũda noſtri Doctoris ratio ſic ſe habet: quia, ſicut cõpoſitũ in re, intellige cõpoſitũ phyſicũ, vltimò reſoluitur in id, quòd præcisè habet rationẽ potẽtiæ formalis nullatenus referẽtis formalẽ actũ; & in id, quod ita ſortiatur rationẽ actus formalis, vt nõ ſit formalis potẽtia; verbi gratia, in materiã primã, & in animã rationalẽ. Adeò vt altera compars nihil claudat alterius in quidditatiua cõſtitutione ſua, imò ſint ſimpliciſsima ſecũdũ phyſicã cõſiderationem; ſi enim cõpoſitio phyſica nõ eſſet reſolubilis in partes omnino ſimplices phyſicè, daretur proceſſus in infinitũ in phyſica compoſitione; quatenus data quælibet parte, eſſet vlteriùs reſolubilis in materiam, & formam phyſicam; quod in omni ſententia abſurdum eſt.

Ergo ſimiliter, vt in infinitum nõ procedatur in metaphyſica compoſitione, debet fieri reſolutio in puram potentiam metaphyſicam, quæ tantùm referat conceptum determinabilem; & in purũ actum metaphyſicum, qui tantũ ſit ſimplex conceptus determinans; adeò vt conceptus potentiæ determina-

bilis nihil imbibat rationis actualis; nec conceptus actuans aliquid importet actuabilis potentiæ. Tunc sic; sed in vltima resolutione metaphysica conceptus merè potentialis est ens; & conceptus merè actualis est vltima differentia; ergo nec ens aliquid refert differentiarũ; nec è contra differentię aliquid imbibũt entis; aliàs impossibilis esset resolutio in omnimodo simplicia, quæ vlteriùs resolubilia non forent; abireturque in infinitum.

Soarij obiectio.

22 Respõdet Soarez; quòd in omnibus seruanda non est inter physicam, & metaphysicam compositionem, proportio; aliàs enim sicut materia prima nihil importat actus formalis, ita quælibet potentia metaphysica nihil imbiberet actus differentialis: quod absurdum est, cùm animal potentia metaphysica sit ex actu, & potentia constituta.

Confutatur responsio Soarij.

Sed contra hoc est; quòd Scotus non argumentatur à potentia prima physica ad potentiam secundam metaphysicam, sed ad potentiam primam metaphysicam; quia sicut materia secunda physica, (verbi gratia, in sententia Scoti, compositum ex materia, & forma corporeitatis; quod est potentia respectu formæ viuentis, & in opinione Thomistarum, totum compositum ex materia, & forma substantiali, quod est potentia, & immediatum substratum accidentium,) nõ asseritur pura potentia, sed potius natura quædam ex actu & potentia composita: ita similiter potentia secunda metaphysica, (cuiusmodi sunt omnes generici gradus,) etiam ex actu & potentia constituitur. Et sicut materia prima, quæ est prima potentia in esse physico, est simplex in tali genere; ita prima potentia in esse metaphysico, scilicet cõceptus entis debet à suis quidditatiua ratione omnẽ formalitatẽ actus remouere: sicut è cõtra, vltimus actus metaphysicus omnẽ rationẽ potentialitatis; ni velimus in infinitum procedere.

Quare Soarez rationẽ Scoti nõ debili tat; dũ incõgruè potẽtiã primã physicã cũ potẽtia secũda metaphysica, (quæ sim plex conceptus non est, sed composita quidditas,) contra mentem Scoti confundit; vt vim rationis effugiat.

Assertio 2. Data præcisione entis à suis modis, est inuitabilis compositio.

23 Assertio secũda: data præcisione entis à suis inferioribus; implicat nõ additio actus differẽrialis, qui referat rationẽ obiectiuã prorsus cõdistinctã à ratione conueniẽtiæ, quæ abstrahitur. Sic Card. Aureolus *in 1. dist. 2. art. 4. cõcl. 2.* qui ideò inficiatus est aliquẽ cõceptũ cõmunẽ entis ab inferioribus precisum; quò cũ vnitate rationis obiectiuæ ab inferioribus abstractæ existimarit, omnino incõpossibilẽ esse nõ additionẽ gradus differẽtialis, qui cũ ente tãquã cũ substrato propriã cõpositionẽ metaphysicã adiret. Rationes autẽ Aureoli adeò acutæ sunt, & neruosæ, vt nil vltra ad præsentem rem stabiliendam expeti queat. Sic igitur Aureolus.

Aureolus.

Expende acutissimas fundamenta Aureoli.

24 *Et potest ratio sic deduci: ille cõceptus, qui incidit in idẽtitatẽ omnimodã, nullo penitus addito, cũ omni ratione, nõ habet aliquã vnã rationem. Hæc propositio tenet in virtute primi principij, quæ ũque vni, & eidẽ sunt eadem, inter se sunt eadẽ illo modo idẽtitatis, quo sunt idẽ in tertio. Sed cõstat, quòd rationes propriæ entiũ, nõ sunt eadẽ, immo distinctissimæ inter se; ergo nõ possunt penitus idẽ esse alicui vni rationi, quin saltẽ addatur aliqua propria ratio illi, in qua conueniunt, propter quam inter se formaliter distinguuntur.*

Efficax instantia.

Sed cõceptus entis in idẽ coincidit cũ omni ratione, nullo penitus addito sibi; aut enim coincidit aliquo sibi addito; aut nullo; cũ sint cõtradictoria, aliquid, & nullũ. Si aliquo addito; ergo ente addito; cũ ens, & aliquid, idẽ sint; vt probatũ fuit supra. Ens autẽ enti addi nõ potest; immo volens dare, quòd conceptus entis coincidat aliquo addito, concedit, quòd nullo; & ita habetur propositum: relinquitur ergo, quòd cõceptus entis nõ includat aliquam rationem communem.

2. Ratio Card. Aureoli.

25 *Vel potest ratio sic formari secundò: ille cõceptus, qui est idẽ omnibus rationibus, nullo penitus sibi addito, nõ habet in se vnã rationem; immo est omnes rationes cõfusè, & indistinctè. Nõ enim habet vnã rationẽ; quia tũc omnia entia essent simpliciter eiusdem rationis; si enim differrent, ratione differrent; & cõuenirent in vna ratione; aut eadem ratione conuenirent, & differrent, quod est impossibile. Aut oportet dare in qualibet re rationẽ, qua differrent, esse additã rationi entis, qua conuenirent; cuius oppositum sumitur in propositione, videlicet quòd nulla ratio addatur, & est omnes rationes cõfusè, & indistinctè. Nisi enim esset omnes, non idẽtificaretur omnibus; & nisi etiam esset confusus, & indetermi-*

natus, non incideret in identitatem cum determinante.

Nota vim probationis quæ urget, non dari vnam rationem entis, vel dari cõpositionem, si admittatur vnitas obiectiua entis.

Sed per oppositum; si indeterminatus est, tunc coincidit; quia omnis conceptus indeterminatus cũ explicãte, & determinãte, est omnino idem, quãtũ ad rationẽ conceptã; quãuis differat in modo concipiẽdi, implicitè, & explicitè. Ipsa enim eadẽ ratio cõcepta implicitè, & cõfusè; explicat se ipsam, dũ cõcipitur explicitè & distinctè; alioquin si esset alia ratio, iã nõ explicaret, sed adderet. Cõstat autẽ, quòd cõceptus entis est idẽ omnibus rationibus, nullo penitus addito sibi, vt probatũ est; ergo nõ habet vnã rationẽ, sed est omnes confusè, & indeterminatè.

Pende Aureoli axiomata.

36 Quæ aurea Aureoli pronũtiata, ſe quẽtia hæc axiomata nobis ſuppeditãt. *Ille cõceptus, qui incidit in identitatẽ omnimodam, nullo penitus addito, cum omni ratione, non habet aliquam vnam rationem.* Nec minus viuidum eſt alterum aſſertum Aureoli. *Ille conceptus, qui eſt idem omnibus rationibus, nullo penitus ſibi addito, non habet in ſe vnam rationem; imo eſt omnes rationes confusè, & indiſtinctè.* Igitur, ſi ens exprimat vnam rationem obiectiuam determinatam cõmunem omnibus entibus; reliquum eſt, quòd, aut entia inter ſe non diſſideant ſecundũ rationes particulares determinatas; aut quòd addant diſtinctas rationes, ſicut & propriè additas, ita & propriè componibiles; acproinde non differrent ſicut implicitũ, & explicitũ, ſed tanquã duæ rationes obiectiuæ; vt ſcitè colligebat Aureolus: *Ipſa eadem ratio concepta implicitè, & confusè, explicat ſe ipſam, dũ cõcipitur explicitè, & diſtinctè; alioquin ſi eſſet alia ratio, iam non explicaret, ſed adderet.*

3. arguitur

Ex quibus Aureoli rationibus tale argumẽtũ inſtrui poteſt agens, quòd repugnet; quòd ſi ratio entis referat vnitatẽ cõceptus; nõ cõponatur, cũ ſuis modis, à quibus trahitur multitudo, & pluralitas ſub gradu entis. Quia implicat, quòd multitudo, vt talis formaliter, & vnitas, referant eãdẽ rationem obiectiuã; cùm alterum extremũ inducat negationem alterius. Atqui perfeitas, & inalietas, vt conſtituunt plura ſub gradu entis; eſſentialiter important pluralitatem, & multitudinẽ; ergo nequeunt eſſe eadẽ prorſus ratio obiectiua cũ gradu entis; ſi hic præſcindi poteſt à perfeitate, & inalietate, ad omnimodã vnitatem conceptus.

Fugarecen iorum.

37 Reſpondebis; ſolũm nos oſtendere, pluralitatẽ formarũ cõſtituẽtiũ multa ſub ente magis exprimere eã rationem eſſendi, quam claudit cõceptus entis implicitus; non verò addere rationẽ obiectiuam prorſus diſtinctam.

Pratluſio Effugij

At, re vera hæc potiùs quædam inanis vocũ colluſio, quã vera difficultatis enodatio cẽſenda eſt. Quia cõceptus perfeitatis explicitus refert ipſam perfeitatẽ, nõ vt exprimit rationẽ vnitatis, & conueniẽtiæ cũ accidẽtibus, (quia vt ſic à cõceptu implicito entis nõ extraheretur, qui eſt vnitas, & conueniẽtia entiũ,) ſed vt importat rationẽ actus differentia liſ ſubſtãtiã ſpecificãtis. At ſecũdũ hoc eſſe explicitũ non clauditur in ente, vt euidentiſſimũ eſt; aliàs ratio illa obiectiua entis non eſſet vna, ſi includeret conceptus differentiales, quã differentiales ſunt, ſeu prout multitudinẽ cõſtituunt: igitur perfeitas explicat rationẽ obiectiuam omnino condiſtinctam ab ea ratione entis, cui componitur.

Inſtatur vltra contra euadentes.

38 Tunc ſic: ſed illa non incluſio perfeitatis ſecundũ eſſe explicitũ, ideſt ſecũdũ quòd exprimit rationẽ actus differẽtialis, ſufficit ad eã cõpoſitionẽ, & contractionẽ rationis adeũdã, quæ propria in tali genere aſſeratur; qualis eſt quælibet alia gradus ſuperioris cũ ſuis differentijs cõpoſitio: ergo ens à ſuis modis propriè contrahitur. Eòquòd illa vnibiliũ condiſtinctio cõferat ad cõpoſitionẽ rationis, quæ præſtare valet ad rationem actus, & potentiæ; at quò perfeitas ſub ratione obiectiua differentialis formæ, non imbibitur in gradu entis (qui per modum vnitatis, & cõueniẽtiç abſtrahitur) ens cõcipitur vt potentiale quoddam, & determinabile à perfeitate; cùm vt ſic non referat formam perfeitatis, quã ratio differendi eſt: apprehẽditur ergo ens præciſum ſub nõ eſſe rationis obiectiuæ perfeitatis; ac proinde ſub potentia ad illam.

Vrgentior oppugnatio aduerſariorum pro varia diſcretione entis, ſecundũ implicitum, & explicitum.

39 Verùm, quia adhuc effugiũ moliũtur aduerſarij autumãtes, cõceptũ entis ideò potẽtialẽ nõ eſſe reſpectu perfeitatis; quia ens quidditatiuè importet ipſummet actum perfeitatis implicitè; licet explicitè ab illo abſtrahat. Agendũ eſt, illos gradus eſſendi, quos ſub nomine, *explicitæ*, & *implicitæ*, rationis, inſinuant, eamdem rationem obiectiuam non præferre; ſed omnino diſtinctam.

Quod ſic diſcutio; diſcretio illa, quæ

inter rationem entis, & perfeitatem intercedit, ea præcisè non eſt, quæ rationis ratiocinantis dicitur; quæ prout à diſtinctione rationis ratiocinatæ cõdiſtinguitur, poſita non eſt inter duas rationes obiectiuas ſe ſe excludentes; cùm diſtinctio rationis ratiocinantis idem eſſe obiectiuum afficiat, eumdemque repetitum conceptum, prout tantùm induit, diuerſas habitudines ſubſtrati, & formę: vt latiùs *in ſequenti appendice de diſtinctione* expendendum eſt: ergo modi entis non referunt eamdem rationem obiectiuam cum ente; ſiquidem non important ſolam diſtinctionem ratiocinantis, ſed ratiocinatæ rationis. Cùm enim gradus entis inferat à parte rei relationem realem conuenientiæ eſſentialis inter ſubſtantiam, & accidens; modi verò perfeitatis, & malietatis inducant relationẽ eſſentialis diſconuenientiæ, etiam ante intellectus functionẽ, vt apud omnes certũ eſt; nõ poteſt nõ ineſſe enti, & ſuis modis, ſaltim virtualis illa pluralitas tenẽs ſe ex parte obiecti, quæ ſit fundamẽtũ diſtinctæ rationis obiectiuæ, & quę ab omnibus diſtinctio rationis ratiocinatæ appellatur; prout à diſtinctione rationis ratiocinantis condiſtinguitur, quæ ab ipſa rei eminentia non petitur, ſed à ſola extrinſeca intellectus functione accedit vt Thomiſtæ omnes ſupponunt cõmuniter. Aliàs enim non maior ineſſet diſcretio enti, & modis illius, quàm ea, quæ inter Petrum, & ſe ipſum intercedit; quãdo refertur ad ſe ipſum, aut de ſe ipſo enuntiatur. Atqui diſcretio rationis ratiocinatæ in tota ſua vniuerſalitate, & latitudine, prout eſt alterum extremum diſtinctionis rationis oppoſitum diſtinctioni rationis ratiocinantis, neceſſariò expoſcit diſtinctas rationes obiectiuas, quas adinuicem intelligibiliter ſeparet; ergo modi entis, qui ab illo per diſtinctionẽ ratiocinatę rationis diſtinguũtur, important rationes obiectiuas omnino ab illo condiſtinctas.

Cõfirmatur cõpoſitio entis, ex cõpoſitione prædicatorum non tranſcẽdentium.

40 Vrgetur vlteriùs ratio: eòquòd ſola diſtinctio conceptus impliciti ab explicito in alijs rationibus ſuperioribus, verbi gratia, in animali, & rationali, præſtet ad metaphyſicã cõpoſitionẽ; ergo ſimiliter in ente, & ſuis modis. Antecedens probatur: quia ideò in oppoſita ſentẽtia cõceptus entis, & conceptus perfeitatis, idẽ referũt, ſolùmque diſtinguuntur penes explicitũ, & implicitum, eòquòd non ſolùm à parte rei ratio entis non ſit extra quidditatẽ ſuorum modorum, ſed etiam in eſſe intelligibili, ſicut apprehenditur perfeitas, vt forma poſitiua, ita concipitur imbibita in conceptu entis. At ſimili ratione, animal, quòd ſumitur ab entitate phyſica hominis, nõ ſolũ à parte rei nõ eſt extra quidditatẽ rationalis apud aduerſarios; imò & conceptus ipſius animalis, ſeu eſſe obiectiuũ eius, quò intelligitur accipi ab anima rationali, eò concipitur includere rationalitatem implicitè; ergo, ſi ſola diſtinctio conceptus expliciti rationalitatis, ab animalitatis gradu, cõfert ad propriã cõpoſitionẽ metaphyſicã; ſimiliter diſtinctio expliciti conceptus inter ens, & ſuos modos, præſtabit ad propriam entis contractionem.

Aſſertio 3. modi entis vt natura rei diſtinguũtur ab ente, quod contra ſunt.

41 Aſſertio tertia: modi entis, nõ ſolùm exprimunt rationes obiectiuas à cõceptu entis diſtinctas; ſed etiã & formalitates à gradu entis, quem ad inferiora trahunt, ex natura rei diſcretas. Sic Scotiſtæ omnes, quorũ ſentẽtia infra firmanda eſt *in ſequenti appendice metaphyſica articulo 4. de diſtinct. formali in genere*; vbi ex inſtituto oſtẽdẽdũ eſt, omnẽ gradũ contrahibilẽ, ſiue rationẽ conuenientiæ eſſe extra modos differẽtiales à parte rei; aliàs enim ſi ratio entis, quę in ſubſtãtia, & accidenti reperitur, permixta eſſet à parte rei quidditatiuè cum gradibus differẽtialibus, nequiret per actionẽ abſtractiuã in vnũ conceptũ coniũgi; ſicut nec ipſi gradus differentiales ad vnam rationem obiectiuam colligũtur.

Aſſertio 4.

42 Aſſertio quarta: ratio entis per modũ qualitatis eſſentialis, modis entis, vltimiſque differentijs, denegari non poteſt; ſicut nec ratio entis per modũ qualitatis accidẽtalis proprietatibus entis non concedi. Ita Philippus Faber in ſua *Philoſophia, Theoremate 95. c. 4. §. ſicendum eſt ergo.*

Philippus Faber.

Probatio præcedentis aſſerti.

Et probatur; quia, apud Scotũ, modi, & proprietates entis, referũt proprias conceptibilitates poſitiuas, quæ ſunt de quidditatiua ratione modorũ, & proprietatũ; at illud, quod importat propriam quidditatiuã rationẽ poſitiuam, vi proprij conceptus à nihilo entis nominalis, ſeu à negatione eſſendi extractã, imbibit rationẽ entis; cũ illud ſit ens, cui eſſẽtia, aut poſitiv⁹ grad⁹ eſſendi congruat: ergo, ſicut, apud Scotũ, modi, & proprietates entis, latiſsimũ poſitionis concep-

tum

tum refugere, nequeunt; ita nec gradū eſſendi; cum rationes, quæ tranſcendentiam entis per modum qualitatis in modis,& proprietatibus entis oppugnant, eadem vi contra tranſcendentiam poſitionis retorqueantur; vt liquet ex prælibatis, *ſub num.* 25.

Oppoſitis rationibus ſit ſatis, pro prima, ſecunda,& tertia ſententia.

Ad arg. 1. opinionis. Ad 1.

42 AD argumenta primæ ſentētiæ. Ad primū; ſolū obtinere, modos entis imbibere rationem entis per modum qualitatis in quid, vt ex dictis ſatis ſuperque conſtat; non tamen eum eſſendi gradum, qui ab inferioribus entis præſcindi queat ad vnitatem conceptus obiectiui intelligibiliter depurati à rationibus differendi: quia aliàs procederetur in infinitum; quod merito abhorret Scotus.

Emendatio 1. arg.

44 Ad ſecundum illam differentiā à tota forma accipi, quæ ambit, ſeu in ſuo ambitu quidditatiuè includit, plurium graduum conſtitutionem, qui à materiæ,& formæ, phyſica compoſitione petuntur; cuiuſmodi ſunt omnia conſtituta ſpecifica in abſtracto conſiderata, quatenùs apprehenduntur, vt rationes conſtitutiuæ,& diſtinctiuæ concretorū propriæ ſpeciei; *vt equinitas reſpectu equi, humanitas reſpectu hominis,& ſic de cæteris.*

Diluitur 2. modus dicendi.

45 Ad ſecundum modum dicendi, *ſub n.* 5. reſpōdetur, modos entis ex natura rei ſecerni ab ea ratione eſſendi, cui vt ſubſtrato copulantur; ac proinde non claudere eam rationem entis, quā contrahunt,& quæ præſcinditur ab inferioribus entis,& de illis in quid enuntiatur; aſtruimus tamen, modos entis referre gradum eſſendi in quale quid, ſeu per modum actus contrahentis, qui à ratione entis, quam modificant, ex natura rei diſtinguatur.

Ad 3. modū dicendi ali quorum Scotizantium.

46 Ad tertiam opinandi viam *ſub n.* 7. etiam patet ex dictis; vbi oſtendimus, ex ratione entis per modum qualitatis, ſiue vt quo, quam in modis, & proprietatibus entis ſtatuimus, proceſſum in infinitū non emergere; eoquòd ratio conuenientię in gradu entis, vt quò, ſeu per modū qualitatis depurari nequeat à rationibus differendi propter quidditatiuam admixtionem conuenientiæ, & differentiæ in eadem ſimpliciſsima formalitate nullatenus reſolubili in plures conceptus.

Excurſio Aureoli in Scotum, vrgens ad hominem.

47 At acriter nos perſtringit Aureolus *in 1. ſent. diſt. 2. art. 4. fol. 123. Vaticanæ editionis*, contendens, quòd rationes Scoti, quæ agunt, rationem entis in quid à ſuis inferioribus abſtrahi; etiam retorqueri queant contra rationē entis in quale quid, qnā modis entis deferimus, vt abſtrahi ab illis poſsit ratio cōueniētiæ depurata à ratione differendi. Sic autem habet Aureolus.

Prætereà: conceptus certus,& dubius non eſt idem conceptus ſecundùm eos (intellige Scotum,& aſſeclas) *ſed de paſſionibus entis, & vltimis differentijs, poſſum eſſe certus, quòd ſunt aliquid: dubius autem in ſpeciali quid ſint? ſicut etiā bodie certi ſumus, quòd ratio bonitatis eſt aliquid,& ratio veritatis aliquid,& tamen ignoramus, vel adminus in quæſtionem ponimus, vtrum ſint res, vel formalitates tantùm;& vtrùm ſint reſpectus, vel abſolutæ rationes, vel rationes tantummodo connotantes? ergo conceptus de aliquid,& communis omnibus iſtis eſt alius à conceptibus propriis.*

Reſpondetur ex Scoto.

48 Reſpondetur; Scotum medio illo diſtinctionis conceptuum ex certitudine vnius rationis obiectiuæ,& dubitatione alterius, nec ſemel vſum fuiſſe; vt conſtat *ex 1. ſent. diſt. 3. quæſt. 2. §. & vniuocationem ſic intellectam probo tripliciter, num. marg. 6.& in eadem diſt. 3 quæſt. 3. §. quod autem ſuppoſui, communitatem entis in quid ad omnes conceptus quidditatiuos prædictos, num. marg. 9.* Vbi ſic habet Scotus.

Scotus.

De quocunque enim prædictorum conceptuum quidditatiuorum, contingit intellectum certum eſſe, ipſum eſſe ens, dubitando de differentijs contrahentibus ens ad talem conceptum, vtrum ſit tale ens, vel non? Et ita conceptus entis, vt conuenit illi conceptui, eſt alius ab illis conceptibus inferioribus, de quibus intellectus eſt dubius,& c.

In quibus,& alijs ſuæ doctrinæ locis, vbi Scotus ex obiecto certitudinaliter, vel dubitanter, apprehenſo depromit diſcretionem obiectiuam in his rationibus, quæ certam, aut incertam, apprehē-

sionem terminant; semper procedit Scotus in quidditatibus metaphysicè compositis; non autem in vltimis, & irresolubilibus formis; in quibus sicut partitio obiectiuæ rationis contradicit, ita & quòd aliquid formæ conceptæ sub certam, aliquid verò illius subincertam, aut dubiam cognitionem cadat. Quò fit vt passiones, & modi entis, aut totaliter sciri; aut totaliter ignorari debeant; adeò vt si quæ certitudo entis, dubitata ratione talis, aut talis formæ, subrepat, hæc potius ad quid nominis, quàm ad quid rei, deferenda sit.

ARTICVLVS III.

De vnitate indiuiduali compositi entis; à quonam principio physico accipiatur?

SVMMARIVM.

Punctum controuersiæ enodatum Nu. 2.
Communis Thomistarum sententia de forma indiuiduationis à materia signata quantitate, vt à physico principio petita. Num. 3.
Ferrariensis expositio refellitur. Numer. 4.
Quatuor vijs adoritur Scotus formam indiuiduationis à materia signata quãtitate acceptam. Num. 6.
Prima, ex vnitate indiuiduationis. Numer. 8.
Secunda, ex præsuppositione substantiæ completæ, & indiuiduæ, ad quantitatem Num. 9.
Tertia, ex coordinatione prædicamentali. Num. 12.
Corollarium pro compositione substantiali materiæ, & formæ. Num. 17.
Quarta, ex impugnatione terminatæ quãtitatis Num. 18.
Caietani defensio de signatione materiæ per ordinem ad quantitatem, omnino exploditur. Num. 23.

1 VNitatis indiuidualis ratio sub præsenti controuersia de vnitate expedienda est, licet eam diffusè satis enodet Scotus *in 2. dist. 3.* per multas quæstiones à 1. scilicet vsque ad 7. vbi acutissimè singularitatis naturam expendit, validisquè rationibus Thomistarum sententiam expugnat; quas pro se moderni aliquot adducunt authoris nomine retento: ne tamen clarissimi ingenij monimenta sibi arrogent, nostri iuris erit subtili Doctori, cuius ea sunt, vendicare, locis ex ipsius scriptis quàm fideliter adnotatis.

Quid quæ

Inuestigatur principium physicum à quo trahatur metaphysica ratio hæceitatis

2 Sed prius obseruandum est, nos in præsenti exquirere principiũ illud physicum, à quo in liuiduationis gradus, qui forma metaphysica est, accipiatur; cùm enim omnes metaphysicæ rationes à physica compositione, seu partium cognitione in compositis entibus: & ab indiuisa realitate in simplicibus prodeãt; petimus, vtrum physicum principium, à quo rationes vel specificæ, vel genericæ, accipiuntur, sic omnino idem cum illo, a quo indiuidualis gradus trahitur, an verò addat aliquid realiter discretum? Exempli gratia, gradus hominis, vel viuentis, sumitur in Petro à corpore, & anima rationali vnitis: sciscitamur ergo, vtrum indiuiduatio eiusdem Petri ab eisdem anima, & corpore counitis præcisè accipiatur; an verò ab aliquo alio principio physico? Quia tamen quæstio præsens specialem retinet difficultatem in compositis, & in simplicibus entibus; vt clariùs procedatur, sub distinctione controuersia ista expedienda est. Quare in præsenti articulo solam indiuiduationem entis compositi discutiemus; in sequenti verò indiuiduationem spiritualium entium. At quia circa entis compositi indiuiduationem plures extant sentiendi viæ, ne varietas ista opinandi confusionem pariat, proponenda & sigillatim in trutinam vocanda est quælibet sententia.

1. modus dicendi, quòd principium physicum, indiuiduationis sit materia cõpesita quantitati. S. Thomas. Capreolus. Sonz inas. Ferrara.

3 Primus sentiendi modus valde cõmunis Thomistis, & videtur expressa mens D. Thomę *1. part. quæst. 50. art. 4. & quæst. 3. art. 3. ad tertium*, & alibi sæpe; quem sequũtur Capreolus *in 2. dist. 3.* Sonzinas *7. metaph. q. 33. & 34.* &. alij docet materiã signatã quãtitate esse principiũ physicum, à quo metaphysicus indiuiduationis gradus accipiatur. Quam sentẽtiam expendens Ferrariensis *1. contra Gentes cap. 21. §. propter quod alia opinio mihi magis ad mentem Sancti Thomæ esse videtur*, tradit

duas

duas rationes indiuiduum inuoluere; nimirum incommunicabilitatem, & diſtinctionem à quolibet alio, quæ duæ rationes, ſiue formalitates actus indiuidualis, duo etiam principia phyſica cõpartialia eſſentialiter exigant; adeò, vt incommunicabilitas congruat indiuiduo ratione materiæ; diſtinctio verò à quantitate trahatur. Quia cum materia ſit primum ſubiectum à ſe referẽs, quòd irreceptũ, & incõunicabile ſit alteri ſubſtrato; proinde fit, vt à phyſica iſta materiæ primæ incommunicabilitate, metaphyſica indiuidualis formæ incommunicabilitas petatur. Quia verò altera indiuidui formalitas eſt diſtinctio á quolibet alio: hanc eò à quantitate accipi autumat Ferrarienſis, quò quantitas apud Thomiſtas ſit ratio partitionis, entitatiuæq; latitudinis ſubſtãtialis. Quia cũ diuiſio materialis eſſentialiter præexigat materialem latitudinem; (cùm indiuiſibile, quà tale eſt, partiri nequeat,) & indiuiduum vi ſuæ quidditatiuæ rationis importet diſcretionem ab alio: inde fit, vt partitio huius indiuidui ab alio, non à ſubſtantia (quæ quidditatiuè, indiuiſa, & inextenſa eſt,) ſed à quantitate, tanquam à formali principio entitatiuæ extenſionis, & partitionis ſubſtãtialis, haurienda ſit.

4 Cæterùm; expoſitio iſta ſententiæ D. Thomæ Thomiſtis valde plauſibilis, apud Metaphyſicos probatiores parui ponderis eſt; in primiſque quantùm ad incommunibilitatem indiuidui à materiæ primæ incommunibilitate acceptam; efficaciſsima ratione ab Scoto refellitur *in 2. ſent. diſt. 3. quæſt. 6. §. ad quæſtionem quintam præcedentem de materia, num. marg. 20.* Vbi ſic agit Scotus. *Concedo enim quòd materia abſolutè, vt natura, non eſt ratio diſtinctionis, nec indiuiduationis. Quidquid enim eſt natura in quocumque genere totalis, vel partialis, non eſt de ſe hoc: & ideo inquirendum eſt, per quid ſit hoc.* Mens autem Scoti eò ſpectat; quòd id, quod congruit rei, quò à ſingularitate abſtrahit; non poteſt eſſe intrinſeca, & eſſentialis ratio ſingularis entis, quà ſingulare eſt. At eſſe primum ſubiectum phyſicum cõuenit materiæ primæ, quà natura eſt, vi ſui quidditatiui conceptus, & prout ab omni indiuiduandi ratione abſoluitur; cùm materia in eſſe ſpecifico apprehenſa referat in communicabilitatem iſtam ad alterum ſubſtratum. Adde; quod incommunicabilitas ad aliud, vt ad ſubiectum non congruit indiuiduo; cùm accidentia in eſſe indiuiduali importent connexionem ad ſubiectum, vt notius eſt, quàm probatione egeat: longè ergo diuerſa eſt incommunicabilitas materiæ in ratione primi ſubiecti ab ea, quæ indiuiduo defertur, quà tale eſt formaliter.

Expugnatio placiti Ferrarienſis.

Scotus.

Ratio cõtra præmiſſum modum ſentiendi.

5 Ferrarienſis verò placitum, quoad partitionem indiuiduorum à quantitate, vt à ratione formali, petitam; omnino cohærens eſt communi Thomiſtarũ ſententiæ ſubſtantiam materialem omnino indiuiſibilem autumanti. Quò fit, vt partitio materialis ſubſtantiæ, à quantitate, tanquam à forma intrinſeca, neceſſariò trahatur; ac proinde indiuidualis diſcretio in ſubſtantijs materialibus, ſine quantitate haud concipi valeat; vt infra contra alios Thomiſtas à doctrinæ conſequentia manifeſtè deficientes, aperiemus. At Ferrarienſis cæterorumque Thomiſtarum aſſertum ſubſtantiæ latitudinem oppugnans, ſatis expugnatum relinquimus in logicis commentarijs, ad quæ redire non vacat; ne potius metaphyſicum, quàm theologum agere videamur.

Admonitio circa opinionem Ferrarienſis.

Quatuor vijs proſternit Scotus formam indiuiduationis à cõpoſito ex materia, & quantitate, petitam.

6 VErùm enim verò, contra Ferrarienſem agendũ eſt, & quoslibet alios huiuſmodi ſentiendi aſſeclas; qui quantitatem materiæ compoſitam phyſicum ſingularitatis principium opinantur. Quod feliciter præſtat Scotus, *in 2 diſt. 3. quæſt. 4.* Vbi in proprijs terminis diſcutiens; *vtrùm ſubſtantia materialis ſit per quãtitatem indiuidua?* Quatuor vijs oppoſitam ſententiam proterit. Prima ſumitur ab identitate indiuiduationis. Secunda ex ordine præſuppoſitionis ſubſtantiæ ad accidentia. Tertia ex coordinatione prædicamentali. Quarta ab impugnatione quantitatis terminatæ. Ad quæ me-

Quatuor Scotic æ rationes contra ſententiam Thomiſtarum.

dia,

dia, vt ad fontalia quædam principia, rationes omnes reducuntur, quæ hic prolixè congeruntur à modernis.

Prima ratio ab identitate indiuiduationis, data discretione quantitatiua.

PRima igitur ratio ab identitate indiuiduationis petita ita habetur in textu loco citato, *n. marg. 3. sub §. quantùm ad primam viam.* Vbi ait Scotus.

Substantia actu existens, non mutata aliqua transmutatione substantiali, non potest fieri de hac non hac: quia ista singularitas (sicut modo dictum est) non potest inesse, alia, & alia, eidem substantiæ manenti eadem, non substantialiter mutatæ: sed substantia actu existens nulla substantiali mutatione facta in ipsa, vel mutata, potest sine contradictione esse sub alia, & alia quantitate, & quocũque accidente absoluto, ergo. Minor patet: quia non est contradictio, quòd Deus substantiam quantam ista quantitate eãdem conseruet, & informet eam alia quantitate. Nec propter hoc substantia illa actu existens mutabitur mutatione substantiali: quia non erit mutatio, nisi à quantitate in quantitatem.

1 Expugnatio indiuiduationis substantiæ à quantitate

Scotus.

Euasio.

7 *Si dicas; quòd istud est miraculũ, & ideo non cõcludit contra rationem naturalem. Contra, miraculum non est respectu contradictoriorum, ad quæ nulla est potentia: sed contradictio est eamdẽ substantiam manentem, esse duas substantias, sine mutatione substantiali, & hoc tam successiuè, quàm simul; quod tamen sequitur, si per aliquod accidens esset formaliter hæc substantia. Tunc enim accidente succedente accidenti, eadẽ substantia non mutata, esset successiuè duæ substantiæ.*

Præclusio fugæ.

Confutatio euidens.

Confirmatur etiam illud per simile de vnitate specifica; quia impossibile est, vnam substantiam manentem, non mutatam specificè, esse simul, vel successiuè, hanc speciem, & non hanc speciem: ergo à simili in proposito.

8 Ratio autem Scoti sic formari potest: quòd substantia actu existens non mutata aliqua transmutatione substantiali, non potest fieri de hac, non hæc; seu quod in idem incidit, non potest mutare substantialem hæcceitatem. Quia cum indiuiduatio substantiæ sit essentialiter substantialis, vt infra aperietur in tertia via; non potest variari, vi abstractionis, vel additionis entitatis illius, quæ essentialiter non sit substantia. At substantia omnino immutata, potest sine contradictione de absoluta Dei potentia esse sub alia, & alia quantitate; vt euidentius est, quã probatione indigeat; si ergo indiuiduatio à quantitate, vt à principio intrinseco, & quidditatiuo accipitur; vi quantitatiuæ mutationis diuersificatur; vel è contra, si substantia identitatem indiuiduationis retinet sub diuersis quantitatibus, ab illis indiuiduari non valebit.

Expensio rationum Scoti pro prima via.

Hæc ratio meo videri euidenter cõfutat sententiam autumantem, quantitatem subintrare physicam indiuiduationis essentiam: quia sicut ablata anima rationali, quæ est altera compars physicæ quidditatis hominis, à qua metaphysici gradus essentiales accipiuntur; euidens est, tolli gradum hominis, viuentis, corporis, & cæteros alios, qui à nexu corporis, & animæ rationalis prodeunt; ita ablata quantitate, quæ simul cum materia quidditatiuum physicum indiuiduationis principium cointegraret; perspicuum est, haud superstitem esse posse metaphysicum indiuiduationis gradum, qui à quantitate, vt ab intrinseco comprincipio physico accipiatur.

Secunda Scoti probatio vrgẽs ad hominem Thomistas, ex præsuppositione substantiæ indiuiduæ ad quantitatem in substantia indiuidua subiectatam.

9 SEcunda via aggreditur Scotus physicum indiuiduationis principium à compositione materiæ, & quantitatis acceptum; loco citato, §. *ex secunda via arguitur sic, num. marg. 5. & 6.* in hæc verba.

2 Oppugnatio ex præsuppositione substantiæ ad quantitatem.

Scotus.

Præterea; eodem modo substantia est prior naturaliter omni accidente,

quo

Scotus.

quo eſt ſubiectum omnium accidentium; inquantùm enim ſubiectum probatur eſſe prius diffinitione omni accidente; quia ſic ponitur in ordine cuiuslibet diffinitionis per additamentum. Sed, vt eſt ſubiectum, eſt hæc ſubſtantia; quia ſecundùm Philoſophum 12. Metaph. ſingularium effectuum ſunt cauſæ ſingulares in quocumque genere cauſæ; igitur ſingularis accidentis ſingulare ſubiectum, eſt cauſa.

Occurſus pro Thomiſtis.

10 *Hic dicitur; quòd licet prima ſubſtantia ſit prior quantitate in eſſendo; non tamen in diuidendo, & in indiuiduando: ſicut etiam ſubſtantia eſt prior in entitate, non tamen in diuiſibilitate.*

Cõfutatur.

Contra; iſta reſponſio ſe ipſam deſtruit; quia ſi prima ſubſtantia eſt prior naturaliter in eſſendo ipſa quantitate, & non poteſt intelligi prima ſubſtantia in ſuo eſſe, niſi inquantùm hæc; ergo non erit hæc per quantitatem.

Inſtatur ſubtiliter.

Præterea; forma eſt ſimpliciter prior compoſito, ſecundùm probationem Ariſtotelis 7. Metaph. cap. 2. Ergo, ſi quantitas ſit forma primæ ſubſtantiæ, ipſa erit prior prima ſubſtantia in eſſendo. Quòd ſi non ſit forma in eſſendo: igitur nec in vnitate competente primæ ſubſtãtiæ, inquantùm tale ens; quamlibet enim entitatem conſequitur propria vnitas, non habens aliam cauſam propriam ſui, quàm cauſam entitatis.

Elucidatio rationis Scoti perſtringentis Thomiſtas ad hominem.

11 Hoc Scoti argumentum eò ſpectat; quòd ſi quantitas ſimul cum materia cointegraret adæquatum phyſicum indiuiduationis principium; in iſta conſtitutione materia eſſet ſubſtratum, & quantitas actus contrahens. Quare concretum iſtud, *quantum*, prout de formali refert quantitatem, & de materiali materiam primam, quæ ab illa afficitur, eſſet principium eſſentiale phyſicũ gradus indiuidualis metaphyſici. At repugnat quantitatem eſſe formam phyſicam indiuidui, quò indiuiduum eſt; quia forma eſt ſimpliciter prior conſtituto, ſiue effectu formali, cuius compoſitionem adit; vt per ſe notum eſt. Si igitur quantitas eſſet forma intrinſeca primæ ſubſtantiæ, quæ prima eſt, ſiue conſtituta in ede indiuiduali; quantitas eſſet prior prima ſubſtantia in eſſendo. Quod eſt contra aliud commune Thomiſtarum aſſertum autumantium, compoſitum ſubſtantiale eſſe adæquatum ſubſtratũ quantitatis toti compoſito inhærentis: ſed pro illo priori præſuppoſitionis, quo intelligitur compoſitum realem cauſalitatem, tum materialem, tum effectiuã, reſpectu quantitatis accipitur, apprehenditur indiuiduatum; cũ nullã phyſicã cauſalitas prius congruat rei, quàm indiuiduatio illius; ac proinde ſingularitas accipi non poterit à quantitate, vt à principio formali intrinſeco. Nec præſtat dicere, quòd licet quantitas non eſſet ratio intrinſeca entis numerici; benè tamẽ vnitatis numericæ. Quia, vt acutè occurrit Scotus, principium phyſicum, à quo accipitur ens, trahitur & vnum in illo gradu eſſendi; quare id, quod eſt poſterius in eſſendo, nequit eſſe prius in indiuiduando.

Tertia oppugnatio; ex coordinatione prædicamentali.

12 TErtia impugnationis via petitur à prædicamentali coordinatione; quam expẽdit Scotus loco citato, *num. marg.* 7. §. *ex tertia via arguitur ſic.* Vbi ait.

3 Excurſus Scoti ex coordinatione prædicamentali.

Scotus.

In quacumque coordinatione prædicamentali ſunt omnia pertinentia ad illam coordinationem, circumſcripto quocumque alio, quod non eſt aliquid illius coordinationis eſſentialiter. Hoc probatur; quia duæ coordinationes ſunt primo diuerſæ, & ita nihil vnius eſt tale per aliquid coordinationis alterius. Sed ad coordinationem iſtam inquantùm finita eſt, & in ſurſum, & deorſum, ſecundùm Philoſophum 1. poſt. Sicut pertinet aliquid primum prædicatum, de quo nihil prædicatur: ita pertinet infimum ſubiectum, cui nihil ſubijcitur. Ergo ſingulare, vel indiuiduum eſt in qualibet coordinatione per nihil alterius coordinationis.

Commentarius textus ratiocinii Scoti.

Ex qua Scoti ratione tale argumẽtum producitur; in quacumque coordinatione prædicamentali ſunt omnia pertinentia ad illam ſeriem ſemoto omni alio, quod ad illam coordinationẽ quidditatiuè non defertur, ſiue vt gradus eſſendi, qui ſubijciatur, vel qui prædicetur; cùm duæ coordinationes, vt ſeries primò diuerſæ inter ſe cõferantur, adeò

vt

vt nihil vnius spectet ad cõstitutionem alterius. Atqui ad seriem substantiæ, prout à qualibet accidentali coordinatione seiũgitur in tota latitudine illius, non tantùm spectat aliquod primũ prædicatum, de quo non enuntietur aliud prædicamẽtale genus, sed etiã & infimum subiectum, cui nihil subijciatur: ergo singulare, quod est infimum subiectũ prædicamenti substantiæ, importare debet substantialem constitutionem. At repugnat gradum quidditatiuè substantialem accipi ab accidenti, vt à principio essentiali physico; ergo quantitas vt signans materiam, siue vt materiæ concreta, non potest esse intrinsecum indiuidationis principium.

Responsio pro opinatione aduersariorum.

13 Si respondeas, quòd licèt indiuiduum à quantitate inadæquatè acceptum ab illa non referat, vt substantia sit; capit nihilominus substantialem essendi rationem à materia, quæ principaliùs se geritin physica indiuidui constitutione, quàm quantitas. Eòquòd ad substantialitatis gradum in aliquo coniuncto, non exigatur quòd vtraque compars sit substantia; sicut necècontra ad constitutionem totius accidẽtalis, quòd vtraque concausa sit accidens. Album enim essentialiter claudit substantiale subiectũ, vt causam materialem intrinsecam; & tamen ratione alterius compartis accidentalis, nimirum albedinis, totum illud quod ex compositione substantiæ, & accidentalis formæ emergit, vnumquid accidentale simpliciter in prædicamento qualitatis constitutum, astruitur; eòquòd qualitas in constitutione cõcreti istius, quod ex substantia, & accidẽti, coalescit, principaliorem formalemque causalitatem exerceat. Ita in præsenti, quia gradus substãtiæ confert quidditatem indiuiduo, quæ principalior est materiali, & numericæ distinctione, quæ à quantitate petitur; proinde fit, vt indiuiduum à substantia trahat substantialitatem simpliciter, & non accidentalitatem à quantitatis forma: cùm principalior sit in Petro quidditas hominis, quæ à substantialium graduum conuentu spectatur, quàm materialis, & numerica discretio ab alijs indiuiduis, quæ illi à quantitate accedit.

Refellitur; data ratione cur tollat sequatur speciem cõstitutionis partium.

14 At euasio ista manifesta ratione occludi poterit, si præmittatur; quòd quando duæ concausæ intrinsecæ alterius seriei, seu diuersæ coordinationis prædicamentalis, ad vnius compositionem coeunt; cuiusmodi sunt substantiale substratum, & accidentalis forma ad constitutionem albi, verbi gratia: vel quando concausę, esto quòd ad eamdem prædicamentalem seriem spectent, sint tamen diuersi ordinis, seu gradus essendi; qualiter se habent in substantiali cõposito anima rationalis, & corpus organicum; & in accidentali, concretum siue compositum, quod ex forma supernaturalis ordinis, & ex subiecto merè naturali, & accidẽtali coalescit; verbi gratia ex habitu, aut actu charitatis; & ex voluntate, quæ est substratum supernaturalis formæ; (damus enim disputationis gratia, id quod Scotus inficiatur, voluntatem esse potestatem quamdam accidẽtalem animæ inhærẽtem, ab eaque prorsus realiter condiscretam;) tunc inquã, natura siue species totius, prout vnumquid est à partibus, quà multa sunt, condistinctum, capienda non est, ab ista, vel altera concausa; cum non sit potior ratio, quare totum naturam, & speciẽ huius compartis materialis, aut accidentalis, quàm alterius spiritualis, sequatur.

Confirmatio doctrinæ præcedentis.

Nec dici potest, totum sequi naturam seu gradum essendi compartis illius, quę in totius constitutione causalitatem actus sortiatur; aliàs enim homo esset essentialiter ens spirituale, adeò vt hæc esset vera enuntiatio; *homo est spiritus*: eòquòd in compositione physica illius, anima rationalis, quæ adit causalitatem actus, sit essentialiter quædam spiritualis substantia: quod aliter euenit, cum potius totum hoc, scilicet, homo, quà vnumquid est à materia, & anima rationali, realiter condiscretum, sub quidditatiuo corporis prædicato constituatur.

Confectarium ex prælibatis.

15 Quò fit, vt species & ratio totius à nexu, seu coniunctione partium, quæ est via, completaque vtriusque compartis causalitas, ad vnum cointegrandum; petenda sit. Cùm nulla alia exacta ratio reddi queat, cur homo ex forma spirituali quidditatiuè cointegratus, potiùs sub corporis, quàm spiritus prædicato constituatur? nisi quia vnio animæ rationalis, & corporis, vtpotequæ ab agente materiali producta, corporea sit. Ob quam etiam rationem album essentialiter est accidens; quia vnio formæ albedinis cum substantiali substrato, est ipse modus inhærentiæ albedinis ad subiectum, qui essentialiter est accidẽs. Quod

idem

ide aitruimus de cõpoſito, ex voluntate naturali,& ſupernaturali forma habit⁹, ſeu actus charitatis;vel ex intellectu, & habitu luminis gloriæ,aut actu viſionis: hoc enim totũ,quatenꝰ vnũquid eſt à partibus,prout multa ſunt,cõdiſtinctum,vnumquid ſupernaturale, eò pronuntiatur, quò compoſitio ſupernaturalis formæ ad naturalem potentiam ſit ſupernaturalis; ipſa nimirum inhærentia actus ſupernaturalis ad naturalem potentiam.

Illuſtratur doctrina præcedens.

Quare nobis probabilis eſſe non poteſt quorumdam opinatio;qui ideo hominem ſub corporis prædicato conſtitui,autumant;quò compoſitum ſemper debilioris,imperfectioris vè compartis naturam,& ſpeciem ſequi debeat. Cùm doctrina iſta manifeſto refellatur exemplo totius ſupernaturalis,quod ex compoſitione naturalis potentiæ,& ſupernaturalis formæ ſubſiſtit; cùm tamen imperfectioris concauſæ ſpeciem non ſequatur. Naturalis enim potentia (ſi facultas accidentalis ſit à ſubſtantia animę realiter condiſcreta,vt apud omnes Thomiſtas conſtitutum extat) perfectior eſſe non poteſt ſupernaturali forma; immo longè imperfectior,cùm ſupernaturale accidens naturalis accidentis præſtantiam euincat. Quare ſi totum imperfectioris compartis ſpeciem neceſſariò ſequi deberet;compoſitum ex potentia naturali, & ſupernaturali forma , verbi gratia,videns quidditatiuè Deũm,prout vnumquid accidentarium eſt ex forma viſionis,& intellectu , compoſitum, ad naturalem ordinem ſpectaret , quod falſum apparet.

Inſtatur in materia cõpoſita quãtitati.

16 Cùm ergo,materia, & quantitas, quæ ad diſtinctam prædicamentalem ſeriem deferuntur,inter ſe conueniant ad compoſitionem , ſeu cointegrationem vnius principij phyſici adæquati formæ indiuidualis;grãdus eſſendi,ſeu ratio ſingularitatis,inquantùm eſt forma quædã metaphyſica à compoſitione phyſica materiæ,& quantitatis petita,quantùm ad rationem accidentalitatis,ſeu ſubſtantialitatis,ex nexu,& vnione quantitatis cum materia metiri debet; ſicut & natura totius cuiuslibet , quod ex partibus diuerſi ordinis coaleſcit,ex vnione ſpectatur.

Quo ſuppoſito ſic produco argumentationem ; vnio quantitatis cum materia ad compoſitionem adæquati principij phyſici ſingularitatis,eſt eſſentialiter accidentalis;cùm quantitas proptio ſubſtrato copuletur (quodcunque illud ſit, quod ſub opinione relinquim⁹ ,) ſiue materiæ,ſiue toti compoſito, per inhærentiam intrinſecam. Sed ratio cuiuslibet totius penſatur ex ſpecie,& natura vnionis,quæ eſt via intrinſeca , & eſſentialis ad vnum; ergo in liuiduum eſſentialiter eſt accidens,ſi ab vnione accidentali petatur. Hanc rationem exiſtimo noſtrum in hac re inſtitutum haud ineſficaciter oſtendere.

Reſponſio Thomiſtarum. Capreolus. Deza.

At occurrunt Capreolus *in* 1 *ſent. diſtinct.* 4. *quæſt.* 2.& Deza ibidem; autumantes,ideò indiuiduum, verbi gratia, Petrum,eſſe quid ſubſtantiale; quia ſuũ formale ſignificatum eſt vnumquid ſubſtantiale, ſcilicet humanitas. Sicut ob eamdem rationem album eſt vnumquid accidentale;quia illius formale ſignificatum,nimirum albedo eſt vnumquid accidentale. Quæ videtur expreſſa mens D. Thomæ, 3. *part. quæſt.* 2. *art.* 3. *ad vltimum.* Vbi ait,quòd res ſingularis non ponitur in genere ratione eius , quod pertinet ad indiuiduationem,ſed ratione naturæ.

S. Thomas.

Cæterùm ; ſolutio iſta potius videtur argumentum eludere,quàm diſſuere; damus enim,quòd ex modo ſignificandi in diuiduum ſolam naturam exprimat, vt formale ſignificatum;quod re verà falſum eſt. Cũ indiuiduum,quà tale,formaliùs referat indiuidualem formam , quæ in conſtitutione indiuidui ex natura ſpecifica,& ſingularitate, vendicat ratione actus reſpectu ſpecifici gradus , qui eſt ſubſtratum actus numerici. Sed hoc dato,id tantùm agunt , vt indiuiduum ex modo inadæquatæ conceptionis, & ſignificationis,importet quid ſubſtantiale; at re ipſa ens accidentale ſit , cùm ex quantitate per accidentalem vnionem materiæ compoſita,conſtituatur. Quare argumenti vis minimè euacuatur , quæ intendit potius naturam indiuidui in ſe, quàm modum ſignificandi,qui ex impoſitione vocis emergit,aut ex inadæquata ratione concipiendi.

Confutatur præmiſſa reſponſio.

(? ¿ ?)

Corollarium pro compositione substantiali materiæ, & formæ.

17 EX dictis, & præcipuè ex illis Scoti verbis, *in quacunque coordinatione prædicamẽtali sunt omnia pertinentia ad illam coordinationem, circumscripto quocumque alio, quod non est illius coordinationis essentialiter.* Illud habeto corollarium, non leuis momenti, & obseruationis. Contra aliquos Scotizantes, qui autumant, quòd modus vnionis, vel compositionis compartium substantialium materiæ, & formæ ad totum substantiale cointegrandum, est accidens; quod vel inde depromunt, quia censuerit Scotus, quòd vnio sit relatio extrinsecùs aduenies, quæ positis terminis, vel coextremis vnibilibus, non necessariò resultet; & æstiment, omnem relationem extrinsecùs aduenientem esse accidens, cùm sit vera, & essentialis relatio. Qui authores perstringuntur ex præmisso axiomate Scoti; quatenus substantia nequeat constitui in ratione essentiali substantiæ per formam, quæ sit essentialiter accidens; euidens autem apparet, compositionem partium substantialium esse de quidditate physica totius compositi. Nec euadunt vim rationis, instantia actionis generatiuæ, quæ asseritur substantialis terminatiuè, seu ratione termini producti, non tamen formaliter, cùm actio sit accidens de prædicamento actionis; quare & similiter, iudicant, quòd vnio substantialium compartium, vocetur substantialis terminatiuè, vel à connotatione termini, non tamen intrinsecè, & formaliter.

Id enim non obstat; quia quamuis, nõ sola actio, quæ apud Scotum, inexistit agenti, sed etiam fieri termini substantialis, quod recipitur in passo, esset merum accidens; adhuc id non erumperet absurdi contra pronuntiatum Scoti, quòd accidens attineret ad quidditatiuam rationem substantiæ; quod sequitur, dato, quòd compositio substantialium compartium, quæ imbibitur in constitutione quidditatiua physica compositi substantialis, sit accidens; cum fieri term ni nõ subintret quidditatiuã rationẽ illius

Adde, quòd compositio substantiæ inquantùm totius integralis ex partibus integralibus substantialibus coalescentis etiam attinet ad ordinem substantiæ; componuntur enim partes integrantes in vnam entitatem medijs indiuisibilibus vnitiuis substantialibus; sicut & gradus intẽsionis in qualitatibus, medijs indiuisibilibus conueniunt in totalem formam intensionis realiter compositam; cùm tamen indiuisibilia vnitiua attineant ad prædicamentum qualitatis; esto quòd vocentur relationes obrationem vnionis, quæ est habitudo respiciens extrema componibilia inter sẽ. Vnde, quando inficiari apparet Scotus aliquam formam substantialis compositionis, quæ sit realiter distincta ab extremis coniunctibilibus, materia scilicet, & forma; tantùm abigit entitatem substantialẽ, quæ mediet, vt quod, siue vt coextremum componibile; non tamen explodit actum modalem per suam essentiam ipsismet coextremis vnibilibus cõpositum. Si enim vnio non esset modus per suam essentiam coextremis compositus; egeret alio vnitiuo, ac proinde procederetur in infinitum; partes enim substantiales egent modo vnitiuo, quia non est de illarum essentia actualis inter se compositio.

Si autem quis nostræ, vel sic iret obiã oppositioni; quod vnio eò censenda non sit de quidditate entis compositi substãtialis; quò se gerat ad instar applicationis, vel approximationis coextremorum. Talis respõsio inanis apparet; quia vnio; si accipiatur pro intrinseca causalitate compositiua partium, ita est de physica constitutione compositi, vt absque illa, non modo esse, nec de absoluta Dei potentia, imò nec intelligi queat totum illud, quod est vnum vnitate compositionis, ac proinde debet ad coordinationẽ substãtiæ spectare; si vera sint Scoti verba; quòd substantia non constituatur in gradu aliquo prædicamẽti, vel coordinationis substantialis, per aliquam formã, quæ sit essentialiter accidens. Deinde, quòd actualis informatio formæ substantialis, & illius receptio in materia non est accidens, sicut informatio formæ accidentalis, & illius compositio ad substratum est accidentalis; si autem vnio formæ ad materiam esset accidens, etiã esset accidens informatio formæ substãtialis, quæ nõ discernitur realiter ab vnione, & cõpositione formæ ad materiã.

Scotus. Confutatur placitũ aliquorum Scotizantium, quòd compositio materiæ & formæ sit accident.

Quamuis actio substãtialis esset formaliter accidens; non ita nexus materiæ & formæ.

Inani, & diuersimode occurri posse concluditur

Quod

Scotus solũ explosit additionem alicuius entitatis resultantis, quæ sit forma partium vnitarum.

Scotus.

Quod autem Scotus tantùm reiecerit formam aliquam totius, quæ vt extremum componibile couniatur compartibus inter se vnitis; non verò compositionem, aut nexum substantialem ipsarum compartium; liquet ex 3. *sent. dist.* 1. *quæstion.* 2. §. *quantùm ad tertium dubium, num. marg.* 9. Vbi habet ita. *Dico, quòd si intelligatur in toto præter formam partis, cuiusmodi est in homine anima intellectiua, esse aliam formam quasi superuenientem illi, &c. Talis intellectus est falsus.* Et post pauca subiungit: *Si innitatur rationi acceptæ ex vnitate totius; quia ex materia, & forma, quæ est pars non fieret vnum, nisi per aliquam formam vnientem, illas partes, quæ sit forma totius. Ista ratio cõcluderet processum in infinitum; quia etiam de ipsa quæro, quomodo faciat vnum cum materia, & forma partis? &c.* De modo tamen compositionis, vel causalitatis intrinsecæ materiæ, & formæ nulla subesse valet, vel nutandi ratio, quomodo componatur causis intrinsecis? cum illis immediatè, & per suam essentiam coniungatur. Quod aliter accidit in materia, & forma; quarum actualis inter se compositio realiter secernitur, ab extremis cõponibilibus; dum illis, quoad omnem suam rationem substantialem, superstitibus, tollitur compositio actualis.

Vnde, & sic interpretãdos censeo eos, (si qui sint ex Scoti sectatoribus) autumantes, vnionem esse accidens prædicamentale; vt non de intrinseca substantialium compartium compositione, aut nexu procedant; sed de subsequente compartium compositarum habitudine, quæ diuinitus tolli posset, præpedita talis respectus, emanatione; etiam superstite intrinseca materiæ, & formæ causalitate, quam realiter nõ secerni ab vnione, & substantiali partium cõpositione pronuntio.

Vnionẽ distinguitur realiter à causalitate materiæ & formæ.

Causalitas materiæ est realiter in distincta à causalitate formæ.

Quare, sicut in mea sententia, quam probabiliorem æstimo, datur vnica tantùm vnio connectens materiã, & formã; ita etiam datur vna simplex, & physicè indiuisa causalitas materiæ, & formæ; quæ inquantum connotat materiam, vocatur receptio; sicut & vt connotat formam, vocatur actuatio, vel informatio. Si enim in causis efficientibus ob naturalẽ in agendo sympathiam respondet eadem indiuidua ratio influxus; vt constat de intellectu, & specie impressa in generatione verbi, quidni in causis intrinsecis vna assignetur realiter indiuisa causalitas, & nexus vtriusque concausæ compositiuus? Si verò causalitas materiæ, & formæ sit eadem realiter; reliquũ est, vt etiam vnio, vel compositio substantialis materiæ, & formæ sit vna; cùm non distinguatur realiter à causalitate vtriusque cõcausæ, quæ est vna realiter, & physicè simplex, ac indiuidua. Quod etiam ostendit compositio formæ accidentalis ad suum subiectum; vnico enim modo vnionis componitur, scilicet inhærentia; quæ simplex physicè est, nec ex duobus nexibus coalescens; altero, qui se teneat ex parte formæ, & alio ex parte subiecti.

Quarta confutatio; à signatione quantitatis.

18 QVartam oppugnationis viam contexit Scotus à confutatione terminatæ quantitatis, in hæc verba ex §. *ex quarta via arguo sic, num. marg.* 10. *Quantitas ista, qua substantia est hæc signata, aut est quantitas terminata? aut interminata? non terminata; quia illa sequitur esse formæ in materia, & per consequens singularitatem substantiæ. Quia sicut substantia est causa eius, vt est terminata; ita hæc substantia est causa eius, vt est hæc terminata. Si autem quantitas interminata sit causa, quare substãtia est hæc. Contra; illa quantitas interminata manet eadem in generato & corrupto; ergo non est causa alicuius signationis terminatæ.*

4 Oppugnatio materiæ signatæ.

S. otus.

19 *Si dicatur; quòd non sequitur, quia quantitas non ponitur causa singularitatis, nisi præsuppositæ vnitate specificæ: sed generatum, & corruptum non sunt eiusdem speciei.*

Euasio.

Contra; pono quòd ex aqua generetur ignis, secundò ex igne generetur aqua: in prima aqua corrupta, & in secunda generata, est eadem quantitas: & non sola quantitas interminata, sed etiam terminata, quia potest habere eumdem terminum à forma; vel saltem sufficit eadem interminata, & illa per te est causa singularitatis præsuppositæ vnitate speci-

Occupatur.

fica:

Scotus.

fica: ergo prima aqua, & secunda aqua, sunt hæc aqua eadem numero: Quòd videtur impossibile; quia idem individuum numero non redit naturali actione, ex 2. de generat. & 5. Physic.

Commentarium rationis præcedentis.

20 Ex quibus sic instruo rationem: si quantitas spectaret ad rationem essentialem individui, aut esset quantitas terminata; aut non terminata; sed neutra ex his: ergo nulla. Maiorem admittere tenentur aduersarij, cum vtraque conditionis partem ambiat; nec medium assignabile sit inter quantitatem affectam, & non affectam, terminis. Minor probatur; quia vel per quantitatem terminatam intelligunt extensionem sub his dimensionum longitudinis, & latitudinis metis; vel prout etiam addit sigillationem quantitatis ab his qualitatibus, quæ præstant, vt hæc materia sit propria huius individui, & non alterius: alius enim signationis modus omnino fictitius est. At repugnat, quantitatem vtroque modo signatam esse individuationis principium; in primis enim si quantitatis signatio solùm addat quasdam dimensionum metas, omnino impossibile est esse individuationis principium: cùm contingat quantitatem eisdem dimensionibus affectam pluribus individuis substerni, vt ad sensum patet in quantitate ligni sicci, & viridis, quæ eisdem prorsus terminis finitur: & sit possibilis, stante vnitate specifica, discretio numerica cum eadem individuali signatione, vt liquet ex præmissa probatione Scoti.

Expugnatur etiã sigillatio materiæ à qualitatibus.

21 Deinde; quod nec quantitas possit esse individuationis principium in quantùm sigillatur ab his qualitatibus, quæ illam huic formæ adaptant, & non alteri: sic discutio. Quia quantitas, vt subiacet his qualitatibus, præsupponit esse formæ substantialis in materia; cùm in sententia Thomistarum qualitates cæteraque accidentia toti composito inhæreant: quò fit, vt quantitas ab his qualitatibus signata, substantiæ compositæ singularitatem præmittat. Quia sicut substantia ex materia, & forma cointegrata, est causa quantitatis, vt terminatæ ab his qualitatibus; ita hæc substantia composita, est causa huius quantitatis, vt est hæc terminata; cùm substantia physicam, & realem causalitatem respectu qualitatum, quantitatis vè, adire nequeat, prout à singularitate absoluitur, quæ est necessaria operandi conditio.

Adde; quod pro instanti generationis non inexistat accidens aliquod materiæ immutatiuum, quod per affectionẽ intrinsecam, sigillare queat materiam; cum accidentia omnia perierint ad præcedentis compositi destructionem, in quo subiectabantur: nec pro illo signo naturæ quo apprehendimus formam materiæ coniungi, concipimus accidentia pullulare, quæ à substantiali vtriusque compartis nexu in genere causæ efficientis emanant. At pro illa præsuppositione, intelligitur compositum substantiale individuatum; cũ prior sit singularitas, quæ ab intrinsecis rei principijs petitur, extrinseca accidentium emanatione, ac influxu: non igitur individuatio substantiæ ab aliquo accidenti, quod substantiale compositum, tum quà substratum, tũ quà efficiens principium, præexigat; expectanda est.

Fuga.

22 Si autem contendas: materiam sigillatam ab accidentibus, quæ immediatè instans generationis anteeunt, esse determinatum individuationis principium.

Occupatur.

Contra sic, quia contractio, seu signatio ea, quæ ab accidentibus petitur generationem præeuntibus, illa non est, à qua intrinsecus individuationis actus accipi queat; cum accidentia, quæ pereunte composito non supersunt in instanti coniunctionis formæ genitæ ad materiam, intrinsecam immutationem materiæ conferre non valeant; sola igitur supersites esse poterit in instanti generationis extrinseca quædam sigillationis denominatio ex corruptorum accidentiũ præteritâ inexistentia emergens. Atqui implicat gradum essendi formalem, & intrinsecum, ex extrinseca denominatione constitui; ergo extrinseca illa sigillatio, quæ ex accidentibus præteritis relinquitur, nequit cointegrare physicum singularitatis principium.

Caietani, recentiorumque Thomistarum defensio confutata de materiæ signatione à quantitate.

Opinio Caietan. quòd quantitas individuet substantiã, vt connotatum.

23 Absurda hæc subodoratus Caietanus, aliam adit viam, 1. *p. q.* 29.

art. 1. recentioribus Thomiſtis valde plauſibilē: autumat enim per materiam quātitate ſignatā, accipiēdā nō eſſe intrinſecā cōpoſitionē quātitatis cū materia; adeō vt ex illa (quatenus ex materia, & quātitate vnū coaleſcit) gradus indiuiduationis accipi poſsit; vt cōtēdebat Ferrariēſis ſupra expugnatus Scoti rationibus. Quare aſtruit Caietanus, cui recentiores ſubſcribunt; quātitatē ſolū extrinſecè ſe gerere in indiuiduāda ſubſtātia; nimirū vt terminus in ordine ad quē materia taliter cōtrahatur ad eſſe huius cōpoſiti, quòd nō ſit alterius. Quia ſicut materia, vt capax eſt huius quantitatis, non tātùm mathematicè cōſideratæ inquantū trinā refert dimēſionē; ſed etiā phyſicè, prout nimirum à qualitatibus phyſicis afficitur, ita eſt huius cōpoſiti, quòd nō ſit alterius: ſic & habet hoc indiuiduū cōſtituere, & ab altero cōdiſtinguere. Vnde materiā, inquātū capacē quantitatis phyſicè contractæ; eſſe indiuiduationis principium autumat Caietanus; ita tamē vt quantitas materiæ cōpoſita phyſicum indiuiduationis principium, vt cauſa formalis, & intrinſeca, non cointegret. Caietano ſubſcribunt Iauellus, 5. *Metaph. q.* 15. & AEgidi⁹ *quodlibet.* 1. *q.* 5. & omnes Thomiſtæ moderni, quibus Ferrarienſis expoſitio non arridet, propter magnas difficultates, à quibus vndique obſidetur.

Iauellus AEgidius.

24 Cæterū; Caietani ſentētiā, nō modo falſam, immo ſuis principijs aduersā & à doctrinæ cōſequētia prorſus deficiētem iudico; eòquòd omnes illius aſſertores cū D. Thoma cōſtituant, quālibet latitudinē, ſiue extēſionē ſubſtātiæ à quātitate peti; qua præciſa, ſubſtātiā negatiuè indiuiſibilē aſtruāt: quo dato Caietanus inficiari nō poteſt, quātitatē ad eſſentialē indiuidui cōſtitutionē attinere. Quo circa antiquiores Thomiſtæ vnanimiter in Ferrariēſis ſensū cōſpirārūt; quē ita exactè expreſsit D. Thomas, vt expoſitionē nō patiatur, quā litera textus ſuſtineat. Oſtēdēdū igitur eſt; Caietani placitū cū altero Thomiſtarum de ſubſtantiæ inextenſione minimè cohærere.

Oſtenditur in Caietano defectio à conſequentia doctrinæ.

Quia; ad poſitiuā indiuidui rationē neceſſariò, & quaſi eſſentialiter, cōſequitur diſtinctio à quolibet alio indiuiduo; loquor in eo ſenſu, quo negatio cōſequitur poſitiuū illud, cū quo neceſſariā cōnexionē importat. At materialis indiuiduorū diſcretio, nec per intellectū ſubſiſtere poteſt ſine quātitate, vt forma intrinſeca illius; ergo quātitas, ſuppoſita opinione Thomiſtarū de quidditatiua inexiſtētione ſubſtātiæ, ſubintrat phyſicā ſingularitatis eſſentiā. Maior ab omnibus ſupponitur; cū hæc ſingularitas ita ab altera differat, vt ſe ſe mutuò tāquā primò diuerſæ rationes excludant; quarum altera nihil referat alterius.

Inſtatur data hypotheſi, quòd Deus ex materia orbata quātitate educat plures formas.

25 Vt autē minor, in qua poſita eſt tota vis argumēti, firmetur ſimul, & expēdatur; ſuppono quòd Deus creet materiā ſine quātitate; talis tamē capacitatis eſſentialis, vt pro pluribus formis ſuſficere queat; quod nullus inficiari poterit. In qua hypotheſi, materia illa nullius eſſet extēſiuæ latitudinis, cum quātitati nō ſubſternatur; deinde educat Deus ex poteſtate illius materiæ plures ſubſtantiales formas; quo ſuppoſito ſic argumentor.

Si Deus ex potentia indiuiſibilis materiæ plures formas educeret, plura ſubſtantialia indiuidua conſtitueret; aliàs enim equus, homo, & leo, & cætera alia compoſita eſſentialiter diſtincta, eſſent idem prorſus indiuiduum; quod eſt abſurdū. Atqui indiuidua illa, ſemota quātitate, materialem diſcretionem inferre non valerent: igitur nec ſine quantitate poſſent à pluribus formis indiuidualibus conſtitui.

Minor probatur; quia iſta materialis diſcretio apprehendi nequit, niſi ad inſtar partitionis cuiuſdam, quæ à formis materiæ cōunitis præſtatur; ratione cuius materia, quæ ex ſe, præciſa quātitate, cōcipitur indiuiſibilis negatiuè, fit aliud, & aliud indiuiduū poſitiuè propter accedētiū ſubſtātialiū formarum connexū. Sed non poteſt intelligi partitio, ſine latitudine, & extenſione illius ſubſtrati, quod à formis diuiditur; quia illud, quod non importat extenſiuam latitudinem, non poteſt fieri aliud, & aliud: vt conſtat in puncto, quod partiri nequit, quia extenſione caret. Si ergo materia ſine quātitate extenſionem non refert à formis ſubſtantialibus partibilem; manifeſtè ſit, ex plurium formarum ſubſtantialium acceſſu materialem diſcretionem emergere non poſſe.

Exaſio.

26 Occurres; omnino diſparem eſſe rationem de puncto, ac de materia orbata quantitate; cum punctum poſitiuè indiuiſibile ſit, id eſt cui ex ſe re-

repugnet forma, quæ sit ratio partium; materia verò solùm negatiuè indiuisibilis, seu in actu exercito indiuisa, eoquòd in illa hypothesi deficiat actus diuidens; sit tamen diuisibilis in actu signato, quatenùs ex se quidditatiuam potestatem nanciscatur, vt à quantitate extendi queat.

Præclusio manifesta.

Sed hoc effugium manifesta ratione ita occludimus; quoad actualem partiũ indiuisionem, siue indiuisibilitatem in actu exercito, eadem prorsus est ratio de puncto, ac de materia sine quantitate; cùm neutrum extremum huius comparationis actualiter substernatur illi formæ, à qua partitionem actualem haurire queat. Quó fit, vt punctum, & materia sine quantitate, præcisè distinguantur ratione potentiæ, & impotentiæ ad partitionem; at potentia materiæ, vt extendatur, tantùm confert illi capacitatem respectu illius actus, qui sit forma, & ratio intrinseca entitatiuæ latitudinis; ergo cùm quantitas sit sola, & vnica ratio quidditatiua extensionis substantiæ; in ordine ad quantitatem præcisè importat materia potestatem, vt extendatur.

Sed forma substantialis non est ratio partium, nec ex se refert, vt materiam quasi latificet, & extendat; quia aliis esset formaliter ipsamet quantitas, cùm quidditatiuè exhibeat primariam causalitatem, & effectum formalem quantitatis, qui ab ipsis Thomistis in substantiæ extensione constituitur. Ergo, è contra, nec materia sortitur potentiam respectu substantialis formæ, vt possit esse aliud, & aliud, in hoc, & altero individuo; ac proinde sola quantitas habet, vt, vi intrinsecæ causalitatis suæ, materialem discretionem inferre possit; sicut & sola quantitas substantiæ exhibet latitudinem partibilem.

Altera fuga.

27 Dices; in ea hypothesi, individua non distingui ratione materiæ, sed tantùm ratione formæ; & ratione vnionis, distinctæ formæ ad materiam; quæ est causalitas compositiua vtriusque cõpartis substantialis ad constitutionem vnius. Sicut, si Deus de potentia absoluta plures formas substantiales eidem portioni materiæ, etiam quantæ, cõiungeret; plura individua cõstituerentur propter pluralitatem formarum, & causalitatũ vnionis, esto quòd materia vnica esset.

Sed cõtra: ergo quãtitas spectat ad rationem essentialẽ individui, quod nõ tã tũ formalẽ, sed etiã materialẽ discretiò nẽ sortiatur; cuiusmodi est vniuersa individuorũ collectio, quæ in rerum natura existit. In quo etiã sensu principiũ individuationis sub disputationẽ cadit; prout nimirũ individualis forma separat individuũ, quod cõstituit, ab alio, nõ solũ ratione formæ, sed etiã ratione materiæ

Occupatur.

28 Præterea; aperiò, opinionẽ Caietani deficere à cõmuni Thomistarũ, aliorũque philosophorũ sentẽtia autumãte; cõtinuũ cõflari ex partibus actu, & non tãtũ potẽtia, cõdistinctis. Quia si totum substantiale homogeneũ, verbi gratia, aqua, aut ignis, ex partibus actualiter cõdistinctis coaleſceret; etiã ex individuis partialibus cointegraretur; cũ quælibet pars distincta ab alia, sit distinctũ individuũ partiale, vt perspicuũ est. Ergo forma illa, quæ est ratio partiũ, etiã est ratio individuorũ partialiũ, quã partialiter inter se cõdistinguũtur. sed substãtia ex se nõ cõfert partiũ discretionẽ, cã sola quãtitas talẽ effectũ, apud Caietanũ, & à Ticlas, præstet; igitur, & sola quãtitas est ratio individuationis partialis. Atqui individuatio partialis substãtiæ, ita substãtialis est, sicut individuatio substãtiæ cõpletæ, & totalis; cũ pars substãtiæ homogeneæ per solã diuisionẽ fiat individuũ cõpletũ in ratione substãtiæ. Ergo si implicat, ex Caietano, individuationẽ integræ substãtiæ à quãtitate, vt à forma intrinseca accipi; repugnaret etiam & individuationem partialis substantiæ à quantitate exhiberi, vt à forma intrinseca.

Ratio euidenter obstans; quòd si quantitas sit ratio intrinseca partium subsistentiũ; etiã debet esse ratio individuationum partialium.

Sed cõtradicit cõpositio totius substãtialis ex partibus actu distinctis, & nõ ex individuis partialibus; cũ nequeat intelligi pars actualiter distincta, sine individuatione partiali, etiã actualiter cõdistincta: si ergo individuatio partiũ totius substãtialis à quãtitate, vt à forma intrinseca, trahi nõ posset; nec & ratio partiũ à quantitatis causalitate expectari valeret; quod est à communi Thomistarum schola dissentire.

29 Habemus ergo Caietanũ, & asseclas in hac re manifestos, D. Thomæ desertores; dũ quãtitatẽ à physico individuationis principio explodũt; vt rationes vitent, quibus Ferrariẽsem, & alios Thomistas profligat Scotus.

Alia confutatio Caietani.

At ex alio etiam capite expugnari potest

test mens Caietani astruentis, capacitatem ad quantitatem physicè acceptam, & non quantitatem ipsam, esse indiuiduationis principium.

Quia rogo de capacitate illa, vtrum sit ipsamet substantia materiæ, aut accidens aliquod materiæ superadditũ? si sit accidens; contra Caietanum militãt omnia argumenta, quæ Ferrariensem vrgent; obtinentque compositum ex substantia, & accidenti, non esse physicum indiuiduationis subſtantialis principium. Si verò capacitas ista sit ipsa materiæ substantia: contradicit esse indiuiduationis principium; eòquòd talis capacitas pluribus indiuiduis subiaceat, sicut & ipsa materia, cui identificatur, pluribus formis substernitur.

ARTICVLVS IV.

In quo, indiuiduationis principium ab Scoto traditum ab aduersariorum oppugnationibus defenditur.

SVMMARIVM.

Textus Scoti ad dirimendam controuersiam. Num. 1.
Animaduersiones ad literam textus. Num. 2.
Materiam à forma non indiuiduari, astruimus. Num. 5.
Item nec formam à materia. Num. 11.
Compositæ substantiæ indiuiduatio expenditur. Num. 16.
Necessaria digressio de prædicato corporis completi, à forma corporeitatis non petito. Num. 19.
Scotus à quorũdam vellicationibus vindicatus. Num. 25.
Corollarium de vnitate numerica accidentium. Num. 29.

COnfutatis aduersariorum sentẽtijs; propugnanda accedit nostri Doctoris mens, quam aliqui contentionis spiritu, aut libidine potiùs, quam iudicio taxant; eam commentitiam Aristotelis què principijs aduersam, effutientes. Quorum licentiam, vt pro posse cohibeamus; textum Scoti obijcio, *ex 2. sent. dist. 3. q. 6. §. Et si quæras, quæ est ista entitas indiuidualis? num. marg.* 15. Vbi sic habet Doctor.

1 *Et si quæras, quæ est ista entitas indiuidualis, a qua sumitur differentia indiuidualis? est ne materia, vel forma, vel compositum?* Scotus.

Respondeo; omnis entitas quidditatiua, siue partialis, siue totalis alicuius generis, est de se indifferẽs, vt entitas quidditatiua, ad hanc entitatem, & illam; itaquòd, vt entitas quidditatiua, est naturaliter prior ista entitate, vt est hæc: & vt prior est naturaliter, sicut non conuenit sibi esse hanc, ita non repugnat sibi ex ratione suæ suum oppositum: & sicut compositum non includit suam entitatẽ, qua est hæc, inquantùm natura, ita nec materia inquantùm natura includit suã entitatem, qua est hæc materia, nec forma inquantùm natura includit suam. Quidditas entitas, vel gradus indiuidualitatis apud Scotum.

Ergo ista entitas non est materia, vel forma, nec compositum, inquantùm quod libet istorum est natura; sed est vltima realitas entis, quod est materia, vel quod est forma, vel quod est compositum. Ita quòd quodlibet commune, & tamen determinabile, adhuc potest distingui, quãtumcumque sit vna res, in plures realitates formaliter distinctas, quarũ hæc formaliter non est illa: sed hæc est formaliter entitas singularis, & illa est entitas naturæ formaliter. Nec possunt istæ duæ realitates esse res, & res; sicut possunt esse realitas, vnde accipitur genus, & realitas vnde accipitur differentia, ex quibus realitas specifica accipitur; sed semper in eodẽ, siue parte, siue toto, sunt realitates eiusdẽ rei formaliter distinctæ. Singularitas est vltima realitas entis.

2 Pro elucidatione textus obseruãdum in illa verba: *Omnis entitas quidditatiua, siue partialis, siue totalis, est de se indifferens, vt entitas quidditatiua, ad hanc entitatem, & illam; ita quòd, vt entitas quidditatiua, est naturaliter prior ista entitate, vt est hæc.* Quòd, cùm gradus indiuidualis non sit de quidditatiuo conceptu naturæ creatæ, siue totalis, siue partialis, vt apud omnes cõstitutum est; proinde fit, vt à quidditate rei, quà quidditas est, indiuidualis gradus expectari nõ debeat. Ob quã etiã rationẽ, *in præcedẽti art. n. marg.* 4. ostẽdim⁹; incõmunicabilitatẽ indiuidui, prout talis for- Explanatio textus. Scotus. Optima reseruatio.

maliter, ab incommunicabilitate materiæ primæ in ratione primi subſtrati, eò accipi non poſſe; quòd incommunicabilitas iſta congruat materiæ, prout quidditas eſt, & quatenus ab omni indiuiduandi ratione abſoluitur.

Hæceitas non diſtinguitur realiter à natura, ſed ſolũ formaliter.

3 Licèt tamen, forma indiuidualis quidditati rei accidat, quatenus ad eſſentialem entis creati conceptum non ſpectet; non tamen indiuidualis gradus accidentarius habendus eſt in eo ſenſu, in quo accidens illud eſſe dicitur, quod ab entitate rei ſecernitur realiter: cùm indiuidualis forma ſolùm formaliter ex natura rei à quidditatiuis gradibus diſſideat, eadem prorſus diſtinctionis ratione, quæ inter eſſentiales gradus generícos, & differentiales, poſita eſt. Quod tradit Scotus illis verbis: *Hæc eſt formaliter entitas ſingularis, & illa eſt entitas naturæ formaliter, nec poſſunt eſſe iſtæ duæ realitates, res, & res, ſicut poſſunt eſſe realitas vnde accipitur genus, & realitas vnde accipitur differentia.* Vbi contendit Doctor, quòd diſtinctio, quæ inter partes phyſicas materiam, ſcilicet & formam intercedit, à quibus gradus generícus, & differentialis accipiuntur, longè diuerſa ſit à diſcretione illa, quæ inter naturam, & illius ſingularitatem ſtatuitur; cùm tamen naturæ, & ſingularitatis diſtinctio prorſus ſimilis ſit ei, quæ ab Scoto inter ipſos metaphyſicos gradus generis, & differentiæ aſtruitur, quæ ſolùm eſt formalis diſcretio ex natura rei, cum reali identitate, *de qua infra in ſequenti appendice de diſtinctione.*

Scotus.

Obſeruandũ præterea.

4 Adnotandum deinde in illa verba: *Ergo iſta entitas non eſt materia, vel forma, nec compoſitum, inquantùm quodlibet iſtorum eſt natura; ſed eſt vltima realitas entis, quod eſt materia, vel quod eſt forma, vel quod eſt compoſitum.* Quòd ideò docet Scotus, indiuiduationem materiæ, vel formæ, vel compoſiti, non eſſe materiam, formam, aut compoſitum; ſed vltimam realitatem harum entitatum: quia indiuiduatio eſt metaphyſicus quidam gradus eſſendi, qui à phyſica entitate petitus poſt omnium quidditatiuorum graduum conuentum accedit; quò fit, vt ad eſſentialem rei conſtitutionem attinere non valeat.

Scotus.

Quia tamen Doctor in textu appoſito, materiam, & formam ab vltima ipſarum realitate indiuiduari autumat: & ſingularitas compoſiti entis, quam in præſenti expendimus, ab indiuiduatione partium, vt à cauſis intrinſecis prodit; antequam compoſiti indiuiduationem aperiamus, per aſſerta aliquot ſtabiliendum eſt quid de compartium, materiæ, nimirũ, & formæ, ſingularitate, aut hæceitate ſentiendum ſit.

Materiæ, & formæ, indiuiduatio exarata; vbi quòd vtraquè, non à comparte, ſed à ſe ipſa, vnitatem numericam vendicet.

1. Aſſertum. Materia eſt à ſe indiuidua.

5 Aſſertio prima: materia prima à ſe ipſa propriam ſingularitatem refert; vnde nec magis propriè aſtruitur à forma indiuiduari, quàm eſſentiam, exiſtentiam, aut durationem, à forma expectare. Quare, ſicut eſto quòd materiæ, propria quidditas, exiſtentia, & duratio, ab intrinſeco congruãt; nihilominus materiam habere eſſe, vel exiſtere à forma aſſeritur, quò tota illius eſſentia, & exiſtentia ſit potentialitas quædam ad formam; ita licet materia, vi propriæ entitatis, indiuidualem formam ſortiatur, quia tamen hæceitas, vel ſingularitas iſta eſſentialiter eſt potentia quædam relatiuè ſe habens ad formam, ſicut & ipſa materia cuius eſt modalis quædam affectio; relinquitur inde, vt talis ſingularitas materiæ, à forma accipi dicatur. Ne tamen falſus irrepat ſenſus, & vt ambiguitas, quæ ex loquutione iſta emergit, omnino vitetur; ſtatuendum eſt, materiam quæ eſt hæc, ſeu hæccitatem illius, eſſe reſpectum tranſcendentalem ad formam, non tamen materiam à forma indiuiduari.

In quo ſenſu pronunciatur indiuiduari à forma.

Efficax ratio primi aſſerti.

6 Probatur ſimul, & expeditur aſſertio iſta: quia quãdo Thomiſtæ aſſeuerãt, materiam à forma indiuiduari: aut intendunt, formam eſſe principium intrinſecum, à quo ſingularitas materiæ accipiatur; aut eſſe terminum extrinſecum habitudinis materiæ indiuiduatæ ad

for-

formam extrinſecus indiuiduantem; cũ aſsignabile non ſit medium inter eſſe, & non eſſe, cauſam intrinſecam ſingularitatis materiæ.

Vtrumque tamen ſenſum falſum eſſe, ſi ab aſſertione noſtra diſsideat, ita expendo; in primiſque formam non eſſe principium intrinſecum indiuiduationis materiæ, vel eò perſpicuum eſt; quòd ſingularitas materiæ primæ realiter ab illa non differat, ſicut nec indiuiduatio realiter ſecernitur à tota latitudine entis realis, quod contrahit. At forma non intrat conſtitutionem materiæ; aliàs materia non eſſet pars phyſicè irreſolubilis, ſed compoſitum phyſicum: ergo nec forma poteſt eſſe principium intrinſecum hæcceitatis materiæ, quæ realiter eſt ipſa materia.

Inſtatur vltra.

7 Alter verò propoſitæ rationis ſenſus, ſi aliud à noſtra aſſertione ſtabilire contendat; improbatur etiam ſic. Quia vel per indiuiduationem materiæ à forma petitam, tanquam à termino habitudinis materiæ ad formam; nil aliud inſinuatur, præter quàm quòd ſingularitas materiæ ſe habeat relatè ad formam; & de hoc nulla diſſertatio eſſe poteſt. Quia ſicut materia eſſentialiter eſt potentia ad formam, ita quidquid realiter eſt ipſa materia, aut quaſi modus, & affectio illi identificata, intrinſecè refert potentialitatem ad formam; cùm ergo ſingularitas materiæ ab illa realiter non diſtinguatur, ex ſe importat, vt ſit potentia reſpectu actus formalis, aut quòd ſit in ordine ad formam. Quod nullus inficiari poterit; in quo etiam ſenſu dici poſſet, materiam habere eſſentiam à forma, eòquòd materiæ quidditas ſit in habitudine ad actum formalem.

Oſtenditur, quòd forma rum determinata collectio non individuet materiam.

8 Aut, per indiuiduationem materiæ, à forma, vt ab extrinſeco termino, ſpectatam; intelligunt determinatam aliquam formarum collectionem, quæ ita exhauriat paſsiuam materiæ poteſtatem, vt materia eatenus ſit hæc ab iſta collectione formarum, & non ab illa, quatenus ſit capax huius collectionis actuum, & non alterius. Et hoc gratis dicitur; cùm nullum appareat principium, à quo contractio habitudinis materiæ ad determinatam formarum collectionem auſpicari poſsimus; quin potius ex indeterminatione materiæ ad omnes formas oppoſitum colligatur. Quare aduerſarij rationem reddere tenentur, cur materia ab intrinſeco alligetur huic determinatæ formarum portioni, & non alteri?

Cõfirmatur

9 Adde; quòd ſaltim in ordine ad abſolutam Dei potentiam non contradicit, vt aſsignata qualibet formarum collectione, materia aliam, & aliam formã recipiat; non ergo eſt de ratione ſingularitatis materiæ hanc tantùm formarum collectionem ſpectare: quia, ſi id eſſet de quidditate illius, ſtante eadem materia, & eadem ratione indiuidua, principij indiuiduantis varietas, & mutatio prorſus contradiceret. Sequitur ergo, quòd materia ex ſe ſingularitatem ſortiatur; & quòd impropriè à forma eò indiuiduari pronuntietur, quò indiuiduatio ſit in ordine ad formam; ſicut & minus propriè aſtruitur, referre eſſentiã à forma, quia materiæ quidditas ſit in habitudine ad formam.

Infirma oppoſitio.

10 Ex his, operoſum non erit, vulgarem illum ictum infringere, qui ab aduerſarijs objicitur: quòd, ſicut materia ſecundùm quidditatiuam rationem ſuã reſpicit formam, vt ſic, ita hæc materia hanc formam, ſeu hanc determinatam formarum collectionem; eòquòd ſic ſe habeat materia, vt ſic ad formam, vt ſic, ſicut & hæc materia ad hanc formam.

Conuellitur

Reſpõdetur; quòd, ſicut ex hoc, quòd quidditas materiæ ſit in ordine ad formam vt ſic, improbari non poteſt, materiam proprium, & quidditatiuum conceptum referre; ita & ex eòquòd talis materia ſit in habitudine ad talem formam, inferri non valet, quòd per propriam entitatem ſingularis non ſit: cùm talis ordo ad formam ſit ipſa materiæ ſubſtantia; ac proinde, idem ſit materiã ab ordine iſto indiuiduari, ac à ſe ipſa ſingularitatem referre.

Addendũ præterea; quòd falſum ſupponat argumentũ, dũ hanc materiã in indiuiduo reſpicere hanc formã in indiuiduo contendit: cũ materia non tantũ in eſſe ſpecifico apprehenſa, ſed ad gradũ etiã numericũ contracta, totã formarũ latitudinẽ correſpiciat. Sicut ex falſa aſſumptione ratio illa procederet, quæ obiectum viſiuæ potentiæ ſic aperiret: viſus vt ſic dicit ordinem ad coloratum vt ſic, tanquam ad obiectum adæquatum facultati viſiuæ; ergo hic vi-

visus ad hoc coloratum. Quia visus potentia, etiam in esse numerico accepta, ad coloratum refertur in tota latitudine illius; eòquòd in tota illa vniuersalitate, & latitudine obiectiua virtutem huius potentiæ adæquet, & specificet. Cũ autem tradimus, hanc potentiam visuã numero omne coloratum spectare; non volumus, quòd potentia singularis, & physica respiciat obiectum vniuersale, & metaphysicæ abstractionis, à quo fœcundari queat ad idoli visui productionem, vt perspicuum est: sed quòd facultas visiua, vt hæc potentia est, non contrahatur numericè à tali, vel tali obiecto; cùm spectet omnia indiuidua colorata.

Assertio 2. Forma indiuiduatur à se.

11 Assertio secunda: forma etiam à se ipsa, & non à materia, indiuiduatur. Quæ conclusio duplicem etiam sensum referre potest; vel, quòd materia sit indiuiduativum intrinsecum formæ; vel quòd se gerat in indiuiduatione formæ, vt terminus extrinsecè formam contrahens ad gradum essendi numericum; in vtroque tamen sensũ inficiamur, formã à materia indiuiduari.

Firmatur primus sensus huius asserti.

Quoad primum sensum patet conclusio ex dictis in assertione præcedenti. Quia licet forma educatur ex potentia materiæ, adhuc causalitas eductiua, quam adit materia respectu formæ, eò extrinseca formæ censenda est; quò materia causans, seu sustentans formam, quæ ex potestate illius extrahitur, non subintrat formæ eductæ quidditatem. Aliàs enim eadem causalitatis ratione se gereret materia in sustentatione formæ, sicut & in constitutione compositi, quod ex materia, vt ex quidditatiua comparte, coalescit; ac proinde, forma non esset principium physicè simplex, & irresolubile, quod absurdissimum est. Ergo cùm singularitas formæ sit gradus essendi ab illa realiter indiscretus, à materia tanquam à causa intrinseca peti non poterit; sicut nec forma ex materia componi.

Probatur alter sensus præmissæ assertionis.

12 Secunda verò nostri asserti pars; quòd scilicet, nec forma indiuiduetur à materia, tanquam a termino habitudinis suæ; partim constat ex his, quæ pro confirmatione præcedentis assertionis formauimus. Nam, vel formam a materia tanquam a termino indiuiduari, insinuat, materiam esse terminum singularitatis formæ; eòquòd formæ indiuiduatio sit gradus essendi relatus ad materiam, sicut & forma ipsa, cuius est affectio, est ordo transcendentalis ad materiam: & hic sensus extra omnem controuersiam positus est, vt constat ex dictis.

Aut, formam à materia tanquam à termino contrahi ad singularitatis gradum; indicat, ideo formam esse indiuiduam, quia illius informatiua virtus determinetur, & quasi finiatur ad talem determinatam materiæ portionem. Quod licet congruentiùs de forma, quàm de materia asseri videatur; eò quòd forma pendeat à materia tanquam à substrato eductionis, & non è contra. Adhuc propositio illa probari non debet: tum, quia in formis, quæ ex potentia materiæ non educuntur, fundamentum non appareat, cur potestas informatiua contrahatur ad aliquam signatam materiæ portionem? cùm enim alligatio informatiuæ virtutis ex alio fonte quàm ex dependentia à substracto eductionis hauiri non valeat: formæ illæ, quæ per dependentiam eductiuam non alligantur materiæ, ex alio capite ad determinatam materiam contrahi nequibunt; eò vel maximè, quò ita connaturaliter anima rationalis alteri corpori à Deo copulari posset, sicut & proprio coniungitur, cùm in nullius eminentiali potestate præhabeatur.

Ratio ad hominem contra Thomistas.

13 Præterea; de formis, quæ ex materiæ potentialitate extrahuntur, in quibus maior viget difficultas; ostenditur, nec ad substratum eductionis potestatem illarum informatiuam astringi. Cũ communis Thomistarum opinio autumet, formas perfectorum animalium, quæ ex materiæ potentia educuntur, indiuisibiles esse; ac proinde consequenter astruere teneatur, quòd deperdita portione materiæ, quæ fuit aliquid substrati eductionis, nihil indiuisibilis formæ pereat, sed in noua materiæ accretione subsistat: non igitur virtus informatiua talium formarum necessariò alligatur ad materiam, è cuius eminentia extrahitur.

Concinna probatio ex discrimine formæ entitatiuè, & modalis.

14 Verùm; ex alio principio aduersarios sic perstingere possumus: causalitas eductiua materiæ non est de

essen-

eſſentia formæ entitatiuæ; (entitatiuam voco illam, quæ à modali forma diſsidet in tota latitudine illius.) Quia ſi cauſalitas eductiua eſſet de quidditate a&' ſubſtantialis, qui forma entitatiua eſt, & non modalis; dependentia à materia eſſet de eſſentia illius formæ, vel quod in idem incidit, forma ſubſtantialis per ſuam quidditatem penderet à materia; ac proinde nec de abſoluta Dei poteſtate à materia ſeparari valeret, quod in omni ſententia eſt prorſus falſum, & abſurdum. Ideò enim forma modalis à proprio ſubiecto, etiam diuina virtute, eſt inſeparabilis; quia cauſalitas ſubiecti circa modum, quæ eſt ipſa coniunctio, ſiue informatiua compoſitio modi ad ſubiectum, eſt de quidditate modalis formæ; quò fit, vt tota illius vis informatiua exhauriatur circa ſubſtratum illud, cui per ſuam eſſentiam coniungitur. Atqui ſubſtantialis forma, eòquòd ſit entitas à modo condiſtincta, non alligatur per quidditatiuam dependentiam materiali ſuæ eductionis; ergo illius informatiua poteſtas non finitur ad iſtam materiæ portionem. De quo vide *ſequentem appendicem de diſtinct. entis, art.* 3. vbi quidditas formæ modalis in tota ſua cõmunitate modi, vt ſic, ad plenum explanatur, *à n.* 5. *vſque ad* 19. *incluſiuè.*

15 Ex quo ſic vrgeo rationem: forma ſubſtantialis, quæ ex potentia materiæ educitur, quia per ſuam quidditatẽ à materia non pendet, valet de abſoluta Dei potentia alteri materiæ copulari; in qua coniunctione id tantùm miraculi intercederet, quòd forma ab hac, in illã materiam extraheretur, & componeretur alteri; qua ſuppoſita mutatione, compoſitum naturaliter ſubſiſteret. Ergo portio illa materiæ, quæ eſt ſubſtratum eductionis formæ, non eſt neceſſarius, & per ſe terminus ſingularitatis formæ; cum forma eodem modo indiuiduata alteri ſubſtrato connecti queat.

Admonitio pro oppoſito Thomiſtarum placito.

Si autem a Thomiſtis non reputetur inconueniens, quòd forma, a determinata materiæ collectione indiuiduationem expectans, extraneæ, ſeu non-indiuiduanti, materiæ, etiam diuinitùs, coniungi queat; non occurrit, quid in re oppoſitum aſtruant Scoticæ doctrinæ: cùm fateri teneantur, formam etiam in indiuiduo acceptam, virtutem ex ſe informatiuam referre ad quamlibet materiæ collectionem. Si enim forma ab intrinſeco potens non eſſet ad quamlibet materiam, nec de abſoluta Dei potentia cuilibet materiæ componi poſſet; cùm potentia informatiua diuinitùs ſit inſupplebilis. Quo dato, in nullo vero ſenſu conſtitui poteſt, formam a materia indiuiduari, niſi quatenus forma, vt ſingularis, relatè ſe habeat ad materiam; eòquòd indiuiduatio formæ ſit ordo tranſcendentalis ad materiam; ſicut, & ipſa forma, quam contrahit. Quod Scotiſtæ nullatenus inficiantur: quia tamen talis ordo, ſeu indiuiduatio relata, eſt ipſamet forma; idem eſſe pronuntiant, formam a relatione iſta, ac à ſe ipſa indiuiduari.

Compoſitæ ſubſtantiæ ſingularitas expenditur, & identitas realis numerici gradus cum ſpecificis, intercedente ſola diſtinctione formali.

16 Aſſertio tertia: principiũ phyſicum, à quo ſumitur hæcceitas, ſiue ſingularitas ſubſtantiæ compoſitæ, eſt ipſamet compoſitio materiæ & formæ ſubſtantialis; ſecundùm vltimam realitatem eius. Hæc eſt expreſſa ſententia Scoti & omnium eius diſcipulorum, in quam celebriores metaphyſici conſpirarunt; quæ primò expendenda eſt, deinde rationibus fulcienda.

Aſſertio 3. De indiuiduatione totius compoſiti, à quo principio phyſicè tractatur?

Pro quò præmitto cum communi ſententia; metaphyſicas rationes à coniunctione phyſica materiæ & formæ prodire; prout excludit omnem accidentalẽ diſpoſitionem. Quia, licet accidentia, vt potequæ ſubſtantiæ generationem præparent, formæ eductionem anteeant; gradus tamen illi, qui de compoſito ſubſtantiali quidditatiuè enuntiantur, non ſumuntur phyſicè à compoſitione materiæ cum quantitate, aut reliquo alio accidenti; ſed à ſola vnione ſubſtantiali, prout vtrumque ſubſtantiale extremum complectitur. In qua vnione, licet phyſicè loquendo ſimplex &

Obſeruatio ad veram ſententiam ſuffaciendam.

irresolubilis sit, plures rationes, siue metaphysicos gradus considerare licebit; adeò vt substantialis iste nexus, quasi virtute, & eminentia plures dici possit, eòquòd ab illo multi gradus ex natura rei discreti accipiantur; puta, ens, substantia, corpus, viuens, animal, homo, & Petrus: quò fit, vt ab eodē prorsus principio physico rationes essentiales, & numericæ, prodeant.

Vnde, sicut principium physicum, à quo quidditatiui gradus petuntur, omnem accidentis compositionem explodit; ita & singularitatis principiū, quod idem omnino est, vniuersam accidentis latitudinem remouet: & sicut, ab identitate eiusdem physicæ compositionis à priori colligimus realem identitatem prædicatorum essentialium inter se: ita & realis identificatio singularitatis cum quidditatiuis gradibus ex alio fonte, quàm ex eiusdem physici principij identitate, haud quaquam hauriendа est.

Cur singularitas non fit de quidditate rei ipso quòd accipiatur ab eodem principio physico, à quo gradus essentiales?

17 Verùm: hoc tantùm interest discriminis inter rationes essentiales, & singularitatem, quod & exactam reddit causam, quare indiuiduatio non sit de essentiali conceptu, etsi ab eodem principio physico accipiatur, à quo quidditatiuæ rationes sumuntur? quam discernendi viam aperiunt vltima illa verba assertionis nostræ; quod nimirum singularitas prodeat à composita substantia secūdùm vltimam realitatem eius; quod idē est, ac indiuiduationem peti posse omniū quidditatiuorum graduum conuentum: vnde efficitur, vt singularitas cōstitutionem entis præmittat; de quo latiùs in sequenti articulo. His præliba tis.

Probatio assertionis præcedentis.

18 Probatur nostra conclusio: quia singularitas entis compositi non distinguitur realiter à quidditatiuis rationibus: ergo non sumitur à principio physico realiter condiscreto ab eo, à quo gradus essentiales petuntur. Antecedens certum est in omni schola; consequentia verò probatur, quia si principium physicum singularitatis includeret accidentia, realiter differret à principio physico, à quo essentialia prædicata accipiuntur: ergo & ipsa indiuiduationis forma realiter disideret à quidditatiuis gradibus; sicut si prædicatum corporis, aut viuentis, prodiret ab aliqua forma distincta ab anima rationali, à qua gradus hominis accipitur, hominis, & corporis prædicata realiter differrent.

Obiectio cōtra rationē præmissam.

19 Occurres: prædictam rationem, etiam in Scoti doctrina, infirmam esse: quia cùm ipse asseueret, omnes gradus metaphysicæ compositionis solùm formaliter, & non realiter, secerni; adhuc supponere videtur, à principijs physicis realiter condiscretis, peti posse. Cùm *in 4. sent. dist. 11. quæst. 3.* in quolibet viuente, præter animam, aliam formam cōstituat, quam corporeitatis appellauit. Cùm ergo à forma corporeitatis prædicatum corporis prodeat; ab anima verò prædicatum viuentis accipiatur; fiet, vt vel prædicatum corporis a gradu viuentis realiter disideat; aut quòd inutilis sit collectio, quam produximus, de discretione reali singularitatis à gradibus essentialibus, ex hypothesi distincti principij physici.

Instatur præterea.

Præterea; quia ideò Scotus formam corporeitatis constituisse videtur, vt esset ratio formalis prædicati corporis, quod ab anima rationali, vt à forma omnino spirituali accipi posse non videbatur, à qua gradus rationalitatis petitur: ergo, apud Scotum; stante distinctione principij physici, nimirum actus formalis, subsistere valet indistinctio metaphysicorum graduum, qui à principijs physicis realiter discretis prodeant. Ac proinde, esto quòd principium physicum indiuiduationis aliquid addat realiter distinctum, nimirum quantitatem, aut aliquod aliud accidens, supra principium physicum, à quo quidditatiui gradus accipiuntur; adhuc erit singularitas indistincta realiter à prædicatis essentialibus.

Digressio, de prædicato corporeitatis, an apud Scotum trahatur ab anima rationali?

20 At, licet oppositio ista nos nullatenus premat; quia tamē ex falsa assumptione procedit, dum contendit, Scotum formam corporeitatis asseuerasse, vt ab ea tantùm prædicatum corporis, ab anima verò rationali cætera prædicata viuentis, animalis, hominis, hauriret; operæ pretium erit, scopum Scoti in forma corporeitatis statuenda ex ipsa litera textus aperire. Sic ergo habet *in 4. sentent. dist. 11. quæst 3. §. ad quartum dico, num. marg. 54.*

Scotus.

Ad quartum dico: quòd habet euidentiam bonam contra secundam opinionē improbatam. Frustra enim poneretur corporeitas alia ab intellectiua, si ipsa includat vegetatiuam, & sensitiuam; & sensitiua, & vegetatiua includant corporeitatem. Sed secundùm aliam viam est

facti-

Scotus Pende rationem Scoti.

factis responsio, hic enim est necessitas ponendi plura. Et quæ illa certè, quæ est ratio vniuersaliter distinguendi hoc ab illo, scilicet contradictio, quæ est immediata ratio distinguendi plura sub ente; vt pote si hoc, & illud, recipiant contradictionem in essendo, quia si hoc est, & illud non est, non sunt idem ens in essendo.

Perspicua dubij enodatio.

21 *Sic in proposito; forma animæ nõ manente, corpus manet: & ideò vniuersaliter in quolibet animato, necesse est ponere illam formam, qua corpus est corpus, aliam ab illa, qua est animatum. Nõ autem loquor de illa, quæ est corpus, hoc est indiuiduum corporis, quod est genus: nam quodcumque indiuiduum suæ formæ taliter est corpus, vt corpus est genus, & habens corporeitatem: sed loquor de corpore, vt est altera pars compositi. Per hoc enim non est indiuiduum, nec species in genere corporis, nec in genere substantiæ, quod est superius; sed tantummodo per reductionem. Vnde corpus, quod est altera pars manens quidem in esse suo proprio sine anima, habet perconsequens formam, quæ est corpus isto modo, & non habet animam: & ita illa forma necessariò est alia ab anima. Sed non est aliquod indiuiduum sub genere corporis, ni si tantùm per reductionem, vt pars: sicut nec anima separata est per se inferius ad substantiam, sed tantùm per reductionem.*

Explanatio mentis Scoti.

22 En Scotum disertissimè enodantem, corporeitatis formam, quam constituit, eam non esse, à qua prædicatum corporis completi haberi possit, quod in prædicamento substantiæ constituitur; cùm hic gradus corporis completi ab eodem physico principio hauriatur, à quo cæteræ magis abstractæ, & cõtractæ rationes metaphysicæ prodeunt: animirũ à compositione corporis, & animæ rationalis, à qua prædicata substantiæ, viuentis, hominis, & cætera habẽtur. Quò fit, vt eo apud Scotum forma corporeitatis constituatur, quò fit ratio organici, & incompleti corporis, quod etiam post separationem animæ subsistat; non accedente, vt Thomistæ opinantur, noua cadaueris forma: sed eodem corpore organico post separationem animæ superstite, quod antea erat substratum animæ.

Detegitur cauillatio aduersariorum.

Ex quo manifestè detegitur illorum impostura, qui cauillantur, gradum corporis completi, apud Scotum, ab anima rationali non sumi, sed tantùm à corporeitatis forma; cùm ab hac forma Scotus solùm corpus organicum incompletum expectet, quod post animæ separationem superstit; ac proinde fit quid realiter ab homine condiscretum. Gradus verò completi corporis, qui realiter à ratione hominis non distinguitur, à compositione animæ, & corporis accipiatur, sicut & gradus rationalitatis. Quare, tãquam firmum, & inconcussum in Scoti doctrina principium relinquitur; metaphysicos gradus ab eodem physico principio necessariò acceptum iri; ni velimus eos realiter condiscretos, sicut & physica principia, à quibus hauriuntur.

Obiectio.

23 Sed obijcies contra assertionẽ; materiam non spectare ad indiuiduationem entis, sed solam formam: eòquòd mutata materia, eademque forma omnino superstite, idem indiuiduum subsistat.

Dilutio oppositionis.

At obiectio ista non cogit; quia si alicuius esset ponderis, etiam ageret, materiam non esse partem quidditatis entis naturalis; eòquòd illa mutata, si eadem forma persistat, compositum non transit ad aliam speciem. Sicut enim materia intrat essentiam, & speciem entis, esto quod per mutationem materiæ nõ fiat aliud secundùm essentiam; ita ex eo, quòd per deperditionem alicuius portionis materiæ, & alterius nouæ acquisitionem, compositum non fiat aliud numericè; non colligitur, materiam non contegrare physicũ singularitatis principium.

Imò, quòd hæc diuersitas materiæ, & formæ in indiuiduando, & specificando composito satis perspicuè petitur ex proprijs illarum rationibus; quia, cum materia subintret compositum, vt potentia quædam, quæ pluribus actibus substernatur; fit inde, vt compositum ab illa non referat determinatum esse in aliquo gradu entis, siue numerico, siue specifico, nisi prout tali formæ componitur: & quia forma constituit eius per modum actus, ideò à se importat, vt contrahat, specificet, & indiuiduet; in quo à materia condistinguitur, quæ, quia est commune substratum, specificat & indiuiduat, quatenus per compositionem contrahitur à forma ad talem gradum essendi. Quò fit, vt eadem forma invariata, etiam mutata materia secundùm aliquam portionem sui, constitutum nõ

sit

sit aliud, nec secundùm hæcceitatem, nec secundùm speciem. Quòd autem materia, sit causa intrinseca indiuiduationis, licet minus principalis, quàm forma; apertè docet Scotus, *in 2. dist. 3. quæ. 6. num marg. 22. in fine*, vbi ait.

Materia est causa intrinseca indiuiduationis, sed minus principalis quàm forma.

Scotus.

24 *Potest etiam alio modo compositum intelligi aliud propter materiam, sicut propter causam alietatis præexistentem. Forma enim geniti, licèt sit causa alietatis in composito, principalior quàm materia, non tamen est causa præexistens huius alietatis, sed materia; & hoc quia ipsa præexistit priuata, & ideo non potest esse eadem cum materia informata.*

Scotus à nota nouitatis doctrinæ vindicatus circa assertionem hæcceitatis; & quid, apud Aristotelem, sonet materia, inquantùm abipso asseritur ratio distinctionis numericæ? Vbi quòd hæcceitas sit de vltimo constitutiuo primi motoris ex Aristotele.

Expenditur, an Scotus aduersetur Aristoteli?

REstat disquirere, vtrum Scotus nouam in præsenti doctrinam excogitarit Aristotelicis principijs dissonam? Quod nobis cum Thomistis prolixæ dissertationis materiam suppeditasset; nisi ab hoc nodo se expedijsset Scotus, aduersariorum molitiones sibi obijciens, & infringens. Vt autẽ euidentiùs pateſcat, Scotum Aristoteli prorsus adhæsisse; proponenda sunt omnia loca, quæ ex textu Aristotelis nobis obijciuntur.

1. Oppositio ex Philosopho.

25 Opponunt primò; Aristotelem, *7. Metaph.* autumantem, *quòd generans generat aliud propter materiam; Calias enim & Sortes distinguuntur propter materiam.*

2. Obijcitur in vnitate motoris primi.

Secundo; *ex 12. Metaph.* vbi ostendit Aristoteles, quòd non possunt esse plures primi motores, *quia primus motor non habet materiam*; ergo distinctio numerica imbibit materiã ex Philosop.

Tertiò; *ex 7. Metaph.* vbi ait; *quod in eis, quæ sunt sine materia quod quid est rei, est idem cum eo cuius est*; quasi dicat, quòd in eis, quæ materia carent, differentia essentialis est ipsa differentia numeralis. Vnde sequitur; quòd sicut species atoma non est partibilis in alias species, ita nec in alia indiuidua; eòquòd idem sit in his, quæ materia carẽt, quidditas seu essentia, quæ ab Aristotele dicitur, *quod quid est rei*, & indiuiduum, quod appellatur, *id cuius est*; ac proinde, si species, in his, quæ orbantur materia, diuideretur in plura indiuidua, etiam fieret communis multis speciebus.

3. Oppositio in alijs coretibus materia.

Scotus.

26 Oppositiones istæ diluuntur à nostro Doctore *in 2. dist. 3. quæst. 6. §. ad quæstionem quintam præcedentem, num. marg. 20.* quæ si nil aliud agerent, quàm quòd materia cointegraret physicum singularitatis principium, non opponerentur nostræ sententiæ; sed quia, id etiam nituntur, vt sublata materia, quæ est compars substantialis formæ, repugnet multiplicatio numerica, in quo sensu ab aduersarijs obijciuntur; ideo ex instituto refellendæ sunt.

Respondetur ad obiecta.

Ad 1.

Ad primam obiectionem; respondet Scotus; quòd quando Aristoteles asseruit, quòd generans & genitum distinguuntur propter materiam; ibi per materiam accipit hæcceitatem, quæ materia astruitur, quatenus est extra quidditatem rei, quæ forma siue formalis conceptus communiter appellatur.

Ad 2. Explanatio axiomatis de carẽtia materiæ in primo motore.

27 Secundam obiectionem acutissimè infringit Scotus; supponens, quòd ratio Aristotelis de implicatione pluralitatis in primo motore optima sit, si in recto sensu accipiatur. Quando enim autumat, quòd ideò non possunt dari plures primi mõtores; quia primus motor non refert materiam: ibi per materiam, non intelligitur altera compars compositi naturalis, quæ à forma actuatur; sed quilibet conceptus, qui sit potentia, & quasi materia metaphysica respectu alterius. Quia tamen Deus non est in potentia respectu singularitatis suæ, cum sit de quidditatiua Deitatis constitutione propria illius hæcceitas; eò fit, vt partiri numero nequeat diuina natura. Sicut, si de essentia humanitatis, quæ est in Petro, esset ipsa Petri singularitas, nequiret humanitas Petri cum negatiua saltim indeterminatione ad plures sin-

gu-

gularitates concipi; ac proinde, nec à pluribus indiuiduis participari Quare ideò natura humana communis est pluribus indiuiduis, quia refert materiam metaphysicam respectu singularitatis; seu quod eòdem redit, quia est conceptus potentialis respectu singularitatis, eòquòd quidditatiuè non imbibat aliquam singularitatis formam. Deus verò, ideò apud Philosophum partibilis non est: quia non importat materiam, intellige materiam metaphysicam, seu potentialem conceptum respectu indiuiduationis suæ; eòquòd Deitas propriam ambiat singularitatem per quidditatiuam transcendentiam.

Hæceitas est de vltimo constitutiuo quasi metaphysico motoris primi.

Ex dictis sub num. præsenti, & etiam ex his, quæ de quidditatiua transcendentia hæcceitatis in conceptu Dei, constituimus *infra in num. sequenti* 28. satis constat; quòd hæcceitas diuinæ naturæ est vltima ratio quasi metaphysicæ constitutionis Dei, sicut & existentia, & subsistentia absoluta. Licet enim in creatis singularitas non transcendat formalitatem existentiæ, (cùm indiuiduum concipi queat, sicut & in prædicamentali serie collocari, inquantùm absoluitur ab omni ratione existendi;) in Deo tamen singularitas est de vltima ratione constitutiua, & distinctiua naturæ diuinæ; cùm nullum ens creatum, & creabile, sit essentialiter indiuiduum, ita vt sit de quidditate illius, quòd sit, *hic*, sicut nec, quòd sit existens. Vnde singularitas per essentialem transcendentiam imbibita in quidditate entis, est adæquata ratio distinctionis Deitatis à tota vniuersitate, & collectione entis creabilis; simili, imò eadem, ratione, qua existentia, & subsistentia, quæ ante intellectum non secernuntur ab indiuiduatione Dei sunt vltima ratio metaphysicè quasi constitutionis naturæ diuinæ.

Obiectio.

Nec obstat vulgaris illa oppositio de transcendentia hæcceitatis Dei in omnibus prædicatis diuinæ naturæ; vt hæcceitas asseri nequeat vltima ratio constitutionis Deitatis: siquidem nullũ prædicatum transcendens gradus conuenientiæ inter Deum, & creaturas, adstrui queat vltima ratio constitutiua, & distinctiua entis.

Diluitur.

Id inquam parum facessit negotij; quia singularitas non transcendit per inclusionem formalem, sed solùm identicam, prædicata alia, in quibus Deus conuenit cum creaturis. Sicut nec in creatis multiplicantur hæcceitates, vel singularitates iuxta graduum metaphysicorũ discretionem; quia sicut vi vnius existentiæ existunt, ita vi vnius singularitatis formaliter induisæ indiuiduantur; vt supra ostendimus *in controu. 1. art. 2. in appendice metaph. de existentia creata, sub numer.* 14. & 16. Vbi etiam agimus, quòd existentia nequeat esse rei cõiunctior, aut vicinior quàm hæcceitas; ex quo principio producimus, vt si existentia attineat ad vltimam constitutionem Deitatis, ita & hæcceitas.

Responsio ad 3. obiectionem.

28 Ad tertiam obiectionem; respondetur ex Scoto ibidem, §. *ad propositum ergo Philosophi dico, num. margin.* 21. quòd quando autumat Aristoteles, quod in his, quæ sunt sine materia idem est, *quod quid rei, & cuius est*, interpretandus veniat, de non constitutis cum materia, nimirum cum entitate indiuidua li contrahente quidditatem potentialem: hoc enim est carere materia, non referre potentiam ad singularitatem. Eòquòd in præsenti Aristotelis axiomate, pro eodem vsurpentur materia, & potentialis cõceptus; ac proinde idem sit, non importare materiam, ac nudari potentialitate ad singularitatem; eòquòd potentia debeat esse extra rationem sui actus, vt metaphysicam materiam, seu potentialem conceptum, præseferre queat.

Nulla substantia etiã spiritualis careret materia ex phrasi & axiomate Aristot.

Vnde natura illa, quæ non est extra propriæ singularitatis conceptum, materiam non imbibit, seu potentiam ad indiuiduationis formam; quod solùm Deitati congruit, quæ per quidditatiuam transcendentiam ambit singularitatis rationem; adeò vt hæcceitas Dei spectet ad quidditatiuã cõstitutionẽ eius. Et ideo in natura diuina, quia est sine materia, ideſt, sine potẽtia; idẽ est, *cuius est, & quod quid est*; quia Deitas, quæ apprehẽditur instar formæ habitæ, & De', qui cõcipitur per modũ indiuidui habentis, nullatenus secernuntur. Quod secùs fit in omni ente creato, in quo non est idẽ, quod quid est, & cuius est, quia sortitur materiam, nimirum potentialem conceptum ad hæcceitatem; eòquòd nulla natura creata essentialiter sit singularis. Et hoc tantum agitur de mente Aristotelis, cùm ait, in his, quæ sunt cum materia, id est cum potentia ad singularitatem; (eòquòd sua essentia non sit sua

sin-

singularitas,) *quod quid est*, scilicet quidditas rei, distinguitur ab eo, cuius est, nimirum ab individuo habente quid ditatem.

COROLLARIVM.

De hæcceitate, vel numerica vnitate accidentium; vbi varia occluduntur recentiorum effugia.

Accidentia à se ipsis individuantur & non à subiectis.

19 EX his, quæ de individuatione formæ substantialis, à se ipsa, & non à materia, enodauimus, à *num.* 11. *vsque ad* 16. patet, quid de formarum accidentalium hæcceitate, aut numerica vnitate, veniat pronuntiandum. Sicut enim accidens, à se ipso, importat existentiam, & durationem, & non à subiecto; (licet existentia, & duratio accidentis relatè se gerant transcendentali habitudine ad substratum, sicut & ipsum accidens, cuius sunt affectiones intrinsecæ,) sic & individuationem, vendicat à se ipso, & non à subiecto; ita vt non egeat accidens numerica distinctione substrati, vt pluralitatem numeralem sustineat. Cùm plura accidentia tantùm numeraliter disita idem substratum individuum afficere valeant, imò & de facto afficiant, & è contra, idem numero accidens, saltim de absoluta Dei potentia, pluribus substratis numeraliter discretis cohærere queat.

Probatio efficax pronuntiati præcedentis.

30 Vnde militat eadem ratio in formis accidentalibus, quæ in substantialibus vrget; eòquòd formæ accidentales, quæ non sunt modi talibus substratis per suas essentias afflixi, importent potentiam informatiuam intrinsecam ad alia substrata; ita vt diuinitus non obstet, hanc numero albedinem, quæ tali subiecto cohæret, alteri subiecto coniungi. Vnde concinnè producitur, suppositio, quòd Deus in tali compositione ad alterum substratum non suppleat potentiam informatiuam; (aliàs obiret vices & primariam causalitatem formæ accidentalis, quod in omni opinione contradicit,) quòd hoc numero subiectum, etiã per modum termini, vel necessarij connotati, individuationis accidentis, non contrahat hoc accidens ad tale esse numericum. Si enim salua vnitate numerica formæ, præsefert accidens à se informatiuam vim, & sufficientiam formalem ad alia subiecta; planè fiet, vt vnitas numerica subiecti huius, non sit ea ratio, à qua petatur accidentis hæcceitas, quæ cum potentialitate, & communitate virtutis informatiuæ, ad alia etiam substrata extenditur: præcipuè cùm plura accidentia tantùm numeraliter discreta idem subiectum afficiant.

Oppositio in individuatione formæ modalis.

31 Nec obstat contra individuationem accidentium modalium; à se ipsis, & non à subiecto; quòd formæ modales ita sint essentialiter afflixæ huic substrato, cui per suam essentiam componuntur, vt non sint in potentia formali ad alia substrata.

Eiicitur ob ieiunum.

Id enim non repugnat ob rationem individuationis, sed ob modi causalitatem; è cuius cõceptu essentiali est, quòd actualis compositio ad modificatum cointegret quidditatem formæ modalis. Vnde talis obiectio, si aliquid obtineret, potiùs ageret contra quidditatem modi, quàm contra individuationem eius; quatenus intenderet, modum à se nõ importare suam constitutionem essentialem, sed à subiecto; eòquòd informatio subiecti, vel ipsum subiectum, vt informatum, sit de quidditatiua constitutione modi. Si enim ab individuatione modi peteretur, tali subiecto coniungi, eôquòd modus sit tale individuum; fieret, vt non multiplicato subiecto, plures formæ modales numeraliter disitæ asseri nequirent: cuius oppositum perspicuè apparet in vbicationibus solo numero distinctis, vtpoteque idem spatium spectent, cui coexistant.

Occursus.

32 Si verò occurras; quod licet plures vbicationes respectu eiusdem spatij cohærere queant eidem subiecto diuisim, interiecto, nimirum, distincto motus & temporis decursu; sed non simul, & semel.

Excutitur.

Contra; ergo vnitas numerica accidentis non trahitur ab vnitate subiecti præcisè, sed ab extrinseca, etiam motus & temporis connotatione: quod iure æstimatur ab omni philosophia alienũ; cùm in præsenti non extrinsecas circunstantiarum coitiones, sed intrinsecum individuationis principium inuestigemus.

Dein-

Item & 2

Deinde; quòd relationes ſolo numero multiplicantur, & in idem numero ſubſtratum ſimul conueniunt; multiplicatis, & ſimul conuenientibus terminis huiuſmodi habitudinum.

& tertiò.

Cæterùm; quia Thomiſtæ etiam inficiantur pluritatem numericam relationum multiplicatis terminis; obijcio inconcuſſam inſtantiam de ſpeciebus intẽtionalibus exprimentibus obiecta tantùm numeraliter diſcreta.

Oppugnatur deinde indiuiduatio accidentiũ à ſubiecto, ex intẽſione qualitatum.

33 Et ne cauſeris, ſpecies intentionales relatas eſſe ſpeciali habitudine imaginis ad obiectum; & in relatinis formis diſcretionem numericam, non ſolùm à ſubiecto, ſed etiam à connotatione termini peti.

Oppono intenſiuum accrementum omnium qualitatum; quod non fieri per ſolam maiorem radicationem, vel affixionem ad ſubiectum, ſed per additionẽ partis formæ ad aliam, vel gradus ad gradum in eadem parte ſubiecti, cum Scoto pronuntiat magis probata & cõmunis philoſophia. Non igitur confert vnitas numerica ſubiecti ad vnitatem indiuidualem formæ accidentalis; ſi plures gradus tantùm numericè diſcreti eidem ſubiecto reſpondeant.

Effugium Thomiſtarũ de maiori affixione & radicatione accidentis intrà ſubiecto.

34 Verùm enim verò; quia Thomiſtæ negant, intenſionem fieri per additionem formæ; ſed per meram radicationẽ. Reconueniendi ſunt, eòquòd oppoſitio de indiuiduatione accidentis producta ab vnitate numerica ſubſtrati, æquè eos perſtringat etiam in intenſione, quam aſtruunt, per maiorem radicationem, vel affixionem ad ſubiectum.

Etiã in maiori radicatione eſt inuitabilis pluralitas numerica accidentiũ, reſpectu eiuſdem ſubiecti.

Quia illa affixio, maior compoſitio, vel radicatio, non eſt indiuiſibilis, ſed referens, non ſolùm virtualiter, ſed actu & formaliter, magis & minus formæ vnionis; ac proinde & formalem latitudinem partium illius modi radicationis in ſubiecto. Si enim huiuſmodi radicatio intenſiua qualitatis eſſet merè & formaliter indiuiſibilis, ac proinde & carẽs latitudine partium reſpectu eiuſdem ſubiecti; fieret, vt ſicut in qualitate, quà indiuiſibilis apprehenditur, & ſemota latitudine radicationis, vel affixionis ad ſubiectum, non eſt aſsignabile accremẽtum intenſivum, nec magis, vel minus formæ; cum indiuiſibile, quà tale, non ſit magis aut minus alio indiuiſibili, nec lato aut extenſo in tali gradu vel ordine entium: ita ſi affixio illa vel radicatio merè indiuiſa exiſteret, carens latitudine partium, non quantificaret qualitatem quantitate virtutis, nec illam quaſi extraheret ab ea indiuiſibilitate oppoſita latitudini intenſiuæ, quam præſefert qualitas non affixa nec magis radicata in ſubiecto: cum in indiuiſibili, vt tale eſt, non detur magis & minus; nec enim punctum eſt magis aut minus latum alio puncto, vt liquet.

Adſtruenda igitur eſt in radicatione, vt eſſe queat latitudo intenſiua formæ, ea quantitas ſiue latitudo virtutis, quæ ſuppetat ad intenſionem, vel remiſsionẽ formæ; vel ad magis & minus intra compoſitionem talis formæ. Ergo reſpectu eiuſdem partis ſubiecti datur latitudo radicationis, vel compoſitionis qualitatis ad ſubſtratum: ac proinde eidem parti ſubiecti reſpondent plura accidentia partialia vnionis ſolo numero diſtincta.

Ratio præmens non ſolùm in latitudine radicationis, ſed etiam in latitudine formæ.

35 Deinde vrgeo rationem; quatenus talia accidentia numeraliter tantùm diſcreta, non ſolùm ſint modi vnionis, vel maioris affixionis ad ſubiectum; ſed veræ qualitates partiales; ita vt non ſolùm ſit extenſa & diuiſibilis, ſecundùm quantitatem virtutis, illa radicatio vel vnio; ſed etiam ſit diuiſibilis qualitas intenſa, vt potequæ ex partialibus indiuiduis qualitatis conflata.

Quia latitudo caloris eſſentialiter eſt calor, ſicut latitudo quantitatis eſſentialiter eſt quantitas; ſicut enim latitudo quantitatis eſt quantitas eſſentialiter; quia quidditatiuè imbibit extenſionem partium, quæ eſt de vltimo conceptu quantitatis molis; ita latitudo caloris, & quantitas virtutis eius, cenſeri non valet, non calor eſſentialiter; ſi talis quantitas virtutis in calore tranſcendat vltimum conceptum prædictæ formæ operatiuæ, quæ eſt vis ad calefaciendum. Igitur, ſicut partes quantitatis conſtituentes latitudinem molis in quantitate, ſunt vera & propria indiuidua partialia quantitatis; ita partes quantitatis virtutis, ſeu latitudinis intenſiuæ in qualitate, ſunt veræ qualitates partiales, & non ſolùm indiuidua partialia vnionis, vel maioris affixionis ad ſubiectum.

Inſtatur vrgentiùs.

Cùm enim calor ſit forma entitatiua, & non modalis, ſicut per ſuam eſſentiam non cohæret ſubſtrato, ita nec compoſitio aut radicatio in ſubiecto imbibit

quid-

quidditatiuum conceptum talis qualitatis; ergo latitudo vnionis non est quantitas virtutis, aut latitudo illius formæ, quæ per suam essentiam non vnitur subiecto: ac proinde intensio, aut radicatio quantificaret vnionem, & compositionem qualitatis, ab eadem qualitate realiter discretam; non verò qualitatem ipsam.

Oppositio ex indiuisibilitate accidentium spiritualium.

36 At obijcies; quòd si, non sola vnio, aut radicatio referret latitudinem, sed etiam qualitas esset diuisibilis ex indiuiduisque partialibus coalescens; fieret, vt ob doctrinæ consequentiam, idē esset pronuntiandum de intensione formarum spiritualium; ita vt spirituale accidens latitudinem partium actu distinctarum sustineat. Quod videtur falsum; aliàs etiam dari posset substantia spiritualis cum partium distinctione. Siquidem talis diuisibilitas, siue distinctio partium, nec repugnaret à conceptu substantiæ, vt liquet in substantia materiali: nec à ratione spiritus; cùm accidentia spiritualia non indiuisa autumemus, sed quæ ex partibus realiter distinctis constituantur.

Eliditur ad hominē.

37 Respondetur; talem obiectionē etiam adoriri intensivum accrementum formarum spiritualium; quia etiam impetit diuisibilitatem, vel latitudinem modi radicationis, vel affixionis ad subiectum, quæ est spiritualis in qualitate spirituali, vt euidens est: Aut ergo autumare tenentur aduersarij, quòd talis radicatio sit formaliter indiuisibilis; ac proinde nequiret esse ratio quantitatis virtutis, seu latitudinis intensiuæ, qualitatis; cùm tàm forma, quàm compositio, & radicatio eius, sit indiuisibilis; aut constat ex partibus vnionis actu distinctis; & sequeretur, quòd accidens spirituale sibi vendicet latitudinem partiū.

Non implicat de potentia Dei absoluta substantia spiritualis constans ex partibus spiritualibus.

38 Dicimus ergo; non apparere implicationem aliquam, cur de absoluta Dei potentia dari queat substantia spiritualis constans ex partibus actu distinctis? cum id non obstet, nec à ratione entis spiritualis; vt patet in habitu scientiæ, & charitatis alijsque spiritualibus formis, quæ intensiuum obeunt incrementum; nec à ratione substantiæ, vt in substantia materiali perspicuum est. Illa tamen diuisibilitas, vel compositio substantiæ spiritualis ex partibus actu distinctis, non esset per modum intensionis; cùm substantiæ non suscipiant intensionem, sicut nec perfici queant per additionem partis ad partem, quæ eidem substrato respondeat: sed per modum adiunctionis partialis substantiæ ad substātiam compartialem.

Quid de facto?

De facto verò, nulli substantiæ spirituali hanc spiritualium partium latitudinem deferimus; cùm omnes substantiæ spirituales in instanti creationis nactæ sint integrum complementum suæ naturæ debitum; quod cùm stante sola distinctione formali metaphysica omnino subsistat; otiosa esset quasi physica compositio ex partibus realiter condistinctis, esto spiritualibus, vel immaterialibus cointegrata. Quod tamen de sola metaphysica compositione spiritualis substantiæ pronuntiamus; intelligendum est de omnibus gradibus, seu prædicatis, quæ congruunt substantiæ spirituali, quà natura est, ante pullulationem propriæ hypostasis; quia cum suppositalitate non componitur substantia spiritualis metaphysicè, tanquam cum forma tantùm formaliter distincta, sed velut cum entitate realiter condiscreta; vt liquet ex his, quæ de subsistentia tradidimus *in contron. 1. in appendice metaph. de subsistentia creata, memb. 2. num. marg 20.*

ARTICVLVS V.

Quod sit principium numericæ vnitatis in entibus spiritualibus?

SVMMARIVM.

Thomistarum opinio contendens, species Angelicas indiuidualiter pluri ficari non posse. Num. 1.

Ferrariensis assertio improbata, qui de mente S. Thomæ implicatoriam non esse plurificationem Angelorum intra speciem atomam autumauit. Num. 8.

Quale fuerit Scoti iudicium de hoc Thomistarum placito? Num. 10.

Litera textus ad eruendam veram sententiam. Num. 11.

Plurificatio Angelorum intra eamdem speciem possibilis, astruitur. Num. 17.

Eadem de facto asseritur. Num. 23.

Argumenta oppoſita diluimus. Numero 25.

Thomiſtarũ placitum de pluralitate numerica Angelorum.

1 THomiſtæ, quia totam numericæ pluralitatis rationem in materiali extenſione cõſtituunt; communiter exiſtimant, ſpiritualia, quæ ab ordine ad materiam abſaluuntur, cuiuſmodi ſunt omnes Angelicæ ſubſtantiæ, haudquaquam multiplicari numeraliter poſſe intra eamdẽ ſpeciem. Quo fit, vt licet principium indiuiduationis in tota latitudine illius, prout ambit principium ſingularitatis Angelicæ, non accipiatur à materia; (cùm ſubſtantiæ Angelicæ intrinſecè indiuiduæ ſint, eſto quòd ab omni habitudine ad corpus abſtrahantur,) principium verò indiuiduationis, inquantùm vendicat cauſam pluralitatis numericæ intra eamdẽ ſpeciem; eſſentialiter materiam importet; ex quo manifeſtè deducunt, naturas Angelicas intra ſpeciem atomam nullatenus partiri poſſe.

Accurata expenſio ſententiæ præcedentis.

2 Addunt deinde; vt ſe explicent, reddantque diſcriminis rationem, quæ inter principium indiuiduationis, compoſitæ, & ſpiritualis ſubſtantiæ, intercedat; quæ apud ipſos in hoc maximè ſita eſt: Quòd cùm Angelicæ ſubſtantiæ careant ordine ad materiam, fit inde, vt principium ſingularitatis ſit ſola forma, & eſſentia Angelorum; ac proinde quòd ſingularitas ſit Angelo quidditatiua; cùm omnia, quæ à formalibus principijs trahuntur, ſpectent ad quidditatiuam conſtitutionem rei. Vnde, ſicut contradicit ſpeciem atomam diuidi poſſe in alias ſpecies, ita & repugnat ſpeciem Angelicam in plura indiuidua partiri; multiplicaretur enim eſſentialiter; eòquòd principium indiuiduatiuum, ſit ipſummet principium quidditatiuum, & ſpecificatiuum Angeli. Verùm in materialibus ſubſtantijs, eò aliter procedendum opinantur; quò præter ſpecificatiuam formam, reperiatur etiã materia, à qua ſingularitatis gradus materialiter, & extra quidditatiuam conſtitutionem rei haberi poſsit; vtpote qui non à formalibus, ſed à materialibus tantùm principijs petitus. Quo fit, vt per partitionem materialis naturæ, quam ſingularitates, non quidditatiuæ, præſtant, eſſentialis ſpeciei vnitas non tollatur; ſicut periret ſpecifica vnitas in Angelo per diſcretionem numericam, eòquòd numerale principium attineat ad eſſentialem Angeli conſtitutionem.

1. Ratio ex Scoto pro opinione Thomiſtarum.

3 Suadetur opinio iſta rationibus, quas pro D. Thoma inſtruit Scotus *in 2. diſt. 3. quæſt. 7.* Vbi in proprijs terminis quærit; *vtrum plures Angeli poſsint eſſe in eadem ſpecie?* Vbi arguit primò.

Scotus.

Philoſophus 7. Metaph. cap. de partibus diffinitionis; dicit, quòd in his, quæ ſunt ſine materia, idem eſt, quod quid eſt, & illud cuius eſt; igitur cùm Angelus ſit ſine materia, quod quid eſt eius, eſt idem ipſi Angelo; ergo impoſsibile eſt Angelum diſtingui ab Angelo, niſi quod quid eſt eius, diſtinguatur à quod quid eſt alterius: ergo non poteſt eſſe diſtinctio indiuiduorum in Angelis, manente eodem quod quid eſt.

2. Ratio.

4 Secundò: omnis differentia formalis eſt differentia ſpecifica, ſed Angeli ſunt formæ ab omni materia abſtractæ; ergo ſpecie differunt. Maior probatur; quia omnis diſtinctio, aut eſt materialis, aut formalis; ſed diſtinctio in Angelis non poteſt eſſe materialis, cùm ab omni concretione ad materiam abſoluantur; igitur debet eſſe purè formalis; ac proinde quidditatiua, & ſpecifica.

Thomiſtarum ſolutio.

5 Tertiam rationem ſic inſtruit Scotus loco citato, *num. marg. 2. Omnis forma ſeparata à materia in ſe habet totam perfectionem ſpeciei illius: ergo ſi ponatur aliqua talis forma in ſpecie, vt forma huius Angeli, & illius: illa erit iſta, & iſta erit illa. Quia vterque Angelus eſt forma ſeparata à materia; & per conſequens, quilibet habet perfectionem totius ſpeciei. Probatio antecedentis; quia quòd forma non habet totam eſſentiam ſpeciei, hoc eſt, quia participat eam: non autem habet eſſentiam formæ per participationem, niſi vt eſt in materia: igitur, &c.*

Scotus.

Commentarius præmiſſe argumentationis.

Vis autem huius rationis eò tendit; quòd omnis forma ſeparata à materia, refert in ſe totam perfectionem ſuæ ſpeciei; at Angeli ſunt formæ à concretione materiæ prorſus ſemotæ; ſortiuntur igitur totam ſuæ ſpeciei actualitatem. Maior, in qua tota vis argumenti poſita eſt, familiaris eſt Thomiſtis totam rationem finitudinis, & limitationis in receptione conſtituentibus; ideò enim opinãtur, Deitatem illimitatam eſſe, quia in nullo ſubſtrato recipitur; igitur forma, quæ depurata eſt ab omni materia ambit totam perfectionem; cùm ſubſe-

ctum non concernat, à quo per receptionem finiri, aut partiri possit.

Supposita probatione maioris; sic producitur ratio. Quodlibet indiuiduum Angelicum, eò quod forma separata sit, & ab omni substrato depurata, refert totam perfectionem suæ speciei; ergo, si illud indiuiduum est ita irreceptum, sicut alterum; vtrumque indiuiduum importaret totam suæ speciei actualitatẽ; ac proinde eamdem perfectionem: igitur plura indiuidua essent idem prorsus indiuiduum. Cùm ideò materialia indiuidua inter se discreta sint; quia alterum non sortitur totam speciem, sed capiat partem illius; quò fit, vt singularia distinguantur, sicut pars, & pars, eiusdem naturæ. Atqui Angelus non participat suã speciem, (seu quod idem est,) non capit partem illius, sed est quid totum suæ speciei; ergo non potest esse distinctum indiuiduum ab alio eiusdem speciei.

4. Ratio scholæ Thomistarum.

6 Quarto arguitur: quia multitudo indiuiduorum præcisè à natura intenditur propter speciei indemnitatem, & cõseruationem; alioquin meliùs se haberet species, si totam actualitatem in vno indiuiduo collectam retineret, quàm in pluribus quasi per partes distributam: quò fit, vt in nullo indiuiduo totius speciei pulchritudo eluceat, quæ emineret, si in vno tantùm singulari species tota subsisteret. At in incorruptibilibus species in vno solo indiuiduo indefectibiliter conseruatur; igitur superflunt singularium pluralitas; adde exemplum in alijs incorruptibilium speciebus, quæ propter eamdem rationem in vnico tantũ singulari subsistunt, vt Sol, Luna, &c.

Fundamenta aduersariorum etiã adoriuntur possibilem pluralitatem numeri cam intra speciem atomam.

7 Hæc fundamenta, si aliquid agunt, non solùm moliuntur, de facto numericam Angelorum pluralitatem non subsistere; immo, & de absoluta Dei potentia repugnare: quæ videtur esse sententia D. Thomæ 1. *part. q. 50. art. 4.* cui subscribũt Caietan⁹, *de ente, & essentia, cap. 5. quæst. 9.* Aegidius, *quodlibeto 3. quæst. 7.* & ex recentioribus Paulus Nazarius *in 1. part. quæst. 50. art. 4. controuers. 2.* & Iacobus Granado *in contro. 7. generali de Angelis, tract. 1. disput. 4.* quos iudico veros in hac re D. Thomæ asseclas; sicut & à doctrinæ consequentia manifestè deficere existimo eos, qui D. Thomæ mentem de solo facto, & non de possibili interpretantur; cum D. Thomæ probationes id agere teneantur, nisi eas omnino infirmare vellint.

Caietanus. Nazarius. Granadus.

Tota enim illarum efficacia in hoc maximè posita est; vt ostendant, implicatorium esse gradũ aliquem potitum à forma non concernente materiam, qui non sit de quidditate rei; vnde inferunt, hæc ceitatem Angeli illi essentialem esse, eò quòd à forma omnino abstracta à materia accipiatur. Quo supposito, manifestam redolet implicationem, species atomas in plura indiuidua partiri; si enim indiuiduationes Angelicæ ad quidditatiuam constitutionem spectarent, idem esset prorsus speciem atomam in singularia, ac in species alias secari, quod est in ipsò obiecto repugnare; alias enim atoma species non esset, seu quòd in idem recidit, secundùm essentiam indiuisa. Quo circa Thomistas plurificationem numericam Angelorum non implicatoriam astruentes opinor manifestos D. Thomæ desertores; vtpote qui singularitatem esse de quidditate Angeli inficiari cogantur.

Ferrarienſis, & aliorum assertio improbata; qui de mente S. Thomæ implicatoriam non esse plurificationem Angelorum intra speciem atomam, autumarunt.

Alia Thomistica opinio interpretatiua de facto, & nõ de possibili.

8 VErùm enim verò; ex Thomistis quàm plures, quia aliquam contradictionis implicationem non reperiunt, vt pluralitatem indiuiduorum intra speciem atomam Angelicam, Deo impossibilem faciant; aliam adoriuntur viam, S. Thomã de solo naturæ ordine, non de absoluta Dei potentia interpretantes. Ità Ferrara 2. *contra Gentes, cap. 93.* suffultus quodam testimonio D. Thomæ asserentis contra Aberroistas, intellectum à Deo multiplicari posse, esto quòd natiua pluralitatis causã non suppetat.

Ferrarienſis.

Ex quo à simili putauit Ferrarienſis, non esse aduersum menti D. Thomæ, Angelum opinari de absoluta Dei po-

testa-

Literarum ad Abbatem
Cenomanensem Exhortatio.

Quæst. xxxiii.

THE

Quæ ergo ex Propositione
Quæ ergo ex Propositione
Quæ ergo ex Propositione

HISTORIA SCOTORUM.

Historiæ Scotorum scriptores, quorum opera consulta fuerunt in hac Historia.

Antequam ad ipsam historiæ Scotorum narrationem accedamus, quos scriptores præcipue secuti fuerimus, ut fides nostra in dubium non vocetur, ostendere operæ pretium fuerit. Et primum quidem Hectorem Boetium, Deidonensem Scotum, qui primus omnium Scotorum historiam literis mandavit, ac deinde Joannem Ferrerium Armoricum, qui eam Boetii historiam Latinitate donavit, ac Gallicis literis consignavit, sequuti sumus. Quamvis autem Boetius ipse, ut ingenuus Scotus, Scotorum gentem, quam maxime potuit, ornare studuerit, ac ejus antiquitatem, quam longissime potuit, extendere, ut ejus historia, quæ ab ipso primum scripta fuit, ostendit, tamen ejus historiam

ſi in Deo quid ſimpliciter eſt eſſentiale, illud ſit
eſſentiale ſecundum rem, & ſecundum
rationem: ſi vero quid ſit eſſentiale ſecun-
dum rationem, illud ſit eſſentiale ſecun-
dum rationem tantum, & non ſecundum
rem. Sed quia ſcientia Dei eſt eſſentialis
Deo, ſcientia Dei eſt eſſentialis ſecundum
rem, & ſecundum rationem. Quia ſcientia
Dei eſt ipſa eſſentia Dei, ut ſupra oſtenſum
eſt.

Ad tertiam dicendum quod, ſicut ſcientia
Dei eſt ipſa eſſentia Dei, ita ſcientia Dei eſt
ipſa bonitas Dei. Unde ſcientia Dei non eſt
bonitas ſecundum rationem, ſed ſecundum
rem. Et ſic patet ſolutio ad quartam.

Ad quintam dicendum quod, ſicut ſcientia
Dei eſt ipſa eſſentia Dei, ita ſcientia Dei eſt
ipſa ejus virtus, & omnipotentia. Unde
ſcientia Dei eſt omnipotens, & virtuoſa ſe-
cundum rem, & non ſecundum rationem
tantum. Et ſic patet ſolutio ad quintam.

Ad ſextam dicendum quod, ſicut ſcientia
Dei eſt ipſa eſſentia Dei, ita ſcientia Dei eſt
ipſa ejus vita. Unde ſcientia Dei eſt vita
ſecundum rem, & non ſecundum rationem
tantum. Et ſic patet ſolutio ad ſextam.

Ad ſeptimam dicendum quod, ſicut ſcientia
Dei eſt ipſa eſſentia Dei, ita ſcientia Dei eſt
ipſa ejus voluntas. Unde ſcientia Dei eſt
voluntaria ſecundum rem, & non ſecundum
rationem tantum. Et ſic patet ſolutio ad
ſeptimam.

Ad octavam dicendum quod, ſicut ſcientia
Dei eſt ipſa eſſentia Dei, ita ſcientia Dei eſt
ipſa ejus beatitudo. Unde ſcientia Dei eſt
beatitudo ſecundum rem, & non ſecundum
rationem tantum. Et ſic patet ſolutio ad
octavam.

Ad nonam dicendum quod, ſicut ſcientia
Dei eſt ipſa eſſentia Dei, ita ſcientia Dei eſt
ipſa ejus veritas. Unde ſcientia Dei eſt ve-
ritas ſecundum rem, & non ſecundum ra-
tionem tantum. Et ſic patet ſolutio ad
nonam.

Ad decimam dicendum quod, ſicut ſcientia
Dei eſt ipſa eſſentia Dei, ita ſcientia Dei eſt
ipſa ejus vita. Unde ſcientia Dei eſt vita
ſecundum rem, & non ſecundum rationem
tantum. Et ſic patet ſolutio ad decimam.

Ad undecimam dicendum quod, ſicut ſcientia
Dei eſt ipſa eſſentia Dei, ita ſcientia Dei eſt
ipſa ejus intelligentia. Unde ſcientia Dei eſt
intelligentia ſecundum rem, & non ſecundum
rationem tantum. Et ſic patet ſolutio ad
undecimam.

Ad duodecimam dicendum quod, ſicut ſcientia
Dei eſt ipſa eſſentia Dei, ita ſcientia Dei eſt
ipſa ejus ſapientia. Unde ſcientia Dei eſt
ſapientia ſecundum rem, & non ſecundum
rationem tantum. Et ſic patet ſolutio ad
duodecimam.

Ad decimam tertiam dicendum quod, ſicut
ſcientia Dei eſt ipſa eſſentia Dei, ita ſcientia
Dei eſt ipſa ejus æternitas. Unde ſcientia
Dei eſt æternitas ſecundum rem, & non ſe-
cundum rationem tantum. Et ſic patet ſo-
lutio ad decimam tertiam.

Ad decimam quartam dicendum quod, ſicut
ſcientia Dei eſt ipſa eſſentia Dei, ita ſcientia
Dei eſt ipſa ejus immenſitas. Unde ſcientia
Dei eſt immenſitas ſecundum rem, & non
ſecundum rationem tantum. Et ſic patet
ſolutio ad decimam quartam.

Ad decimam quintam dicendum quod, ſicut
ſcientia Dei eſt ipſa eſſentia Dei, ita ſcientia
Dei eſt ipſa ejus immutabilitas. Unde ſcien-
tia Dei eſt immutabilitas ſecundum rem, &
non ſecundum rationem tantum. Et ſic patet
ſolutio ad decimam quintam.

Ad decimam ſextam dicendum quod, ſicut
ſcientia Dei eſt ipſa eſſentia Dei, ita ſcientia
Dei eſt ipſa ejus libertas. Unde ſcientia Dei
eſt libertas ſecundum rem, & non ſecundum
rationem tantum. Et ſic patet ſolutio ad
decimam ſextam.

Ad decimam ſeptimam dicendum quod, ſicut
ſcientia Dei eſt ipſa eſſentia Dei, ita ſcientia
Dei eſt ipſa ejus potentia. Unde ſcientia Dei
eſt potentia ſecundum rem, & non ſecundum
rationem tantum. Et ſic patet ſolutio ad
decimam ſeptimam.

Ad decimam octavam dicendum quod, ſicut
ſcientia Dei eſt ipſa eſſentia Dei, ita ſcientia
Dei eſt ipſa ejus ſimplicitas. Unde ſcientia
Dei eſt ſimplicitas ſecundum rem, & non
ſecundum rationem tantum. Et ſic patet
ſolutio ad decimam octavam.

Ad decimam nonam dicendum quod, ſicut
ſcientia Dei eſt ipſa eſſentia Dei, ita ſcientia
Dei eſt ipſa ejus perfectio. Unde ſcientia Dei
eſt perfectio ſecundum rem, & non ſecundum
rationem tantum. Et ſic patet ſolutio ad
decimam nonam.

Ad vigeſimam dicendum quod, ſicut ſcientia
Dei eſt ipſa eſſentia Dei, ita ſcientia Dei eſt
ipſa ejus magnitudo. Unde ſcientia Dei eſt
magnitudo ſecundum rem, & non ſecundum
rationem tantum. Et ſic patet ſolutio ad
vigeſimam.

Ad vigeſimam primam dicendum quod, ſicut
ſcientia Dei eſt ipſa eſſentia Dei, ita ſcientia
Dei eſt ipſa ejus gloria. Unde ſcientia Dei
eſt gloria ſecundum rem, & non ſecundum
rationem tantum. Et ſic patet ſolutio ad
vigeſimam primam.

Ad vigeſimam ſecundam dicendum quod,
ſicut ſcientia Dei eſt ipſa eſſentia Dei, ita
ſcientia Dei eſt ipſa ejus nobilitas. Unde
ſcientia Dei eſt nobilitas ſecundum rem, &
non ſecundum rationem tantum. Et ſic patet
ſolutio ad vigeſimam ſecundam.

Ad vigeſimam tertiam dicendum quod, ſicut
ſcientia Dei eſt ipſa eſſentia Dei, ita ſcientia
Dei eſt ipſa ejus dominatio. Unde ſcientia
Dei eſt dominatio ſecundum rem, & non ſe-
cundum rationem tantum. Et ſic patet ſo-
lutio ad vigeſimam tertiam.

Ad vigeſimam quartam dicendum quod,
ſicut ſcientia Dei eſt ipſa eſſentia Dei, ita
ſcientia Dei eſt ipſa ejus majeſtas. Unde
ſcientia Dei eſt majeſtas ſecundum rem, &
non ſecundum rationem tantum. Et ſic patet
ſolutio ad vigeſimam quartam.

Ad vigeſimam quintam dicendum quod,
ſicut ſcientia Dei eſt ipſa eſſentia Dei, ita
ſcientia Dei eſt ipſa ejus ſanctitas. Unde
ſcientia Dei eſt ſanctitas ſecundum rem, &
non ſecundum rationem tantum. Et ſic patet
ſolutio ad vigeſimam quintam.

Ad vigeſimam ſextam dicendum quod, ſicut
ſcientia Dei eſt ipſa eſſentia Dei, ita ſcientia
Dei eſt ipſa ejus juſtitia. Unde ſcientia Dei
eſt juſtitia ſecundum rem, & non ſecundum
rationem tantum. Et ſic patet ſolutio ad
vigeſimam ſextam.

Ad vigeſimam ſeptimam dicendum quod,
ſicut ſcientia Dei eſt ipſa eſſentia Dei, ita
ſcientia Dei eſt ipſa ejus miſericordia. Unde
ſcientia Dei eſt miſericordia ſecundum rem,
& non ſecundum rationem tantum. Et ſic
patet ſolutio ad vigeſimam ſeptimam.

Ad vigeſimam octavam dicendum quod,
ſicut ſcientia Dei eſt ipſa eſſentia Dei, ita
ſcientia Dei eſt ipſa ejus pulchritudo. Unde
ſcientia Dei eſt pulchritudo ſecundum rem,
Eneruatur oppoſitio. Reſpondetur; quòd non omne, quod non exiſtit ante actum intellectus, pro ente rationis habendum eſt; aliàs enim ſpecies intelligibilis expreſſa non eſſet ens reale, quia ante actionem dictiuam intellectus non exiſtit; cùm illud tantùm ſit ens rationis, quod fit per analogiam ad ens reale, & apprehenditur ad inſtar entis. Quia tamen diſtinctio præciſiua, quæ ad intuitiuam notitiam conſequitur, non importat actionem intellectus apprehendentis pluralitatem, & diſcretionem inter rationem obiecti perceptam, & non perceptam; ideò fictio rationis dici non debet, ſed potius negatio quædam præciſionis realis, quæ ex natura rei infertur ab intuitiua notitia; eatenùs enim præſcindit à ratione obiecti non apprehenſa, quatenùs ſiſtit in illa ratione obiectiua, quam exprimit, & non tranſit ad aliam, quam non exprimit. Ad de, quòd ſi negatio præciſionis, quæ conſequitur ad notitiam intuitiuam non exhaurientem totam actualitatem obiecti, eſſet ens rationis; actus viſionis corporalis formaret ens rationis, dum apprehendens formam colorati, abſtrahit à gradu entis, qualitatis, &c.

Enodatio 3. arg. 40 Ad tertium argumentum, ſolùm obtinere, quòd ſi intuitio obiecti referret pluralitatem obiectiuam non exiſtentem ex natura rei, non attingeret obiectum ſicuti eſt, ſed aliter quàm eſt. At verò quidditatiua obiecti apprehenſio, quæ ſimpliciſsimè ſiſtit in ratione obiectiua, quam exprimit, non apprehendit rem aliter quàm eſt; quia illud, quod de obiecto percipit, ita ſe habet ſicut cognoſcitur, licet tota actualitas rei non ſignificetur vi talis intuitionis. Sicut & viſio corporalis attingit coloratum ſicuti eſt; eſto quòd non inſpiciat totam colorati conſtitutionem ex gradibus entis, qualitatis, &c.

Obiectio. Sed dices; à parte rei fortitur obiectũ aliquam actualitatem, ſeu latitudinem quantitatis virtutis, quam non exprimit intuitiua illa cognitio; ergo eſſe obiectiuum, quod à cognitione trahitur, aliter ſe habet, quàm ipſum eſſe obiecti, quod ex natura rei, & extra intellectum exiſtit.

Excutitur Reſpondetur; aliud eſſe, quod eſſe obiectiuum; quod à cognitione fit, referat totam actualitatem, quàm ſortitur obiectum ex natura rei; aliud verò, quod illud eſſe, quod à notitia petitur, non conformetur rei, vt eſt in ſe. Sicut aliud eſt, quòd viſio corporalis non attingat totã colorati compoſitionem ex gradibus entis, qualitatis, &c. aliud verò, quòd illud, quod decolorato apprehenditur, ita non ſit, ſicut per viſionem exprimitur.

Reſponſio ad 4. arg. 41 Ad quartum argumentum; quòd licet Deus, & eius proprietates attributales non referrent diſtinctionem formalem; quantitas tamen virtutis, ſeu propria illimitatio, quam quidditatiuè imbibunt, importat multitudinem virtualem; eòquòd ſimpliciſsima actualitas Dei æquipolleat infinitæ graduum latitudini, & intenſioni. Ob quã eminentiam pluralitatem, quæ maior eſt, quàm quòd à creato intellectu adæquari valeat; fit, vt Deitas quidditatiuè apprehendi queat, non percepta omni latitudine formalis actualitatis ſuæ.

Inſtatur ex Vazquio. Quando verò inſtat Vazquez: illud formale Dei, quòd non apprehenditur eſt tota Deitas, cùm non ſit pars Deitatis; igitur nihil Deitatis inſpicit, qui aliquid illius non intuetur.

Occurritur inſtantiæ i decreto li bero. Dicimus; quòd ſi hæc ratio concluderet, etiam obtineret, ſcientiam liberã, qui vitalis expreſsio eſt obiecti creati, ad eſſentiam intellectionis neceſſariæ non attinere; ſed eſſe quid ex natura rei ab illa conſtinctum, vt effutiuit Caietanus; aut quòd nihil Deitatis intueatur, qui ſcientiam liberam non videat. Quare ſicut totam actualitatem intellectiuæ, & appetitiuæ facultatis Dei intuetur, qui actus liberos non inſpicit; tum, quia illa ſimpliciſsima, & quidditatiua intuitio, non conſtituit pluralitatem inter rationem viſam, & non viſam

Tum vel maximè; quia ratio apprehensa formaliter, & quidditatiuè est eadem cum ratione non cognita; licet ob eminentialem, virtualemque pluralitatem, terminare possit visionis intuitum, non quoad omnem modum suę obiectiuę rationis. Sicut & corporalis intuitio totũ visibile percipit, licet gradum entis, & qualitatis realiter identificatum nõ apprehendat; eòquòd nec exhibeat discretionem inter sensatam, & non sensatam rationem; ac proinde ex modo tendendi non constituat aliud, & aliud, partem, & partem. Et quia ratio apprehensa in esse rei non sit extra quidditatem non perceptæ rationis; esto quod in esse obiectiuo non attineat ad actualem terminationem talis notitiæ ratio illa obiecti, quæ vi talis actus, non apprehẽditur. Sed de hoc prefiùs in controuersia de incomprehensibilitate Dei.

Respõdetur ad vltimã arg.

42 Ad vltimam rationem; quòd licet intuitiua notitia præscindere possit ab aliquo gradu essendi actualis & existentis obiecti: ab ipsa tamẽ actualitate obiecti, à qua specificatur intuitio, abstrahere non valet; aliàs enim apprehensio intuitiua quidditatiuè non secerneretur à notitia abstractiua, quæ ex modo tendendi ab existentia sui obiecti præscindit: quò fit, vt rationes communes & præcisæ ab existentiali, & indiuiduali actu, intuitiuum potentiæ conatum terminare non possint.

ARTICVLVS III.

In quo distinctio realis in suas species distribuitur; & modalis distinctio exaratur.

SVMMARIVM.

Specierum distinctionis realis enumeratio. Num. 1.

Opinio eorum, qui modalem distinctionẽ non esse speciem distinctionis realis, asseuerant. Num. 2.

Formæ modalis, prout ab entitatiua eã distinguitur, plena elucidatio. Nu. 5.

Oppositiones in doctrinam præcedentẽ. Num. 11.

Ad argumenta principalia. Num 20.

Diuisio distinctionis ante intellectum.

1 DIstinctio realis in tota sua cõmunitate, prout idem exprimit, ac distinctio ante intellectus functionem, secatur in realem distinctionem, quæ est discretio inter rem & rem, prout res opponitur modo in tota sua latitudine, inquantùm modus est forma quædã, cuius quidditas in actuali substrati modificatione consistit: & in distinctionem modalem, per quam modus à re secernitur, quam modificat; & in distinctionem formalem ex natura rei; quæ in sequenti articulo penitiùs aperiẽda est & rationibus fulcienda. Quare in præsenti, eò sufficient iam istius diuisionis distinctionis ante intellectum proprijs fundamentis non stabilimus; quò necessariò præmittenda sit omnium mẽbrorum diuidentium notitia & expensio.

Opinio mutuam distinctionem modalẽ non dari ante intellectum.

2 At circa primum membrum distinctionis realis, quæ intercedit inter rem, & rem, Petrum, & Paulum, Didacum, & albedinem, nullus nutauit esse speciem distinctionis realis; cum huiusmodi distinctionis extrema saltim de absoluta Dei potentia mutua separatione dissidere, & conseruari, queãt. De distinctione verò modali non pauci opinantur, esse speciem distinctionis rationis; cui placito adhærent, qui relationem à fundamento, præsentialitatem à corpore vbicato; figuram à quantitate, per solam mentis functionem separant. Quæ opinio suaderi potest tum fundamentis, quę in cap. de relatione agere solẽt in distinctionem prædicamentalis respectus à suo fundamento; quæ hic repetenda non sunt cùm proprium locum sibi vendicẽt; tum generalibus rationibus, quæ id de modo in tota sua abstractione ostendere moliuntur; quarum prima est.

1. ratio pro sententia præcedenti.

3 Modus per suam essentiam substrato coniungitur, adeò vt actualis subiecti modificatio attineat ad quidditatiuam modalis formæ constitutionem; igitur subiectum intrat ipsiusmet modi quidditatem. Cùm enim ratio vnionis & compositionis sit vnum, vel compositũ constituere; eo ipso quòd de quidditate modi sit vnio, & compositio ad propiũ substratum; etiã de essentia illius erit subiectum, prout simul cum modo cõstituit

quid

quid vnum, ex subiecto, & modo, tanquã ex materia, & forma coalescens. Sed illud, quod pertinet ad essentiam rei, non est quid realiter discretum ab eo, cuius quidditatiuam compositionem subintrat: ergo, si subiectũ spectat ad essentiã modi, ab eo realiter secerni non poterit.

1. Arguitur quid modꝰ à parte rei non distinguatur à subiecto.

4 Secundò arguitur; quia implicat contradictionem in communi sententia conseruari modum destructo subiecto; at si modus à subiecto realiter distingueretur, non repugnaret ab illo separari; cùm causalitas secundaria subiecti circa formam, ea nimirum, quæ est formæ fusté tatiuã, à Deo in genere causæ efficientis exhiberi possit; sicut & de facto supplebitur dependentia accidentium à subiecto in sacra Eucharistia: igitur modus à subsrato realiter non secernitur.

Confirm.

Præterea: quia modus non sortitur actualitatem distinctam ab actualitate seu existentia subiecti; aliàs enim diuinitùs pereunte subiecto modus superstes esse posset. Sed quod nõ refert propriam existentiam ab existentia subiecti condistinctam, non infert distinctionem realem, sed tantùm rationis; igitur.

Modalis formæ, prout ab entitatiua condistinguitur, plena elucidatio.

De acceptione modi apud Scotũ

5 DVm modalẽ distinctionẽ inuestigamus, nõ loquimur de modo illatiuo discretionis modalis, in eo sensu, in quo modum expendit Scotus *in* 1. *Sententiar. distinction* 8 *quæst.* 3. §. *Sed hic est vnum dubium, num. marg.* 27. vbi inquit. *Respondeo, quòd quãdo intelligitur aliqua realitas cum modo intrinseco suo, ille conceptus non est ita simpliciter simplex quin possit concipi illa realitas absque modo illo; sed tunc est conceptus imperfectus illius rei. Exemplum; si esset albedo sub decimo gradu intensionis, quantumcunque esset simplex omnino in re, posset tamen concipi sub ratione albedinis tãtæ; & tunc perfectè conciperetur conceptu adæquato illi rei. Vel posset concipi præcisè sub ratione albedinis; & tunc conciperetur conceptu imperfecto & deficiente à perfectione rei.* Vbi Doctor eũ conceptum, vel obiectiuam rationẽ vocat modũ, sine quo res modificata perfectè apprehendi nequeat. Qualiter se gerit latitudo intẽsiua in qualitate; quæ sicut perfectè concipi nequit sine quantitate virtutis talis formæ, (lata enim est, à ratione sua intrinseca, non extensione molis, sed quantitate virtutis, nec enim in puncto indiuisibili consistit) ita quantitas vel latitudo virtutis ab Scoto renuntiatur modus qualitatis, absque qua qualitas, etiam spiritualis, non modo existere, imò nec adæquatè concipi valeat. In quo sensu, apud Scoti asseclas, infinitas appellatur modus diuinæ naturæ; & finitas modus entis creati. Similiter necessitas in essendo asseritur modus diuinę subsantiæ; sicut è contra, cõtingentia ad essendum, cum vertibilitate ad nihilum, vt loquuntur prisci Theologi, est modus intrinsecus entis participati. Quare non tantùm asseuerant, modum in ista acceptione vsurpatum non esse separabilem à re modificata; sed è contra; nec rem subsratam modo, ceu à modo modificatam, separabilem esse à modo. De quo Scotizantium sensu videri potest Smisingius *tom.* 1. *de Deo vno, tract.* 2. *disp.* 1. *De modis intrinsecis, & attributis diuinæ essentiæ in communi, q.* 1. *à num. marg.* 2. *vsque ad* 4.

Theodorus Smisingius

Non igitur modum in eo sensu vsurpamus; nec modalem discretionem inuestigamus, inquantùm interceditinter duo extrema mutuò inseparabilia; ita vt sicut repugnet diuinitus, modum sine subsrato modificabili esse superstitem; ita & contradicat, rem posse existere sine modo. Sed id distinctionis genus disquirimus, quod ex vtroque coextremò non importet connexionem, saltim de absoluta Dei potentia; taliter, vt esto quòd subsratum conseruari queat sine modo; non tamen è contra modus sine subsrato: vt figura, relatio, vbicatio, vnio, actio, passio, & sic de cæteris, si reliquæ aliæ formæ modales existant.

De qua acceptione modi procedat quæstio.

6 Verùm; quia modalis distinctio est negatio quædã ad modi quidditatẽ cõsequuta; essentia modalis formæ aperienda est, vt & negatio ea patere possit, quę à positiua modi constitutione inducitur. Obseruandum igitur est, quidditatiuam modalis formæ rationem in actuali sub-

Aduertitur quid addat forma modalis.

ecti modificatione poſitam eſſe; coaleſcit enim eſſentialiter ex aptitudinali, & actuali modificatione, quidditatiua cuiuslibet modi conſtitutio. Quod vel ex eo conſtat; quia in communi ſententia repugnat modum ſine ſubiecto eſſe ſuperſtitem, verbi gratia, vbicationem ſine corpore vbicato, relationem ſine fundamento, figuram ſine quantitate, vnionem ſine extremis coniunctibus, & ſic de cæteris; ſi autem modus non penderet à ſubſtrato per ſuã eſſentiam, ſeu quod idem eſt, ſi actualis coniunctio, ſeu modificatio ſubiecti, non eſſet de quidditate modi, ſicut nec actualis compoſitio ad propriam potentiam eſt de eſſentia cuiuslibet alterius formæ, quam entitatiuam appellamus, prout opponitur modo in tota communitate, & vniuerſalitate illius; nec probabilis ratio appareret, cur modus ſine ſubſtrato de abſoluta Dei potentia cõſeruari non poſſet? quia eſto quòd obtenuitatem, & modicitatẽ illius tenaciùs ſubiectum afficiat, quàm entitatiua forma; ſuppoſito tamẽ, quòd hæc maior dependentia, & affixio modi ad ſubiectum non ſpectaret ad quidditatem eius, à Deo per ſpecialius auxilium ſuppleri poſſet. Quã rationem nobis inſillat Scotus tranſcriptus, *infra ſub numer. marg. 20.*

Diſcrimen inter diſtinctionem realem, & modalem.

Ex hac modi ratione, à priori petendũ eſt præcipuum ſignum diſcriminis inter modalem, & realem diſtinctionem, quod in hoc maximè poſitum eſt; quòd his, quæ realiter diſident, ſeparatio mutua ſaltim de abſoluta Dei potentia non cõtradicit; eòquòd non ſit de quidditate rei, quæ ab altera realiter ſecernitur, actualis coniunctio, ſeu compoſitio ad aliam. Quò fit, vt dependentia entitatiuæ formæ, licet maior ſit omni ea, quæ in tali genere entitatiuæ formæ reperiri queat, à Deo per auxilium ſpeciale ſuppleri valeat, ita vt vtrumque diſtinctionis extremum ſeparatum conſeruetur; in diſtinctis tamen modaliter aliter fiat, in quibus ſolùm non mutua ſeparatio poſsibilis aſtruitur, nimirum entitatis à modo; non tamen ècontra modi ab entitate, adeò vt modus à ſubiecto ſeparatus conſeruetur.

Obiectio de forma vitali.

7 Sed inſtabis, actus vitales non eſſe modos, eſſe tamen inſeparabiles à potentia, & principio intrinſeco, & coniuncto animæ; cùm id exigat natura, ſeu ratio vitæ, quæ in illis elucet: igitur non ex eo ſecernitur diſtinctio realis à modali diſtinctione, quòd realis diſcretio referat ſeparationem mutuam, modalis verò non ita.

Infringitur

Reſpondetur; ſub diſtinctione actionis, & qualitatis vitalis; ſi obiectio procedat de vitali actione; fatemur ingenuè, nec de abſoluta Dei potẽtia à principio vitæ ſeparabilem eſſe; eòquòd per ſuam eſſentiam à vitali potentia pẽdeat, vt modus eſſentialiter in actuali potentiæ modificatione poſitus. Si verò procedat obiectio de qualitate vitali, quæ eſt terminus talis actionis viuæ; aſſerendum eſt, quòd ſicut non contradicit, à Deo ſine potentiæ vitalis concurſu effici, vt ſæpe tradit Scotus, ita nec repugnabit ſine aliquo ſubiecto conſeruari: eò quòd ſit entitatiua forma per ſuam quidditatem à vitali potentia non pendens; non modus, ſicut vitalis actio, à qua profluit.

Corollaria ex præmiſſis.

8 Infertur ſecundò ex dictis; hoc genus diſtinctionis modalis tantùm poſitum eſſe inter entitatem, quæ à modo afficitur, & formam modificantem; non tamen inter modum huius entitatis, & modum alterius entitatis realiter diſcretæ. Quia iſti modi ſeparatarum entitatum, etiam inter ſe realiter diſident; licet impropriè, & largè dici poſsint modaliter diſtingui, eòquòd inter ipſos intercedat diſtinctio, quæ à modalibus formis infertur. Quod potius ſpectat ad vocem ipſam, non autem ad rationem modalis diſtinctionis, ſi preſsè, & ſtrictè cõſideretur: quò fit, vt modus non diſtinguatur modaliter, niſi preciſè ab illa natura, quam ita afficit per ſuam eſſentiã, vt de quidditatiuo formæ modalis conceptu ſit tali ſubſtrato actualiter componi.

Oppoſitio de diſtinctione realium duarum formarum modalium inter ſe.

9 Si autem opponas; quòd diſtinctio conſequitur ad ens iuxta naturam, & ſpeciem entis; ſed præſentialitas Petri, verbi gratia, etiam prout refertur ad præſentialitatem Pauli, eſt modus: igitur iſtæ duæ vbicationes modalem diſtinctionem inferunt.

Enervatur.

Cui obiectioni occurrimus, aſtruentes, præſentialitatem non eſſe modum reſpectu alterius præſentialitatis; eòquòd de quidditate huius vbicationis non ſit alteram actualiter afficere, ac proinde inter vtramque præſentialitatẽ modalem diſtinctionem intercedere non poſſe.

Sed

Instatur vltra.

10 Sed vrgebis; quòd illud, quod essentialiter congruit enti, etiam qualibet comparatione facta illi conuenit; cùm extrinseca collatio entis ad hoc, seu alterum extremum, intrinsecam rei constitutionem non immutet. Atqui præsentialitas essentialiter est modus; igitur facta qualibet comparationis habitudine ad alterâ præsentialitatem, seu ad quâlibet aliam naturam; modalis formæ rationem nõ referre nõ poterit. Cũ igitur distinctio consequuta ad modum, vt modus est, essentialiter fit modalis; perspicuum esse videtur, vt duo modi entitatum realiter dissitarum modaliter differant.

Obtunditur obiectio ex speciali habitudine modi ad substratũ.

Respondemus; præmittendo aliquas rerum essentias speciales habitudines transcendẽtales imbibere, à quibus habent, vt in ordine ad speciales terminos concipiantur; adeò vt si ad entitates alias comparentur, non intelligantur referri sub propria habitudine, seu relato cõceptu. Vt videre est in intellectu inuoluente ordinem potentiæ ad actus & obiecta, qui, vt potẽtia est, ad visionem, seu auditionem non comparatur; nec tamen ex eo quòd sub ratione potentiæ ad extraneos actus non referatur, amittit natiuam & essentialem virtutem intellectiuæ facultatis. Sicut & relatio in ordine ad proprium terminum tantùm exprimit referentiam, & respectiuam oppositionem; cùm in ordine ad disparatum extremum ita se gerat, ac si absoluta res esset. Haud secùs igitur, ratio modi specialem inuoluit habitudinem ad entitatem, cui per suam essentiam componitur; adeò vt si ad extraneam naturam referatur, esto quòd non immutetur, ex collatione extrinseca, ipsamet modi quidditas (sicut nec diuersificatur intrinseca virtus potentiæ, eòquòd ad extraneos actus comparetur, vel relatiua paternitatis causalitas ad disparatũ extremum collata) non manet tamẽ modus eodem modo relatus extrinseca cõparatione accedẽte. Vnde fit, quòd quia præsentialitas non est modus alterius præsentialitatis, istæ duæ formæ nõ modaliter, sed realiter dissideant; licet secundùm vocem largè & impropriè, distinctio inter modos interce-

dens modalis vocari

queat.

Oppositiones in doctrinã præcedentem, & earum enodatio.

11 Sed contra constitutionem modalis formæ ex actuali proprij subiecti modificatione; adhuc militant non contemnendæ rationes.

Prima est: quòd causa formalis secundùm adæquatam rationem illius præsupponitur applicationi seu compositioni eius ad propriam potentiam; sed modus est causa formalis illius concreti seu compositi, quod ex subiecto, & modali forma coalescit. Verbi gratia, vbicatio est causa formalis vbicati, sicut albedo est causa formalis albi: igitur sicut albedo præintelligitur constituta antequam propriæ potentiæ copuletur; ita & modalis forma antequam causalitatẽ adeat respectu proprij subiecti, adæquatè constituta esse debet.

1. Obiectio, quòd actus informatiuus non sit de quidditate modi.

12 Confirmatur; quia sicut essentialis est suppositio actus primi ad secundum, ita & essentialiter præintelligi debet adæquatè constitutum extremum coniunctum ante actualem nexum; sed modus est alterum coextremum realis illius coniunctionis, quæ ex modo, & subiecto, vt ex actu, & potentia consistit: igitur præintelligitur quidditas modi adæquatè constituta ante actualem compositionẽ modalis formæ ad propriam potentiam.

Cõfirmatio ex præsuppositione cõuenibilitatis ad exercitamẽ compositionem.

13 Præterea: modus est causa realis modificati, seu compositi illius, quod cointegratur ex modo tanquam ex causa formali, & ex subiecto, tanquam ex materiali concausa; atqui si actualis modificatio spectaret ad quidditatiuã modi cõstitutionem, modus causa realis esse non posset: eòquòd realis causa esse debeat extra totam realitatem effectus, à quo realiter secernitur. Cùm autẽ effectus formalis modi sit ipsamet compositio modi, & subiecti, prout in facto esse; si modus per suã essentiam substrato cõponeretur, ipsemet effectus formalis modi, nimirũ ipsamet cõpositio modi, & subiecti attineret ad quidditatiuã constitutionem modalis formæ; ac proin de realis causa esse non posset.

Obiectio 2. extranea à solitate indi respectu modificati

14 Respondetur ad primam obiectionem; modum ante actualem conni-

Enodatio oppositionis primæ.

tionem eius ad proprium ſubſtratum, intelligi cum aptitudinali cõiunctione; quod plenè obtinet oppoſita ratio. Cùm implicet, actualem nexum concipi; quin hic præmittat aptitudinem formalem ad illum. Negamus tamen quòd ex hoc, quòd in modo præintelligatur aptitudinalis vnio ante actualem nexum; inferatur, quòd actualis compoſitio modi ad ſubiectum ſit extra quidditatiuam modi conſtitutionem. Quia licet aptitudo ad modificandum ſit de eſſentia modi, vt prædicatum quidditatiuum illius ad actualem modificationem eſſentialiter præſuppoſitum; ſed non eſt adæquata, totius modi conſtitutio. Licet enim primò concipiatur talis aptitudinalis modificatio, ſicut priores rationes, vel gradus metaphyſici ad ſpecificum actũ præmittuntur; ſicut tamen ex ſuperioris rationis præſuppoſitione ad ſpecificum gradum, non colligitur, quòd differentialis actus ſit extra eſſentialem rei conceptum; ita nec ex hoc, quòd aptitudinalis modificatio præſupponatur ad actualem modi informationem, deduci poterit, quòd modificatio actualis ſit extra quidditatiuam conſtitutionem modi: cùm potiùs per modum actus, & potentiæ, actus primi, & ſecundi, aptitudinalis, & actualis modificatio, ad modi conſtitutionem coeant.

Elucidatur amplius doctrina præcedens inſtantia eductionis formarum.

Si autem prædicta oppoſitio vrgeret, etiam præſtringeret communem doctrinam pronuntiãtem, quòd eductio formæ eſſentialiter conſiſtat in hoc, quòd forma dependeat in eſſe fieri, & conſeruari à materia; contra quòd pronuntiatum ſequens inſtruitur oppoſitio. Forma nequit pendere à materia, cum ſit dependentia intrinſeca, niſi forma ſit actualiter compoſita materiæ; ſed actualis compoſitio præexigit potentialem componibilitatem formæ ad ſuam potentiam; cum ſit eſſentialis ſuppoſitio actus primi ad actum ſecundum: ergo ſupponitur forma, vt componibilis, ante actualem compoſitionem, & dependentiam. Atqui pro illo ſigno naturæ, pro quo forma concipitur componibilis, intelligitur producta ab agente; igitur ante actualem compoſitionem ad materiam; ac proinde, & ante actualem dependentiam formæ à materia, intelligitur forma producta; ac per conſequẽs non penderet à materia inferi.

Prædictæ enim oppoſitioni occurritur ex dictis; quia cùm actio eductiua ſit modus, eſſentialiter ambit non ſolùm componibilitatem, ſed & actualem, & exercitam compoſitionem formæ; vnde quando terminus eductionis concipitur cum ſignata, & aptitudinali compoſitione, tantùm inadæquatè apprehenditur ratio modi, quæ adæquatè ex aptitudinali, & actuali compoſitione coaleſcit. Quòd autem fieri eductiuum ſit eſſentialiter compoſitiuum formæ ad ſubſtratum eductionis; oſtendimus ex Scoto in fra, *in controu. 9. de viſione Dei, diſt. 1. ſubdiſt. 2. art. 1. num. 11. & 12.* Quare, cum obijcitur, quòd forma prius eſt educta vel producta, quàm actualiter cõpoſita materiæ; negatur, eòquod eductio formæ, non ſolùm imbibat formam ſecundùm vnionem aptitudinalem, ſed etiam ſecundùm vnionem actualem. *Scotus.*

15 Ad confirmationem, *ſub numer. 12.* fatemur, modum, vt referentem conceptum componibilitatis, ſupponi ante actualem coniunctionem; improbamus tamen in ipſa ratione potentialis modificationis adæquatam modi quidditatẽ conſiſtere. *Ad cõfirm. reſponetur*

16 Ad ſecundam obiectionem, *ex num. 13.* quòd licet compoſitio modi ad propriam potentiam ſubintret quidditatiuam rationem eius; adhuc aſſerenda eſt realis cauſalitas modi reſpectu concreti illius, quod ex modo tanquam ex cauſa formali, & ex ſubſtrato tanquam ex materiali concauſa coaleſcit. Quia cum effectus formalis modi conſtituatur, tanquam ex intrinſeca materiali cõcauſa, ex ipſo ſubiecto, quod modificatur; ſicut ſubiectum realiter à modo ſecernitur, eòquòd modo deſtructo ſubiectum ſuperſtes eſſe poteſt; ita, & effectus formalis modi, prout ſubiectum, vt materialem cauſam intrinſecè claudit, à quidditate ipſius modi realiter ſecerni neceſſe eſt. Sicut quia albedo realiter diſtinguitur à pariete, ita & realiter diſſidet ab albo; inquantùm claudit parietem, vt compartem materialem ſui. Quod ſufficit, vt modus cauſalitatẽ realem adire queat; eſto quòd concretio, ſeu compoſitio modi ad ſubiectum ſit de quidditatiua conſtitutione illius. *Pro 2. obiectione capẽditur, qualiter modus ſit realis cauſa modificati.*

17 Deinde; ſpecialiter inſtatur contra accidentalos modos, de quorum eſſentiali conceptu aptitudinalis inhærentia eſſe non poteſt apud Scotum; qui *in 4. ſent. diſtinct. 12. quæſt. 1. n. marg.* *Specialis oppoſitio, eòquòd aptitudinalis inhærentia non ſit de quidditate accidentis*

14. §. *Ad ista*: (ait) *Ad primum nullo modo concedendum est, inhærentiam esse de essentia albedinis.* Si autem actualis cõiunctio modalis formæ ad substratum esset de quidditatiua modi constitutione; fieri non posset, vt aptitudinalis inhærẽtia essentiam modi non constitueret; eòquòd implicet actualis modificatio sine actuali applicatione, seu intimatione actus modalis ad propriam potentiã, quę est ipsamet inhærentialis cõiunctio. Sed actus secũdus essentialiter supponit primum; ergo si à quidditatiua modi constitutione remoueri non posset actualis inhærentia, a fortiori nec inhærentia aptitudinalis.

Scotus.

18 Responderi posset; quòd Scotus non procedebat de accidẽti modali, sed solùm de entitatiuo; quod suadere videtur appositum albedinis exemplum, quę entitatiua forma est, & nõ modalis. Apud Scotum verò actualis inhærentia realiter non distinguitur à forma modali; licet realiter dissideat à forma entitatiua; vt liquet ex textu, quem infra trascribimus *sub num.* 20.

Instruatur

At, quia Scoti contextus generalem doctrinam insinuare videtur; dicendum est, nec actualem, nec aptitudinalem inhærentiam ad quidditatiuam modi cõstitutionẽ spectare. Quia, alia est modificatio actualis; alia verò actualis inhærẽtia, seu applicatio modi ad propriũ substratum. Quò fit, vt licet essentia modi ex aptitudinali, & actuali modificatione adæquatè cointegretur; aptitudinalis verò & actualis inhærentia non attineant ad quidditatiuam modi rationem; licet realiter identificẽtur cum forma modali, & non cum entitatiua.

Quod aperio; supponendo, quòd sicut essentia albedinis posita non est in aptitudinali applicatione eius ad parietem, quæ est ipsamet potentialis, seu aptitudinalis inhærentia; sed in formali sufficiẽtia ad constituendum album. Quia cùm albedo essentialiter non sit forma vnionis, sicut punctum vnitiuum, sed forma albi; ita albedinis quidditas constitui nõ debet in aptitudinali vnione, seu inhærẽtia, sed potius in vi informatiua ad albi constitutionem. Cæterùm, quia accidentalis forma potens non esset ad constitutionem sui effectus formalis, si vim non referret, vt subiecto copulari posset, quod in esse talis constituit; ideò congruit illi tanquam proprietas ipsa aptitudinalis inhærentia. Id tamen quod de inhærentia aptitudinali constituimus, prout refertur ad formã in actu primo; etiam pari ratione asserendum est de inhærentia actuali respectu formæ in actu secũdo, seu respectu causalitatis formæ. Asseueramus enim, causalitatẽ albedinis formaliter non esse ipsammet applicationem formę ad subsstratũ; cũ ipsa applicatio concipiatur vt via ad causalitatem albedinis, quæ est actualis albi constitutio, consequuta ad formæ applicationem, quæ per inhærentiam fit.

Obseruatio à re.

Aptitudinalis inhærentia non est de quidditate potentiæ informatiua.

19 Quo præmisso; dicimus ad obiectionem propositam; idem iudicium ferẽdũ esse de modali, ac entitatiua forma, quantùm ad id, quòd inhærentia ad modi quidditatem non attineat; cùm modus, verbi gratia, vbicatio, essentialiter non sit forma vnionis, sed ratio vbicati. Quò fit, vt nec modalis forma, prout in actu primo accepta, in aptitudinali inhærentia essentialiter posita esse debeat; nec etiam modus in actu secundo, prout proprio subiecto compositus, in actuali inhærentia essentialiter consistat. Nec vrget obiectio; dum instat, sine actuali inhærentia concipi non posse actualem modificationem; quam ad quidditatem modi spectare asseuerauimus. Quia alia est actualis modificatio, verbi gratia, vbicatum esse; alia est applicatio formæ vbicationis ad corpus locatum. Cùm applicatio sit via ad causalitatem modalem; nõ autẽ formaliter ipsamet causalitas modi. Vnde, vnio seu inhærentia modi, quæ anteit causalitatem eius, non supponitur tanquam essentiale prædicatum, quod attineat ad quidditatiuam modi constitutionem; sed tanquam via intrinseca, & necessaria conditio ad causalitatem modalem adeundam; licet talis vnio, vel compositio inhærentialis, formæ modalis ad subsstratum non sit realiter distincta, sicut nec separabilis, à modo.

Actualis inhærentia formaliter differt ab actuali informatione.

Id etiã verificatur in forma modali.

Actualis inhærentia nõ distinguitur realiter à modo.

20 Quam doctrinam expressè nobis tradidit Scotus loquens de relatione, in *q. 3. quodlibet. §. Respondeo, standum est, sub num. mar. 15 editionis Hugonis Cauelli*, vbi ita habet.

Scotus.

Sed quæres de accidentalitate similitudinis, si ipsa est alia à similitudine? Dico, quòd non, quia similitudo est sua accidentalitas ad fundamentum, & se ipsa accidit fundamento, sicut se ipsa est ad oppositum. Vniuersaliter enim quòd conuenit alicui sic, quòd omnimoda contradi-

Ellio

Scotus. *ctio sit, illud esse sine hoc, hoc est idem realiter illi. Et per oppositum, vbi non est omnimoda contradictio, non oportet idè esse omnino; nunc autem contradictio est similitudinem esse, & non esse ad fundamentum, & etiam non esse ad terminum; ideò accidentalitas sua ad fundamentum est idem sibi, sicut ipsamet est similitudo, vel habitudo ad oppositum.*

Et paulò infra *sub num. marg.* 16. subijcit disparitatem inter inhærentiam formæ entitatiuæ, verbi gratia, albedinis; & inhærentiam modi, verbi gratia similitudinis.

Scotus. *Et ex hoc non est contradictio, albedinem esse sine comparatione ad superficiem; est autem contradictio, similitudinem esse sine comparatione ad fundamentum; & ideo illa comparatio non est eadem albedini, ista autem est eadem similitudini.* Quid defæcatius, & concinnius ab Scoto expectari potuit ad nostrum assertum suffulciendum?

Ad argumenta, quæ moliuntur, distinctionem modalem esse speciem distinctionis rationis.

Ad fundamenta quòd distinctio modalis sit rationis. Ad 1. arg. arg. Resp.

21 His suppositis, nec difficilè erit illius sententiæ fundamenta conuellere; quæ asseuerat, modalem distinctionem esse speciem distinctionis rationis. Quare ad primum dicitur; quòd fatemur ingenuè subiectum esse de essentia modi; quia eo ipso quòd modus, vi suæ quidditatiuæ rationis, exigit, quòd sit forma subiecto concreta; cùm concretum sit compositum quoddam ex forma, & subiecto, tanquam ex quidditatiuis cõpartibus coalescens; fit inde, vt subiectum modi quidditatem subintret, tanquam causa materialis illius. Quo dato nihil obtinet opposita ratio; cùm modus distinguatur à subiecto, quod vt causam materialem includit, distinctione reali includentis ab incluso: sicut esto quòd materia intret quidditatem hominis, vt causa materialis illius, adhuc homo à materia realiter inadæquatè secernitur, distinctione includentis ab incluso.

22 Ad secundum argumentum: non ideò implicare, modum à subiecto separari, quia ab illo realiter non diuideat; sed quia sibi ipso per suam essentiam cõponatur. Immò, quòd si argumentum aliquid ageret, obtineret etiam, totum à qualibet parte realiter, & inadæquatè non secerni; eò quòd sine illa superstes esse non possit; ac proinde homo à corpore realiter non distingueretur.

1. arg. in fine. "

Ad instantiam; quòd modus sortitur existentiam à subiecti actualitate realiter condistinctam, à subiecto tamen essentialiter pendentem; quo fit, vt nec de absoluta Dei potentia modus sine subiecto conseruari possit.

Etiam instantia.

23 Circa dependentiam tamen modi a substrato, quam realiter non diuidere à forma modali, discrè prominauit Scotus; dum loco *sub num.* 20. erãscripto docuit, accidentalitatem, seu actualem compositionem similitudinis ad substratum, vel fundamentum non distingui à similitudine. (Inquit enim) *quòd similitudo est sua accidentalitas ad fundamentum; & se ipsa accidit fundamento; sicut se ipsa est ad oppositum.* Obseruandum inquam est; quod acutè deprompsit Scotus actualem accidentalitatem, vel *actuale in* relationis, ex eodem principio inseparabilitatis, ex quo petitur, *actuale ad*, vt liquet ex illis verbis, *se ipsa accidit fundamento, sicut se ipsa est ad oppositum.* En actuale ad, & actuale in. Quia sicut actualis, & exercita ordinatio ad terminum non est realiter diuisa à substantia relationis; quia non potest dari relatio cum signata tantùm, & potentiali habitudine ad terminum. Quare, & consequenter censuit, quòd multiplicatis terminis, necessariò pluificentur relationes; quia aliàs extensio illa relatiua ad secundum filium, verbi gratia, aut esset sola denominatio extrinsecà de nouo addita; aut si esset forma inter inseca antecedens existentiam secundi filij; non ret, vt existeret cum potentiali tantum, & signato *ad* ante secundi filij generationem. Ita pari ratione, actuale *in*, apud Scotum, non est extra realitatem modalis formæ; quia est implicatoria actualis respicientia termini, absque actuali compositione relationis ad fundamentum, quod vi illius formæ intrinsecæ refertur ad terminum.

Pendi obseruationem ex Scoto circa actuale in, & actuale ad, in modo. Scotus. " " Scotus. "

24 Quod non solùm perspicuum apparet in relationibus de tertio gene-

Præmissorum confirmatio.

re,

re, quas Scotus vocitauit relationes intrinſecùs aduenientes; ſed etiam in alijs modis, quos relationes extrinſecùs aduenientes appellauit. In quibus identificatio cum actuali accidentalitate, vel cum actuali in, etiam inferri poteſt ex actuali ad; vt liquet in forma præſentialitatis, vel vbicationis. Ideò enim contradicit, quòd vbicatio, quæ reſpicit tale ſpatiũ conſeruetur à Deo extra illud ſpatiũ; quia vbicatio importat exercitũ ad, & exercitum in. Si enim non eſſet de quidditate vbicationis actualis compoſitio ad locatũ in tali ſpatio, non implicaret cõtradictionẽ, quòd Deus cõſtitueret præſentialitatem in alio ſpatio; cum ſignata, & potentiali habitudine ad proprium ſpatium; non tamen cum actuali, & exercita, qua orbaretur actu. Itaut, dũ vbicatio conſeruaretur extra ſpatium proprium; non eſſet actu exhibens ſuum effectum formalem circa ſpatium alienum; aliàs enim vbicatio, quæ eſſet ratio formalis exiſtendi alibi; eſſet ratio formalis exiſtendi actu hic: quod eſt implicatorium.

ARTICVLVS IV.

In quo diſtinctio formalis ex natura rei, à neotericorum oppugnationibus vindicatur.

SVMMARIVM.

Varia neotericorum oppoſitiones contra diſtinctionem formalem Scoti. Numer. 1.
Obſeruationes ad diſtinctionem formalem conſtituendam. Num. 6.
Scoti ſententia validis rationibus firmata. Num. 13.
Diſtinctionem formalem non mutuam eſſe non poſſe contra Scotizantes aliquos. Sub num. 25.
Adæquata diſtributio diſtinctionis ante intellectum in realem, modalem, & formalem. Num. 26.
Oppoſita fundamenta refutantur. Numer. 27.

1 TOtam iſtam diſtinctionis elucidationem quaſi præambulam conſultò congeſſi, vt ad diſtinctionem formalem in ſchola Scoti celeberrimam verborum potius iniuria, quàm ſolidis rationibus taxatã, expeditiorem pararem acceſſum; quod eatenùs exactiùs præſtiturum exiſtimo, quatenùs alijs diſtinctionum ſpeciebus, quæ ab aduerſarijs admittuntur, præmiſſis; expeditius iudicium fiat de diſtinctione iſta formali; vtrum neceſſaria ſit, & ab alijs enumeratis diſtinctionis realis ſpeciebus, diuerſa?

Negatiua opinio Thomiſtarum.

In qua re; communis Thomiſtarum ſententia eſt; impoſsibilem eſſe diſtinctionem aliquã formalitatum ex natura rei, quæ identicam cõiunctionẽ realẽ ex rũdẽ formalitatũ ſuſtineat, quæ ante intellectum ſecernuntur; & ſuadent.

Arguitur 1.

Primò: quia Scotus vnicus in hac re à cõmuni Theologorũ, ac metaphyſicorũ ſchola recedit, id diſtinctionis genus aſtruens, quòd Ariſtoteles, nec leuiter inſinuauerit; ergo quaſi commentum quoddam inutile improbandum eſt hoc diſtinctionis genus.

2. Ratio.

2 Secũdò: quia nulla affectio, aut quaſi affectio ſubiecti protẽditur extra ſubiectũ adæquatũ; atqui omne ens, aut eſt reale, aut rationis: igitur pluralitas ſiue diſtinctio, quæ eſt quaſi quædã entis affectio, aut realis, aut rationis, eſſe debet: ergo incõſultè additur media diſtinctio formalis ex natura rei, quã aſſeuerat Scotus. Ita Durãdus, cui argumẽtationẽ adeò neruoſam opinatus eſt Vazquez, 1. *p. tom.* 1. *diſp.* 116. *c.* 5. *n. marg.* 25. vt vel hac ſola ratione totum negotium ſe obtinuiſſe putans, ſeurentiam Scoti commentitiam iudicarit.

Durandus.

Vazquius.

Confirmatur.

Quã rationẽ ita cõfirmat idẽ Vazquez: quia ſi ante intellectũ iſta formalitas nõ eſt illa; igitur datur alia, & alia ratio formalis: at quæuis iſtarum rationũ eſt aliquid reale: ergo datur aliud, & aliud reale; ac proinde, & realis pluralitas.

3. Ratio ex Vazquio.

3 Præterea Vazquez ſic: ſi aliquid obſtaret; quominus duæ formalitates, quæ in eãdẽ entitatẽ cõueniũt, nõ diſsiderẽt realiter; maximè, quia inter ſe cõponuntur ad vnã entitatis cointegrationẽ. At cõuẽtus pluriũ realitatũ ad cõpoſitionẽ alicuius entitatis, nõ tollit realẽ diſcretionẽ illarũ partiũ, quæ coeũt ad cõſtitutionẽ totius; vt videre eſt in homine ex corpore, & anima cointegrato, cuius partes realiter

liter distinguuntur, esto quòd inter se componantur: ergo si animal, & rationale, verbi gratia, sunt aliud, & aliud reale, licet compositionem adeant, vt homine metaphysicè constituant, necessariò distinctionem realem inferre debent.

Ratio 4. ex Soario

4 Quartam rationem in Scotum instruit Franciscus Soarez, *lib. 1. de essentia Dei, cap. 10. num. marg. 4.* illa, quæ inter se differunt, aut ita comparantur, vt non adeant compositionem realem inter se; & ista distinctionis extrema, tanquam duæ res omnino disitæ, secernuntur. Aut ita referuntur inter se, vt intrinsecè componantur; vnde emergit modalis distinctio; cùm hæc consequatur ad realitatem illam, quæ essentialiter alteri copulatur; vt constat ex articulo præcedenti. Sed præter has distinctionis rationes, alia est prorsus inintelligibilis; igitur voluntariè, & irrationabiliter astruitur.

Instat Soarius contra distinctionem formalem Scoti.

Præterea instat Soarez: qua, aut extrema distinctionis nullo modo differũt à parte rei; & tunc sola rationis discretio intercedere valebit. Aut à parte rei dissident; & tunc redit inquisitio, an vtrumque extremum propriam sortiatur entitatem? & tunc infertur realis distinctio. Vel vtrum quidditas vnius extremi posita sit in modificatione alterius? & tunc accedit distinctio modalis. At nõ occurrit alia habitudo, seu comparatio, quæ versari queat inter extrema distinctionis ante intellectum; cùm extrema distinctionis isto modo collata referant contradictionem, quæ medium non sustineat: igitur implicat media distinctio formalis ex natura rei.

Arguitur 5

5 Quintò arguitur: quia distinctio formalis, quam Scotus constituit, est minor reali, & modali, distinctione; at si distinctio formalis omnem intellectus functionem anteiret, esset maior qualibet alia distinctione reali; cùm realis distinctio non prodeat à quidditatiuis rei principijs, vt constat in individuis eiusdem speciei, quæ realiter dissident, & tamen non differunt secundùm quidditatiuam, & specificam rationem; formalis verò distinctio, eò formalis autumetur, quò à quidditatiuis rationibus accipiatur. Sed ratio ista penitius enodata relinquitur *in 1. controu. art. 5. n. marg. 30. vsque ad 32.*

Diluitur ex dictis.

Obseruationes ad constituendam distinctionem formalem ex natura rei.

Substernuntur fundamenta ad veram doctrinam.

6 PRo enodando fundamento positiuo, ad quod distinctio formalis ex natura rei consequatur; adnotandum est, negationem formalitatum inter se, seu formalem distinctionem, quam asseuerat Scotus, positam non esse inter distinctas realitates actuales, quæ propriam existentiæ actualitatem referant; sed inter gradus metaphysicos eiusdem physicæ entitatis, qui eamdem omnino existẽtiam sortiantur. Vnde accedit, quòd stante eiusdem entitatis actualis indiscretione, impossibilis non sit rationum formalium, aut graduum essendi metaphysica pluralitas. Quod ex instituto aperiendum est, eòquòd scopulus, in quem gradu, vel lapsu præcipiti, impingunt aduersarij, in hoc maximè positus sit; vt commentum iudicent, quòd ea, quæ ex natura rei ante intellectus functionem secernuntur, possint esse idem realiter. Cùm nullum eluceat identicæ coniunctionis principium in his, quæ ex natura rei sunt, aliud, & aliud; quare, aut asserendum putant, extrema distinctionis, ita ante intellectum secerni, vt nullam realem identitatem sustineant; aut quòd eam, ante mentis negotiationem, identitatem aleant, vt ante intellectum nullatenùs dissidere possint; quare operæ pretium erit enodare, qualiter cum reali identitate, compossibilis sit actualis formalitatum pluralitas ex natura rei?

Ratio 6. Totalis distinctionis inter gradus metaphysicos.

7 Verùm; etsi distinctio formalis ex natura rei, tam spiritualibus, quàm compositis entibus congruat; ex compositis tamen, quæ sensibus obijciuntur, magis aperta exempla producimus. Animal enim, & rationale, qui in homine sunt duo metaphysicæ cõpositionis gradus, sicut, non expectata negotiatione mentis, oppositas relationes cõueniẽtiæ, & discõueniẽtiæ essentialis inferunt; ita & exprimũt quidditatiuã distinctionem, quæ ideò ab Scoto formalis distinctio pronũtiata est, quò principio materialis discretionis opponatur, quæ à quidditatiuis rationibus non petitur. Tum eò vel maximè, distinctio formalis inter animalitatem, & rationalitatem astruitur; quò si generica rationes à parte

rei

rei eſſent quidditatiuè permixtæ cum actibus differentialibus, nequirent vi præciſuæ actionis in vnã obiectiuam rationẽ coire; ſicut nec ipſi differẽtiales gradus, ob quidditatiuã inæqualitatẽ, ad vnũ cõceptũ colligi poſſunt; vt latiùs in probatione noſtræ ſentẽtiæ aperietur.

Ratio identitatis realis in gradibus metaphyſicis, & inter diſtinctio formalis ex natura rei.

8 En diſtinctionis formalis ex natura rei fundamẽtũ inter gradus metaphyſicæ cõſtitutionis; deinde realis idẽtitatis principiũ inueſtigemus; quod nullũ aliud eſt, quã omnimoda unitas phyſicæ entitatis. Quia enim gradus animalitatis ab eodẽ nexu, eadẽque cõpoſitione corporis, & animæ rationalis petitur, ſũbratione cõueniẽtiæ, à qua gradus rationalitatis accipitur ſub ratione differẽtiæ; mirũ eſſe non debet, vt identica cõiũctio ijſdẽ gradibus accedat ex omnimoda vnitate phyſici principij; retẽta quidditatiua & eſſentiali diſcretione ex natura rei inter prædictos gradus, quam non abſorbet, nec confundit, materialis, & identica coniunctio, quæ ab identitate phyſici principij prodit.

1. Corollarium.

9 Ex his cõſectaria aliquot magni mõmẽti producere licebit. Primũ: quòd, licet extrema diſtinctionis formalis, ſint aliud, & aliud ens formale, ſeu metaphyſicũ, alter nimirũ, & alter gradus metaphyſicæ cõſtitutionis; at non aliud, & aliud ens phyſicũ. Phyſicũ tamẽ ens nõ vocamus, id quod ſenſibilibus tãtũ aut phyſicis mutationibus ſubiaceat; ſed quodlibet ens reale, quod in ſe, & à ſe exiſtat, id nimirũ quod propriã referat exiſtentiæ actualitatẽ, à cuiuslibet alterius entis actualitate condiſcretam. In qua acceptione, ens modale, etiã phyſicũ appellari poteſt, prout ab ente metaphyſico ſecernitur; eòquòd modus nõ ſit, quaſi pars quædã metaphyſicæ cõſtitutionis alicuius entis, ſed cõpleta quædã realitas propriã exiſtẽtiã referens ab exiſtẽtia ſubiecti ante intellectũ condiſtinctam.

Extrema diſtinctionis formalis ſint aliud, & aliud ens metaphyſicè, non tamẽ phyſicè.

Fundamentum diſtinctionis formalis exiſtit in ſe, ſed non à ſe.

Quò fit; vt probatiſsimũ ſit illud Scotiſtarum pronuntiatum autumans, ens formale, quod eſt illatiuum diſtinctionis formalis ex natura rei, nõ eſſe exiſtens à ſe, ſed tãtùm in ſe; eòquòd metaphyſici gradus, qui diſtinctionem formalem exprimunt, non ſortiantur propriam exiſtentiã; ſed vi eiuſdẽ omnino actualitatis exiſtant in tertio phyſicæ cõpoſitionis, in quo identificantur; vt latiùs expẽſum eſt *in controu. 1. in appendice metaphyſica ad ſecũdũ articulũ, n. marg. 13.*

10 Alterũ corollariũ eſt; cõiũctionẽ idẽticã inter gradus ex natura rei cõdiſtinctos petendã non eſſe, ex eòquòd ipſi gradus inter ſe metaphyſicè cõponantur; vt inconſultè cõtẽdebat Vazquez contra Scotum. Eſto enim quòd animal, & rationale metaphyſicã cõiũctionẽ nõ adirent, in ratione actus, & potẽtiæ; eſſent inter ſe eadẽ entitas. Licet enim ad metaphyſicã cõpoſitionẽ neceſſaria ſit cõtractio animalitatis, quæ à rationalitate exhibetur; nõ tamen ad identitatem eam realem, quæ ab omnimoda vnitate phyſici principij hauritur. Adeò vt ſi gradus animalitatis, & rationalitatis, ab eadem phyſica cõpoſitione prodirent, tanquam formalitates nõ cõponibiles inter ſe, nec ordinabiles in ratione actus, & potentiæ; licet tolleretur metaphyſica cõpoſitio, at nõ realis ea identitas, quæ his gradibus ab vnitate phyſici principij accedit.

2. Corollarium identica cõiũctio inter extrema diſtinctionis formalis nõ petitur ex eo, quòd cõponantur inter ſe.

3. Corollarium. Quæ formaliter ex natura rei diſſident, nec diuinitus ſeparari valent.

11 Tertiò infertur; quòd ea, quæ ſolùm formaliter ex natura rei diſſident, nec de abſoluta Dei potentia ſeparari queunt; etiam non mutua ſeparatione. Quia cùm extrema huius diſtinctionis, licet exiſtant in ſe, ideſt in tertio phyſicæ identitatis, in quo copulantur; non tamẽ exiſtant à ſe, ideſt referant diſtinctã actualitatis, ſeu exiſtẽtiæ formã; fit inde, vt nec diuinitùs vna formalitas ab altera ſeparari poſsit, etiã non mutua ſeparatione; qualiter in modaliter diſtinctis, poteſt entitas, ſine modo ſubſiſtere, eſto quòd modus ſine re ſuperſtes eſſe nequeat. Quia nec animal poteſt à rationali, nec è contra rationale ab animali ſeparari; eòquòd neuter gradus propriã exiſtentiam nanciſcatur ab exiſtentia alterius gradus condiſtinctam, quæ ſupereſſe queat, alio gradu deſtructo.

Conſectariũ de latitudine diſtinctionis ante intellectum; quæ ſit maior?

12 Ex quo tãdẽ habetur latitudo diſtinctionis realis, prout ambit diſtinctionẽ realẽ, ſeu entitatiuã, quæ etiã dicitur diſtinctio rei, à re; & diſtinctionẽ modalẽ; & diſtinctionẽ formalẽ ex natura rei; quæ nimirũ ex his trib⁹ diſtinctionibus, quę functionẽ intellect⁹ precedũt, maior diſtinctio cẽſeri debeat? Altrnim⁹ enim, diſtinctionẽ rei, à re, ſeu entitatis, ab entitate, cæteris maiorẽ eſſe; eòquòd admittat ſeparationẽ mutuã, ſaltim de abſoluta Dei potẽtia: diſtinctionẽ verò modalẽ, quę nõ mutuã tãtũ ſeparationẽ patitur, entitatis nimirũ à modo, ſed nõ è cõtra modi ab entitate; maiorẽ eſſe diſtin-

ctione formali, quæ nullam extremorũ ſeparationem ſuſtinere poteſt; vnde inter omnes diſtinctiones, quæ dantur ante operationem mentis, minima aſtruitur. Quæ intelligenda ſunt de diſtinctione formali, ſi ſecundùm ſe ſola ſpectetur, quia quando reali diſtinctioni adiungitur, vt videre eſt in gradu huius entitatis, ad gradum alterius, relato; in gradu ſcilicet animalitatis Petri, & gradu rationalitatis Pauli, mutua etiam ſeparatio interſt, vt perſpicuum eſt.

Scoti ſententia optimis rationibus firmata; vbi variæ occupantur fugæ recentiorum.

Aſſertio.

13 Dicendum primò; dari diſtinctionem formalem ex natura rei, quæ intercedit inter gradus metaphyſicos eiuſdẽ entitatis, in qua idẽtificantur realiter; ſalua diſcretione quidditatiuæ rationis cuiuslibet formalitatis. Sic cum Scoto numerola Doctorum corona, quam citauimus *in 1. controu. art. 6. n. marg. 12.* Et probatur efficaciſsimis rationibus.

Probatur 1. quòd gradus generis à parte rei non ſit ſe formaliter, aut quidditate differentiarum.

Quia, aut rationale, verbi gratia, eſt de eſſentia animalis à parte rei; aut non eſt de eſſentia animalis à parte rei; nec enim datur mediũ inter contradictorias iſtas. Si rationale non eſt de eſſentia animalis à parte rei; ergo ſtante identica cõiunctione, quæ iſtis gradibus metaphyſicis accedit ab idẽtitate phyſicæ cõpoſitionis, à qua accipiũtur; poſsibilis eſt diſtinctio alia ante intellectũ minor diſtinctione reali; cùm iſtorum graduum realem identitatem ſecum compatiatur.

Aut rationale ante cõſiderationẽ intellectus eſt de eſſentia animalis; quod eſſe falſum ſic expendo. Si rationalitas à parte rei eſſet de quidditate animalitatis, quæ eſt in Petro, ita inhibilitas eſſet de eſſentia animalitatis, quæ eſt in equo. cũ eadẽ ſit vtriuſque ratio; ac proinde omnes generici gradus eſſent eſſentialiter imbibiti à parte rei in ſuis differentijs, & cũ illis quidditatiuè permixti: ergo impoſsibile eſſet, gradus genericos, & conuenientiæ, vi actionis præciſiuæ, vnũ quidobiectiuũ fieri. Conſequentia apparet; quia quò gradus conuenientiæ eſſentialiter permiſcerentur cum differentialibus, qui quidditatiuam pluralitatẽ, & inæqualitatem conſtituunt, eò eſſentialem inæqualitatem referrent. Atqui gradus inæquales eſſentialiter nequeũt per actionem præciſiuam colligi ad vnitatem conceptus; cùm illud, quod eſſentialiter eſt aliud, & aliud à parte rei, non poſsit per abſtractionem ità à quidditatiua inæqualitate depurari, vt in vnam rationem obiectiuam coeat. Ideò enim à differentijs, vt differentiæ ſunt, nequit præſcindi vna ratio obiectiua, quia à parte rei referunt eſſentialẽ diſcretionẽ, & inæqualitatem: cùm ergo differentiæ iſtæ eſſentialiter imbibantur à parte rei in gradibus, quos contrahunt; fiet, vt conſtituant illos quidditatiuè inæquales; ac proinde non counibiles per actionem abſtractiuam ad vnitatẽ cõceptus.

Confirmatur.

14 Tum etiam; quia ideò inæqualitas differentiarum non tollit vniuocationem gradus generici in communi ſententia, quia non attinet ad quidditatiuã rationem generici gradus; ergo ècontra, ſi differentiæ ſpectant ad eſſentiã formalitatis genericæ à parte rei; tollent quidditatiuam æqualitatem, & conuenientiam illius.

Effugium.

Dices; ſufficere virtualem diſtinctionem, quæ intereſt inter gradum genericum, & differentialem; vt inæqualitas differentiarum non obſtet vnitati conceptus, quæ gradibus conuenientiæ, vi abſtractionis, accedit.

Præcluditur in prædicatis tràſcendentibus.

Sed contra ſic: ſequeretur, gradum entis præſcindi poſſe à ſuis modis; quod eſt contra communem Thomiſtarum ſententiam. Sequela expenditur; quia, ideò ratio entis, quæ eſt in ſubſtantia, non poteſt trahi ad vnitatem conceptus cum ratione entis, quæ eſt in accidẽti; quia ens in ſubſtantia eſt de quidditate perfectionis ante intellectum, & ens in accidenti etiam eſt de formali ratione inalietatis ante intellectum: ergo ſimiliter, ſi animal eſt de quidditate rationalitatis in homine ante intellectum, & inhibilitatis in equo, repugnabit illi vnicum conceptum ſortiri.

Inſiſtitur præcluſioni effugij.

15 Vel à contrario ſic duco rationẽ: ideò animal trahi poteſt ad vnã rationẽ ſimpliciter ſuis inferioribꝰ cõmunẽ, eſto quòd à parte rei in ſuis differentijs eſſentialiter imbibatur; quia virtualiter, ſeu per æquiualẽtiã ab illis ſecernitur. Sed ſimi-

ſimiliter ens per æquialētiam differt à ſuis modis perfeitate, nimirū, & inalietate; quia ens, & perfeitas in ſubſtantia ſunt multa virtualiter: cùm ens ſit fundamentū quidditatiuæ conueniētiæ cū accidēti, perfeitas verò fundamētū eſſentialis diſcōuenientiæ. Ergo ſi virtualis diſtinctio præſtat, vt præſcindi queat gradus cōueniētiæ ab illis differētijs, in quibus ante intellectū eſſentialiter imbibitur; etiam ratio entis à ſuis modis abſtrahi poſſet.

Reſpōſio aduerſariorum.

16 Reſpōdebis forſan; nō eò nō præſcindi rationē entis à ſuis modis, quòd à parte rei eſſentialiter in modis imbibatur; ſed quia ratio obiectiuæ entis tranſcendat rationes obiectiuas modorum.

Refellitur 1.

Cōtra: tranſcēdētia obiectiua fictitia nō eſt, ac proinde præmittit fundamētū in re ipſâ; ſed hoc fundamētū ex parte rei aliud nō eſt, quā quidditatiua tranſcēdentia à parte rei entis in ſuis modis. Ergo illa, quæ à parte rei quidditatiuè ſe tranſcendunt cum virtuali diſtinctione, poſſunt eſſe fundamētū tranſcēdētiæ obiectiuæ; atque adeò gradus generici, & differentiales, qui ſunt eadē quidditas à parte rei, etiam obiectiuam tranſcendentiam referrent; quod eſt abſurdum.

Item & 2.

Præterea; quòd hæc tranſcēdētia obiectiua entis in ſuis modis (inquātū modi exprimunt pluralitatē ſub gradu entis, ſiue rationē differendi; & ens, vt ens, refert rationē vnitatis, & cōueniētiæ,) nō eſt tranſcēdētia obiectiua explicita, ſed ſolū implicita; aliàs idē explicitus cōceptus eſſet ratio differēdi, & cōueniēdi, eſsētialiter, quod eſt implicatorium. Si verò ſola trāſcēdētia implicita aſtruatur inter ens, & ſuos modos, æqualis trāſcēdētia etiā intercedit inter cōceptum genericum, & differentialem; verbi gratia, inter animal, & rationale; vt liquet ex ſequenti, *num.* 18.

Confirmatur vltra extranſcendentia entis in ſuis modis.

17 Confirmatur propoſita ratio: ſequeretur, quòd idē omnino aſtrueretur præciſionis fundamentū in latiſſimo, ac analogo gradu entis; quod in vniuocis prædicatis cōſtituitur. Quia ideò in communi Thomiſtarū ſententia, repugnat, rationem entis vniuocè præſcindi, quiæ in ſuis modis differentialibus eſſentialiter imbibitur. At idē prorſus fundamentum præciſionis aſſeritur in alijs genericis gradibus, ex hypotheſi quòd ante intellectū, ſuarū differentiarum quidditatem tranſcendant: igitur repugnabit, illos à ſuis inferioribus abſtrahi ad vniuocam conceptus vnitatem.

Inſtatur ex tranſcendētia implicita gradus generici in gradu differentiale.

18 Adde; quòd, ſicut ratio entis implicitè claudit modos differētiales, verbi gratia, gradus eſſendi, qui eſt in ſuſtātia, ambit per implicitā tranſcēdētiā rationē perfeitatis, quæ eſt cōceptus differētialis; ita ratio animalis, quæ à cōpoſitione corporis, & animæ rationalis accipitur, etiā tranſcēdit implicitè rationalitatis gradū; ſiquidē animal ex anima rationali, vt ex formali cōcauſa phyſica, cōintegratur. Atqui, ſola diſcretio explicita animalitatis, & rationalitatis, præſtat, vt ratio animalis ſeparari queat intelligibiliter à gradu rationalitatis, qui eſt conceptus differētialis: igitur, & ob ſolā etiā diſcretionē explicitā, præſcindi poterit ad vniuocam rationem obiectiuā, gradus entis, & intelligibiliter ſeparari à conceptu differentiali perfeitatis, eſto quòd illum implicitè tranſcendat.

Vrgetur ratio; quæ eſt diſtinctio entis à ſuis modis non ſit rationis ratiocinātis.

19 Quod ſi vlteriùs vrgeo: diſtinctio entis à ſuis modis perfeitate, & inalietate, nō eſt diſtinctio, quę eūdē omnino obiectiuū cōceptū afficiat, prout tātū induit diſcretionē habitudinis actus qualificātis, & potētiæ qualificabilis; aliàs enim diſtinctio entis à ſuis modis ſolùm eſſet rationis ratiocinātis, qualis intereſt inter Petrū, & hunc hominē, prout ſubſternitur extrinſecis habitudinibus materiæ, & formæ prædicationis; vt alibi expēſum eſt. Igitur, cū ens inferat relationē eſſentialis cōueniētiæ, quā entis eſt, & eſſentialis diſcōuenientiæ, quā trahitur ad eſſe per ſe; aſſerēdū eſt, reperiri fundamētū ex parte rei, vt diſtinctæ rationes obiectiuæ exprimātur. Sed hoc fundamētū eſt implicita tranſcēdētia gradus cōueniētiæ, & differētiæ, cū pluralitate virtuali; igitur cū gradus generici, & differētiales, eādē implicitā tranſcēdētiā, & virtualē pluralitatē nanciſcantur; fiet, vt ad vniuocam rationem obiectiuā generici gradus abſtrahi neque at, ſi ratio entis vniuocam rationem obiectiuam ſortiri non poſſit.

Fuga recentiorum.

20 Mihi ita in oppoſitā ſententiā agētiali quādo à cōcertāte reſpōſū eſt; ideò gradū animalis ſeparari poſſe à gradu rationalitatis, ad vniuocā cōceptus rationē, nō verò gradū entis ab actu perfeitatis; eò quòd intellectus fundamētū præciſionis vniuocæ in gradibus animalitatis, & rationalitatis, reperiat, diuerſas nimirum operationes his gradibus reſpon-

pondentes, cum animali sensatio deferatur, & rationalitati discursus; quia verò in communissimo entis conceptu, & modis eius, intellectus non reperit diuersarum operationum fundamentum, ideò gradum entis vniuocè non præscindit.

Occupatio fuga.

21 Quod effugium ita occlusi: quia quando animal, & rationale asseruntur distinctarum operationum principia, tũm proceditur secundùm attributionem, & accommodationem quamdam; quatenus, licet operatio sensitiua ab animali per rationalitatem contracto procedat, tribuitur tamen ab intellectu ipsi animali, quòd animal est, eòquòd operationes istas cum alijs brutis communes sortiatur; quod idem autumamus de operationibus discursiuis respectu rationalitatis. Quo supposito sic instruo rationem: etiam abstractissimo entis conceptui per accommodationem defertur diuersus effectus ab his, qui minùs abstractis prædicatis tribuuntur. Verbi gratia, in generatione ignis, existentia ignis producti tribuitur igni generanti, inquantùm ens est; cùm enim existentia sit modus entis actualis, quà actuale est in tota latitudine illius, deferri non debet agenti, seu principio, secundùm aliquam magis contractam rationem. Sicut quia sensatio est operatio communis animali in tota potentialitate, & vniuersalitate sua; non accommodatur ipsi inquantùm contracto per aliquam differẽtiam. Deinde specifica ratio ignis defertur generanti secundùm rationem etiam particularem, & contractam ignis: igitur idem iudicium fieri debet quantùm ad accommodationem diuersarum operationum, à quibus conceptuum abstractionem auspicamur, de ente ad sua inferiora relato, ac de quolibet alio genere per proprias differentias contracto.

Responsio lia.

22 Cæterùm; nostris probationibus obijci potest; eas non agere, nisi contra illam Thomistarum sententiam, quæ astruit, propter transcendentiam entis in suis modis differentialibus, ab illis haud quaquam præscindi posse; quod placitũ tuetur Vazquez, *tom. 1. in 1. part. disp. 22. cap 5. num. marg. 10.* non tamen perstringere eos, qui conceptum præcisum entis constituunt, cum Soarez, *1. tomo suæ metaph. disp. 2. sect. 2. n. marg. 14.*

Vazquius.

oarius.

'idetur sponsio.

Sed contra hoc est: quòd Franciscus Soarez, & alij Thomistæ, qui præcisum entis conceptum asseuerant, omnino inficiantur eum vniuocum esse; atqui huius analogiæ nulla alia ratio esse potest, nisi quidditatiua transcendentia ex natura rei in modis differentialibus: igitur cùm omnes rationes genericæ essentialiter permixtæ sint cum proprijs differentijs ante intellectum; fieret, vt nullæ rationes genericæ ad vnitatem conceptus vniuoci colligi possent, quod est absurdum.

23 Sed dices cum Soarez, *tom. 1 suæ metaph. disp. 2. sect. 2. n. marg. 34. in fine.* Analogiam entis positam non esse in hoc, quòd à parte rei gradus cõueniẽtiæ admixtus sit modis differentialibus; sed in hoc, quòd ipsã potius ratio obiectiua, & præcisa entis inæqualem referat attributionẽ ad suos modos, eòquòd per priorẽ respiciat perfectatem, quam inalietatẽ.

Occursus ex Soario.

Excutitur.

Sed contra: data præcisione entis à suis modis; etiã omnino cõuellitur habitudo ordinis ad substãtiam, & accidens. Quia implicat, quod cõcipiatur respectus inclinationis, seu terminationis entis per prius ad perfectatem, & posterius ad inalietatem; omnino remotis, seu præcisis terminis talis analogiæ, vel habitudinis. Sed per actionem præcisiuam, qua substantia, & accidens, colligũtur ad omnimodam vnitatem conceptus, separantur intelligibiliter modi plurificantes, qui sunt termini analogicæ habitudinis secundùm rationem prioris, & posterioris terminationis; igitur, & remouetur ipsa habitudo analogica, ac proinde relinqueretur conceptus entis omnino vnus, atq; adeò, & vniuocus. Quia actio præcisiua, eo ipso quòd depurat, ac denudat gradũ entis à differẽtialibus modis illũ inæqualiter multiplicantibus, necessariò excludit ipsos terminos habitudinis inæqualitatis, atque adeò, & ipsam habitudinem; cùm implicet à nobis habitudinem concipi, extremo suæ terminationis non apprehenso.

24 Secũda ratio sit ex doctrina Scoti petita; qui *in 1. dist. 8. q. 4. §. ad argumẽtũ principale, n. marg. 25.* docet, hoc interesse discriminis inter gradus cõpositionis entis creati ex vno extremo; & gradus, seu perfectiones cõstitutionis entis infiniti, ex alio extremo: quòd de essentia gradus compositionis entis creati, verbi gratia, animalitatis non sit exigere rationalitatem per identitatem à parte rei; vnde prouenit, vt cõcept' ani-

2. Rationis nostræ assertionis. Scotus.

ma-

malitatis sit potentialis respectu rationalitatis. Quod è contra fit in gradibus, & proprietatibus diuinæ naturæ, quæ quia formaliter illimitatæ sunt, ita inter se distinguuntur formaliter ex natura rei; vt de essentia huius proprietatis sit nanciſci per identicam coniunctionem aliam proprietatem, à qua formaliter condistinguitur; vt latiùs *in controuers. 1. art. 5.* exaratum est, *à num. marg. 14. vsquè ad 27.*

Gradus genericus formaliter distidet à gradu differentiali ex natura rei, quia à conceptu quidditatiuo nõ vẽdicat realiter identificari cum tali differẽtia.

Quo supposito sic argumentor; de essentia animalitatis à parte rei non est sibi rationalitatem ascisceere per identicam coniunctionem; cùm realis identitas, quæ istis gradibus ab vnitate physicæ compositionis accedit, illis materialis sit, non tamen à quidditatiuis harum formalitatum rationibus petita. Quod vel ex eo perspicuum est, quòd animal refert saltim negatiuam indifferentiam, vt oppositis differentijs componi queat; quod manifestè aperit, non esse de quidditate animalis gradum rationalitatis, etiam ex natura rei. Ideò enim Deitas concipi non potest sub opposito proprietatis illius, cui per realem identitatem coniungitur; nec enim apprehendi valet sub insciti̇a opposita sapiẽtiæ, nec sub iniustitia opposita affectui iustitiæ; quia esto quòd Deitas à suis proprietatibus formaliter ex natura rei dissideat, est tamen de quidditatiuo Deitatis conceptu eas sibi proprietates per identicam coniunctionem ascisceere, à quibus formaliter ex natura rei differt. Atqui gradus omnes conueniẽtiæ entis creati, ita per identicam coniunctionem proprijs differentijs copulantur, vt negatiuam saltim indeterminationem sortiantur, adhoc, vt oppositis differentijs componi; vel saltim sub contrarijs differentijs concipi queant. Verbi gratia, animalitas, quæ ab homine abstrahitur, sub actu irrationalitatis apprehendi valet; ergo de quidditate animalis, etiã ex natura rei, non est gradus differentialis rationalitatis.

3. Ratio ex impermixtione quidditatiua coordinatiũ prædicamentaliũ

25 Tertiam probationem aggredior, ex communi grauium Doctorum sententia astruente, actionem, & passionem, realiter inter se nõ dissidere, sicut nec relationem, & fundamẽtum; hac igitur sententia suppositа, talis ratio formari potest. Actio & passio, relatio, & fundamentum, licet realiter identificentur inter se, non sunt essentialiter idẽ ante mentis functionem; ergo cũ reali idẽtitate possibilis est quidditatiua discretio rationum, quæ ideò formalis distinctio asseritur, quatenùs forma exprimit quidditatem rei. Antecedens probatur quia si identica coniunctio præueniret distinctionem illorum graduum, seu rationum, quæ in eamdem coincidunt entitatem; fieret, vt prædicamenta eò præcisè essent essentialiter permixta, quò realiter, & materialiter identificarentur; atque adeò, quod omnes illæ rationes, quæ realiter identificantur inter se, vi identicæ coniunctionis præcisè, quidditatiuam transcendentiam ante intellectus operationem adirent; quod est apertè falsum. Cùm realis identitas materialiter, & concomitanter accidat illis rationibus, quæ in eamdem conueniunt entitatem; actio enim, & passio, quidditatiuo, & proprio conceptu spectato, non identificantur, cũ potius sint formæ quasi inter se oppositæ; vnde expensa quidditate actionis, illi non contradiceret realis à passione discretio. Atqui quidditatiua transcendentia graduum essendi petenda est à proprijs, & formalibus conceptibus illarum rationum, quæ se imbibunt; igitur ex identica coniunctione, quæ materialiter se habet ad rationes in eamdem entitatẽ cõueniẽtes, nõ colligitur idẽtificatio essentialis harũ formarũ ante mentis operationem; ac proinde cum materiali, & idẽtica coniunctione distinctio quidditatiua, & formalis astruenda est.

Nequit dari discretio formalis nõ mutua contra aliquos Scotizãtes.

Vltimò cõtra Scotizãtes aliquos, vel id nobis restat obseruãdũ; quòd dari nequeat distinctio formalis ex natura rei nõ mutua; ita vt alterũ coextremũ formaliter ex natura rei secernatur ab alio coextremo; nõ tamẽ è cõtra, hoc coextremũ ab alio. Qua ratione cẽsent, quòd licet inferius dissideat formaliter ex natura rei à superiori, verbi gratia, homo ab animali; sed nõ versa vice animal ab homine; cũ animal sit de quidditate hominis, de quo dicitur in primo modo dicẽdi per se; & quod imbibitur in quidditate rei, nequeat ab illa formaliter secerni.

At hæc nullatenus sustinenda æstimo; quia, licet detur discretio formalis adæquata, quando nimirum nihil vnius coextremi attinet ad rationẽ alterius; vt constat in cõpartibus metaphysicæ cõpositionis, quarũ altera nõ est ra-

tio ſuperior eſſentialiter imbibita in quidditate alterius; vt apparet in gradu animalitatis relato ad differentiam rationalitatis contrahentem gradum genericum. In quo ſenſu diſtinctio inferioris à ſuperiori eſt inadæquata: eòquòd homo non diſſideat formaliter ab animali ſecundùm adæquatam rationem, vel quoad omnes gradus ſuæ conſtitutionis metaphyſicæ; cùm animal non diſtinguatur ab homine, quà animal eſt, ſed quà addit gradum rationalitatis. Verùm licet diſtinctio inferioris à ſuperiori inadæquata ſit vel inferius quoad omnem gradũ in inferioris quidditate imbibitũ, non differat formaliter ex natura rei à ſuperiori; non valet ab illo non ſecerni mutua diſtinctione; eſto quòd inferius quoad omnes gradus ſuæ conſtitutionis non ſit extra quidditatiuam rationem ſuperioris. Qua enim ratione fieri valet, vt ſi rationalitas diſtinguatur ex natura rei ab animali; homo etiam, vt claudens rationalitatem, ab animali nõ diſſideat ex natura rei? attamen non adæquata excluſione, ſed inadæquata ea, quæ intercedit inter includens, & incluſum. Vt liquet etiam in phyſicis; quia homo, licet eſſentialiter claudat animam, ab illa tamen realiter ſecernitur, tanquam includens ab incluſo; non ſecundùm adæquatam rationem ſui, (nec enim diſtinguitur ab anima, prout includit animam) ſed quatenus addit corpus.

Aſſertio 1. diſtribuens diſtinctionẽ ante intellectum in totò ſuo ambitu.

26 Dicendum ſecundo; diſtinctionem realem adæquatè diſtribui, *in realẽ, modalem; & formalem.* Quæ aſſertio ex ſuppoſitis perſpicua eſt: quia ſicut negatio, vt ſic partitur, in negationem particulariter dictam, quæ ſui ſuperioris vocem retinet propter nominum inopiã; & in priuationem. Ita diſtinctio realis ſecatur, in realem illam diſtinctionem, quæ intereſt inter extrema, quæ, aut non ſunt gradus metaphyſici eiuſdem entitatis; aut non comparantur vt res, & modus illius; quæ diſtinctio, vel propter inopiam nominum, vel quia maior eſt inter cæteras reales diſtinctiones, ſui ſuperioris nomen retinet, diſtinctio realis ſimpliciter appellata. Et in diſtinctionẽ modalem, quæ verſatur inter modum, & entitatem eius, cui per ſuam eſſentiam modalis forma componitur; & in diſtinctionem formalem, quæ poſita eſt inter metaphyſicas rationes, ſeu prædicata eiuſdem entitatis. Quæ diſtinctio non appellatur realis, eòquòd non ſit actualis ex natura rei; ſed vt conſtituatur diſcrimen inter diſtinctionem iſtam, cuius extrema ab eadem entitate phyſica accipiuntur, in qua ſicut in communi tertio realiter identificantur, & exiſtunt; & inter alias diſtinctiones reales, quarum extrema referunt actualitatem exiſtentiæ à ſe, & in ſe; ſeu quod eodem redit, ſortiuntur diſtinctam exiſtentiam.

Diſtinctio inter intellectum partitur adæquatè, in diſtinctionẽ realem; modalem; & formalem ex natura rei.

Infringũtur aduerſariorum fundamenta contra diſtinctionem formalem Scoti.

27 REſtat diſquirere: quid põderis ſortiantur oppoſitæ rationes, quibus commoti aduerſarij Scoti placitum pro commento habitum irridere oblatrant. Quare ad primum argumentum dicimus; Scotum huius ſententiæ authorem illam ex Ariſtotelis fontibus hauſiſſe, qui ſæpe ſæpius diſtinctionem rationis inſinuauit; non ita contractè acceptam, vt à Thomiſtis ſumitur pro diſtinctione ab actu intellectus petita; ſed in ea vocis latitudine, quæ quidditatem rei, etiam exprimat. Quod euidenter aperitur *ex 1. phyſic. cap. 2. text. 21.* vbi expreſsè docet Ariſtoteles; *album, & muſicum, & alia quæuis concreta eſſe vnumquid ſubiecto, ratione autem diuerſa*; vbi ratio, vt luce clarius conſtat, non indicat diſcretionẽ intellectus; cùm concreta à ſuis ſubiectis realiter diſſideant, ſicut totũ à parte; ſed exprimit quidditatiuam, & eſſentialem diſtinctionem. *Et 1. phyſic. cap. 7. text. 6.* & alib. ſæpe, docet; *non entia ratione diſtingui ab ente, immo etiã ſpecie.* Cùm igitur perſpicuum ſit, negationes, quæ ante intellectum exiſtunt, per non identitatem realem à ſuis poſitiuis diſtare; ly *ratio* pro diſtinctione intellectus accipienda non eſt, ſed pro quidditatiua, & eſſentiali diuerſitate; quæ ideò diſtinctio formalitatum, ſeu formalium rationum ab Scoto dicta eſt; vt huius vocis, *ratio*, ambiguitas vitetur, dum ratio formalis nil aliud exprimit, quàm

Ad primum.

Ad 1. arg.

Scotus ſequutus Ariſtotelem in tradendadiſtinctione formali.

Quid ſonet ratio in phraſi Ariſtotelis?

quiddi-

Ille potens sui
Lætusque deget, cui licet in diem
Dixisse, Vixi: cras vel atra
Nube polum pater occupato,
Vel sole puro: non tamen irritum
Quodcunque retro est efficiet, neque
Diffinget, infectumque reddet,
Quod fugiens semel hora vexit.

Fortuna sævo læta negotio, & 30
Ludum insolentem ludere pertinax,
Transmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc alii benigna.
Laudo manentem: si celeres quatit
Pennas, resigno quæ dedit, & mea 35
Virtute me involvo, probamque
Pauperiem sine dote quæro.

Non est meum, si mugiat Africis
Malus procellis, ad miseras preces
Decurrere, & votis pacisci, 40
Ne Cypriæ Tyriæque merces
Addant avaro divitias mari:
Tunc me biremis præsidio scaphæ
Tutum per Ægæos tumultus
Aura feret geminusque Pollux. 45

Vides, ut alta stet nive candidum
Soracte, nec jam sustineant onus
Silvæ laborantes, geluque
Flumina constiterint acuto?
Dissolve frigus, ligna super foco 50
Large reponens: atque benignius
Deprome quadrimum Sabina,
O Thaliarche, merum diota.

Permitte divis cætera: qui simul
Stravere ventis æquora, ocyor 55
Ne feratur cupressus, nec
Ornus, humum, neque pinifer.
Scis, quid paremus: quæ sit Nobis, quæ Sidoni turbidus Hermus
Quæ Tyrio bibatur arce.
Quid moveat Cinarae Calaber Hydaspes. 60

Omitte mirari beatæ
Fumum & opes strepitumque Romæ.
Plerumque gratæ divitibus vices,
Mundæque parvo sub lare pauperum
Cœnæ sine aulæis & ostro 65
Sollicitam explicuere frontem.

Quo pinus ingens albaque populus
Umbram hospitalem consociare amant
Ramis? quid obliquo laborat
Lympha fugax trepidare rivo? 70
Huc vina & unguenta, & nimium brevis
Flores amœnæ ferre jube rosæ,
Dum res & ætas & sororum
Fila trium patiuntur atra.

Cedes coemptis saltibus & domo, 75
Villaque, flavus quam Tiberis lavit:
Cedes, & exstructis in altum
Divitiis potietur hæres.
Divesne prisco natus ab Inachi,
Justumve, & ducit origine Tantalum, 80
Laudabit, an pauper, adscriptivi
Militis ac penetrabit agmen?

Sectabor usque, scilicet arduæ
Per præceps Aquilæ, seu nova consilia
Et spes fugacis temptet Austri: 85
Non ego te meis chartis inornatum
Silebo, totus noster eris mihi.

CONTROVERSIA TERTIA
DE VERITATE DEI IN ESSENDO.

Nexus, & series tractatuum.

NON expendimus in præſenti veritatem, ſeu veracitatem Dei in dicendo; cùm hæc *ad 3. ſentent.* ad materiam de fide attineat; ſed ſolam veritatem in eſſendo inueſtigamus, quæ Deo congruit, inquantùm cum creaturis in abſtractiſsima entis ratione colligitur. Et quoad doctrinæ ſeriem, non eò prius de veritate, quàm de bonitate Dei agimus, quò priorem, Deitatiquè viciniorem ipſam veritatem autumemus; cùm bonitatem ab ipſomet quidditatiuo Deitatis conceptu non ſecernat grauium Theologorum ſententia, de qua *in controuerſia ſequenti.* Priorem verò locum veritati deferimus, eòquòd ſit ratio formalis obiecti intellectus; bonitas verò ratio motiua, & ſpecificatiua impulſus; & intellectus appetitiuam facultatem ordine doctrinæ anteeat, eſto quòd a voluntatis actualitate, & præſtantia, apud Scotum, ſuperetur.

Cur prius de veritate quàm bonitate?

Verum ſub ratione veri immutat intentionaliter mentem creatam.

Cùm autem autumamus, veritatem eſſe rationem formalem obiecti intellectus, non loquimur de ratione formali terminandi, ſed de ratione formali intentionaliter immutandi mentem creatam: de quo *in fine art. 1. huius controuerſiæ digreſsionem facimus*, Scoti ſenſum ſeriò inueſtigantes. Licet enim ens ſub ratione entis exprimat rationem formalem terminatiuam obiecti intellectus: at ſub ratione veri importat rationem formalem immutandi mentem creatam per influxum intentionalem.

ANTONIVS
Augustinus Archiepiscopus Tarraconensis.

LIBER PRIMVS.

TITVLVS I.

De Iudicio, & Clericis non iudicandis coram Laicis.

1. Clericus non debet in causis ciuilibus coram Laico iudicio conueniri.
2. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
3. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
4. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
5. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
6. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
7. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
8. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
9. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
10. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
11. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
12. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
13. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
14. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
15. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
16. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
17. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
18. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
19. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
20. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
21. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
22. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
23. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
24. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
25. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
26. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
27. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
28. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
29. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
30. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
31. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
32. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
33. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
34. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
35. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
36. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
37. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
38. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
39. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
40. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
41. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
42. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
43. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
44. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
45. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
46. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
47. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
48. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
49. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
50. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
51. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
52. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
53. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
54. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
55. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
56. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
57. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
58. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
59. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
60. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
61. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
62. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
63. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
64. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
65. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
66. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
67. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
68. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
69. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
70. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
71. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
72. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
73. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
74. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
75. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
76. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
77. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
78. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
79. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
80. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
81. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
82. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
83. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
84. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
85. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
86. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
87. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
88. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
89. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
90. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
91. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
92. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
93. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
94. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
95. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
96. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
97. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
98. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
99. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.
100. Clericus non debet in causis criminalibus coram Laico iudicio conueniri.

gregationis rationem, & depurationem ab omni extraneo, poſitione, & priuatione. Res enim, cui in eſſendo nulla res eſt annexa, nec aliqua diminutio naturæ ſuæ eſt ſibi annexa, nec eſt poſsibilis annecti, eſt vera in ſummo, & talis eſt natura Deitatis. Vnde Deitas eſt quid veriſsimum, propter omnimodam ſinceritatem, quia nihil eſt, niſi Deitas ſincera, & pura, ſegregata ab omni alio; conſequenter verò quidditas rerum poſita in effecognito, dicitur rei veritas, quoniam accipitur præcisè abſque omni extraneo.

Analogia veritatis, & vnitatis apud Aureolum.

3 *Sic ergo intelligendum eſt de veritate, ſicut de vnitate, vt dicit Philoſophus* 10. Metaph. *vnitas namque cum conſiſtat in indiuiſibili, non poteſt reperiri ſubſiſtēs ſecūdū rationē indiuiſionis; quia pura priuatio ſubſiſtere non poteſt.*

Quid de veritate Dei, ex Aureolo?

Inuenitur ergo ſemper in aliquo ſubſtrato, & in quolibet genere reperitur aliquod ſummè indiuiſum, quod eſt menſura aliorum. Vnde & in genere ſubſtātiæ illud indiuiſum eſt primus motor, ſiue primum principium, vt patet ibidem; conſimiliter ergo ſegregatio omnis extraneæ rationis ſubſiſtere non poteſt, cū ſit pura negatio, propter quod reperitur ſemper in aliquo ſubſtrato. Illa ergo ſegregatiſsima ab omni ratione extranea, eſt veriſsima; & talis eſt ratio Deitatis, cui nihil extraneum miſceri poteſt, nec poſitiuum, nec priuatiuum. Vbi Aureolus veritatem Dei in ratione entis in negatiuo etiam conſtituit, ingeniosè quidem; cuncta enim magno acumine verſat Aureolus.

Refellitur Aureoli ſententia.

4 At licet obtineat Aureolus, verū in ea acceptione, quam vſurpat, nihil poſitiuum ſupra realem, & ratam eſſentiā præſeferre, quam hæ voces, *ens, & res,* referunt; diſplicet tamen, tum in hoc, quòd veram entis affectionem in mera negatione conſtituat; aliàs enim & diſtinctio, quam meram negationem aſſeuerauimus, etiā entis proprietas aſtruēda eſſet. Tum præterea; quòd Aureolus nouam metaphyſiciſque omnibus inuſitatam veritatis tranſcendentalis acceptionem obtrudere moliatur; quare nec illius rationes vrgent. Fatemur enim verum, vt ab Aureolo accipitur, ſolam negationem ſupra rationem entis addere; inficiamur tamen, eam eſſe acceptionem veri, quā entis affectio eſt.

Altera oppugnatio Aureoli.

Benè video, Aureolum cādidè admittere, diſtinctionem entis eſſe veram & adæquatam paſsionem illius; eòquod ſuſtineat, diſtinctionem non inferri ab vnitate, tanquam ab adæquato materiali, & ſubſtrato, ſed à qualibet conceptibilitate entis, quā talis eſt. Vt patet ex Aureoli pronuntiatis, quæ tranſcripſimus, ſupra *in controu. 2. in appendice metaph. de diſt. art. 1. ſub num. marg. 9.* At verò licet Aureolo ſuffragemur, quantùm ad materiale adæquatū diſtinctionis, quod non eſſe ſolam vnitatem entis aſſeuerauimus; illi tamen adhærere non poſſumus, quatenus diſtinctionem eſſe veram entis paſsionem pronuntiat; cùm nulla negatio ſit vera proprietas entis.

Gabrielis Vazquez placitum de ratione obiectiua veritatis tranſcendentalis, propoponitur, & expugnatur.

1. Opinio Vazquij, quòd veritas ſit affectio analogica.

5 SEcunda in hac re opinio autumat; veritatem tranſcendentalem eſſe quamdam entis affectionem analogicè à veritate iudicij petitam. Sic Vazquez *in 1. part. tom. 1. diſput. 77. c. 4. n. marg. 10.* pro ſe referens Durandum *in 1 diſtinct. 19. quæſt. 5.* & probatur.

1. Ratio Vazquij.

Primò: quia ſi res ab intrinſeco vera eſſet, talis veritas eſſet ſimplex extra intellectus compoſitionē, ſicut & illa res, cuius eſt affectio; at implicat, veritatem congruere rei ab intrinſeco extra compoſitionem intellectus; eòquòd rei etiā ab intrinſeco ineſſet falſitas, & non per aduentitiam denominationem ab intellectus iudicio prodeuntem, quatenus expēdit rem aliter quàm eſt. Cùm veritas & falſitas, opponantur contrariè; atque adeo circa idem ſubiectum verſari debeant. Atqui repugnat enti falſitas ab intrinſeco, cùm ſolùm illi congruat per denominationem à compoſitione intellectus petitam; ergo & ſimiliter veritas rei ab intrinſeco non ineſt, ſed per ſolam analogiam ad veritatem compoſitionis, & iudicij.

2. Ratio.

6 Secundò: quia veritas eſt proprietas entis in ſecundo modo perfectatis de omnibus inferioribus entis enuntia-

ta; ergo non poteſt eſſe aliquid intrinſecum enti, ſed mera quædam extrinſeca denominatio. Conſequentia aperitur; quia quidquid enti ab intrinſeco competit, refert quidditatiuum gradum eſſendi, cùm merum nihil non poſsit eſſe intrinſeca affectio poſitiui, & realis entis; at repugnat, quòd illud, quod eſſentialiter ſortitur explicitam rationem eſſendi, ſit proprietas entis; quia aliàs eadem ratio obiectiua, & explicita entis eſſet paſsio ſui ipſius: cũ igitur nil aliud ſubterfugere queat abſtractiſsimam entis realis latitudinem præter denominationem rationis; fiet, vt veritas in ſola denominatione extrinſeca conſtitui debeat.

Conuellitur placitum Vazquij.

7 Cæterùm; ſententia Vazquez nobis non probatur, vtpotequæ manifeſta hac ratione expugnetur. Nullæ denominationes ex his, quæ rebus deferuntur per analogiam, & attributionem ad aliud, conſtituuntur proprietates rerũm, de illis in vera ſcientia demonſtrabiles; aliàs enim ſcientificè, & preſsè analogica prati riſibilitas, proprietas illius aſſeuerari poſſet; aut ſanitas proprietas medicinæ; ergo veritas analogica, quæ ab aſſertione intellectus obiecto accedit, nequit eſſe propria affectio entis de illo in metaphyſica ſcientificè demonſtrabilis.

Euaſio.

Reſponderi poſſet ex Vazquez loco citato; quòd ens non ſortitur proprias, & riguroſas affectiones; ac proinde mirum non eſſe, quòd analogica veritatis denominatio, entis proprietas pronuntietur.

Occupatur.

Sed ſolutio iſta aliquot falſa inuoluere videtur; inprimis enim ſupponit, ens non habere propriàs paſsiones de ipſo in metaphyſica demonſtrabiles; quod eſt contra expreſsum teſtimonium Ariſtotelis, 4. *Metaph. cap. 3.* aſſerentis; *quòd ſicut linea, inquantùm linea, habet proprias paſsiones, & numerus, inquantùm numerus, ita ſunt aliquæ paſsiones entis, inquantùm ens.* Vnde etiam deducitur, tranſlatitias denominationes, pro veris paſsionibus ſcientificè de ſubſtrato demonſtrabilibus, habendas non eſſe; quod ſic diſcutio.

Ariſtoteles.

Quia aliud eſt, obiectum alicuius ſcientiæ ſortiri paſsiones rationis, quæ ſubſtrato ante mentis functionem nõ inſint; quòd non contradicit obiecto ſcientifici habitus, vt videre eſt in obiecto logicæ; aliud verò, proprietates eſſe tranſlatitias, & metaphoricas affectiones obiecti ſcibilis. Proprietates enim rationis, licet verum eſſe non referant, ſecundùm quod ens reale enti rationis opponitur; at ſunt propriæ paſsiones ſui obiecti in ea afficiendi ratione, quæ tali ſubſtrato rationis congruere queat, de quo demõſtrantur. Vt videre eſt in genere, & in prædicabilitate eius de multis differentibus ſpecie; hæc enim generis proprietas, licet illi non competat ante mentis negotiationem; at metaphorica, & tranſlatitia non eſt, ab ea nimirum prædicabilitatis forma, quæ alteri naturæ magis propriè inſit, accepta: quod & in alijs proprietatibus, quas logica de ſuo obiecto demonſtrat, perſpicuum eſt: ergo veritas, quæ eſt affectio entis in Metaphyſica demonſtrabilis, analogica denominatio aſſerenda non eſt.

8 Dices; quòd licet veritas rei, quoad vocis impoſitionem, exprimat analogiam, vtpotèquæ tranſlatitia ſit â veritate enuntiationis, & iudicij; quoad rem nihilominus ſignificatam per talem vocem aliquid proprium intrinſecum refert. Sicut licet ſanitas in medicina ſit quid tranſlatitium ſpectata ſignificatione vocis, quæ à ſanitate animalis accepta eſt; in re tamen, quæ ſanitatem efficit, ſignificat aliquam realem, & intrinſecã talis medicinæ proprietatem, ob quam habilis eſt ad præſtandam ſanitatem animali.

Occurſus pro Vazquio

Sed contra ſic: ſicut ſanitas non eſt aliquid diſtinctum in medicina ab illa virtute, quæ ſana dicitur; quo fit, vt ſi virtus illa ſanatiua ſpectaret ad eſſentiam potionis, verbi gratia, ſignificatam ſanitatis in ea hypotheſi, nil aliud eſſet, quàm ipſamet quidditas talis rei, intellige potionem, prout minus propriè, & per analogiam exprimitur. Ergo ſimiliter veritas rei, quæ eſt denominatio accedens enti à iudicio intellectus, (ſicut ſanitatis denominatio accedit ſãatiuæ potioni, ab intrinſeca animalis ſanitate, quam exhibet,) nihil aliud ſignificat præter ipſam entis quidditatem, prout metaphoricè accipitur; ita vt propriè ſignificetur per hæc nomina, *res*, & *ens*, tranſlatitiè verò per hanc vocem, *veritas*. Sicut virtus illa ſanatiua potionis exprimi poſſet preſsè, & proprie per aliquam vocem non metaphoricam; & tranſlatitiè per vocem ſa-

Refellitur efficaciter.

num, à ſanitate animalis, quam efficit, de ſumptam; cùm apud Vazquez idem iudicium ferri debeat de analogia veritatis entis, & ſanitatis medicinæ.

Vrgetur ratio contra analogicam proprietatis.

Conſequentia aperitur; quia ſicut ſignificatum huius vocis analogicæ, *ſanum*, nihil addit intrinſecæ virtuti medicatiuæ potionis, præter metaphoricam ſignificationem ſanatiuæ facultatis; quare, ſi talis virtus ſanandi eſſet de eſſentia potionis; translatitia, & analogica vocis impoſitio, in ea hypotheſi, exprimeret eſſentiam potionis, metaphoricè tamē; & non aliquam proprietatem, quæ eſſet extra quidditatiuum conceptum potionis ſanatiuæ. Ergo ſimiliter, ſi verum nihil addit ſupra ens præter denominationem, quæ à veritate conceptus analogicè trahitur; adhuc vrget inquiſitio, de ſignificato veritatis metaphoricæ, vtrum ſit ipſamet quidditas entis, prout minus propriè ſignificatur? Quod ſi aſtruatur, id omnino falſum eſt; cùm quidditas rei per translatitiam vocem expreſſa, non ſit ea obiecti affectio, quæ de illo in vera, & propria ſcientia, qualis eſt Metaphyſica, demonſtrari poſsit; vt clarius eſt, quàm probatione indigeat. Si autem aſſeratur ſignificatum huius metaphoricæ vocis, *veritas*, præferre aliquid extra quidditatiuum entis cōceptum; hoc eſt quod diſquirimus, quodnam illud ſit? & quod Vazquez aperire debuerat, ne præcipuum controuerſiæ inſtitutum præterire videretur.

Refelluntur fundamenta Gabrielis Vazquez.

Dilutio primæ oppoſitionis.

9 Nec difficile erit à rationibus, quæ opinationem Vazquez ſuadent, nos vel breuiter expedire. Ad primam dicimus; quamlibet veritatis rationem, eam cum falſitate oppoſitionem non gerere, vt neceſſariò circa idem ſubiectum verſari debeant; cùm ſimplici apprehenſioni propria veritas congruat, cui falſitas in eodem ſubiecto non opponatur. Quare, nec mirum erit tranſcendentalem, & intrinſecam veritatem enti deferre; eſtò quòd tranſcendentalis falſitas, ſeu falſitas rei, prout extra intellectum exiſtit, omnino impoſsibilis aſtruatur.

Item, & ſecundæ oppoſitionis pro Vazquio.

10 Ad ſecundam rationem reſpondetur; veritatem imbibere rationem entis in quale, ſeu per modum affectionis entis; non tamen tranſcendere gradum illum eſſendi, qui enuntiatur in quid de inferioribus entis, & qui adit cauſalitatem ſubſtrati reſpectu veritatis tranſcendentalis; vt latius exaratum relinquimus, *in controu. 2. art. 2. à num. marg. 23. vſque ad 25.*

Duæ aliæ opiniones recenſitæ, & refutatæ: quòd veritas, nec in denominatione extrinſeca poſita ſit; nec in relatione conformitatis ad ideas diuinas.

Tertia opinio aſtruit veritatem entis in extrinſeca denominatione poſitam.

11 VErùm enim verò; nec magis ad veritatem accedit tertia opinandi ratio, quæ aſſeuerat; cognoſcibilitatem, tàm actualem, quàm aptitudinalem, ipſi enti intrinſecam non eſſe; ſed à tendētia actuali, ſeu aptitudinali, cognitionis in obiectum trahi. Ita Petrus Hurtado *in ſua metaph. diſp. 7. ſect. 1. §. marg. 10.* Quare ab opinione Vazquez in hoc ſolùm diſſidere videtur; quòd licet cognoſcibilitatem entis extrinſecam denominationem conſtituat; eam tamen analogicam rei affectionem expreſsè non autumat. Quæ opinio probatur.

Petrus Hurtado.

1. Ratio, quòd cognoſcibilitas ſit denominatio extrinſeca.

Primo: quia ſicut actualis cognoſcibilitas, ſeu obiectum eſſe actu cognitum, eſt denominatio quædam extrinſecè adiacens ex actuali tendentia notitiæ in obiectum; ita pari ratione, ex eo quòd apprehenſio apta ſit, vt ad obiectum terminetur, etiam obiecto accedit potentialis cognoſcibilitas, ſeu aptitudo, vt obiectum terminet cognitionem; igitur denominationes actualis, & potētialis cognoſcibilitatis, aduentitiæ, & extrinſecæ ſunt ex actuali, & potentiali, intellectionis terminatione prodeuntes.

1. Ratio, quòd veritas rei non conſiſtat in vi intentionali ad immutandum intellectum

12 Secundò arguit Hurtado: quia aut obiectum induit rationem cognoſcibilitatis, qui præcisè terminatiuum eſt tendentiæ apprehenſionis in ipſum; & vt ſic ſolam extrinſecam denominationem importat. Cùm adeò extrinſeca ſit notitia ipſi obiecto, vt prorſus deſtructa vitali, & apprehenſiua potentia, nihil intrinſecæ perfectionis obiectiuæ decreſcat; nec enim intrinſecè immutaretur color, eoquòd viſiua facultas non eſſet perceptiua eius, & ſic de cæteris. Aut obiectum cognoſcibile aſtruitur, non quà præcisè

ter-

terminatiuum est conatus potentiæ in ipsum; sed quà immutatiuum est apprehensiuæ facultatis? Et quòd nec vt sic eam cognoscibilitatem referat, quæ adæquata entis proprietas constitui possit; ita suadet Hurtado. Quia si vis immutatiua potentiæ cognoscitiuæ esset ea cognoscibilitas, quæ adæquata entis proprietas asseritur; fieret, vt quodlibet ens respectu cuiuslibet apprehensionis, intelligibilem causalitatem adiret; ac proinde quòd color esset principium intelligibiliter immutatiuum Angeli ad productionem cognitionis coloris; quod est falsum.

Impugnatur placitū Hurtadi

13 Sed hæc non obstant, vt cognoscibilitas rei, quam ab ipsa veritate trãscendentali entis nullatenus secerni, infra ostendemus; in mera extrinseca denominatione constituatur. Fieri enim posset, vt ens reale, & ens rationis ad vnam cognoscibilitatis rationem colligi possent; cùm denominationes extrinsecæ, quæ ex actibus cognitionis emergũt, æqualiter afficiant ens verum, ac fictum; vt videre est in denominationibus genereitatis, specietatis, & cæteris: nec enim minus propriè denominatur chimæra cognita, cùm secundùm esse obiectiuum intuitum intellectus terminat, quàm homo, aut equus.

Refelluntur rationes oppositæ.

14 Nec operosum erit argumentationes Petri Hurtado euacuare; quas vno ictu infringimus. Adnotando, rationem cognoscibilitatis positam non esse in mera obiecti terminatione; quam nihil aliud importare, quàm denominationem ex tendentia notitiæ prodeuntem, ipsi Hurtado damus ingenuè. Asserimus tamen; adæquatam intrinsecamque cognoscibilitatis rationem in vi motiua, & facultate ad immutandum intellectum consistere; quam vim motiuam cuilibet rei, etiam minutissimæ; & modulo modicissimo, & imperfectissimo inesse asseueramus; vt ab ipso intelligibile semen, nimirum impressa species excidi queat, ad exprimendam cognitionem sui in quolibet intellectu creato. Quare colorem, & quodlibet aliud materiale accidens, vim inchoatam, & natiuam, præseferre, autumamus, ad intellectum Angeli immutandum; de quo latiùs in elucidatione propriæ sententiæ.

Quodlibet ens materiale inciscitur potestatem inchoatam ad immutandum intellectum per influxū intentionalem.

14 Quarta opinio; asserit, veritatem entis essentialiter consistere in relatione conformitatis ad ideas diuinas.

Quarta opinio quod veritas transcendentalis consistat in habitudine conformitatis ad ideas diuinas. Asserunt. Capreolus. Sonzinas. Meurisseus

Sic Capreolus *in 1. distinct. 19. quæst. 3. art.* 1. Sonzinas *6. metaph. quæstion.* 17. Qui addit, relationem istam in creaturis realem esse; nimirum conformitatis respectum cuiuslibet creati entis, vt mẽsurabilis, ad ideam, ad cuius similitudinem effectum est; sicut & artificiatum quodpiam ad suum exemplar realiter refertur. In Deo verò esse relationem rationis; quæ versatur inter Deitatem, & intellectum diuinum comprehendentẽ adæquatam actualitatem Dei. Et videtur esse expressa mens D. Thomæ, 1. *part. quæst.* 16. *art.* 1. vbi supponit, duplicem esse intellectum, à quo res pendere queat; practicum, nimirum, & speculatiuum; quia domus, verbi gratia, practicè pender ab intellectu sui artificis; & speculatiuè ab alio quouis intellectu illam cognoscente sine ordine ad opus. Inter vtramque tamen cognitionis rationem id discriminis intereſse; quòd ab intellectu practico res pendeat essentialiter, & per se; ab speculatiuo verò accidentaliter, & peraccidens. Quia tamen iudicium de re ferri debet secundùm id, quod illi per se congruit, & non secundùm accidens; eò artificiata vera astruũtur per ordinem ad intellectum practicum artificis; & non penes respectum ad speculatiuum intellectum. Quò etiam fit, vt res naturales etiam conferri possint, vel ad intellectum creatum illas speculatiuè cognoscentem; vel ad intellectum practicum Dei, & ad ideas diuinas, ad quarum similitudinem effectæ sunt. Ita tamen, vt ad ideales formas, vt ad practicas rationes, per se referatur creaturarum veritas; cùm eò ens creatum verum asseratur, quò assimiletur intellectui practico Dei; ad creatum verò intellectum speculatiuè, & peraccidens comparetur. Huic Thomistarum sententiæ astipulatur ex Scoti discipulis Martinus Meurisseus, *in sua Metaph. lib. 2. cap. 3. quæst. 3. conclus.* 4.

S. Thom.

Veritatem transcendentalem Dei constituit Sonzinas in respectu rationis.

16 Et probatur primò: authoritate D. Augustini, *lib de vera religione, cap.* 36. vbi ait. *Vera intantùm vera sunt, in quantùm sunt; intantùm autem sunt, in quantùm principalis vnius similia sunt.*

Probatur primò ex Augustino.

Nec refragatur Scotus, *quæst.* 18 *quodlibet. §. contra ista, sub num. marg.* 15. editionis Cauelli, vbi ait. *Si dicas, quòd veritas non conuenit alicui extra intellectum, sed tantùm actui intellectus, vel obiecto, vt est in intellectu. Pos-*

Scotus.

set

ſet negari, quia ſi intellectus aliquis ſit regula intellecti, ſicut eſt de intellectu diuino exemplante & regulante creaturam; illud poteſt dici verum, non tantùm vt eſt actu cognitum, ſed etiam, vt eſt in ſe: quia ſecundùm eſſe ſuum, in ſe eſt exemplatum, & conforme exemplari.

Ita & Scoti teſtimonio.

17. Secundò arguitur: quia ſicut artificiati veritas in hoc maximè poſita eſt, vt cognitioni practicæ aſſimiletur, à qua menſuratur; ita & veritas cuiuslibet creaturæ, quæ reſpectu Dei per intellectum operantis, ſe gerit ad inſtar artificiati cuius ſpiam à diuina omnipotentia, iuxta ideas intellectus diuini; in hoc conſiſtit, ut conformetur exemplari ſiue ideæ, à qua producitur; quia ſtante hac aſſimilatione, qualibet alia ratione penitus excluſa, creatura vt vera intelligitur.

Arguitur 1 ex analogia enti artificiati reſpectu ideæ artificis.

Quòd autem iſta realis aſſimilatio ſit prædicamentalis reſpectus; ita oſtenditur. Quia relatio creaturæ ad Deum vt ad producentem, & conſeruantem, eſt prædicamentalis; igitur & relatio conformitatis creaturæ ad diuinum exemplar, prædicamentalis reſpectus eſſe debet. Quia ſicut totum eſſe creaturæ, vt effectæ, eſt ad Deum efficientem; ita totum eſſe illius, vt exemplatæ, & menſuratæ, eſt ad diuinam cognitionem vt ad exemplar & menſuram illius.

Inſiſtitur, quòd veritas ſit relatio prædicamentalis.

18. Cæterum; hæc ſententia in via Scoti ſuſtineri non poteſt; eò quòd ipſe in 1. *ſentent. diſt.* 3. *quæſt.* 2. §. *Et vniuocationem ſic intellectam probo tripliciter. num. margin.* 6. Expreſſè aſſeueret; Deum, & creaturas, ad vnam entis rationem colligi; & doctrinæ conſequentia vrgeat, vt idem de omnibus entis proprietatibus autumemus; ergo Deus & creatura coeunt in vnam rationem obiectiuam veri vt ſic, ſicut & in vnam rationem entis conueniunt.

Exeuntitur ſeptima præcedens ex principijs Scoti.

Atqui, Deitatis veritas nullatenus conſiſtit in reſpectu menſurabilitatis ad ideas ſui intellectus: tum, quia in Deo conformitas illa nequeat eſſe realis reſpectus, eò quòd non interſit diſcretio realis inter cognitionem Dei, & ipſum Deum; ac proinde veritas Dei in rationis habitudine conſiſtens, trahi nequiret ad vnitatem obiectiuæ rationis, cum veritate entis creati; ſi hæc eſſet realis & prædicamentalis reſpectus. Tum vel maximè; quia Deus nec per rationem apprehendi valet ſub habitudine dependentiæ ad aliquod principium; ideæ verò ſpectant ad genus quoddam principij producentis ideatum; nec enim in Deo reſpectum menſurabilitatis concipere poſſumus, cùm Deus, non eò verus ſit, quò ſic intelligatur; ſed è contra potiùs, mens diuina Deitatem intelligibiliter exhauriens, vel comprehendens vera ſit; quia adæquet totam Dei actualitatem. Quòd fit, vt Deitas ad proprium intellectum practicè nõ comparabilis, ſed merè ſpeculatiuè, nec menſurabilitatem rationis exprimere poſsit.

Veritas Dei non conſiſtit in habitudine menſurabilitatis ad ideas intellectus diuini.

19. Deinde oſtendo; nec veritatem entis creati in relatione conformitatis & aſſimilationis cum ideis diuinis conſiſtere poſſe; quidquid ſit de conuenientia veritatis creatæ, cum veritate Dei, ad vnam rationem obiectiuam. Quia reſpectus ille conformitatis entis creati ad ideas mentis diuinæ diſtinctus non eſt à relatione creaturæ ad Deum, vt ad cauſam efficientem; ſicut relatio aſſimilationis & menſurabilitatis cuiuslibet artificiati ad ideam artificis directiuam operis, non eſt diſtincta à reſpectu, quem exprimit artificiatum ad tale agens. Quia ſicut exemplar non addit alium influxum, & cauſalitatem circa artificiatum, quàm dirigere actionem agentis; eò enim influit exemplar, quò actuat, & ordinat virtutem operantis, & illam quaſi contrahit & ſpecificat ad tale artificiale opus. Ita in effectu non reſultat relatio diſtincta ad exemplar, præter ipſum reſpectum, quem inducit artificiatum, ad ſuam cauſam taliter actuatam & ſpecificatam; vnde ſicut eadẽ eſt actio & cauſalitas, per quam res producitur, & in tali ſpecie entis artificialis producitur; ita eumdem omnino reſpectum exprimit artificiatum ad ſuum exẽplar, quod quaſi ſpecificat opus; & ad ipſum agẽs, quod efficit illud.

Eſtò quòd verũ creatũ & increatũ nõ coëant in vnã cẽceptũ; adhuc veritas creata non conſiſtit in relatione ad ideas.

Quo ſuppoſito, tunc ſic; ſed veritas tranſcendentalis conſiſtere non poteſt in prædicamentali reſpectu effectus ad ſuam cauſam; quia talis relatio realiter à proprio fundamẽto diſsidet, ſicut & cæteri prædicamentales reſpectus. Veritas autem tranſcendentalis

Inſiſtitur cõfutationi præmiſſæ.

quæ est affectio entis in tota latitudine & abstractione illius, non potest à proprio subſtrato secerni, vt modus à re; alioquin enim posset de absoluta Dei potentia præpediri pullulatio talis respectus, atque adeò daretur ens, quod non esset formaliter verum; quod est contra communem doctorum sententiam autumantem, passiones entis non esse à proprio subſtrato realiter condiscretas, itaut ab ente separari queant.

Deinde ad hominē contraplacitū Sonzinatis

20 Præterea; ad hominem sic proceditur contra Sonzinatem, & alios quoslibet oppositæ sententiæ assertores; qui asseuerant, relationem veritatis transcendentalis esse similem respectui, quem infert artificiatum, ad ideam artificis. Quia effectus formalis non præintelligitur ante propriæ formæ causalitatem; sed veritas cuiuslibet artificiati præconcipitur ante respectum, quem exprimit ad ideam artificis; nec enim eò res artificialis vera astruitur in ratione artificij, quòd respectum prædicamentalem inducat; sed quia talem figuram, & proportionem referat, quam artis instituta præscribant. Vnde, si per impossibile non accederet prædicamentalis respectus artificiati ad artificem; eò nihilominus esset verum ens artificiatum, quòd rectè proportionatum, & figuratum esset iuxta præscripta artis, qualibet relatione penitus excluſa, quæ posteriùs aduenire intelligitur. Atqui transcendentalis veritas in oppoſita sententia similis est veritati entis artificiati; igitur, quà præcisè res naturalis effecta est ad instar exemplaris diuini, concipitur vera; ante prædicamentalem respectum, qui postea emanare apprehenditur.

Ad cōfirmationē ex Augustino, & Scoto respōdetur.

21 Nec vrgent rationes huius modi dicendi. Ad primam ex authoritate Augustini, & Scoti petitam; dicimus, vtrumque tantùm expreſsiſſe; vnam ex veri acceptionibus eam esse, quæ refert respectum ad ideas diuinæ mentis; ex quo colligi non potest Augustinum, & Scotum in ea fuiſſe sententia, vt veritatem, quæ adæquata entis affectio est, in respectu conformitatis constituerint; estò quòd conformitas ea, quæ enti creato ineſt, ad ideas opificis, veritas appellari queat: nec ex verbis Scoti aliud obtineri potest, cùm id nec leuiter insinuauerit.

22 Si autem vrgeas ex alijs Augustini verbis loco citato, ex lib. *De vera Religione, capit.* 36. Vbi ait. *Si enim falſitas ex ijs est, quæ imitantur vnum, non inquantùm id imitantur, ſed inquantùm adimplere non poſſunt. Illa est veritas, quæ adimplere potuit, & id esse, quod est illud; ipſa est, quæ illud oſtendit ſicut eſt, vnde & verbum eius, & lux eius rectiſsimè dicitur. Cætera illius vnius ſimilia dici poſſunt, inquantùm ſunt; intantùm enim, & vera ſunt.* Vbi Augustinus nullum falsitatis genus in re agnoscere videtur, nisi priuationem conformitatis ad ideas; sicut & nullum veritatis genus, nisi conformitatis respectum.

Oppoſitio obiecti ex Auguſtino.

S. Auguſti.

Respondetur; nos libenter fateri, ens creatum, quà effectum est iuxta præscripta diuinæ artis, relationem conformitatis inferre; quam non secerni à respectu effectus ad Deum, vt causam, asseueramus. Inficiamur tamen, ex Augustino colligi, quòd ea veritatis ratio congruat enti in tota latitudine eius; cùm diuinæ veritati contradicat similis dependentia conformitatis ad ideas. Nec ex Augustino locus obijci poterit, in quo veritatem Deo, & creaturis communem respuerit; seu quòd aliam veritatis acceptionem, in qua Deus, & creaturæ colligi queant ad vnitatem conceptus, reiecerit: quare argumentum ex Augustini, & Scoti authoritatibus productum infirmum est, vtpote quod negatiuæ authoritati innitatur.

Reſpōditur obiectio.

Ad 2. argumentum.

23. Ad aliam rationem in oppoſitum; fatemur, ens creatum inferre relationem conformitatis ad ideas diuinas; quæ diuersa non est à prædicamentali respectu eiusdem creaturæ ad Deū, vt causam efficientem; vt ex dictis satis perspicuè constat. Negamus tamen; veritatem transcendentalem, quæ adæquatè conuertitur cum ente in tota latitudine eius, constituendam esse in tali mensurabilitatis & conformitatis respectu.

Qualiter ens creatū inferat relationē mēſurabilitatis ad ideas diuinas?

Quando autem asserimus, dari habitudinem realem prædicamentalem in ente participato ad ideas diuinas; volumus intelligi iuxta ea, quæ constituimus infra *in contr.* 12. *de Ideis*. Vbi autumamus, quòd primaria ratio Ideæ cōgruit Deitati; & secundaria esse obiectiuo

quod

quod creaturæ referunt in mente Dei, quodque Scotus vocitat ens diminutum, vel cognitum. Si idea in primaria ideæ acceptione vſurpetur pro Deitate inquantùm eſt intentionale exemplar creaturarum; vt ſic, ita perſpicuum eſt, Deitatem terminare habitudinem prædicamentalem omnis creaturæ, vt ideatæ, & exemplatæ à Deitate; ſicut eſt indubitatum, Deitatem terminare habitudinem prædicamentalem totius collectionis entis participati, vt effecti à Deo; cùm Deus ſit agens ad extra per ideales rationes. Si autem idea in ſecundaria acceptione exemplaris diuini conſideretur, pro eſſe diminuto, vel obiectiuo creaturarum in mente Dei; vt ſic in tali exemplaris diuini vſurpatione; non terminat relationem prædicamentalem. Cùm ens obiectiuum, vel vt loquitur Scotus, diminutum; non referat aliquod eſſe poſitiuum reale, quod renuntiari queat terminus habitudinis prædicamentalis. Cùm tale ens diminutum ſupra poſsibile logicum, quod poſitum eſt in non repugnantia negatiua ad eſſendum; non addat rationem aliquam poſitiuam realem, quæ poſsit eſſe terminus relationis prædicamentalis. Vnde Scotizantes, (ſi qui ſunt, denegantes rationem ideæ Deitati, & illam ſoli creaturæ in eſſe obiectiuo, aut cognito adſcribentes) conſequenter inficiari coguntur; quòd creatura inferat relationem realem menſurabilitatis ad ideas diuinas; aliàs eſſe obiectiuum, vel cognitum creaturarum ab æterno eſſet ens reale poſitiuum. Sed de his latè loco citato.

Refellitur Soarius contendens, veritatem nihil addere ſupra explicitam rationem entis, præter connotationem intellectus.

Opinio Soarij, quod veritas addat ſolam connotationem intellectus.

24 VLtimus in hac re ſentiendi modus eſt Franciſci Soarez, *qui in ſua metaph. diſp. 8. ſect. 7. num. marg. 25.* aſſerit, veritatem non addere aliquid intrinſecum enti, etiam ratione ratiocinata ab illo conditinctum; ſed ſolam connotationem intellectus, cui entitas conformatur. Quæ opinio ſuaderi poteſt.

1. Ratio pro Soario.

Primò: quia veritas, ſeu intelligibilitas rei nil aliud eſt, quàm aptitudinalis aſsimilatio entis ad intellectum; at ens, vi ſuæ intrinſecæ, & quidditatiuæ rationis, natum & habile eſt adæquari, & aſsimilari intellectui: igitur gradus eſſendi, vi ſuæ explicitæ rationis, quolibet intrinſeco alio ſublato, refert veritatem in eſſendo. Minor pluribus inſtantijs ſic aperitur: albedo eò præcisè, quò talis eſt, apta eſt eſſentialiter alteri albedini aſsimilari, adeò vt aptitudinalis aſsimilatio non ſit extra rationem eſſentialem illius; igitur, & aptitudinalis aſsimilatio rei cum intellectu, non eſt extra quidditatiuum conceptum entis. Adde, quòd ſic ſe habet ens, quod eſt obiectum intellectus, ad intellectum, ſicut ſonus ad auditum, & coloratum ad viſum; ſed color abſque ſuperadditione alicuius formalitatis intrinſecæ, eſt formaliter viſibilis, addita tantùm connotatione potentiæ viſiuæ; & ſonus, præciſa qualibet alia formalitate intrinſeca, etiam ratione ratiocinata diſtincta, eſt formaliter audibilis, appoſita tantùm extrinſeca connotatione facultatis auditiuæ: ergo ſimiliter explicita ratio entis, nulla alia accedente formalitate intrinſeca, eſt formaliter vera, ac intelligibilis, addita tantùm potentiæ intellectiuæ connotatione.

2. Arguitur pro eodem quòd ſit talis qualibet præciſione, ens reſultatur formaliter verum.

25 Secundò: quia ſi veritas, & entitas, eſſent duæ formalitates ratione ratiocinata condiſcretæ, poſſent adinuicem præſcindi; præſcindatur ergo iſtę duæ rationes obiectiuæ: quo ſuppoſito ſic formo rationem. Ens, vt præciſum à veritate, eſt formaliter verum; ergo veritas eſt de quidditatiua ratione entis. Antecedens probatur; quia ens intelligibiliter ſeparatum ab ea formalitate, quam eſſe veritatem, autumas, remanet formaliter intelligibile: cùm intelligatur, quá præciſum eſt ab alia poſitiua conceptibilitate, quæ appellatur veritas. Sed illud, quod eſt formaliter intelligibile, eſt formaliter verum; ergo ens remoto quolibet intrinſeco à gradu eſſendi condiſtincto, relinquitur formaliter verum, ob ſolam facultatis intellectiuæ connotationem.

26 Tertiò: quia formalitas veritatis addita obiectiuæ, & explicitæ ratio-

Quæst. 1. Art. 1. Quæstiones Theologicæ. 115

Quæst. 1. Art. 1. Quæstiones Theologicæ. 115

iecti, conceptus permiſcent, ac confundunt. Cùm enim conceptus alicuius proprietatis entis inueſtigatur; ea tantùm formaliſsima ratio expenditur, quæ in ſecundo modo perfeitatis de inferioribus entis enuntiatur. Quò fit, vt ſub ea tantùm præciſa formalitate veritas ſit affectio entis, ſub qua intelligibiliter ſeparat explicitum conceptum illius prædicati, ſeu gradus eſſendi, qui enuntiatur in quid de inferioribus ſubiecti talis proprietatis; ni velimus, paſſionem eſſe de quidditate ſui ſubſtrati, aut è contra ſubiectum de explicito conceptu ſuæ proprietatis.

Alia impugnatio.

Deinde, connotatio entis, & intellectus, in qua ratio obiectiua, & formalis, veritatis conſtituitur, reſolubilis eſt in duos conceptus; nimirum in explicitum gradum eſſendi, quē importat ens, quò ens eſt, & prædicatum quidditatiuum commune omnibus entibus; & in habitudinem ad intellectum connotatum. Ita vt obiectiua ratio veritatis confletur ex explicito gradu entis, tanquam ex materiali, & ſubſtrato; & ex reſpectu connotationis ad potentiam intellectiuam, tanquam ex vltima, & formali ratione conſtitutiua veritatis in eſſe proprietatis exprimentis conceptum enuntiabilem in quale, & non in quid, de inferioribus entis. Atqui intelligibiliter ſeparata habitudine connotationis intellectus ab ipſomet materiali, & ſubſtrato, quod refert talem connotationem, nimirum à gradu entis; non relinquitur in illa habitudine connotationis potentiæ intellectiuæ, aliqua eſſentialis inæqualitas inter ens reale, & ens rationis, cùm vtrumquè extrinſecè coexiſtat intellectui: ergo tota inæqualitas veritatis entis realis, & ficti, petitur à materialibus, & ſubſtratis, non autem à formali, & quidditatiuo conceptu veritatis, quà proprietas entis eſt, in ſecundo modo perfeitatis de inferioribus entis dicta.

Alteravrgẽtiorconfutatio ſoarij

NOTA.

31 Præterea; optima ratione oſtendo, concomitantiam, ſeu connotationem rei, & intellectus, eſſe non poſſe proprietatem entis. Quia ſi aſſimilatio huius albi ad aliud non eſſet forma intrinſeca addita huic albo, nimirum relatio ſimilitudinis; ſed ſola coexiſtentia huius, & alterius extremi; ſicut non eſſet quid ſimpliciter vnum, ſed potius multa, hoc ſcilicet, & illud album; ita in ea hypotheſi ſimilitudo aſſeri non poſſet albi proprietas. Ergo ſimiliter veritas, quæ eſt aſsimilatio aptitudinalis entis ad intellectum, ſi aliquam formam intrinſecam non adderet, ſed ſolam connotationem rei, & intellectus; eſſet plura ſimpliciter. Ac proinde, ſicut ſi non adderet ſimilitudo aliquam formam intrinſecam ſupra album, ſed ſolùm plura ſibi coexiſtentia importaret; non poſſet aſtrui proprietas albi; ita veritas, ſi non referat aliquā formalitatem intrinſecam, nec ratione diſtinctam ſupra ens, ſed ſolam coexiſtētiam rei, & intellectus; entis proprietas cenſeri non debet.

Accedit perſpicuum Scoti teſtimonium, quod ſubijcimus *infra ſub numer.* 53. expreſsè pronuntians; veritatem cō ſiſtere non poſſe in reſpectu, & connotatione intellectus. Sic enim habet. *Si verum dicat formalem reſpectum obiecti ad intellectum; ſequitur, quòd ratio illa non ſit ratio formalis obiecti.* Quod eò ab Scoto conſtitutum eſt; quò in eodem contextu expreſsè autumauerit, rationē veri (inquantùm eſt ratio formalis entis, vt eſt obiectum motiuū intellectus,) importare vim agendi, & intentionaliter immutandi, vide textum citatum: & intentionalis virtus obiecti ad intellectum immutandum conſiſtere nequeat in ſola extrinſeca connotatione, & reſpectu ad intellectum.

Pro nobis ſtat Scotus.

Scotus.

Excutiuntur fundamenta oppoſita

32 Ad argumenta pro ſententia Soarez. Ad primum; album alteri aptitudinaliter, ſeu fundamentaliter aſsimilari abſque ordine ad effectiuam alicuius potentiæ immutationem; quin potius cùm ſit quædam eſſentialis conuenientia ea, quæ interſt inter duo alba, ideò extrema vi ſuæ quidditatiuæ rationis iſtam aptitudinalem, ſeu fundamentalem aſsimilationem nanciſcuntur. At veritas tranſcēdentalis eſt aptitudo ad immutandum intellectum ad notitiæ productionem, ſicut viſibilitas eſt aptitudo ad immutationem viſus, & audibilitas ad immutationem auditus; quæ facultates cùm rebus inſint in ordine ad extrinſecam, & intelligibilem, intentionalemquè potentiarū immutationem, ideo ſunt proprietates à proprijs ſubiectis ex natura rei diſsitæ; vt in elucidatione propriæ ſententiæ enodabitur.

Prima oppoſitionis enodatio.

Ambr. Ecce Virgo concipiet & pariet filium & vocabitur nomen ejus Emanuel. Butyrum & mel comedet ut sciat reprobare malum & eligere bonum. Alleluia.

iecti, conceptus permiſcent, ac confundunt. Cùm enim conceptus alicuius proprietatis entis inueſtigatur; ea tantùm formaliſsima ratio expenditur, quæ in ſecundo modo perfeitatis de inferioribus entis enuntiatur. Quò fit, vt ſub ea tantùm præciſa formalitate veritas ſit affectio entis, ſub qua intelligibiliter ſeparat explicitum conceptum illius prædicati, ſeu gradus eſſendi, qui enuntiatur in quid de inferioribus ſubiecti talis proprietatis; ni velimus, paſſionem eſſe de quidditate ſui ſubſtrati, aut è contra ſubiectum de explicito conceptu ſuæ proprietatis.

Alia impugnatio.

Deinde, connotatio entis, & intellectus, in qua ratio obiectiua, & formalis, veritatis conſtituitur, reſolubilis eſt in duos conceptus; nimirum in explicitum gradum eſſendi, quẽ importat ens, quò ens eſt, & prædicatum quidditatiuum commune omnibus entibus; & in habitudinem ad intellectum connotatum. Ita vt obiectiua ratio veritatis confletur ex explicito gradu entis, tanquam ex materiali, & ſubſtrato; & ex reſpectu connotationis ad potentiam intellectiuam, tanquam ex vltima, & formali ratione conſtitutiua veritatis in eſſe proprietatis exprimentis conceptum enuntiabilem in quale, & non in quid, de inferioribus entis. Atqui intelligibiliter ſeparata habitudine connotationis intellectus ab ipſomet materiali, & ſubſtrato, quod refert talem connotationem, nimirum à gradu entis; non relinquitur in illa habitudine connotationis potentiæ intellectiuæ, aliqua eſſentialis inæqualitas inter ens reale, & ens rationis, cùm vtrumquè extrinſecè coexiſtat intellectui: ergo tota inæqualitas veritatis entis realis, & ficti, petitur à materialibus, & ſubſtratis, non autem à formali, & quidditatiuo conceptu veritatis, quà proprietas entis eſt, in ſecundo modo perfeitatis de inferioribus entis dicta.

Alterauerſatio confutatio ſoarij

NOTA.

31 Præterea; optima ratione oſtendo, concomitantiam, ſeu connotationem rei, & intellectus, eſſe non poſſe proprietatem entis. Quia ſi aſsimilatio huius albi ad aliud non eſſet forma intrinſeca addita huic albo, nimirum relatio ſimilitudinis; ſed ſola coexiſtentia huius, & alterius extremi; ſicut non eſſet quid ſimpliciter vnum, ſed potius multa, hoc ſcilicet, & illud album; ita in ea hypotheſi ſimilitudo aſſeri non poſſet albi proprietas. Ergo ſimiliter veritas, quæ eſt aſsimilatio aptitudinalis entis ad intellectum, ſi aliquam formam intrinſecam non adderet, ſed ſolam connotationem rei, & intellectus; eſſet plura ſimpliciter. Ac proinde, ſicut ſi non adderet ſimilitudo aliquam formam intrinſecam ſupra album, ſed ſolùm plura ſibi coexiſtentia importaret; non poſſet aſtrui proprietas albi; ita veritas, ſi non referat aliquã formalitatem intrinſecam, nec ratione diſtinctam ſupra ens, ſed ſolam coexiſtẽtiam rei, & intellectus; entis proprietas cenſeri non debet.

Pro rubri ſtat Scotus

Accedit perſpicuum Scoti teſtimonium, quod ſubijcimus *infra ſub numer.* 53. expreſsè pronuntians; veritatem cõſiſtere non poſſe in reſpectu, & connotatione intellectus. Sic enim habet. ***Si verum dicat formalem reſpectum obiecti ad intellectum; ſequitur, quòd ratio illa non ſit ratio formalis obiecti.*** Quod eò ab Scoto conſtitutum eſt; quò in eodem contextu expreſsè autumauerit, rationẽ veri (inquantùm eſt ratio formalis entis, vt eſt obiectum motiuũ intellectus,) importare vim agendi, & intentionaliter immutandi, vide textum citatum: & intentionalis virtus obiecti ad intellectum immutandum conſiſtere nequeat in ſola extrinſeca connotatione, & reſpectu ad intellectum.

Scotus.

Excutiuntur fundamenta oppoſita

32 Ad argumenta pro ſententia Soarez. Ad primum; album alteri aptitudinaliter, ſeu fundamentaliter aſsimilari abſque ordine ad effectiuam alicuius potentiæ immutationem; quin potius cùm ſit quædam eſſentialis comenientia ea, quæ interſt inter duo alba, ideò extrema vi ſuæ quidditatiuæ rationis iſtam aptitudinalem, ſeu fundamentalem aſsimilationem nanciſcuntur. At veritas tranſcẽdentalis eſt aptitudo ad immutandum intellectum ad notitiæ productionem, ſicut viſibilitas eſt aptitudo ad immutationem viſus, & audibilitas ad immutationem auditus; quæ facultates cùm rebus inſint in ordine ad extrinſecam, & intelligibilem, intentionalemquè potentiarũ immutationem, ideo ſunt proprietates à proprijs ſubiectis ex natura rei diſsitæ; vt in elucidatione propriæ ſententiæ enodabitur.

Prima poſitionis modalis.

Reſpondetur primò.

33 Ad ſecundam rationem, admittimus; ens intelligi, adhuc prout præciſum eſt ab intelligibilitate; quando autem ſubſumitur. Quod ens, vt præciſum ab intelligibilitate, adhuc eſt formaliter intelligibile; ſiquidem concipitur, vt præciſum: ergo intelligibilitas, ſeu veritas quidditatiuè imbibitur in explicita ratione entis, adeò vt vi alicuius abſtractionis ſeparari non poſsit. Reſpondetur; quòd veritas non conſiſtit in denominatione extrinſeca intelligibilitatis, quæ accedit enti ex præciſa terminatione tendentiæ cognitionis in rem, quæ apprehenditur; quò fit, vt licet ens, quà præſcinditur à vi immutatiua intellectus, adhuc referre poſsit denominationem intelligibilitatis, quæ ex tendentia actus apprehenſiui relinquitur; at non ſortitur cognoſcibilitatem intrinſecam, ſeu veritatem, quæ in facultate ad immutandum intellectum conſtituitur.

Reſponſio altera ad 2 argumentũ

Adde; quòd nec ex hoc, quòd ratio entis concipiatur præciſa à veritate; deducitur, non concipi in ordine ad veritatem, quæ eſt vis motiua intellectus ad perceptionem obiecti. Sicut & quando conditinguitur nihilum ab ente, ſeu negatio entis intelligibiliter ſeparatur ab ente in tota vniuerſalitate illius; adhuc apprehendimus negationem entis in ordine ad ens, vel ad inſtar entis; eò quòd nihil concipi queat, niſi per modũ entis, quod eſt adæquatum obiectum intellectus.

Ad 3. argumentum oſtenditur, quòd tranſcendentalis habituo entis ad immutandum intellectum diſtinguatur formaliter ex natura rei ab ipſa.

34 Ad tertium argumentum: debilem eſſe collectionem eam, quæ agit, facultatem immutatiuam intellectus, eò ad quidditatem entis ſpectare, quò ſit tranſcendentalis reſpectus rei ad intellectiuam potentiam, quam immutat; cùm plures tranſcendentales habitudines à proprijs ſubſtratis formaliter ex natura rei diſsideant. Vt videre eſt in aptitudinali inhærentia, quæ eſt tranſcendentalis reſpectus ad ſubiectum; quam tamen à quidditate accidentis formaliter ſecerni oſtendimus ex Scoto, ſupra, *in appendice de diſtinctione entis, articul. 3. à numer. margin. 17. vſque ad 19.* Præterea, intellectiuæ, & appetitiuæ, facultates eſſentialiter imbibunt tranſcendentalem habitudinem ad actus, & obiecta: quas tamen à ſubſtantia animæ realiter condiſtinguit Thomiſtarum ſchola; Scotus vero ſolùm formaliter ex natura rei. Potentiam etiam generatiuam ſubſtantiæ, quæ tranſcendentalem refert habitudinem ad producta, realiter ſecernit ab ipſamet ſubſtantia, communis Thomiſtarum ſententia; cùm vim generatiuam, non ſubſtantiæ ipſi immediatè operanti deferat, ſed accidentibus realiter à ſubſtantia condiſcretis; quam tamen generatiuam potentiam Scotus ab ipſamet ſubſtantia ſolùm formaliter ſeparat; admiſſa reali identitate inter ſubſtantiam, & eius generatiuam facultatem. Quò fit; vt ex abſtracta ratione tranſcendentalis reſpectus colligi nequeat, quòd ille ad quidditatiuum rei conceptum attineat, ſed ex contracto, & ſpecifico gradu eſſendi ipſius habitudinis, id metiri debeat; quod & nos præſtabimus in propriæ ſententiæ comprobatione, diſcretionem ex natura rei inter ens, & facultatem ad immutandum intellectum, ex quidditatiuo conceptu talis proprietatis aperientes.

Authoris ſentẽtia ſtatuitur: quòd veritas conſiſtat in vi intentionali entis ad exprimendam veram imaginem ſui.

Obſeruatio pro vera ſententia.

35 VErùm; vt in re adeò ancipiti, quid tenendum ſit, aperiamus; præliandum eſt de mente Scoti *in 2. ſentent. diſtinction. 3. quæſtion. 11. §. Reſpondeo ergo ad quæſtionem, numer. marginal. 11.* quòd ſicut Angelo conceditur facultas illa ad abſtrahendas ſpecies à rebus materialibus, quæ intellectus agens dicitur; ita & rebus ipſis vis natiua, & facultas intrinſeca meſſe debet ad comproducendas ſpecies impreſſas materialium obiectorum. Cùm intellectus agens vnicum, & adæquatum ſpeciei impreſſæ principium non attruatur; eò quòd ſit pura potentia in genere intelligibilium, à qua imago obiecti, quæ

in

in ſpecie impreſſa elucet, adæquatè peti nequeat. Quò fit, vt ſicut intellectus agens animæ rationalis corpori coniunctæ non eſt adæquatum principium ſpeciei impreſſæ, ſed compartiale, & inadæquatum; (completur enim adæquatum ſpeciei impreſſæ principium ex materiali phantaſmate, & ex intellectu agente illud eleuante ad ſpeciei ſpiritualis effectionem) ita anima rationalis in ſtatu ſeparationis à corpore, & Angelus, (idem enim iudicium habendum eſt de vtraque ſubſtantia) per facultatem intellectus agentis eleuant immediatè quodlibet materiale obiectum ad ſpeciei impreſſæ productionem; ſicut & in ſtatu cõiunctionis ad corpus, intellectus agens animæ rationalis immediatè euehit materiale phantaſma ad eiuſdem ſpeciei effectionem. Nec enim eſt, cur ea actiuitas obiecto denegetur, quam obiectum proprio phantaſmati communicat, tãquam ſemini vicario ipſius obiecti ad ſpiritualem ſpeciem producendam cum aſſiſtentia, & eleuatione intellectus agentis. Si enim materiale phantaſma initialem vim non præferret ad ſpiritualis ſpeciei effectionem; ab intellectu agente, eleuari non poſſet ad inſtrumentariam cauſalitatem reſpectu ſpiritualis effectus exhibendam; cùm actus ſecundus, ipſe nimirum actualis influxus phantaſmatis in ſpeciem, eſſentialiter præmittat actum primum; nempe vim initialem, quam phantaſma refert, vt ſemen obiecti, ad illius imaginem exprimendam cum aſſiſtentia illius ſpiritalis facultatis, quæ intellectus agens dicitur.

Obiectum, materiale habet vim initialem, & partialem ad immutandum intellectũ Angeli.

Quam ſententiam egregiè elucidat Scotus loco citato, *ex 2. ſentent. diſtinction. 3. quæſtione vndecima.* Cùm enim in initio quæſtionis, *ſub numer. marginal.* 1. Oppoſuiſſet contra propriam ſententiam, in hæc verba. *Item Auguſtinus 12. ſuper Geneſim ad literam; agens eſt præſtantius patiente; ſed corpus non eſt præſtantius ſpiritu, per ipſum ibidem ergo corpus non poteſt agere in Angelum, qui eſt ſpiritus; igitur non poteſt Angelus accipere cognitionem à rebus.*

Fulcitur authoritate Scoti de Ente præcedens.

Scotus.

Prædictæ oppoſitioni ſic facit ſatis, *ſub numer margin. 13. §. ad rationes principales.* Vbi in reſponſione ad ſecundam ſubijcit: *Ad aliud dico, quòd ratio Auguſtini, bene concludit; quòd nullum corporale poteſt agere in ſpiritum, vt totale agens; & vt totalis cauſa, vel principalis; non vt partialis, & minus principalis. Intellectu enim Angeli agente, vt cauſa magis principali, poteſt corporale cauſare notitiam illam.* Circa quæ Scoti pronuntiata, vel id obſeruandum reſtat: quòd quando Scotus obiecto corporeo adſcribit partialem, & minus principalem influxum reſpectu ſpiritualis imaginis obiecti; nomine minus principalis cauſalitatis inſtrumẽtariam actionem intelligat; quod Scoto familiare eſt, vt oſtendimus, *infra in controuerſ. 9. generali de viſione Dei, diſtinction. 1. ſubdiſtinction. 1. artic. 1. de potentia obedientiali actiua, ſub numer. marginal. 16. & 18.* Si autem alicubi vocem inſtrumentarij agentis minus admiſiſſe appareat: inſtrumentale agens reijcit, quatenus per analogiam ad inſtrumentum artificiale, importare videatur vim agendi ab agente primario impreſſam inſtrumento, & ab ipſamet cooperatione inſtrumenti diſtinctam. De quo plura locis citatis, obiectum enim materiale, & phantaſma eius non eleuantur ab intellectu ad productionem ſpeciei intelligibilis per impreſsionem alicuius virtutis.

Scotus.

36 Ex qua doctrina, quæ in via Scoti indubitata eſſe debet, eruenda eſt preſentis controuerſiæ deciſio. Conſtituimus ergo rationem veritatis tranſcendentalis in facultate illa, quæ cuilibet obiecto, ſiue creato, ſiue increato, ſiue ſpirituali, ſiue materiali adeſt ad creatũ intellectum immutandum; ſicut enim cuilibet intellectui creato, ſiue humano, ſiue Angelico, apud Scotum, virtus actiua ſuppetit ad accipiẽdas ſpecies à quolibet ente creato in tota vniuerſalitate eius; ita & enti in tota latitudine, & cõmunitate ſua neceſſariò deferenda eſt vis natiua, & intrinſeca ad comprincipiandam ſpeciem impreſſam. Quam facultatem ad immutandum creatum intellectum, eſſe ipſam veritatem rei, adæquatamque entis affectionẽ autumamus.

Corollarium ex præmiſſis.

Quæ videtur expreſſa ſententia Scoti *in 2. diſt. 9. q. 2. §. ſed adhuc obijcitur, ſub n. marg. 33.* vbi cùm oppoſuiſſet contra propriam ſententiam autumantem, obiectum ſenſibile, vel materiale concurrere cum intellectu agente Angeli ad productionem ſpeciei intelligibilis; reſpondet prædictæ oppoſitioni,

Virtus intentionalis immutans intellectum conuenit omnienti apud Scotum,

§. Reſ-

Scotus.

§. *Respondeo, sub eodem num. 33. In proposito etiam dico, quòd ad actionem illã, quæ consequitur omne ens, necesse est sensibile operari, sicut & intelligibile; sensibile enim est quoddam ens: talis autem actio est immutare intellectum.* Vbi enucleatè Scotus pronuntiat; actionem immutatiuam intellectus effluere à virtute, seu facultate intentionali congruẽte enti, quà ens est, seu in tota vniuersalitate eius; quam facultatẽ appellamus veritatem transcendentalem entis.

Scotus.

Eamdem sententiam sustinet Scotus, *in 4 sent. dist. 49. quæst 11. §. Præterea, si hoc est verum, num. marg. 4.* vbi ita habet. *Non requiritur inter obiectum, & intellectum, nisi proportio motiui ad mobile; obiectum enim se habet per modum mouentis potentiam.* Idem tutatur Scotus textu à nobis transcripto, *sub num. 53 & 54* vbi inquit. *Obiectum est motiuum potentiæ, sicut ratio actiui, vel agendi dicitur esse illa forma secundùm quã agens agit.* Vbi apertè Scotus veritatem entis, siue rationem illam, per quam ens constituitur in ratione obiecti immutati intellectus, appellat vim actiuam intentionaliter. Adi textum citatum. Idẽ firmat Doctor *in quæst. quodlibetali 14. sub §. completo igitur toto ordine motionis necessariæ, n. marg. 17* editionis Hugonis Cauelli. Vbi habet. *Quòd quælibet essentia creata est immediatè motiua intellectus creati & ideò motione naturali.* Quem textum elucido, *infra in controu. 9. de visione Dei, dist. 2. de principio visionis ex parte obiecti, art. 2. num. marg 15.*

Scotus.

Scotus.

Quòd veritas transcẽdentalis cõsistat in vi intentionali ad immutandum intellectum; probatur ex Alensi.

37 Ne tamen nouam opinandi viam aggredi videamur, hanc doctrinam ab Alexandro Alensi antiquissimo metaphysicarum institutionũ fonte mihi hauriõ; quam tradit *lib. 6. suæ metaph. prope finem*, vbi hæc apprimè habet. *Debemus enim imaginari suo modo, quòd veritas ad essentiam eodem modo se habet, quo visibilitas ad colorem; visibilitas super colorem non addit aliam rationem, nisi rationem declaratiui, & apprehensibilis à visu; similiter veritas addit super rationem entis, rationem apprehensibilis ab intellectu: ita quòd sic imaginemur; quòd ens mouet intellectũ, & æquat sibi eum, & assimilat. Ita quòd in eo est ratio æquatiui, motiui, & declaratiui, & ab ista ratione imponitur nomen veritatis.* Similia habet Alensis à nobis transcriptus, *infra in controu. 11. de scientia Dei, distinct. 1. art. 3. num. 3.*

Alexander Alensis.

38 In qua Alensis doctrina maximè obseruandum; quòd confert Alexander veritatem entis cum visibilitate coloratiẽ; eòquòd sic se habeat veritas ad rem in tota abstractione eius, sicut visibilitas ad coloratum in tota etiam latitudine sua. At verò, hæc visibilitatis instantia, aut exemplum, non ita accipiendum est, vt de mente Alensis visibilitas in mera extrinseca denominatione constituatur, intendentia notitiæ in obiectum petita; sed in vi motiua, & immutatiua, quã præsefert coloratum quodlibet ad idolum intentionale exprimendum in potẽtia visiua. Et quòd hæc fuerit aperta Alensis sententia, planè deducitur ex illis verbis; *visibilitas super colorem non addit aliam rationem, nisi rationem declaratiui, & apprehensibilis à visu; similiter veritas addit supra rationem entis rationem apprehensibilis ab intellectu; ita quòd sic imaginemur, quòd ens mouet intellectum, & æquat sibi eum, & assimilat.* Vbi sicut, apud Alensem, ratio veritatis posita non est in sola terminatione actuali, vel aptitudinali, cognitionis ad obiectum; sed in vi obiecti ad intellectũ immutandum; ita ratio visibilitatis, etiã constitui non debet in actuali, seu potentiali terminatione sensationis intuitiuæ; sed in facultate illa intentionali, quæ cuilibet colorato inest, quam Alensis, *rationem declaratiui appellauit*; eòquòd sit facultas ad exprimendum idolum in potentia visiua, à quo obiecti declaratio, & perceptio hauritur.

Doctrina Alensis elucidatur, & defenditur.

Confectarium de mente Alensis circa veritatem transcendentalem.

39 Infertur deinde ex Alensis doctrina; quòd sicut visibilitas, inquantùm refert vim intentionalem ad potentiæ visiuæ immutationem, non est de essentia coloris, sed proprietas quædã illius à quidditatiuo coloris conceptu condistincta; ita veritas, quæ est aptitudo entis ad creatum intellectum immutandũ, etiam formaliter ex natura rei à quidditatiua entis ratione dissidet.

Subscribit etiam Bonaventura.

40 His præmissis; dicendum est, veritatem entis formaliter consistere in vi seu facultate entis ad creatum intellectum immutandum. Sic ex professè Alensis loco citato illis præcipuè verbis. *Ita quod in ente est ratio æquatiui, motiui, & declaratiui, & ab ista ratione imponitur nomen veritatis.* Eidem sententiæ subscribit Seraphicus Bonauentura, qui

eam

eam ab Alenſi magiſtro accepiſſe, videtur, *in 1. ſent. diſt. 8. art. 1. quæſt. 1.* Vbi habet. *Ad tertiam authoritatem Auguſtini dicendum quòd ſicut color eſt obiectum viſus, & motiuum viſus; tamen nõ ſine actu lucis, & differt ab ipſa luce: ſic dicendum, quòd veritas creata, quamuis non poſſit mouere ſine veritate increata, nihilominus eſt motiua ſuo modo, & alia veritas eſt ab illa.*

Probatio aſſerti.

Probatur autem noſtra aſſertio: quia, apud Scotum, veritas entis addit ſupra explicitum, & quidditatiuum gradum eſſendi quamdam formalitatem ex natura rei ab ente diſcretam, & cum illo realiter identificatam. Sic enim expreſsè tradit Doctor *in 1. ſent diſt. 8. quæſt. 3. num. marg. 7. §. ſecundum ſcilicet propoſitum de paſſionibus entis.* Atqui excogitabilis nõ eſt aliqua formalitas intrinſeca addita quidditati entis, quæ importet habitudinem ad intellectum, præter ipſam vim, aut facultatem ad immutandum intellectum; vt ex præcedentium opinionum oppugnationibus perſpicuũ eſt, quæ veritatem ſupra rationem explicitam entis tantùm referre extrinſecam denominationem, aut connotationem, etiam extrinſecam potentiæ intellectiuæ, aſſeuerant: igitur intrinſeca formalitas, quam addit veritas ſupra ens, eſt vis innata rei ad immutandum intellectũ: quæ facultas intentionalis appellatur veritas entis, eòquòd ſit poteſtas ad verã ſui imaginem, & cognitionem exprimendam.

Scotus.

Illuſtratur noſtrina præcedens.

41 Quod ſic vltra expenditur: aptitudo ad immutandum intellectum creatum conuenit omni, & ſoli enti, vt ex dictis conſtat; patebitque exactiùs ex ſolutione obiectionum contra noſtram ſententiam; & eſt extra quidditatiuum conceptum entis; ergo nihil illi deeſt, vt vera entis proprietas aſtruatur. Antecedens, quoad primam partem eius, ſuppono ex præcedentibus; vbi oſtenſum eſt, cuilibet enti propriam vim adeſſe ad exprimendam ſpeciem, & imaginem ſui: ſuffulciturque expreſſo illo Scoti teſtimonio tranſcripto *ſub num. 36. ad actionem, quæ conſequitur omne ens, neceſſe eſt ſenſibile operari, ſicut & intelligibile; talis autem actio eſt immutare intellectum.* Quod autem hæc potentia ſit extra quidditatiuum rei conceptum; quod reliquum erat, vt entis proprietas conſtitui poſſet; ſic aperio. Quia non eſt coniunctior, aut vicinior rei facultas ad aſſimilationem intentionalem per ſpeciẽ; quàm ad aſſimilationem realẽ, quæ per generationem fit ad propriæ naturæ conſeruationem. Sed potentia generatiua non eſt de quidditate rei, immo apud Thomiſtas ab ipſomet ente ſubſtantiali realiter condiſcreta, eòquòd ipſi ſubſtantiam non immediatè operatiuum aſtruant, ſed per accidentales potentias: apud Scotiſtas verò, qui ſubſtantiam immediatè operatiuum conſtituunt, (cùm accidens nequeat phyſicè attingere generationem ſubſtantiæ,) facultas generandi ſecernitur formaliter ex natura rei à quidditate ſubſtantiæ: ergo & facultas ad immutandum intellectum, ſeu ad aſſimilationem intelligibilem, formaliter ex natura rei condiſtinguitur à quidditate entis.

In quo conſiſtat veritas Dei in eſſendo?

42 Ex his, quæ de veritate entis, vt ſic exarata ſunt, ſatis appoſitè deducitur, quid de veritate Dei conſtituendũ veniat; cùm enim veritas entis creati, & increati, apud Scotum in vnam coeant rationem; ſicut veritas entis creati in facultate ad immutandum intellectum cõſtituitur, ita veritas Dei in via ad intelligibilem immutationem præſtandam poſita eſſe debet, vt diuina veritas cum veritate creata ad vnitatem rationis obiectiuæ trahi queat. At quia facultas ad immutandum intellectum Deo congruere non valet reſpectu intellectus diuini, à quo realiter non diſsidet, nec alicuius realis immutationis capax eſſe poteſt; proinde fit, vt Dei veritas, quà immutatiua eſt intellectiuæ potentiæ, ad propriæ imaginis expreſsionem, ad ſolum creatum intellectum referatur.

Qualiter noſtra ſententia diſtinguatur attributum veritatis ab attributo voluntatis?

Qualiter autem attributum veritatis diuinæ, quòd in via motiua reſpectu intellectus creati conſtituimus, diſtinguatur ab attributo voluntatis diuinæ; quãuis Deus non immutet mentem creatam immediatè per ſuam eſſentiam ſed per attributum voluntatis; vide *infra in controu. 9. de viſione Dei, diſt. 3. ſub diſt. 2. art. 1. ſub num. marg. 20.*

Obiectio: quòd veritas Dei comparetur ad intellectũ increatum

At oppones; quòd intellectus diuinus refert veritatem formalem per comparationem ad eſſe Dei, vera enim imò & veriſsima eſt comprehenſio, quam intellectus increatus habet de quidditate Dei, tanquam de obiecto; ergo eſſe diuinum importat veritatem obiectiuã per habitudinem ad veritatem formalem di-

uini-

uini intellectus: cùm veritati formali actus respondeat in obiecto veritas ex parte obiecti, seu veritas obiectiua. Sed hæc est proprietas entis; igitur veritas ea transcendentalis, quæ est passio entis, congruit Deo, non tantùm per comparationem ad intellectum creatum, quem immutat physicè per actionem intentionalem, sed etiam per habitudinem ad intellectum diuinum.

Infringitur oppositio.

Respondetur; concedendo scientiam comprehensiuam Deitatis nanciscì veritatem formalem respectu obiecti increati; talique veritati formali respondere conuenientiam obiectiuam, seu obiectum ita se habens sicut comprehenditur. Ea tamen scientias rei ad cognitionem, quæ ex parte obiecti segerit, prout terminat cognitionem, non est affectio entis de illo in secundo modo perfectatis enuntiata; cùm ens, quà ens est, vel vt importat quidditatiuam rationem entis, terminet & specificet cognitionem: atque adeo Deitas, vt Deitas, sit ratio formalis primò terminans scientiam comprehensiuam Dei, & non Deitas, vt vera; vt ostendimus infra *in hoc art. sub num. marg.* 51. & 52. *In digressione, de formali ratione obiecti intellectus.*

Quia verò transcendentalis veritas est extra quidditatiuam rationem entis, cùm sit passio illius; ideo non congruit rei, vt formaliter, & primò terminat, & specificat veritatem formalem notitiæ; sed quatenus est virtus elicitiua veri influxus intentionalis; qui cùm exposcat realem discretionem inter obiectum, & intellectum physicè immutatum per veram causalitatem intentionalem; Deo congruere nequit, nisi in ordine ad intellectum creatum.

Vnde; cùm intendit obiectio; quòd in esse increato Dei, respectu intellectus diuini detur veritas obiectiua; si velit, quòd detur veritas obiectiua, idest, obiectum veritatis formalis, conceditur; inficiamur verò, rationem formalem terminandi, & specificandi, aut quasi specificandi veritatem formalem diuinæ cognitionis, esse veritatem illam, quæ appellatur veritas transcendentalis, & quæ est extra quidditatem rei. *Vide num.* 51. *citatum.*

Obiectiones contra nostram sententiam diluuntur.

43 SEd contra nostram sententiam obijcitur primò: quòd passiones entis ab illo non realiter, sed solùm formaliter secernuntur apud Scotum; ex quo deduci videtur, vim ad immutandum intellectum ad notitiæ partum non esse eam affectionem entis, quæ veritas dicitur. Eò quòd talis facultas ad immutandum intellectum, à quibusdam entibus, non tantùm formaliter, sed etiam realiter dissideat: vt videre est in omni substantia materiali, quæ immediatè intellectum non immutat, sed medijs accidentibus à substantia realiter condiscretis, quæ sub sensum cadunt.

1. Obiectio quòd virtus intellectualis ad immutandum intellectum non sit identificata realiter cũ omni esse.

Quod & tradidisse videtur Scotus, *in 1. dist. 3 quæst. 3. num. marg. 9. §. Secundam rationem pertractat sic.* Vbi ait. *Hoc autem, quod suppositum est in ratione ista de substantia, quòd non immutat intellectum nostrum immediatè ad actũ circa se: probatur sic. Quia quidquid præsentia sua immutat intellectum, absentia illius potest naturaliter cognosci ab intellectu, quando non immutatur: sicut apparet. 2. de anima, quòd visus est tenebræ perceptibus, quando scilicet lux non est præsens, & ideo tunc visus non immutatur. Igitur, si intellectus naturaliter immutatur à substantia immediatè ad actum circa ipsam; sequeretur, quòd quando substantia non esset præsens, posset naturaliter cognosci non esse præsens; & ita naturaliter posset cognosci in hostia altaris consecrata, non esse substantiam panis, quod est manifestè falsum. Nullus igitur cõceptus quidditatiuus habetur naturaliter de substantia immediatè causatus à substantia.*

Confirmatur ex Scoto.

Scotus.

44 At hæc obiectio nullius est negotij; tantùm enim obtinet de mente Scoti, substantiam pro hoc statu immersionis ad phantasmata non immutare intellectum, nisi medijs accidentibus. Non tamen inficiatur Scotus, substantiæ inesse vim ad intellectum immediatè absque phantasmatis ministerio immutandum; cùm expresse autumet, tam Angelum, quàm animam in statu separationis

Diluitur obiectio.

à cor-

à corpore, ſpecies à materialibus obiectis abſtrahere: ac proinde in ipſis obiectis natiuam vim agnoſcit, quæ à virtute intellectus agentis eleuetur ad cauſalitatem reſpectu ſpiritualis effectus adeundam.

2. Oppoſitio, quòd ens materiale non vendicet vim immediatam ad immutandum intellectum.

45 Sed his non videtur ſopiri difficultas, quin & noua excitari oppugnans prædictam vim effectiuam in materialibus obiectis ad intellectum immutandum: fieret enim, vt albedo potens eſſet ad immutandum intellectum Angeli; quod eſſe prorſus impoſsibile vel ex eo oſtenditur. Quòd cauſa materialis eſt inferioris ordinis reſpectu ſpeciei intelligibilis, quæ eſt forma eſſentialiter ſpiritualis; implicat enim, quòd materialis cauſa non eleuata in effectum ſpiritualem influere queat; præcipuè apud Scotum, qui ideò inficiatur, accidens attingere ſubſtantiam, quia ſit inferioris ordinis ſeu gradus eſſendi. Atqui inintelligibilis eſt aliqua obiecti materialis eleuatio, quæ ab intellectu Angeli exhiberi queat; quia ſicut materiale obiectum non immutatur per alicuius ſpiritualis virtutis impreſsionem; ita æquè improportionatum relinquitur ſuppoſita eleuatione, ac antea.

Pro emendatione obiectionis oſtenditur, quòd etiam impetrat eleuationem phantaſmatis ab intellectu agente.

46 Reſpondetur; quòd ſi obiectio vrgeret, etiam prorſus conuelleret eleuationem phantaſmatis ab intellectu agẽte ad productionem ſpeciei intelligibilis; quæ in probatiſsima & communiori ſententia, vt certa ſupponitur. Cùm phãtaſmæ ab intellectu agẽte eleuatum nullam ab eo intrinſecam qualitatem eleuantem nanciſcatur; quia nec materialẽ; cùm de hac, eadem vrgeat inquiſitio, ac de natiua facultate phantaſmatis, quæ ob materialitatem ſpiritali producto improportionatum extat principium; nec ſpiritualem virtutem, cùm hęc materiali ſubſtrato ineſſe nequeat. Quare ſicut eleuatio phantaſmatis aſſeritur, abſque intrinſeca phantaſmatis immutatione, per ſolam intellectus agentis, & phantaſmatis ſympathiam, & eſſentialem in coefficiẽdo ſubordinationem, quæ præſtat, vt ab intellectu agente, & à phantaſmate, vnicus indiuiſibilis & non partitus prodeat influxus ſpiritalis, & repræſentativus vt quo; ac proinde adæquans in fieri actualitatem ſpeciei impreſſæ, quæ in facto eſſe ſortitur gradũ ſpiritalitatis, & repræſentationis obiecti. Ita & propter eamdem ſympathiam, quam aſtruimus inter obiectum materiale, qua expreſsivum eſt propriæ ſimilitudinis in intellectu, & intellectum agentem; ab obiecto materiali, & ab intellectu agente, vnicus etiam & non partitus emanat influxus ſpiritalis, & repræſentativus vt quo, ſeu per modum fieri; atque adeò adæquans actualitatem facti eſſe, nimirum ſpeciei productæ.

Conſectarium; cur non implicet phantaſma attingere imaginẽ ſpirituale, & repugnet, accidẽs producere ſubſtantiam.

47 Ex quo hauritur deciſio oppoſitæ difficultatis de accidente, cui inſtrumentariam cauſalitatem denegat Scotus ad ſubſtantiæ productionem; cùm tamen eam deferat materiali obiecto ad effectionem ſpititualis ſpeciei. Ratio ergo diſcriminis in hoc poſita eſt; quòd Thomiſtæ inficiantur eleuationem accidentariæ virtutis, quę ab ipſa ſubſtantia immediatè cooperante præſtetur; adeò vt à ſubſtantia, & ab accidenti, tanquam à duplici immediato & ſubordinato comprincipio vnicus & non partitus pullulet influxus ſubſtantialis adæquans ſubſtantialis termini actualitatem; (eadem ratione, qua à phantaſmate, & ab intellectu agente, apud Scoti aſſeclas, tanquam ab adæquata & immediata cauſa, emanat actio ad ſpeciei ſpiritualis productionem.) Cùm accidenti à connaturali ſubſtantia ſeparato, verbi gratia, calori ab igne ſeiuncto, & aliæ ſubſtantiæ copulato, nimirum ferro ignito aut candenti, eamdem deferant vim immediatam, ac adæquatam ad ſubſtantiæ generationem, quam accidenti propriæ ſubſtantiæ compoſito tribuunt. Quod perſpicuè demonſtrat, accidenti inſtrumentariam & initialem vim non addicere, qualem nos obiecto materiali, & phantaſmati tanquam vicario ſemini illius, ineſſe aſſeueramus; ſed adæquatam, & principalem agendi rationem. Licet verbis controuerſiam ludificant, dum accidens in virtute ſubſtantiæ operans pronuntiant; quaſi virtus illa, quam ſubſtantiæ appellant, accidentaria non ſit, ac proinde inferioris ordinis, quæ abſque alterius comprincipij immediata eleuatione, ſubſtantiæ productæ actualitatem adæquare non valeat. Sed de hoc adi quæ expendimus, *infra in controuerſ. generali 9. de viſione Dei, diſt. 1, ſubdiſt. etiam 1. art. 1. de potentia obedientiali activa, à num. marg. 21. uſque ad 23.*

DIGRESSIO

De tranſcendentali veritate; vtrùm ſit ratio formalis obiecti intellectus?

SVMMARIV

Opinio eorum, qui cenſent, veritatem tranſcendentalem eſſe rationem terminatiuam formalem obiecti intellectus. Num. 48.
Obſeruationes ad veram ſententiam. Numero 51.
Ens ſub ratione entis eſſe obiectum terminatiuum formale intellectus. Numer. 55.
Dilutio oppoſitarum rationum. Numero 57.

QVia tranſcendentalem veritatem in vi ac facultate entis ad immutandum intellectum conſtituimus, quæ eò veritas appellatur, quòd ſit poteſtas quædam rei ad veram ſui imaginem exprimendam; reſtat diſquirire, vtrum hæc veritas ad rationem formalem obiecti intellectus attineat?

Opinio autumans, ens ſub ratione entis non referre rationem formalem terminatiuam obiecti intellectus.

inio aduerſ, quod s veritas ratio formalis obie- intelle-

48 IN quare, eſt opinio aſſeuerans, ens ſub ratione entis non ſpectare ad rationem formalem terminatiuam obiecti intellectus; ſed ſolam veritatem. Quod placitum, quod plurimis præcipuè modernis valde arrideat; ſuadetur rationibus, quas proillo inſtruit Scotus *in 1. diſt 3. quæſt. 3. num. margin. 19. §. his viſis*, vbi inquit. *De ente reſtat dubitatio; vtrum poſſit poni aliquid aliud tranſcendens primum obie-*

etus.

ctum intellectus noſtri, quod videtur habere æqualem communitatem cum ente? Et videtur quod ſic; & hoc vno modo, quòd verum ſit obiectum adæquatum, & primum intellectus noſtri, & non ens; quod tripliciter probatur.

Primò ſic; diſtincta potentia habent diſtincta obiecta formalia ex 2. de anima: ſed intellectus, & voluntas ſunt diſtincta potentiæ: ergo habent diſtincta obiecta formalia. Quod non videtur poſſe ſuſtineri, ſi ens ponatur primum obiectum intellectus: ſed ſi verum ponatur, benè poſſunt aſſignari diſtincta obiecta formalia.

1. Ratio, quòd verè diſtinguat obiectũ formale intellectus ab obiecto formali voluntatis.

49 *Secundò ſic. Ens eſt commune de ſe ad ſenſibile, & intelligibile: obiectum autem proprium alicuius potentiæ eſt obiectum eius ſub aliqua propria ratione: ergo adhuc, quòd ens ſit proprium obiectum intellectus, oportet, quòd determinetur, & contrahatur ad ens intelligibile per aliquid, per quod excludatur ens ſenſibile. Sed tale contrahens videtur eſſe verum; quod dicit de ſe rationem manifeſtaui, vel intelligibilis.*

2. Ratio, quòd verũ contrahat ens ad rationem obiecti intelligibilis prout opponitur enti ſenſibili

50 *Item tertiò ſic; obiectum non eſt proprium alicuius potentiæ, niſi ſecundũ quòd eſt proprium motiuum illius potentiæ; non mouet autem aliquid potentiam, niſi ſecũdũ quòd habet aliquã habitudinẽ ad eam. Ens autem ſecundùm quòd abſolutum, & non habens aliquam habitudinem ad intellectum; non eſt primum, & immediatum obiectum. Illud autem, ſecundùm quod ens formaliter habet habitudinem ad intellectum, eſt veritas; quia ſecundùm Anſelmum de veritate, veritas eſt rectitudo ſola mente perceptibilis.*

3. Ratio, quòd verũ conſtituat ens in ratione mouentis intellectum.

Obſeruationes pro vera ſententia.

51 At, vt controuerſiam breuiter dirimamus: obſeruandum eſt diſcrimen, quod intereſt inter rationem formalem terminandi actum intellectus; & inter rationem formalem immutandi ipſum intellectum. Quod & in obiecto potentiæ viſiuæ manifeſto exemplo aperire poſſumus; in quo ratio formalis terminandi potentiam viſiuam eſt quidditas ipſiuſmet colorati; cùm illud terminet formaliter idolum viſionis, quod cadit ſub notitiæ viſiuæ intuitum. Id autem tãtùm eſt ipſamet quidditas colorati, non tamen viſibilitas: ſiue hæc conſtituatur in reſpectu extrinſecæ denominationis relicto ex tendentia notitiæ in obiectũ, vt aliqui aſſeuerant; ſiue in facultate ad

Ratio formalis terminandi actum intellectus, non eſt ratio formalis immutandi potentiam intellectiuam.

ex-

Liber primus. Tractatus primus. Capitulum primum.

Incipit liber primus de sphera mundi. Et primo de ejus nomine. Tractatus primus. Et primo de ejus figura. Capitulum primum.

Sphera mundi est instrumentum astronomicum, quod ad similitudinem totius mundi est compositum. Et ideo ad ejus cognitionem oportet primo ipsius mundi cognitionem habere. Mundus igitur est rotundus, sicut per philosophos et astronomos probatur. Et hoc tribus rationibus. Quarum prima est, quia figura rotunda est capacissima et ad motum aptissima. Mundus autem continere debet omnia et motum habere. Secunda ratio est, quia figura rotunda est simplicissima, quia non habet angulos nec lineas. Mundus autem simplicissimus debet esse, quia si esset compositus, ex contrariis componeretur, et sic corrumperetur. Tertia ratio est, quia figura rotunda est perfectissima, quia omnes partes ejus a medio sunt equidistantes. Mundus autem perfectissimus debet esse, quia opus Dei est. Et ideo mundus rotundus est.

Mundus autem non solum rotundus est, sed etiam sphericus. Sphera enim est corpus rotundum, cujus omnes partes superficiales a centro sunt equidistantes. Et ideo mundus sphericus est.

Mundus autem non solum sphericus est, sed etiam undique clausus. Si enim non esset undique clausus, sed haberet aliquod foramen, per illud foramen aer et ignis exirent, et sic mundus corrumperetur. Et ideo mundus undique clausus est.

Mundus autem non solum undique clausus est, sed etiam undique solidus. Si enim non esset undique solidus, sed haberet aliquod foramen, per illud foramen aer et ignis exirent, et sic mundus corrumperetur. Et ideo mundus undique solidus est.

Mundus autem non solum undique solidus est, sed etiam undique plenus. Si enim non esset undique plenus, sed haberet aliquod foramen, per illud foramen aer et ignis exirent, et sic mundus corrumperetur. Et ideo mundus undique plenus est.

Mundus autem non solum undique plenus est, sed etiam undique continuus. Si enim non esset undique continuus, sed haberet aliquod foramen, per illud foramen aer et ignis exirent, et sic mundus corrumperetur. Et ideo mundus undique continuus est.

Mundus autem non solum undique continuus est, sed etiam undique unus. Si enim non esset undique unus, sed haberet aliquod foramen, per illud foramen aer et ignis exirent, et sic mundus corrumperetur. Et ideo mundus undique unus est.

Mundus autem non solum undique unus est, sed etiam undique totus. Si enim non esset undique totus, sed haberet aliquod foramen, per illud foramen aer et ignis exirent, et sic mundus corrumperetur. Et ideo mundus undique totus est.

Mundus autem non solum undique totus est, sed etiam undique perfectus. Si enim non esset undique perfectus, sed haberet aliquod foramen, per illud foramen aer et ignis exirent, et sic mundus corrumperetur. Et ideo mundus undique perfectus est.

Mundus autem non solum undique perfectus est, sed etiam undique finitus. Si enim non esset undique finitus, sed haberet aliquod foramen, per illud foramen aer et ignis exirent, et sic mundus corrumperetur. Et ideo mundus undique finitus est.

Mundus autem non solum undique finitus est, sed etiam undique determinatus. Si enim non esset undique determinatus, sed haberet aliquod foramen, per illud foramen aer et ignis exirent, et sic mundus corrumperetur. Et ideo mundus undique determinatus est.

Mundus autem non solum undique determinatus est, sed etiam undique definitus. Si enim non esset undique definitus, sed haberet aliquod foramen, per illud foramen aer et ignis exirent, et sic mundus corrumperetur. Et ideo mundus undique definitus est.

Ens sub ratione entis constituit rationem formalem terminãdi in obiecto intellectus; secùs rationem formalem obiecti quà immutatiuũ est potentiæ per actionem intentionalem.

Ens sub ratione entis est ratio formalis terminatiua in obiecto intellectus.

55. HIS Suppositis; reliquũ est, vt rationibus textualibus Scoti ostendatur; ens sub ratione entis esse rationem formalem obiecti intellectus, quà terminatiuum est cognitionis. Sic ergo habet Scotus loco citato *num. marg. 20. §. Sed contra istam conclusionem.*

1. Ratio Scoti.

Scotus.

Primum obiectum, hoc est adæquatum, vel adæquatur secundùm communitatem, vel secundùm virtutem, vel secundùm istam duplicem primitatem concurrentem. Verum autem nullo istorum modorum adæquatur intellectui, ens autem adæquatur, vt patuit; ergo &c. Probatio prima partis minoris: verum non dicitur in quid de omnibus per se intelligibilibus, quia non dicitur inquid de ente, nec de aliquo per se inferiori ad ens. Secunda pars minoris probatur cum tertia: quia inferiora ad verum, licet includant ipsum essentialiter, non tamen includunt omnia alia intelligibilia virtualiter, vel essentialiter; quia hoc verum, quòd est in lapide, non includit essentialiter, vel virtualiter lapidem; sed è conuerso ens, quod est in lapide, includit veritatem, & ita de quibuscumq; alijs entibus, & eorum veritatibus.

Confirmatur.

Item: verum est passio entis, & cuiuslibet inferioris ad ens; ergo intelligendo ens, & quodcunque inferius ad ens præcisè sub ratione veri, non intelligitur nisi per accidens; & non secundùm rationem quidditatiuam. Sed cognitio cuiuscunque secundùm rationem quidditatiuam est prima, & perfectior cognitio de eo, ex 7. metaph. cap. 1. Ergo nulla cognitio de aliquo præcisè sub ratione veri est prima cognitio obiecti; & ita nec veritas est prima ratio præcisè cognoscẽdi obiectum.

Commentarius probationum Scoti.

56 Mens autem Scoti eò tendit; quòd obiectum adæquatum & formale alicuius potentiæ debet ambire totam partialium obiectorum latitudinem, aut ambitu communitatis, & abstractionis; vel continentia eminentialitatis, ita vt intra virtualitatem eius præhabeantur. At solum ens hac ratione continet totam obiectorum intellectus latitudinem, non autem verum: quia nec ambit verum ambitu vniuersalitatis omnia intelligibilia. Licet enim prædicetur in quid de suis inferioribus, quæ sunt veritates transcendentales contractæ, & particulares; at de inferioribus entis enuntiari non valet inquid, sed solùm in quale, tanquam proprietas in secundo modo perfectis de inferioribus entis enũtiata. Deinde; nec etiam veritas claudit obiectã intellectus virtualiter; cùm veritas lapidis non præhabeat intra eminentiam suam gradum entis, qui contrahitur ad esse lapidis; sed è contra potiùs prædicatum entis præcontineat verum, sicut & quodlibet subiectum præhabet intra suam virtualitatem propriam passionem, & non è contra passio subiectum.

Alia ratio textualis.

Prætereà: quia cum veritas sit affectio quædam entis extra quidditatiuum conceptum illius; si veritas esset ratio formalis terminandi actum intellectus; fieret, vt obiectum intellectus terminaret notitiam apprehensiuam, non secundùm id, quod illi essentialiter congruit, sed solùm accidentaliter.

Satisfactio ex Scoto ad fundamẽta opinantis, quod verũ sit obiectum formale terminatiuum intellectus.

57 Ex his ad oppositas obiectiones. Ad primam de necessaria obiectorum formalium discretione, vt ab eis essentialis potentiarum condistinctio hauriri queat; sic respondet Scotus loco citato, *num. marg. 22. §. Ad illud, quod accipitur in argumento de distinctione obiectorum.* Vbi ait. *Respondeo; quòd potentiæ disparatæ habent omnino obiecta disparata; quia nulla earum, ex quo sunt disparata, est per se operativa circa obiectum, circa quod alia. Tales sunt sensus exteriores inter se: vt visus, auditus, &c.*

Scotus.

Triplex potentiarum comparatio apud Scotũ.

Secundo modo, potentiæ habent obiecta prima subordinata; ita quòd sicut potentia superior potest habere per se actum circa quodcunque, circa quod potest potentia inferior; ita obiectum primum potentiæ superioris continet sub se primum obiectum potentiæ inferioris: alioquin non esset illud obiectum adæquatũ potentiæ superiori. Vnde primum obiectum visus secũdùm suam communitatẽ

con-

Scotus,

continetur vt inferius ſub primo obiecto ſenſus communis.

Tertio modo, potentiæ ſic ſe habent quòd ſi appetitiua adæquaretur cognitiuæ in operando circa quæcunque obiecta, idem eſſet obiectum primum vtriuſque, & ſub eadem ratione formali ex parte obiecti. Si autem appetitiua habeat actum circa aliqua cognoſcibilia, & circa aliqua non; tunc obiectum appetitiuæ erit inferius ad obiectum cognitiuæ.

Ad propoſitum, intellectus, & voluntas cadunt ſub tertio membro; & ſi voluntas ponatur habere actum circa omne intelligibile, ponetur idem eſſe obiectum tam voluntatis, quàm intellectus, & ſub ratione eadem formali. Si verò non, ſed quòd voluntas tantùm habeat actum circa intelligibilia, quæ ſunt finis, vel entia ad finem, & non circa merè ſpeculabilia: tunc ponetur obiectum voluntatis aliquo modo particulare reſpectu obiecti intellectus. Sed ſemper ſtabit, quòd ens eſt obiectum intellectus.

Qualiter intellectus & voluntas vendicent ſibi obiectū formale.

58. Vbi Doctor triplicem potentiarum comparationem expendit: aut omnino diſparatarum inter ſe; qualiter ſe habent viſus, & auditus; & hæ facultates ſortiuntur obiecta omnino condiſcreta. Aut ſubordinatarum; & tunc vel in eodem genere tendentiæ in obiectū; cuiuſmodi ſunt ſenſus particularis, verbi gratia viſus, & ſenſus communis, intra idem genus cognoſcitiuæ potentiæ; & de his docet Scotus, vniuerſaliorem potentiam, nimirum, ſenſum communem, attingere obiectum potentiæ inferioris, verbi gratia, facultatis viſiuæ ſub eadem ratione formali terminandi, ſub qua à viſiua potentia coloratum percipitur; idquè tantùm intercedere diſcriminis inter obiecta iſtarum potentiarum; quòd obiectum adæquatum potentiæ communioris latiùs pateat, ac proinde contineat tanquam ſuum inferius, illud, quod eſt obiectum inferioris potentiæ. Tertia tandem potentiarum comparatio eſt inter facultates ſubordinatas intra diuerſam tendentiæ rationem; qualis eſt connexio facultatis apprehenſiuæ, & appetitiuæ; verbi gratia, intellectus, & voluntatis, intra diuerſum ordinem intelligendi & appetendi. Et de his altruit, quòd ſi voluntas ferri valeat in omne apprehenſum; tunc nulla datur diſcretio inter obiectum formale intellectus & voluntatis; quod infra in ſequēti controuerſia latiùs expendemus, oſtēdentes bonitatem entitatiuam & abſolutam non ſecerni à quidditaua rei conſtitutione: quò fit, vt ſi ens ſub ratione entis ſit ratio formalis terminandi intellectum, etiam ſub ratione entis terminet facultatem impulſiuam; cùm bonitas non diſsideat à quidditate entis.

Clmenta-rius textui præcedētis.

Explanatio triplicis cōparationis potentiarū ad obiecta de mēte Scoti.

59 Ad ſecundum argumentum; futilem eſſe rationem, quæ agit, ex vnitate obiecti formalis; ſeu ex obiecti formalis diſcretione, vnitatem & diſtinctionem potentiarum metiri; cùm in communiori metaphyſicorum ſententia idem album ſit terminus formalis ſimilitudinis albi ad ipſum, & diſsimilitudinis nigri ad idem album. Præterea, apud aduerſarios eadem voluntas per actum proſequutionis tendit in bonum ſub ratione boni, & per actum fugæ in malum ſub ratione mali; quod idem aſſeuerare coguntur de appetitu materiali & ſenſitiuo, cùm tamen potentiæ iſtæ vnitatem ſpecificam ſortiantur.

Ad 2. arg. oſtenditur, nec [illegible]

Nec eludi valet prædicta oppoſitio de diſcretione formali obiecti actuum proſequutionis & fugæ, eo effugio, quod comminiſceretur, obiectum præſequutionis & fugæ colligi ad vnam rationem appetibilis vt ſic: ac proinde effici, vt appetitus proſequens, & fugiens non habeat duplex obiectum formale; cum omnia obiecta proſequationis & fugę coeāt in vnam rationem.

Præmiſſæ doctrinæ plena elucidatio.

Id enim effugium prorſus occluditur; eò quòd obiectum actus fugæ non ſolum ſit malum poſitiuum, quod ob naturalem antypathiam ſit malum & diſconueniens alteri; ſed etiam malum purè negatiuum, quale eſt mors, & quodlibet aliud non eſſe formæ conuenientis; cùm tamen certo certius ſit, à negatiuo & poſitiuo vnam rationem non præſcindi, quæ realis ſit, cuiuſmodi eſt obiectum formale appetitus.

Ad 3. arg. ratio terminandi non eſt ratio mouendi.

60 Ad tertium argumentum; dicimus, falſum aſſumere, nimirum ratione terminandi & mouendi non ſecerni in obiecto potentiæ; cùm id ſatis enodet exemplum de obiecto potentiæ viſiuæ, in quo ratio terminandi diſsidet à ratione mouendi: quia coloratum, qua tale, terminat viſionem, non tamen qua immutatiuum eſt viſiuæ potentiæ. Cum

facul-

facultas visiua non percipiat vim illam intentionaliter immutatiuam oculi, quæ colorato ineſt; ac proinde vis immutatiua ad rationem terminandi attinere non valet; cùm nihil terminet conatum potentiæ & tendentiam eius, niſi quod coloratum eſt; vis autem illa intentionalis non ſortitur colorem.

ARTICVLVS II.

Quæ ſit veritas formalis? & quæ eius analogia ad tranſcendentalem veritatem?

SVMMARIVM.

Veritatem formalem eſſe de quidditate omnis notitiæ, ſiue complexæ, ſiue incõplexæ, opinatus eſt Hurtado. Num. 1.
Refellitur. Num. 4.
Fit ſatis Hurtadi oppoſitionibus. Numer. 8.
Veritatem formalem in reſpectu rationis conſtituit Vazquez. Num. 11.
Reijcitur. Num. 12.
Alij veritatem eſſe relationem realem, contendunt. Num. 13.
Refutantur. Num. 14. & 15.
Propria ſententia de quidditatiuo veritatis conceptu ſtatuitur. Nume. 16.
De ſubſtrato veritatis formalis, quod poſſit eſſe ſimplex notitia. Numero 24.
Qua ratione ſpeciali cohæreat veritas formalis complexioni & iudicio? contra Caietanum, & Searium. Numero 26.
Analogia veritatis formalis ad veritatem tranſcendentalem diſcutitur. Num. 31.

QVIA Veritatis formalis exacta ratio plurimum iuuat ad exactè veritatem rei percallendam, ideo S. Thomas. 1. *par. quæſt. 16. art.* 2. Veritatem formalem expendit; quare, nec Theologicæ diſſertationis metas præteribimus, veritatis formalis naturam diſcutientes. Cæterùm, quia in conſtituenda veritatis formalis ratione nec minus nutant authores, quã in tradenda tranſcendẽtali veritate diſſident; ideò ſigillatim proponenda, & intrutinam vocanda eſt ſententia quælibet, ne opinationum varietas præſentem controuerſiam obſcuret. S. Thom.

Tria quæſtia circa veritatẽ formalem.

Tria ergo in præſenti articulo breuiter expedienda ſunt. Primùm; natura veritatis formalis. Secundùm; materiale ſeu ſubſtratum veritatis, vtrũ hoc ſit tantùm complexa enũtiatio, an etiã ſimplex notitia? Tertiùm; analogia veritatis formalis ad tranſcendentalem veritatem?

Opinio aſſerens, quod omnis veritas formalis ſit de quidditate notitiæ cõplexæ. Petrus Iurtadus.

1. Verùm; circa quidditatiuam veritatis rationem, aliqui exiſtimant, veritatem eſſe de quidditate notitiæ, ſiue complexæ, ſiue incomplexæ. Ita Hurtado. *In ſua philoſoph. diſp. 9. de anima, ſect. 3. ſubſect. 4. §. marg. 36.* Et probatur primò.

Probatur 1 in cõplexione ex terminis neceſſarijs.

Quia, hæc enuntiatio, Petrus eſt homo, ſicut vi intrinſecæ complexionis ſuæ, exprimit identitatem inter Petrum & hominem; cùm eſſentialis ſit cõnexio identitatis inter iſta extrema, quæ per enuntiationem repræſentantur, ita & per ſuam eſſentiam enuntiat rem ſicuti eſt: igitur & refert rationem veritatis eſſentialiter, ac proinde veritatis conceptus ipſi enuntiationi extrinſecus, aut adventitius eſſe non poterit.

Confirmatur.

Confirmatur: quia actus, aut per ſuã eſſentiam nanciſcitur ſimilitudinem & aſſimilationem ad obiectum; ac proinde eſt eſſentialiter verus; aut per ſuam eſſentiam non refert expreſsionem intentionalem obiecti ſicuti eſt; & tunc eſt falſus: igitur falſitas, aut veritas, non ſunt extra eſſentiam actus conformis, aut diformis, obiecto.

2. Ratio in cõplexis ex terminis cõtingentibus.

2. Deinde ſecundò; arguitur in enũtiationibus, quæ terminantur ad obiecta ſeu terminos obiectiuos, qui eſſentialem complexionem inter ſe non ſortiuntur, vt patet in his, Petrus eſt albus, Petrus currit, in quibus maior viget difficultas. Quia, licet compoſitio Petri & curſus, omnino accidentaria ſit, at ex hypotheſi futuritionis neceſſaria eſt; ergo ab ea neceſsitate obiecti, ex hypotheſi determinatæ futuritionis, trahi poteſt ad actum intellectus neceſſaria & eſſentialis conformitas ad obiectum.

Nec

Confirmatur in assensu fidei, qui fit ex complexo ex terminis contingentibus

Nec enim ex hoc, quòd obiectū essentialiter contingens sit; inferri potest ſi cuitatem seu assimilationem ad obiectum esse accidentalem & aduentitiam actui. Alijs enim de obiecto simpliciter & ab intrinseco cōtingenti; necessario tamē ex suppositione diuinæ reuelationis, haberi non posset assensus fidei essentialiter verus.

Instatur, cō quod enuntiatio ſit naturalis imago obiecti complexi.

Præterea; quia conformitas imaginis naturalis ad obiectum est essentialis imagini; sed actus complexus, seu enuntiatio, essentialiter est imago obiecti enuntiati; igitur assimilatio ad obiectum, seu conuenientia illa intentionalis est de quidditate enuntiationis. Ac hæc ſicuitas est formalis veritas; igitur.

Arguitur tertiò quatenus omnis cōplexioni obstet trāſire à vera in falſum.

3. Tertiò: quia implicat, propoſitionem, non mutata terminorum complexione, de vera in falſam transire, aut è contra: atqui non repugnaret, ſi veritas esset respectus aduentitius ex poſitione extrinseca obiecti; vt constat de alijs prædicamentalibus respectibus; igitur veritas est de essentia actus. Probatur maior: quia enuntiatio, quæ fuit vera pro aliquo tempore, non potest esse falſa pro eadem temporis differentia; ergo vt falſificetur necesse est, vt fiat mutatio aliqua in copula, & complexione terminorum cū extenſione eius ad aliam temporis differentiam. Quòd iam esset ſuppoſitum quæſiti deſtruere; non enim esset eadem propoſitio de vera in falſum transiens, ſed alia prorſus diſtincta; ſicut & alia ratio nexus & copulæ, à qua trahitur tota propoſitionis enuntiatio, & compoſitio.

Veritatem formalem cuilibet actui complexo essentialem esse non posse; ostenditur contra Petri Hurtadi placitum.

Confutatio opinionis Hurtadi

4 CÆTERVM; Prædicta ſententia vniuerſaliter vera esse non potest; nec enim eam connexionem cum propoſitione obiectiua præferre poteſt enuntiatio formalis ex terminis accidentalibus, aut contingentibus conflata; quam nanciſcitur neceſſaria propoſitio, cuius termini eſſentialem adeunt complexionem. Quod diſcrimen luculenter nobis reſeruit Scotus, *in 1. ſenten. diſt. 39. quæſtio. vnica, §. viſo de contingentia. num. marg. 23.* Vbi ait.

Veritas non est adequata complexi ex terminis contingentibus.

Scotus.

Poteſt poni aliter, quòd intellectus diuinus, aut offert ſimplicia, quorum vnio eſt contingens in re; aut ſi offert cōplexionem, offert eam ſicut neutram; & voluntas eligens vnam partem, ſcilicet coniunctionem iſtorum pro aliquo nunc in re, facit illud determinatè eſſe verum. Hoc autem exiſtente determinatè verò, eſſentia eſt ratio intellectui diuino intelligendi iſtud verum: & hoc naturaliter, quantum eſt ex parte eſſentiæ. Ita quòd, ſicut naturaliter intelligit omnia principia neceſſaria, quaſi ante actum voluntatis diuinæ, quia eorum veritas non pēdet ab illo actu, & eſſent cognita ab intellectu diuino, ſi per impoſſibile nō eſſet volens: ita eſſentia diuina eſt ratio cognoſcendi ea in illo priori inſtāti naturæ. Quia tūc ſunt vera, nō quidem quòd illa vera mouent intellectum diuinū, nec etiam termini eorum ad apprehendendum talem veritatem: quia tunc intellectus diuinus vileſceret: quia pateretur ab alio ab eſſentia ſua. Sed ſicut eſſentia diuina eſt ratio cognoſcendi ſimplicia, ita & complexa talia. Tunc autem non ſunt vera contingentia, quia nihil eſt tunc per quod habeant veritatem determinatam. Poſita autem determinatione voluntatis diuinæ, iam ſunt vera, videlicet pro illo ſecundo inſtanti.

propoſitio de futuro contingenti eſt neutra ad veritatem, vel falſitatem ante decretum Dei

5. Vbi conſtituit Scotus diſcrimē inter propoſitiones, quarum termini eſſentialiter componuntur inter ſe, & eas; quarū complexio eſt cōtingens. De primis aſtruit; à ſe ipſis eſſentialē, & neceſſariam veritatē vendicare; de alijs verò ſolùm aduētitiam, & extrinſecam; eam nimirum, quæ enuntiationi accedat à decreto diuinæ voluntatis. Vnde ſublata mutatione, & determinatione obiectiua, quæ relinquitur à decreto; propoſitio, vt ante decretum, non eſt vera, ſed neutra ad veritatem & falſitatem.

Elucidatio literæ Scoti

Expenduntur Hurtadi oppoſitiones.

Refellitur fundamẽta Pet. Hurta. Eiiditur 1. Ratio.

8 EX His, nec difficile erit fundamenta oppoſita infringere. Ad primùm; concedimus, complexionem illam neceſſariam, de qua procedit argumentum, eſſentialiter veram eſſe; inficiamur tamẽ, propoſitiones contingentes, aut accidẽtariæ complexionis veritatem eſſentialem ſortiri.

Propoſitio cuiuſcunque ex terminis cõtingentibus, per ſuã eſſentiã nec eſt conformis nec difformis obiecto.

Ad confirmationem; quòd quando motiuum aſſenſus non eſt neceſſarium eſſentialiter; nec aſſenſus ipſe eſſentialem aſſimilationem refert ad obiectũ. Cùm autem inſtatur, quòd actus per ſuã eſſentiam aut eſt conformis; aut difformis? Reſpondetur; actum per ſuam eſſentiam eſſe non conformem obiecto; ſeu neutrum ad veritatem, & falſitatem vt conſtituit Scotus. Aliud enim eſt, actum eſſe non conformem per ſuam eſſentiam; aliud verò difformem. Quò fit, vt termini iſti, *conformis*, & *difformis*, contradictorie non opponantur, cùm conceptum medium patiantur, ſcilicet neutrum ad conformitatem, & difformitatem; conformis, verò & non conformis, contradictoriam importent oppoſitionem. De quo vide infra, *in cont.* 11. *de ſcientia Dei, diſt.2. art.4. num. margin.* 38.

Explanatio doctrinæ præcedẽtis.

Cæterùm illud vnum occurrit obſeruandum in præſenti; quòd quãdo cõplexionem contingẽtem per ſuam eſſentiã eſſe non determinatè conformem, vel difformem, obiecto pronuntiamus; non loquimur in ſenſu priuatiuo, ſed præciſiuo, ſeu non intendimus priuationem determinatæ cõformitatis, vel difformitatis eſſe eſſentialẽ huiuſmodi complexioni, vt euidẽs eſt; aliàs enim nunquã poſſet eſſe determinatè vera, vel falſa pro nutu diuinæ voluntatis. Adſtruimus verò, prædictam enuntiationẽ, à ratione & quidditate ſua, & ſeclusa contractione, quæ illi ab extrinſeco accedit, præſcindere à determinata veritate, & falſitate eamque neutram eſſe, vt pro Dei ſtatuto, aut propoſito, ad determinatam conformitatem vel difformitatẽ cõtrahatur. De quo vide locum citatum ex controuerſia de ſcientia Dei.

Reſpõſio ad 2. arg.

9 Ad ſecundum argumentum; patet ex dictis; quòd actus fidei ideo eſſentialem vendicat veritatem; quia ratio motiua talis aſſenſus non eſt complexio terminorum, ſed diuina veracitas in dicẽdo, quæ eſt eſſentialiter neceſſaria.

Oppoſitio gens in ſcientia viſionis eſſentialiter vera.

At vrgebis; quòd non ſolùm eſt eſſentialiter vera ſcientia ſimplicis intelligentiæ, quæ neceſſarias complexiones comprehendit, ſed etiam ſcientia viſionis, qua Deus obiecta contingentia percallet; at ratio obiectiua ſcientiæ viſionis non eſt ſimpliciter, & ab intrinſeco neceſſaria; ſed ſolùm neceſſaria ex hypotheſi, cùm ſit mutatio, & determinatio obiectiua, quæ relinquitur à decreto libero Dei, vt docet Scotus in litera citata: igitur, & in creatis veritas formalis complexioni contingenti congruere poterit eſſentialiter, eſtò quòd ratio obiectiua, ſeu motiuum aſſentiendi ſit ab intrinſeco contingens, & ſolùm neceſſariũ ex ſuppoſitione.

Expẽditur qualiter veritas ſcientiæ viſionis ſit eſſentialis circa obiectum contingẽs.

Reſpondetur; oppoſitam obiectionem eam tantùm nobis difficultatem opponere, quæ contra omnem militat ſententiam de actibus liberis in Deo, quid addant ſupra actum neceſſarium? Quæ ex inſtituto in controuerſia de immutabilitate Dei, enodanda eſt. Pro nunc ergo aſtruimus, idem iudicium habitũ iri de veritate ſcientiæ viſionis, ac de actu ipſo libero; quare aſſerimus, quòd ſicut ſcientia viſionis eſt neceſſaria & eſſentialis Deo quoad eſſe, non vero quoad terminationem ad obiectum contingens; ita veritas ſcientiæ viſionis Deo eſſentialis eſt quoad eſſe, & reſpectu obiecti neceſſarij, non tamen quoad cauſalitatẽ, & terminationem ad obiectum contingens. Quia ſicut poſſet Deo ineſſe & ab eſſe viſionis actus, quatenus ad obiectũ terminatur, non tamen quatenus eſt forma vitalis, & intrinſeca Dei; ita & ſicuitas ea, quam refert vitio ad obiectũ contingẽs, tolli poſſet abiato obiecto. Quò fit, vt talis veritas ſit eſſentialis Deo quoad eſſe; non verò quoad terminationem. Cùm autem ad terminationem actus ſcientiæ viſionis ſpectet tendẽtia ipſius in obiectum contingens ſub ratione obiectiua eſſentialiter contingẽti, & ſolùm neceſſaria ex hypotheſi; proinde fit, vt inconcuſſum relinquatur noſtrũ principium, quatenus aſſumit, non ineſſe maiorem neceſſitatem actui aprehẽſiuo, quàm motiuo tendentiæ eius in obiectum.

Ad cõfirmationem; non omnis imago cõplexa importat essentialẽ conformitatẽ ad obiectũ.

Ad confirmationem; respondetur; quòd quando imago complexa obiecti, exprimit complexionem obiectiuam, sub ratione necessaria terminandi; tunc similitudo ad obiectum est de essentia talis imaginis. Secùs verò quando ratio motiua talis expressionis necessaria nõ est, cùm non appareat ratio, cur complexio formalis sit necessaria, obiectiua autẽ ab intrinseco & essentialiter contingens?

Vel breuiùs; quòd imago cõplexa cõstãs ex terminis essentialiter connexis, aut inter se compositis, refert essẽtialẽ assimilationem ad obiectum; secus verò imago ex terminis accidẽtaliter interse cõueniẽtibus, aut coeũtibus cõflata, & sub motiuo cõtingẽti assentiendi.

Ad 3. arg. propositio constituit ex terminis nõ necessariò cõuentis, potest transire de vera in falsam.

10 Ad tertium arguinẽtum; quòd sine mutatione essentiali propositionis potest, data obiecti vicissitudine (quæ cõplexioni ex terminis contingentibus conflatæ non obstat,) de vera in falsam transire; & è contra. Quia duratio illa, quæ significatur per verbum est, quòd terminos inter se connectit, non est indiuisibilis; nec ita determinata ex communi concipiendi ratione ad aliquod indiuisibile instans, vt latitudinem non sustineat. Quò fit, vt enuntiatio in aliqua portione extensionis successiuæ per copulam expressæ possit esse falsa; in alia verò temporis particula possit esse vera, quatenus obiectum modo segerat aliter, quàm antea. Si autem duratio ex modo concipiendi esset contracta ad aliquod singulare instans, vel ad aliam durationem terminatissimam; eadem propositio, non variata copulæ significatione, non posset ad aliam temporis differentiam trahi. Quia tamen propositiones, vt sub captum humanum cadunt, sub tali contractione non formantur; ideo ratione latitudinis seu confusionis copulæ, vel quòd eòdem redit, ratione suæ indeterminationis, plures durationis particulas ambientis, potest modo veritatem, modo falsitatem sustinere.

Colloratiũ ex præmissis.

Ex quo incidenter, àprimè tamen, colligitur; cur mutatis per diuersos temporum decursus diuinę cognitionis obiectis, non mutetur veritas illius? Quæ ex præmissis facillima est. Quia, cũ cognitio Dei tendat in obiectum terminatissimè inspiciendo singulos articulos, & conditiones existẽtiæ obiecti; ideo licet mutetur obiectum, nõ variatur sciẽtia Dei, eò quòd existẽtia obiecti nõ percipiatur cum potẽtialitate, & indeterminatione, sed cũ contractione pro tali nũc: vnde, licet obiectũ aliter se habeat pro alio nũc, nõ falsificat diuinã notitiã quia res pro alia duratione non est obiectum illius terminationis.

Obiicit.

Sed oppones; dari complexionẽ contingẽtem, quæ nõ sustineat obiecti vicissitudinẽ, ob quã à vera in falsam deficiat eò quòd enũtiatio exprimat extrema, licet accidẽtaliter interse composita, inseparabiliter tamẽ cohærẽtia; vt hæc, *Ætiops est niger*. nec enim Ætiops ad albedinem transit sicut Petrus, qui à sessione seiũgitur, dum componitur cursui, & è cõtrario itur saltim complexiones illæ in materia cõtingẽti, quæ ex terminis insẽparabilibus cointegrantur, determinatam veritatem sibi asciscent.

Diluitur.

Respõdetur; quòd cũcta complexa in materia nõ necessariæ veritatis, ea nimirũ, quæ nõ suppeditãt mediũ assẽtiẽdi essẽtialiter necessariũ, nequeũt esse essentialiter vera, vt in superioribus ostendimus; complexio enim Petri cũ albedine, vel cũ quolibet alio accidẽte insẽparabili, licet nõ subiaceat mutationi obiecti de lege ordinaria, substerniturverò talivicissitudini de absoluta Dei potentia; quòd euincit, complexionem obiectiuã, quæ est medium vel ratio propter quam assensus, & iudicij, nõ esse essentialiter necessariam, à qua essentialis veritas cõplexionis formalis trahi valeat.

Aliæ sententiæ de quidditate veritatis formalis propositæ, & cõfutatæ contra Vazq. constituentem, veritatem formalẽ in habitudine rationis, & alios asserentes esse respectum realem.

11 NEC hi, qui veritatẽ formalẽ ab essentia actus cõdistinguũt; etiã cõueniũt in enodando conceptu veritatis. Vazquez

enim

enim. 1. *part. tom.* 1. *disput.* 76. *capit.* 1. Autumat, veritatem formalem consistere in respectu conformitatis inter esse obiectiuum, quòd à cognitione fit, & ipsum obiectum in esse reali. Cùm autem esse obiectivum, quòd à cognitione trahitur, sit ens rationis, & hoc etiam apud Vazquez sit fundamentum relationis ficuitatis cum obiecto in esse reali; fit, vt talis relatio conformitatis, seu veritatis sit relatio rationis: eò quòd ens rationis non possit esse substratum illatiuum realis respectus.

Opinio Vazquij, quòd veritas sit relatio rationis.

Fundamentū Gabrielis Vazquij.

Placitum Vazquez, pro quo citat Durandum, & Herveum, probatur sic: quia si veritatis ratio in conuenientia apprehensionis, & rei posita est; illi conceptui primariò ratio veritatis deferri debet, cui primariò congruit ratio conuenientiæ intentionalis. Atqui prius conuenit esse obiectiuo ficuitas cum esse reali, quàm cognitioni ipsi cum obiecto, prout est extra intellectum; cùm eàtenus notitia sit conformis obiecto in reali esse, quatenus exprimit esse obiectiuum, quod refert cõuenientiam cum esse reali ipsius obiecti; ergo.

12. Sed non placet; ob idem prorsus fundamentum, cui innixi in controuersia 12. de ideis, statuimus; rationem ideæ primariò congruere cognitioni, & secundariò ipsi esse obiectiuo, quòd à cognitione accipitur. Nec ratio Vazquez vrget; cùm assumat id, quòd probare debuisset, nimirum conuenientiam intentionalem cum re ipsa priùs congruere obiectiuo esse, quàm cognitioni. Quia cognitio à se habet, vt obiectum realiter, & vitaliter exprimat, sicut à se ipsa refert rationem imaginis, & non ab obiectiuo esse; adeò vt si esse obiectiuum, quòd à cognitione relinquitur (tanquàm quid denominatiuum & extrinsecum) non accederet; adhuc cognitio se ipsa obiectum exprimeret ficuti est; non expectato, quantùm ad rationem conuenientiæ, & ficuitatis cum obiecto in esse reali, illo esse denominatiuo, quod ad cognitionem subsequitur.

Oppugnatur præcedens modus dicendi

Quod sic vlteriùs ostendo: cognitio eam rationem obiecti spectat vt terminum habitudinis conuenientiæ suæ cum obiecto; à qua mensuratur talis conuenientia intentionalis cum obiecto. Atqui ficuitas cognitionis cu obiecto non mensuratur primariò ab esse obiectiuo, quod ad cognitionem accedit, vt quid posterius & denominatiuum à notitia petitum; cùm potiùs esse obiectiuum mensuretur à cognitione, à qua esse eiusdem trahitur, tanquà à causa illius in esse apprehensi; mensura enim quæ talis debet mensuratum anteire. Ergo esse reale obiecti, quod per cognitionem non producitur, est mensura primaria veritatis cognitionis, aut complexionis enuntiantis aliquid de obiecto prout existit à parte rei; ac proinde conuenientia intentionalis cum esse rei, primariò non cõpetit esse obiectiuo, sed cognitioni.

Instatur vlteriùs

Deinde; quòd dum Vazq. constituit veritatem formalem in respectu rationis, qui interst inter esse obiectiuum, & esse reale obiecti; autumat, dari aliquod esse intentionale medians inter actum cognitionis, & esse obiecti prout à parte rei existit. Ita vt tale esse intentionale, vel obiectiuum non addat solam denominationẽ cogniti supra actũ cognitionis; sed etiam adiũgat quid obiectiuum intentionale medium inter cognitionem, & obiectum prout à parte rei existit; quòd ens obiectiuum asseuerauit Vazq. esse immediatum substratũ relationis conformitatis ad obiectum in esse reali.

Alia ratio specialiter impetens doctrinã Vazquij.

Vnde sicut nobis non probatur assertio talis entis obiectiui vel intẽtionalis medij; ita nec Vazq. suffragari possumus circa fundamentum talis relationis rationis, in quo vult positam quidditatem veritatis formalis. De quo vide quæ agimus infra cõtra Villegas professorem Complutensem, *in controu.* 11. *generali de scientia Dei disp.* 1. *art.* 3. *n. mar.* 33. & 34. & cõtra Vazq. *in cont.* 12. *in append. metaph. de esse obiectiuo creaturarum à n. mar.* 35. *vsq; ad* 40.

Villegas. Vazquius.

13 Secunda opinio; licet veritatem nõ in cõceptu obiectiuo, sed in formali cõstituat; astruit tamẽ, essentialiter cõsistere in respectu reali cõformitatis ipsius actus cũ obiecto. Sic ex Thomistis quã plures, & ex Scotistis Mentiss. *lib.* 2. *suæ metaph. c.* 3. *p.* 2. *q.* 1. *concl. vlt.*

2. Opinio quod veritas sit relatio realis.

Thomistæ plures Etiã Mentiss. assecla Scoti.

Et probant; quia Aristoteles capite de substantia, asseruit, propositionem transire de vera in falsam; ex quo ita argumentantur. Veritas est intrinseca affectio iudicij intellectus,

1. Ratio.

cùm quælibet assimilatio, seu conuenientia rei cum alia sit perfectio intrinseca illius; vt constat in conuenientia siue similitudine essentiali huius albi cum alio; ergo cùm veritas sit actualis conformitas notitiæ, seu conuenientia intentionalis illius cum obiecto, etiam debet esse perfectio intrinseca actus. Atqui non potest esse, aliquid intrinsecum absolutum; igitur est quid essentialiter relatum.

Minor probatur; quia illa est prædicamentalis habitudo, quæ pendet in positione sui, & destructione à termino; sed veritas, quæ est actualis assimilatio iudicij cum obiecto, per se pendet à mutatione obiecti; ergo est essentialiter relatio: cùm eò præcisè colligatur, similitudinem, siue conuenientiam essentialem huius albi cùm alio relationem esse, quò positionē termini per se spectet.

a: Ratio, quòd veritas neque at esse quid absolutum.

Præterea: veritas non est in aliquo prædicamento accidentis absoluti; ergo debet esse ens relatum. Antecedens probatur: quia in primis non est quantitas, nec qualitas; quia qualitas illa, quæ est quasi actus secundus, & vltimus in tali afficiendi ratione, non est substratum alterius qualitatis. At iudicium intellectus est actus secundus, vltimò terminans illum in tali affectione intelligibili; nequit ergo esse subiectum alicuius qualitatis. Nec etiam veritas constituitur in prædicamento actionis, passionis, vbi, &c. Vt per se notum est; igitur est essentialiter relatio.

Cõfutatur præcedens sententia.

14. Sed vt ab his nos celeriter expediamus; dicendum est, veritatis formalis conceptum in respectu mensurabilitatis, & conformitatis ad obiectum haud consistere posse; ita metaphysici probatiores. Et suadetur primo.

Fundamentum huius assertionis.

Quia, prædicamentalis habitudo per se spectat terminum realiter existentem; atqui veritas formalis non necessariò exigit realis, & actualis obiecti concomitantiam, quòd prædicamentalem respectum specificare queat; vt perspicuè constat in omnibus illis complexionibus, quæ terminantur ad entia rationis, & non existentia obiecta.

Si respondeas; complexiones ad entia rationis, & obiecta non existentia terminatas, solùm esse fundamentaliter veras; non tamen formaliter.

Occurritur ad aduersarios.

Contra sic: veritas iudicij, & simplicis conceptus, iuxta diffinitionem veritatis formalis ab omnibus receptam, posita est in enuntiatione complexa, siue expressione simplici, rei sicuti est; sed vt res sit, sicut intellectus iudicat, aut simpliciter apprehendit, non requiritur, quòd res politiuè, & realiter existat; cùm sufficiat conformitas negationis ad intellectum ita cognoscentem. Si enim liceat vsuales receptissimasq; rerum diffinitiones pro libito immutare, nil firmum, & inconcussum stabit, quòd pro opinantium libidine non corruat.

Intercipitur.

15. Præterea: quia, esto quòd indubitatum sit, respectum prædicamentalem tertij generis relatiuorum, nimirum mensurabilis ad suam mensuram, actui intellectus accedere, supposita existentia reali obiecti; ista nihilominus habitudo non est veritas formalis. Quia consurgit præsuppositio fundamento, & termino, actu scilicet intellectus, & obiecto, cui notitia commensuratur; præcedunt enim fundamẽtum, & terminus causalitatis præsuppositione omnem prædicamentalem habitudinem. Sed actus non expectat respectum, qui in secundo signo pullulare intelligitur, vt formaliter verus sit: ergo veritas formalis in prædicamẽtali respectu non consistit.

Alia ratio pro nostra sententia.

Quòd ex artificiatis satis perspicuè ostendere possumus: cuiuslibet enim rei artificialis veritas posita non est formaliter in respectu effectus, siue mensurabilis, ad ideam artificis; sed in hoc quòd iuxta præscripta artis constructa sit: si enim, per impossibile, habitudo, quæ in secundo signo accedit, præpediretur; adhuc esset vera, & propria res illa artificiata, eò quòd iuxta regulas artis effecta sit. Ergo similiter, non expectata ratione mẽsurabilitatis, quæ in secundo signo notitiæ accedit, quinimmo præpedita; actus intellectus est formaliter verus.

Firmatur ex analogia entis artificialis.

Ex his patet ad fundamenta opposita, quæ vno ictu corruunt; cùm manifestè ostensum sit, veritatem formalem, obiecti realis existentiam

Eliduntur fundamẽta opposita.

non

non exigere; quod per necessarium erat ad prædicamentalem habitudinem inferendam.

Vera sententia statuitur, & suadetur.

16 EX His, nec difficile erit, quid sentiendum sit circa quidditatiuum veritatis conceptum, constituere. Quare sit.

Assertio 1. de veritate enuntiationis necessariæ.

Assertio prima: veritas enuntiationis necessariæ, cui contradicit difformitas ad obiectum enuntiatum, est de essentia propositionis. Probatur; quia connexio terminorum seu rationum obiectiuarum est necessaria, & essentialis, vt patet in hac; homo est animal rationale: atqui complexio obiectiua est motiuum formale, ac proinde specificatiuum assensus; adeò vt implicet ab intrinseco propositionem superstitem esse destructo tali motiuo assentiendi; ergo sicuitas, vel cõformitas intẽtionalis ad suum obiectũ congruit per suam essentiam enuntiationi necessariæ.

Qualiter enuntiatio necessaria imbibat obiectum.

Sed petes; an conceptus obiectiuus veritatis enuntiationis necessariæ claudat solum actum; vel etiam obiectum?

Respondeo; quòd solam essentiam actus includit, & obiectum extrinsecè connotat; adeò tamen vt ordo transcendentalis ad obiectum sit de essentia complexionis necessariæ; non tamen obiectum ipsum subintret obiectiuam rationem talis veritatis. Sicut vbicatio dicit essentialem habitudinem ad spatium quod connotat; nec tamen spatium connotatum constituit intrinsecè vbicationem.

Assertum 2. de veritate notitiæ simplicis.

17. Assertio secunda: si veritas formalis simplici notitiæ insit, quod probabilius esse, infra ostendemus; talis veritas formalis est de essentia notitiæ simplicis. Patet ex dictis: quia tunc veritas est de essentia actus, quando actui repugnat difformitas ad obiectum expressum per actum; at notitiæ simplici contradicit falsitas, aut difformitas ad proprium obiectum, vt infra aperietur; igitur conuenientia intentionalis ad obiectum, quæ est veritas notitiæ simplicis, est de quidditatiua ratione illius.

Assertio 3. de veritate enuntiationis in materia non necessaria & sub contingenti motiuo assentiendi.

18. Assertio tertia: in enuntiationibus non necessarijs, vbi motiuum assensus est complexio contingens, veritas formalis non potest esse sola essentia actus complexi; sed concomitantia, & simultas actus, & obiecti. Hæc assertio quatenus constituit, propositionem ex terminis non necessarijs conflatam non esse essentialiter veram; est aperta sententia Scoti loco citato autumantis; complexiones contingentes ante decretum diuinæ voluntatis esse neutras ad veritatem, & falsitatem. Cùm autem pro illa rationis præsuppositione, concipiantur cum tota sua complexione, & repræsentatione essentiali; fit, vt conformitas intentionalis cum obiecto sit extra essentiam talis actus complexi.

Scotus.

Ratio nostræ assertionis.

Hoc assertum firmatur illis rationibus, quas contra primam sententiam formauimus; quibus etiam hæc accedit; ex præmissis producta. Eadem complexio contingens transit de neutra ad veram, vel falsam, & de vera ad falsam, superstite tota substantia actus complexi; & intrinseca habitudine transcendentali eius ad obiectum. Ergo adæquata ratio huius veritatis consistere non potest in sola quidditate actus complexi; nec in transcendentali habitudine eius ad proprium obiectum.

Corollaria veritas enuntiationis in materia nõ necessariæ cõnexionis, & sub contingẽti motiuo assensui est ens per accidẽs.

19. Ex dictis habeo; adæquatam rationem quidditatiuam veritatis formalis, in enuntiatione, non necessaria, essentialiter cointegrari ex actu, & obiecto; ac proinde esse ens per accidens, quatenus quidditatiuè ambit substantiam actus, & obietum ita se habens, & illi coexistens. Quare, licet obiectum non subintret rationem essentialem actus; subintrat tamen rationem veri formalis, quod ex actu, & obiecto, coalescit. Hoc consectarium ex dictis efficaciter depromi existimo; quod ita confirmo.

Probatio huius consectarij.

Illud est formaliter ens per accidens, quod essentialiter claudit plura, vt plura sint; sed veritas formalis essentialiter ambit plura, actum nimirum intellectus, & obiectum ita se habēs, sicuti per notitiam exprimitur; ergo.

Fuga. Dices; substantiam actus tantùm attinere ad quidditatem veritatis; obiectum verò spectare ad illam quasi cōnotatiuè & extrinsecè.

Occupatur. Contra sic: rogo de extremo huius connotationis nimirum de obiecto, vtrum extrinsecum, vel intrinsecum sit veritatis rationi? in primis non est extrinsecum: quia illud est de quidditate rei, sine quo res nec esse, nec percipi potest; atqui separato obiecto conuenientia intentionalis remouetur, & illo posito veritas etiam ponitur; ergo obiectum intrat essentialiter obiectiuam veritatis formalis rationem. Quare quid nominis erit, istam obiecti coexistentiam aut simultaneitatē, connotationē appellare; cùm ad rationem essentialem veritatis spectet.

Roboratur præclusio effugij. Præterea; quia si adæquata veritatis quidditas ponita esset in sola substantia actus; fieret, vt mutato obiecto, actus præferret quidquid essentiale esset, ad veritatis rationem exprimendā; ac proinde quòd denominari posset verus formaliter, quod est prorsus falsum, & absurdum: igitur obiectiua ratio veritatis essentialiter ambit actum, & obiectum.

Alia efficacior nostræ sententiæ cōprobatio. 2 Secundò argumentor efficaciùs: si similitudo huius albi ad aliud non esset aliqua forma intrinsecè ordinans hoc extremum ad illud; nil aliud esse posset essentialiter, nisi coexistentia seu concomitantia huius & illius extremi, atque adeo plura formaliter. Sed conuenientia intētionalis nō est habitudo prædicamentalis ordinans actum intellectus ad obiectum, vt ostendimus: igitur est coexistentia formalis plurium, vt plurium, nimirum notitiæ, & obiecti ita se habentis, vt percipitur; ergo est merum ens per accidens.

Oppositio cum assertione 3. At videmur posse perstringi ex dictis *sub num.* 16. Vbi constituimus, solùm complexionem ipsam necessariæ veritatis esse de quidditate huiusmodi veritatis talis enuntiationis, quæ per suam essentiam vera est; itaut obiectum extrinsecè concernat, sicut vbicatio spatium; non tamen quod obiectum subintret essentiam veritatis complexionis necessariæ Reconueniri ergo possumus vt idem de veritate enuntiationis contingentis, astruamus; quòd nimirum veritas connotet obiectum tanquam quid extrinsecum, non verò quòd obiectum attineat ad quidditatem huiusmodi veritatis.

Infringitur. Respondetur; manifestum intercedere discrimen inter vtramque veritatem; quia cùm veritas complexionis necessariæ sit ipsāmet quidditas enuntiationis, non debet intimiùs transcendere veritas suum obiectum, quàm illud ambit illa complexio, quæ est essentialiter vera. Quare sicut obiectum complexionis necessariæ non est de quidditate enuntiationis, sed connotatum; ita nec est de quidditate veritatis talis complexionis. E contra verò; cùm veritas enuntiationis contingentis non sit de quidditate enuntiationis, nec sit veritas vnum ens per se sicut ipsa complexio est ens per se potens existere quoad substantiam talis enuntiationis, ablato obiecto, & sēmota etiam veritate, quæ ex obiecti comitantia pendet: ideo obiectū intrat rationem obiectiuam siue quidditatiuam talis veritatis formalis, licet non sit de essentiali ratione complexionis. Sicut enim complexio contingens, quà complexio est, non imbibit intrinsecè tale obiectum, quale per complexionem exprimitur sed quà complexio vera est; ita, licet obiectum non cointegret quidditatem complexionis contingentis, vt complexio est; subintrat tamen quidditatem talis complexionis, vt vera est. At, complexio necessaria non comparatur intimius ad obiectum quà vera est, quàm qua complexio est; quò fit, vt ita quidditatiua sit enuntiationi necessariæ veritas, sicut illi essentialis est compositio ex talibus terminis.

Obiectio ad hominem. 21 Si obijcias; nos in præcedenti articulo eò egisse, veritatem transcendentalem non consistere in connotatione seu coexistentia aptitudinali rei & intellectus; quò reputauimus absurdum, obiectiuam rationem veritatis transcēdentalis esse ens per accidens; ergo, ob eandem rationem, veritas formalis in coexistētia actus & obiecti constitui nequit alioquin esset merū ens per accidēs; ac proinde recideremus in idē inconueniēs quod supra taxauimus.

Ref-

Eliditur. Respondetur; ideo veritatis transcẽdentalis obiectiuam rationem in ente peraccidens non constitui; quia ab omnibus metaphysicis attribuitur proprietas entis, & ens peraccidens nullâ ratione asseri queat passio seu affectio propria entis per se. Nos tamen veritatem formalem notitiæ affectionem non pronuntiamus; quo fit, vt nulla ratione prædicta obiectio nos perstringere queat.

Oppositio tertia. 22 Instabis; veritatem formalem in communi sententia esse perfectionem intrinsecam actus intellectus; ac proinde nec in ente peraccidẽs cõstitui posse.

Enervatur Respondetur; verũ, quòd cẽseri perfectionẽ intrinsecã intellectus; quòd referat in suo obiectiuo cõceptu suã entitatiã actus veri. Quia tamẽ addit obiecti ita se habẽti scõ entitatiã; sub hac ratione asseri potest veritas extrinseca actui: claudit igitur veritas aliquid intellectui intrinsecum, scilicet substantiam actus veri, & aliud extrinsecum, scilicet ipsum obiectum.

Vltima obiectio. 23 Nec magis vrget illa obiectio; quòd obiectum est mensura veritatis intellectus; atqui obiectum sui ipsius mẽsura esse non potest; igitur non subintrat obiectum essentialem veritatis rationem.

Excutitur. Dicimus enim, obiectum non esse mẽsuram veritatis adæquatè acceptæ, prout exactu, & obiecto coalescit; sed in adæquatè, quatenus mensurat actum, qui attinet ad veritatis rationem.

De substrato veritatis formalis, quòd possit esse etiam simplex notitia; & qua ratione speciali cohæreat veritas formalis complexioni, & iudicio? contra Caietanum, & Soarium.

Punctum quæstii. COnstitutâ veritatis formalis ratione; secundùs accedit articuli punctus de materiali veritatis. Non quòd notitiam verum subiectum veritatis formalis opiner: cùm in propositione necessaria non dissideat veritas ab ipsamet quidditate complexionis necessariæ: & in enuntiatione non necessaria, eadem veritas non sit aliqua vna res, sed conuentus notitiæ, & obiecti, vt ex præmissis liquet; sequor tamen communem modum loquendi, qui veritatem affectionem notitiæ appellat.

Placita asseuerãs proprii veritatẽ in solo iudicio. Caietanus. Vazquius 24 In qua re, multorum opinio est, adæquatum substratum veritatis formalis esse compositionem seu iudicium intellectus; existimant enim, simplices mentis conceptus non esse proprie veros. Ita Caietanus, *1. p. q. 16. art. 2.* Et alij ex antiquis; & ex neotericis Vazq. *1. p. tom. 1. disp. 75.*

1. Arg. Aristot. Et probatur primò; authoritate Aristotelis, *libr. 1. de Interpretatione, cap. 1.* Asserentis: *Quemadmodum autem in anima conceptus interdum sint veritate, falsitate ve est, sic & in voce esse videtur; nam verum & falsum in compositione consistit.* Ex quo talem instruunt rationem; vox substituitur loco conceptus, est enim vicaria expressionis notitiæ; quo fit, vt si conceptus simplex formalem veritatem sibi asciceret, etiam & simplex vox propriam veritatem præferret: quod literæ Aristotelis oppositum videtur, & cõmentitiũ; cùm simplex vox, veri gratia, lapis, nihil conforme, aut difforme, obiecto exprimat.

2. Ratio in oppositum. Secundò: quia veritas & falsitas opponuntur contrariè; igitur debent adire commune subiectum. Atqui non potest dari propria falsitas in conceptu simplici, vt perspicuum est; ergo nec propria veritas.

Occursus Si occurras; aliquando subiectum esse capax vnius cõtrarij, nõ ita alterius; effugium istud ita occluditur.

Impugnatur. Hoc contingit solùm ratione dispositionis subiecti; corvus enim non est capax albedinis ratione temperamẽti peculiaris: at in conceptu simplici non apparet ratio, cur sit habile substratu veritatis, & non falsitatis?

3. Ratio. Tertiò: si quælibet ficuitas seu conuenientia intentionalis ad obiectum esset propria veritas; fieret, vt etiã ipsi cæcibus intelligibilibus, & entis ab hẽsionibus veritas deferri posset; quod videtur falsum.

Vera sententia de substrato veritatis formalis. 25 Dicendum est; subiectum veritatis formalis non solùm esse complexionem

xionem aut iudicium intellectus; sed quamlibet etiam simplicem notitiam, etiam sensitiuam; immo & species intelligibiles, & sensibiles, quæ impressæ dicuntur, suam veritatem nanciſci, quæ absolutè & simpliciter formalis veritas astruenda sit. Licet stando intra propriæ veritatis latitudinem, sit essentialis discretio iuxta conuenientiæ intentionalis discrimen; quæ in alijs est repræsentatio formalis, in alijs verò effectiua.

Aristoteles nostræ sententiæ assertor.

Hæc est communis sententia, quam expressa fulciunt Aristotelis testimonia qui *3. de Anima capit. 6. textu 26.* Ait. *Intellectus non omnis, sed qui est ipsius quid est ad formam accommodati, est verus; & non quidpiam de quopiam dicit; sed vt visio proprij ipsius est vera.* Ex quo duo habemus expresè; & quòd intellectus simpliciter apprehendens sit formaliter verus; & quòd visio sit formaliter vera; ac proinde quòd omnis apprehensiua notitia, siue species, propriam veritatem sortiatur, de quibus eadem prorsus militat ratio. Quam sententiam de mente Scoti tuetur Meurisseus,

Meuriſ.

lib. 2. Metaph. c. 3. p. 2. quæſt. 2. concluſione 2.

Ratio noſtri pronuntiati.

Probatur: quia quælibet apprehensiua facultas, vt proprium obiectum percipiat, debet fieri idem cum suo obiecto in esse repræsentatiuo, seu illi conformari per assimilationem intentionalem; in quo sensu loquutus Aristoteles,

Aristoteles.

3. de Anima, cap. 8. Asseruit; *animam fieri omnia, quæ intelligit.* At quælibet species representatiua obiecti, siue sit expressa, siue impressa, fit idē cū suo obiecto in esse repræsentatiuo per assimilationē formalē, vel effectiuā: ergo quælibet species refert propriam veritatem.

26. Cæterùm; hæc ratio perspicuè obtinet, simplicem notiam esse propriè veram; si veritas accipiatur pro assimilatione intentionali actus cum obiecto; quod nec oppositæ sententiæ assertores inficiari queunt. Autumant tamen, hanc esse largam seu impropriam veritatis acceptionem; & secundùm pressam, & strictam solùm iudicio congruere; quod & ipsa Aristotelis testimonia haud leuiter indicant; dum specialem veritatem complexioni deferunt, quam denegant notitiæ.

An veritas speciali ratione cohæreat iudicio intellectus?

At difficile est, singularem istam veritatis rationem, quæ in iudicio intellectus inuenitur, aperire. Aliqui enim eò præcisè difficultatem istam euacuasse existimant; quò astruunt, veritatem specialiter iudicio congruere; quia ista veritas complexa sit, & veritas simplicis notitiæ incomplexa.

Friuola aliquorum euasio excluditur.

Sed istud potius est difficultatem, quæcunque illa sit, verbis eludere. alias enim pari ratione astrui posset, veritatem specialiter simplici notitiæ cohærere; quia hæc incomplexa sit, veritas verò iudicij composita seu complexa. Quod nil aliud esset, nisi quòd veritas, quæ ad simplicem notitiam, & ad iudicium trahitur; iuxta subiectorum conditionem diuersificaretur. Ac proinde, non colligeretur, veritatem, specialiori ratione indicio congruere; cùm hæc sit materialis tantùm discretio à subiectis petita. Sicut, licet transcendentalis veritas in creatura corporali, verbi gratia, in homine, sit veritas composita iuxta conditionem subiecti, à quo contrahitur, & in spirituali substantia sit veritas simplex & immaterialis; non tamen eò censenda est transcentalis veritas speciali ratione, vel compositæ, vel simplici substantiæ, cōuenire, quò ratio discretionis à subſtratis hauriatur. Igitur, & obtusè assereretur, veritatem formalem specialiter iudicio deferri, quò complexa sit; cùm hæc differētia à subſtratis accipiatur, eò quòd veritas, vt cōtracta ad notitiam simplicem, sit simplex, ad iudicium verò, sit composita.

27. Quare; D. Thomas, *1. part. quæſt. 16. art. 2.* Difficultatem istam enodans in hoc præcisè rationem discriminis constituit; quòd veritas sit in iudicio, vt in cognoscente. Apprehendit enim veritatem suam, & in simplici notitia non ita; quia simpliciter apprehendens non percipit conformitatem suæ cognitionis ad obiectum. D. Thomā, sequuntur omnes Thomistæ in varias etiā interpretationes distracti. Quidquid tamen de illis sit; D. Thomæ placitum ita impugnatur.

S. Thoſ. ſententia de abſimilitudine veritatis notitiæ complexæ, & incomplexæ.

Quia, aut veritas complexa cognoscitur per actum directum; aut per reflexum? Si per reflexum? non esset in hoc distincta à veritate simplicis notitiæ, quæ etiam per actum reflexum percipi potest. Nec etiā per directū: quia formās cōplexionē istā, homo est animal tantum intēdit cōnexionem identitatis inter extrema; nec enim comparat

Oppugnatione doctrinæ præcedētis.

con-

conceptum hominis ad hominem, & animalis ad animal, in qua collatione perceptio conuenientiæ intentionalis actus & obiecti posita est; sed tantùm quærit vnionem rei ad rem, nimirum naturæ animalis ad naturam hominis.

Deinde; aliud præstat intellectus, quando præcisè enuntiat animal de homine, quàm quando supra iudicium reflectens vlteriùs apponit; iudicium illud, quod de identitate hominis, & animalis formaui, verum est. Atqui, facta ista reflexione, apprehenditur veritas; igitur antea non percipiebatur vi iudicij prout formaliter terminati ad complexionem rei, & rei. Ergo non differt veritas simplex à complexa in hoc, quòd intellectus simpliciter apprehendens obiectum, vi eiusdem actus, non percipiat conuenientiam intentionalem notitiæ & obiecti; siquidem hæc nec iudicio directo percipitur.

Occurſus pro S. Tho. ſententia. Caietanus. Soarius.

28 Respondet Caietanus; quem sequitur Soarez, *tom. 1. ſuæ metaph. diſp. 8. ſect. 2. num. margin.* 18. Quòd in hoc differt veritas iudicij à veritate simplicis notitiæ, quòd in iudicio per actum directum apprehenditur veritas illius; non in actu signato, id est tamquam obiectum, quod primariò & vt quod percipiatur, quod euincit opposita ratio; sed in actu exercito.

Quia, quando intellectus componendo asserit, hominem esse animal, licet primò & per se spectet coniunctionem rei ad rem, nimirum rationis obiectiuæ hominis ad rationem obiectiuam animalis; tamen in actu exercito percallet veritatem talis iudicij, quatenus ipsomet exercitio apprehendit, conceptum hominis includere animal, & conceptum animalis ratione identitatis, quæ significatur per copulam, etiam importare hominem: vnde fit, vt dum asserit, hominem esse animal, etiam apprehendat conceptum hominis, & conceptum animalis inter se, & cum re significata cohærere, quod est veritatem exercitam cognoscere. Cùm enim intellectus non conferat rem, nisi prout ab illo apprehensam, idem est comparare rem, ad rem, nimirum hominem, ad animal; ac conferre vt quò, siue in actu exercito, conceptum hominis cum conceptu animalis: & idem est iudicare de vnione horum gradum essendi, seu rationum obiectiuarum inter se, ac de conceptibus in actu exercito, prout in esse repræsentatiuo continent illa prædicata.

Quòd secùs fit in apprehensione simplici; in qua sicut intellectus non præstat primariò, & vt quod, collationem inter rem; & rem; ita nec apprehendit vt quo, siue in actu exercito, conuenientiam intentionalem conceptus cum re repræsentata.

Reflinat, Caietan. & Soarij interpretatio.

29 Sed responsio ista nec nodum dirimit, quia, etiam in simplici intellectus functione dari potest comparatio huius extremi ad illud, vt quando naturam animalis ad hominem referimus; quin & logici asserunt, per actionem illam respectum vniuersalitatis formari. De hac igitur simplici intellectus operatione, si vera esset Caietani interpretatio, etiam astrui posset; quòd exercitio ipso percipiat intellectus veritatem formalem vi eiusdem simplicis comparationis.

Etiam datur collatio in ſimplici notitia abſque aſſertione & iudicio.

Quia, sicut ideo iudicio defertur apprehensio veritatis in actu exercito; quia fit collatio inter rationes obiectiuas vt inclusas in suis conceptibus, qui illas referunt in esse repræsentatiuo; quò fit, vt in actu exercito apprehendatur conformitas conceptuum inter se complexorum ad obiecta, quæ enuntiant. Ita cùm habeatur simplex collatio inter rationes obiectiuas, quæ includuntur in conceptibus in esse repræsentatiuo; consequens etiam est, vt in actu exercito conceptus inter se conferri queant, & cum rebus significatis, quas in esse intelligibili continent. Eadem enim prorsus est vtriusque veritatis ratio; cùm in simplici comparatione, etiam collatio astrui queat, non solùm rei ad rem, nimirum animalis ad hominem; sed etiam conceptus animalis ad conceptum hominis: ac proinde id fit quasi exercitio ipso, non solùm identitatem illorum graduum essendi simpliciter apprehendere, sed etiam conuenientiam conceptuum cum obiectis cõcipere. Si enim per simplicem intellectus functionem conferri valet animal cum homine, sine assertione tamen eius identitatis, quam simpliciter percipit; nescio, qua ratione denegari valeat intellectui, etiam simpliciter absque affirmatione in obiectum tendenti, conceptum animalis ad conceptum

hominis conferre? Ni velimus cõtra cõmunem sententiam actionem comparatiuam intellectui simpliciter in obiectũ agenti subtrahere.

Exacta ratio, cur specialis veritas adscribatur iudicio.

Quare, asserendum est; veritatem, eò vel maximè, iudicio deferri, quò iudiciũ capax sit talis veritatis, cui propria falsitas opponatur; nec ita segerere simplicẽ apprehensionem; *vt ex articulo sequenti* magis constabit.

Elidumtur fundamenta opposita. Ad 1. arg. ex auctoritate Aristotelis.

30. Nec vrgent oppositæ rationes. Non prima; quia Aristoteles solũ inficiatus est in voce, & conceptu, eam veritatis rationem, cui propria falsitas opponi posset; non autem eam, quæ falsitatis formam, aut quasi formam, non habeat oppositam. Addimus etiam, vocem ad placitum substitui vice conceptus; ac proinde solam conformitatẽ quãdam rationis & extrinsecam ad rẽ, voci à conformitate notitiæ accedere; quòd Vazquez damus ingenuè.

2. Ratio infringitur.

Secunda etiam ratio futilis est; assumit enim vt certum, quod in omni opinione tanquam falsum exploditur; nimirum, omnem veritatem propriè acceptam referre falsitatem sibi contrariam, quæ circa idem substratum actus versari queat. Cùm propositio necessaria, eam adeat veritatis rationẽ, vt falsitatis conceptum ab intrinseco respuat; quare, si veritas necessariæ enuntiationis non habet oppositum falsitatis, cum quo contrarietatẽ gerat circa cõmune subiectum, quid mirum, quòd & veritas notitiæ simplicis sine oppositio falsitatis astruatur?

Obiectio.

Si autem instes; argumentationẽ Vazquez, non procedere de substrato actus eliciti à potentia intellectiua, quòd nimirum vicissitudini formarum veritatis, & falsitatis subiaceat, salua numerica vnitate eiusdem actus iudicij; (vt in nostra sententia liquet, in complexione contingenti, quæ transit à vera in falsam, pro mutatione obiecti) sed argumentum procedere de potẽtia intellectiua, quæ, si sit capax vnius contrarij, etiam & aliud sustinere debeat.

Diluitur.

Dicimus, instantia corvi prædictam oppositionem euacuari; quia sicut corvus, ratione specialis temperamenti, est incapax albedinis; ita, & intellectus simpliciter apprehendens (qui fit idẽ in esse intelligibili cum proprio obiecto) respectu proprij obiecti fallus esse nequit. De quo *in sequenti artic. sub num. 9.* Est enim simplex apprehensio à ratione sua inhabilis ad falsitatem.

Tertij arg. enodatio.

Tertia etiam oppositio ex dictis diluitur; fatemur enim, speciebus impressis intentionalibus, & intelligibilibus propriam inesse veritatem; sicut & conuenientiam intentionalem cum obiectis. Hæc tamen veritas, licet appelletur formalis, inquantùm opposita, & conditincta à veritate transcendentali; non tamen est formalis repræsentatio ea, quæ suppetit speciei impressæ, sed tãtùm virtualis; de quo alibi.

Expenditur analogia veri, inter rem, & conceptum; & an verum per priùs enuntietur de veritate rei, quàm de veritate notitiæ?

Opinio Vazq. qui de analogia veritatis rei, & notitiæ.

31 TErtium huius articuli quæsitum, est de analogia veri inter rem, & conceptum. De qua analogiæ ratione; qui opinantur, veritatem transcendentalem esse denominationem extrinsecam à veritate formali conceptus petitam; sicut sanitas medicinæ à causalitate seu productione sanitatis intrinsecæ animalis; consequenter tuentur, primarium veritatis analogatum esse veritatem iudicij. Quatenus veritas est in mente intrinsecè, in re causaliter, & in voce tanquâm in signo: sicut sanitas est in animali intrinsecè; in medicina effectiuè; & in vrina tanquam in signo. Fundamenta huius opinionis subiecimus in præcedenti articulo; quæ etiam inibi confutauimus, agentes contra Vazquium.

Refutatur ex dictis.

Quare breuiter dicendum est; veritatem per prius dici de transcẽdẽtali; quàm de formali. Ac proinde, veritatem esse analogum attributionis sine vnitate conceptus, seu rationis obiectiuæ in quam coeant analogata transcendentalis, & formalis veritatis; ita tamen, vt veritas per priùs dicatur de veritate rei, quàm de veritate conceptus.

Veritas est analoga absque vnitate conceptus ad veritatẽ rei, & notitiæ.

Asser-

Probat. 1.

Per prius dicitur de veritate entis quã de veritate notitiæ

Assertum istud suppositis his, quæ in præcedenti articulo constituta sunt; vel sola declaratione constare potest. Quia veritas formalis præfert habitudinem dependentię à transcendentali veritate; eatenus enim iudicium est verum, quatenus conformatur veritati, & realitati entis, quæ notitiæ obijcitur, & à qua speciem capit: è contra tamen veritas transcendentalis non pẽdet à veritate iudicij; quia, licet iudiciũ sit falsum, veritas intrinseca rei non minuitur, quæ quantũ est ex se veram cognitionem exprimere posset.

Ratio 2. nostræ assertionis.

32 Præterea: quia veritas transcendentalis realiter non dissidet ab ipsamet re, siue complexa, siue simplici; quò fit, vt estò quòd iudicium transeat de vero in falsum, nunquam amittat, quam nanciscitur, veritatem, quò res est; licet amittat formalem veritatem, quam ab obiecti positione expectat. Ex quo provenit, vt veritas formalis possit esse adventitia, & extrinseca saltim complexioni non necessariæ; transcendentalis verò semper intrinseca, & inseparabilis sit. Cùm autem analogatum intrinsecum, extrinseco, vel minus intrinseco analogato, præferatur; fit inde, vt per priùs enuntietur veritas de transcendentali, quàm de formali veritate. Hanc sententiam tuetur Petrus Posnanienſis, *in 1 sentent. Scoti, distinction. 2. quæst. prima, artic. 3. dubitatione* 4.

Pet. Posnanienſis

Confirmatur altera pars nostri asserti.

33 Quòd autem analogata ista colligi nequeant ad vnitatem conceptus, seu obiectiuæ rationis; ita aperio. Quia veritas formalis est actualis conuenientia conceptus, & rei; transcendentalis tamen veritas est ipsa entis facultas ad immutandum intellectum, vt imaginem obiecti exprimat; sed hæ duæ rationes adeò dissident, vt in vnum conceptum non conueniant, vt peripicuum est: igitur analogata ista transcendentalis, & formalis veritatis, ad vnam rationem trahi nequeunt.

ARTICVLVS III.

De falso, quod opponitur vero.

SVMMARIVM.

Multiplex falsitatis acceptio. Numero 1.

Falsitatem rebus non inesse, nisi per denominationem à falsitate complexionis petitam. Num. 5.

Causa deceptionis & falsitatis iudicij ex Alensi ostensa. Num. 7.

Falsitatem in simplici apprehensione non reperiri, ostenditur. Num. 9.

Quidditas falsitatis formalis aperitur. à Num. 10 vsq; ad 12.

Oppositiones Francisci Soarez contra nostram sententiam. Num. 13.

Diluuntur, Num. 14.

Multiplex falsitatis acceptio pro enodandorũ tulo quæsiti.

1 MVltiplex esse potest falsitatis acceptio, iuxta variam considerationem veritatis; cui illa opponitur. Sicut enim alia est veritas iudicij, aut conceptus, quæ dicitur formalis, ita & sub disputationem cadit falsitas talii veritati oppositæ, quæ etiam quasi formalis appellari debet; eò quod sit veluti forma actus intellectus. Et sicut alia etiam est veritas rei, quæ transcendentalis veritas dicitur; & hæc accipi potest; vel pro conformitate entis ad ideas diuinas (estò quòd verum in tali consideratione non sit illa passio entis, quam metaphysici de suo obiecto demonstrant; vt in primo articulo præsentis controuersiæ ostensum est.) Aut pro aptitudine entis ad immutandum intellectum, & veram cognitionem exprimendam; quæ est stricta veritatis entis acceptio; ita vtraque veritas referre potest falsitatem sibi oppositam. De qua inquirendum est, quæ sit? Et an reperiatur in rebus? Vt autem ordinatè rem expediamus; priùs expendenda est falsitas rei, quæcunque illa sit; deinde falsitas conceptus.

Agitur primò dari in rebus falsitatem vel difformitatem ad rationes ideales.

2 Et primò; circa illud falsitatis genus, quòd positum est in difformitate entis ad ideas diuinas; videtur, falsitatem istam in monstruis reperiri, quæ ideo peccata naturæ asseruntur, quia deficiunt à diuinis exemplaribus, quæ imitari deberent causæ secundæ in suis actionibus; ergo sicut conformitas entis ad ideas diuinas est in rebus quoddam veritatis genus; ità à contrario inæqualitas siue defectus ab imitatione diuina

tum

rum exemplarium astrui potest falsitas entium, quæ hoc modo deficiunt; ac proinde datur falsitas ista in rebus.

Circa 2. acceptionem, falsitatis opponitur.

3. Deinde; circa alterum genus falsitatis entis, quod veritati opponitur, inquantùm est facultas siue virtus entis ad immutandum intellectum; videtur, dari falsitatem isti veritati oppositam. Quæ in ista acceptione nil aliud esse potest, quàm defectus, seu debilitas rei ad exprimendam propriam imaginem in intellectu; vt sic enim opponitur aptitudini, siue virtuti entis ad intellectum immutandum. Quòd videtur fuisse Eraclitu placitum autumantis; omnem difficultatem, quam intellectus in veritatis indagine patitur, suboriri non ex intellectus imbecillitate; sed ex impotentia entis, quod non valet perfectè intellectum immutare. Et probatur.

Quod detur falsitas entis quàtenus vsurpatur pro impotentia ad motionem intentionalem.

Eraclitipla citum

Intellectus de se est pura potentia in genere intelligibilium capax cuiuslibet speciei, quæ ipsum complere queat ad notitiæ expressionem; ergo quod non percalleat exactè obiecta prouenit ex naturali illorum impotentia ad specierum effectionem. Ideo enim substantiam materialem perfectè non cognoscimus; quia, nec in sensu, nec in intellectu, speciem imprimit. Quòd etiam perspicuum est in accidentibus, quæ per se sensibilia non sunt; vt constat de relatione, vbicatione, & alijs, quæ intentionalem causalitatem non adeunt.

Vrgetur ratio pro acceptione talis falsitatis in ente.

Quò supposito sic vrgetur ratio; veritas, inquantùm est proprietas entis est facultas siue potentia illius ad intellectum immutandum, & propriam imaginem exprimendam; ergo è contra defectus huius virtutis, siue impotentia entis ad immutationem intellectus, appellari debet falsitas quædam huic veritatis speciei opposita, & quæ reperiatur in rebus.

Obijcitur, quod falsitas coheret simplici notitiæ.

Axioma Aristotelis.

4. Tertiò; circa falsitatem formalem seu cognitionis, etiam videtur, non solùm iudicio; sed & simplici apprehensioni congruere. Et suadetur, tum authoritate Aristotelis, 2. *de Anima*, *cap.* 7. Autumantis; sensum non falli circa proprium sensibile, circa cómune autem decipi posse; sed operatio apprehensiua sensus est incomplexa; igitur in simplici notitia dari potest falsitas.

Argitur pro falsitate notitiæ incomplexa.

Tum; quia falsitas nil aliud est, quàm difformitas, seu inadæquatio cognitionis ad rem; sicut è contra veritas essentialiter consistit conuenientia, & adæquatione notitiæ, & obiecti. Atqui reperiri potest difformitas inter notitiam simplicem, & obiectum per illam apprehensum; eò quòd ratio deceptionis, & inadæquationis, quæ iudicio intellectus accedit, in simplici etiam notitia intercedere queat: quòd nimirum obiectum imperfectè potentiam immutet, quæ quantùm est ex se habilis esset ad obiecti exactam apprehensionem, si obiecti vires suppeterent ad partum notitiæ.

De falsitate rei, quòd non detur præcipuè, prout exprimit impotentiam ad motionem intentionalem.

Assertio 1. non datur falsitas in rebus inquantùm exprimit difformitatem ad rationes ideales.

5 SED Vt paucis rem expediamus; asserendum est, nullam dari falsitatem in rebus, nisi per denominationem extrinsecam à falsitate iudicij petitam; ac proinde nec falsitatem eam reperiri, quæ difformitas, & inadæquatio sit ad exemplaria diuina. Hæc est communis sententia; & probatur.

Ratio nostræ assertionis

Quia si res esset intrinsecè falsa, talis falsitas rei accederet, aut per habitudinem ad intellectum diuinum, vel intellectum creatum; quòd autem vtraque ratione enti falsitas congruere nequeat; manifesta ratione aperitur. In primisque rem non esse intrinsecè falsam in ordine ad intellectum diuinum; vel eò constat. Quò nec per habitudinem ad illum vt speculatiuè cognoscentem creata quæque; Deus enim omnè veritatem comprehensiuè intuetur, vt per se notum est. Nec etiam falsitas obiecto creato accedit à practica Dei cognitione, prout nimirum creaturas formet diuinis exemplaribus absimiles; cùm omnes creaturæ, etiam monstra, à diuinis ideis non deficiant: accommo-

dat

dat enim Deus exequutiuam facultatẽ suam virtuti creatæ.

Qualiter mostra non deficiant ab ideis diuinis.

Quare sicut cũ causis expeditis vult ad perfectos effectus concurrere; ita, & cũ eisdem infirmus, & præpeditis causis, mõstra præordinat. Quõ fit, vt non casu, & fortuitò respectu Dei accidant, sed ex certa scientia; sicut quando pictor eximius non ex impotentiæ, sed voluntariè mõstrum formar; non eò asserendus est ab arte deficiens: igitur nec monstra deficiunt ab exemplaribus diuinis, cùm à Deo per se, & à cõmilio intendantur, dum attemperat concursum, & illum adaptat infirmitati causarum secundarum.

Ens non falsificatur per speculatiuã habitudinẽ vel cõparationẽ ad intellectum creatum.

Deinde, nec respectu intellectus creati ens falsum denominatur: eò quòd omnis habitudo rei ad creatum intellectum speculatiua sit; acproinde creatura ab intellectu creato intrinsecè immutari nequeat. Comparatio autem ad speculatiuum intellectum intrinsecam falsitatem, vel ex eo non præstat; quòd Deitati etiã ipsi, à falsitate iudicij creati, intrinseca falsitas accedere posset, quod est absurdũ; fit ergo, vt omnis falsitas, quæ rebus defertur, à falsitate iudicij trahatur.

Asser. 2. nõ reperitur in ente falsitas inquantùm refert impotentiam ad influxũ intentionalẽ.

6 Dicendum secundò; nec etiam reperiri eam falsitatis rationem, quæ veritati opponitur, prout est facultas siue virtus entis ad notitiæ expressionẽ; falsitas enim huic veritati opposita, nil aliud esse posset, quàm impotentia entis ad intentionalem actionem. Hoc assertum tangit difficultatem illam, quã ex instituto Metaphysici discutiunt cũ Aristotele *lib. 1. Metaphy. cap. 1.* Vnde nimirum emergat difficultas assequendi veritatem; an ab intellectu nostro, an potius à tenuitate, & imbecillitate rerum, quæ perfectas species menti immittere nequeant ad notitiæ partum? Videantur Metaphysici de his seriò disputantes; ex quibus vnum offero Alexãdrum Alensem apprimè rem absoluentem, *lib. 2. Metaph. cap. 1. text. 6.* in hæc verba.

Præclara philosophia Alens. de imperfectione entis & intellectus.

7. *Quæret quis; vtrum difficultas existat secundùm duos modos secundùm quòd dicit Physosophus? Dicendum quod sic. Ad quod notandum; quòd intellectus difficultas ex hoc prouenit, quòd natura rei non benè potest attingi ab intellectu; quòd autem intellectus attingat, hoc est, quia mouetur ab obiecto; ita quod ipsum intelligere magis est attingi, quàm attingere. Cùm enim intellectus sit potentia passiua; intellectus est magis in moueri.*

Intelligibile importat vim motiuam.

Quòd autem intellectus non possit moueri ab obiecto, hoc potest esse duobus modis; vel quia obiectum deficit à natura motionis actiuæ; & sic difficultas prouenit ex parte obiecti. Vel quia intellectus deficit à natura motionis passiuæ; etiam sic difficultas est ex parte nostra. Debemus enim imaginari suo modo in intellectu, sicut in visu: quædam enim sunt, quæ habent parum de luciditate; & ista non benè possunt mouere potentiam visiuam propter defectum sui; & propter defectum motionis actiuæ. Quædam verò sunt, quæ multum habent de luciditate; & ista non deficiunt in motione actiua; sed ipsum passiuum non est aptum moueri à tam excellenti obiecto.

Optima analogia Alens. de obiecto visibili, & intelligibili.

Ita suo modo quædam sunt, quæ parum habent de intellectualitate, & ista non sunt aptè nata benè mouere intellectum; & in talibus est defectus ex parte obiecti, & difficultas. Quædam sunt, quæ multum habent de intellectualitate; quia multum habent de entitate, sicut sunt substantiæ separatæ; & ista non deficiunt in motione actiua, sed intellectus noster non est aptus natus benè moueri à tam excellenti obiecto; & ideo difficultas hic intelligendi, est ex parte nostra, & non ex parte obiecti. Hactenus Alensis rem acutissimè versans; circa cuius elucidationem.

Etiã motiua tenuissimi, vt obiectatio figuræ & relatio vendicant vim intentionalẽ

8. Obseruandum est; res de se cognoscibiles esse propriamque nanciscì virtutem ad motionem intellectus cùm hanc virtutem motiuam intentionalem, adæquatam illam entis proprietatem, quæ veritas transcendentalis dicitur, cum ipso Alensi pronuntiauerimus in primo articulo huius controuersiæ: licet hæc virtus maior, & minor sit, iuxta maiorem, aut minorẽ, entis actualitatem.

Vnde sicut virtutem hanc ad intentionalem motionem adæquatam entis affectionem opinati sumus; ita, & reliquum est, vt impotentiam ad motionem intentionalem, oppositam illi adæquatæ affectioni entis, censeamus non dari in rebus. Aliàs veritas transcendentalis entis, quæ in talivi vel potentia motiua posita est, non adæquaretur enti in tota communitate, & vniuer-

Granadus.

salitate eius; siquidem dari posset ens cum impotentia ad intentionalem motionem intellectus. Quàm obrem Iacobus Granadus, *1. part. tractatu 5. disp. 5. num. margin. 14. sub § secundò & fortè melius.* Scitè pronuntiauit: quòd *vbicationi, extensioni locali, & figuræ.* Supperat vis ad efficientiam intentionalem; quamuis careant actiuitate ad physicum influxum de quo vide *controuers. 9. generalem de visione Dei dist. 3. subdistin. 2. de obiecto actus visionis, ar. 1. num. mar. 14. & 15.*

Difficultas igitur cognoscendi res ipsas emanat ex defectu vnitatis & proportionis intellectus, cùm obiecto; quę improportio in vtroque extremo fundatur intellectu nimirum, & obiecto: cum isto tamen discrimine; quòd respectu superiorum petitur improportio illa ab eminentia obiecti, quæ maior est, quàm quod à nostri intellectus tenuitate exhauriri queat ratio obiectiua illius; vt constat in Deo. & Angelis. At respectu inferiorum, fundatur inadæquatio siue improportio ista intellectus cum obiecto; in exilitate, & modicitate rei: attamen, quia Angeli callent minutissima quæque absque obice imperfectionis rei; & intelligunt illa obiecta abstrahendo species à rebus, vt cum Scoto autumat probatiorum Theologorum sententia; necessariò deferri debet ipsis obiectis, etiam minutissimis, vis ad intellectum Angeli immutandum. Ac proinde adæquata ratio improportionis obiecti, & intellectus sumi non debet præcisè ab imperfectione rei; sed ab illa cum connotatione tamen intellectus non valentis apprehendere tenuem illam rei intelligibilitatem.

De falsitate notitiæ; quæ sit? Et vbi reperiatur? Cum aduersantium opinationum confutatione.

Affir. 1. non accedit falsitas notitiæ simplici.

9 MODO Discutienda est falsitas formalis; de qua sit.

Assertio prima; falsitas non reperitur in simplici apprehensione. Ita expressè Aristoteles, *libr. 9. Metaph. in fine.* Vbi constituens duplex verum; nimirum in iudicio, & in simplicium apprehensione; vnicum tantum falsum asserit. Ait igitur Aristoteles in hæc verba. *Si non componitur* (intellige sicut componendum est) *falsum. Verum autem intelligere ipsa* (nimirum simplicia) *falsum non est, nec deceptio, sed ignorantia.* Ita enim interpretantur Philosophum acutissimi Metaphysici, Alensis, & Scotus, quos sequitur Meurisius, *lib. 2. suæ Metaph. capit. 3. secundæ parte, quæst. 7. conclus. 2. in fine.* Et est communis ferè omnium sententia. Et probatur.

Aristotelis axioma.

Alensis. Scotus Meurisius.

Quia falsitas est quædam affectio, vel quasi affectio actus in ordine ad proprium obiectum; cognitio enim respectu rei, quam non apprehendit, nec est vera, nec falsa, cùm disparatè se habeat ad illam. Atqui conceptus respectu rei, quam exprimit, non potest præferre difformitatem repræsentationis: igitur non potest esse falsus. Minor probatur, quia aut res apprehenditur, per talem notitiam, aut non? Si non exprimitur per illum actum? Disparatè se habet ad talem apprehensionem; ac proinde nequit illam falsificare. Si repræsentatur, per talem notitiam simplicem? Ergo essentialiter est conformis conceptus obiecto apprehenso; cùm conuenientia, seu conformitas intelligibilis sit de essentia repræsentationis, intellectualis: quâ obrem docuit Aristoteles, intellectum fieri ea omnia, quæ intelligit, propter conuenientiam apprehensionis ad rem apprehensam.

Ratio assertionis præcedentis.

Si occurras, posse simplicem notitiam exprimere obiectum; sed tamē nō sicuti est.

Occursus inutilis.

Contra sic: quia cùm simplex notitia non deferat per compositionem vnum alteri; repugnat repræsentare obiectum, & non sicuti est. Quia aut exprimit illud; & sic fit illi conformis intelligibiliter; aut non refert conuenientiam intentionalem ad tale ens; & ita non est illa res, quæ exprimitur per hunc actum, sed quid aliud. Simplex enim apprehensio non affirmat id, quod concipit de tali ratione obiectiua; quò fit, vt nec formet vnionem inter obiectiuas rationes, quæ à parte rei inter se

Conuellitur

non

non componantur; ſed tantùm de ſe habet intellectus ſimpliciter apprehendens notitiam exprimere, quæ ſi ſit conformis rei, res illa erit obiectum talis notitiæ; ſin autem intentionalem conuenientiam non ſortiatur, talis res non erit illius notitiæ obiectum, ſed altera entitas, cui talis apprehenſio commenſuretur.

Aſſert. 2 Falſitas notitiæ cõplexæ nõ cõſiſtit in relatione reali, nec rationis.

10 Aſſertio ſecunda; falſitas formalis ſiue complexæ notitiæ nõ eſt relatio realis; nec rationis. Hoc aſſertum ijſdẽ prorſus rationibus firmatur, quibus in præcedẽti articulo oſtẽſum eſt; veritatẽ formalem in habitudine prædicamẽtali nõ cõſiſtere. Dantur enim enũtiationes falſæ de obiectis negatiuis; & nõ exiſtẽtibus, quæ prædicamẽtalem reſpectum terminare nequeũt; ob quam rationem perſpicuum eſt, falſitatem formalẽ non eſſe prædicamẽtalem habitudinẽ. Quòd autem nõ ſit relatio rationis, euidẽtius eſt quàm probatione indigeat; cum ceſſante omni mẽtis functione, iudiciũ proproprio obiecto inadæquatum, falſitatẽ ſibi aſciſcat.

Firmatur præmiſſum pronũtiatũ.

Aſſert. 3. cõplexio cuiuſcũs ex terminis repugnãtibus. ceu falſitas ſine ceſſariæ, per ſuã eſſentiã eſt falſa.

11 Aſſertio tertia: complexio neceſſariæ falſitatis, quæ nimirum ita in obiectum tẽdit ſub ratione inadæquationis, & difformitatis; vt complexioni contradicat adæquatio & conuenientia ad obiectum; talis enuntiatio per ſuam eſſentiam eſt falſa.

Probatur cõcluſio.

Patet à ſimili ex his, quæ de veritate neceſſariæ enũtiationis cõſtituimus; vnde ſicut veritas neceſſariæ complexionis nõ differt ab eſſentia actus, prout refert trãſcẽdentalem ordinem ad obiectum, cui adæquatur; ita propoſitio neceſſariæ falſitatis, verbi gratia hæc, homo eſt inſenſibilis, per ſuam eſſentiã eſt difformis obiecto. Quia iſta enũtiatio, quolibet alio poſitiuo, vel negatiuo ſublato; quò inſenſibilitatem homini componit, eò formaliſsimè inadæquatur rationi obiectiuæ hominis, quæ eſſentialiter refert ſenſibilitatem; ergo talis enũtiatio per ſuam eſſentiam eſt falſa.

Aſſert. 4. cõplexio cuius accedit falſitas vt nõ obſter veritas nõ eſt falſa eſſentialiter.

12 Aſſertio quarta: enũtiatio nõ neceſſariæ falſitatis, ea nimirum, cui ſic accedit falſitas, vt nõ repugnet veritas; nõ eſt difformis & inadæquata obiecto per ſuam eſſentiam. Sed ſimili ratione, qua aſſeruimus; quidditatiuum cõceptũ veritatis formalis, in enũtiatione non neceſſaria, cõſiſtere in cõuentu ſeu coexiſtẽtia actus, & obiecti: ita cõceptus falſitatis in enũtiatione ea, quæ neceſſariã difformitatẽ nõ vẽdicat, eſſẽtialiter cõſiſtit in negatione cõcomitantiæ actus, & obiecti. Hæc aſſertio eſt contra Franc. Soar. *tom. 1. ſuæ metap. diſp. 9 ſect. 1. n. marg.* 19. Vbi docet, propriam falſitatẽ, qualis eſt ea, quæ iudicio defertur, in negatione, aut priuatione, non conſiſtere.

Soarius.

Probatur, quòd falſitas in enuntiatione quæ capax eſt veritatis, cõſiſtat in negatione.

Quod autem falſitas nil aliud ſit formaliter, quàm negatio adæquationis, vel cõcomitantiæ inter actum iudicij, & obiectum; ſic aperio. Quia poſita iſta negatione, quolibet alio poſitiuo ſublato, iudicium eſt falſum; cũ vi iſtius negationis cõcipiatur vt inadæquatum proprio obiecto. Vt enim propoſitio iſta, *Petrus ſedet*, falſificetur; ſola id negatio ſeſsionis præſtat, cum iudicium obiecto adæquetur, dum ſeſsionem aſſerit. Igitur negatio ſeſsionis eſt formalis ratio inadæquationis iudicij, dum ſeſsionem componit; ac proinde falſitas in mera negatione conſiſtit, ſeu non eſſe concomitantiæ actus, & obiecti.

Ratio alia contra Soarium.

Deinde ita Soarium adorior; complexio illa, quæ nõ eſt neceſſariæ veritatis, ſed de obiecto cõtingenti, non eſt vera per appoſitionem alicuius formæ habitudinis prædicamẽtalis, vt oſtendimus; cũ potiùs quidditatiua ratio ſuæ cõformitatis vel adæquationis, ſit merum ens per accidẽs in conuentu & comitantia complexionis & obiecti conſiſtens; igitur à ſimili & falſitas in enuntiatione de obiecto contingenti, nequit conſiſtere in aliqua ratione intrinſeca difformitatis, quæ poſitiua ſit. Quia talo poſitiuum difformitatis additum complexioni non eſt abſolutum; aut aſſignetur quod abſolutum ſit, & ad quam ſeriem prædicamẽtalem ſpectans; & ſuppoſito, quòd nõ ſit habitudo prædicamentalis, vt egimus ſupra, eò quòd de obiectis negatiuis, & non exiſtentibus dari queant complexiones formaliter falſæ; nil igitur reliquũ eſt, præter quã quòd ſicut veritas enuntiationis de obiecto cõtingenti eſſentialiter conſiſtit in mero ente per accidẽs comitantiæ enuntiationis, & obiecti; è cõtra falſitas formaliter poſita ſit in negatione ſiue remotione talis ſicuitatis & comitantiæ complexionis & obiecti: cũ præpedita pullulatione cuiuslibet relationis, & poſita mera negatione comitãtiæ complexionis & obiecti, ſit enuntiatio formaliter difformis obiecto affirmato, vel negato.

1. Oppositio contra nostrã sententiã ex absimilitudine inter propriã falsitatẽ iudicij, & impropriã differmitatẽ notitiæ simplicis.

13 Sed obijcies ex Soarez primò: quòd falsitas iudicij in hoc præcisè distinguitur ab impropria difformitate, quæ cõsequitur ad notitiam simplicem; quòd hæc difformitas est per modum negationis. Quatenùs cognitio simplex non est conformis illi rei, quã non repræsentat; sed non est per modum positiuæ difformitatis aut repugnantiæ; qualis est ea, quæ accedit iudicio intellectus attribuẽtis vnum alteri, quod illi ex natura rei non congruat. Ergo falsitas complexa in positiua attributione, & inadæquatione consistere debet; aliàs non differret ab impropria difformitate per modum negationis, quæ ad simplicem notitiam cõsequitur.

2. Obiectio ex discrimine inter falsitatẽ positiuã, & ignorantiã priuationis.

Secundò: quia ignorantia priuationis seu nõ conformitas negatiua essentialiter distinguitur ab errore, seu positiua falsitate, eò vel maximè, quòd ignorãtia priuationis solùm consistat in negatione cognitionis obiecti; error verò aut falsitas sit repugnantia, & positiua inadequatio iudicij ad rem; ergo falsitas compositionis nõ consistit in sola negatione, aut priuatione conformitatis.

3. Oppositio

Tertiò: quia in communi sententia veritas est falsitas cõtrariè opponuntur; sed cõtrarietas posita est inter duas formas positiuas ab eodem subiecto se se mutuò excludentes: igitur propria falsitas est positiuus conceptus.

Diluitur obiectio prima

14 Ad primam obiectionem; respõdetur, quòd non ideo appellari solet falsitas iudicij positiua repugnantia, quia in se positio sit; sed vt discernatur à falsitate impropria & metaphorica actus simplicis. Quæ etiam non astruitur falsitas negationis, quia præcisè in negatiuo cõsistat; in hoc enim cum falsitate iudicij conuenit; sed quia est non conformitas quædam cognitionis cum illa re, quæ nõ est obiectum talis notitiæ, vt ex dictis liquet, cũ in ordine ad proprium obiectum nequeat notitia simplex intẽtionalem conuenientiam nõ præseferre. Vnde falsitas ilta impropria, non solùm exprimit negationẽ conformitatis; sed etiam non esse proprij obiecti talis apprehensionis, respectu cuius nõ potest esse falsa; in quo maximè à falsitate iudicij dissidet, quæ per comparationẽ ad proprium obiectum compositioni seu iudicio intellectus cohæret.

Ad 2. obiectionẽ expẽditur disparitas inter falsitatẽ iudicij & grauitatem priuationis.

Ad secundam oppositionem; quòd maximè differt falsitas iudicij ab ignorantia priuationis; hæc enim immediatè afficit intellectum, quia formaliter consistit in nõ esse apprehẽsionis rei, cuius notitia priuatur intellectus. Falsitas verò iudicij non est immediata affectio intellectus; sed actus complexi deferẽtis rei quod illi ex natura rei non congruat. Quò fit, vt non consequatur immediatè ad potentiam intellectiuam, sicut ignorantia priuationis; sed mediante compositione intellectus, ratione cuius tribuitur rei, quod illi ex natura sua non cohæret.

Ad 3. obiect. Qualis oppositio sit inter falsitatẽ & veritatem iudicij.

Ad tertiam obiectionem; quòd veritas, & falsitas, quæ oppositionem adeũt circa idem commune subiectum enuntiationis, quæ de falsã in veram, & è contra transire potest; nõ oponuntur cõtrariè. Quia falsitas non consistit in positiuo vt diximus; nec cõtradictoriè, aliàs enim inter enũtiationem veram, & falsam, nõ daretur medium. Cuius oppositum ex Scoto ostẽdimus cõstitnente, propositionem neutram ad veritatem & falsitatẽ, prout anteit decretum diuinæ volitionis. Opponuntur igitur quasi priuatiuè; eò quòd enuntiatio, quæ falsa est ex negatione cõcomitantiæ obiecti; sicut est capax ficuitatis & cõuenientiæ intentionalis cũ obiecto, ita & non esse talis conformitatis in mera negatione constitui nõ debet; sed in priuatione, aut non esse quodam adinstar priuationis.

Enerũtur fundamẽta opposita in initio articuli.

15 Ad fundamenta opposita in principio articuli. Ad primum; patet ex his, quæ *num.* 5. asseruimus.

Ad secundùm; patet ex dictis *num.* 6. 7. & 8.

Ad tertiũ; Aristotelem interpretandũ esse de errore aut falsitate impropria, quatenùs ex deceptione sensus petitur occasio erroris intellectus; nõverò, quòd sensitiua apprehentio propriæ falsitatis capax esse queat.

CON-

CONTROVERSIA QVARTA DE BONITATE DEI.

QVÆ. Attinent ad cauſalitatem boni circa appetitum; an illum excitet ſecundùm eſſe reale, vel ſecundùm eſſe apprehenſum? Præmittimus in commentarijs phyſicis exarata; hoc vnum in præſenti reſtat recolendum, ex his, quæ tradimus infra, *in controuerſ. 9. de Viſione Dei, diſtinct. 3. ſubdiſt. 1. art. 2. ſub num. marg.* 13. Quòd licet bonum finalizet ſecundùm eſſe reale; adhuc ob diſcretionem ſpecificam apprehenſionis, diuerſificatur ſecundū ſpeciem appetitio: vt liquet, de ſenſu Scoti, in dilectione ſupernaturali vitæ, & patriæ. Quibus prælibatis, in præſenti ſolam quid ditatiuam rationem bonitatis inueſtigamus.

Ob ſpecificā diſcretionē apprehenſionis, diuerſificatur ſpecie motio impulſiua facultatis apud Scotum.

DISPVTAT. VNICA;

An bonum ſit paſſio entis, prout circuit creatum, & increatum?

SVMMARIVM.

Variæ opiniones de ratione obiectiua bonitatis. à num. 1. vſque ad 4.

Litera Scoti ad decidendam diſſertationem; & eius explanatio. Numero 4.

Oppoſitiones ad literam textus; & placitum Machini autumantis; concep-

tus bonitatis, & integritatis non eſſe conuertibiles. Num. 5.

An ens non quantum imbibat bonitatem tranſcendentalem de mente Scoti? Num. 7.

Vera ſententia ſtatuitur. Num. 9. *Contra Petrum Hurtado.* Num. 10. *Et cōtra Soarium.* Num. 13.

De bonitate Dei ſpecialiter. Nu. 17.

Oppoſita fundamenta conuelluntur. Numer. 20.

De malo, quod opponitur bono. Nu. 22

CONſideratio boni duplex eſſe poteſt vt præmiſimus, vel in ordine ad ſe, inquantùm ſcilicet apprehenditur ſecundùm quidditatiuam conceptibilitatem illius; vel in

Duplex exſtio boni.

ordine ad metaphoricam cauſalitatem ſeu finalizationem, quam adit circa appetitum. Quia tamen ſecundum iſtud ex inſtituto in phyſicis diſputationibus de cauſa finali expenſum eſt; ideo in præſenti de ſola intrinſeca ratione boni agendum erit; quò fit, vt controuerſia iſta ſectiones, aut articulos, non ſuſtineat.

1. *Opinio quòd bonitas ſit paſſio entis diſtincta ex natura rei abente. Scotus apud Soarium.*

1 Circa eſſentiam bonitatis non cõſentiunt authores. Prima opinio aſtruit bonitatem eſſe proprietatem quandam poſitiuam entis ab illo ex natura rei diſtitam. Quam opinionem tribuit Soarius, Scoto *in 1 ſenteni. diſt. 3. quæſt. 3. §. Ad quæſtionem igitur.* Et §. *Secundò ſcilicet propoſitum de paſſionibus entis.* Sed in his locis ſolùm in genere conſtituit Scotus, ens non includi ex natura rei in ſuis proprietatibus; nec ibi definit, bonitatem eſſe proprietatem entis.

2. *Ratio ſententiæ præcedētis ex doctrina Scoti*

Sed fulciri poteſt opinio iſta ratione, quam formatidem ſubtilis Doctor, §. *Tertio arguo poteſt.* Quia bonum eſt paſsio entis, vt omnes Metaphyſici autumant: ergo addit aliquid ſupra ens. Conſequentia patet: quia bonum non includit ens præciſè, quia idem tunc eſſet paſsio ſui ipſius; ergo includit ens, & aliquid aliud. Sit illud aliud, A, verbi gratia; aut igitur illud, A, eſt ens; aut non? Si ſic; bonum bis includeret ens. Imo ter, quater, & quinquies vſque in infinitum; ſemel dato quòd additũ paſsionis ſupra ens imbibat rationem entis; cùm rediret diſquiſitio de addito illo; an exprimat explicitam rationem entis, quod eſt ſubſtratum talis proprietatis, ſine vllo addito ſupra explicitum conceptum entis? & non eſſet paſsio, cùm paſsio, qua talis, non referat mentem, & formalem ſubſtrati quidditatẽ; ſi addat aliquid ſupra ens; de addito redit proceſſus, an ſit ens? vſque in infinitum.

Præterea, quia ſi ſe habet appetibile ad appetitum, ſicut intelligibile ad intellectum; ſed intelligibile addit ſupra ens virtutem, hanc facultatem ad immutandum intellectum ex natura rei diſtinctam ab ipſo ente: ergo ſimiliter aptitudo entis ad terminandum impetum, ſine motum appetitus in rem, quæ appetibilitas ſeu bonitas dicitur, debet eſſe ex natura rei ab ente diſtincta. Nec enim apparet ratio, cur vicinior rei altruatur vis immutatiua intellectus quàm ratio terminatiua impulſus? Si ergo virtus motiua intellectus à quidditate entis ex natura rei diſſidet; ita, & ratio terminatiua impulſus à quidditate entis debet ex natura rei ſeiungi.

Ratio alia ex analogia obiecti intelligibilis & appetibilis.

2 Secunda opinio tribuitur Capreolõ *in 2. diſtinct. 34 quæſt. 1.* Aſſerenti; bonitatem eſſentialiter conſiſtere in relatione rationis conuenientiæ vnius rei cum alia.

2. *Opinio quòd bonitas ſit relatio rationis Capreoli.*

Quòd placitum ſuadetur ſic: bonitas debet addere aliquid ſupra ens, aliàs enim ens, & bonum, eſſent voces ſynonimæ eoſdem prorſus obiectiuis conceptus exprimentes; vt optimè probat præcedens Scoti ratio. Sed iſtud additum nequit eſſe priuatiuum, ſicut additũ vnitatis ſupra ens; cùm priuatio ſit potiùs quædam malitia oppoſita illi ſpeciei bonitatis, quæ priuat ſubiectũ. Nec etiam poteſt eſſe bonitas quid poſitiuum reale; cũ talis realitas extrahi nequeat à latiſſima communitate entis, vt illius paſsio, ſeu extrinſeca affectio eſſe poſsit: reſtat igitur, quòd additum bonitatis ſupra ens ſit ſola latitudo rationis.

3 *Placitũ Soarij, quòd bonitas non addat niſi cõnotationẽ naturæ cui ſit cõueniẽs tale bonum*

3 Tertia opinio; autumat, bonum ſupra ens non addere relationem propriè ſumptam; nec realem; nec rationis; ſed ſolam rationem quamdam conuenientiæ. Quæ eſſentialiter poſita eſt in connotatione, & coexiſtentia talis entitatis cũ alia, cui conueniens ſit; quatenus illa res eam capacitatem ſeu inclinationem ſortiatur, cui conueniens ſit altera entitas. Verbi gratia, bonitas caloris non conſiſtit præciſè in abſoluta perfectione illius, quæ calori congruat ſeclusa habitudine ad extrinſecum; ſed in perfectione quaſi relata, quæ nimirum connotat naturam ignis, cui connaturalis ſit & conueniens calor. Ita Soarez *diſp. 10. de bonitate, ſect. 1.* Et probatur.

Soarius.

1. *Ratio pro Soario*

Quia bonitas abſolutè accepta nequit eſſe affectio entis, cũ ſit ipſamet quantitas virtutis, ſeu latitudo perfectionis rei bonũ enim in iſta acceptione, & ens, ſũt voces ſynonimæ. At Metaphyſici probãtes bonitatem de ente, aliquam proprietatẽ vel quaſi propri etatẽ de illo demõſtrare moliuntur; ergo debet eſſe aliquid liter ab ente diſtincta talis bonitatis ratio; ac proinde quaſi relatè & cõnotatiuè accipiẽda eſt, prout nimirũ exigit alterius naturæ coexiſtẽtia, cui cõueniens ſit.

Tum

Confirmatur.

Tum etiam; quia ita optimè intelligitur, quia ratione eadem omnino res possit esse bona huic enti, & mala alteri; verbi gratia, idem calor bonus igni, & malus aquæ; nimirum ratione connotationis talis subiecti, cui conueniat, vel repugnet.

2 Probatio ex similitudine de veritate boni.

Secundò, arguitur ex proportione, quæ intercedit inter veritatem, & bonitatem; siue inter obiectum voluntatis, & intellectus. Quia, sicut veritas non est proprietas entis realis, inquantùm infert negationem entis apparétis aut ficticium negatio ita consequatur ad ens, qui ens est, & prout refert veram, & ratam essentiam, secluſa connotatione alicuius extrinseci;) quare veritas, prout est affectio entis, exprimit connotationem ad extrinsecum, nimirum ad intellectum. Ita bonum, quod est obiectum appetitus, nequit esse proprietas entis, inquantum absolutè, & sine connotatione accipitur; sed prout exprimit coexistentiam talis naturæ cui conueniens sit.

Litera Scoti ad decidendam dissertationem; & eius explanatio.

Duplex bonitatis acceptio apud Scotum.

4. AT, Vt controuersiam dirimamus, præmittenda est Scoti mens, *ex quæstion. 18. quodlibetali. §. de primo bonitas moralis, numer. margin. 3. editionis Hugonis Cauelli.* Vbi sequentia nobis suppeditat pronuntiata. *Sicut bonitas primaria entis, quæ dicitur bonitas essentialis, quæ est integritas vel perfectio entis in se, importat positiuè negationẽ imperfectionis, per quod excluditur imperfectio, & diminutio; sic bonitas entis secundaria, quæ est accidentalis, siue superueniens entitati, est integritas conuenientiæ vel integra conuenientia eius alteri, cui debet conuenire, vel alterius sibi.* Hactenus Doctor.

Scotus.

Quo loci liserè fatetur duplicem bonitatem, alteram transcendentalem, quam appellat bonitatem entis, docetque esse intrinsecam esse; cùm nil aliud sit, quàm ipsa quantitas seu magnitudo actualitatis rei; alteram accidentalem, quæ consistit in cõnotatione alterius entitatis, cui res sit conueniens bonitate relata seu conuenientia ad alterum.

Duplex malum aliud absolutum, aliud relatum.

Sicut ergo duplex est bonum, ita duplex malum considerari debet; nimirum malum absolutum, & malum relatum. Malum absolutum essentialiter cõsistit in negatione perfectionis, & integritatis debitæ rei, vt in tali specie, & coordinatione entis constituatur; vnde quælibet res, eo ipsò quòd trahitur ad talem gradum & speciem entis, essentialiter remouet omne nõ esse integritatis & perfectionis sibi debitæ; quod nõ esse integritatis est malitia quædam talis speciei bonitatis opposita. *Quid malum absolutum, prout oppositum bonum absoluto?*

Scotus.

Quod intendit Scotus in illis verbis: *Integritas & perfectio entis in se importat positiuè negationem imperfectionis, per quod excluditur imperfectio, & diminutio.* Vbi, ly positiuè importare rem negationẽ seu diminutionem integritatis essentialis suæ nil aliud est quàm quòd integritas constitutionis rei, vi sui positiui & quidditatiui conceptus, explodit negationẽ, vel diminutionem suæ integritatis; quæ diminutio dicitur naturalis malitia bonitati naturali oppositæ, prout à morali malitia condistinguitur, quæ bonitati morali opponitur.

S. Augustinus.

Quam doctrinam ab Augustino accepisse videtur Scotus, qui *libr. 1. de Natura boni, cap. 16.* ait. *Non ergo mala est, in quantùm natura est, vitia natura; sed cuicunque rei est malum, nisi minui bono: quod si in mundo absumeretur sicut nullum bonum, ita nulla natura relinqueretur.* In quo etiam sensu docuit

Alexandri Alensis celebre axioma.

Alensis, *1. p. q. 18. memb. 8. Bonũ creatum immutabiliter esse bonum*; eò quòd superstite natura cuiusque rei, nõ possit destrui bonitas seu integritas quidditatiua eius. Malum respectiuè sumptum est illud, quod licet in se bonum sit, est tamen disconueniens alteri propter potitiuam repugnantiam, quam gerit cum alia entitate; sicut febris est mala corpori calor aquæ, &c. Sed de bonitate vel integritate entis, quod sit de qualitatiua ratione illius de mẽte Scoti; *vide eõ trou. 5. de infinitate Dei, ar. 2. nu. marg. 16. & etiam 14.*

Quid sit malum relatum, & purpatum.

5 Deinde obseruãdũ est in illa verba Doctoris; *bonitas primaria entis, quæ dicitur essentialis, quæ est integritas, & perfectio entis.* Quòd hæc integritas, ideo appellata est ab Scoto bonitas primaria entis, eò quòd adequetur ẽti in

Scotus.

tota communicatæ, & vniuersalitate sua adeò vt nullum sit ens, nec reale, nec obiectiuum, quod eam non referat integritatem essendi seu perfectionem entitatiuam, quæ essentialiter non inferat negationem diminutionis illius prædicati seu gradus essendi, qui ad constitutionem, vel quasi constitutionem eius spectet.

Oppositiones in doctrinam præcedentem.

Placita Ambrosij Machini; quòd bonũ & integrũ non exprimant cõceptus conuertibiles.

SEd hanc doctrinam impetit Ambrosius Machinus, 1. *part. quæstion. 6. disp. 11. sect. 3.* Contendens; quòd etsi bonum, & integrum, quoad esse reale conuertantur; eò quòd à parte rei nullum detur bonum, quod integritatem, & perfectionem non sortiatur. Autumat tamen; conceptum obiectiuum bonitatis, & integritatis, eò non conuerti; quòd concipi queat formalitas aliqua secundùm rationem explicitam eius, sine eo gradu essendi, qui ad integritatem illius attingat. Quòd probat, tùm metaphysicè, tùm Theologicè.

Ratio metaphysica, pro asserto prædicti authoris

6 Metaphysica ratio ea est: differentiæ entis, quæ differentiæ sunt, & pluralitatem constituunt sub gradu entis apprehendi possunt, non concepto gradu essendi, quem quasi contrahunt; at secundùm illam expressionem, seu conceptum explicitum differentiarum entis referunt bonitatem; cùm vt sic sint perfectiuæ, & bonificatiuæ entis, & tamen non referunt integritatem, & perfectionem. Quia sub illa expressione, seu ratione explicita differentiarum non exprimunt rationem entis, quæ in illis imbibitur; ac proindè ille conceptus integet, & perfectus non est, cùm vt sic non claudat explicitè gradum entis, qui ad integritatem, & perfectionem modi differentialis spectat. Igitur, licet in esse rei, bonum, & perfectum, conuertantur; tamen in obiectiuo esse bonum, & perfectum ad conuertentiam dici nequeunt sed se gerunt vt superius, & inferius, eò quòd omne perfectum ac integrũ sit bonum; sed non è contra omne bonum sit perfectum & integrum.

Dilutio; vbi quid ultimæ differentiæ entis referat integritatem in quatenus ex primum ratione modi differendi.

Respondetur; prædictam oppositionem id pro certo assumere, quòd probare debuerat; inficiamur enim, dati posse aliquam rationem obiectiuam, quæ in ea expressione, sub qua gradum aliquem essendi refert; integritatem non sortiatur. Quare asserimus, modos entis, nimirum perfeitatem, & inalietatem, inquantùm exprimunt rationem differendi, non expressa ratione entis, integritatem præseferre; cùm nullam diminutionem essendi ille gradus importet, omnemque integritatem debitam illi conceptui sibi asciscat, quæ cõceptus differentialis est. Quia licet desit illi conceptui explicita ratio entis, quæ quasi contrahitur; sed hæc non attinet ad differentiam, prout differentia est. Ac proinde sine expressione entis, qui est gradus conuenientiæ, relinquitur modus differentialis in ea integritatis ratione, quæ differentiæ congruit, quâ est actus entis, & ratio differendi.

Alia oppositio Theologica ex Ambrosio Machino.

Nec magis vrget ratio Theologica eiusdem authoris, qua agit, conceptum explicitum diuinarum relationum, eò integrum non esse, licet bonus sit; quòd non referat expressionem Deitatis; quam tamen spectare ad integritatem diuinarum hypostasum contendit Machinus.

Enervatur

Respondetur enim; negando, ad integritatem hypostasum attinere quidditatem Deitatis; vt ex his, quæ de distinctione attributorum cõstituimus, cõstat constabitq; ex dicendis in controuersia de diuinis hypostasibus.

Obiectio ad hominẽ de hypostasibus diuinis iuxta positam sententiam Scoti.

7 Obijcies deinde, minus aptam videri diffinitionem illam boni, quæ ab Scoto tradita est; quatenus bonum esse idem cum integro affirmat; eò quòd videtur contradicere eiusdem Scoti sententiæ autumantis; relationes diuinas perfectionem non præseferre. Si enim integrum, & bonum in idem recíderent; omne, quod integritatem vendicat, bonitatem ac perfectionem importaret. Atqui relationes, quâ tales, formalem referũt integritatẽ in eo cõceptu formarũ hypostaticarũ; ergo & bonitatẽ ac perfectionem in tali esse relato imbibunt.

Elicitur ex Scoto, apud quẽ ens non quantũ imbibit bonitatem trãscendentalem.

Respondetur; Scotum nunquam inficiatum fuisse bonitatem transcendentalem, siue integritatem in proprio gradu entis; quin eã expressè concessisse di-

diuinis hypostasibus; vt liquet *ex 1. sent. dist. 1. quæst. 2.* Nam cùm sibi opposuisset, *num. mar. 1.* in initio quæstionis. *Quòd sicut ens, & vnum sunt in omni genere, ita & bonum; ergo relatio habet propriam bonitatem: igitur, & propriam fruibilitatem.* Respondet §. *Ad argumenta principalia*, num. margin. 12. *Ad primum de 1. ethicorum dico; quòd bonum vno modo conuertitur cum ente, & isto modo bonum potest poni in quolibet genere; sed bonum vt sic non potest habere rationem obiecti fruibilis.* Et postea. *Est igitur bonum non quomodocunque sumptum, sed bonum quidditatiuè sumptum, terminus fruitionis; quia est perfectio quidditatiua, quæ scilicet est ratio essentialis, & non ratio suppositi.* Hactenus Scotus. Vbi manifestè concedit diuinis hypostasibus, eam bonitatis, & integritatis rationem, quæ communis est toti vniuersalitati entis; solùm enim inficiatur bonitatem, & perfectionem quantam siue infinitam, quæ sit obiectum fruitionis beatificæ. De qua in *ar. 3.* sequentis controuersiæ.

Scotus.

Necetiã appetibilitas obstat enti non quanto Meurisseus

Quare nec etiam est, cur diuinis relationibus ratio appetibilis denegetur? Sic Meurisseus *lib. 2. suæ metaphy. cap. 3. parte 3. quæst. 1. conclus. 2. in fine.* Quia cùm diuinæ hypostases sint termini fœcunditatis essentiæ; sicut Deitas naturali appetitu exigit esse in tribus suppositis, ita & inclinatur in formas, à quibus pluralitas suppositorum petitur; ac proinde sunt appetibiles Deitati.

Obiicitur, quòd bonitas & vnitas recideret in eadẽ conceptũ integritatis positiuæ

8 Obijcies secundo; quòd si bonitas entis esset integritas illius; fieret, vt nostra sententia, quam de vnitate ipsius entis statuimus, sustineri nõ posset; asseruimus enim rationem vnius in positiua rei integritate & totalitate cõsistere ac proinde, sequeretur, vt rationes obiectiuæ boni, & vnius, in eamdẽ rationẽ explicitam coirent.

Diluitur obiectio ex præmissis.

Respondetur; quòd vt ex inibi constitutis satis superque constat; vnitas, quam esse affectionem entis asseuerauimus, non consistit in nexu, & coniunctione partium essentialium: aliàs enim non esset extra quidditatiuam entis constitutionem; ac proinde illius passio esse non posset. Quare vnitas, quæ est passio entis, posita non est in radicali integritate, quæ est ipsa partium essentialium counitio, & compositio; sed in totalitate, & integritate formali, quæ ab essentia rei pullulat, & ab ea formaliter disidet. Ex quo sequitur, vt bonitas, & vnitas, in eamdem explicitam rationem obiectiuam non coincidant; eò quòd bonitas absoluta, quam Scotus primariam, & essentialem appellat, sit ipsamet integritas quidditatiua rei, à qua, vt à radice, integritas formalis petitur, quæ est vnitas: vnde fit, vt integritas essentialis & vnitas, comparentur inter sè tanquã subiectum, & passio.

Nostra sententia rationibus firmatur, vbi & agitur cõtra Petrum Hurtado, integritatem essentialem rei, vt connotat appetitum, non esse passionem entis.

Assert. 1. Bonitas absoluta nõ est passio entis.

9. ASsertio prima: bonitas seu integritas absoluta non est passio entis. Hæc videtur manifesta Scoti sententia vt patet ex *num. 4.* à qua disidet Meurisseus loco citato. Vbi contendit, integritatẽ, & bonitatem absolutam esse passionem entis. Nostrum verò assertum sulcitur sic.

Ratio assertionis.

Bonitas absoluta, quam Scotus integritatem & perfectionem entis in se appellat; ea est, quæ vi suæ quidditatiuæ rationis inferat negationem imperfectionis seu diminutionis eorum prædicatorum, seu graduum essendi, qui componũtur ad cõstitutionem rei sub tali coordinatione entis. Atqui res per suam essentiã, nulla alia forma aut quasi forma expectata, exprimit hãc negationẽ diminutionis earũ rationum, quæ ad cõstitutionem rei coeunt: igitur res per suam essentiam refert hanc absolutam integritatem. Sed passio debet esse extra conuentum omnium prædicatorum quidditatiuorum, quæ enuntiantur de subiecto in primo modo dicendi per se, cũ

sit extrinseca subiecti affectio; igitur bonitas absoluta nequit esse passio entis.

Aperti Scoti testimonii pro hac sententia.

Quam sententiam; quòd scilicet bonitas absoluta, vel primaria nequeat esse addita essentiæ, vel extra quidditatium conceptum illius; sicut passio asseritur esse extra rationem essentialem subiecti; expressè tradit Scotus, *in quæstion. 6. quodlibetali, §. contra ista arguitur sic. sub num. marg. 10.* Vbi docet ex Augustino. *Quia ait Augustinus 16. de Trinitate, cap. 8. de ista magnitudine. Idem est maius esse, quòd melius esse. Bonitas enim essentialis, qua una species est melior alia, non est res addita essentiæ.* Quid apertius ad nostrum assertu vt de senu Scoti suffulciendum?

Scotus.

„
„
„
„
„

Assert. 2. Integritas rei nō est passio entis in quā tū cōnotat appetitum, Hurtadus.

10 Assertio secunda: nec integritas essentialis est passio entis, quatenus talis integritas essendi appetitum cōnotat. Hæc assertio est contra Petrum Hurtado, & alios, quos refert, *in sua Metaph. disp. 7. sect. 4. conclus. 10. §. 46.* & probatur.

Optima ratio pro nostra intentia.

Quia integritas essentialis rei, prout connotat appetitum, non addit relationem realem ad illum, vt in sequenti assertione ostenderur; ergo sola connotatio appetitus præstare nequit, vt essentialis gradium seu prædicatorum compositio sit proprietas entis. Consequentia fulcitur eadem prorsus ratione, qui supra formauimus; ostendentes, ens cū connotatione intellectus non posse esse passionem entis. Quia connotatio seu concomitantia plurium, vt plurium, non addita relatione per quam vnum formaliter ordinetur seu correferatur ad alterum, non est quid per se vnum, sed ens simpliciter peraccidens; sicut si connotatio ea similitudinis, quam album exprimit ad aliud album, non adderet intrinsecam formam relationis prædicamentalis, talis connotatio esset multa, vt sibi coexistunt, ac proinde merū ens peraccidens. Atqui ens peraccidens nequit esse proprietas entis per se; igitur, integrum cū connotatione appetitus nequit esse propria passio entis.

Alia ratio ad hominē

11 Secundò specialiter argumentor contra Petrum Hurtado qui loco citato, § 45. Ideo bonitatem conuenientiæ vnius naturæ ad aliam non esse passionem entis autumauit; quia plerumq; hæc sympathiæ vnius rei ad aliam, non est extra quidditatem rei, quæ est con-

ueniens alteri; ac proinde illius passio censeri non non debet; cùm passio sit extra totam rei quidditatem. Atqui integrum per suam essentiam potest etiam esse congruum seu conueniēs facultati appetitiuæ; igitur & talis cōnotatio seu conuenientia non potest esse passio entis.

Occurſus pro Hurtado.

Si dicas; integrum immediatè, & per suam essentiam non excitare facultatem appetitiuam, sed impulsum, qui est actus potentiæ appetentis ab ea realiter condiscretus, & medians inter bonum seu integrum, & potentiam appetitiuam. Eo quod impulsus, qui est effectus potentiæ appetitiuæ ab illa promanans in genere causæ efficientis, sit ipsamet causalitas boni in genere causæ finalis; immediata enim causæ finalis causalitas, est ipsamet intētio finis, quæ à facultate appetente prodit in genere causæ efficientis.

Excutitur.

Contra sic: ergo respectu actualis impulsus, quæ est immediata causalitas boni, prout actualem adit finalizationem circa appetitum, non potest integrum sub ea connotatione actus impulsiuæ facultatis esse passio entis; cūens, quà integritatem essentialem refert, sit ipsimet actuali impulsui immediatè conueniens.

Assert. 3. Bonitas relata no cōsistit in relatione prædicamentali.

12 Assertio tertia: si bonitas relata vsurpetur pro relatione prædicamentali seu habitudine conuenientiæ vnius rei ad aliam, quam aliqui formalem conuenientiam appellant, vt eam condistinguant à fundamento illatiuo talis respectus, quod fundamentum vocant conuenientiam fundamentalem; talis conuenientia formalis nequit esse proprietas entis: Hæc est contra authores secundæ opinionis; in eo quod astruunt, in respectu formalis conuenientiæ positam esse obiectuam bonitatis rationem; licet ipsi æstiment, talem respectum esse habitudinem rationis. Fundamenta verò, quæ agunt, bonitatem in habitudine reali non consistere; etiam expugnant habitudinem rationis.

Firmatur promūtiata præcedens.

Probatur ergo nostrum assertum: quia posita conuenientia ea, quæ fundamentalis asseritur, & quæ est substratum illius respectus conuenientiæ formalis, intelligitur adæquata ratio relatæ bonitatis; præpedita enim ema-

nation cuiuslibet habitudinis caloris

ad

ad ignem, calor est bonus igni propter solam sympathiam, & conuenientiam naturalem; sicut, & propter naturalem antypathiam calor est malus aquæ. Quę ratio etiam obtinet, habitudinem rationis, quæ enti à functione mentis accedit, non attinere ad rationem obiectiuam bonitatis.

Cõfirmatur

Deinde: quia passio entis debet illi adæquari ad mutuam conuertenetiam; sed prædicamentalis habitudo cõuenientiæ non ambit totam rationẽ boni, quæ cũ ente conuertitur: cùm Deus sit bonus, & non referat realem respectum conuenientiæ ad creaturas, vt per se notum est; igitur.

Ostenditur contra Soarium, bonitatem ad alterum non esse adæquatam entis affectionem.

Asser. 4. Cõuenientia fũdamentalis vniusrei ad aliã non est passio entis

13. ASsertio quarta: nec conuenientiæ fundamentalis vnius rei ad aliam est passio entis. Hæc est contra Franciscum Soarez loco citato. Et probari solet assertum istud; eò quòd passio entis debeat illi adæquari in tota latitudine, & communitate sua; aliàs enim cum tota vniuersalitate essendi nõ conuerteretur, ac proinde adæquata affectio entis esse non posset. Atqui conuenientia entis ad alterum non circuit totam entis latitudinem; cùm multæ formæ sint, quæ licet absolutam entis bonitatem aut integritatem sibi asciscant, per quam ad talem speciem, & coordinationem entis attineant; eam tamen boni acceptionem, quæ ad alterum est, non sortiantur. Cùm iudicium erroneum intellectus nulli enti bonum aut conueniens sit; nec etiam actus peccaminosus relatam bonitatem præseferat, vtpotequi disconueniens sit rationali naturæ: igitur bonum relatum non adæquatur enti ad mutuam conuertentiam.

Ratio aliquorũ prone præsentia

Respõsio Soarij quòd actus praui, & erronei ferãt cõuenientiã ad naturã rationalis secũdũ rationẽ generică actus.

14 Occurres cum Soarez, *disputat. 10. de Bonitate, sect. 3. numer. marg. 6.* Quòd licet huiusmodi entia non habeãt bonitatem ad alterum secundùm rationem magis contractam, & specificam; sunt tamen conuenientia secundùm gradum genericum. Vt constat in iudicio erroneo, quod licet secundùm specificam rationem erroris, sit qualitas intellectui disconueniens; est tamen boni menti secundùm vniuersalem, & genericum gradum repræsentationis intellectualis. Quòd idem asseritur de actibus prauis, qui etiam ex natura sua intrinsecam malitiam imbibunt, vt patet de odio Dei, mendacio, &c. Qui licet secundùm specificam rationem sint formæ disconuenientes naturæ rationali; secundùm gradum genericum actus humani sunt illi conuenientes.

Expugnatio perspicua fuga Soarij

At; effugium istud euidenti ratione occluditur: quia proprietas entis, quò adæquatur enti reali in tota latitudine eius, eò fit, vt secundùm rationes contractas, & specificas, illi cohæreat; aliàs enim non esset adæquata affectio entis, vt ens est, seu in tota vniuersalitate eius: cùm gradus indiuidui, & specifici attineant ad prædicatum entis, quòd in illis imbibitur. Quòd & in alijs entis affectionibus perspicuum est; vnitas enim non solùm congruit rei secundùm rationes genericas, sed etiam specificas, & indiuiduales; & similirer veritas: Vt de se patet. Igitur cùm bonitas ista ad alterum rei non insit secundùm specificum gradum eius; fit, vt adæquata effectio entis censeri non debeat.

Respõsio ad terã pro Soario. Eò quòd veritas in quã hæc exprimit vim ad immutãdũ intellectum nõ cõueniat gradibus generici & abstractis.

15 Responderi posset pro Soarez; ad passionem adæquatam entis non exigi, quòd quælibet ratio obiectiua imbibat eam affectionem; quæ asseritur proprietas entis. Cùm veritas transcendentalis, quam adæquatam entis passionem constituimus, non congruat rei secundùm rationes obiectiuas abstractas genericas, & speficas; aliàs enim abstractis gradibus deferri posset vis agendi intentionaliter, quæ cùm sit vera actio, ad veramque causam efficientem spectans, competere nequit, niti contracto ac indiuiduo principio.

Præterea, quod nihil apprehẽdi valet vt subtratum veræ actionis, quòd actuale, & existens non sit; atqui rationes genericæ, & specificæ propriam nõ sortiũtur existẽtiæ actualitatem, cũ nõ existãt à se, sed in se, vt in appẽdice de existẽtia, aperuimus; quòd est propriã

exi-

exiſtentiam nõ nãciſci, ſed in toto metaphyſico exiſtere, quod ex cõuẽtu omniũ gradum eſſendi & prædicatorum coalescit; igitur veritas deferri nequit enti, niſi vt cõtracto ad individualem ac exiſtẽtialem formam.

Cõuellitur quatenus vis intẽtionalis ad immutandũ intellectũ identificetur cũ omni gradu entis.

Reſpondetur; quòd, licet veritas ſic non cõgruat enti, vt quælibet ratio obiectiua propriã præſeferat veritatẽ, à veritate alterius prædicati ſeu gradus eſſendi cõdiſtinctam; quod neceſſarium non eſt, vt veritas adæquata entis proprietas cẽſeatur; cum exiſtentia adæquetur enti in tota vniuerſalitate & communitate eius, & tamen quilibet metaphyſicus gradus propriam ac cõdiſtinctam exiſtentiam non ſibi aſciſcat. At neceſſarium eſt ad affectionem adæquatam entis, vt proprietas identificetur cum tota latitudine eſſendi; adeò vt quælibet ratio obiectiua ſaltim identicè referat talem paſſionem. Quod fatemur in ea entis proprietate, quæ eſt immutatiua intellectus, & dicitur veritas; omnia enim prædicata generica, & ſpecifica, ſicut identificantur, cum exiſtentia, quæ eſt conditio agendi, ita & cum veritate & illa vi intentionali ad intellectum immutandum. Quod è contra fit in bonitate relata erroris, verbi gratia; cui ſic competit ſecundùm rationem genericam actus conuenientia ad intellectum, vt illi repugnet bonitas ad alterum, nimirum ad potentiam intellectiuam, ſecundùm contractam rationẽ actus erroneiat vis ad immutandum intellectum non contradicit enti ſecundùm aliquam rationem obiectiuam ſui; ſicut nec alicui prædicato entis repugnat exiſtentia, quæ neceſſaria eſt ad veram cauſalitatem intentionalem adeundam.

Aptior reſpõſio prolixior.

16 Cæterùm: quia reſponderi poſſet pro Soarez; actus erroneos & vitioſos, etiam ſecundùm contractam, & individuam rationem, bonitatem ad alterum ſeu conuenientiam fundamẽtaliter relatã præſeferre reſpectu erroneorũ, & prauorum habituum, qui ab actibus producuntur; ideo alia ratione noſtra ſententia fulcienda eſt. Quæ ſic ſe habet.

Efficax cõprobatio noſtræ aſſertionis.

Conuenientia ad alterum non eſt extra totam latitudinem entis, quia refert quidditatem rei; ergo nõ poteſt eſſe paſſio entis in ſecundo modo dicendi perſe de inferioribus entis enuntiata. Antecedens perſpicuum eſſe debet in plurimis formis, quæ eſſentialem referunt ſympathiam ad propria ſubſtrata; forma enim ſubſtantialis eſſentialiter eſt conueniẽs materiæ, & è contra materia formæ; ſimiliter calor igni, & ſic de plurimis alijs naturis: ergo conuenientia iſta fundamentalis non poteſt eſſe proprietas entis.

Effugium.

Dices; formas ſubſtantiales, immo & cæteras formas entitatiuas, non modales, per ſuas eſſentias non eſſe conuenientes ſuis ſubſtratis, quibus & per ſuas eſſentias non componuntur; aliàs enim nõ eſſent entitates, ſed modi, quorum compoſitio ad proprias potẽtias, eſt de quidditate eorum.

Præcluſa effugij in formis modalibus de quarũ quidditate eſt actuare ſubſtrata.

Contra ſic; quòd ratio non procedit de compoſitione actuali, ſed de componibilitate formæ ad propriam potentiã quæ in actu primo eſſentialiter exprimit aptitudinalem cõuenientiam ad materiam. Sed age; damus, entitatiuas formas per ſuas eſſentias non eſſe aptitudinaliter conuenientes proprijs potẽtijs; de formis modalibus validam hanc inſtruo rationem. Vnio materiæ ad formã per ſuam eſſentiam eſt conueniens materiæ, ſicut & per ſuam eſſentiam illi cõponitur; quod idem aſtruendum eſt de omnibus formis modalibus, quæ, ſicut per ſuas eſſentias ſubiectis componuntur, ita & per ſuas eſſentias ſunt actus bonificatiui ſubiectorum: igitur bonitas ſeu conuenientia ad alterum non eſt extra quidditatẽ formæ modalis; ac proinde non poteſt eſſe affectio ſeu proprietas modi. Sed tota modorum collectio claditur ſub ambitu & vniuerſalitate entis: igitur bonitas relata non poteſt eſſe adequata affectio entis, prout formas modales complectitur.

Corollarium ex dictis.

Ex dictis manifeſtum eſt; bonum nulla ratione eſſe adæquatam proprietatẽ entis; nec quà bonum abſolutum ſeu eſſentialiter integrum; nec quà bonum alteri, ſeu bonum relatum, vt alij appellant. Sic Ludouic. Molin. 1. *p. q. 5. diſp. vnica. §. ſecundo colligimus,*

Molina.

bonum propriè non eſſe paſſionem entis.

De Bonitate Dei specialiter.

17 EXpensis his de natura boni in genere; reliquū est, vt de bonitate Dei, vel breuiter differatur; in qua & integrū absolutum, & bonum ad alterum, considerare licebit. Sed, vt expeditiùs res enodetur, spectanda est prius bonitas Dei, vt ad intra, deinde vt ad extra, prout nimirum ad creaturas comparatur.

Expensio absolutæ bonitatis vel integritatis naturæ diuinæ.

Cæterùm; in bonitate Dei vt ad intra non solùm absolutam integritatem in tota natura Dei profitemur, prout ex omnium tum absolutarum, tum relatiuarum proprietatum conuentu quasi coaleſcit; sed etiam in qualibet ratione obiectiua. Quælibet enim attributalis forma, prout explicitam rationem refert à conceptu Deitatis condistinctam, sicut, & propriam infinitudinem imbibit ab infinitate Deitatis formaliter diſsitam; ita & propriam integritatem; cùm infinitum, quà tale, totum ac integrum sit in eo gradu essendi.

Adde; ex dictis non solum proprietates absolutas, quæ propriam important quantitatem virtutis, integras esse, sicut & infinitas; sed etiam non quantas proprietates, nimirum hypostaticas formis propriam integritatem, quæ essentialē diminutionem in tali gradu essendi respuat, sibi asciscere. Hæc de absoluta bonitate, aut integritate Dei.

Elucidatio bonitatis ad alterum in Deo per cōparationem ad intra.

18 De bonitate verò relata seu cōueniētia ad alterum, dubitatio esse poſset; an Deo competat, prout ad intra; secluſa collatione seu habitudine ad ens creatum?

Reperitur inter personas diuinas

Dicendum est, etiam ad intra hanc bonitatem seu conuenientiam ad alterū Deo ineſse; quia vna persona asseri potest alteri conueniens seu bonum alterius, non ea ratione vt alterum suppositum sit subſtratum alterius hypostasis; verbi gratia, quòd paternitas suppositū filij intrinsecè compleat, aut perficiat; sed vt conuenientia sit in ratione principij, & principiati; adeò vt ineffabilis illa totius Trinitatis societas cuilibet personæ conuenientiſsima extet.

Itē inter attributa & Deitatē data distinctio

Verùm; suppoſita sententia Scoti autumantis, attributales proprietates inter ſe, & à Deitate formaliter condistinguj; sicut, ex hypothesi huius distinctionis, necessariò astruendum est aliud, & aliud formale; ita nec incōgruum erit, conuenientiam formalem seu formalitatum asserere. Cùm sapientia, prout conceptibilitatem refert á ratione Deitatis formaliter diſsitam, sicut & Deitati cōiungitur vt proprio ſubſtrato, ſublata omni potentialitatis ratione; ita est bonificatiua Deitatis, & constitutiua eius in esse sapientis; ac proinde vendicat bonitatem ad aliud, non reale, sed formale. At dē his in controuerſia de distinctione attributorum ab essentia, satis ſuperque actum est.

ne formali quā tutatur Scotus.

19 De Deitate comparata ad extra indubitabile est, quòd bonitatem relatam seu conueniendam ad alterū, nimirum ens creatum, præseferat. De qua apprimè Alēſis noſter, 1. *p. q.* 18. *memb* 6. in hæc verba. *Causa prima, ſicut dicit Philoſophus, magis est eſſentialis cauſato, quàm alia cauſa, quòd tamen intelligendum eſt ſic, non quòd cauſa prima ſit de eſſe cauſatorum: ſed quia cauſata nulla niſi ab ipſa ſunt; nec niſi per ipſa ſunt & ſeruātur: nec niſi, vt ad ipſam ſunt; habent eſſe & bonitatem. Sicut dicit Dionyſius, bonum eſt in quo omnia ſubſiſtūt, in quo omnia ſeruantur; & ad quod omnia ordinantur. Hinc eſt quòd vnūquodque, in quantùm eſt, á bono; & in bono; & ad bonum eſt. Et hæc eſt bonitas in creatura; eſſe á bono; in bono; & ad bonum.*

Cōparatio bonitatis relatæ Dei ad extra.

Aurea axiomata Alexſii è re.

Hæc Alensis adeò appoſitè ad rem, vt nil vltra adijci debeat.

20 Ad oppoſita fundamenta. Ad primum primæ opinionis, *ex n.* 1. nō tulciri authoritate noſtri Doctoris; cùm in loco inibi citato propriū mētem de bonitate non expreſſerit; ex quodlibetis tamen constat, bonitatem apud Scotū, nō esse proprietatem entis. quo fit, vt ratio eius intendens distinctionem entis à veris & proprijs paſsionibus contra bonitatem non militet.

Ad fundamēta oppoſita.

Ad 1. arg. Reſpōdetur

Ad ſecundū argumentum eiuſdem opinionis ſub eodem *nu. marg* dicimus, maximum esse discrimē inter obiectum intellectus, & voluntatis; in obiecto enim intellectus, cū illum immutet effectiuè, neceſſum est, vt virtus hæc ad intētionalem actionem ſit extra quidditatē rei; vt in cōtroueſia de veritate actum est. Quod aliter in obiecto voluntatis ſit

Enodatio arg. 2. ex ab ſimilitudine inter cauſam alīē veri, & boni.

quod

quod, absque effectiua potentiæ immutatione, ratione intrinsecæ, & essentialis integritatis impulsum appetitus, terminare valet; cùm bonum non moueat efficiendo, sed finalizando, & alliciendo.

Quid addat appetibile supra bonum?

21 Sed instabis de appetibili, quidnam sit, & quid addat supra bonum? Respondetur; quod si appetibile accipiatur fundamentaliter, pro integritate ea, quæ appetitum excitat; vt sic est ipsamet bonitas rei essentialiter: at si appetibile consideretur formaliter pro ea denominatione, quæ bono, atendentia appetitus, accedit; est extrinseca denominatio.

Ad fundamentum opinionis secundæ

Ad secundam opinionem *sub n. marg.* 2. falsum supponere, nimirum bonitatē esse extra quidditatem entis; nec instātia vrget: damus enim ingenuè, non esse proprietatem entis.

Ad 3. opinionem.

Ad tertiam sententiam, *sub n.* 3. patet ex dictis in 4. assertione. Ideo enim conuenientia fundamentalis non potest esse adæquata passio entis; quia multa entia per suam quidditatem hanc fundamētalem conuenientiam nanciscuntur.

De Malo, quod opponitur bono.

Qua ratione detur malum in rebus?

22. ROgabis vltimò pro complemento doctrinæ; vtrum detur in rebus malum oppositum bono? Respōdeo breuiter, cum distinctione duplicis malitiæ, vel absolutæ, vel relatæ; iuxta duplicem bonitatis consideronem, cui illa opponitur.

Quid demalo absolute sumpto?

Dicimus ergo, quòd malitia absolutè sumpta, inquantum est diminutio essentialis integritatis rei, non datur in rebus; eò quod nullum relinquatur positiuum, quod apprehendi queat, vt substratum talis negationis, cùm sit adæquata destructio entis. Quare res, aut integra esse debet, vt superstes sit; aut, si integra non est, nihil illius superest, quod positiuum subiectum esse valeat illius negationis, seu diminutionis essendi. Ita Vazquez, *in 1. part. tom. 1. disput. 23. capit. 6. numer. margin. 17.* Si autem diminutio non sit substantiæ rei, sed alicuius accidentis conuenientis ipsi substantiæ; tunc sicut substantia superstes esse valet accidenti destructo, ita & non esse talis accidentis conuenientis (quod non esse dicitur malum, quatenus est priuatio boni) datur in substantia; sicut priuatio visus in homine; & sic de cæteris. *Vazquius.*

Quid demalo relatè vsurpato?

De malo autem relato asserendum est, in rebus reperiri; nec tamen in negatione consistere, sed in positiua antypathia vnius rei ad aliam; verbi gratia, caloris ad aquam. De malitia verò morali, *in 2 sent.* ex instituto agendum est. Et hæc de hac controuersia.

CON-

CONTROVERSIA QVINTA DE INFINITATE DEI.

CONTEXTVS OPERIS.

HActenùs de illis diuinæ naturæ propretatibus diſputationis ſeriem contexuimus, quæ Deo congruũt inquantũ cum creaturis in abſtractiſsimo entis prædicato coniungitur; nimirum, de vnitate, veritate, & bonitate. Modo tamen antequam ad cætera attributa, quæ preſſè & ſtrictè Dei attributa aſtruuntur, deſcendamus; de modis diuinæ naturæ diſſerendum eſt. Eſt enim diſtinguere modos vt hic acceptos ab attributis; modi enim ſunt quædam affectiones, ſeu quaſi affectiones Deitatis, ab illa ſolùm per rationem diſsitæ, quæ ei non cohærent quaſi diuinæ naturæ ex creaturis tribuantur ad inſtar qualitatum, ſeu inhærentiũ formarum, vt huius vocis *attributum* ethymologia præſefert; quaſi quid Deo ex creaturis tributum indicet; huius rationis ſunt, ſapientia, miſericordia, iuſtitia, &c. Quæ propriè attributa aſſeruntur, quia ſunt formæ adinſtar qualitatum ex creaturis petitæ; modi enim ſtrictè accepti de quibus ſequens diſputatio diſſerit, Deo ex creaturis non tribuuntur; cùm in illis non reperiantur quaſi qualitates, ſed ſint ſingulariſsimæ Dei affectiones. Cuiuſmodi eſt infinitas quaſi intenſiua, immenſitas, immutabilitas, æternitas cum neceſsitate ineſſendo abigente vertibilitatem in nihilum. Poſtea tandem de aliis attributis, ſcilicet de cognoſcibilitate Dei à nobis, ſciẽtia, volũtate, omnipotẽtia, prouidentia, &c. Recto pro noſtro captu, diſputationis tramite agendum erit.

Quid interſit diſcriminis inter modos diuinæ naturæ & attributa.

Attributa vt conditincta à modis apprehenduntur ad inſtar qualitatum.

AR-

ARTICVLVS I.

Quæ ſit ratio obiectiua diuinæ infinitudinis?

SVMMARIVM.

Multiplex illimitationis acceptio. Numer. 1.
Sententia S. Thomæ de ratione obiectiua infinitatis ſecundùm eſſentiam. Num. 2.
Oppoſitiones Scoti contra D. Thomam. Num. 3.
Defenduntur. Num. 4.
Placitum Vazquez autumantis, infinitudinem exprimi per negationem eſſendi ab alio. Num. 7.
Litera Scoti ad firmandam veram ſententiam; & eius explanatio. Num. 10.
Oppoſita fundamenta diluuntur. Num. 20. & 21.

Quadruplex illimitationis acceptio in Deo extra punctum quæſiti.

1. QVIA Infinitudinis rationem, non niſi per negationem finis apprehendimus, ſicut multipliciter fit, vt res finiatur; ita & illimitationem multiplicem per illud non eſſe finitionis, quòd exprimit infinitudo, inueſtigare poſſumus.

Prima infinitudo abſque finitione reſpectu notitiæ creatæ.

Aut enim res cognitione finitur, quatenus exhauritur tota ratio obiectiua illius; & tale cognitionis genus dicitur comprehenſio; ſumpta metaphora à cõprehenſione minoris quantitatis in maiori, à qua circumſcribitur. Cùm ergo Deus ſit illimitatus in ratione cognoſcibilis, incomprehenſibilis aſtruitur; ita vt formaliter vi ſuæ illimitatæ intelligibilitatis inferat negationem compreſſionis.

Secunda infinitudo ablegans metam durationis.

Secundò; res finitur meta durationis; & hanc negationem infert Dei æternitas, quæ in ratione durationis illimitata eſt.

Tertia infinitas remouẽs terminũ loci.

Tertiò; metitur res circa locum ſiue ſpatium; & iſtud non eſſe finitionis, aut termini exprimit Deus per ſuam immenſitatem.

Quarta illimitatio ſeparãs finitionẽ virtutis operatiuæ ad extra.

Quartò; contrahitur ens circa virtutem agendi, quando nimirum exhauritur virtus operatiua illius, ita vt vltra progredi non poſsit; & hanc finitionem remouet Deus per ſuam omnipotentiam.

De qua negatione finitudinis differat præſens articulus.

At de his negationibus finitudinis, aut terminationis nihil expendit præſens articulus; ſed de alio non eſſe, quod apprehenditur conſequi ad quidditatiuum conceptum Deitatis, quo Deitas eſt, & quatenùs refert formaliſsimam rationem eſſendi; & hæc appellatur illimitatio ſecundùm eſſentiam. Verùm in conſtituenda ratione obiectiua huius infinitatis diſsident authores.

Primus modus ſentiendi Thomiſtarum; & illius confutatio.

Opinio S. Thomæ.

2. PRima ſententia eſt S. Thomæ, 1. *par. quæſt.* 7. *art.* 2. Quem multi Thomiſtæ ſequuntur, non omnes; plures enim ſub ſpecie, vel fuco commentarij ab eo manifeſtè deficiunt. Scoti rationibus expugnati. Opinio igitur S. Thomæ eſt; Deum eò infinitum eſſe, quo potentialitate careat, ob cuius contractionem fit, vt res finitionem, & terminationem adeat; materia enim finita eſt, quia à forma contrahitur: & forma ſimiliter à compoſitione cum ſuo receptiuo finitur. Quare ſi Deus albedinem ſine ſubſtrato produceret; talis forma infinita eſſet, quò illimitata à ſubiecto recipiente. In ſpiritualibus ſimiliter aſſeuerant; eſſentiam Angeli finiri, eò quòd actuetur ab exiſtentia realiter condiſcreta ab eſſentia ipſiuſmet Angeli; & ſimiliter exiſtentiam finiri ab eſſentia Angeli pronuntiant, in qua vt in proprio ſubſtrato recipitur. Quæ opinio ſuadetur ſic.

Expoſitio ſententiæ Thomiſtarum.

Fundamẽta Thomiſtarũ.

Omnis actus proprio materiali cohærens finitionẽ expectat ab eo ſubſtrato, cui inelt; quia quod recipitur in alio, eſt in illo ad modum recipientis: igitur actus, qui in nullo materiali recipitur, in nullo contrahitur, & finitur. Atqui Deitas eſt forma quædam per ſe ſubſiſtens, & irrecepta; ergo inde habet vt illimitata ſit.

Confutatur valida Scoti ratione.

3 Sed iſte modus aſſerendæ infinitudinis diſplicet Scoto; qui *in* 1. *diſt.*

2. *quæſtion.* 2. §. *Vltimò oſtenditur propoſitum. num. margin.* 33. Sic illum confutat.

Scotus

Quia Angelus eſt immaterialis, ergo eſt infinitus. Nec poſſunt dicere, quòd eſſe Angeli finiret eius eſſentiam; quia ſecundùm eos eſſe eſt accidens eſſentiæ, & poſterius naturaliter, & ſic in primo ſigno naturæ eſſentia ſecundùm ſe, & vt prior, videtur eſſe intenſiuè infinita: & per conſequens in ſecundo ſigno naturæ non erit finibilis per eſſe. Hactenus Scotus.

Oppugnatio mei argumentationis Scoti ex Vazquio.

4 Verùm; acutiſsimam hanc Scoti oppoſitionem adeò ſegniter adoritur Vazquez alioquin acris ingenij vir; vt manifeſtè oſtendat, illam, contentione, non iudicio, taxare. Aſſerit enim. 1. *parte, tomo* 1. *diſput.* 25. *capit.* 2. Scotum duo falſa Diuo Thomæ in iſta ratione imponere. Primùm: eſſe ſiue exiſtere eſſe accidens eſſentiæ.

Defenditur ratio Scoti

At Scotus obtuſè non loquitur de accidente prædicamentali, vt effutiuit Vazquez, ſed tantùm de accidente prædicabili; cum diſtinctione rei, â re, exiſtentiæ ab eſſentia, vt communiter à S. Thom. aſſeclis aſtruitur; quòd ſuppetit Scoto, vt contra prædictâ opinionẽ efficaciſsimè inuehatur.

Nec etiam in altero Scotus Diuo Thomæ aliquid impoſuit, vt molitur, Vazquez; autumans, Diu. Thomam aſſeueraſſe, exiſtentiam terminari per eſſentiam; non tamen è contra eſſentiam per exiſtentiam finiri. At Vazquez allucinatus apparet; vtrumque enim de mente Sanct. Thomæ tradunt Thomiſtæ; quòd nimirum eſſentia, & exiſtentia per modum actus, & potentiæ, dum materialem, & formalem cauſalitatem adeunt, ſe ad inuicem finiant; ſicut materia, in compoſit. s Phyſicis, contrahitur per formam, & è contra forma per materiam finitur, vt expreſsit Diu. Thomas; eadem enim prorſus eſt vtriuſque ratio.

Exiſtentia creata finitur per eſſentiã ſecundùm Thomiſtas.

Nec ictum Scoti infringit tertia aliorum oppoſitio; dum aſtruunt, Sanctum Thomam non exiſtimaſſe, formalem finitudinis rationem in receptione conſiſtere, ſed in potentiali receptibilitate; adeò, vt ea forma, cui cõtradicat potentialis compoſitio ad proprium ſubſtratum, eſſentialiter inferat finitudinis negationem.

Aſſeritur Scotus ab aliorum oppugnatione.

Quia, ratio Scoti, non ſolùm agit, eſſentiam, & exiſtentiam Angeli, non eſſe realiter compoſitas; immò nec componibiles. Quare, Vazquez, qui ſe prius Sancti Thomæ vindicem exhibuerat, vltimo ſe prodit deſertorem, Scoti argumentationi ſuccumbens; dum ait: *Cæterùm, prædicta ratio, qua S. Doctor explicare, & probare nititur infinitatis attributum in Deo, difficilis adhuc mihi videtur.*

Vazquij deſectio à doctrina Thomiſtarum.

5. Vis autem argumentationis Scoti eò ſpectat; quòd eſſentia, & exiſtentia Angeli, ſicut, & cuiuſlibet alterius entis, non diſtinguuntur realiter; vt ex appendice de exiſtentia ſatis ſuperque conſtat; ergo eſſentiæ, & exiſtẽtiæ Angelicæ implicat aditio propriæ cauſalitatis realis, â qua propria finitio accipi queat.

Elucidatio acuminis Scoti cõtra aduerſarios

Si autem obijcias in omni opinione aſſerendam eſſe diſtinctionem realem, naturæ, & hypoſtaſis, etiam in Angelicis ſubſtantijs; ac proinde eſſe poſsibilem contractionem, & finitionem realem naturæ ab hypoſtaſi; & è contra hypoſtaſis à natura.

Occurſus pro finitione naturæ per cõtrationem, & receptis nẽ hypoſtaſis.

Contra reſponſionem iſtam, inſtruo Scoti rationem; quæ eam etiam perſtringit efficaciter. Quia natura ita eſt terminabilis à ſua hypoſtaſi, vt pro aliqua cauſalitatis præſuppoſitione ſuppolitalitatem ante eat, quæ ex naturæ eminentia, & potentialitate extrahitur; cùm certo certius ſit, materiale eductionis formam eductam naturæ præſuppoſitione anteire. Arqui, pro illo priori cauſalitatis, non intelligitur natura vt illimitata, eſto quòd pro illo ſigno compoſita non ſit hypoſtaſi contrahenti, aut finienti: igitur nec in ſecundo inſtanti naturæ, adita compoſitione ad hypoſtaſim, finiri valet. Quia, vt optimè obſeruat Scotus; *Id quod eſt formaliter ſeu intenſiuè infinitum, nequit per compoſitionem ad actum in poſteriori naturæ ſigno accedentem, finitionem adire.*

Elidiur ex textu Scoti.

Scotus

Deinde: quia natura Angeli de abſoluta Dei potentia conſeruari valet ſine propria, & aliena ſuppoſitalitate, vt in appendice de ſubſiſtentia conſtitutum eſt: ſicut, & natura accidentis de facto conſeruatur ſine inhærentia; cùm maiorem referat dependentiam natura accidentalis ab inhærentia, quàm ſubſtantialis ab hypoſtaſi.

Roboratur Scoti ratio.

At, in ea hypotheſi, natura Angeli non eſſet intenſiuè illimitata; igitur res non finitur, dum compoſitionem adit.

Subtilis alia oppugnatio ad hominem ex Card. Aureolo.

6. Sed alia non contemnenda ratione excutit Cardinalis Aureolus, Thomiſtarum fundamentum; *in 1. ſentent. diſtinction. 43. articul. 1.* In hæc verba.

Præterea; illud quod per nullam potentiam poteſt fieri illimitatum, immo ſemper remanet limitatum, non indiget extrinſeco limitante; quoniam omne tale oportet eſſe limitatum ex natura ſua; alioquin ſi eſſet indifferens, poſſet per aliquam potentiam trahi ad illimitationem in actu: cùm non ſit aliquid poſſibile ſine agente illud potente reducere ad actum.

Obſerua vitiũ ſubtilitatis Aurelii.

Sed manifeſtum eſt, quòd forma per nullam potentiam poteſt fieri illimitata; non enim Deus poteſt formam iſtius lapidis ſignati facere infinitam: ex quo patet, quòd ex ſe eſt finita. Ergo non indiget materia, aut alio extrinſeco ad hoc, quòd limitetur. Solùm enim per hoc forma illimitata dicitur; quia poteſt intelligi, vt communis, & prædicabilis; & idem contingit de materia in conceptu ſpecifico: in re autem quodlibet eſt per ſe limitatum, cùm neutrum eorum ſit per ſe vniuerſale.

Cõmentaris rationis Aureoli.

Mens autem Aureoli eò tendit; quòd voluntaria videatur reciproca ea contractio, ſiue finitio materiæ per formam, aut formæ per materiam, ad infinitudinem præueniendam; ſi talis illimitatio cuilibet materiæ, aut formæ creabili ab intrinſeco impoſsibilis, ac repugnans ſit. Atqui, apud Sanctum Thomam, *1. parte, quæſtion. 7. artic. 2. In reſponſione ad articulum*; implicat forma aliqua ſimpliciter infinita; igitur à compoſitione eius ad materiam petenda non eſt ratio intrinſecæ finitudinis talis formę.

Opinio Gabrielis Vazquez de ratione obiectiua infinitatis; & illius expugnatio.

Secũdus modus dicendi Gabrielis Vazquez.

7. SECVNDVS Modus aperiendi illimitationem Dei ſecundùm eſſentiam; eſt Gabrielis Vazquez loco citato, *diſput. 25. capit. 5.* Aſſerentis; obiectiuam rationem infiniti ſecundùm eſſentiam formaliter conſiſtere in negatione eſſendi ab alio; quia cùm effectus præcontineatur, intra propriæ cauſæ efficacitatem, eò fit, vt quodlibet productum, ſit quoddam partem capiens ſuæ cauſæ, ac proinde finiatur, vi talis participationis: quàm obrem negatio, quam exprimit infinitas, eſt ipſummet non eſſe productionis ſiue participationis, per quam res finitur.

Expugnatio ſingularis opinationis Vazquij

Cæterùm; vt ad hæc iterum redire neceſſum non ſit; hoc placitum Vazquez à communi Doctorum ſenſu exorbitat, ac proinde ab omnibus iure reſpuitur. Quia immenſitas nullam rationem obiectiuam intrinſecam addit ſupra infinitudinem Dei, ſed ſolam connotationem ad extrinſecum loci; adeò vt ipſamet quantitas virtutis, & actualitatis Dei abſolutè ſpectata ſit infinitas ſecundùm eſſentiam: prout verò relatè apprehenditur vt connotans ſpatium, afferatur immenſitas. Atqui nullus Patrum aut Doctorum immenſitatem aperuit per negationem dependentiæ ab alio, ſed per ſufficientiam, & vim eſſentialem, vt ſpatium quodlibet creatum, & creabile replere queat ex hypotheſi ſuæ productionis extra cauſas; igitur nec infinitas abſoluta Dei exprimi debet per negationem dependentiæ à principio producente.

Sicut immẽſitas nõ expenditur per negationem dependẽtiæ à principio ita nec infinitas.

Altera ratio ex analogia infinitatis intenſiuæ, vel extenſiuæ creabilis.

8. Deinde: quia diuinas proprietates, non niſi ex analogia ad creata, apprehendimus; at infinitas creata poſsibilis, quà talis formaliter, ſiue hæc extenſiua, ſiue intenſiua ſit, non apprehenditur per negationem dependentiæ à cauſa; aliàs enim prolaberemur in eorum commentum, qui aſſeuerant, ideo huiuſmodi infinita im-

pli-

plicare, quia eſſent ſuum eſſe, ſiue ens per eſſentiam, ſicut Deus, quod ab omnibus communiter explodituꝛ, dum impoſsibilitatem infiniti ſecundùm molem corpoream, & intenſionem, expendunt: nec enim per locum intrinſecum ſequeretur, quòd eſſet Deus vaſtita: quædam infinita corporea, aut albedo infinitè intenſa. Sed infinitas iſta creabilis apprehenditur per negationem termini, ſiue ſecundùm molem quantitatiuam, ſiue ſecundùm gradualem perfectionem; igitur, & illimitatio Dei in tota ratione eſſendi non concipitur per negationem cauſæ, à qua profluat, ſed per non eſſe finitionis quãtitatis virtualis Dei.

Tertia Ratio efficax cõtra Vazquium

9 Tertiò: quia euidentiſsimam redolet implicationem, quòd detur Angelus, qui improductus eſſe queat; at ita euidens non eſt, quòd à Deo producibilis nõ ſit Angelus infinitus in tali genere eſſendi. Nec enim tam euidenter apparet, tale infinitum in aliquo genere eſſendi implicare; quàm quod ſit ſuum eſſe, & ab alio independens. Quia, ſicut apud graues Theologos, ex infinitudine in tali genere qualitatis, verbi gratia ſapientiæ, aut caloris, non ſequitur infinitum ſecundùm eſſentiam ſimpliciter; ita opponi poſſet, quòd ex infinitudine in tali ratione ſubſtantiæ, verbi gratia in genere Angeli, non inferatur abſoluta illimitatio in tota ratione eſſendi; de quo nos latiùs in controuerſia de omnipotentia Dei. Igitur aliam negationem exprimit infinitum; & aliam, improductum: ac proinde voluntariè Vazquez præter, ne dicam contra omnium Theologorum mentem, talem obiectiuam rationem infinitudinis commentus eſt.

Textus Scoti; & eius elucidatio.

10. OBiectiuam infinitatis rationem refert Scotus, in quæſtione quinta, quodlibetali, §. *Ad vltimum concedo, quòd intellectus eſt formaliter infinitus*, n. marg. 24. editionis Cauelli. In hæc verba.

Deitas cũ Æ illimitationis pelagus Scotus

Reſpondeo; primùm omnino in diuinis eſt eſſentia, vt eſſentia, quæ ſecundum Damaſcenum eſt pelagus, propter comprehenſionem omnium perfectionum diuinarum; iſta eſt infinita. Non tantum intenſiuè in ſe, ſed etiam virtualiter; primò, & per ſe continens omnia intrinſeca. Quidcunque autem aliud continet per identitatem aliud, ſed non primò omnia, quia nec à ſe; ſed virtute eſſentiæ, à qua etiam habet ſuam infinitatem. Videtur ergo, quòd eſſentia habet infinitatem, & formaliter, & propriam, & primam; quia à ſe, quia reſpectu omnium dicitur pelagus; quia omnem perfectiſsimè continet entitatem intrinſecam, vt poſsibile eſt eam cõtineri in vno formaliter.

Speculare limpidam Scoti Theologiam.

11 *Ab hac autem prima, ſicut licet loqui, emanant omnia ordinatè: primò quidem intrinſeca eſſentialia, quæ non dicunt reſpectum ad extra; ſecundò notionalia; tertiò, & vltimo creata, ſiue extrinſeca; & quodlibet emanans recipit illud perfectionis ab ea, cuius eſt capax, ſi ſibi non repugnat. Et illius recepti cauſa, quaſi effectiua, & primaria eſt infinitas eſſentiæ; cauſa autem, ſiue ratio formalis eſt ipſa entitas propria cuiuslibet emanantis. Eſſentiale ergo recipit ab ea infinitatem formalem, quia talis eſſentia ſufficit in ratione principij, & fundamenti ad dandam talem quantitatem; & talis quantitas virtualis, ipſi non repugnat, ſicut nec communicabilitas.*

12 *Ipſi autem relationi perſonali competit per eſſentiam eſſe ad alterum; nec competit ſibi infinitas intenſiuè propria, quia ipſa non eſt capax talis quantitatis, ſicut nec communicabilitatis. Etiam in genere principij formalis eſt ſtatus: hoc enim accipit infinitatem, illud non, quia hoc eſt hoc, & illud eſt illud, ſicut hoc accipit communicabilitatem, illud incommunicabilitatem, quia hoc eſt hoc, & illud eſt illud; repugnantia enim formalis, & non repugnatia, primò reducitur formaliter ad rationem eius, cui dicitur eſſe repugnantia.*

1. Obſeruatio ex dictis Scoti.

13 Pro explicatione textus adnotetur; quòd in Deo aliquid concipitur per modum ſubſtantiæ; & aliud

adinstar qualitatis; id quod intelligitur per modum substantiæ, est ipsamet Deitas, quæ se gerit vt substratum omnium perfectionum attributalium, cuius infinitudo apprehenditur adinstar magnitudinis, seu quantitatis virtualis illimitatissimæ, & interminatissimæ. Infinitas verò attributorum, quæ sunt velut affectiones Deitatis, concipitur adinstar intensionis cuiusdam, seu gradualitatis non finibilis, aut terminabilis. Quia cùm diuinorum cognitionem à creatis mendicemus, & sapientia infinita creata, si daretur (quam esse possibilem probabiliter ostendemus in controuersia de omnipotentia) esset intensio quædam nullatenus terminata; ita sapientiam diuinam, & cæteras attributales Dei proprietates apprehendimus ad instar actualitatis intensiuæ illimitatæ. Quod spectauit Scotus, dum in litera textus, Deitatem intensiuè infinitã appellat, quod & præstat in alijs innumeris suæ doctrinæ locis.

Obseruat. 2. vbi expedit. ur logica pullulatio infinitudinis attributorum

14 Obseruandum deinde; quòd quando Scotus in litera astruit; à Deitate, tanquam à pelago essendi, attributorum infinitudinem trahi; non loquitur de emanatione aliqua ante intellectum, sed solùm intelligibili, aut logica; quia esto quòd distinctionem formalem inter Deitatem, & attributa constituat sola formalitatum discretio ad realẽ productionem non præstat, cùm vera productio actio physica sit; quæ inter metaphysicos eiusdem entitatis gradus intercedere nequeat. Quod & ostẽdunt illa Scoti verba. *Ab hac autem prima,* (intellige Deitatem) *sicut licet loqui, emanant omnia ordinatè.* Vbi tria docet Scotus. Primum; Deitatem propriam infinitudinem referre à conceptu Deitatis, nec formaliter disitam. Secundùm; omnia attributa propriam etiam illimitationem sibi vendicare; quo fit, vt sicut attributa inter se formaliter secernuntur, ita, & attributales infinitudines etiam ex natura rei differant. Si enim misericordia esset eadem formaliter cum ea infinitudine, quam imbibit etiam formaliter attributum iustitiæ; fieret, vt misericordia, & iustitia, in eamdem conceptibilitatem coinciderent; de quo in sequenti articulo. Tertiùm Scoti pronuntiatum est; quòd licet à Deitate, quasi pullulare intelligantur relatiuæ hypostases, attamen nec ab ea quantitatem virtutis, nec infinitudinem hauriunt; de quo in tertio articulo huius controuersiæ.

Scotus.

15 Adnotandum est tertiò; in illa Scoti verba. *Videtur, quòd essentia habet infinitatem, quia omnem perfectissimè continet entitatem intrinsecam, vt possibile est, eam contineri in vno formaliter.*

Notandũ circa exam. tionem lit. r.e.

Quòd de ratione infinitudinis est, vt salua discretione formali omnem alium gradum essendi, qui formaliter est in Deo, sibi identificet realiter; adeò vt hæc identitas non sit quidam quasi materialis plurium prædicatorum in eamdem entitatem conuentus; sed quòd de ratione huius formalitatis sit identificari alteri realiter, vt prælibatis in controuersia de distinctione attributorum ab essentia exaratum est. Quò fit, vt relationes personales infinitudinem sibi non vendicent; vt potequæ sibi non identificent realiter oppositas hypostases.

Cur à pelago Deitatis attributa hauriãt illimitationẽ, relationes autẽ nõ ita?

16 Ratio autem apud Scotum, quare à Deitate attributales proprietates infinitudinem hauriant; hypostales verò non ita; à proprijs rationibus formalibus attributorum, & hypostalum, accipienda est. Eò quòd formalitas attributalis habilis sit, vt infinitudinem referat; hypostasis verò non. Quia vt acutè obseruauit Scotus. *Etiã in genere causæ formalis est status; hoc enim accipit infinitatem, illud non, quia hoc est hoc, & illud est illud; sicut hoc accipit communicabilitatem, illud incõmunicabilitatem, quia hoc est hoc, & illud est illud; repugnãtia enim formalis, & non repugnãtia, primò reducitur formaliter ad rationem eius, cui dicitur esse repugnãtia.* Vnde fit, vt sicut in rationem formalem hypostasis vltimò defertur, quòd incõmunicabilis sit alteri supposito; ita & à ratione formali eiusdẽ hypostasis peti debeat illa nõ habilitas, vt à Deitate, à qua quasi pullulare intelligitur, infinitudinẽ trahat; cũ tamẽ à Deitate attributa propriam illimitationem hauriant. Sed de his latiùs in sequentibus articulis.

Scotus

Duæ assertiones pro vera sententia.

Assertio 1.

17 HIS Prælibatis, dicendum primò; infinitatem per essentiam exprimi per non esse finitionis in qnantitate virtutis, seu actualitatis Dei. Ita sancti patres, & scolastici doctores vno excepto Vazquez, qui nimis extortè pro se allegat Dionysium *de Diuinis nominibus, cap. 9.* Qui dum Dei magnitudinem, virtutisque quantitatem elucidat, nec vel subobscurè innuit eam dependētiæ negationē: adeò vt mirū sit quid negationis depēdētiæ ex Dionysij verbis in mentem ipsius Vazq. irrepere potuerit, vt sanctū doctorem ad tale commentum trahere excogitarit.

Vazquium sibi male interpretatur Dionysium.

Ait enim Dionysius, *Magnus quidem Deus dicitur, tum ex sua magnitudine, quæ se & cum omnibus, quæ magna sunt, communicat; & per omnem magnitudinem diffundit, atque extendit: locum omnem continet, omnem numerum superat, omnem infinitatem transilit.* Vbi (rogo) his verbis aliquid negationis dependentiæ insinuatur? Nec in alijs, quæ post pauca subijcit Dionysius. *Magnitudo hæc tum infinita est; tum quantitate vacat; tum numero: atque eadem est præstantia, quæ ex absoluta ac præter modum extenta natura magnitudinis, quæ comprehendi non potest, sumitur.* Quò loci perspicuè Dionysius præstantiam diuinæ infinitudinis petit à natura præter modum extenta; quæ nimirum terminatione careat, aut meta, qua finiatur; non autem à negatione dependentiæ. Dionysio suffragatur Aurelius Prudētius antiquitate, & eruditione maximè spectabilis, in sua Apotheosi in hæc verba.

Perstringitur vltra Vazqui. ex Dionysio.

Clarissimi Prudentius in Apotheosi.

—— At Deus ingens,
Atque supersusus trans omnia, nihil habet insę
Extremum, vt claudi valeat, sensu ve teneri.
In comprehensa manet virtus, cui linea desit
Vltima, quam spatium non mensurabile tendit.

Nec committam, vt ex scholasticis doctoribus Bonauenturam prætream exactissimè rem absoluentem, in *1. sent. dist. 43. quæstion. 2. art. 1. §. Ad intelligentiam autem obiectorum.* Vbi sic ait.

Egregia Bonauen. assertio pro elucidatione communis sententiæ.

18 *Est notandum, quòd infinitum dicitur per abnegationem finis. Potest ergo dupliciter dici infinitum, scilicet à parte negationis, & similiter à parte finis. A parte finis: nam finis dicitur dupliciter. Vno modo, quòd est complementum; & sic infinitum dicitur per priuationem complementi; & hoc modo dicitur infinitum in materia, & in genere substantiæ, & in alijs generibus: & hoc modo non cadit in Deo, quia ipse est perfectissimus.*

Alio modo finis dicitur terminus, sicut finis agri; & sic infinitum dicitur, quod caret termino, & statu. Et hoc potest esse dupliciter secundùm negationem; quia potest intelligi priuatiuè; & negatiuè. Priuatiuè: quia non habet terminum, sed tantùm natum est habere propter hoc, quòd habet esse limitatum; & hoc modo dicit incompletionem, & non est in Deo. Alio modo negatiuè: quod non habet terminum, nec etiam natum est habere; & hoc modo ponitur in Deo propter summā immensitatem.

Huius assertionis probationes petendæ sunt ab impugnatione Vazquez à *n. 7. vsque ad 9.*

Assertio 2.

19 Dicendum secundò; quòd licet infinitudo exprimatur per non esse finitionis secundùm essentiam, sicut etiam ratio spiritus aperitur per negationem corporis; attamen formaliter consistit in positiua quantitate virtutis omnino illimitata. Quare ratio obiectiua illimitationis secundùm essentiam formaliter, & præcisissimè considerata, nec remouet dependentiam ab alio tanquam à causa, vt contra Vazquez actum est; nec etiam excludit terminationem per compositionem, & contractionem distinctorum se se adinuicem finientium; vt ex impugnatione sententiæ Sanct. Thomæ constat. Hæc est expressa sententia Scoti, *in 1. sent. dist. 2. quæstion. 2. numer. marg. 33.* Vbi ait. *Breuiter dico vnam propositionem; quòd quæcunque essentia absolutè finita, in se est finita; vt præintelligitur omni cōparationi ad aliam essentiam.*

Scotus

Altera pars assertu.

Altera verò huius asserti pars, quòd nimirum ratio obiectiua infinitudinis non claudat essentialiter negationẽ terminj, ex sequenti articulo constabit; vbi ostendetur, infinitudinem non addere aliquam rationem obiectiuã supra Deitatem: atqui Deitas essentialiter nõ claudit negationem; igitur nec infinitas.

Responsio ad fundamenta opposita.

Dilutio fũdamẽti Thomistarum.

30 EX His ad oppositа fundamẽta. Ad opinionem Thomistarum respondet Scotus loco citato, *num. marg. 33. Breuiter respondeo ad argumentum; quòd quælibet entitas habet intrinsecum sibi gradũ suæ perfectionis, in quo est finitum, si est finitum, vel infinitum, si est infinitum, si ergo sit finitũ, nõ per aliud ens finitatur.*

Scotus.

Et cùm arguitur: si forma finitur ad materiã, ergo si non est ad illam, nõ finitur; fallacia est consequentis. Corpus finitur ad corpus; ergo si non est ad corpus est infinitum; vltimum cœlum ergo erit infinitum. Sophisma est tertij Physicorum, quia, sicut priùs, corpus in se finitur quàm finiatur per aliud corpus; ità forma finita in se priùs finitur, quia est talis natura in entibus, quæ finitur, quàm finiatur per materiam: nã secũda finitas præsupponit primã, & non causat eam. Ergo in primo signo naturæ, est essentia Angeli finita; ergo non finibilis, per esse: ergo in secũdo signo non finitur, per esse. Hactenus Scotus; cuius argumẽtatio adeò euidenter oppositum fundamentum prosternit, ac proterit; vt nihil vltra excogitari queat, quòd acutius & defæcatius sit.

Efficax excursus Scoti in Thomistas.

Ad fundamẽtũ Vazquij respondetur ex prælibatis.

21 Fundamentum Vazquez etiam ex dictis corruit; ostendimus enim, rationem obiectiuam infinitudinis solũ formaliter exprimere non esse finitionis; non verò negationem dependentiæ: hæc enim infertur à Deitate, quòd essentialiter est suum existere, omnem obiectiuam potentiam essentialiter ablegans.

ARTICVLVS II.

Vtrùm infinitas sit de essentiali conceptu Deitatis, & attributorum?

SVMMARIVM.

Opinio eorum, qui infinitudinem non esse de quidditate Deitatis, & attributorum, asseuerant. Num. 2.

Plures in Deo infinitates formaliter diffinitas inficiatur Aureolus. Numero 7.

Textus Scoti ad dirimendam controuersiam. Num. 9.

Oppositis fundamentis fit satis. Numer. 26.

Punctum differtationis

1 SVpposita sententia Scoti constituentis distinctionem formalem inter essentiam, & attributa: idem est disquirere, vtrum infinitas sit de quidditate Deitatis, & attributorum? Ac expendere, vtrum attributa propriam sibi infinitudinem asciscant ab illimitatione Deitatis formaliter condiscretam? Si enim attributa essent idem formaliter cum infinitudine Deitatis; & Deitas ipsa a propria attributorum illimitatione formaliter non dissideret; nec Deitas, & attributa; ex natura rei secerni possent. Hoc igitur constituto.

Placitũ aliquorũ Scotistarũ quòd infinitas nõ sit de quidditate Deitatis. Scotus.

2 Aliqui ex Scoti sectatoribus opinantur; ex doctrina Scoti inferri, infinitatem nõ esse de quidditate Deitatis, nec attributorum.

1. Ratio ex Scoto.

Quòd suadere moliuntur; primò, ex Scoto *in 1. distinct. 8. quæstion. 4. §. Ad quæstionem respondeo.* Qui ideo agit; sapientiam diuinam esse distinctam ex natura rei â iustitia etiam diuina; quia sapientia creata, quæ trahitur ad vnitatem præcisi conceptus cum sapientia diuina, ex natura rei differt â iustitia creata. Et subdit rationem; quia modus aduenies rei non destruit gradum illum essendi, cui adiungitur, atqui infinitas est modus perfectionum attributalium; ergo non immutat formalem, & quidditatiuum illarum conceptũ. Ergo si in creatis distinguuntur sapientia,

&

& iuſtitia; etiam in diuinis ſecerni debẽt etiam ex natura rei: ac proinde ſupponere videtur Scotus, infinitatem eſſe modum quidditati rei accedẽtem; quo fit, vt eſſentialem cõſtitutionem, autqua ſi cõſtitutionem eius rei præmittere debeat, cui tãquam modus aduẽtitius accedit; atque adeò non eſt de quidditatiuo conceptu rei.

2. Ratio ex Aureo. quòd ſapiẽtia ſit diſtinctũ attributũ ab infinitate, eò quòd conueniat incõmunitate rationis præciſæ cũ ſapiẽtia finita

2 Secũdò, ſuadetur placitum iſtud ratione, quã pro eo conſtruit Aureol. in 1. *diſt.* 43. *art.* 1. §. *Et ideo dixerunt alij, quòd infinitas non eſt ſpeciale attributũ in Deo.* Vbi ſic habet Aureol. *Omnis ratio, ſeu conceptus perfectionem importãs diſtinctus a quolibet alio attributali, videtur eſſe ſpeciale attributum. Sed infinitas eſt conceptus diſtinctus à quolibet attributo formaliter; concipiens enim infinitatem, non neceſſariò concipit ſapientiam: nec etiam concipiens ſapientiam ſecundùm ſuam formalitatem concipit neceſſariò infinitum. Cùm ſapientia, ſecundum ſuam rationem formalem, inquantùm eſt perfectio ſimpliciter, abſtrahat à finito, & infinito: quia ſi infinitatem includeret, non eſſet in creatura: ſi verò finitatem; non eſſet in Deo.*

Validamus ſio Aureoli cõtra præciſionẽ vnionẽ cã entis à finito, & infinito.

Vnde patet manifeſtè, quòd nulla alia perfectio ſimpliciter includit formaliter infinitum, nec finitum; alioquin nulla talis perfectio ſimpliciter ſecundũ ſuam rationem formalem eſſet communis Deo & creaturæ; cuius oppoſitum iſti volunt: ergo negari non debet, quòd infinitas ſit ſpeciale attributum.

Arguitur tertiò

4 Tertio arguitur: quia infinitas poteſt à priori demonſtrari de Deo; hæc enim illatio cauſalis eſt à priori: quia Deus eſt ſuum eſſe, ideo eſt infinitus. Igitur infinitas debet eſſe extra rationem formalem Deitatis, quæ eſt ſuum eſſe, ſiue ens per eſſentiam; aliàs talis illatio potius eſſet quædam petitio principij, ſiue eiuſdem antecedẽtis repetitio: quod eſt contra communem modum ſentiendi theologorum, qui huiuſmodi deductione ſæpiùs vtuntur.

Cõfirmatur

Præterea: quæ ſunt paſſiones alicuius ſuperioris de illo in ſecundo modo perfectitatis enuntiatæ; etiam ſunt paſſiones inferioris, ac proinde extra quidditatiuũ conceptum illius. Sed finitas, & infinitas, ſunt affectiones entis de eo accidẽtaliter dictæ; igitur nequeunt eſſe de eſſentiali conceptu entis, prout trahitur ad eſſe Dei, & creaturæ.

Inſtatur ex infinitudine in ente creato

Tum vel maximè: quia finitas, & infinitas in quantitate molis non ſunt prædicata quidditatiua, ſed affectiones quædam corporeæ molis, extra cõtam eſſentialem conſtitutionem illius: vnde fit, vt quantitas finita, & infinita, non differant ſpecie; quod idem verum eſt de qualitate finita, & infinita. Igitur pari ratione in quantitate virtutis, finitas, & infinitas, non attinent ad rei quidditatem.

Arguitur quartòquòd nõ multiplicetur formaliter infinitudo iuxta differentiam attributorũ

5 Quartò arguitur: ſi infinitas eſſet de quidditate Deitatis, & cuiuslibet perfectionis attributalis; fieret, vt quodlibet attributum referret propriam infinitudinem ex natura rei diſtinctam ab illimitatione Deitatis, & cuiuslibet alterius attributi. Si enim apud Scotum Deitas, & attributa, ex natura rei diſſident, etiam Deitatis, & attributorum, infinitudines ex natura rei ſecerni, neceſſum eſt; ſi infinitudines ab eſſentia, & attributis, formaliter non diſtinguantur. Sed hoc eſt falſum; quia ſicut omnes gradus entis creati, qui ad metaphyſicã conſtitutionem conueniunt, per eãdem finitatem intrinſecè finiuntur, & per eã dẽ exiſtentiã exiſtunt, & per eamdẽ ſingularitatem indiuiduantur; ita ſimiliter proprietates diuinæ, vi illimitationis Dei in tota ratione eſſendi, infinitudinem ſibi vendicant, ſicut, & per eamdem exiſtentiam Deitatis exiſtunt; non multiplicatis infinitatibus, ſicut nec exiſtentijs.

Arguitur 5. ad hominem ex Aureolo.

6 Vltimò; pro iſta opinandi ratione ſic inſtat Aureolus: *Quãdo aliqua plura conueniunt, & differunt; alio conueniunt & alio differunt. Sed ſapientia & iuſtitia & cætera attributa, conueniũt in hoc, quòd ſunt infinita; differunt autem ſuis formalibus, & propijs rationibus, ſecundùm illos: ergo infinitas eſt aliud à propijs rationibus quorumlibet attributorum, & cùm ſit perfectio, manifeſtè patet, quòd erit diſtinctum attributum.*

Opinio Aureoli improbantis plures conceptus infinitatis in Deo.

Secunda opinio Cardin. Aureoli.

7 SEcundus modus ſentiendi eſt eiuſdem Aureoli loco citato aſſerentis; nõ dari in Deo plures infinitudines formaliter condiſtinctas. Qui cõſequẽter loquitur ad eã, quã ſequitur ſententiam, dum autumat; attributa nõ addere ſupra Deitatem rationes aliquas obiectiuas intrinſecas, ſed ſolã connotationem ad extrinſeca. Et probatur primò.

1. Ratio Aureoli quòd nõ diſtinguũtur infinitudines attributorũ ſicut nec ipſa attributa a Deitati niſi cõnotationem ad extrinſeca.

Quandocunq; aliqua coincidunt in idem, & re, & ratione intrinſecè; neceſſe eſt, quòd habeant intrinſecè eamdem infinitatem; non enim poteſt multiplicari infinitas ſine multiplicatione realis, vel rationis, eorum, quæ dicuntur infinita. Sed declaratum eſt ſupr, quòd omnes perfectiones ſimpliciter coincidunt in rationem Deitatis, quamvis diſtinguãtur in connotatis: ergo intrinſecè eadem erit infinitas omnium diuinorum.

Arguit 2. quòd nõ pluralificetur infinitas ſicut nec æternitas.

Deinde: non plus circuit alia attributa infinitas, quàm incommutabilitas, aut æternitas; ſicut enim ſapientia eſt infinita, ita incõmutabilis, & æterna. Sed non propter hoc ponũtur tot æternitates quot ſunt perfectiones ſimpliciter; nec etiam totidem incommutabilitates: ergo nec tot infinitates.

3. Ratio Aureoli; quòd nõ multiplicetur infinitas in Deo, ſicut nec finitas in ente participato

8 *Præterea: non magis multiplicatur infinitas in diuinis, quàm quãtitas omnium accidentium, & aliorum, quæ concurrunt in eodem quãto in creaturis vt puta, lapide, vel ligno. Sed conſtat, quòd non eſt niſi vna quantitas in vno quãto creato, à qua formaliter tã ſubſtãtia, quàm omnia accidentia illius, dicũtur quantificari; aliòquin plures dimenſiones eſſent ſimul, & plura corpora. Haberet enim albedo lapidis ſuum longum latum, & profundum; & ſimiliter durities, & ſic de aliis: quod omnino impoſſibile eſt, quia tunc plures dimenſiones eſſent in eodem ſitu. Ergo multo minus poni poteſt, quòd in diuinis multiplicentur infinitates ſecundùm perfectiones ſimpliciter; & non potiùs ſit vna infinitas omnium.* Hactenus Aureolus preſsè, & ſubtiliter.

Textus Scoti ex quodlibeto quinto, §. Ex hoc poſſumus, ſub numer. margin. 4. editionis Cauelli. *Ex quo inferimus, infinitudinem intenſiuam eſſe de quidditate Deitatis, & attributorum.*

9 *EX Hoc ſequitur, quòd infinitas intenſiua non ſic ſe habet ad ens, quòd dicitur infinitum, tanquam quædam paſsio extrinſeca aduenies illi enti; nec etiam eo modo, quo verum, & bonum, intelliguntur paſsiones, vel proprietates entis. Immo infinitas intenſiua dicit modum intrinſecum illius entitatis, cuius eſt; ſic intrinſecum, quòd circumſcribendo quodlibet, quod eſt proprietas, vel quaſi proprietas eius, adhuc infinitas eius nõ excluditur, ſed ineluditur in ipſa entitate.*

Vnde de ipſa entitate præciſiſsimè accepta, abſque ſcilicet quacumque proprietate, verum eſt dicere, quòd aliquam magnitudinem propriam virtutis habet ſibi intrinſecam; & non magnitudinem finitam, quia ipſa repugnat ſibi: ergo infinitam.

10 *Ipſum etiam infinitum præciſiſsimè acceptum, non ſub aliqua ratione proprietatis attributalis, vt bonitatis, vel ſapientiæ, poteſt comparari ſecundũ ordinem eſſentialem ad aliqua, quæ excedit; & non ſecundùm aliquam proportionem determinatam, quia tunc eſſet finitum. Intrinſecus ergo modus cuiuslibet infiniti intenſiuè, eſt ipſa infinitas, quæ intrinſecè dicit ipſum eſſe, cui nihil deeſt; & quod excedit omne finitum vltra omnem proportionem determinabilem.*

Ex quodlibeto sexto, §. Contra ista arguitur sic, sub numer. margin. 10. Vbi agit Scotus, magnitudinem Dei, iuxta Augustini phrasim, non esse extra essentialem conceptum Deitatis.

11 *REspondeo dico; quòd omni proprietate, per impossibile, vel possibile, circumscripta ab essentia diuina; ipsa habet propriam magnitudinem, scilicet propriam infinitatem. Habet enim gradum intrinsecum, sicut res finita habet propriam finitatem; sicut si circumscribas ab homine omnem proprietatem, adhuc habet propriam finitatem in ordine entium; sic ergo concedo, quòd est idem Deo esse, quòd magnum esse; & aliquomodo, si licet dicere, magis intrinsecè, quàm Deo iustum esse, vel sapientem esse; quia non ita dicit magnum proprietatem, vel attributum, sicut iustum, vel sapiens. Transit ergo in ipsum propter summam identitatem magnitudinis ad essentiam.*

Scotus

Infinitas, vel magnitudo Dei nõ est extra quidditatẽ Dei.

Qualiter magnitudo transeat in rationẽ obiectiuã Deitatis absq; distinctione formali.

12 *Cùm infers: ergo non manet secundùm propriam rationem magnitudinis; neganda est consequentia. Immo in creaturis sic trãsit magnitudo perfectionis, quòd non est aliud realiter ab eo cuius est; & tamen manet secundùm propriam rationem magnitudinis, vt proprium fundamentum æqualitatis, vel inæqualitatis. Est enim vna species entiũ quantũtũq; immaterialis, alteri speciei immateriali æqualis, vel inæqualis secũdũ perfectionẽ, ergo manet in ea magnitudo secũdũ perfectionẽ, vt fundans istã æqualitatem & tamen transit ista magnitudo in essentiam per identitatem. Quia ait Augustinus 6. de Trinitate, capit. 8. de ista magnitudine, idem est maius esse, quòd melius esse; bonitas enim essentialis, qua vna species est melior alia non est res addita essentiæ.*

13 *Non sunt ergo opposita in diuinis, immo nec in creaturis, transire, & manere; si rectè intelligatur. Transire propter realem identitatem; & manere propter propriam quidditatem: nec sequitur manet, ergo manet realiter distinctum; sed sicut aliquid manet; quando sua propria quidditas non est destructa.*

NOTA.

Explicatio Textus, & fundamenta ad veram sententiam.

14 DVO Obseruanda occurrunt circa literam textus, Primum; circa illa verba Doctoris ex quæst. 5. quodlibetali. *Quòd infinitas intensiua non sic se habet ad ens, quod dicitur infinitum, tãquam passio extrinseca adueniens illi enti; nec etiam eo modo, quo verum, & bonum, intelligantur passiones, vel proprietates entis.* Vbi constituere videtur Doctor, bonitatem esse proprietatem entis, sicut & veritatem; quod contradicit his, quæ in præcedenti controuersia de bonitate asseuerauimus. At non obstat Doctor. si verba ipsius penitiùs enodentur; quia ibi non loquutus est de bonitate, seu integritate essentiali & absoluta, sed de conuenientia ad alterũ, quæ bonitas relata appellatur; & hanc etiam non constituit Scotus adæquatam entis proprietatem, sed solùm proprietatẽ entis autumauit. Eò quòd, aliquãdo hæc conueniẽtia ad alterum astrui possit proprietas rei, quãdo nimirũ est extra quidditatem naturæ, quæ refert conuenientiam ad alterum; quãdo verò per suam essentiam res hãc sympathiam seu conuenientiã ad alterum sibi vendicat; tũc illius rei proprietas esse nõ potest, vt ex inibi discussis satis superq; cõstat. Quòd autem Scotus bonitatem seu integritatem absolutam non cẽserit esse proprietatẽ entis, patet ex textu citato *ex quod lib. 6.* vbi ait *sub n. 12.* à nobis trãscriptus. *Transit ista magnitudo in essentiam.* Vbi per magnitudinẽ intelligit quãtitatẽ virtutis rei, & statim subijcit. *Quia ait Aug. 6. de Trin. c. 8. de ista magnitudine idẽ est maius esse, quòd melius esse; bonitas enim essentialis, qua vna species est melior alia, nõ est res addita essẽtiæ.* Quid expressius pronuntiari potuit ad nostrã sententiam firmandam?

1. Obseruatio

Scotus

Scotus.

15 Deinde reſerandus eſt nodus, qui emergere videtur ex illis verbis Scoti citatis ex quodlibeto 6. Vbi loquens de infinito, quod ex phraſi Auguſtini magnum appellat, ſubdit. *Sic ergo concedo, quòd eſt idem Deo eſſe, quòd magnum eſſe; & aliquomodò, ſi licet dicere, magis intrinſecè, quam Deo iuſtum eſſe, vel ſapientem eſſe: quia non ita dicit magnum proprietatem, vel attributum; ſicut iuſtum, vel ſapiens, tranſit ergo in ipſum propter ſummam identitatem.* Vbi multiplex occurrit ſcrupulus ex litera Doctoris: primus; ex illis verbis: *Si licet dicere magis intrinſecè*. Vbi non aſſertiuè, ſed cum formidine, conſtituere videtur, infinitatem Deo magis intrinſecam eſſe, quàm attributa; quæ á quidditate Dei ex natura rei condiſtinguit conſtans Scoti ſententia. Deinde, quòd inclusionem infinitudinis in Deitate, tranſitum in realem identitatem appellat; qui etiam tranſitus ſeu conuentus in ſummam identitatem realem cum Deitate, ipſis affectionibus attributalibus defertur: quò fieret, vt intimior Deitati cenſeri non deberet infinitudo, quàm proprietates attributales.

16. Cæterum, dubitationem dirimit Scotus vltimis illis verbis. *De iſta magnitudine, idem eſt maius eſſe, quòd melius eſſe: bonitas enim eſſentialis, qua vna ſpecies eſt melior alia, non eſt res addita eſſentiæ.* Vnde infert Scotus, quòd tam in diuinis, quàm in creatis, magnitudo ſeu quantitas perfectionis non ſolùm tranſit in identitatem realem cum ea ratione obiectiua, cuius eſt magnitudo, ſed etiam in identitatem formalem retenta tamen ratione formali illius magnitudinis, quæ in eamdem coit formalitatem cum quidditate, cuius eſt magnitudo. Vnde concludit Scotus, quòd magnitudo, ſeu quantitas virtutis rei, adita identitate cum ratione illa obiectiua, cuius eſt magnitudo, manet in illa ratione obiectiua, quam tranſcendit eſſentialiter; ſicut in re manet ſua propria quidditas, quando non eſt deſtructa. Sic ad verbum Scotus *ſub num.* 13. à nobis tranſcriptus. *Non ſunt ergo oppoſita in diuinis, immo nec in creatis, tranſire, & manere, ſi rectè intelligatur; tranſire propter realem identitatem, & manere propter propriam quidditatem. Nec ſequitur manet, ergo manet realiter diſtinctum; ſed ſicut aliquid manet, quando ſua propria quidditas non eſt deſtructa.* Ex dictis veram ſententiam eruere licebit.

Vera ſententia ſtatuitur, quòd infinitas plurificetur formaliter iuxta diſcretionem attributorum.

17. Aſſertio prima: quantitas ſeu magnitudo virtutis non eſt extra quidditatem entis, prout à creato, & increato præſcindit. Hoc eſt expreſſum Scoti pronunciatum; quod vel hac breui ratione fulcitur.

Aſſer. Quantitas virtutis vel magnitudo entis nõ eſt extra quidditatem entis, prout abſtrahit à finito & infinito.

Quia magitudo ſeu bonitas abſoluta, per quam vna ſpecies eſt melior alia; nil aliud eſt, quàm integritas ea debita cuilibet rationi obiectiuæ in tali ordine entium, quæ inferat eſſentialiter negationem diminutionis cuiuslibet prædicati, quod ad rationem obiectiuam illius integritatis ſpectet: & quæ facta comparatione ad aliam rem, ſub iſta quantitate virtutis, ſuperet aliam, aut ſuperetur ab intrinſeca actualitate, & magnitudine alterius. Atqui res per ſuam eſſentiam integra eſt, vt in controuerſia de bonitate aperuimus: & per ſuam eſſentialem conſtitutionem excedit aliam ſpeciem entis, aut exceditur ab illa: igitur, & bonitatem, ac magnitudinem quidditatiuam nanciſcitur.

Ratio aſſ. 1 clonis.

18 Oppones; ex dictis inferri diuinas hypoſtaſes magnitudinem, & quantitatem virtutis præſeferre; cùm propriam integritatem in eo gradu eſſendi ſibi vendicent.

Obiectio ex relationibus diuinis

Reſpondetur; non quamlibet integritatem eſſe magnitudinem, aut quantitatem virtutis; ſed eam, quæ facta collatione ad aliam rem, poſsit eſſe ratio æqualitatis, aut inæqualitatis: quòd è contra fit in relationibus diuinis, vt in ſequenti articulo conſtabit.

Infringitur

19 Aſſertio ſecunda: infinitas eſt

de

Aſſer. 2. Infinitas eſt de quidditate Deitatis & attributorũ

de vltimo conceptu eius rationis obiectiuæ, cuius eſt infinitas; ac proinde illimitatio Deitatis, eſt de vltimo conceptu eius; & infinitudo cuiuslibet attributi tranſcendit vltimam formalitatem illius. Sic expreſſè Scotus loco citato, & conſtat ex probatione primæ cõcluſionis.

1. Ratio, eò quòd quãtitas, & magnitudo entis vt trahitur ad Deum ſit ipſa infinitas.

Quia magnitudo ſeu quantitas entis, vt trahitur ad Deum, eſt quidditatiuè ipſamet infinitas intenſiua Dei; cùm magnitudo Dei ea ſit vt metiri, aut finiri non valeat. Atqui magnitudo ſeu quantitas rei non eſt extra quidditatem entis, prout ambit creatum, & increatũ vt oſtẽſum eſt; igitur nec prout trahitur ad eſſe Dei, extrahi poterit à quidditatiua ratione illius.

2. Ratio efficacior ex conſequentia doctrinæ in via Scoti.

20 Sed alia efficaciori ratione à principijs Scoti petita, noſtra ſententia firmanda eſt; ea nimirum, quæ compoſitionem inter Deitatem, & attributa vitat, data diſcretione ex natura rei attributorum ab eſſentia; quam probationem latè exarauimus *in controuerſia 1. articul. 5. à numer. marzin. 16. vſque ad 27.*

Quia ideo ex coniunctione formalitatum ex natura rei diſcretarum, ſuppoſita etiam identitate reali, emergit in creatis cõpoſitio metaphyſica ante intellectum; quia prædicata metaphyſica ita in eamdem entitatem realem coeunt, vt talis identitas ſolùm materialiter metaphyſicis gradibus accedat, non verò ab ipſiſmet quidditatiuis horum prædicatorum conceptibus accipiatur talis identica coniunctio: adeò vt de eſſentia animalitatis non ſit conuentus in identitatem realem cum gradu rationalitatis. Quò fit, vt ſicut animalitas à ſua ratione quidditatiua non referat vt rationalitatem adeat per identicam coniunctionem; ita & animalitas, per ſuam rationem formalem non reſpuat carentiam, & indigentiam rationalitatis; ac proinde quòd in potentialitate ad illam ſit, quamobrem accedit compoſitio.

Vitatur cõpoſitio inter Deitatẽ, & attributa, eo quòd infinitas ſit de quidditate talium conceptuum.

E contra verò; ideo ſapientia, & Deitas, ex natura rei interſe non componuntur, eſto quòd formaliter ex natura rei condiſtinguantur; quia identitas ea realis, quæ iſtis duabus formalitatibus ſuppetit, non eſt merè materialis coitio in eamdem entitatem, quæ à quidditatiuis iſtarum rationum conceptibus non exigatur: ſed potius identitas realis, quam iſtæ formalitates referant, vi propriæ illimitationis formalis. Vnde fit, vt ſicut Deitas per ſuam eſſentiam formaliter illimitatam refert, quòd adeat realem identitatem cum ſapientia; ita & per ſuam quidditatem remouet Deitas indigentiam cuiuslibet affectionis attributalis; ac proinde, & potentialitatem ad illam. Ergo in doctrina Scoti inconcuſſum principium eſſe debet ad vitandam compoſitionem, quæ ex diſtinctione ex natura rei in diuinis ſequi videbatur; quòd eſſentia, & attributa quidditatiuam illimitationem vendicent à qua habeant, vt in illis identica coniunctio materialis non ſit, ſicut in gradibus creatis; qui ob id nec potentialitatem exhorrent, nec compoſitionem non adire queunt. Sed de his expeditè loco citato.

Expeditur cõſtans regula Scoti de veritate enũtiationũ ex terminis abſtractis in diuinis.

21 Deinde vrgeo rationem, ex illa optima regula, quam tradit Scotus verificationis illarum propoſitionum in diuinis, quæ ex terminis abſtractis formantur; ſic igitur Scotus *in 1. diſt. 8. q. 4. num. marz. 26.*

Scotus.

Oppoſitum eſt in Deo, quia abſtrahendo ſapientiam à quocunque quod eſt extra rationem ſapientiæ, & bonitatem ſimiliter abſtrahendo à quocunque quod eſt extra eius rationem formaliter; remanet vtraque quidditas præcisè ſumpta formaliter infinita. Et ex quo infinitas eſt ratio identitatis eorum, facta tali abſtractione præciſiſſima; remanet ratio identitatis extremorum. Non enim hæc erant eadem præcisè propter identitatem eorum ad tertium à quo abſtrahuntur, ſed propter infinitatem formalem vtriuſque. Et quòd iſta ſit ratio prædicationis per identitatem, ſignum eſt ex hoc, quòd non conceditur iſta, paternitas in diuinis eſt ſpiratio actiua, nec vt vera formaliter, nec vt vera per identitatem: nec paternitas eſt innaſcibilitas, & è conuerſo; ſicut iſta conceditur, paternitas eſt Deitas, & è conuerſo. Et ratio videtur, quia abſtrahendo paternitatem, & innaſcibilitatem, ab eſſentia, ſiue à ſuppoſito, neutrum eſt formaliter infinitum, & ideo neutrum in ſua ratione ſic abſtractum, includit rationem identitatis eius ad alterum; & ideo neutrum ſic abſtractum de altero verè prædicatur.

22 Vbi aſſignans Scotus diſcri-

men

Nodus emergens ex litera textus.

15 Deinde reſerandus eſt nodus, qui emergere videtur ex illis verbis Scoti citatis ex quodlibeto 6. Vbi loquens de infinito, quod ex phraſi Auguſtini magnum appellat, ſubdit. *Sic ergo concedo, quòd eſt idem Deo eſſe, quòd magnum eſſe; & aliquomodo, ſi licet dicere, magis intrinſecè, quam Deo iuſtum eſſe, vel ſapientem eſſe: quia non ita dicit magnum proprietatem, vel attributum; ſicut iuſtum, vel ſapiens, tranſit ergo in ipſum propter ſummam identitatem.* Vbi multiplex occurrit ſcrupulus ex litera Doctoris: primus; ex illis verbis: *Si licet dicere magis intrinſecè*. Vbi non aſſertiuè, ſed cum formidine, conſtituere videtur, infinitatem Deo magis intrinſecam eſſe, quàm attributa; quæ à quidditate Dei ex natura rei con diſtinguit conſtans Scoti ſententia.

Vrgetur oppoſito

Deinde, quòd inclusionem infinitudinis in Deitate, tranſitum in realem identitatem appellat; qui etiam tranſitus ſeu conuentus in ſummam identitatem realem cum Deitate, ipſis affectionibus attributalibus defertur: quò fieret, vt intimior Deitati cenſeri non deberet in finitudo, quàm proprietates attributales.

Diluitur.

16. Cæterum, dubitationem dirimit Scotus vltimis illis verbis. *De iſta magnitudine, idem eſt maius eſſe, quòd melius eſſe; bonitas enim eſſentialis, qua vna ſpecies eſt melior alia, non eſt res addita eſſentiæ.* Vnde infert Scotus, quòd tam in diuinis, quàm in creatis, magnitudo ſeu quantitas perfectionis non ſolùm tranſit in identitatem realem cum ea ratione obiectiua, cuius eſt magnitudo, ſed etiam in identitatem formalem retenta tamen ratione formali illius magnitudinis, quæ in eamdem coit formalitatem cum quidditate, cuius eſt magnitudo. Vnde concludit Scotus, quòd magnitudo, ſeu quantitas virtutis rei, adita identitate cum ratione illa obiectiua, cuius eſt magnitudo, manet in illa ratione obiectiua, quam tranſcendit eſſentialiter; ſicut in re manet ſua propria quidditas, quando non eſt deſtructa.

Perſpicuum Scoti teſtimonium de formali tranſcendentia infinitudinis in Deitate, & attributis.

Scotus

Sic ad verbum Scotus *ſub num.* 13. à nobis tranſcriptus. *Non ſunt ergo oppoſita in diuinis, immo nec in creatis, tranſire, & manere, ſi rectè intelligatur; tranſire propter realem identitatem, & manere propter propriam quidditatem. Nec ſequitur manet, ergo manet realiter diſtinctum; ſed ſicut aliquid manet, quando ſua propria quidditas non eſt deſtructa.* Ex dictis veram ſententiam eruere licebit.

Vera ſententia ſtatuitur, quòd infinitas plurificetur formaliter iuxta diſcretionem attributorum.

17. *Aſſertio quantitatis virtutis vel magnitudo entis non eſt extra quidditatem entis, prout abſtrahit à finito, & infinito.*

Aſſertio prima: quantitas ſeu magnitudo virtutis non eſt extra quidditatem entis, prout à creato, & increato præſcindit. Hoc eſt expreſſum Scoti pronunciatum; quod vel hac breui ratione fulcitur.

Ratio aſſertionis.

Quia magitudo ſeu bonitas abſoluta, per quam vna ſpecies eſt melior alia; nil aliud eſt, quàm integritas ea debita cuilibet rationi obiectiuæ in tali ordine entium, quæ inferat eſſentialiter negationem diminutionis cuiuslibet prædicati, quod ad rationem obiectiuam illius integritatis ſpectet: & quæ facta comparatione ad aliam rem, ſub iſta quantitate virtutis, ſuperet aliam, aut ſuperetur ab intrinſeca actualitate, & magnitudine alterius. Atqui res per ſuam eſſentiam integra eſt, vt in controuerſia de bonitate aperuimus: & per ſuam eſſentialem conſtitutionem excedit aliam ſpeciem entis, aut exceditur ab illa: igitur, & bonitatem, ac magnitudinem quidditatiuam nanciſcitur.

Obiectio ex relationibus diuinis

18 Oppones; ex dictis inferri diuinas hypoſtaſes magnitudinem, & quantitatem virtutis præſeferre; cùm propriam integritatem in eo gradu eſſendi ſibi vendicent.

Infringitur

Reſpondetur; non quamlibet integritatem eſſe magnitudinem, aut quantitatem virtutis; ſed eam, quæ facta collatione ad aliam rem, poſſit eſſe ratio æqualitatis, aut inæqualitatis: quòd è contra fit in relationibus diuinis, vt in ſequenti articulo conſtabit.

19 Aſſertio ſecunda: infinitas eſt

de

Aſſer. 2. Infinitas eſt de quidditate Deitatis & attributorũ

de vltimo conceptu eius rationis obiectiuæ, cuius eſt infinitas; ac proinde illimitatio Deitatis, eſt de vltimo conceptu eius; & infinitudo cuiuslibet attributi tranſcendit vltimam formalitatem illius. Sic expreſſè Scotus loco citato, & conſtat ex probatione primæ cõcluſionis.

1. Ratio, eò quòd quantitas magnitudo entis vt trahitur ad Deum ſit ipſa infinitas.

Quia magnitudo ſeu quantitas entis, vt trahitur ad Deum, eſt quidditatiuè ipſamet infinitas intenſiua Dei; cùm magnitudo Dei ea ſit vt metiri, aut finiri non valeat. Atqui magnitudo ſeu quantitas rei non eſt extra quidditatem entis, prout ambit creatum, & increatũ vt oſtẽſum eſt; igitur nec prout trahitur ad eſſe Dei, extrahi poterit à quidditatiua ratione illius.

2. Ratio efficacior ex cõſequentia doctrinæ in via Scoti.

20 Sed alia efficaciori ratione à principijs Scoti petita, noſtra ſententia firmanda eſt; ea nimirum, quæ compoſitionem inter Deitatem, & attributa vitat, data diſcretione ex natura rei attributorum ab eſſentia; quam probationem latè exarauimus *in controuerſia 1. articul. 5. à numer. marg. 16. vſque ad 27.*

Quia ideo ex coniunctione formalitatum ex natura rei diſcretarum, ſuppoſita etiam identitate reali, emergit in creatis cõpoſitio metaphyſica antè intellectum; quia prædicata metaphyſica ita in eamdem entitatem realem coeunt, vt talis identitas ſolùm materialiter metaphyſicis gradibus accedat, non verò ab ipſiſmet quidditatiuis horum prædicatorum conceptibus accipiatur talis identica coniunctio: adeò vt de eſſentia animalitatis non ſit conuentus in identitatem realem cum gradu rationalitatis. Quò fit, vt ſicut animalitas à ſua ratione quidditatiua non referat vt rationalitatem adeat per identicam coniunctionem; ita & animalitas, per ſuam rationem formalem non reſpuat carentiam, & indigentiam rationalitatis; ac proinde quòd in potentialitate ad illam ſit, quamobrem accedit compoſitio.

Vitatur cõpoſitio inter Deitatem, & attributa, eo quòd infinitas ſit de quidditate talium conceptuum.

E contra verò; ideo ſapientia, & Deitas, ex natura rei inter ſe non componuntur, eſto quòd formaliter ex natura rei condiſtinguantur; quia identitas ea realis, quæ iſtis duabus formalitatibus ſuppetit, non eſt merè materialis coitio in eamdem entitatem, quæ à quidditatiuis iſtarum rationum conceptibus non exigatur: ſed potius identitas realis, quam iſtæ formalitates referant, vi propriæ illimitationis formalis. Vnde fit, vt ſicut Deitas per ſuam eſſentiam formaliter illimitatam refert, quòd adeat realem identitatem cum ſapientia; ita & per ſuam quidditatem remouet Deitas indigentiam cuiuslibet affectionis attributalis; ac proinde, & potentialitatem ad illam. Ergo in doctrina Scoti inconcuſſum principium eſſe debet ad vitandam compoſitionem, quæ ex diſtinctione ex natura rei in diuinis ſequi videbatur; quòd eſſentia, & attributa quidditatiuam illimitationem vendicent à qua habeant, vt in illis identica coniunctio materialis non ſit, ſicut in gradibus creatis; qui ob id nec potentialitatem exhorrent, nec compoſitionem non adire queunt. Sed de his expeditè loco citato.

Expeditur cõſtat regula Scoti de veritate enũtiationũ ex terminis abſtractis in diuinis.

21 Deinde vrgeo rationem, ex illa optima regula, quam tradit Scotus veriſicationis illarum propoſitionum in diuinis, quæ ex terminis abſtractis formantur; ſic igitur Scotus *in 1. diſt. 8. q. 4. num. marg. 26.*

Scotus.

Oppoſitum eſt in Deo; quia abſtrahendo ſapientiam à quocunque quod eſt extra rationem ſapientiæ, & bonitatem ſimiliter abſtrahendo à quocunque quod eſt extra eius rationem formaliter; remanet vtraque quidditas præcisè ſumpta formaliter infinita. Et ex quo infinitas eſt ratio identitatis eorum, facta tali abſtractione præciſiſſima; remanet ratio identitatis extremorum. Non enim hæc erant eadem præcisè propter identitatem eorum ad tertium à quo abſtrahuntur, ſed propter infinitatem formalem vtriuſque. Et quòd iſta ſit ratio prædicationis per identitatem, ſignum eſt ex hoc, quòd non conceditur iſta, paternitas in diuinis eſt ſpiratio actiua, nec vt vera formaliter, nec vt vera per identitatem: nec paternitas eſt innaſcibilitas, & è conuerſo; ſicut iſta conceditur, paternitas eſt Deitas, & è conuerſo. Et ratio videtur, quia abſtrahendo paternitatem, & innaſcibilitatem, ab eſſentia, ſiue à ſuppoſito, neutrum eſt formaliter infinitum, & ideo neutrum in ſua ratione ſic abſtractum, includit rationem identitatis eius ad alterum; & ideo neutrum ſic abſtractum de altero verè prædicatur.

22 Vbi aſſignans Scotus diſcri-

men

Commentarius iste Scoti

men inter propositiones, quæ ex terminis creatis abstractis ex natura rei inter se disitis formantur; & illas, quæ ex terminis abstractis absolutis, etiam ex natura rei distinctis, construuntur in diuinis: contendit, propositiones ex terminis creatis falsificari; in diuinis verò per nullam præcisionem falsificari posse. Eò vel maximè, quòd per nullam abstractionem tolli queat in diuinis à terminis absolutis ratio infinitudinis, de cuius vltimo conceptu est omnem aliam formam per identitatem sibi adiungere, ac proinde data qualibet intelligibili separatione, semper relinquatur in terminis, etiam secundùm vltimam præcisionem abstractis, ratio identitatis inter prædicatum, & subiectum, quâ exprimat enuntiatio prædicatum, & subiectũ coniungens, atque adeo ratio obiectiua à qua formalis veritas propositionis hauriatur.

Abſimilitudo inter extrema cõpoſitionis metaphyſicæ in creatis, & inter Deitatem & attributa.

Quòd è contra fit in terminis creatis; qui cùm identitatem realem non adeant vi suæ quidditatiuæ rationis, sed solùm materialiter, & ratione tertij, nimirum ratione identitatis eiusdem principij physici, à quo accipiuntur; ablata per præcisionem ista identitate materiali, quam exprimit propositio ex terminis concretis coalescens; verbi gratia, hoc animal est rationale, quæ eatenùs est vera, quatenùs innuit, quòd habens hanc animalitatem est habens hanc rationalitatem: falsificatur propositio ex terminis abstractis composita, verbi gratia, hæc animalitas est rationalitas. Quod secùs fit in Deo in complexione, quam ex terminis absolutis formamus; à quibus sicut inseparabilis est intelligibiliter ratio infinitudinis, ita, & ratio identitatis, quam referat enuntiatio ex terminis abstractis constituta: quia non solùm est vera ista enuntiatio; *Deus est sapiens*, sed etiam hæc; *Deitas est sapientia*.

Premittitur ratio contra Scotizantes, aliquos deferentes Scoti

Tunc sic: sed ista, quæ non sunt de quidditate entis, per functionem mentis ab ente separari queunt; igitur si infinitas, vi cuius sapientia sit idem realiter cum iustitia, non est de quidditate sapientiæ, ab illa præscindi posset, vt de se patet. Atqui ablata infinitudine remouetur ratio identitatis, quæ per propositionem affirmatiuam alterum de altero enuntiantem exprimi valeat, ergo per aliquam præcisionem mẽtis ista propositio; *Sapientia est iustitia*; falsificari posset; quod est contra expressam Scoti mentem.

Inſiſtitur ulteriùs.

23 Præterea: quia ideo secundùm Scotum hæc enuntiatio est falsa, paternitas est spiratio actiua, quia neutrum ex his extremis est formaliter infinitum; ergo cum supposita distinctione formali attributorum â propria infinitudine, valeant sine illimitatione concipi; fieret, vt falsificari posset enuntiatio vnius attributi de alio ex terminis abstractis constituta: siquidem intelligibiliter remoueretur identitas ea extremorum, quæ præstaret ad verificandam propositionem.

Oppoſitio ad hominem contra Scotum.

24 Sed dices; ex præmissis manifestè inferri, dari compositionem ante intellectum, inter spirationem actiuam, & paternitatem; quia secundùm Scotum ideo sapientia non est conceptus potentialis ad iustitiam, quia istæ proprietates non identificantur præcisè ratione tertij, nimirum ratione substrati Deitatis, in quam conueniunt per realem identitatem: sed etiam ratione sui, eò quòd quælibet forma attributalis propriam infinitudinem sibi vendicet. Sed paternitas, & spiratio actiua, sicut propriam infinitudinem apud Scotum non referunt, ita & identificantur solùm ratione suppositi habentis vtramque formam, siue tertij, quatenùs habens paternitatem est habens spirationem actiuam. Quò fit, vt ista enuntiatio ex terminis abstractis cointegrata, paternitas est spiratio actiua, sit falsa apud Scotum; quia per abstractionem remouetur suppositum habens vtramque formam, quod est præcisa ratio identitatis extremorum. Igitur paternitas, & spiratio actiua solùm coeunt in identitatem materialem, & quæ à quidditatiuis illarum conceptibus non accipiatur; ac proinde adeunt veram compositionẽ cũ ideo prædicata metaphysica in rebus creatis inter se componantur, quia non identificantur, nisi solùm materialiter & ratione tertij.

Instantia hæc, quæ Scotum perstringere videtur, in sequenti articulo expendetur, ac diluetur.

Aſſer. 1. datur in Deo plures infinitates formaliter diſtinctæ.

25. Assertio tertia, seu potius consectarium quoddam ex dictis enutum; dantur in Deo plures infinitudines ex natura rei distinctæ. Patet, quia quodlibet attributum refert propriã illimita-

tio-

tionem tranſcendentem vltimam rationem illius; ſed apud Scotum attributa ex natura rei diſtinguuntur: ergo & illorum infinitudines.

Oppoſita fundamenta pro primo placito cõuellimus, & obtunduntur oppoſitiones Aureoli.

Ad fundamẽta opinionis primæ.

26. REſtat oppoſitos ictus proſternere: Ad primũ argumentum primæ opinionis dicimus, Scotum ſiniſtrè interpretari, quòd vel ex ipſo contextu ſatis perſpicuum eſſe poteſt. Dicit enim Scotus loco citato *ex 1. ſentent. diſtin. 8. quæſt. 4. §. Ad quæſtionem reſpondeo, numer. margi. 17. Infinitas non deſtruit formaliter rationem illius, cui additur; quia in quocunque gradu intelligatur eſſe aliqua perfectio, qui tamen gradus eſt gradus illius perfectionis, non tollitur ratio formalis iſtius perfectionis propter iſtum gradum.*

Scotus.

Expenſio textus Scoti

Vbi ſolùm intendit Doctor, gradum alicuius latitudinis, aut quaſi latitudinis intenſiuæ, etiam infinitæ, non immutare eſſentiam ſiue ſpeciem illius gradus eſſendi, ſeu quantitatis virtualis, cui adiungitur. Verbi gratia, ſi Deus calori vt vnum infinitos adiungeret caloris gradus, cùm ſint eiuſdem rationis eſſentialis; illa gradualitas illimitata caloris non extraheret calorem vt vnum à ſua quidditate; & ſpecie. Quo ſuppoſito inſtat Scotus; ergo ſimiliter, ſi eidẽ conceptui ſapientiæ vt ſic, ad quem trahuntur vniuocè ſapientia creata, & increata, addatur, vel quaſi addatur infinita latitudo ſapientiæ, nimirum diuinæ, non extrahet ſapientiam ab illa quidditate ſapientiæ vt ſic, in qua intelligibiliter colligũtur advnitatẽ cõceptus creata, & increata ſapiẽtia. Tunc vrget, Scotus, ſed ſapientia creata eſt talis rationis quidditatiuæ, vt eſſentialiter non ſit iuſtitia ante conſiderationem intellectus; ergo ſapientia etiam diuina, quæ coniungitur ad vnitatem rationis obiectiuæ cũ ſapiẽtia creata, talis eſſe debet, vt eſſentialiter non ſit iuſtitia.

27 Hic eſt legitimus ſenſus verborum Scoti, & ſuæ diſputationis ſcopus; quare obtuſè infertur, infinitudinem eſſe modum Deitati aduentitium. Quod perſpicuum erit, pẽſato diſcrimine, quòd intercedit inter latitudinem infinitam caloris, quæ adiungi poſſet calori præexiſtenti, verbi gratia, vt vnum; & inter quantitatem infinitam ſapientiæ, quæ intelligitur addi rationi obiectiuæ ſapientiæ vt ſic, quæ trahitur ad eſſe ſapientiæ diuinæ; ex quo diſcrimine omnino diluetur propoſita obiectio. Obſeruetur ergo, quòd infinita caloris gradualitas realiter adiungi poſſet calori vt vnum; ex qua additione reali optimè colligitur realis diſcretio intenſiuæ gradualitatis additæ ab illo gradu, cui fit additio. At illimitata ſapientiæ diuinæ quantitas non additur realiter conceptui ſapientiæ vt ſic, prout in illa abſtractione, & communitate colligit creatam, & increatam ſapientiam; ſed ſolùm formaliter, ea ratione, qua gradus differentiales, vel quaſi differentiales addi apprehenduntur his ſuperioribus prædicatis, quæ ad inferiorum conſtitutionem trahũtur, ſublata tamen imperfectione potentialitatis, & compoſitionis, quæ gradibus finitis annexa eſt. Quia tamen additio gradus differentialis ad rationem ſuperiorem, quam trahit ad inferioris conſtitutionem, non eſt extra rationem quidditatiuam inferioris conſtituti; ita in præſenti quantitas illimitata, quæ trahit ens, ad eſſe entis illimitati in tota ratione eſſendi, qui eſt Deus formaliter, non poteſt eſſe extra quidditatem Deitatis: ſicut nec infinitudo, quæ trahit ſapientiam ad eſſe ſapientiæ infinitæ, poteſt eſſe non imbibita eſſentialiter in conceptu ſapientiæ diuinæ. Ex quibus conſtat, quàm ignauiter nobis opponatur Scotus, dum noſtram ſententiam fulcit.

Diluitur ſũ damẽtũ alii quæſtiũ Scotiſtãtiũ pro diſtinctione formali infinitatis à Deitate.

Fit ſatis Argumẽtationi ſecũdæ in oppoſitum.

28 Ad ſecundùm argumentum; inficiamur, rationem obiectiuam adæquatam infinitudinis ſeparabilem eſſe ab eo gradu eſſendi, cuius eſt illimitatio vnde licet concipi queat confuſè, & analogicè infinitudo ſapientiæ non apprehenſa ſapientia, at non propriè, & quidditatiuè.

Ad 3. argu. quòd ſolum obtinet diſtinctionẽ rationis ſecundũ inadæquatos conceptus

Ad tertiùm argumentum; ſolùm colligi diſtinctionem rationis ſecũdùm inadæquatas conceptiones noſtras inter Deum, vt eſt ſuum exiſtere; & prout

eſt

est illimitatus in ratione essendi; quæ sola rationis discretio præstat, vnaliquid concipiamus in Deo quasi rationem alterius, esto quòd in re nulla sit distinctio, nec formalis. Sicut etiam æternitatem Dei ex eius immutabilitate à priori colligimus; quamuis immutabilitas, & æternitas, sint modi indistincti inter se, & à diuina natura, ante mentis functionem.

Ad cõfirmationem respõsio.

Ad confirmationem; finitatem, & infinitatem secundùm essentiam; modos esse differẽtiales, & quasi cõtractiuos entis, sicut perfectas, & inhætas; quò fit vt non sint extra conceptum quidditatiuum illarum rationum, quæ ab ipsis constituuntur.

Ad instãtia quòd infinitas in creatis non importet additionẽ prædicati essentialis.

29 Ad instantiam; quòd infinitum in quantitate aut intensione, non addit aliquod prædicatum constitutioni metaphysicæ quantitatis, ac qualitatis; sed est quædam extensio, aut intensio formæ eiusdem metaphysicæ constitutionis. Infinitas verò secundùm essentiam, quasi addere intelligitur prædicatum quoddam subintrans constitutionem, vel quasi constitutionem eius conceptibilitatis, quæ infinitudinem refert. Quia sapientia diuina, verbi gratia, quasi addere intelligitur supra conceptum sapientiæ, qui à creata, & increata abstrahitur, gradum essendi, aut prædicatum illimitationis, quod trahit sapientiam vt sic, ad esse diuinæ sapientiæ: quò fit, vt infinitas secundùm extensionem quantitatis, aut intensionem qualitatis, non attineat ad discretionem quidditatiuam rei; secùs verò infinitudo secũdũ essentiam, quę Deitati, & attributis defertur.

Dilutio 4. argumenti, quod dentur plures modi finitatis in creatis iuxta discretionem graduũ metaphysicorum.

30 Ad quartum argumentum, *ex num. marg.* 5. etiam dari plures modos finitatis in creatis iuxta diuersitatem graduum metaphysicorum, qui finiuntur; cùm quantitas virtutis sit de quidditate entis creati, vt ostensum est. Quò fit, vt iuxta discretionem entium, aut prædicatorum metaphysicorum, detur etiam propriæ quantitatis seu integritatis virtualis pluralitas, ac proinde finitionis multiplicitas: cùm quælibet ratio, prout ex natura rei distincta ab alia, quò non refert illimitationem in eo gradu essendi, finiatur intrinsecè secundùm propriam quantitatem virtutis illius conceptus. Quare gradus animalitatis sortitur propriam finitudinem quidditatiuam ex natura rei distincta ab infinitudine, siue limitatione quidditatiua rationalitatis. Quod etiam in diuinis pari ratione constituendum est; quia quò sapientia, prout ex natura rei distincta à iustitia, est illimitata in ratione sapientiæ, eò refert quidditatiuam illimitationem distinctam ab infinitate iustitiæ.

Cur multiplicetur in finitas indiuisibilis nõ vnum existẽtial

Nec obstat oppositio de indiuisibilitate, & vnitate actus existentialis; quia sicut in rebus creatis vnica actualitatis forma sufficit pro omnibus prædicatis, quæ existunt vi eiusdem actualitatis formaliter indiuisæ: ita in diuinis vnum simplex existere, etiã formaliter indiuisum, præstat pro omnibus absolutis Dei perfectionibus.

Pro enodatione arg. 5 ostenditur quòd ab infinitatibus attributorum nõ præscindatur ratio cõmunis.

31 Ad quintum *sub num. 6.* ex Aureolo; quòd illimitatio attributorũ transcendit vltimùm conceptum quasi differentialem illorum; sapientia enim diuina colligitur cum creata sapientia ad vnam rationem sapientiæ vt sic, & trahitur ad rationem talis sapientiæ diuinæ per illimitationem in esse sapientiæ; quò fit vt illimitatio imbibatur in gradu vltimo, & differentiali suæ quasi constitutionis. Cùm autem, apud Scotum, vltimæ rationes differendi non coeant ad vnitatem rationis obiectiuæ ab illis abstractæ; eò fit, vt attributorum infinitudines trahi nequeant ad vnam rationem conuenientiæ. Quare conuenientia infinitudinum attributalium non est conuenientia simpliciter, quæ à ratione differendi deputari queat & ad vnitatem conceptus colligi; sed solùm conueniẽtia secundũ quid, vel secũdũ proportionalitatem quãdam, quia sicut se habet illimitatio iustitiæ ad iustitiam, ita illimitatio sapientiæ ad sapientiam. Adi quæ expendimus de vltimis differentijs ad vnam rationem conuenientiæ non colligendi; *in controuersia 2. de Vnitate Dei, art. 2. vbi latè de modis entis.* Hac enim ratione diluitur oppositio qua nos vrgere molitur Aureolus ad hominem ex Scoti principijs.

Ad fundamenta Aureoli. Ad 1. arg.

32 Ad fundamenta opinionis Aureoli. Ad primùm; quòd euidenter obtineret intentum, si falsum non assumeret; nimirum attributa non addere supra Deitatem rationes obiectiuas intrinsecas, sed solùm extrinseca connotata.

Ad confirmationem; æternitatem,

&

Ad cõfirmationẽ Aureoli redditur ratio cur multiplicetur infinitas in Deo non tamẽ immutabilitas, & æternitas.

& immutabilitatem circuire alia attributa tantum identicè; infinitudinem verò etiam formaliter. Cuius ratio eſt; quia æternitas eſt ipſamet exiſtentia Dei formaliter, vt ex infra dicendis latiùs conſtabit; quare ſicut vnica ſimplex exiſtentia pro omnibus prædicatis a trui tur, non ſolùm in Deo, ſed etiam in creaturis; ita & vnica æternitas abſoluta aſſerenda eſt. Idem aſſerimus de incommutabilitate ſubſtantiali Dei; quã antiqui theologi appellarunt inuertibilitatem de eſſe ad non eſſe; quia cùm Deus eò reſpuat vertibilitatem de eſſe ad non eſſe, quòd eſſentialiter ſit ſuum eſſe: ſicut vnicam tantùm formalitatem exiſtentiæ refert, quâ eſt ens à ſe, & hæc non plurificatur in attributis, ita nec multiplicatur incommutabilitas.

Ad vltimũ arg. Aureoli licet no plurificetur quãtitas in his iuxtãã creationẽ accidẽtii, bene tamẽ quãtitas virtutis.

33 Ad vltimam Aureoli probationem, fatemur, omnia accidentia materialia eiuſdem ſubiecti per eamdem quantitatem molis quantificari; nec partiri quantitatem, iuxta formarum, quæ eidem ſubſtrato cohærent, pluralitatem; ex eo tamen aliquid contra noſtram ſententiam colligi, inficiamur. Quia quantitas ea, de qua viget difficultas, non eſt quantitas molis, ſed virtutis quamlibet eſſentiam rei tranſcendens, ac proinde plurificata iuxta formarum diſcretionẽ; quantitas verò molis, ſicut realiter à formis accidentalibus diſsidet, adeò vt diuinitùs ſine quãtitate conſeruari queant; ita nec multiplicatis formis in eodem ſubiecto multiplicatur.

Cur infinitas nõ ſit vltimũ conſtitutiuũ Deitatis?

Ex hoc autem quòd infinitas ſit prædicatum tranſcendens omnes gradus, & formalitates entis increati, pari ratione ſicut finitas ſecundùm quantitatem virtutis in ente creato tranſcendit, & plurificatur formaliter iuxta diſcretionem conceptibilitatum ſeu formalitatum à parte rei diſtinctarum, vt apparet in gradibus metaphyſicis; conſequenter producimus, vt eſto quòd infinitas ſit de quidditate naturæ diuinæ, nequeat tamen aſſeri vltima ratio ſuæ quasi metaphyſicæ conſtitutionis. Cùm nullum prædicatum, quod tranſcendit gradus conuenientiæ inter Deum, & creaturas, renuntiari valeat vltima ratio conſtitutionis diuinæ naturæ; quàm obrem exiſtentia, quæ eſt vltima formalitas ſiue ratio conſtitutionis Deitatis, non eſt prædicatum tranſcendens alios gradus conuenientiæ inter Deum, & creaturas. Quod expendimus ſupra, in *controuerſia* 1. *art.* 4 *numer. marg.* 44. Oſtendentes, quòd infinitas non ſit ratio vltima quaſi metaphyſicæ conſtitutionis naturæ diuinæ; ſicut eſt exiſtentia.

ARTICVLVS III.

Vtrùm detur aliqua proprietas in Deo, quæ non ſit formaliter infinita?

SVMMARIVM.

Apex controuerſiæ ex Scoto aperitur. Num. 2.
Sententia eorum, qui agunt, relationes diuinas infinitudinem vẽdicare, ſuadẽtur. Num. 4.
Perfectionem ſimpliciter in hypoſtaſibus inficiatur Aureolus, non verò infinitudinem. Num. 15.
Litera Scoti ſtatuitur, & expenditur. Num. 16.
Ex textu fundamenta ad veram ſententiam ſternuntur. Num 19.
Optima regula Scoti de verificatione enuntiationum, quæ ex terminis abſtractis conſtruuntur. Num. 21.
Quare relationibus illimitatio repugnet? diſcutitur. Num 31.
Noſtra ſententia rationibus fulcitur. Num. 40.
Oppoſitionibus ſit ſatis. Num. 59.

Punctus cõtrouerſiæ.

1 LICET Controuerſiam iſtam Scotus varijs in locis inſinuauerit, ex inſtituto tamen illam expendit quæſtio. 5 quodlibetali per totam; cuius titulus eſt. *Vtrùm relatio originis ſit formaliter infinita?* Quia tamen præſens difficultas à pluribus autoribus, præcipuè Thomiſtis, eluditur ſolis verbis, dum controuerſiam, quæ de re eſt, ad nudas voces, & nomina deferre videntur; cùm perfectionem relationum in eſſentiæ illimitationem refundunt, eam ſolùm infi-

ni-

nitudinem relationibus adſcribentes, quæ illis ex Deitatis identitate accedit, quòd prorſus in controuerſum eſt; vtq; ex diſputationis innoteſcat, præmittendus eſt illius ſenſus ex Scoto loco citato §. *Viſo de infinito ſub numer. 5. editionis Cauelli*. Vbi ſubijcit. *De hoc, quòd quæritur videamus, ſi relatio formaliter poſsit eſſe infinita? Hoc enim non eſt quærere, ſi relatio ſit eadem realiter alicui infinito, de quo non eſt dubium communiter loquendo, quia realiter eſt eadem eſſentiæ.* Et poſt pauca, effugium aliquorum occludēs; ſubdit in hæc verba.

Acuta diſſertationis exactio ex Scoto.

Scotus.

Inutile effugium occupatur.

2 *Ex hoc patet ſtatim, quòd reſponſio illa, quæ communiter datur, non eſt ad quæſtionem; vtpote dicendo, quòd relatio originis eſt infinita formaliter, quia eſſentia eſt infinita; & illa relatio eſt eſſentia. Non enim quæritur, ſi ſit per identitatem aliqua res, quæ ſit formaliter infinita; ſed quæritur, an ipſa per ſe primo modo ſit illa res, cuius modus per ſe intrinſecus ſit infinitas? Et ideo ſi ſic arguitur: diuinitas eſt infinita, paternitas eſt diuinitas; ergo paternitas eſt infinita. Patet quòd argumētū nō concludit, quia maior eſt vera de prædicatione formali; minor autem, non niſi de prædicatione per identitatem, paternitas eſt Deitas: ergo non poteſt inferri concluſio, in qua eſt prædicatio formalis. Quia non poteſt maior identitas cōcludi in concluſione extremorum, quàm ſit identitas eorum ad medium in præmiſſis; vnde ex altera de neceſſario, & altera de contingenti, non ſequitur concluſio niſi contingens, vel vnio contingens extremorum.* Hactenus Scotus.

Vt procedat quæſtio non exigitur diſtinctio formalis relationum ab eſſentia.

3 Vt autem præſens controuerſia inoffenſo pede currat, neceſſaria non eſt diſtinctio formalis relationum ab eſſentia, quam cum Scoto conſtituimus; præſtat enim ſola virtualis diſtinctio, immo, & diſcretio rationis; quæ ſuppoſita, in controuerſiam cadit, an relatio, prout concipitur aliquid addere Deitati, intelligatur perfectionem aliquam adiungere ſaltim intelligibiliter diſcretam à perfectione Deitatis? hoc ſuppoſito.

Opinio autumnis relationes diuinas infinitam perfectionem vendicare.

Eſt opinio autumnis, relationes diuinas infinitam perfectionem vendicare. Sic *Torres, ſeu Canarienſis 1. parte, quæſt. 28. art. 2. diſp. 3. parte ſecunda.* Licet hic author, qui in hac re modernis Thomiſtis eſt valde plauſibilis, ab ſcopo quæſtionis aberret, dum infinitudinem hypoſtaſum in ſolam illimitationem Deitatis, quæ communis eſt tribus perſonis, deferre videatur; quare conſequenter defendit, non eſſe aliquam perfectionem in vna perſona, quæ non ſit in alia; quod eſt proprium aſſertum, quaſi ex imo conuellere. Sententiam tamen aſſerentem, hypoſtaſes propriam infinitudinem nanciſci, ſequuntur ex modernis, Soarez *libr. 3. de Trinitat. capit. 9. & 10.* Gabriel Vazquez, *1. parte, tomo 2. diſp. 122* Iacobus Granado *in 1. part. tomo 3. diſp. 5. tractat. 3.* Licet hi omnes in expedienda difficultate de inæqualitate perfectionis perſonarum valde diſſideant.

Præcluditur.

Soarius. Vazquius Granadus.

Suadetur autem prædicta ſententia probationibus, quas pro illa format Scotus loco citato ex quodlibeto 5. §. *Circa tertium articulum, num. marg. 19* Vbi contra propriam ſententiam ſequētia ſubijcit fundamenta.

1. Ratio in oppoſitū ex Scoto.

Scotus

Primò ſic arguitur, quod non eſt comprehenſibile, niſi ab intellectu infinito, eſt formaliter infinitum; generatio illa (nempe diuina) *vt generatio, eſt formaliter incomprehenſibilis, niſi ab intellectu infinito: ergo, &c. Minor probatur, per illud Iſaiæ 53. Generationem eius quis enarrabit? Quod exponens Hieronymus Homilia 1. ſuper Matthæum de generatione aeterna filij; quòd, inquit impoſsibile Propheta dixit affatu, &c. Sed quod eſt impoſsibile affatu, eſt incōprehenſibile ab intellectu infinito.*

2. Ratio ex Scoto pro oppoſita ſententia.

4 *Præterea ſecundò arguitur ſic: omnis actio adæquata principio, & termino infinito, eſt formaliter infinita; generatio in diuinis eſt actio adæquata principio formali infinito, & termino infinito: quia principium eſt eſſentia, vel memoria infinita; & primus terminus eſt filius, qui eſt infinitus: terminus etiā formalis eſt eſſentia communicata, ſiue notitia declaratiua, quorum vtrumque eſt infinitum. Et patet quòd iſta actio eſt verique adæquata; quia non poteſt eſſe, niſi vnica huius principij ad hūc terminum.*

Ratio 3. ex Scoto.

5 *Præterea tertiò: ratio ſubſiſtendi eſt ratio perfectiſsimè eſſendi; relatio originis primæ perſonæ eſt ratio ſubſiſtendi: ergo eſt ratio perfectiſsimè eſſendi. Et per conſequens infinita: quia eſſe in diuinis eſt formaliter infinitum.*

Quarta ratio ex textu Scoti.

6 *Præterea quartò: intellectus diuinus eſt formaliter infinitus, alioquin non comprehenderet infinitam eſſentiam diuinam; de qua tactum eſt queſt. 1. art. 1. Quòd intellectus, vt intellectus, eam comprehendit: non eſt autem infinitus, niſi quia eſt idem eſſentiæ diuinæ, quæ eſt primò infinita. Sed paternitas eſt eadem illi; ergo paternitas propter eãdem rationem eſt formaliter infinita.*

5. Ratio ex Vazq. quòd relationes diuinæ ſint meliores ipſa quã non ipſa.

7 Deinde arguit Vazquez, & in ordine eſt quinta oppoſitio contra noſtram ſententiam: perfectio ſimpliciter ſimplex eſt illa, quæ eſt melior ipſa, quàm non ipſa; vt infra ex Damaſceno magis conſtabit. Sed relationes diuinæ ſunt meliores Deitati, quàm non ipſæ; melius eſt enim eſſe Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, quàm non eſſe. Adde: quòd id, quod alicui melius eſt, ita & perfectius eſt; ſicut enim bonum, & perfectum conuertuntur, ita melius, & perfectius: cùm autem relationes ſint perfectiuæ, & quaſi bonificatiuæ Dei in perſonali eſſe; fit, vt perfectiones ſimpliciter ipſius Deitatis aſtruẽdæ ſint.

6. Oppoſitio contra Scotũ ad hominẽ apud Vazquil. Ex infinitudine attributorũ data diſtinctione ex natura rei.

8 Præterea ſextò ad hominem arguit Vazquez contra Scotum: quia ideo Scotus inficiatur infinitudinem in relationibus diuinis; quia implicaret paternitatem infinitam eſſe, & illimitationem filiationis non ambire: eò quòd de ratione infiniti ſit illimitatio in toto gradu eſſendi; ac proinde de ratione infinitæ relationis, illimitatio in toto eſſe relatiuo. Sed hæc ratio, ait Vazquez, *loco citato cap. 2. numer. marg. 3* Infringitur ab eiuſdem Scoti doctrina, apud quem attributa infinitudinem imbibunt in tali eſſe attributali, cum diſcretione ex natura rei; ſapientia enim, apud Scotum, eſt infinita in ratione ſapientiæ, eſto quòd ex natura rei diſcreta ſit à iuſtitia, nec tranſcendat iuſtitiam ex natura rei. Ergo à fortiori, in formis, quæ propter relatam oppoſitionem, in idem ſuppoſitum non coeunt; ſtare poterit infinitudo paternitatis in tali eſſe perſonali, eſto quòd illimitationem filiationis non ambiat.

Arguitur 7 ex cõtradictoria oppoſitione entis perfecti, & imperfecti.

9 Septimò arguitur: quia perfectum, & imperfectum, contradictoriè opponuntur; cùm perfectum ſit, id, cui nihil deeſt; imperfectum verò, cui aliquid deeſt. Sed pronuntiari nequit, relationibus diuinis aliquid deeſſe, quod illarum naturæ debitum, aut congruum ſit: ſunt ergo omnino perfectæ in tali eſſe relato; ac proinde illimitatæ, cùm contracta, & finita actualitas diuinis obſtet proprietatibus. Quam probationem Vazquez promouere poſſumus, ex his quæ in controuerſia præcedenti de bonitate Dei conſtituimus; bonum ſcilicet in tota ſua latitudine, de Scoti mente, nil aliud eſſe, quàm integrum eſſentialiter, quodque exprimit negationem quidditatiuæ diminutionis; ſed ab hypoſtaſibus diuinis prorſus releganda eſt quælibet diminutio rationis eſſentialis quæ ad formam, vel quaſi formam eſſe perſonalis attinere queat: igitur relationes diuinæ ſunt eſſentialiter integræ, atque adeò bonæ. Atqui nequeunt limitatam quantitatem virtutis, ſeu finitam bonitatem nanciſci; ergo illimitatam, & infinitam.

8. Agitur ex Suarioquatenus hypoſtaſes diuinæ præferant appetibilitatẽ illimitatã.

10 Octauò arguit Soarez: quia indubitatum eſt, fœcunditatem Dei, & communicabilitatem eius in pluribus ſuppoſitis, eſſe perfectiſsimam; at, ſi ſuppoſita, vt ſuppoſita ſunt reduplicatiuè, perfecta non eſſent, nec conueniens eſſet naturæ excellentiſsimæ illis communicari, nec Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, vt ſupponunt pro forma conſtituẽte in ſuo eſſe perſonali, amabiles eſſent. Quòd valde abſurdum videtur, cùm perſonæ, ſub ita conſtitutione ſuppoſitali, excellentiſsimam referant pulchritudinem, & amabilitatem; quod vel ex eo perſpicuum eſt; quia ſi perſonalitas filij in natura aduentitia, qualis eſt humana, cui hypoſtaticè coniungitur, eſt maximum bonum illius humanitatis, obiectumque infinitè diligibile, prout terminat humanitatis dependentiam, terminat autem præciſè ſecundùm eſſe relatum; à fortiori in propria natura, quæ eſt Deitas, infinitam bonitatem, & pulchritudinem ſibi aſciſcet.

Occluditur fuga.

Nec præſtat dicere; non eſſe debitam hypoſtaſibus infinitam diligibilitatem, ac perfectionem; ac proinde nõ eſſe perfectionis in relationibus purã negationem, non autem priuationem, importare. Quia ſumma imperfectio eſt in aliqua natura, quòd talis conditionis exiſtat, vt ei perfectio aliqua debita nõ ſit.

9 Oppoſitio ex quãritate virtutis relationum creatarum

11 Arguitur nonò: quia prædicatum commune Deo, & creaturis, ſi in rebus creatis referat limitatam perfectionem

nem, in diuinis sibi vendicabit illimitatam; vt constat de sapientia, quæ quia in creatis est perfectio, ad Deum translata cum vnitate obiectiuæ rationis illimitatam importat perfectionem. Sed relationes diuinæ, & relationes creatæ trahuntur ad vnitatem rationis obiectiuæ intelligibiliter præcisæ; nec enim assignabilis est ratio, cur sapientia diuina & creata, colligantur ad vnitatem conceptus, quod sæpe fatetur Scotus, non autem paternitas creata, & increata? igitur, cū relationes creatæ bonitatē, & quantitatem virtutis sibi vendicēt, à fortiori relationes diuinæ.

Cōfirmatur

Præterea: relatio creata est participatio quædam relationis diuinæ; quia à paternitate diuina nominatur omnis paternitas in cœlo, & in terra, vt constat ex Paulo ad Ephesios. 3. sicut enim sapientia creata est imitatio sapientiæ increatæ, ita paternitas creata paternitatis diuinæ; sed relationes creatæ exprimunt perfectionem; igitur, & diuinæ.

Arguitur ex relationibus diuinis nō hypostaticis iuxta doctrinam Scoti

12 Decima oppositio est: quia apud Scotum relationes identitatis, æqualitatis, & similitudinis inter suppositadiuina, non sunt respectus rationis, sed reales; quō dato ex Scoti principijs inferri videtur, prædictas relationes infinitam illimitationem vendicare. Quia ideo infinitudo relationibus originis denegatur ab Scoto; quia oppositionem, & incommunicabilitatem præseferunt, & illimitationi infiniti entis obstare videatur incommunicabilitas, & incompossibilitas cum alia perfectione relatiua. Atqui relationes reales identitatis, æqualitatis, & similitudinis, non referunt incommunicabilitatem, quæ illarum infinitudini obstet; cùm non sint suppositales, & hypostaticæ formæ, quæ tantùm in diuinis important incommunicabilitatem ad alterum: ergo istæ habitudines sunt formaliter illimitatæ. Sed relationes personales, & originis non sunt minus quantæ, & perfectæ, quàm habitudines illæ æqualitatis, & similitudinis; tum quia communior opinio asstruit, tantùm esse entia rationis: tum vel maximè, quia relationes personales exhibent effectum per se subsistendi, suntque suppositales formæ; aliæ verò habitudines similitudinis, &c. apprehenduntur ad instar formæ aduētitiæ, quæ suppositum in toto suo esse cōpletum præmittit, & ad alterum extremum ordinat.

Vltima ratio impetit Scoti doctrinā ad hominem.

13. Vltimò tandem efficaciùs arguitur ex Scoto in 1. *sent. dist.* 8. *q.* 4. §. *Ad argumentum principale.* Qui ideo compositionem vitat, inter Deitatem, & attributa, suppositā discretione ex natura rei; quia proprietates diuinæ non identificantur merè materialiter, seu in tertio identicæ coniunctionis, sicut gradus animalitatis, & rationalitatis in homine: sed sicut ex sua ratione formaliter effert quodcumque attributum, quòd illimitatum sit, ita, & à quidditatiua sua ratione importat, vt alterum ambiat attributum per realem identitatem: quā obrem vi suæ quidditatiuæ rationis præfert, vt in carentia, & indigentia alterius attributalis perfectionis esse non possit. Vnde, cum Scotus asseruisset, eō conceptum animalitatis esse potentialem respectu rationalitatis, quò animalitas, & rationalitas, identicam coniunctionem non adeant, vi suæ quidditatiuæ rationis, sed propter tertium eiusdem physicæ compositionis, in quod materialiter coincidunt; statim subijcit. *Oppositum est in Deo, quia abstrahendo sapientiam a quocumque, quod est extra rationem sapientiæ, remanet vtraque quidditas formaliter infinita; non enim hæc erāt eadem præcisè propter identitatem eorum ad tertiū, à quo abstrahūtur, sed propter infinitatem formalem vtriusque.* Scotus.

Ex quibus contra Scotum talis argumentatio producitur; rationes illæ, quæ à sua quidditate, non habent, vt identificentur realiter; non excludunt indigentiam, & potentialitatem ad alterum conceptum, qui actuet, & contrahat incompletionem, & indigentiam illam; ergo, si relationes diuinæ infinitæ non essent, quando in idem suppositum coeunt, vt paternitas, & actiua spiratio, per suam quidditatē, identicā coniūctionē non adirent; sed tantùm materialiter ratione tertij; nimirum Deitatis in quā materialiter cōueniunt. Ergo cū pater sit substratum, vel quasi substratum spirationis actiuæ; fieret, vt pater, qualis est formaliter, seu prout supponit pro forma hypostatica constituente illum in esse personali, ex se non haberet formaliter, vnde spirationem actiuam sibi realiter identificare posset: cùm neutra relatio sit infinita, & apud Sco-

Si paternitas spiratio actiua imbiberet illimitationē & daretur cōpositio in diuinis.

tum

tum à sola infinitudine accipiatur identica coniunctio in proprietatibus diuinis. Igitur paternitas, & spiratio actiua, tantùm identificarentur propter illimitationem sui materialis, & subsstrati, nimirum Deitatis; atque adeo hærendo in principijs Scoti, paternitas esset conceptus potentialis, & componibilis ante intellectum cũ spiratione actiua.

Insistitur positioni ex Scoti principijs

14 Adde; quòd nec Scotus inficiari videtur, paternitatem, & spirationem actiuam non identificari, nisi propter tertium Deitatis, in quod conueniunt; quia in doctrina Scoti, hæc propositio est falsa; paternitas est spiratio actiua, ex defectu infinitudinis in vtroque extremo: & hæc propositio est vera, iustitia est misericordia; sic Scotus loco citato in hæc verba.

Scotus

Et ex quo infinitas est ratio identitatis eorum, facta tali abstractione præcisissima, remanet ratio identitatis extremorum; non enim hæc erant eadem præcisè propter identitatem eorum ad tertium, à quo abstrahuntur; sed propter infinitatem formalem vtriusque. Et quòd ista sit ratio prædicationis per identitatem, signum est ex hoc, quòd non conceditur ista, paternitas in diuinis est spiratio actiua, nec vt vera formaliter, nec vt vera per identitatem: nec paternitas est innascibilitas, & è conuerso. Et ratio videtur, quia abstrahendo paternitatem, & innascibilitatem, ab essentia, siue à supposito, neutrum est formaliter infinitum, & ideo neutrum in sua ratione sic abstractum, includit rationem identitatis eius ad alterum; & ideo neutrum sic abstractum de altero verè prædicatur.

Altera opinio Aureoli; astruentis, quòd ratio obiectiua relationis exprimat infinitudinem; non verò perfectionem.

Secunda sententia Aureoli, quod relationes nõ dicãt perfectionem.

15 Secunda opinandi ratio in hac re, est Aureoli, *in 1. sent. dist. 19. ar. 3. §. Propterea dicendum.* Vbi asserit, relationes diuinas, quæ sunt proprietates personales, propriam perfectionem simpliciter non importare; & probat.

Quia, si proprietates relatiuæ perfectionem dicerent, nulla persona esset simpliciter perfecta, cum quælibet careat aliqua proprietate; non est autem simpliciter perfectum, cui deficit aliquid de perfectione cuiuslibet generis, vt Philosophus, & Commentator dicunt, 5. Metaph. Sed omnino est absonum, quin quælibet persona sit perfecta simpliciter; ergo proprietates personales nullam perfectionem simpliciter important.

Licet Aureolus neget perfectionẽ in relationibus diuinis asserit tamẽ illarũ infinitudinem

Deinde; in eodem articulo. §. *Nec valent motiua primæ opinionis.* Concedit; proprietates personales propriam infinitudinem nanciscì; obseruat tamẽ. *Quòd propter hoc absolutè concedi nõ potest, quòd tres personæ sint tria infinita simpliciter, sed sicut cũ additione; quòd sunt tres infinitæ personalitates; vel quod verbum diuinũ est infinitum verbũ; & spiritus est infinitum donum; & pater est infinitus dicens.*

Qualiter sibi in hac re constet Aureolus

Cũ verò sibi obiecisset Aureolus cõtradictionẽ, quæ est ipsius assertis sequi videbatur; quòd nimirum relationes infinitæ essent, & perfectiones simpliciter nõ essent; respõdet. *Quòd non est idem infinitum formaliter, & perfectum simpliciter; si enim tota quidditas albedinis poneretur subsistens, non propter hoc esset perfectio simpliciter; & tamen esset formaliter infinita* Ex quibus Aureoli pronuntiatis mentem eius haud difficile erit expedire.

Referuntur sententia Aureoli.

Quæ, ni fallor, hæc est, vt perfectionem simpliciter simplicem hypostasibus deneget; in quo sensu autumauit, proprietates personales propriã perfectionem simpliciter non præseferre. nec ta-

men perfectionem in tali genere essendi, nimirum entis relati in diuinis hypostasibus inficiatus est, ex hypothesi, quòd tales proprietates formaliter infinitas assecuerauit. Quod & aperit exemplum de albedine creabili, quæ infinita foret, non tamē perfectio simpliciter simplex aliàs enim daretur formaliter in Deo, quod est absurdum.

Aureoli placitū nō diffidet ab opinatione eorū qui asseuerā, relationes, esse infinitas in tali genere.

Quare Aureoli sententia, si rectè expendatur, alia non est, ab eo neotericorum sensu, qui hypostases esse perfectiones simpliciter simplices negant: quas tamen in tali genere infinitas pronuntiāt; de quorum numero est Franc. Soarez loco citato, & alij neoterici communiter, asseuerantes, paternitatem, verbi gratia, esse illimitatā in tali conceptu relato, non verò absolutè, & simpliciter.

Elucidatur difficile pronunciatum. Aureoli

Cæterū circa verba Aureoli expendēdū restat, quid sibi velit dum pronuntiat; quòd *si tota quidditas albedinis poneretur subsistens, non esset perfectio simpliciter simplex, & tamen esset formaliter infinitas*; subobscurè enim loquitur, nec aperit quid sub tota quidditate albedinis intelligēdum veniat. Æstimo tamē, quod & certū in loco, vt liquet ex mente, & sensu illius Doctoris; quòd per totam eā quidditatem albedinis, quā, si existeret, appellauit infinitam, intellexit totam eam intensionem formæ, quam sustinere queat albedo de absoluta Dei potentia: hic enim recipit Aureolus sententiam, autumantem, esse possibile infinitum secundùm intensionem.

At verò; licet infinitudinem in tali genere intensionis deferat albedini, de absoluta Dei potentia; improbat tamen perfectionem simpliciter talis formę; eò quòd, licet tali supposito, vt contracto ad talem speciem, niuis, verbi gratia, sit melior albedo, quàm nigredo, sed non supposito secundùm formalem, & præcisam rationem suppositi; aliàs enim corruo, qui est suppositum, esset melior albedo, quàm nigredo.

Aperit Scotus ex Anselmo cōceptum perfectionis simpliciter simplicis.

16 SEd, vt Scoti mentem ex eius principijs eruamus; libet pronūtiata aliquot *ex q. 5. quodlibetali*, vbi in proprijs terminis rē expēdit, præmittere. Et primò cum Scoto. §. *Secunda ratio principalis sub n. mar.* 13 Exaranda est ipsamet ratio perfectionis simpliciter simplicis; vt inuestigari queat, vtrū illimitata perfectio relationibus insit? docet ergo Scotus.

Quæ sit perfectio simpliciter simplex?

Secundùm quod colligitur ex intētione Anselmi, monologij 15. perfectio simpliciter est, quæ in quolibet habente ipsā melius est ipsam habere, quā non ipsam habere. Hæc autem regula indiget duplici expositione: non enim intelligitur sic, melius est ipsum, quā sua negatio contradictoriè opposita: quia sic quodlibet positiuum esset perfectio simpliciter, quia quodlibet positiuum est simpliciter melius sua negatione contradictoriè opposita: sed intelligitur ibi, non ipsum, pro quocunq; sibi incompossibili, etiā positiuè; vt sit sensus, perfectio simpliciter est in quolibet melior quocūq; sibi incompossibili. Secūdò intelligitur, in quocūq; non pro quacūque natura, sed pro quocūq; supposito; non intelligendo, vt est talis naturæ, vel talis, sed absolutè accepto, vt est tale suppositum, præscindendo rationem naturæ cuius est suppositum. Hoc patet: quia aurum sic consideratum, vt habet naturā auri, vel supposito cōsiderato, vt subsistit in natura auri, non est melius nō aurū, quā aurum; quia incompossibile, vt incōpossibile, nō est alicui melius, destruit enim entitatē ipsius: immo melius sic est auro esse aurū, quàm quodcunq; incompossibile naturæ auri.

Scotus

Melius ipsum quā nō ipsum accipi nō debet contradictorie.

Melius ipsum quā nō ipsū cōparari debet ad suppositū secundū præcisam rationē suppositi.

17 *Est ergo intellectus propositionis iste, perfectio simpliciter est talis, quæ in quocunque supposito, absolutè cōsiderato secundùm rationem suppositi, non determinando naturam, in qua, vel cuius sit suppositum; melius est ipsum, quàm non ipsum: hoc est, quàm quodcunque incompossibile sibi.*

Corollariū ex præmissis

18 *Ex hoc sequitur propositū; quòd nulla perfectio simpliciter, sit formaliter incommunicabilis. Probatio consequentiæ; quia quod est formaliter incommunicabile, est formaliter incompossibile cuilibet alteri; considerando etiam illud sub ratione suppositi, nō includendo naturam, cuius est illud. Probatur: quia quod repugnat alicui, eū, vt sibi repugnat*

Scotus.

nas, destruat ipsum; vt sic, non est melius ipsum, quã non tale; quod autem est de se incommunicabile, repugnat cuilibet, etiã sub ratione suppositi. Ergo nõ est melius illi, etiã vt consideratur sub ratione suppositi, quã non ipsum. Habemus ergo istã maiorẽ, quòd nulla perfectio simpliciter est formaliter incõmunicabilis. Quæ litera ita aperta est, vt elucidatione nõ egeat.

Similarius Anselmi, & Scoti.

19 Quò fit, vt de mente Anselmi quã acutissimè enucleauit Scotus, optimè interatur, quamcunque perfectionẽ simpliciter esse omnino compossibilem in eodem supposito apprehenso sub ratione formali suppositi, cũ qualibet altera perfectione simpliciter; adeò vt illa perfectio simpliciter asserenda non sit, quæ pugnet cũ alia perfectione simpliciter in eodem supposito sub præcisa ratione suppositi. Si enim perfectiones simpliciter, incompossibiles essent; fieret vtea dem formalitas esset perfectior, & imperfectior alia, sub eodem conceptu perfectionis simpliciter, quod esset in dictis implicare. Si enim iustitia, & misericordia, quæ sunt perfectiones simpliciter, in supposito patris incõpossibiles essẽt; sequeretur, quod iustitia, quã est perfectio simpliciter, esset melior ipsa, quã non ipsa; ac proinde melior misericordia, quæ illi incompossibilis foret. Quòd idẽ esset verum de misericordia ad iustitiam relata; atq; adeo fieret, vt ab eodem cõceptu perfectionis simpliciter peteretur, quòd eadem forma, aut quasi forma, esset perfectior, & imperfectior alia sibi incompossibili, quòd est implicatorium. Quare cũ paternitas sit incompossibilis filio, etiam sub ratione suppositi, cũ filiatio sit forma suppositalis, & hypostatica filij, cui suppositalitati opponitur relatiuè paternitas; ex dictis concluditur, paternitatem non esse perfectionem simpliciter simplicem; quia alijs esset melior, & non melior, perfectior, & imperfectior filiatione sibi incompossibili.

Conuellitur cõmentũ opinatiũ Scoti assentisse, quòd persona cõstituatur per proprietates absolutas

Deinde ex textu Scoti *sub nn.* 18. patet perspicuè illorum impostura, qui autumarũt, Scotum cẽsuisse cũ Ioan. de Ripa personas diuinas constitui in esse personali per proprietates absolutas, & nõ per relationes; quia cũ esse suppositale vel personale sit incõmunicabile alteri supposito, & apud Scotũ, ibid. *Nulla perfectio simpliciter, sit formaliter incõmunicabilis*: fieret, vt etiam apud Scotũ daretur aliqua proprietas absoluta, quæ perfectionem, & illimitationem nõ vẽdicaret, cõtra expressissima Scoti pronunciata, in citata *q.* 5. quodlibetali per totam, & liquet ex litera à nobis infra trãscripta *à n.* 25. *vsque ad* 29. *& à n.* 31. *vsque ad* 33. *& etiam sub n.* 37. Vbi relationem diuinam vocat relationem personalem, eò quòd sit cõstitutiua personæ.

Præmissorũ amplior illustratio.

Præterea; quòd si personæ diuinæ nõ constituerentur in esse suppositali per relationes formaliter, sed per proprietates hypostaticas, quæ esset absolutæ; sequeretur, quòd quælibet relatio nõ esset incompossibilis cuicunq; personæ secundùm formalem rationem suppositi. Si enim relatio non attineat ad constitutionem personæ, vt suppositum & persona est, corrueret Scoti probatio agens; ideo paternitatem non esse perfectionem simpliciter simplicem, quia non sit melior filio secundùm formalem rationẽ suppositi, eoquod sit forma oppositæ filiationi. Si verò filiatio, vt filiatio, non esset constitutiua filij in ratione suppositi, non repugnaret filio paternitas secundùm formalem, & præcisam rationem suppositi, & personæ; licet opponeretur filio, non vt personæ, sed vt relato ad patrẽ, ob relatiuã oppositionẽ.

Perspicuum Scoti testimonij probypostasibus relatiuis.

Verũ; expressam Scoti mẽtẽ de cõstitutione Patris in ratione talis personæ per relationẽ paternitatis; accipe ex *q.* 4 *quodl.* §. *de primo accipio hãc propositionem n.* mar. 3. editionis Hugon. Cauelli. Vbi habet ita. *Præterea; si specialiter repugnaret primæ personæ cõstitui per relationẽ originis, nõ esset propter aliquid cõmune sibi & alijs; quia ex hypothesi nõ repugnat alijs; ergo propter aliquid, quod est speciale primæ personæ. Sed hoc est falsũ; quia nihil est sibi speciale nisi prioritas originis secũdũ quã qualibet persona est ab ipsa, & ipsa à nulla; sed propter hãc prioritatẽ nõ repugnat sibi constitui per relationẽ ad secũdã personã; quia hoc nõ esset nisi propter simultatẽ, quã requirit relatio inter duo extrema, quæ simultas videtur repugnare illi prioritati in hac persona. Sed hoc nõ est verũ; probo. Quãdo sunt aliqui ordines alterius rationis, quorũ vnus nõ includit alterũ, nõ præexigit, nec coexigit necessariò illũ, potest esse sine illo, imo cũ simultate oppositæ illi ordini.* Et paulò infra subdit Scotus: *possũt aliqua esse simul simultate correlatiuorum, quæ est simultas essentialis, & tamen esse ordo originis inter ea.*

Scotus

Vbi non ſolum perſpicuè teſtatur Scotus conſtitutionem perſonarum per relationes ſub expreſſo conceptu relationum; ſed etiam referat, qualiter prioritas originis non obſtet ſimultati relatiuorum, imo eam imbibate eſſentialiter. Ex quo pronunciato infertur, cognitionem abſolutam, & intuitiuam totius Trinitatis perſonarum anteire generationem verbi, & ſpirationem Spiritus Sancti; quod ex recentibus Scoti aſſeclis tutatur Theodorus Smiſingius, *tomo 2. de Deo Trino, diſp. 3. q. 5. num. margin. 273. de quo nos infra in cont. 9. de Viſione Dei, diſt. 3. ſubdiſt. 2. art. 2. à nu. 22. vſque ad 25.*

Theodorus Smiſingius

Oppoſitio cõtra diffinitionẽ perfectionis ſimpliciter ſimplicis

20 Sed obijcies; quòd ſi hæc diffinitio perfectionis ſimpliciter ſimplicis adæquatè rem exprimeret; ſequeretur; quòd ſcientia viſionis Dei, ac decreta libera illius, perfectiones ſimpliciter ſimplices non forent, eo quòd Deitati non ſint formæ meliores ipſæ, quàm non ipſæ; cùm ſint affectiones non neceſſariæ Dei, vt potequæ ita Deo inſint, vt illi non ineſſe, potuerint.

Diluitur, in actibus liberis ſcientiæ, & voluntatis Dei

Reſpondetur; quòd ſcientia, & voluntas libera Dei, licet non ſint perfectiones ſimpliciter ſimplices, quà terminationem adeunt contingentẽ; quæ Deo ineſſe, & abeſſe queat; ſunt tamẽ perfectiones ſimpliciter, quà Deo neceſſariò inſunt; nimirum quoad eſſe vitale, & intrinſecum apprehenſionis, & impulſus. Sed de his latiùs in controuerſia de immutabilitate Dei.

Optima Scoti regula de veritate enuntiationum, quæ ex terminis abſtractis abſolutis conſtruuntur in diuinis; & quare falſificentur enuntiationes conſtitutæ ex terminis relatiuis?

Subtilis theologia Scoti de veritate enuntiationũ ex terminis abſtractis in diuinis

21 DEinde; obſeruandum ex Scoto *loco citato ex quod libeto 5. §. Tertiò arguitur ex incompoſsibilitate ſic ſub n. mar. 15.* Hanc eſſe rationem infiniti formaliter ſecundùm eſſentiam; vt omnem perfectionem in eodem ſuppoſito, eo nexu intimæ identitatis ſibi vẽdicet, ſalua nõ tranſcendentia eſſentiali formalitatum, quæ identificantur realiter; vt nec per quamcunq; præciſionem tolli, aut intelligibiliter remoueri queat identitas ea, quæ neceſſaria ſit ad verificãdam propoſitionem ex terminis abſtractis cointegratam: quare omnis prædicatio infiniti formaliter de alio, etiã in abſtracto, eſt formaliter vera. Sic igitur habet Scot.

Natura

Maior probatur inductiue; & ratione. Inductiuè ſic: nihil eſt in diuinis, quod nõ ſit idem eſſentiæ diuinæ, immo etiã & cuilibet eſſentiali; ita quòd conſiderãdo vtrumq; in abſtracto ſimpliciter, verũ eſt hoc eſt hoc. De eſſentia ergo, & de eſſentialibus, de quibus communiter apparet, quòd quodlibet ſit infinitũ formaliter: patet maior, quòd quodlibet eorũ eſt idem cuilibet ſibi cõpoſsibili in eodẽ ſuppoſito.

Infinitũ eſſe eſt etiam eſt incõmunicabile alicui ſubſtrato

22 *Probatur etiã eadem maior ratione ſic: quia infinitũ non ſolũ non eſt compoſitũ, ſed etiã omnino incomponibile alteri; omne enim componibile poteſt eſſe pars, & perconſequens excedi, quia totũ eſt maius ſua parte. Infinitũ autem nullo modo poteſt excedi; ergo eſt omnino ſimplex, & incompoſitum, & incomponibile* (loquitur Scotus de infinito ſecundùm eſſentiam, ſcilicet de Deo, & de eius perfectionibus attributalibus) *ſi autem aliquid compoſsibile ſibi in eodem ſuppoſito, non eſſet omnino idem ſibi; tunc ipſũ non eſſet omnino incomponibile: quia tũc ibi eſſet aliqua compoſitio, ſaltim aliquo modo actus & potentia. Habemus ergo primã partem maioris; ſcilicet quòd infinitum eſt idem realiter ei, quod eſt ſibi cõpoſsibile in eodem ſuppoſito.*

Aſſeritur veritas enuntiationũ in abſtracto ex terminis abſolutis

23 *Secunda pars maioris, quòd ſcilicet ſit vera prædicatio in abſtracto; probatur. Quia cũ prædicatio affirmatiua ſit vera ratione identitatis; omnis illa erit vera abſtracti de abſtracto, vbi per abſtractionem non tollitur ratio identitatis: vbi autẽ per abſtractionem tollitur ratio identitatis, non eſt vera. Exemplum: hæc eſt vera albedo eſt color, quia licet extrema ſint abſtracta, non tamen ſit abſtractio, niſi à ſubiecto alterius naturæ, & illud ſubiectum non fuit practica ratio identitatis eorum extremorum. Manet ergo ratio identitatis naturæ ad naturam illo ſubiecto excluſo; albedo autem & muſica non habent identitatem, niſi per accidens ratione ſubiecti:*

Cur hæc enuntiatio sit vera album est musicum Scotus

licet ergo hæc sit vera, album est musicum, pro quanto idem subiectum denominatur ab vtroque accidente; tamen abstractione facta ab illo subiecto, quod fuit ratio identitatis eorum, hæc est falsa, albedo est musica. Patet ergo, quòd prædicatio in abstracto, vera est, quando extremorũ talis identitas, quod per abstractionem nõ tollitur ratio idẽ titatis eorum.

Etiã est vera enuntiatio ex terminis in abstracto si alterũ extremum sit infinitum.

24 Modo quando vnum extremum est infinitum, per abstractionem à supposito non tollitur ratio identitatis ad ipsam; & hoc cuiuscunque compossibilis sibi in eodem supposito; & ideo propter infinitatem, vt iam argutum est, non potest esse compossibilis in eodem supposito, nisi vera, & perfecta identitate reali. Ergo abstractione facta à supposito, quandiu manet ratio extremi infiniti formaliter; semper in quacunque abstractione manet ratio idẽ titatis extremi ad extremum: & per consequens vera prædicatio in abstracto, hoc est hoc.

Corollariũ ex præmissis.

25 Ex ista ratione patet generaliter, quòd quædam prædicationes in diuinis sunt veræ, non solũ in concreto, sed etiã in abstracto, quæ nõ sunt oppositi de opposito; quædã veræ in concreto, licet non in abstracto quia non loquimur de illis, quæ neutro modo sunt veræ, vbi scilicet extrema sunt opposita, quia nec pater est filius, nec paternitas est filiatio. Vbi autem extrema non sunt opposita, sed compossibilia in eodem supposito, ibi semper adminus est prædicatio vera in concreto, sicut pater est spirans pater est ingenitus; non autem in abstracto, sicut paternitas est spiratio; & tamen hæc est vera, Deitas est paternitas Deitas est spiratio. Hoc non est, nisi quia diuinitas est formaliter infinita, nõ autem paternitas, nec spiratio; & ideo abstrahendo à supposito Deitatem, cùm semper maneat in ipsa ratio infinitatis: semper manet ratio identitatis simpliciter ad paternitatem, & spirationem: & ideo manet ratio veritatis affirmatiuæ prædicationis in abstracto.

Hæc est falsa enuntiatio paternitas est spiratio affirma, & quare?

26. Sed paternitatem, quæ non est formaliter infinita, abstrahendo à supposito; non manet ratio identitatis eius ad spirationem actiuam, quæ etiam non est infinita: quia neutrum extremũ secundùm propriam rationem sui habet infinitatem. Et ideo licet hæc sit vera, pater spirat, quia eidem supposito conuenit vtrumq; tamen abstractione ab illo supposito facta, quia neutrũ eorum est infinitum, non est vera prædicatio in abstracto, paternitas est spiratio.

27. Per oppositum; consimilis ratio est, quandocunque aliquod essentiale prædicatur de aliquo essentiali; vel personale de essentiali, vel essentiale de personali: vt potè hæc est vera, sapientia est paternitas, sapientia est spiratio, & è conuerso; quia abstrahendo à supposito, adhuc manet alterum extremum infinitum, scilicet sapientia: & ideo remanet adhuc ratio identitatis extremi ad extremum, facta tali abstractione; & per consequens ratio veritatis in prædicatione affirmatiua.

S. Scotus sectarijs tradens vniuersalem regulã veritatis enuntiationũ in diuinis

Hactenus Scotus; vbi non solùm vniuersalem, & appositissimam exhibet regulam veritatis enuntiationum, quæ ex terminis absolutis abstractis constituuntur, in diuinis; sed etiam contendit, eò relationes infinitas non esse, quòd ad inuicem in abstracto prædicari nequeant, ex sola infinitudinis negatione. Quia tamen prauidit Scotus, ab aliquibus negari, causam falsitatis enuntiationum, quæ ex terminis abstractis relatis construuntur, petendam esse à sola negatione infinitudinis; statim subijcit. §. *Circa tamen, sub nu. marg.* 18. In hæc verba.

Scotus obiectio.

28 *Circa tamen maiorem istam, quare prædicatio aliqua in abstracto in diuinis negatur; ab aliquibus dicitur, quòd licet paternitas, & spiratio, sint idem realiter, tamen differũt ratione: & hoc sufficit ad impediendũ talem prædicationem. Quando autem probatur, quòd talis differentia non sufficit; quoniam ista est vera, sapientia est bonitas. Respondetur; quòd sicut attributum potentiæ non est attributum sapientiæ; sic nec in proposito.*

Refellitur: Dicto discretio rationis exprimitur per complexionẽ sufficit numerus, vel pluralitas rationis ad falsificãdã enuntiationem

29 *Sed hoc nũ videtur probabile: quia attributũ, vt attributũ, dicit intentionẽ secũdã, vel relationem aliquã rationis circa illud, de quo dicitur; vnde etiã numeratur, & verũ est dicere, quòd bonitas, & sapientia, sunt duo attributa: ergo secundũ illud, secundùm quod est numeratio, non est verum dicere, hoc est hoc: quia illud est rationis. Sed non propter hoc negatur ista, sapientia est bonitas; vbi non includitur illud rationis quod numeratur in eis. Ergo à simili nõ*

Scotus.

includendo, niſi illud, quod rei eſt; ſi ommno idem eſſet in re paternitas, & ſpiratio, eſſet hæc vera, paternitas eſt ſpiratio: licet non iſta, notio, vel proprietas paternitatis, eſt notio, vel proprietas ſpirationis. Quæcunque enim ſunt eadem re ſimpliciter in Deo, ipſa ſignificata, etiam in abſtracto, & in nominibus prima impoſitionis, ſiue ſignificantibus rem prima intentionis, prædicantur de ſe inuicem in abſtracto; licet non in nominibus ſecundæ impoſitionis, ſiue accepta ſecundùm aliqua nomina ſecundæ intentionis. Sicut patet in creaturis; vnde licet iſta ſit vera, Sortes eſt homo, non tamen ratio Sortis, quæ eſt ſingularitas, eſt ratio hominis, quæ eſt vniuerſalitas.

Cõmentarius textus præcedentis.

30 Hucvſque Doctor, cuius mens ea eſt; quòd cùm propoſitio affirmatiua vt vera ſit, debeat rationem identitatis extremorum importare, non verò rationem diſtinctionis; proinde fit, vt quoties prædicationes attributorum nomina ſecundæ intentionis, & diſcretionem rationis referunt, vt patet in iſta prædicatione; *attributum ſapientiæ eſt attributum bonitatis* (vbi attributum, eſt nomen ſecundæ intentionis, diſtinctionem rationis præferens ab alio attributo, vt attributum dicitur, ſeu inquantum ſecundam intentionem induit, & pluralitatem, & numerum conſtituit attributorum) propoſitiones falſæ ſint. Secùs verò, ſi attributa prædicentur, non ſecundùm quòd numerum, & pluralitatem rationis induunt; ſed ſecundù identitatẽ, quam à parte rei præferunt, *vt ſapientia eſt bonitas*: tunc enim prædicatio veriſſima eſt ratione infinitæ identitatis, quæ per copulam complexionis importatur. Quare, ſi hæc prædicatio, *paternitas eſt ſpiratio*, præciſis terminis ſecundæ intentionis, falſificatur; optimè deducitur, non eſſe in aliquo horum extremorum infinitudinem, ſiue rationem identificandi, quæ per copulam exprimi queat.

Cur relationibus obſtet illimitatio? Ex Scoto expenditur; & quid apud ipſum ſonet ens quantum, & non quantum?

31 Reſtat diſquirere, quare finitas, & infinitas, diuinis relationibus, non congruant? Quod reſeruauit Scotus eodẽ quodlibeto 5. §. *Ad argumentum principale, ſub num. margi.* 26. Vbi docet.

Ad argumentum principale, ſicut declaratum eſt in 1. art. infinitas in entitate dicit totalitatem in entitate; & per oppoſitum ſuo modo, finitas dicit partialitatem entitatis: omne enim finitum, vt tale, minus eſt infinito, vt tali. Ita dico hoc; nullum creatum eſt pars Dei, cum Deus ſit ſimpliciſſimus; ſed omne finitum, cùm ſit minus illa entitate infinita, conformiter poteſt dici pars: licet non ſit ſecundùm aliquam proportionem determinatam, quia exceditur in infinitũ; & hoc modo omne aliud ens ab ente infinito dicitur ens per participationẽ: quia capit partẽ illius entitatis, quæ eſt ibi totaliter & perfectè.

Scotus.

Infinitũ per eſſentiã eſt totale.

Hoc ergo volo habere, quòd omne finitum, cùm ſit minus infinito, eſt pars: cui ergo repugnat eſſe pars, vel excedi realiter ab aliquo, ei repugnat eſſe finitum. Nũc autem paternitati huic repugnat eſſe pars diuinitatis illo modo, vel exceedi à diuinitate: quia propter infinitatem diuinitatis, paternitas, cũ ſit compoſſibilis ſibi in eodem ſuppoſito, eſt ſimpliciter idem ſibi; & perconſequens realiter exeedi non poteſt, nec eſſe pars, nec rationem partis habere poteſt: non ergo eſt finita.

In quo poſitã fit totalitas infinitꝰ perfectionis apud Scotũ.

32 *Nec infinita, ſicut prius probatũ eſt; quia ſicut finitũ habet rationẽ partis modo prædicto; infinitũ habet rationẽ totius hoc modo: ſcilicet ex plenitudine quãtitatis virtualis ſuæ, menſurans omne aliud, vt maius per acceſſum ad ipſum, & minus per receſſum. Sed nec paternitas habet rationem totalitatis; quia menſura, ſecundùm gradum quendam perfectionis ſtat ad aliquod primum*

Infinitũ ex plenitudine quantitatis virtualis menſurat omne aliud ſecundũ excuperantiam.

in

in ordine mensurandi, quòd est essentia absoluta.

Explicitur partitio entis in ens quãtum & non quantũ Scotus

33 *Dico ergo breuiter; quòd paternitas nec formaliter est finita, nec formaliter infinita, & eum arguis ex diuisione immediata entis in ista; etiam antequam descendat, in decem genera. Concedo bene, quòd ista non diuidunt ens, vt iam contractum est ad aliquod genus; imo quodlibet genus, & ens, vt immediatè indifferens ad decem genera, est præcisè ens finitum. Finitum tamen, & infinitum, non diuidunt ens, nisi ens quantum; quia sicut secundùm Phylosophum. 1. Physicorum finitum, & infinitum quantitati congruunt, quod est verum de finito, & infinito, & quantitate propriè acceptis: ita etiam extensiuè loquendo, finitum, & infinitum, vt sunt passiones entis, conueniunt præcisè enti in se habenti quantitatem aliquam perfectionalem. Talis autem quantitas non conuenit entitati, nisi quæ potest esse partialis, vel totalis inter essentias; quantitatem enim cõparatam ad aliam statim oportet excedere, vel excedi, & esse partialem, vel totalem, sicut hic loquimur de partiali, & totali. Paternitas autem, vt paternitas nõ potest esse inter entitates totalis, nec partialis.* Hactenus Scotus.

Plena explanatio totalitatis entis infiniti ad literam Scoti referẽdam.

34 Cuius mens ex instituto referanda est, expendendaque vis illius rationis de totalitate, & partialitate; propter quam à diuinis relationibus remouet Scotus finitudinis, & infinitudinis conceptum. Et quoad finitatem attinet, euidenter id ab Scoto demonstratur, à nullo que in controuersiam vocatum est; quò ad infinitatem verò, Scoti ratio infirma videtur, & quæ contra ipsum ad hominem retorqueri queat in proprietatibus absolutis attributalibus inter quas, & Deitatem, nõ minor intercedit apud Scotum distinctio, quã inter relationes, & essentiam.

Retorquetur contra Scotũ doctrina præcedens, Scotus.

Ita ergo ratio, quã de relationibus diuinis instruit Scotus, contra ipsum retorquetur. Quia ideo paternitas ens quantùm non est, vel quod eòdem redit, non dicit perfectionem: *Quia alias esset ens totale infinitum referens plenitudinem quantitatis virtualis mensurantis omne aliud: ita vt per accessum ad talem quantitatem res fieret maior, & minor per recessum.* Adeò vt Deitas perfectior esset per accessum relationum, & minus perfecta per non accessũ relatiuarũ proprietatũ; vt patet *ex text n. 32.* Quod videtur incõueniẽs quia aliàs esse Dei, vt supponitur ad relatiuas hypostases, minus perfectum à nobis apprehenderetur, quã vt est actu substratum, vel quasi substratum talium relationum.

Insistitur opposition ad hominẽ contra Scotum

Atqui, si hæc probatio alicuius esset roboris, etiam obtineret, attributa non esse quanta, nec totalia in hac quãtitatis virtualis, & totalitatis consideratione: quia aliàs esse Dei, vt anteit attributales proprietates, à quibus apud Scotum ex natura rei dissidet, conciperetur, vt minus perfectum intensiuè; quàm post emanationem logicam, quæ in posteriori signo intelligitur, aut quasi emanationem attributalium perfectionum ex Deitate, tãquam ex virtualissimo & illimitatissimo pelago totius esse.

Premittur ratio ad hominẽ cõtra Scotũ ex infinitudine

Sicut ergo Deitas pro illo signo non concipitur, vt minus perfecta; licet pro illa præsuppositione non intelligatur vt actu subitrata proprietatibus attributalibus; eo quod, etiam pro illo priori, apprenendatur, tanquam illimitatissimum essendi pelagus præhabens intra eminentiam suam quidquid perfectionis attributalis in secundo signo accedere, aut pullulare intelligitur. Quò fit, vt Deitas attributalibus proprietatibus in posteriori signo coniuncta, non fit magis perfecta intensiuè, & virtualiter; ita planè ob eamdem omnino rationem esse Dei, vt anteit relatiuas hypostases, quas præintelligitur referre intra virtualitatem suam, non erit minus perfectum intensiuè, quàm vt concipitur, vt actualiter subitratum hypostasibus: nec enim inconueniens esse potest, id de proprietatibus relatiuis pronuntiare; quod de absolutis perfectionibus necessariò asseuerare teneatur Scotus.

Cessio defensu Scoti in præsenti quæsito.

35 Quod argumentum intendit mentem Scoti nunquam fuisse, infinitatem diuinis hypostasibus denegare, eò quòd Deitas illis terminata perfectior foret extensiuè, & formaliter, ob perfectionem extensiuam præcisè loquendo cùm eadem planè vi ratio illius contra attributales proprietates militet, si is esset probationis Scoti sensus, quem obiectio contendit. Sed Scotum rela-

tiones diuinas non ad Deitatem præcisè in qua eminentialiter præhabentur, comparasse, sed easdemmet hypostases inter se; illiusque argumentationem agere, ideo totalitatem infinitudinis, & quantitatis virtualis relationibus diuinis repugnare, quia darentur plura infinita inter se incommunicabilia, ac proinde entitatiuè discreta; ac fieret, vt duæ personæ propter relatiuam quantitatẽ alterius personæ illimitationem superarent.

Si autem instes pro vi præcedentis rationis; quòd maximum interfit discrimen inter comparationem Deitatis ad attributa, & ad relatiuas hypostases; eò quòd absolutæ proprietates non sint incommunicabiles Deitati in aliquo Trinitatis supposito, sicut relatiuæ hypostases. Ac proinde, licet non obstet, Deitatem, vt substratam perfectionibus attributalibus, perfectiorem esse extensiuè, & formaliter, eò quòd perfectio illa extensiua, quæ Deitati ab attributis accedit, nequeat Deitati in aliquo supposito Trinitatis non cohærere; contradicit tamen, quòd Deitas, vt hypostasibus coniuncta, sit perfectior propter incommunicabilitatem istarum formarũ. Quæ cum adæquatè non identificentur Deitati; nec enim quidquid est Deus, est Pater, aut Filius (Vt ostendimus infra *in controu. 9. de Visione Dei, dist. 3. de actu visionis subdist. 1. art. 2 numer. marg. 29.*) Fit, vt Deitas in aliquo supposito adstrui posset minus perfecta, eò quòd careat aliqua suppositali forma.

Cui oppositioni dicimus, quòd ratio procedens à comparatione Deitatis ad hypostases incommunicabiles, vt vrgeat, recidere necessariò debet in Scoti probationem comparantem ipsamet suppositа inter se; dum autumat, quòd si darentur plura infinita incommunicabilia, fieret, vt plura infinita simul sumpta vnius tantùm infiniti præstantiam euincerent. Quia si tantùm intenderet Scotus, implicare, quòd Deitas, vt substrata proprietatibus relatiuis, esset extensiuè perfectior, retorqueri valeret eadem ratio contra proprietates absolutas; reliquum ergo est, vt accretio extensiuæ perfectionis, quæ Deitati ab hypostasibus accedere posset, non obstet, quia accretio extensiua sit præcisè loquendo, sed quia non communicabilis adæquatè Deitati in quocunque supposito. Ac proinde, quòd illa ratio comparans Deitatem ad hypostases (si quæ sit, aut distincta sit) vt aliquid probet, iuuari debeat illa Scoti probatione, quæ cõfert suppositа incommunicabilia inter se. Si enim ideo repugnat, Deitatem perfectiorem reddi per paternitatem, quia careret tali perfectione in alio supposito; id nil aliud est quàm suppositа inter se conferri.

Quòd autem hæc sit Scoti mens patet ex loco citato. §. *Prima ratio sic formatur, in arti. 2. eiusdem quodlibeti 5. sub num. margin. 7.* Vbi ait. *Non possunt esse plura realiter distincta, & formaliter infinita; plures sunt relationes originis realiter distinctæ: ergo non sunt formaliter intensiuè infinitæ.* Maiorem autem illam, quòd non possint esse plura realiter distincta, & formaliter infinita; probat Scotus paulò infra, §. *Secundò comparando illa plura inter se, sub num. marg. 8.* Vbi sic habet Scotus *Secundò comparando illa plura inter se probari potest illa maior per hoc, quòd plura bona excedunt in bonitate idem bonum vnum; & hoc quando in quolibet illorum plurium est æqualis bonitas sicut in vno illorum; nunc autem si sint plura infinita, in quolibet eorum est æqualis bonitas, sicut in vno quolibet eorum: ergo illa plura bona excedũt in bonitate illud vnũ bonum; & ita illud vnum non est infinitum.*

Et si dicas; quòd sic argueretur, quòd Deus, & creatura excedunt Deũ. Non valet; tum, quia quodlibet illorum pluriam non est æquè bonum cum vno illorum; & inde est, quòd bonitas cuiuscunque illorum alterius ab illo vno, eminenter continetur in illo vno: & ideo ipsum cum illo bono acceptum, non anget, nec excessum facit super illud bonum in se. Oppositum est in hypothesi; quia ibi vnum bonum non continetur totaliter eminenter in altero, quia hoc est contra rationem infiniti. Hucvsque doctor, cuius argumenti vis in probatione nostræ sententiæ, quæ ab illo maximè petenda est, expedietur.

36 Sed obijcies contra Scotum; ipsummet falsum assumere, dum voluntariè astruit, hypostases non quantas esse, quo earum infinitudinem inficietur; nec enim reddit rationem, cur dari queat ens non quantum, aut ens, quod

ad

Scotus.

Vi rationis Scoti pro ente aliquo re in relationibus diuinis.

Fuga. Occupatur.

Opponitur Scoto quòd per ea principia circa ens nõ quantum.

ad quodlibet aliud comparatum nequeat esse ratio æqualitatis, vel inæqualitatis? Quare videtur Scotus reddere antecedens pro causa antecedentis; dum eò relationes non quantas constituit, quò eas non perfectas asseueret: ac proinde partitio entis in quantũ, & non quantum, videtur quoddam cõmentum ad eludendam difficultatem de inæqualitate diuinarum personarum excogitatum.

Diluitur obiectũ aduersariorum.

Respondetur; Scotum in hac re principium non petere, sed rem pro materiæ qualitate penitiùs absoluere; ideo enim quantitatem virtutis, seu infinitudinem in relatiuis proprietatibus inficiatur, quia sunt incommunicabiles, ratio autem incommunicabilitatis reddi nequit: aliàs enim in causis formalibus non reperiretur status. Aut reddant aduersarij rationem, cur hypostases incommunicabiles sint, ac relatæ? Si stent enim in conceptu formali talium hypostasum, cùm rationis vltimæ formalis non detur alia ratio; aliàs enim abiretur in infinitum in causis formalibus. Sic itaque Scotus infinitudinem à diuinis relationibus remouet propter incommunicabilitatem, in qua sistit tãquam in vltima ratione formali; qui verò importunè oblatrans rationem aliam extorqueret, interrogandus esset, quare homo sit animal rationale? Quare calor calefaciat? &c. Sed accipe Scotum expeditè temenodantem quodlibeto 5. §. *Ad vltimum concedo, quòd intellectus est formaliter infinitus sub nu.* marg. 24. Vbi subijcit.

In causis formalibus datur status; & in incõmunicabilitate hypostasis sistit intellectus exquirens rationẽ entis non quanti.

27 *Ipsi autem relationi personali competit per essentiam esse ad alterum nec competit sibi infinitas intensiuè propria, quia ipsa non est capax talis quantitatis, sicut nec communicabilitatis. Etiam in genere principij formalis est status: hoc enim accipit infinitatem, illud non, quia hoc est hoc, & illud est illud: sicut hoc accipit communicabilitatem, illud incommunicabilitatem, quia hoc est hoc, & illud est illud. Repugnãtia enim formalis, & non repugnantia primò reducitur formaliter ad rationẽ eius cui dicitur esse repugnantia.*

Scotus.

Et si quaras; quare compossibilis est infinitas huic, & non huic? Potest quæri in oppositum, quare huic repugnat incommunicabilitas, & huic non? Quòd omnes concedunt: & est eadem responsio; quia in ratione principij formalis; quia scilicet formaliter hoc est hoc, & illud est illud formaliter.

Non petit Scotus principiũ in ea re nõ quãto ad reddit rationem.

38 Contendit ergo Scotus, quòd infinitum secundùm essentiam tale esse debeat, vt saltim per identicam coniunctionem omnem aliam quantitatem virtutis sibi vendicet; si enim omnem aliam perfectionem identicè non transcenderet; talis perfectio infinito non identificata, esset quasi meta, & finis extrinsecus suæ illimitationis. Ideo enim ab Scoto infinitum secundùm essentiã appellatur totum in esse entis, quia extra illius ambitum nihil esse debeat, ac proinde illi additio prorsùs repugnet; si autem paternitas astrueretur illimitata in toto esse relatiuo, cùm per realem identitatem filiationis illimitationem non ambiat; fieret, vt nec totalitatem simpliciter referret. Siquidem nõ transcenderet totum illimitationis relatiuæ ambitum: ac proinde finiretur quantitas paternitatis ab illimitatione filiationis, tanquam à meta, & termino extrinseco.

Cõmentarius literæ præcedentis.

39 Si autem respondeas; paternitatem non esse illimitatam in toto esse relatiuo, sed in solo paternitatis conceptu; ac proinde paternitatis, & totalitatem, & infinitudinem, non exigere, vt filiationem ambiat, sed quòd nihil sit intra conceptum paternitatis, quod non transcendat hypostasis patris.

Oppositio cõtra fundamentũ Scoti.

Sicut & ad hoc, quòd iustitia apud Scotum sit illimitata simpliciter intra iustitiæ conceptum, necessarium non est quòd transcendat formaliter conceptibilitatem misericordiæ diuinæ; cùm formalis ista transcendentia obstet discretioni formali ex natura rei, quã inter attributa constituit Scotus.

Infistitur oppositioni ad hominẽ cõtra Scotum

Contra hoc est; quia apud Scotum, estò quòd misericordia, & iustitia, sint duæ conceptibilitates ex natura rei discretæ; eò tamen censori non debet iustitia quasi meta, & terminus infinitudinis misericordiæ, quòd iustitia ex sua ratione formali transcendat misericordiam identicè: adeo vt identitas ista quasi materialiter his proprietatibus non accedat, sed à quidditatiuis illarum conceptibus petendum sit, quod in summam identitatem realem conueniant: quò fit, vt nec altera proprietas in indigentia, & potentialitate respectu alterius sit nec altera, sit meta, & termi-

Enervatur perspicue.

nus

nus finiens quantitatem virtutis alterius. At paternitas non transcendit per identitatem realem, filiationem, aut Spiritus Sancti hypostasim; igitur proprietates realiter ac entitatiuè discretæ, essent quasi metæ, & termini, quos non transcenderet infinitudo paternitatis: ac proinde paternitas illimitata simpliciter renuntianda non esset, nec intra conceptum magis abstractũ relationis vt sic, nec intra minus abstractã paternitatis rationem.

Nostra sententia statuitur; & variæ recentiorum molitiones infringuntur.

40 HIS Prælibatis; asserendum est, relationes diuinas non importare perfectionem; sic Scotus loco citato, quem sequuntur omnes eius discipuli, Lychetus, & Tataretus, *in expositione, quæst. 5. quodlibet.* Ioannes de Rada, 1. *par. controuers. 27.* Philippus Faber, *in 1. sentent. disput. 22.* Et ex sancti Bonauent. assecl is, Coriolanus, *in 1. sentent. quæst. 28. de Relationibus diuinis, art. 2. §. Quæres, quare sufficit in essentia, & relatione?* Petrus Trigosus etiam in 1. Sancti Bonauenturæ, *quæstion. 3 art. 1. dub. 2. In responsione ad secundum argumentum.* Eidem sententiæ suffragantur Richardus *in 1 dist. 24. art. 1. quæst. 3. Ad primum.* Durandus *in 1. dist. 1. quæstion. 3.* Et ex Thomistis Capreolus *in 1. distin. 7. quæst. 1. Ad tertium contra primam conclusionem articuli secundi,* Caietanus, 1. *part. quæstio. 28. artic. 2.* Molina, 1. *part. quæst. 42. artic. 6. disp. 2.*

Relationes diuinæ non exprimunt perfectionẽ

Cõsentiunt Lychetus. Tataret. Ioan. Rada Phil. Faber Coriolanus

Trigosus

Richardus. Durandus.

Capreolus.

Caietanus.

Molina.

Cui opinioni adscribendos censeo omnes eos Thomistas, qui cum solis verbis perfectionem relationibus diuinis deferant; statim, vt inconueniens in æqualitatis diuinarum personarum vitent, ad solam illimitationem absolutam Deitatis; quæ communis est tribus suppositis, confugiunt: quod est absolutam tantùm, & communicabilem perfectionem profiteri, non autem incommunicabilem, & relatam.

Nostræ sententiæ subscribũt plures Thomistæ solo nomine dissentientes.

Quòd hac breui ratione, meo videri, euidenter ostenditur; quia cum quæritur, vtrum relatio exprimat perfectionem? Aut procedit quæsitum de perfectione absoluta, & communicabili, quæ relationi ex identitate cum essentia accedit, & hoc incontrouersum est: aut de perfectione relata, & incommunicabili, vt formaliter incommunicabilis est? Sicut enim, est certum de fide, rationem formalem paternitatis esse filio incommunicabilem; ita, & in controuersiam venire potest, an sub ea ratione obiectiua, sub qua paternitas est incommunicabilis filio, perfectionem aliquam præseferre valeat? Igitur supposito hoc sensu, qui solus in præsenti expenditur, ineptum omnino est ad illimitationem absolutam, & communicabilem declinare; cùm hæc sub dissertationis disidia cadere nequeat. Ergo, qui nullam perfectionem incommunicabilem agnoscit, re ipsa, licet aliud sub obscuris verbis innuere videatur, perfectionem relatiuam, vt talem, impossibilem esse autumat; cùm perfectio relata, vt talis, sit essentialiter incommunicabilis.

Ostenditur in ane quorũdam Thomistarum effugium.

Quare, sicut vno ore inficiantur, possibilem esse in Deo perfectionem incommunicabilem tribus suppositis, ita relatiuam perfectionem negare coguntur, ne manifestè à doctrinæ consequentia deficiant; cùm relatio, vt talis, essentialiter sit incommunicabilis extremo opposito.

Vrgetur ad uersarij vel à cosequentia doctrinæ deficientes, vel ludẽtes verbis

41 Cæterùm; antequam Scoti pronuntiatum eiusdem rationibus fulciamus, in primis, vt certa ab incertis separemus; statuendum est, rationem illam, quàm ex Anselmo producit Scotus, euidenter aduersarios profligare, adeò vt compulsi asserere teneantur relationibus diuinis haud inesse perfectionem simpliciter simplicem, quæ in quolibet supposito sit melior ipsa, quàm non ipsa. Quia cùm suppositæ diuinæ constituantur in personali esse per relatiuas hypostases; nullatenus supposito patris, etiam sub formali ratione suppositi, melior esse posset filiatio, quàm non ipsa: cùm sit forma relatiuè repugnans rationi constitutiuæ patris in esse suppositali, nimirum paternitati. Vnde, si Scotus in prædictis locis tantùm agebat, diuinis relationibus perfectionem

Obstruatio ad doctrinã Scoti sufficiendam

Ratio quã ex Anselmo eruit Scotus obtinet apertè relationes diuinas nõ imbibere perfectionem simpliciter.

sim-

ſimpliciter obſtare; euidenter atque feliciter propoſitum adeptus eſt.

Neoterici ſuperati pẽdere rationis Anſelmi, & Scoti ſolũ de ſerũt relationibus illimitationẽ in tali genere, nõ tamẽ perfectionẽ ſimpliciter ſimplicem.

42 Quare; neoterici authores, qui oppoſitam tuentur ſententiam, huiuſmodi perfectionem ſimpliciter ſimplicem diuinis relationibus repugnare, fatentur; tantùmque illis deferunt perfectionem in tali genere eſſendi, nimirum relato.

Præmittur, adhominem aduerſarij inficiantes perfectionẽ ſimpliciter, ſimplicẽ in relationibus & aſtruentes illimitationẽ in tali genere relato.

Verùm ex prædicta doctrina non contemnenda eruitur probatio ad Scoti mẽtem firmandam. Quia, ſi ab incommunicabilitate, & oppoſitione relatiua trahitur, vt diuinis relationibus obſtet perfectio ſimpliciter ſimplex, quam diuina attributa eſſentialiter ſibi vendicant; nec eſt imperfectio aliqua in diuinis hypoſtaſibus iſta negatio perfectionis ſimpliciter ſimplicis, eò quòd illis debita non ſit talis perfectio: immo contradicat excellentiæ, dignitati, & æqualitati diuinarum perſonarum. Ita nec diuinis relationibus indignum, aut diſſonum eſſe poteſt, nullam illis perfectionem adſcribere, cùm illis debita non aſtruatur; magiſque diuinas deceat hypoſtaſes, illas non perfectas, quàm non ſimpliciter perfectas pronuntiare. Præcipuè cùm negatio illa perfectionis, vt ab Scoto conſtituitur, nullatenus imminuat ſummam relationum integritatem in tali eſſe hypoſtatico; ſed tantùm infinitudinem remoueat, etiam in eſſe relato, eò quòd cum oppoſitione, & incommunicabilitate ſtare nõ valeat.

Fũdamẽtũ Scoti pro vera ſententia.

43 Quò ſuppoſito; oſtenditur, relationes propriam infinitudinem nactas non eſſe; ratione Scoti, quam conſtituimus, *num. margin.* 35. Quia ſi relationes diuinæ eſſent infinitæ perfectionis; fieret, vt plures perſonæ ſimul ſumptæ vnam, vel alteram tantùm perſonam, in perfectione ſubſtantiali relatiua ſuperarent. Quod cum communi Theologorum conſenſu explodit Auguſtinus, *lib. 3. contra Maximum, cap. 10. & ſermone 38. de Tempore.* Vbi ait. *In Deo non eſſe quid maius tres perſonas ſimul, quãquamlibet ſeorſum, quia in omnibus eſt eadem eſſentia, & natura.* Quò loci reddit rationem Auguſtinus, ideò perfectionem prorſus æqualem diuinas perſonas nanciſci; quia omnis perfectio ſit communis, vt potequæ eſſentialis, & abſoluta; non incommunicabilis, & relata. Quod etiam docet Auguſtinus 6. de Trinitate cap. 8. in hæc verba. *Tantùs eſt ſolus Pater, vel Filius ſolus, vel ſolus Spiritus Sãctus, quãtus eſt ſimul Pater, Filius, & Spiritus Sanctus.*

S. Auguſt.

Id Auguſt.

Explicatur acies argumẽtationis Scoti.

At, hæc æqualitas inter diuinas perſonas, vt perſonæ ſunt formaliter, vel inquantùm ſupponunt pro eſſe ſuppoſitali, quod ab hypoſtaticis formis cõſtituitur; admodum difficulter ſuſtinetur, ſi diuinis relationibus illimitatio, etiam in tali genere relatiuo, tribuatur. Quod efficaciter oſtendit præmiſſa illa Scoti probatio. *Quòd plura bona excedunt in bonitate idem bonum vnum, quando in quolibet illorum bonorum eſt tanta bonitas, quanta eſt in illo bono vno.* Si verò dentur plura infinita, nimirum plures relationes perſonales realiter inter ſe condiſcretæ; quodlibet illorum infinitum referret tantam bonitatem, quantam quodcunque alterum: igitur plura infinita ſuperarent vnius infiniti quantitatem; ac proinde plura ſuppoſita, vt ſupponunt pro relato, ac perſonali eſſe, vnius perſonæ excellentiam anteirent.

Scotus ☞ „ „

Præcluſio fuga aduerſarium ex Scoto.

44 Nec infirma eſt illa Scoti inſtãtia; qua ſuam firmat probationem. Cũ enim ſibi obiecíſſet, quòd ſi illius ratio aliquid ageret, etiã obtineret, quòd Deus, & creaturæ, eſſent maius, & perfectius ens, quã ſit ſolus Deus; eò quòd actualitati Dei creaturæ bonitas accedat.

Effugium iſtud manifeſtè, vel ex eo occludit; quòd creatura præhabetur intra virtualitatem Dei; ſuppoſita autem, vt talia, ſeu inquantum exprimunt perſonalem, & hypoſtaticam formam, nullatenus includuntur eminentialiter in altero ſuppoſito; igitur plures perſonæ ſimul acceptæ, vt referunt tria infinita incommunicabilia in genere relato, alterius tantùm infiniti illimitationem excedent.

Confutatio euadẽtium acumen probationis Scoti.

45 Sed, libet penitiùs hanc Scoti argumentationem expendere; & contra aduerſarios, qui effugia moliuntur roborare. Qui communiter reſpondere ſolent; ideo tres perſonas ſimul ſumptas vnius tantùm ſuppoſiti illimitationem non ſuperare, eò quòd iſta perſona ratione Deitatis virtualiter præhabeat aliarum perſonarum infinitudines, quæ in Deitatis eminentia clauduntur.

At, quis non videat, hos authores

argumenti efficacitate devictos ad materialem, & identicam illimitationem declinare, quæ omnino extra controuersiam est; cùm tantùm de formali ac incommunicabili relationum illimitatione differatur. Quis enim vnquam inficiatus est, filium, quà Deus est, illimitationem personalem Patris, & Spiritus Sancti eminenter præhabere? Quatenus Deitas, vt illimitatissimum essendi pelagus, omnes proprietates, tum absolutas, tum relatas, intra eminentiæ suæ ambitum colligat? Quò tantùm fieret, vt filiatio materialiter, & identicè ratione Deitatis æqualis foret tribus hypostasibus simul acceptis, formaliter autem spectata, illis longè impar, & inæqualis censenda esset; cùm hypostases, vt tales formaliter, non præcontineant virtualiter relationes oppositas. Quòd manifesta hac ratione cõfirmo.

Aduersarij tãtũ obtinet supparitatẽ perfectionis inter fratres ratione absolutæ quam relatiæ

46 Quia; esto quòd asseri queat, Deitatem continere aliqua ratione eminentiali relationes, & attributa; quia licet essentia non sit principium proprie productiuum suarum proprietatum, cùm realis emanatio cum omnimoda identitate proprietatis, & substrati stare non valeat; conceditur tamen à Theologis, quadam, licet minus propria, ratione, Deitatem virtualiter præhabere quidquid per modum proprietatis, aut quasi affectionis, à diuino esse quasi logicè pullulare intelligitur. At in relationibus non cõcipitur talis emanatio, ita vt relatio ab opposita pullulet cum virtuali præcontinentia vnius hypostasis in alia; quia virtualis continentia, si propria sit, ad genus causæ efficientis attinere videtur; vt optimè obseruauit Philippus Faber loco citato; pater autem non est causa filij, sed principium.

Instititur præmissorũ expugnationi; quatenus vna relatio diuina non præhabetur intra virtualitatem alterius

Phil. Faber

Quare, Scotus loco citato ait; *quòd vnum bonum*, (nimirum vnum suppositum,) *non continetur totaliter eminenter in altero, quia hoc est contra rationem infiniti.* Vbi docet; infinito secundùm essentiam obstare, quòd præhabeatur intra eminentiam alterius; eo quòd hæc virtualis inclusio ad genus causæ efficientis attinere videatur. Autumauit tamen; vnum suppositum non contineri, *totaliter eminenter in alio*: quia, quamuis asseri queat, quòd hypostasis paternitatis præhabeatur intra eminentiam Deitatis, quæ est in filio; attamen intra hypostasim filij nullà ratione præcontinetur eminentialiter. Quò fit; vt filius secundùm adæquatam rationem sui, prout nimirum ex Deitate, & filiatione, constituitur, paternitatem intra eminentiam suam præseferre non valeat.

Scotus

Subtile præmunitorium Scoti; quod vnum suppositum non continetur totaliter & eminenter in altero.

Sed age; esto quòd paternitas, quia est forma constitutiua suppositi producentis, intra eminentiam suam præhaberet relationem oppositam; qua ratione pronuntiari posset, filiationem intra virtualitatem suam præcontinere hypostasim principij generantis? igitur paternitas, & filiatio, non sunt formæ æqualis virtualitatis, & eminentiæ.

Vrgetur ratio in filiatione nõ præcõtinente paternitatem virtualiter.

Sed obijcies; quòd sicut non contradicit illimitationi affectionum attributalium, quòd quasi præhabeãtur intra virtualitatem, & eminentiam Deitatis; ita nec aduersabitur illimitationi diuinæ naturæ, quòd vna relatio præcõtineatur eminenter in altera.

Obiectio.

Respondetur; esse omnino diuersam rationem inter vtramque continentiam; quia sicut emanatio attributorum ab essentia est tantùm logica quædam, & conceptibilis pullulatio, cùm non intercedat realis discretio inter Deitatem, & illius proprietates, quæ necessariò exposcitur ad realem præcontinentiam virtualem, sicut & ad realem causalitatem; eò fit, vt non repugnet Deo talis virtualitas, & præcontinentia attributorum: at si vna relatio eminenter præcontineretur in alia, cum inibi interfit realis discretio, etiam & vera causalitas intercedere posset.

Diluitur.

47 Quibus obrem; alij his probationibus expugnati, ad eminentialẽ inclusionem hypostasim in essentia non confugiunt, vt diuinarum personarum inæqualitatem vitent; sed dum fatentur ingenuè, quamlibet personam propriã perfectionem relatam sibi asciscere, quæ in alia persona non præhabeatur eminẽter (quà suppositũ est formaliter, & prout hypostasim incommunicabilem refert,) aiunt; inæqualitatem in relatiua illimitatione non sequi ex eo, quòd vna perfectio incommunicabilis sit in filio, quæ non sit in patre; quia omnes proprietates relatiuæ sint æqualis actualitatis. Quò fit, vt nec minus illimitationis secundùm esse personale cõferat filio filiatio, quà patri paternitas.

Respõsio ad id quod primit esse incommunicabile

Confutatur ex Vazq. eò quòd implicet æqualitas inter formas ab similes secundū speciem.

48 Sed huic placito refragatur, Vazquez *loco citato cap. 4. num. marg.* 13. Tanquam certum assumens, inter formas diuersæ speciei æqualitatem haud intercedere posse; eò vel maximè, quòd omne æquale alteri, illi commensurabile sit secundùm adæquationem quantitatis virtutis, vel molis; cùm æqualitas sit quædam formalis coadaptatio, seu commensuratio inter quanta, siue quantitate molis, siue quantitate virtutis: illud autem, quod essentialiter ab alio dissidet, sicut illi cōmensūrabile esse nequit, ita nec æquale astrui debet: At qui personalitates diuinæ sunt formæ quasi specificè distinctæ; ergo nequeunt esse æquales in relatiua quantitate virtutis.

Sed infirmitur, quòd ex Scoto ostenditur

Verùm; hoc pronuntiatum Vazquez adeò certum non est, vt pro constituto axiomate illud nobis obtrudere conetur; cùm adhuc sub controuersiam apud graues metaphysicos, & theologos cadat; an formæ diuersæ speciei æquales esse queant in quantitate virtutis? Nec abnuit Scotus quodl. 6. §. *Contra ista arguitur sic sub nu. mar.* 12. Vbi ait. *Est enim vna species entis, quantumcunque immaterialis, alteri speciei immateriali æqualis, vel inæqualis secundùm perfectionem; ergo manet in ea magnitudo secundùm perfectionem, vt fundans istam æqualitatem.* Hucusque Doctor expressè asseuerans; magnitudinem seu quantitatem virtutis in speciebus essentialiter diuersis illatiuam esse habitudinis æqualitatis, vel inæqualitatis.

Scotus

Nec vrget obiectio Vazquez, quia inter ea, quæ conueniunt in ratione quāti vt sic, secundùm aliquam magis abstractam vnitatis aut conuenientiæ rationem; quamuis secundùm magis contractam, & specificam rationem quantitatis virtutis differant, non repugnat commensuratio, ac proinde nec æqualitas. Sed de his latiùs in controuersia generali de Visione Dei, *distinct. 3. subdistinct. 1. art. 2. de quo vide infra in hoc ar. sub n.* 51.

Euertitur fundamentū Vazquij.

Quare; repugnantia æqualitatis inter diuinas personas, data relationum infinitudine, ab illarum quasi specifica differentia petenda non est; sed à probatione Scoti, quam præmisimus: quòd nimirum plures hypostases simul acceptæ vnius tantum excellentiam superarent, si vna hypostasis, quæ personalitas incommunicabilis est, cæteras eminenter non præcontineret.

Corollariū ex probatis.

Alia recentiorum effugia occluduntur præcipuè Soarez, & Vazquez.

Satisfactio Soarij, quòd relationes diuinæ necsint æquales nec inæquales sed diuersæ

49 NEC Magis rem absoluit Franciscus Soarez loco citato *cap.* 10. *hic mer. marg.* 10. & 11. Primò enim autumat; diuinas hypostases, nec esse æquales, nec inæquales; sed diuersas. Opinatur enim; æquale, & inæquale, immediatè non opponi, adeò vt nullum medium sustineant; quia linea, & superficies, si inter se comparentur, nec æquales sunt, nec inæquales; sed secundū quātitatem diuersæ.

Eliditur, & præcluditur effugiū

50 At non placet; quia intra latitudinem quanti necessaria est æqualitatis, aut inæqualitatis immediata oppositio; nec vrget exemplum. Quia, aut linea consideratur quatenus quanti est secundùm longitudinem; & vt sic æqualis esse potest superficiei, quæ superficies longa est; vel eidem superficiei, quæ longitudinem refert, inæqualis. Aut concipitur linea, quâ indiuisibilis est secundùm latitudinem; & vt sic, sicut quanta non est, sed indiuisibile continuatiuum latitudinis superficiei; ita nec æqualis, aut inæqualis, superficiei esse potest; sed non æqualis, aut diuersa. At qui, personalitates, apud Soarez, quantitatem virtutis referunt; ergo immediatè, & necessariò opponuntur secundùm æqualitatem, vel inæqualitatem.

Altera, vel potius Soarij, quòd distinctio specifica increatis inferat inæqualitatem secus in diuinis.

51 Nec etiam dissertationem diuinitalia eiusdem Soarij responsio; dū agit, quòd in diuinis hypostatibus formalis ea, & quasi specifica diuersitas, sustinet æqualitatē; licet in speciebus creatis fiat, an specifica diuersitas æqualitatem secundū quantitatem virtutis secum compatiatur?

Ratio autem discriminis hæc apud ipsum est; quòd diuinæ hypostases non discernuntur secundùm maiorem, aut

cut ſpecies creatæ; cùm relationes diuinæ ſibi vendicent eſſe omnino irreceptum, & imparticipatum; quare tantùm ſecundùm relatam oppoſitionem diſſident. Sed hypoſtaſes in modo corteferē di ſe ad extremum oppoſitum omnimodā ſortiuntur paritatem; igitur ſunt formæ prorſus æquales.

Euellitur occurſus Soarij.

Sed contra eſt: quòd non apparet ratio, cur diuerſitas formalis in ſpeciebus creatis nequeat æqualitatem exprimere; in diuinis verò ſic? Cùm ratio participationis conceptui æqualitatis non obſtet; ſi aliàs à diſcretione formali, & ſpecifica non petatur talis inæqualitatis fundamentum. Quidni ab illimitatiſsimo totius eſſe principio plures ſpecies æqualis perfectionis trahātur, ſi ex parte quidditatiuæ diſtinctionis nõre pugnet? Vnde talis æqualitatis repugnãtia cum altera ſpecie entis, non à conceptu entis participati vt ſic; (cùm ens participatum, quà tale, abſtrahat ab habitudine æqualitatis, vel inæqualitatis ad alterum; tantùmque exprimat dependentiam ab ipſo ente per eſſentiam, cuius eſt participatio,) ſed à ratione formali, & ſpecifica talis quanti hauriri debet. Sed relationes diuinæ referunt diuerſitatem formalem, & quaſi ſpecificam; ergo neceſſariam exprimunt inæqualitatem.

Obſeruatio ex Baſolio ſe te.

De quo omnino videndus eſt Baſolius acutè verſans æqualitatem inter naturas ſpecie diuerſas, à nobis tranſcriptus infra, *in controuer. 9. de Viſione Dei, diſtin. 3. de actu viſionis, ſubdiſt. 1. art. 2. An dentur actus viſionis ſpecie diſcretis num. marg. 15.* Vbi inquit. *Quòd non oportet ſpecies inter ſe eſſentialiter ordinari; ſed tantùm habere ordinem eſſentialiter ad Deum; ad quem quælibet habet ordinem principiati, & cauſati ad principium, & cauſam.*

Baſilius.

Quod aſſertum prorſus conuellit Soarij pronuntiatum. Data autem æqualitate perfectionis inter paternitatem, & filiationem non euaditur vis rationis Scoti; quia licet quælibet relatio ſigillatim accepta adſtruatur æqualis alteri tantùm relationi diuiſim ſumptæ ſed non adæquaret præſtantiam relatã, & incommunicabilem omnium hypoſtaſium ſimul ſumptarum.

VOTA.

nſtatur. ad hominē.

52 Deinde; retorquet Soarez, [illegible] argumentum contra noſtram ſententiam ſic. Quia Scoti ſectatores, quã uis relationes non quantas aſſeuerent, eas tamen quaſi ſpecie diſtinctas autumant, nec tamen inæquales fatentur; ergo debent ſeſe eodem nodo expiicare, quo oppoſitæ ſententiæ aſſeclas implicatos volunt.

Oppugnatio Soarij

At facilè ſe extricant Scotiſtæ, qui diuinas hypoſtaſes, nec æquales, nec inæquales pronuntiant, ſicut nec quantas; cùm æquale, & inæquale, immediatè opponantur circa id ſubſtratum, quod quantitatem ſibi vendicet, non verò circa id, quod quantitatem non referat. Quare, ſicut aduerſarij quantitatem virtutis hypoſtaſibus deferunt, ita illas æquales, aut inæquales, non aſſerere nequeunt.

Iſta oppugnatio ex anſelmo

Imò; quòd neque iuxta diffinitionem perfectionis ſimpliciter, quam tradit Anſelmus, queunt relationes aſſeri æquales, cùm ſint oppoſitæ; cùm perfectio ſimpliciter ex Anſelmo non debeat eſſe æquè bona, ſed melior quàm non ipſa, nimirum quàm forma poſitiua oppoſita; id enim vult apud Anſelmum, *ly, melius ipſum quàm non ipſum*, vt euidẽter oſtendit Scotus à nobis tranſcriptus *ſub nu. 16. & 17.* Si enim, *ly non ipſum* exprimeret negationem, nulla aſſignaretur forma, quæ nõ eſſet perfectio ſimpliciter ſimplex, vt potequæ melior quàm ſuum non eſſe.

Obiectio.

Si verò occurras ex Soario, & neotericis; quòd id tãtùm probat, quòd relationes non ſint perfectiones ſimpliciter; non verò, quòd non referant illimitationem intra talem conceptum relationis.

Infringitur

Contra ſic; ſequeretur idem inconueniens ex infinitudine in tali eſſe relato, quod vitare contendit ſina, & communis Theologia circa inæqualitatem diuinarum perſonarum ſubnixa pronuntiato Anſelmi; ſiquidem plures formæ illimitatæ in eſſe relatiuo inteirent perfectionem vnius tantùm relationis; vt ex Scoto egimus, *in n. 43. vſq; ad 46. inclusiuè.*

Inſtatur vltra contra præmiſſa.

Deinde; quod inaniter causarentur aduerſarij, quòd Scoti aſſeclæ, quaſi exauthorare videantur diuinarum hypoſtaſum actualitatem, eò quòd relationes non quantas aſſeuerent, ex quantitate virtutis, quæ ſit melior quàm forma oppoſita; cùm ipſi ſuſtineant, relationes diuinas non præferre perfectionem ſimpliciter, ſed ſolam perfectionem, &

il-

illimitationem intra talem conceptum relatum: & rationabilius appareat, relationes non quantas asserere, quàm non simpliciter perfectas, autumare, seu non perfectas secundùm perfectionem simpliciter simplicem. Cùm tale non esse perfectionis incommunicabilis aperiat eam substrati præstantiam, cui accessio obstet illius quantitatis, quæ non identificetur adæquatè cũ substrato Deitatis in quocunque supposito.

Præterea; quòd si paternitas non esset melior quàm forma opposita, scilicet quàm filiatio, vt vult Anselmus, sed æquè bona aut perfecta; adhuc vitari non posset vis argumentationis Scoti; quòd illa tria æquè bona simul sũpta, anteirent perfectionem vnius tantũ hypostasis.

Modus dicendi Gabr. Vazquez.

53 Tandem, vt hypostasum inæqualitatem vitet Vazquez, aliam arripit viam *loco citato cap. 6.* Vbi supponit; bonum, sicut & perfectum, dupliciter accipi; aliud absolutè, aliud verò relatè. Bonum absolutè spectatum, quod adæquatam entis passionem appellat, idem est ac integrum; quod nimirum ex omnibus coalescit, quæ ad illius constitutionem in tali ordine entis necessariò conueniunt. Bonum verò relatum illud esse autumat, quod dicitur conueniens per habitudinẽ ad aliud, quod perficit; sicut calor est bonus signi, frigiditas verò aquæ.

Relationes attinent ad integritatẽ Deitatis apud Vazq.

Quò supposito, asserit Vazquez, relationes diuinas attinere ad integritatem transcendentalem Dei; quia non esset Deus in tali esse integrè constitutus, si illi hypostases deessent. Quia tamen ex omnibus relationibus, vt comparantur ad Deum, quem in tali esse cointegrant, non constituuntur plura integra entia; sed vnus Deus transcendens tali integritate absolutissimus, propter omnimodam diuinarum relationum cũ essentia identitatem: proinde fit, vt tria bona, nec tria perfecta, aut integra constitui queant, sed vnum integrum bonũ, ac perfectissimum ens, quod est Deus. Quare, cùm non sit triplex perfectio; & bonitas in diuinis, sed vna tantùm adæquata integritas; non poterit vna persona altera perfectior astrui; cũ cõparatio excessus secundùm integritatem & perfectionem, non fiat, nisi inter extrema realiter distincta secundùm integritatem & perfectionem.

Nõn datur pluralitas integritatis suppositalis in diuinis apud Vazq.

54 Si autem, non de prima acceptione boni, & perfecti, quæ absoluta est, procedat dissertatio, sed de bono relatiuè spectato; in qua acceptione quælibet hypostasis est propriæ personæ bona, & conueniens. In hoc sensu, sicut dantur tria suppositalitates illis congruentes; ita & tres perfectiones relatiuæ concedi queunt.

Admittitur nõ Vazquez pluralitas perfectionis per rationẽ.

Verùm quia ad conuenientiam, & perfectionem realem exigitur realis discretio inter formam conuenientem, & substratum, cui forma congruit; & inter personam constitutam, & hypostasim constituentem suppositum in esse relato & personali, est omnimoda instinctio: proinde fit, vt relatiua suppositalitas astrui nequeat perfectio realis personæ constitutæ; atq; adeo nec inferri valeat, quòd vna perfectio realis sit in vna persona, quæ non sit in alia.

Exploditur opinatio Vazquez.

55 Cæterùm; hic modus dicendi multa inuoluit falsa, difficilia, & veræ Theologiæ principijs aduersa; quare iure ac merito reprehenditur à Suarez loco citato *cap. 9. numer. 7. & sequentibus.* In primis enim supponit, relationes ad integritatem Deitatis attinere; quod quàm falsum sit, vel vnica hac ratione ostenditur. Quia si relatiuæ hypostases ad integritatem Dei spectarent; fieret, vt pater non esset integrè Deus, si quidem huic supposito desunt filiatio & spiratio passiua, quæ sunt de integritate Dei, vt contendit Vazquez.

Expugnatur ad hominem.

56 Deinde; & alia ratione ad hominem ipsum Vazquez sic perstringo, & intentum obtineo; quia filius, seu verbum diuinum, procedit ex perfecta, ac comprehensiua Deitatis cognitione; vt fatetur idem Vazquez, 1. *part. tomo 2. disp. 142. ca. 4. n. marg. 22.* Et tamen apud ipsum ibidem, verbum non procedit ex cognitione Spiritus Sancti, vt obiecti. Igitur tres hypostases non spectant ad integritatem, & perfectionem Deitatis; siquidem Deitas, non solùm quidditatiuè, & integrè apprehensa, sed & comprehensa per dictionem verbi, non transcendit Spiritus Sancti hypostasim, ut obiectũ intellectionis notionalis. Aut igitur principiũ intẽtionale verbi integrũ nõ est; aut spiratio passiua nõ attinet ad integritatem Dei.

Alterũ Vaz. quũ pronuntiatiũ obtunditur quia alias vera de integritas in Deo.

57 Sed, & alterum pronuntiatum eiusdem Vazquez, dum contendit, hypostasim non esse perfectionem r[illegible]

Vbi non ſolum perſpicuè teſtatur Scotus conſtitutionem perſonarum per relationes ſub expreſſo conceptu relationum; ſed etiam referat, qualiter prioritas originis non obſtet ſimultati relatiuorum, imo eam imbibat eſſentialiter. Ex quo pronuntiato infertur, cognitionem abſolutam, & intuitiuam totius Trinitatis perſonarum anteire generationem verbi, & ſpirationem Spiritus Sancti; quod ex recentibus Scoti aſſeclis tutatur Theodorus Smiſingius, *tomo 2. de Deo Trino, diſp. 3. q. 5. num. margin. 273. de quo nos infra in cont. 9. de Viſione Dei, liſt. 3. ſubdiſt. 2. art. 2. à nu. 22. vſque ad 25.*

Theodorus Smiſingius

Oppoſitio cõtra diffinitionẽ perfectionis ſimpliciter ſimplicis

20 Sed obijcies; quòd ſi hæc diffinitio perfectionis ſimpliciter ſimplicis adæquatè rem exprimeret; ſequeretur; quòd ſcientia viſionis Dei, ac decreta libera illius, perfectiones ſimpliciter ſimplices non forent, eo quòd Deitati non ſint formæ meliores ipſæ, quàm non ipſæ; cùm ſint affectiones non neceſſariæ Dei, vt potuerint, quæ ita Deo inſint, vt illi non ineſſe, potuerint.

Diluitur, in actibus liberis ſcientiæ, & voluntatis Dei

Reſpondetur: quòd ſcientia, & voluntas libera Dei, licet non ſint perfectiones ſimpliciter ſimplices, quà terminationem adeunt contingentẽ, quæ Deo ineſſe, & abeſſe queat; ſunt tamẽ perfectiones ſimpliciter, quà Deo neceſſariò inſunt: nimirum quoad eſſe vitale, & intrinſecum apprehenſionis, & impulſus. Sed de his latiùs in controuerſia de immutabilitate Dei.

Optima Scoti regula de veritate enuntiationum, quæ ex terminis abſtractis abſolutis conſtruuntur in diuinis; & quare falſificentur enuntiationes conſtitutæ ex terminis relatiuis?

Subtilis theologia Scoti de veritate enũtiationũ ex terminis abſtractis in diuinis

21 DEinde; obſeruandum ex Scoto *loco citato ex quodlibeto 5. §. Tertio arguitur ex incompoſsibilitate ſic ſub n. mar.* 15. Hanc eſſe rationem infiniti formaliter ſecundùm eſſentiam; vt omnem perfectionem in eodem ſuppoſito, eo nexu intimæ identitatis ſibi vẽdicet, ſalua nõ tranſcendentia eſſentiali formalitatum, quæ identificantur realiter; vt nec per quamcunq; præciſionem tolli, aut intelligibiliter remoueri queat identitas ea, quæ neceſſaria ſit ad verificãdam propoſitionem ex terminis abſtractis cointegratam: quare omnis prædicatio infiniti formaliter de alio, etiã in abſtracto, eſt formaliter vera. Sic igitur habet Scot.

Maior probatur inductiuè, & ratione. ¶ *natus*

Inductiuè ſic: nihil eſt in diuinis, quod nõ ſit idem eſſentiæ diuinæ, immo etiã & cuilibet eſſentiali; ita quòd conſiderãdo vtrumq; in abſtracto ſimpliciter, verũ eſt hoc eſt hoc. De eſſentia ergo, & de eſſentialibus, de quibus communiter apparet, quòd quodlibet ſit infinitũ formaliter: patet maior, quòd quodlibet eorũ eſt idem cuilibet ſibi cõpoſsibili in eodẽ ſuppoſito.

Infinitũ eſſe etiam eſt incõponibile alicui ſubſtrato

22 *Probatur etiã eadem maior ratione ſic: quia infinitũ non ſolũ non eſt compoſitũ, ſed etiã omnino incomponibile alteri; omne enim componibile poteſt eſſe pars, & perconſequens excedi, quia totũ eſt maius ſua parte. Infinitũ autem nullo modo poteſt excedi; ergo eſt omnino ſimplex, & incompoſitum, & incomponibile* (loquitur Scotus de infinito ſecundùm eſſentiam, ſcilicet de Deo, & de eius perfectionibus attributalibus) *ſi autem aliquid compoſsibile ſibi in eodem ſuppoſito, non eſſet omnino idem ſibi; tunc ipſũ non eſſet omnino incomponibile: quia tũc ibi eſſet aliqua compoſitio, ſaltim aliquo modo actus & potentiæ. Habemus ergo primã partem maioris; ſcilicet quòd infinitum eſt idem realiter ei, quod eſt ſibi cõpoſsibile in eodem ſuppoſito.*

23 *Secunda pars maioris, quòd ſcilicet ſit vera prædicatio in abſtracto; probatur. Quia cũ prædicatio affirmatiua ſit vera ratione identitatis; omnis illa erit vera abſtracti de abſtracto, vbi per abſtractionem non tollitur ratio identitatis: vbi autẽ per abſtractionem tollitur ratio identitatis, non eſt vera. Exemplum: hæc eſt vera albedo eſt color, quia licet extrema ſint abſtracta, non tamen ſit abſtractio, niſi a ſubiecto alterius naturæ, & illud ſubiectum non fuit præciſa ratio identitatis eorum extremorum. Manet ergo ratio identitatis naturæ ad naturam, illo ſubiecto excluſo; albedo autem & muſica non habent identitatem, niſi per accidens ratione ſubiecti*

Aſſeritur veritas enuntiationũ in abſtracto ex terminis abſolutis

li-

licet ergo hæc sit vera, album est musicum, pro quanto idem subiectum denominatur ab vtroque accidente; tamen abstractione facta ab illo subiecto, quod fuit ratio identitatis eorum, hæc est falsa, albedo est musica. Patet ergo, quòd prædicatio in abstracto vera est, quando extremorũ talis identitas, quod per abstractionem nõ tollitur ratio idẽtitatis eorum.

24 Modo quando vnum extremum est infinitum, per abstractionem à supposito non tollitur ratio identitatis ad ipsam; & hoc cuiuscunque compossibilis sibi in eodem supposito, & ideo propter infinitatem, vt iam argutum est, non potest esse compossibilis in eodem supposito, nisi vera, & perfecta identitate reali. Ergo abstractione facta à supposito, quandiu manet ratio extremi infiniti formaliter, semper in quacunque abstractione manet ratio idẽtitatis extremi ad extremum: & per consequens vera prædicatio in abstracto, hoc est hoc.

25 Ex ista ratione patet generaliter, quòd quædam prædicationes in diuinis sunt veræ, non solũ in concreto, sed etiã in abstracto, quæ nõ sunt oppositi de opposito; quædã veræ in concreto, licet non in abstracto: quia non loquimur de illis, quæ neutro modo sunt veræ, vbi scilicet extrema sunt opposita, quia nec pater est filius, nec paternitas est filiatio. Vbi autem extrema non sunt opposita, sed compossibilia in eodem supposito, ibi semper ad minus est prædicatio vera in concreto, sicut pater est spirans pater est ingenitus; non autem in abstracto, sicut paternitas est spiratio; & tamen hæc est vera, Deitas est paternitas Deitas est spiratio. Hoc non est, nisi quia diuinitas est formaliter infinita, nõ autem paternitas, nec spiratio; & ideo abstrahendo a supposito Deitatem, cùm semper maneat in ipsa ratio infinitatis: semper manet ratio identitatis simpliciter ad paternitatem, & spirationem: & ideo manet ratio veritatis affirmatiuæ prædicationis in abstracto.

26. Sed paternitatem, quæ non est formaliter infinita, abstrahendo à supposito; non manet ratio identitatis eius ad spirationem actiuam, quæ etiam non est infinita: quia neutrum extremũ secundùm propriam rationem sui habet infinitatem. Et ideo licet hæc sit vera, pater spirat, quia eidem supposito conuenit vtrumq; tamen abstractione ab illo supposito facta, quia neuerũ eorum est infinitum, non est vera prædicatio in abstracto, paternitas est spiratio.

27. Per oppositum; consimilis ratio est, quandocunque aliquod essentiale prædicatur de aliquo essentiali; vel personale de essentiali, vel essentiale de personali: vt potè hæc est vera, sapientia est paternitas, sapientia est spiratio, & è conuerso; quia abstrahendo à supposito, adhuc manet alterum extremum infinitum, scilicet sapientia: & ideo remanet adhuc ratio identitatis extremi ad extremum, facta tali abstractione; & per consequens ratio veritatis in prædicatione affirmatiua.

Hactenus Scotus; vbi non solùm vniuersalem, & appositissimam exhibet regulam veritatis enuntiationum, quæ ex terminis absolutis abstractis constituuntur, in diuinis; sed etiam continet, eò relationes infinitas non esse, quòd ad inuicem in abstracto prædicari nequeant, ex sola infinitudinis negatione. Quia tamen prauidit Scotus, ab aliquibus negari, causam falsitatis enuntiationum, quæ ex terminis abstractis relatis constituuntur, petendam esse à sola negatione infinitudinis; statim subijcit. §. *Circa tamen*; *sab nu. marg.* 18. In hæc verba.

28 Circa tamen maiorem istam, quare prædicatio aliqua in abstracto in diuinis negatur; ab aliquibus dicitur, quòd licet paternitas, & spiratio, sint idem realiter, tamen differũt ratione: & hoc sufficit ad impediendũ talem prædicationem. Quando autem probatur, quòd talis differentia non sufficit; quoniam ista est vera, sapientia est bonitas. Respondetur; quòd sicut attributum potentiæ non est attributum sapientiæ; sic nec in proposito.

29 Sed hoc nõ videtur probabile: quia attributũ, vt attributũ, dicit intẽtionẽ fecũdã, vel relationem aliquã rationis circa illud, de quo dicitur; vnde etiã numeratur, & verũ est dicere, quòd bonitas, & sapientia, sunt duo attributa: ergo secundũ illud, secundùm quod est numeratio, non est verum dicere, hoc est hoc: quia illud est rationis. Sed non propter hoc negatur ista, sapientia est bonitas; vbi non ineluditur illud rationis quod numeratur in eis. Ergo à simili nõ

Cur hæc enuntiatio sit vera album est musicum? Scotus

Etiã est vera enuntiatio ex terminis in abstracto si alterũ extremum sit infinitum.

Corollariũ ex præmissis.

Hæc est falsa enuntiatio paternitas est spiratio actiua, & quare?

Scotus

Obiectio.

Refellitur: Quia to discretio rationis exprimitur per complexionẽ sufficit numerus, vel pluralitas rationis ad satisfaciẽdã enuntiationem

est illimitatus in ratione essendi; quæ sola rationis discretio præstat, vt aliquid concipiamus in Deo quasi rationem alterius, esto quòd in re nulla sit distinctio, nec formalis. Sicut etiam æternitatem Dei ex eius immutabilitate à priori colligimus; quamuis immutabilitas, & æternitas, sint modi indistincti inter se, & à diuina natura, ante mentis functionem.

Ad cõfirmationem responsio.

Ad confirmationem; finitatem, & infinitatem secundùm essentiam; modos esse differẽtiales, & quasi cõtractiuos entis, sicut perfectas, & imperfectas; quò fit vt non sint extra conceptum quidditatiuum illarum rationum, quæ ab ipsis constituuntur.

Ad instãtiã quòd infinitas in creatis non importet additionẽ prædicati essentialis.

29 Ad instantiam; quòd infinitum in quantitate aut intensione, non addit aliquod prædicatum constitutioni metaphysicæ quantitatis, ac qualitatis; sed est quædam extensio, aut intensio formæ eiusdem metaphysicæ constitutionis. Infinitas verò secundùm essentiam, quasi addere intelligitur prædicatum quoddam subintrans constitutionem, vel quasi constitutionem eius conceptibilitatis, quæ infinitudinem refert. Quia sapientia diuina, verbi gratia, quasi addere intelligitur supra conceptum sapientiæ, qui à creata, & increata abstrahitur, gradum essendi, aut prædicatum illimitationis, quod trahit sapientiam vt sic, ad esse diuinæ sapientiæ: quò fit, vt infinitas secundùm extensionem quantitatis, aut intensionem qualitatis, non attineat ad discretionem quidditatiuam rei; secùs verò infinitudo secũdũ essentiam, quę Dei tati, & attributis defertur.

Dilutio 4. argumenti, quod dentur plures modi finitatis in creatis iuxta discretionem gradũ metaphysicorum.

30 Ad quartum argumentum, *ex num. marg.* 5. etiam dari plures modos finitatis in creatis iuxta diuersitatem graduum metaphysicorum, qui finiuntur; cùm quantitas virtutis sit de quidditate entis creati, vt ostensum est. Quò fit, vt iuxta discretionem entium, aut prædicatorum metaphysicorum, detur etiam propriæ quantitatis seu integritatis virtualis pluralitas, ac proinde finitionis multiplicitas: cùm quælibet ratio, prout ex natura rei distincta ab alia, quò non refert illimitationem in eo gradu essendi, finiatur intrinsecè secundùm propriam quantitatem virtutis illius conceptus. Quare gradus animalitatis sortitur propriam finitudinem quidditatiuam ex natura rei distincta ab finitudine, siue limitatione quidditatiua rationalitatis. Quod etiam in diuinis pari ratione constituendum est; quia quò sapientia, prout ex natura rei distincta à iustitia, est illimitata in ratione sapientiæ, eò refert quidditatiuam illimitationem distinctam ab infinitate iustitiæ.

Cur multiplicetur infinitas indiuisibilis nõ tamen existẽtialis

Nec obstat oppositio de indiuisibilitate, & vnitate actus existentialis; quia sicut in rebus creatis vnica actualitatis forma sufficit pro omnibus prædicatis, quæ existunt vi eiusdem actualitatis formaliter indiuisæ: ita in diuinis vnum simplex existere, etiã formaliter indiuisum, præstat pro omnibus absolutis Dei perfectionibus.

Pro enodatione arg. 5 ostenditur quòd ab infinitatibus attributorum nõ præscindatur ratio cõmunis.

31 Ad quintùm *sub num. 6.* ex Aureolo; quòd illimitatio attributorũ transcendit vltimùm conceptum quasi differentialem illorum; sapientia enim diuina colligitur cum creata sapientia ad vnam rationem sapientiæ vt sic, & trahitur ad rationem talis sapientiæ diuinæ per illimitationem in esse sapientiæ; quò fit vt illimitatio imbibatur in gradu vltimo, & differentiali suæ quasi constitutionis. Cùm autem, apud Scotum, vltimæ rationes differendi non coeant ad vnitatem rationis obiectiuæ ab illis abstractæ; eò fit, vt attributorum infinitudines trahi nequeant ad vnam rationem conuenientiæ. Quare conuenientia infinitudinum attributalium non est conuenientia simpliciter, quæ à ratione differendi depurari queat & ad vnitatem conceptus colligi; sed solùm conueniẽtia secundũ quid, vel secũdũ proportionalitatem quãdam, quia sicut se habet illimitatio iustitiæ ad iustitiam, ita illimitatio sapientiæ ad sapientiam. Adi quæ expendimus de vltimis differentijs ad vnam rationem conuenientiæ non colligendi; *in controuersia 2. de Vnitate Dei, art. 2. vbi latè de modis entis.* Hac enim ratione diluitur oppositio qua nos vrgere molitur Aureolus ad hominem ex Scoti principijs.

Ad fundamenta Aureoli. Ad 1. arg.

32 Ad fundamenta opinionis Aureoli. Ad primùm; quòd euidenter obtineret intentum, si falsum non assumeret; nimirum attributa non addere supra Deitatem rationes obiectiuas intrinsecas, sed solùm extrinseca connotata.

Ad confirmationem; æternitatem,

&

Ad cõfirmationẽ Aureoli redditur ratio cur multiplicetur in finitas in Deo ratiõ immutabilitas, & æternitas.

& immutabilitatem circuire alia attributa tantum identicè ; infinitudinem verò etiam formaliter. Cuius ratio est; quia æternitas est ipsamet existentia Dei formaliter, vt ex infra dicendis latiùs constabit; quare sicut vnica simplex existentia pro omnibus prędicatis astruitur, non solùm in Deo, sed etiam in creaturis ; ita & vnica æternitas absoluta asserenda est. Idem asserimus de incommutabilitate substantiali Dei; quã antiqui theologi appellarunt inuertibilitatem de esse ad non esse ; quia cùm Deus eò respuat vertibilitatem de esse ad non esse, quòd essentialiter sit suum esse : sicut vnicam tantùm formalitatem existentiæ refert, quâ est ens à se, & hæc non plurificatur in attributis, ita nec multiplicatur incommutabilitas.

Ad vltimũ arg. Aureoli licet nõ plurificetur quãtitas molis iuxtà diuisionẽ &c. id est, bene tamẽ quãtitas virtutis.

33 Ad vltimam Aureoli probationem, fatemur, omnia accidentia materialia eiusdem subiecti per eamdem quantitatem molis quantificari ; nec partiri quantitatem, iuxta formarum, quæ eidem subiecto cohærent, pluralitatem; ex eo tamen aliquid contra nostram sententiam colligi, inficiamur. Quia quantitas ea, de qua viget difficultas, non est quantitas molis, sed virtutis quamlibet essentiam rei transcendens, ac proinde plurificata iuxta formarum discretionẽ; quantitas verò molis, sicut realiter à formis accidentalibus differt, adeò vt diuinitùs sine quãtitate conseruari queant; ita nec multiplicatis formis in eodem subiecto multiplicatur.

Cur infinitas nõ sit vltimã cõstitutiuã Dei ratio?

Ex hoc autem quòd infinitas sit prædicatum transcendens omnes gradus, & formalitates entis increati, pari ratione sicut finitas secundùm quantitatem virtutis in ente creato transcendit, & plurificatur formaliter iuxta discretionem conceptibilitatum seu formalitatum à parte rei distinctarum, vt apparet in gradibus metaphysicis; consequenter producimus, vt esto quòd infinitas sit de quidditate naturæ diuinæ, nequeat tamen asseri vltima ratio suæ quasi metaphysicæ constitutionis. Cùm nullum prædicatum, quod transcendit gradus conuenientiæ inter Deum, & creaturas, renuntiari valeat vltima ratio constitutionis diuinæ naturæ ; quàm obrem existentia, quæ est vltima formalitas siue ratio constitutionis Deitatis, non est prædicatum transcendens alios gradus conuenientiæ inter Deum, & creaturas. Quod expendimus supra, in *controuersia 1. art. 4. numer. marg.* 44. Ostendentes, quòd infinitas non sit ratio vltima quasi metaphysicæ constitutionis naturæ diuinæ ; sicut est existentia.

ARTICVLVS III.

Vtrùm detur aliqua proprietas in Deo, quæ non sit formaliter infinita?

SVMMARIVM.

Apex controuersiæ ex Scoto aperitur. Num. 2.
Sententia eorum, qui agunt, relationes diuinas infinitudinem vẽdicare, suadetur. Num. 4.
Perfectionem simpliciter in hypostasibus inficiatur Aureolus, non verò infinitudinem. Num. 15.
Litera Scoti statuitur, & expenditur. Num. 16.
Ex textu fundamenta ad veram sententiam sternuntur. Num 19.
Optima regula Scoti de verificatione enuntiationum, quæ ex terminis abstractis construuntur. Num. 21.
Quare relationibus illimitatio repugnet? discutitur. Num 31.
Nostra sententia rationibus fulcitur. Num. 40.
Oppositionibus fit satis. Num. 59.

Punctus controuersiæ.

1 LICET Controuersiam istam Scotus varijs in locis insinuauerit, ex instituto tamen illam expendit quæstio. 5 quodlibetali per totam ; cuius titulus est. *Vtrùm relatio originis sit formaliter infinita?* Quia tamen præsens difficultas à pluribus autoribus, præcipuè Thomistis, eluditur solis verbis, dum controuersiam, quæ de re est, ad nudas voces, & nomina deferre videntur; cùm perfectionem relationum in essentiæ illimitationem refundunt, eam solùm infi-

ni-

nitudinem relationibus adscribentes, quæ illis ex Deitatis identitate accedit, quòd prorsus in controuersum est; vtpote ex disputationis innotescat, præmittendus est illius sensus ex Scoto loco citato. §. *Viso de infinito sub numer.* 5. *editionis Cauelli*. Vbi subijcit. *De hoc, quòd quæritur videamus, si relatio formaliter possit esse infinita? Hoc enim non est quærere, si relatio sit eadem realiter alicui infinito, de quo non est dubium communiter loquendo, quia realiter est eadem essentiæ.* Et post pauca, effugium aliquorum occludēs; subdit in hæc verba.

Acuta dissertationis exaratio ex Scoto.

Scotus.

Inutile effugium occupatur.

2 *Ex hoc patet statim, quòd responsio illa, quæ communiter datur, non est ad quæstionem; vtpote dicendo, quòd relatio originis est infinita formaliter, quia essentia est infinita, & illa relatio est essentia. Non enim quæritur, si sit per identitatem aliqua res, quæ sit formaliter infinita; sed quæritur, an ipsa per se primo modo sit illa res, cuius modus per se intrinsecus sit infinitas? Et ideo si sic arguitur: diuinitas est infinita, paternitas est diuinitas; ergo paternitas est infinita. Patet quòd argumēti inconcludit, quia maior est vera de prædicatione formali; minor autem, non nisi de prædicatione per identitatem, paternitas est Deitas: ergo non potest inferri conclusio, in qua est prædicatio formalis. Quia non potest maior identitas cōcludi in conclusione extremorum, quàm sit identitas eorum ad medium in præmissis; vnde ex altera de necessario, & altera de contingenti, non sequitur conclusio nisi contingens, vel vnio contingens extremorum.* Hactenus Scotus.

Vt procedat quæsitū non exigitur distinctio formalis relationum ab essentia.

3 Vt autem præsens controuersia inoffenso pede currat, necessaria non est distinctio formalis relationum ab essentia, quam cum Scoto constituimus; præstat enim sola virtualis distinctio, immo, & discretio rationis; quæ suppositā, in controuersiam cadit, an relatio, prout concipitur aliquid addere Deitati, intelligatur perfectionem aliquam adiungere saltim intelligibiliter discretam à perfectione Deitatis? hoc supposito.

Opinio autumnās relationes diuinas esse infinitas. Canarienſis

Est opinio autumnans, relationes diuinas infinitam perfectionem vendicare. Sic *Torres, seu Canariensis 1. parte, quæst. 28. art. 2. disp. 3. parte secunda.* Licet hic author, qui in hac re modernis Thomistis est valde plausibilis, ab scopo quæstionis aberret, dum infinitudinem hypostasum in solam illimitationem Deitatis, quæ communis est tribus personis, deferre videatur; quare consequenter defendit, non esse aliquam perfectionem in vna persona, quæ non sit in alia; quod est proprium assertum, quasi ex imo conuellere.

fuga.

Præcludi-tur.

Sententiam tamen asserentem, hypostases propriam infinitudinem nanciſci, sequuntur ex modernis, Soarez *libr. 3. de Trinitat. capit. 9. & 10.* Gabriel Vazquez, *1. parte, tomo 2. disp. 122* Iacobus Granado *in 1. part. tomo 3. disp. 5. tract. 3.* Licet hi omnes in expediēda difficultate de inæqualitate perfectionis personarum valde dissideant.

Soarius. Vazquius Granadus.

Suadetur autem prædicta sententia probationibus, quas pro illa format Scotus loco citato ex quodlibeto 5. §. *Circa tertium articulum, num. marg. 19* Vbi contra propriam sententiam sequēs tia subijcit fundamenta.

1. Ratio in oppositū ex Scoto.

Scotus

Primò sic arguitur, quod non est comprehensibile, nisi ab intellectu infinito, est formaliter infinitum; generatio illa (nempe diuina) *vt generatio, est formaliter incomprehensibilis, nisi ab intellectu infinito: ergo, &c. Minor probatur, per illud Isaiæ 53. Generationem eius quis enarrabit? Quod exponens Hieronymus Homilia 1. super Matthæum de generatione æterna filij; quòd, inquit impossibile Propheta dixit affatu, &c. Sed quod est impossibile affatu, est incōprehensibile ab intellectu finito.*

4 *Præterea secundò arguitur sic: omnis actio adæquata principio, & termino infinito, est formaliter infinita; generatio in diuinis est actio adæquata principio formali infinito, & termino infinito: quia principium est essentia, vel memoria infinita; & primus terminus est filius, qui est infinitus: terminus etiā formalis est essentia communicata, siue notitia declaratiua, quorum vtrumque est infinitum. Et patet quòd ista actio est vtrique adæquata; quia non potest esse, nisi vnica huius principij ad hūc terminum.*

2. Ratio ex Scoto pro opposita sententia.

5 *Præterea tertiò: ratio subsistendi est ratio perfectissimè essendi; relatio originis primæ personæ est ratio subsistendi: ergo est ratio perfectissimè essendi. Et per consequens infinita: quia esse in diuinis est formaliter infinitum.*

Ratio 3. ex Scoto.

Quarta ratio ex textu Scoti.

6 *Præterea quartò: intellectus diuinus eſt formaliter infinitus, alioquin non comprehenderet infinitam eſſentiam diuinam; de qua actum eſt queſt. 1. art. 1. Quòd intellectus, vt intellectus, eam comprehendit: non eſt autem infinitus, niſi quia eſt idem eſſentiæ diuinæ, quæ eſt primò infinita. Sed paternitas eſt eadem illi; ergo paternitas propter eãdem rationem eſt formaliter infinita.*

5. Ratio ex Vazq. quòd relationes diuinæ ſint meliores ipſa quã non ipſæ.

7 Deinde arguit Vazquez, & in ordine eſt quinta oppoſitio contra noſtram ſententiam: perfectio ſimpliciter ſimplex eſt illa, quæ eſt melior ipſa, quàm non ipſa; vt infra ex Damaſceno magis conſtabit. Sed relationes diuinæ ſunt meliores Deitati, quàm non ipſæ; melius eſt enim eſſe Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, quàm non eſſe. Adde: quòd id, quod alicui melius eſt, ita & perfectius eſt; ſicut enim bonum, & perfectum conuertuntur, ita melius, & perfectius: cùm autem relationes ſint perfectiuæ, & quaſi bonificatiuæ Dei in perſonali eſſe; fit, vt perfectiones ſimpliciter ipſius Deitatis aſtruẽdæ ſint.

6. Oppoſitio contra Scotiſtas ad hominẽ apud Vazquẽ. Ex infinitudine attributorũ data diſtinctione ex natura rei.

8 Præterea ſextò ad hominem arguit Vazquez contra Scotum: quia ideo Scotus inficiatur infinitudinem in relationibus diuinis; quia implicaret paternitatem infinitam eſſe, & illimitationem filiationis non ambire: eò quòd de ratione infiniti ſit illimitatio in toto gradu eſſendi; ac proinde de ratione infinitæ relationis, illimitatio in toto eſſe relatiuo. Sed hæc ratio, ait Vazquez, *loco citato cap. 2. numer. marg. 3* Infringitur ab eiuſdem Scoti doctrina, apud quem attributa infinitudinem imbibunt in tali eſſe attributali, cum diſcretione ex natura rei; ſapientia enim, apud Scotum, eſt infinita in ratione ſapientiæ, eſto quòd ex naturâ rei diſcreta ſit à iuſtitia, nec tranſcendat iuſtitiam ex natura rei. Ergo à fortiori, in formis, quæ propter relatam oppoſitionem, in idem ſuppoſitum non coeunt; ſtare poterit infinitudo paternitatis in tali eſſe perſonali, eſto quòd illimitationem filiationis non ambiat.

Arguitur 7 ex cõtradictoria oppoſitione entis perfecti, & imperfecti.

9 Septimò arguitur: quia perfectum, & imperfectum, contradictoriè opponuntur; cùm perfectum ſit, id, cui nihil deeſt; imperfectum verò, cui aliquid deeſt. Sed pronuntiari nequit, relationibus diuinis aliquid deeſſe, quod illarum naturæ debitum, aut congruum ſit: ſunt ergo omnino perfectæ in tali eſſe relato; ac proinde illimitatæ, cùm contractæ, & finitæ actualitas diuinis obſtet proprietatibus. Quam probationem Vazquez promouere poſſumus, ex his quæ in controuerſia præcedenti de bonitate Dei conſtituimus; bonum ſcilicet in tota ſua latitudine, de Scoti mente, nil aliud eſſe, quàm integrum eſſentialiter, quodque exprimit negationem quidditatiuæ diminutionis; ſed ab hypoſtaſibus diuinis prorſus releganda eſt quælibet diminutio rationis eſſentialis quæ ad formam, vel quaſi formam eſſe perſonalis attinere queat: igitur relationes diuinæ ſunt eſſentialiter integræ, atque adeò bonæ. Atqui nequeunt limitatam quantitatem virtutis, ſeu finitam bonitatem nanciſci; ergo illimitatam, & infinitam.

8. Agitur ex Suarioquatenus hypoſtaſes diuinæ præ ſeferant appetibilitatẽ illimitatã.

10 Octauò arguit Soarez: quia indubitatum eſt, fœcunditatem Dei, & communicabilitatem eius in pluribus ſuppoſitis, eſſe perfectiſsimam; at, ſi ſuppoſita, vt ſuppoſita ſunt reduplicatiuè, perfecta non eſſent, nec conueniens eſſet naturæ excellentiſsimæ illis communicari, nec Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, vt ſupponunt pro forma conſtituẽte in ſuo eſſe perſonali, amabiles eſſent. Quòd valde abſurdum videtur, cùm perſonæ, ſub ita conſtitutione ſuppoſitali, excellentiſsimam referant pulchritudinem, & amabilitatem; quod vel ex eo perſpicuum eſt; quia ſi perſonalitas filij in natura aduentitia, qualis eſt humana, cui hypoſtaticè coniungitur, eſt maximum bonum illius humanitatis, obiectumque infinitè diligibile, prout terminat humanitatis dependentiam, terminat autem præciſè ſecundùm eſſe relatum; à fortiori in propria natura, quæ eſt Deitas, infinitam bonitatem, & pulchritudinem ſibi aſciſcet.

Occluditur fuga.

Nec præſtat dicere; non eſſe debitam hypoſtaſibus infinitam diligibilitatem, ac perfectionem; ac proinde nõ eſſe perfectionis in relationibus purã negationem, non autem priuationem, importare. Quia ſumma imperfectio eſt in aliqua natura, quòd talis conditionis exiſtat, vt ei perfectio aliqua debita nõ ſit.

9 Oppoſitio ex quãdita te virtutis relationum creatarum

11 Arguitur nonò: quia prædicatum commune Deo, & creaturis, ſi in rebus creatis referat limitatam perfectio

nem

nem, in diuinis sibi vendicabit illimitatam; vt constat de sapientia, quæ quia in creatis est perfectio, ad Deum translata cum vnitate obiectiuæ rationis illimitatam importat perfectionem. Sed relationes diuinæ, & relationes creatæ trahuntur ad vnitatem rationis obiectiuæ intelligibiliter præcisæ; nec enim assignabilis est ratio, cur sapientia diuina & creata, colligantur ad vnitatem conceptus, quod sæpe fatetur Scotus, non autem paternitas creata, & increata? igitur, cũ relationes creatæ bonitatẽ, & quantitatem virtutis sibi vendicẽt, à fortiori relationes diuinæ.

Cõfirmatur

Præterea: relatio creata est participatio quædam relationis diuinæ; quia à paternitate diuina nominatur omnis paternitas in cœlo, & in terra, vt constat ex Paulo ad Ephesios. 3. sicut enim sapientia creata est imitatio sapientiæ increatæ, ita paternitas creata paternitatis diuinæ; sed relationes creatæ exprimunt perfectionem; igitur, & diuinæ.

Arguitur 12 ex relationibus diuinis nõ hypostaticis supposita doctrinæ Scoti

12 Decima oppositio est: quia apud Scotum relationes identitatis, æqualitatis, & similitudinis inter suppositа diuina, non sunt respectus rationis, sed reales; quò dato ex Scoti principijs inferri videtur, prædictas relationes infinitam illimitationem vendicare. Quia ideo infinitudo relationibus originis denegatur ab Scoto; quia oppositionem, & incommunicabilitatem præseferunt, & illimitationi infiniti entis obstare videatur incommunicabilitas, & incompossibilitas cum alia perfectione relatiua. Atqui relationes reales identitatis, æqualitatis, & similitudinis, non referunt incommunicabilitatem, quæ illarum infinitudini obstet; cùm non sint suppositales, & hypostaticæ formæ, quæ tantùm in diuinis important incommunicabilitatem ad alterum: ergo istæ habitudines sunt formaliter illimitatæ. Sed relationes personales, & originis non sunt minus quantæ, & perfectæ, quàm habitudines illæ æqualitatis, & similitudinis; tum quia communior opinio astruit, tantùm esse entia rationis: tum vel maximè, quia relationes personales exhibent effectum per se subsistendi, suntque suppositales formæ; aliæ verò habitudines ũmilitudinis, &c. apprehenduntur ad instar formæ aduẽtitiæ, quæ suppositum in toto suo esse cõpletum præmittit, & ad alterum extremum ordinat.

Vltima ratio impetit Scoti doctrinã ad hominem.

13. Vltimò tandem efficaciùs arguitur ex Scoto in 1. *sent. dist.* 8. *q.* 4. §. *Ad argumentum principale.* Qui ideo compositionem vitat, inter Deitatem, & attributa, suppositа discretione ex natura rei; quia proprietates diuinæ non identificantur merè materialiter, seu in tertio identicæ coniunctionis, sicut gradus animalitatis, & rationalitatis in homine: sed sicut ex sua ratione formali refert quodcumque attributum, quòd illimitatum sit, ita, & à quidditatiua sua ratione importat, vt alterum ambiat attributum per realem identitatem: quã obrem vi suæ quidditatiuæ rationis præfert, vt in carentia, & indigentia alterius attributalis perfectionis esse non possit. Vnde, cum Scotus asseruisset, eò conceptum animalitatis esse potentialem respectu rationalitatis, quò animalitas, & rationalitas, identicam coniunctionem non adeant, vi suæ quidditatiuæ rationis, sed propter tertium eiusdem physicæ compositionis, in quòd materialiter coincidunt; statim subijcit. *Oppositum est in Deo, quia abstrahendo sapientiam à quocumque, quod est extra rationem sapientiæ, remanet vtraque quidditas formaliter infinita; non enim hæc erat eadem præcisè propter identitatem eorum ad tertiũ, à quo abstrahũtur, sed propter infinitatem formalem vtriusque.*

Scotus.

Ex quibus contra Scotum talis argumentatio producitur; rationes illæ, quæ à sua quidditate, non habent, vt identificentur realiter; non excludunt indigentiam, & potentialitatem ad alterum conceptum, qui actuet, & contrahat incompletionem, & indigentiam illam; ergo, si relationes diuinæ infinitæ non essent, quando in idem suppositum coeunt, vt paternitas, & actiua spiratio, per suam quidditatẽ, identicã coniũctionẽ non adirent; sed tantùm materialiter ratione tertij; nimirum Deitatis in quã materialiter cõueniunt. Ergo cũ pater sit substratum, vel quasi substratum spirationis actiuæ; fieret, vt pater, qua talis est formaliter, seu prout supponit pro forma hypostatica constituente illum in esse personali, ex se non haberet formaliter, vnde spirationem actiuam sibi realiter identificare posset: cùm neutra relatio sit infinita, & apud Sco-

Si paternitas spiratio actiua nõ inhiberet illimitationem, & daretur cõpositio in diuinis.

tum à ſola infinitudine accipiatur identica coniunctio in proprietatibus diuinis. Igitur paternitas, & ſpiratiò actiua, tantùm identificarentur propter illimitationem ſui materialis, & ſubſtrati, nimirum Deitatis; atque adeo hærendo in principijs Scoti, paternitas eſſet conceptus potentialis, & componibilis ante intellectum cũ ſpiratione actiua.

Inſtitur oppoſitioni ex Scoti prona ſententia

14 Adde; quòd nec Scotus inficiari videtur, paternitatem, & ſpirationem actiuam non identificari, niſi propter tertium Deitatis, in quod conueniunt; quia in doctrina Scoti, hæc propoſitio eſt falſa; paternitas eſt ſpiratio actiua, ex defectu infinitudinis in vtroque extremo: & hæc propoſitio eſt vera, iuſtitia eſt miſericordia; ſic Scotus loco citato in hæc verba.

Scotus

Et ex quo infinitas eſt ratio identitatis eorum, facta tali abſtractione præciſiſsima, remanet ratio identitatis extremorum; non enim hæc erant eadem præcisè propter identitatem eorum ad tertium, à quo abſtrahuntur; ſed propter infinitatem formalem vtriuſque. Et quòd iſta ſit ratio prædicationis per identitatem, ſignum eſt ex hoc, quòd non conceditur iſta, paternitas in diuinis eſt ſpiratio actiua, nec vt vera formaliter, nec vt vera per identitatem: nec paternitas eſt innaſcibilitas, & è conuerſo. Et ratio videtur, quia abſtrahendo paternitatem, & innaſcibilitatem, ab eſſentia, ſiue à ſuppoſito, neutrum eſt formaliter infinitum, & ideo neutrum in ſua ratione ſic abſtractum, includit rationem identitatis eius ad alterum; & ideo neutrum ſic abſtractum de altero verè prædicatur.

Altera opinio Aureoli; aſtruentis, quòd ratio obiectiua relationis exprimat infinitudinem; non verò perfectionem.

Secunda ſententia Aureoli, quod relationes nõ dicãt perfectionem.

15 SEcunda opinandi ratio in hac re, eſt Aureoli, *in 1. ſent. diſt. 19. ar. 3. §. Propterea dicendum.* Vbi aſſerit, relationes diuinas, quæ ſunt proprietates perſonales, propiam perfectionem ſimpliciter non importare; & probat.

Quia, ſi proprietates relatiuæ perfectionem dicerent, nulla perſona eſſet ſimpliciter perfecta, cum quælibet careat aliqua proprietate; non eſt autem ſimpliciter perfectum, cui deficit aliquid de perfectione cuiuslibet generis, vt Philoſophus, & Commentator dicunt, 5. Metaph. Sed omnino eſt abſonum, quin quælibet perſona ſit perfecta ſimpliciter; ergo proprietates perſonales nullam perfectionem ſimpliciter important.

Licet Aureolus neget perfectionẽ in relationibus diuinis aſſerit tamẽ illarũ infinitudinem

Deinde; in eodem articulo. §. *Nec valent motiua primæ opinionis.* Concedit; proprietates perſonales propriam infinitudinem nanciſci; obſeruat tamẽ. *Quòd propter hoc abſolutè concedi nõ poteſt, quòd tres perſonæ ſint tria infinita ſimpliciter, ſed ſuper cũ additione; quòd ſunt tres infinitæ perſonalitates; vel quod verbum diuinũ eſt infinitum verbũ; & ſpiritus eſt infinitum donum; & pater eſt infinitus dicens.*

Qualiter ſibi in hac re conſtet Aureolus?

Cũ verò ſibi obieciſſet Aureolus cõtradictionẽ, quæ eſt ipſius aſſertis ſequi videbatur; quòd nimirum relationes infinitæ eſſent, & perfectiones ſimpliciter nõ eſſent; reſpõdet. *Quòd non eſt idem infinitum formaliter, & perfectum ſimpliciter; ſi enim tota quidditas albedinis poneretur ſubſiſtens, non propter hoc eſſet perfectio ſimpliciter; & tamen eſſet formaliter infinita* Ex quibus Aureoli pronuntiatis mentem eius haud difficile erit expedire.

Reſeratur ſententia Aureoli.

Quæ, ni fallor, hæc eſt, vt perfectionem ſimpliciter ſimplicem hypoſtaſibus deneget; in quo ſẽſu autumauit, proprietates perſonales propriã perfectionem ſimpliciter non præferre. nec ta-

men perfectionem in tali genere essendi, nimirum entis relati in diuinis hypostasibus inficiatus est, ex hypothesi, quòd tales proprietates formaliter infinitas asseueraut. Quod & aperit exemplum de albedine creabili, quæ infinita foret, non tamẽ perfectio simpliciter simplex aliàs enim daretur formaliter in Deo, quod est absurdum.

Aureoli sententia nõ dissidet ab opinatione eorũ qui asseuerãt, relationes, esse infinitas in tali genere.

Quare Aureoli sententia, si rectè expendatur, alia non est, ab eo neotericorum sensu, qui hypostases esse perfectiones simpliciter simplices negant: quas tamen in tali genere infinitas pronuntiãt; de quorum numero est Franc. Soarez loco citato, & alij neoterici communiter, asseuerantes, paternitatem, verbi gratia, esse illimitatã in tali conceptu relato, non verò absolutè, & simpliciter.

Elucidatur difficile pronuntiatum. Aureoli

Cæterũ circa verba Aureoli expendẽdũ restat, quid sibi velit dum pronuntiat; quòd *si tota quidditas albedinis poneretur subsistens, non esset perfectio simpliciter simplex, & tamen esset formaliter infinita:* subobscurè enim loquitur, nec aperit quid sub tota quidditate albedinis intelligẽdum veniat. Æstimo tamẽ, quod & certum in loco, vt liquet ex mente, & sensu illius Doctoris; quòd per totam eã quidditatem albedinis, quã, si existeret, appellauit infinitam, intellexit totam eam intensionem formæ, quam sustinere queat albedo de absoluta Dei potentia: hic enim recipit Aureolus sententiam, autumantem, esse possibile infinitum secundùm intensionem.

At verò; licet infinitudinem in tali genere intensionis deferat albedini, de absoluta Dei potentia; improbat tamen perfectionem simpliciter talis formę; eò quòd, licet tali suppositò, vt contracto ad talem speciem, niuis, verbi gratia, sit melior albedo, quàm nigredo, sed non suppositò secundùm formalem, & præcisam rationem suppositi; aliàs enim coruo, qui est suppositum, esset melior albedo, quàm nigredo.

Aperit Scotus ex Anselmo cõceptum perfectionis simpliciter simplicis.

16 SEd, vt Scoti mentem ex eius principijs eruamus; libet pronũtiata aliquot *ex q.* 5. quodlibetali, vbi in proprijs terminis rẽ expẽdit, præmittere. Et primò cum Scoto. §. *Secunda ratio principalis sub n. mar.* 13 Exaranda est ipsamet ratio perfectionis simpliciter simplicis; vt inuestigari queat, vtrũ illimitata perfectio relationibus insit? docet ergo Scotus.

Quæ sit perfectio simpliciter simplex?

Secundùm quod colligitur ex intẽtione Anselmi, monologij 15. perfectio simpliciter est, quæ in quolibet habente ipsã melius est ipsam habere, quã non ipsam habere. Hæc autem regula indiget duplici expositione: non enim intelligitur sic, melius est ipsum, quã sua negatio contradictoriè opposita; quia sic quodlibet positiuum esset perfectio simpliciter, quia quod libet positiuum est simpliciter melius sua negatione contradictoriè opposita: sed intelligitur ibi, non ipsum, pro quocunq; sibi incompossibili, etiã positiuè; vt sit sensus, perfectio simpliciter est in quolibet melior quocũq; sibi incompossibili. Secũdò intelligitur, in quocũq; non pro quacũque natura, sed pro quocũq; suppposito; non intelligendo, vt est talis naturæ, vel talis, sed absolutè accepto, vt est tale suppositum, præscindendo rationem naturæ cuius est suppositum. Hoc patet: quia auro sic considerato, vt habet naturã auri, vel suppositò cõsiderato, vt substitit in natura auri, non est melius nõ aurũ, quã aurum; quia incompossibile, vt incõpossibile, nõ est alicui melius, destruit enim entitatẽ ipsius: immo melius sic est auro esse aurũ, quàm quodcunq; incompossibile naturæ auri.

Scotus

Melius ipsum quã nõ ipsum accipi nõ debet contradictorie.

Melius ipsum quã nõ ipsũ cõparari debet ad suppositũ secũdũ præcisam rationẽ suppositi.

17 *Est ergo intellectus propositionis iste, perfectio simpliciter est talis, quæ in quocunque suppposito, absolutè cõsiderato secundùm rationem suppositi, non determinando naturam, in qua, vel cuius sit suppositum; melius est ipsum, quàm non ipsum: hoc est, quàm quodcunque incompossibile sibi.*

Corollariũ ex præmissis

18 *Ex hoc sequitur propositũ; quòd nulla perfectio simpliciter, sit formaliter incommunicabilis. Probatio consequentiæ; quia quod est formaliter incommunicabile, est formaliter incompossibile cuilibet alteri; considerando etiam illud sub ratione suppositi, nõ includendo naturam, cuius est illud. Probatur: quia quod repugnat alicui, cũ, vt sibi repugnat*

Scotus.

nat, destruat ipsum: vt sic, non est melius ipsum, quã non tale; quod autem est de se incommunicabile, repugnat cuilibet, etiã sub ratione suppositi. Ergo nõ est melius illi, etiã vt consideratur sub ratione suppositi, quã non ipsum. Habemus ergo istã maiorẽ, quòd nulla perfectio simpliciter est formaliter incõmunicabilis. Quæ litera ita aperta est, vt elucidatione nõ egeat

19 Quò fit, vt de mente Anselmi quã acutissimè enucleauit Scotus, optimè interatur, quamcunque perfectionẽ simpliciter esse omnino composibilem in eodem supposito apprehenso sub ratione formali suppositi, cũ qualibet altera perfectione simpliciter; adeò vt illa perfectio simpliciter asserenda non sit, quæ pugnet cũ alia perfectione simpliciter in eodem supposito sub præcisa ratione suppositi. Si enim perfectiones simpliciter, incomposibiles essent; fieret vtedem formalitas esset perfectior; & imperfectior alia, sub eodem conceptu perfectionis simpliciter, quod esset in dictis implicare. Si enim iustitia, & misericordia, quæ sunt perfectiones simpliciter, in supposito patris incõposibiles essẽt; sequeretur, quod iustitia, quã est perfectio simpliciter, esset melior ipsa, quã non ipsa; ac proinde melior misericordia, quæ illi incomposibilis foret. Quòd idẽ esset verum de misericordia ad iustitiam relata; atq; adeo fieret, vt ab eodem cõcepto perfectionis simpliciter peteretur, quòd eadem forma, aut quasi forma, esset perfectior, & imperfectior alia sibi incomposibili, quòd est implicatorium. Quare cũ paternitas sit incomposibilis filio, etiam sub ratione suppositi, cũ filiatio sit forma suppositalis, & hypostatica filij, cui suppositalitati opponitur relatiuè paternitas; ex dictis concluditur, paternitatem non esse perfectionem simpliciter simplicem; quia alioq; esset melior, & non melior, perfectior, & imperfectior filiatione sibi incomposibili.

Deinde ex textu Scoti *sub nu.* 18. patet perspicuè illorum impostura, qui autumarũt, Scotum cẽsuisse cũ Ioan. de Ripa personas diuinas constitui in esse personali per proprietates absolutas, & nõ per relationes; quia cũ esse suppositale vel personale sit incõmunicabile alteri supposito, & apud Scotũ, ibid. *Nulla perfectio simpliciter, sit formaliter incõmunicabilis*: fieret, vt etiam apud Scotũ daretur aliqua proprietas absoluta, quæ perfectionem, & illimitationem nõ vẽdicaret, cõtra expressissima Scoti pronunciata, in citata *q.* 5. quodlibetali per totam, & liquet ex litera à nobis infra trã scripta *à n.* 21. *vsque ad* 29. *&* 2 *n.* 31. *vsque ad* 33. *& etiam sub n.* 37. Vbi relationem diuinam vocat relationem personalem, eò quòd sit cõstitutiua personæ

Præterea; quòd si personæ diuinæ nõ constituerentur in esse suppositali per relationes formaliter, sed per proprietates hypostaticas, quæ esset absolutæ; sequeretur, quòd quælibet relatio nõ esset incomposibilis cuicunq; personæ secundùm formalem rationem suppositi. Si enim relatio non attineat ad constitutionem personæ, vt suppositum & persona est, corrueret Scoti probatio agens; ideo paternitatem non esse perfectionem simpliciter simplicem, quia non sit melior filio secundùm formalem rationẽ suppositi, eoquod sit forma oppositæ filiationi. Si verò filiatio, vt filiatio, non esset constitutiua filij in ratione suppositi, non repugnaret filio paternitas secundùm formalem, & præcisam rationem suppositi, & personæ; licet opponeretur filio, non vt personæ, sed vt relato ad patrẽ, ob relatiuã oppositionẽ.

Verũ; expressam Scoti mẽtẽ de cõstitutione Patris in ratione talis personæ per relationẽ paternitatis; accipe ex *q.* 4 *quodl. §. de primo accipio hãc propositionem n. nar.* 3. editionis Hugon. Cauelli. Vbi habet ita. *Præterea; si specialiter repugnaret prima personæ cõstitui per relationẽ originis, nõ esset propter aliquid cõmune sibi & alijs; quia ex hypothesi nõ repugnat alij; ergo propter aliquid, quod est speciale primæ personæ. Sed hoc est falsũ: quia nihil est sibi speciale nisi prioritas originis secũdũ quã qualibet persona est ab ipsa, & ipsa à nulla; sed propter hãc prioritatẽ nõ repugnat sibi constitui per relationẽ ad secũdã personã; quia hoc nõ esset nisi propter simultatẽ, quã requirit relatio inter duo extrema, qua simultas videtur repugnare illi prioritati in hac persona. Sed hoc nõ est verũ; probo. Quãdo sunt aliqui ordines alterius rationis, quorũ vnus nõ includit alium, nõ præexigit, nec coexigit necessariò illũ, potest esse sine illo, imo cũ simultate oppositã illi ordini.* Et paulò infra subdit Scotus: *possũt aliqua esse simul simultate correlatiuorum, quæ est simultas essentialis, & tamen esse ordo originis inter ea.*

Præmissorũ amplior illustratio.

Perspicuum Scotistarum probypostasibus relatiuis.

Scotus

Cõmentarius Anselmi, & Scoti.

Conuellitur cõmentũ opinatiũ Scotũ asseuerasse, quod personæ cõstituantur per proprietates absolutas

Vbi non ſolum perſpicuè teſtatur Scotus conſtitutionem perſonarum per relationes ſub expreſſo conceptu relationum; ſed etiam referat, qualiter prioritas originis non obſtet ſimultati relatiuorum, imo eam imbibat eſſentialiter. Ex quo pronuntiato infertur, cognitionem abſolutam, & intuitiuam totius Trinitatis perſonarum anteire generationem verbi, & ſpirationem Spiritus Sancti; quod ex recentibus Scoti aſſeclis tutatur Theodorus Smiſingius, *tomo 2. de Deo Trino, diſp. 3 q. 5. num. margin. 273. de quo nos infra in cont. 9. de Viſione Dei, diſt. 3 ſubdiſt. 2. art. 2. à nu. 22. vſque ad 25.*

Theodorus Smiſingius

Oppoſitio cõtra diffinitionẽ perfectionis ſimpliciter ſimplicis

20 Sed obijcies; quòd ſi hæc diffinitio perfectionis ſimpliciter ſimplicis adæquatè rem exprimeret; ſequeretur; quòd ſcientia viſionis Dei, ac decreta libera illius, perfectiones ſimpliciter ſimplices non forent, eo quòd Deitati non ſint formæ meliores ipſæ, quàm non ipſæ; cùm ſint affectiones non neceſſariæ Dei, vt potuerint, quæ ita Deo inſint, vt illi non ineſſe, potuerint.

Diluitur, in actibus liberis ſcientiæ, & voluntatis Dei

Reſpondetur: quòd ſcientia, & voluntas libera Dei, licet non ſint perfectiones ſimpliciter ſimplices, quà terminationem adeunt contingentẽ, quæ Deo ineſſe, & abeſſe queant; ſunt tamẽ perfectiones ſimpliciter, quà Deo neceſſariò inſunt: nimirum quoad eſſe vitale, & intrinſecum apprehenſionis, & impulſus. Sed de his latiùs in controuerſia de immutabilitate Dei.

Optima Scoti regula de veritate enuntiationum, quæ ex terminis abſtractis abſolutis conſtruuntur in diuinis; & quare falſificentur enuntiationes conſtitutæ ex terminis relatiuis?

Subtilis theologia Scoti de veritate enũtiationũ ex terminis abſtractis in diuinis

21 DEinde; obſeruandum ex Scoto *loco citato ex quodlibeto 5. §. Tertiò arguitur ex incompoſsibilitate ſic ſub n. mar. 15.* Hanc eſſe rationem infiniti formaliter ſecundùm eſſentiam; vt omnem perfectionem in eodem ſuppoſito, eò nexu intimæ identitatis ſibi vẽdicet, ſalua nõ tranſcendentia eſſentiali formalitatum, quæ identificantur realiter; vt nec per quamcunq; præciſionem tolli, aut intelligibiliter remoueri queat identitas ea, quæ neceſſaria ſit ad verificãdam propoſitionem ex terminis abſtractis cointegratam: quare omnis prædicatio infiniti formaliter de alio, etiã in abſtracto, eſt formaliter vera. Sic igitur habet Scot.

Scotus

Maior probatur inductiuè; & ratione. Inductiuè ſic: nihil eſt in diuinis, quod nõ ſit idem eſſentiæ diuinæ, immo etiã & cuilibet eſſentiali; ita quòd conſiderãdo vtrumq; in abſtracto ſimpliciter, verũ eſt hoc eſt hoc. De eſſentia ergo, & de eſſentialibus, de quibus communiter apparet; quòd quodlibet ſit infinitũ formaliter: patet maior, quòd quodlibet eorũ eſt idem cuilibet ſibi cõpoſsibili in eodẽ ſuppoſito.

Infinitũ eſſentiam eſt incõponibile alicui ſubſtrato

22 *Probatur etiã eadem maior ratione ſic: quia infinitũ non ſolũ non eſt compoſitũ, ſed etiã omnino incomponibile alteri; omne enim componibile poteſt eſſe pars, & perconſequens excedi, quia totũ eſt maius ſua parte. Infinitũ autem nullo modo poteſt excedi; ergo eſt omnino ſimplex, & incompoſitum, & incomponibile* (loquitur Scotus de infinito ſecundùm eſſentiam, ſcilicet de Deo, & de eius perfectionibus attributalibus) *ſi autem aliquid compoſsibile ſibi in eodem ſuppoſito, non eſſet omnino idem ſibi; tunc ipſũ non eſſet omnino incomponibile: quia tũc ibi eſſet aliqua compoſitio, ſaltim aliquo modo actus & potentiæ. Habemus ergo primã partem maioris; ſcilicet quòd infinitum eſt idem realiter ei, quod eſt ſibi cõpoſsibile in eodem ſuppoſito.*

23 *Secunda pars maioris, quòd ſcilicet ſit vera prædicatio in abſtracto; probatur. Quia cũ prædicatio affirmatiua ſit vera ratione identitatis; omnis illa erit vera abſtracti de abſtracto, vbi per abſtractionem non tollitur ratio identitatis: vbi autẽ per abſtractionem tollitur ratio identitatis, non eſt vera. Exemplum: hæc eſt vera albedo eſt color, quia licet extrema ſint abſtracta, non tamen ſit abſtractio, niſi ſubiecto alterius naturæ, & illud ſubiectum non fuit præciſa ratio identitatis eorum extremorum. Manet ergo ratio identitatis naturæ ad naturam, illo ſubiecto excluſo; albedo autem & muſica non habent identitatem, niſi per accidens ratione ſubiecti*

Aſſeritur veritas enuntiationũ in abſtracto ex terminis abſolutis

li-

Cur hæc enuntiatio sit vera, album est musicum, Scotus

licet ergo hæc sit vera, album est musicum, pro quanto idem subiectum denominatur ab vtroque accidente; tamen abstractione facta ab illo subiecto, quod fuit ratio identitatis eorum, hæc est falsa, albedo est musica. Patet ergo, quòd prædicatio in abstracto vera est, quando extremorũ talis identitas, quod per abstractionem nõ tollitur ratio idẽtitatis eorum.

Etiã est vera enuntiatio ex terminis in abstracto si alterũ extremum sit infinitum.

24 Modo quando vnum extremum est infinitum, per abstractionem à supposito non tollitur ratio identitatis ad ipsam; & hoc cuiuscunque compossibilis sibi in eodem supposito, & ideo propter infinitatem, vt iam argutum est, non potest esse compossibilis in eodem supposito, nisi vera, & perfecta identitate reali. Ergo abstractione facta à supposito, quandiu manet ratio extremi infiniti formaliter; semper in quacunque abstractione manet ratio idẽtitatis extremi ad extremum: & per consequens vera prædicatio in abstracto, hoc est hoc.

Corollariũ ex præmissis.

25 Ex ista ratione patet generaliter, quòd quædam prædicationes in diuinis sunt veræ, non solũ in concreto, sed etiã in abstracto, quæ nõ sunt oppositi de opposito; quædã veræ in concreto, licet non in abstracto: quia non loquimur de illis, quæ neutro modo sunt veræ, vbi scilicet extrema sunt opposita, quia nec pater est filius, nec paternitas est filiatio. Vbi autem extrema non sunt opposita, sed compossibilia in eodem supposito, ibi semper adminus est prædicatio vera in concreto, sicut pater est spirans pater est ingenitus; non autem in abstracto, sicut paternitas est spiratio; & tamen hæc est vera, Deitas est paternitas Deitas est spiratio. Hoc non est, nisi quia diuinitas est formaliter infinita, nõ autem paternitas, nec spiratio; & ideo abstrahendo à supposito Deitatem, cùm semper maneat in ipsa ratio infinitatis: semper manet ratio identitatis simpliciter ad paternitatem, & spirationem: & ideo manet ratio veritatis affirmatiuæ prædicationis in abstracto.

Hæc est falsa enuntiatio paternitas est spiratio actiua, & quare?

26. Sed paternitatem, quæ non est formaliter infinita, abstrahẽdo à supposito; non manet ratio identitatis eius ad spirationem actiuam, quæ etiam non est infinita: quia neutrum extremũ secundùm propriam rationem sui habet infinitatem. Et ideo licet hæc sit vera, pater spirat, quia eidem supposito conuenit vtrumq; tamen abstractione ab illo supposito facta, quia neutrũ eorum est infinitum, non est vera prædicatio in abstracto, paternitas est spiratio.

27. Per oppositum; consimilis ratio est, quandocunque aliquod essentiale prædicatur de aliquo essentiali; vel personale de essentiali, vel essentiale de personali: vt potè hæc est vera, sapientia est paternitas, sapientia est spiratio, & è conuerso; quia abstrahendo à supposito, adhuc manet alterum extremum infinitum, scilicet sapientia: & ideo remanet adhuc ratio identitatis extremi ad extremum, facta tali abstractione; & per consequens ratio veritatis in prædicatione affirmatiua.

S. Scotus tradens vniuersalem regulam veritatis enuntiationũ in diuinis

Hactenus Scotus; vbi non solùm vniuersalem, & appositissimam exhibet regulam veritatis enuntiationum, quæ ex terminis absolutis abstractis constituuntur, in diuinis; sed etiam contendit, eò relationes infinitas non esse, quòd ad inuicem in abstracto prædicari nequeant, ex sola infinitudinis negatione. Quia tamen prauidit Scotus, ab aliquibus negari, causam falsitatis enuntiationum, quæ ex terminis abstractis relatis constituuntur, petendam esse à sola negatione infinitudinis; statim subijcit. §. *Circa tamen, sub nu. marg.* 18. In hæc verba.

Scotus Obiectio.

28 Circa tamen maiorem istam, quare prædicatio aliqua in abstracto in diuinis negatur; ab aliquibus dicitur, quòd licet paternitas, & spiratio, sint idem realiter, tamen differũt ratione: & hoc sufficit ad impediendũ talem prædicationem. Quando autem probatur, quòd talis differentia non sufficit; quoniam ista est vera, sapientia est bonitas. Respondetur; quòd sicut attributum potentiæ non est attributum sapientiæ, sic nec in proposito.

Refellitur. Ratio distincti ex ratione exprimitur per complexionẽ sufficit numerus, vel pluralitas ratio nis ad falsificãdã enuntiationem

29 Sed hoc nõ videtur probabile: quia attributũ, vt attributũ, dicit intẽtionẽ secũdã, vel relationem aliquã rationis circa illud, de quo dicitur; vnde etiã numeratur, & verũ est dicere, quòd bonitas, & sapientia, sunt duo attributa: ergo secundũ illud, secundùm quod est numeratio, non est verum dicere, hoc est hoc: quia illud est rationis. Sed non propter hoc negatur ista, sapientia est bonitas; vbi non includitur illud rationis quod numeratur in eis. Ergo à simili nõ

Scotus.

includendo, niſi illud, quod rei eſt; ſi omnino idem eſſet in re paternitas, & ſpiratio, eſſet hæc vera, paternitas eſt ſpiratio: licet non iſta, notio, vel proprietas paternitatis, eſt notio, vel proprietas ſpirationis. Quæcunque enim ſunt eadem re ſimpliciter in Deo, ipſa ſignificata, etiam in abſtracto, & in nominibus primæ impoſitionis, ſiue ſignificantibus rem primæ intentionis, prædicantur de ſe inuicem in abſtracto; licet non in nominibus ſecundæ impoſitionis, ſiue accepta ſecundùm aliqua nomina ſecundæ intentionis. Sicut patet in creaturis; vnde licet iſta ſit vera, Sortes eſt homo, non tamen ratio Sortis, quæ eſt ſingularitas, eſt ratio hominis, quæ eſt vniuerſalitas.

Cõmentarius textus præcedentis.

30 Hucvſque Doctor, cuius mens ea eſt; quòd cùm propoſitio affirmatiua vt vera ſit, debeat rationem identitatis extremorum importare, non verò rationem diſtinctionis; proinde fit, vt quoties prædicationes attributorum nominа ſecundæ intentionis, & diſcretionem rationis referunt, vt patet in iſta prædicatione; *attributum ſapientia eſt attributum bonitatis* (vbi attributum, eſt nomen ſecundæ intentionis, diſtinctionem rationis præſeferens ab alio attributo, vt attributum dicitur, ſeu inquantum ſecundam intentionem induit, & pluralitatem, & numerum conſtituit attributorum) propoſitiones falſæ ſint. Secùs verò, ſi attributa prædicentur, non ſecundùm quòd numerum, & pluralitatem rationis induunt; ſed ſecundû identitatẽ, quam à parte rei præſeferunt, *vt ſapientia eſt bonitas*: tunc enim prædicatio veriſsima eſt ratione infinitæ identitatis, quæ per copulam complexionis importatur. Quare, ſi hæc prædicatio, *paternitas eſt ſpiratio*, præciſis terminis ſecundæ intentionis, falſificatur; optimè deducitur, non eſſe in aliquo horum extremorum infinitudinem, ſiue rationem identificandi, quæ per copulam exprimi queat.

Cur relationibus obſtet illimitatio? Ex Scoto expenditur; & quid apud ipſum ſonet ens quantum, & non quantum?

31 REſtat diſquirere, quare finitas, & infinitas, diuinis relationibus, non congruant? Quod reſeruauit Scotus eodẽ quodlibeto 5. §. *Ad argumentum principale, ſub num. margi.* 26. Vbi docet.

Ad argumentum principale, ſicut declaratum eſt in 1. art. infinitas in entitate dicit totalitatem in entitate; & per oppoſitum ſuo modo, finitas dicit partialitatem entitatis: omne enim finitum, vt tale, minus eſt infinito, vt tali. Ita dico hoc; nullum creatum eſt pars Dei, cum Deus ſit ſimpliciſsimus; ſed omne finitum, cùm ſit minus illa entitate infinita, conformiter poteſt dici pars: licet non ſit ſecundùm aliquam proportionem determinatam, quia exceditur in infinitũ; & hoc modo omne aliud ens ab ente infinito dicitur ens per participatiõ: quia capit partẽ illius entitatis, quæ eſt ibi totaliter & perfectè.

Scotus

Infinitũ ſecundùm eſſentiã eſt totale.

Hoc ergo volo habere, quòd omne finitum, cùm ſit minus infinito, eſt pars: cui ergo repugnat eſſe pars, vel excedi realiter ab aliquo, ei repugnat eſſe finitum. Nũc autem paternitati huic repugnat eſſe pars diuinitatis illo modo, vel excedi à diuinitate: quia propter infinitatem diuinitatis, paternitas, cũ ſit compoſſibilis ſibi in eodem ſuppoſito, eſt ſimpliciter idem ſibi; & per conſequens realiter excedi non poteſt, nec eſſe pars, nec rationem partis habere poteſt: non ergo eſt finita.

In quo poſitũ ſit totalitas infinitatis per eſſentiam apud Scotũ.

32 *Nec infinita, ſicut prius probatũ eſt; quia ſicut finitũ habet rationẽ partis modo prædicto; infinitũ habet rationẽ totius hoc modo: ſcilicet ex plenitudine quãtitatis virtualis ſuæ, menſurans omne aliud, vt maius per acceſſum ad ipſum, & minus per receſſum. Sed nec paternitas habet rationem totalitatis; quia menſura, ſecundùm gradum quemdam perfectionis ſtat ad aliquod primum*

Infinitũ ex plenitudine quantitatis virtualis mẽſurat omne aliud ſecundũ exuperantiam.

in

Explicatur partitio entis in ens quātum & non quantū Scotus

in ordine mensurandi, quòd est essentia absoluta.

33 *Dico ergo breuiter; quòd paternitas nec formaliter est finita, nec formaliter infinita, & eum arguis ex diuisione immediata entis in ista; etiam antequam descendat, in decem genera. Concedo bene, quòd ista non diuidunt ens, vt iam contractum est ad aliquod genus; imo quodlibet genus, & ens, vt immediatè indifferens ad decem genera, est præcisè ens finitum. Finitum tamen, & infinitum, non diuidunt ens, nisi ens quantum; quia sicut secundùm Phylosophum. 1. Physicorum finitum, & infinitum quantitati congruunt, quod est verum de finito, & infinito, & quantitate propriè acceptis: ita etiam extensiue loquendo, finitum, & infinitum, vt sunt passiones entis, conueniunt præcisè enti in se habenti quantitatem aliquam perfectionalem. Talis autem quantitas non conuenit entitati, nisi quæ potest esse partialis, vel totalis inter essentias; quantitatem enim cōparatam ad aliam statim oportet excedere, vel excedi, & esse partialem, vel totalem, sicut hic loquimur de partiali, & totali. Paternitas autem, vt paternitas nō potest esse inter entitates totalis, nec partialis.* Hactenus Scotus.

Plena explanatio totalitatis entis infiniti ad literam Scoti reserā dam.

34 Cuius mens ex instituto referanda est, expendendaque vis illius rationis de totalitate, & partialitate; propter quam à diuinis relationibus remouet Scotus finitudinis, & infinitudinis conceptum. Et quoad finitatem attinet, euidenter id ab Scoto demonstratur, à nulloque in controuersiam vocatum est; quò ad infinitatem verò, Scoti ratio infirma videtur, & quæ contra ipsum ad hominem retorqueri queat in proprietatibus absolutis attributalibus inter quas, & Deitatem, nō minor intercedit apud Scotum distinctio, quā inter relationes, & essentiam.

Retorquetur contra Scotū doctrina præcedens Scoti

Ita ergo ratio, quā de relationibus diuinis instruit Scotus, contra ipsum retorquetur. Quia ideo paternitas ens quantùm non est, vel quòd eodem redit, non dicit perfectionem: *Quia alias esset ens totale infinitum referens plenitudinem quantitatis virtualis mensurantis omne aliud: ita vt per accessum ad talem quantitatem res fieret maior, & minor per recessum.* Adeò vt Deitas perfectior esset per accessum relationum, & minus perfecta per non accessū relatiuarū proprietatū; vt patet *ex tex n. 32.* Quod videtur incōueniēs quia aliàs esse Dei, vt supponitur ad relatiuas hypostases, minus perfectum à nobis apprehenderetur, quā vt est actu substratum, vel quasi substratum talium relationum.

Instituitur oppositio ad hominē contra Scotum.

Atqui, si hæc probatio alicuius esset roboris, etiam obtineret, attributa non esse quanta, nec totalia in hac quātitatis virtualis, & totalitatis consideratione: quia aliàs esse Dei, vt anteit attributales proprietates, à quibus apud Scotum ex natura rei dissidet, conciperetur, vt minus perfectum intensiuè; quàm potè emanationem logicam, quæ in posteriori signo intelligitur, aut quam emanationem attributalium perfectionum ex Deitate, tāquam ex virtualissimo & illimitatissimo pelago totius esse.

Premittur ratio ad hominē contra Scotū ex infinitudine

Sicut ergo Deitas pro illo signo non concipitur, vt minus perfecta; licet pro illa præsuppositione non intelligatur vt actu subitrata proprietatibus attributalibus: eo quod, etiam pro illo priori, apprenendatur, tanquam illimitatissimum essendi pelagus præhabens intra eminentiam suam quidquid perfectionis attributalis in secundo signo accedere, aut pullulare intelligitur. Quò fit, vt Deitas attributalibus proprietatibus in posteriori signo coniuncta, non sit magis perfecta intensiuè, & virtualiter; ita planè ob eandem omnino rationem esse Dei, vt anteit relatiuas hypostases, quas præintelligitur referre intra virtualitatem suam, non erit minus perfectum intensiuè, quàm vt concipitur, vt actualiter subsistratum hypostatibus: nec enim inconueniens esse potest, id de proprietatibus relatiuis pronuntiare; quod de absolutis perfectionibus necessariò asseuerare teneatur Scotus.

Cessio de sensu Scoti in præsenti quæsito.

35 Quod argumentum intendit mentem Scoti nunquam fuisse, infinitatem diuinis hypostatibus denegare, eò quòd Deitas illis terminata perfectior foret extensiuè, & formaliter, ob perfectionem extensiuam præcisè loquendo cùm eadem planè vi ratio illius contra attributales proprietates militet, si is esset probationis Scoti sensus, quem obiectio contendit. Sed Scotum rela-

tiones diuinas non ad Deitatem præcisè in qua eminentialiter præhabentur, comparasse, sed easdemmet hypostases inter se; illiusque argumentationem agere, ideo totalitatem infinitudinis, & quantitatis virtualis relationibus diuinis repugnare, quia darentur plura infinita inter se incommunicabilia, ac proinde entitatiuè discreta; ac fieret, vt duæ personæ propter relatiuam quantitatẽ alterius personæ illimitationem superarent.

Si autem instes pro vi præcedentis rationis; quòd maximum interfit discrimen inter comparationem Deitatis ad attributa, & ad relatiuas hypostases; eò quòd absolutæ proprietates non sint incommunicabiles Deitati in aliquo Trinitatis supposito, sicut relatiuæ hypostases. Ac proinde, licet non obstet, Deitatem, vt substratam perfectionibus attributalibus, perfectiorem esse extensiuè, & formaliter, eò quòd perfectio illa extensiua, quæ Deitati ab attributis accedit, nequeat Deitati in aliquo supposito Trinitatis non cohærere; contradicit tamen, quòd Deitas, vt hypostasibus coniuncta, sit perfectior propter incommunicabilitatem istarum formarũ. Quæ cum adæquatè non identificentur Deitati; nec enim quidquid est Deus, est Pater, aut Filius (Vt ostendimus infra *in controu. 9. de Visione Dei, dist. 3. de actu visionis subdist. 1. art. 2 numer. marg. 29.*) Fit, vt Deitas in aliquo supposito adstrui posset minus perfecta, eò quòd careat aliqua suppositali forma.

Cui oppositioni dicimus, quòd ratio procedens à comparatione Deitatis ad hypostases incommunicabiles, vt vrgeat, recidere necessariò debet in Scoti probationem comparantem ipsamet supposita inter se; dum autumat, quòd si darentur plura infinita incommunicabilia, fieret, vt plura infinita simul sumpta vnius tantùm infiniti præstantiam euincerent. Quia si tantùm intenderet Scotus, implicare, quòd Deitas, vt substrata proprietatibus relatiuis, esset extensiuè perfectior, retorqueri valeret eadem ratio contra proprietates absolutas; reliquum ergo est, vt accretio extensiuæ perfectionis, quæ Deitati ab hypostasibus accedere posset, non obstet, quia accretio extensiua sit præcisè loquendo, sed quà non communicabilis adæquatè Deitati in quocunque supposito. Ac proinde, quòd illa ratio comparans Deitatem ad hypostases (si quæ sit, aut distincta sit) vt aliquid probet, iuuari debeat illa Scoti probatione, quæ cõfert supposita incommunicabilia inter se. Si enim ideo repugnat, Deitatem perfectiorem reddi per paternitatem, quia careret tali perfectione in alio supposito; id nil aliud est quàm supposita inter se conferri.

Quòd autem hæc sit Scoti mens patet ex loco citato. §. *Prima ratio sic formatur, in arti. 2. eiusdem quodlibeti 5. sub num. margin. 7.* Vbi ait. *Non possunt esse plura realiter distincta, & formaliter infinita; plures sunt relationes originis realiter distinctæ: ergo non sunt formaliter intensiuè infinitæ.* Maiorem autem illam, quòd non possint esse plura realiter distincta, & formaliter infinita; probat Scotus paulò infra, §. *Secundò comparando illa plura inter se, sub num. marg. 8.* Vbi sic habet Scotus *Secundò comparando illa plura inter se probari potest illa maior per hoc, quòd plura bona excedunt in bonitate idem bonum vnum; & hoc quando in quolibet illorum plurium est æqualis bonitas sicut in vno illorum; nunc autem si sint plura infinita, in quolibet eorum est æqualis bonitas, sicut in vno quolibet eorum: ergo illa plura bona excedũt in bonitate illud vnũ bonum; & ita illud vnum non est infinitum.*

Et si dicas; quòd sic argueretur, quòd Deus, & creatura excedunt Deũ. Non valet; tum, quia quodlibet illorum plurium non est æquè bonum cum vno illorum; & inde est, quòd bonitas cuiuscunque illorum alterius ab illo vno, eminenter continetur in illo vno: & ideo ipsum cum illo bono acceptum, non auget, nec excessum facit super illud bonum in se. Oppositum est in hypothesi; quia ibi vnum bonum non continetur totaliter eminenter in altero, quia hoc est contra rationem infiniti. Huc vsque doctor, cuius argumenti vis in probatione nostræ sententiæ, quæ ab illo maximè petenda est, expedietur.

36 Sed obijcies contra Scotum; ipsummet falsum assumere, dum voluntariè astruit, hypostases non quantas esse, quo earum infinitudinem inficietur; nec enim reddit rationem, cur dari queat ens non quantum, aut ens, quod

ad

Scotus.

Fuga. Occupatur.

Opponitur Scoto quòd per ea principia circa ens nõ quantum.

ad quodlibet aliud comparatum nequeat esse ratio æqualitatis, vel inæqualitatis? Quare videtur Scotus reddere antecedens pro causa antecedentis; dum eò relationes non quantas constituit, quò eas non perfectas asseueret: ac proinde partitio entis in quantũ, & non quantum, videtur quoddam cõmentum ad eludendam difficultatem de inæqualitate diuinarum personarum excogitatum.

Diluitur obiectũ aduersariorum.

Respondetur; Scotum in hac re principium non petere, sed rem pro materiæ qualitate penitiùs absoluere; ideo enim quantitatem virtutis, seu infinitudinem in relatiuis proprietatibus inficiatur, quia sunt incommunicabiles, ratio autem incommunicabilitatis reddi nequit: aliàs enim in causis formalibus non reperiretur status. Aut reddant aduersarij rationem, cur hypostases incommunicabiles sint, ac relatæ? Si stent enim in conceptu formali talium hypostasum, cùm rationis vltimæ formalis non detur alia ratio; aliàs enim abiretur in infinitum in causis formalibus. Sic itaque Scotus infinitudinem à diuinis relationibus remouet propter incommunicabilitatem, in qua sistit tãquam in vltima ratione formali; qui verò importunè obtrans rationem aliam extorqueret, interrogandus esset, quare homo sit animal rationale? Quare calor calefaciat? &c. Sed accipe Scotum expeditè rem enodantem quodlibeto 5. §. *Ad vltimum concedo, quòd intellectus est formaliter infinitus sub num.* marg. 24. Vbi subijcit.

In causis formalibus datur status; & in incõmunicabilitate hypostasis sistit intellectus exquirens rationẽ entis non quanti.

27 *Ipsi autem relationi personali competit per essentiam esse ad alterum nec competit sibi infinitas intensiuè propria, quia ipsa non est capax talis quantitatis, sicut nec communicabilitatis. Etiam in genere principij formalis est status: hoc enim accipit infinitatem, illud non, quia hoc est hoc, & illud est illud: sicut hoc accipit communicabilitatem, illud incommunicabilitatem, quia hoc est hoc, & illud est illud. Repugnãtia enim formalis, & non repugnantia primò reducitur formaliter ad rationẽ eius cui dicitur esse repugnantia.*

Scotus.

Et si quaras; quare compossibilis est infinitas huic, & non huic? Potest quæri in oppositum, quare huic repugnat incommunicabilitas, & huic non? Quòd omnes concedunt: & est eadem responsio; quia in ratione principij formalis; quia scilicet formaliter hoc est hoc, & illud est illud formaliter.

Non petit Scotus principiũ mentẽ nõ quæsito sed reddit rationem mentis.

38 Contendit ergo Scotus, quòd infinitum secundùm essentiam tale esse debeat, vt saltim per identicam coniunctionem omnem aliam quantitatem virtutis sibi vendicet; si enim omnem aliam perfectionem identicè non transcenderet; talis perfectio infinito non identificata, esset quasi meta, & finis extrinsecus suæ illimitationis. Ideo enim ab Scoto infinitum secundùm essentiã appellatur totum in esse entis, quia extra illius ambitum nihil esse debeat, ac proinde illi additio prorsùs repugnet; si autem paternitas astrueretur illimitata in toto esse relatiuo, cùm per realem identitatem filiationis illimitationem non ambiat; fieret, vt nec totalitatem simpliciter referret. Siquidem nõ transcenderet totum illimitationis relatiuæ ambitum: ac proinde finiretur quantitas paternitatis ab illimitatione filiationis, tanquam à meta, & termino extrinseco.

Cõmentarius literæ præcedentis.

39 Si autem respondeas; paternitatem non esse illimitatam in toto esse relatiuo, sed in solo paternitatis conceptu; ac proinde paternitatis, & totalitatem, & infinitudinem, non exigere, vt filiationem ambiat, sed quòd nihil sit intra conceptum paternitatis, quod non transcendat hypostasis patris.

Oppositio cõtra fundamentũ Scoti

Sicut & ad hoc, quòd iustitia apud Scotum sit illimitata simpliciter intra iustitiæ conceptum, necessarium non est quòd transcendat formaliter conceptibilitatem misericordiæ diuinæ; cùm formalis ista transcendentia obstet discretioni formali ex natura rei, quã inter attributa constituit Scotus.

Insistitur positioni ad hominẽ contra Scotum

Contra hoc est; quia apud Scotum, estò quòd misericordia, & iustitia, sint duæ conceptibilitates ex natura rei discretæ; eò tamen censeri non debet iustitia quasi meta, & terminus infinitudinis misericordiæ, quò iustitia ex sua ratione formali transcendat misericordiam identicè: adeo vt identitas ista quasi materialiter his proprietatibus non accedat, sed à quidditatiuis illarum conceptibus petendum sit, quòd in summam identitatem realem conueniant: quò fit, vt nec altera proprietas in indigentia, & potentialitate respectu alterius sit nec altera, sit meta, & termi-

Intuitus perspicuus.

nus

nus finiens quantitatem virtutis alterius. At paternitas non transcendit per identitatem realem, filiationem, aut Spiritus Sancti hypostasim; igitur proprietates realiter ac entitatiuè discretæ, essent quasi metæ, & termini, quos non transcenderet infinitudo paternitatis: ac proinde paternitas illimitata simpliciter renuntianda non esset, nec intra conceptum magis abstractũ relationis vt sic, nec intra minus abstractã paternitatis rationem.

Nostra sententia statuitur; & variæ recentiorum molitiones infringuntur.

40 HIS Prælibatis; asserendum est, relationes diuinas non importare perfectionem; sic Scotus loco citato, quem sequuntur omnes eius discipuli, Lychetus, & Tataretus, *in expositione, quæst. 5. quodlibet.* Ioannes de Rada, 1. *par. controuers. 27.* Philippus Faber, *in 1. sentent. disput. 22.* Et ex sancti Bonauent. assectis, Coriolanus, *in 1. sentent. quæst. 28. de Relationibus diuinis, art. 2. §. Quæres, quare sufficit in essentia, & relatione?* Petrus Trigosus etiam in 1. Sancti Bonauenturæ, *quæstion. 3 art. 1. dub. 2. In responsione ad secundum argumentum.* Eidem sententiæ suffragantur Richardus *in 1 dist. 24. art. 1. quæst. 3. Ad primum.* Durandus *in 1. dist. 1. quæstion. 3.* Et ex Thomistis Capreolus *in 1. distin. 7. quæst. 1. Ad tertium contra primam conclusionem articuli secundi,* Caietanus, 1. *part. quæstio. 28. artic. 2.* Molina, 1. *part. quæst. 42. artic. 6. disp. 2.*

Cui opinioni adscribendos censeo omnes eos Thomistas, qui cum solis verbis perfectionem relationibus diuinis deferant; statim, vt inconueniens in æqualitatis diuinarum personarum vitent, ad solam illimitationem absolutam Deitatis; quæ communis est tribus suppositis, confugiunt: quod est absolutam tantùm, & communicabilem perfectionem profiteri, non autem incommunicabilem, & relatam.

Quòd hac breui ratione, meo videri, euidenter ostenditur; quia cum quæritur, vtrum relatio exprimat perfectionem? Aut procedit quæsitum de perfectione absoluta, & communicabili, quæ relationi ex identitate cum essentia accedit, & hoc incontrouersum est: aut de perfectione relata, & incommunicabili, vt formaliter incommunicabilis est? Sicut enim, est certum de fide, rationem formalem paternitatis esse filio incommunicabilem; ita, & in controuersiam venire potest, an sub ea ratione obiectiua, sub qua paternitas est incommunicabilis filio, perfectionem aliquam præseferre valeat? Igitur supposito hoc sensu, qui solus in præsenti expenditur, ineptum omnino est ad illimitationem absolutam, & communicabilem declinare; cùm hæc sub dissertationis disidia cadere nequeat. Ergo, qui nullam perfectionem incommunicabilem agnoscit, re ipsa, licet aliud sub obscuris verbis innuere videatur, perfectionem relatiuam, vt talem, impossibilem esse autumat; cùm perfectio relata, vt talis, sit essentialiter incommunicabilis.

Quare, sicut vno ore inficiantur, possibilem esse in Deo perfectionem incommunicabilem tribus suppositis, ita relatiuam perfectionem negare coguntur, ne manifestè à doctrinæ consequentia deficiant; cùm relatio, vt talis, essentialiter sit incommunicabilis extremo opposito.

41 Cæterùm; antequam Scoti pronuntiatum eiusdem rationibus fulciamus, in primis, vt certa ab incertis separemus; statuendum est, rationem illam, quàm ex Anselmo producit Scotus, euidenter aduersarios profligare, adeò vt compulsi asserere teneantur relationibus diuinis haud inesse perfectionem simpliciter simplicem, quæ in quolibet supposito sit melior ipsa, quàm non ipsa. Quia cùm supposita diuina constituantur in personali esse per relatiuas hypostases; nullatenus supposito patris, etiam sub formali ratione suppositi, melior esse posset filiatio, quàm non ipsa: cùm sit forma relatiuè repugnans rationi constitutiuæ patris in esse suppositali, nimirum paternitati. Vnde, si Scotus in prædictis locis tantùm agebat, diuinis relationibus perfectionem

Ostenditur inane quorundam Thomistarum effugium.

Vrgetur aduersarij vel à consequentia doctrinæ deficientes, vel ludæis verbis

Obstruatio ad doctrinã Scoti suffulciendam

Ratio quã ex Anselmo eruit Scotus obtinet apertè relationes diuinas nõ imbibere perfectionem simpliciter.

sim-

Relationes diuinæ non exprimunt perfectionem

Essentiunq; Lychetus. Tataret. Ioan. Rada Phil. Faber Coriolanus

Trigosus

Richardus. Durandus.

Capreolus.

Caietanus.

Molina.

Nostra sententiæ subscribit plures Thomistæ de nomine tantùm differentes.

simpliciter obstare; euidenter atque feliciter propositum adeptus est.

Neoterici superati pŏdere rationis Anselmi, & Scoti solũ deferũt relationibus illimitationẽ in tali genere, nõ tamẽ perfectionẽ simpliciter simplicem.

42 Quare; neoterici authores, qui oppositam tuentur sententiam, huiusmodi perfectionem simpliciter simplicem diuinis relationibus repugnare, fatentur; tantùmque illis deferunt perfectionem in tali genere essendi, nimirum relato.

Premũtur, adhominem aduersarij inficiantes perfectionẽ simpliciter, simplicẽ in relationibus & astruentes illimitationẽ in tali genere relato.

Verùm ex prædicta doctrina non contemnenda eruitur probatio ad Scoti mẽtem firmandam. Quia, si ab incommunicabilitate, & oppositione relatiua trahitur, vt diuinis relationibus obstet perfectio simpliciter simplex, quam diuina attributa essentialiter sibi vendicant; nec est imperfectio aliqua in diuinis hypostasibus ista negatio perfectionis simpliciter simplicis, eò quòd illis debita non sit talis perfectio: immo contradicat excellentiæ, dignitati, & æqualitati diuinarum personarum. Ita nec diuinis relationibus indignum, aut dissonum esse potest, nullam illis perfectionem adscribere, cùm illis debita non astruatur; magisque diuinas deceat hypostases, illas non perfectas, quàm non simpliciter perfectas pronuntiare. Præcipuè cùm negatio illa perfectionis, vt ab Scoto constituitur, nullatenus imminuat summam relationum integritatem in tali esse hypostatico; sed tantùm infinitudinem remoueat, etiam in esse relato, eò quòd cum oppositione, & incommunicabilitate stare nõ valeat.

Fũdamẽtũ Scoti proprium sententiæ

43 Quò supposito; ostenditur, relationes propriam infinitudinem nactas non esse; ratione Scoti, quam constituimus, *num. margin.* 35. Quia si relationes diuinæ essent infinitæ perfectionis; fieret, vt plures personæ simul sumptæ vnam, vel alteram tantùm personam, in perfectione substantiali relatiua superarent. Quod cum communi Theologorum consensu explodit Augustinus, *lib. 3. contra Maximum, cap. 10. & sermone 38. de Tempore.* Vbi ait. *In Deo non esse quid maius tres personas simul, quã quamlibet seorsum, quia in omnibus est eadem essentia, & natura.* Quò loci reddit rationem Augustinus, ideò perfectionem prorsus æqualem diuinas personas nanciscì; quia omnis perfectio sit communis, vt potequæ essentialis, & absoluta; non incommunicabilis, & relata. Quod etiam docet Augustinus 6. de Trinitate cap. 8. in hæc verba. *Tantùs est solus Pater, vel Filius solus, vel solus Spiritus Sãctus, quãtus est simul Pater, Filius, & Spiritus Sanctus.*

S. August.

Idē Augst.

At, hæc æqualitas inter diuinas personas, vt personæ sunt formaliter, vel inquantùm supponunt pro esse suppositali, quod ab hypostaticis formis cõstituitur; admodum difficulter sustinetur, si diuinis relationibus illimitatio, etiam in tali genere relatiuo, tribuatur. Quod efficaciter ostendit præmissa illa Scoti probatio. *Quòd plura bona excedunt in bonitate idem bonum vnum, quando in quolibet illorum bonorum est tanta bonitas, quanta est in illo bono vno.* Si verò dentur plura infinita, nimirum plures relationes personales realiter inter se condiscretæ; quodlibet illorum infinitum referret tantam bonitatem, quantam quodcunque alterum: igitur plura infinita superarent vnius infiniti quantitatem: ac proinde plura suppositа, vt supponunt pro relato, ac personali esse, vnius personæ excellentiam anteirent.

Explicatur acies argumẽtationis Scoti.

Scotus ☞ „ „

44 Nec infirma est illa Scoti instãtia; qua suam firmat probationem. Cũ enim sibi obiecisset, quòd si illius ratio aliquid ageret, etiã obtineret, quòd Deus, & creaturæ, essent maius, & perfectius ens, quã sit solus Deus; eò quòd actualitati Dei creaturæ bonitas accedat.

Præclusio fuge aduersariorum ex Scoto.

Effugium istud manifestè, vel ex eo occludit; quòd creatura præhabetur intra virtualitatem Dei; suppositа autem, vt talia, seu inquantum exprimunt personalem, & hypostaticam formam, nullatenus includuntur eminentialiter in altero supposito; igitur plures personæ simul acceptæ, vt referunt tria infinita incommunicabilia in genere relato, alterius tantùm infiniti illimitationem excedent.

Confutatio euadẽtium acumen probationis Scoti

45 Sed, libet penitiùs hanc Scoti argumentationem expendere; & contra aduersarios, qui effugia moliuntur roborare. Qui communiter respondere solent; ideo tres personas simul sumptas vnius tantùm suppositi illimitationem non superare, eò quòd ista persona ratione Deitatis virtualiter præhabeat aliarum personarum infinitudines, quæ in Deitatis eminentia claudantur.

At, quis non videat, hos authores

ar-

argumenti efficacitate devictos ad materialem, & identicam illimitationem declinare, quæ omnino extra controuersiam est; cùm tantùm de formali ac incommunicabili relationum illimitatione differatur. Quis enim vnquam inficiatus est, filium, quà Deus est, illimitationem personalem Patris, & Spiritus Sancti eminenter præhabere? Quatenus Deitas, vt illimitatissimum essendi pelagus, omnes proprietates, tum absolutas, tum relatas, intra eminentiæ suæ ambitum colligat? Quò tantùm fieret, vt filiatio materialiter, & identicè ratione Deitatis æqualis foret tribus hypostasibus simul acceptis, formaliter autem spectata, illis longè impar, & inæqualis censenda esset; cùm hypostases, vt tales formaliter, non præcontineant virtualiter relationes oppositas. Quòd manifesta hac ratione cõfirmo.

Aduersarij tãtũ obtinet supparitatẽ perfectionis inter suppositа diuina ratione absolutæ quantitatis

46 Quia; esto quòd asseri queat, Deitatem continere aliqua ratione eminentiali relationes, & attributa; quia licèt essentia non sit principium proprièt productiuum suarum proprietatum, cùm realis emanatio cum omnimoda identitate proprietatis, & substrati stare non valeat; conceditur tamen à Theologis, quadam, licet minus propria, ratione, Deitatem virtualiter præhabere quidquid per modum proprietatis, aut quasi affectionis, à diuino esse quasi logicè pullulare intelligitur. At in relationibus non cõcipitur talis emanatio, ita vt relatio ab oppositа pullulet cum virtuali præcontinentia vnius hypostasis in alia; quia virtualis continentia, si propria sit, ad genus causæ efficientis attinere videtur; vt optimè obseruauit Philippus Fæber loco citato; patet autem non esse causã filij, sed principium.

Instiitur præmissorũ expugnationi; quatenus vna relatio diuina non præhabetur intra virtualitatem alterius

Phil. Faber

Quare, Scotus loco citato ait: *quòd vnum bonum*, (nimirum vnum suppositum,) *non continetur totaliter eminenter in altero, quia hoc est contra rationem infiniti.* Vbi docet; infinito secundùm essentiam obstare, quòd præhabeatur intra eminentiam alterius; eo quòd hæc virtualis inclusio ad genus causæ efficientis attinere videatur. Autumauit tamen; vnum suppositum non contineri, *totaliter eminenter in alio*: quæ, quamuis asseri queat, quòd hypostasis paternitatis præhabeatur intra eminentiam Deitatis, quæ est in filio; attamen intra hypostasim filij nulla ratione præcontinetur eminentialiter. Quò fit; vt filius secundùm adæquatam rationem sui, prout nimirum ex Deitate, & filiatione, constituitur, paternitatem intra eminentiam suam præseferre non valeat.

Scotus

Subtile præmũtiatũ Scoti; quod vnũ suppositũ nõ contineatur totaliter & eminenter in altero.

Sed age; esto quòd paternitas, quia est forma constitutiua suppositi producentis, intra eminentiam suam præhaberet relationem oppositam; qua ratione pronuntiari posset, filiationem intra virtualitatem suam præcontinere hypostasim principij generantis? igitur paternitas, & filiatio, non sunt formæ æqualis virtualitatis, & eminentiæ.

Vrgetur ratio in filiatione nõ præcõtinẽte paternitatẽ virtualiter.

Sed obijcies; quòd sicut non contradicit illimitationi affectionum attributalium, quòd quasi præhabeãtur intra virtualitatem, & eminentiam Deitatis; ita nec aduersabitur illimitationi diuinæ naturæ, quòd vna relatio præcõtineatur eminenter in altera.

Obiectio.

Respondetur; esse omnino diuersam rationem inter vtramque continentiam; quia sicut emanatio attributorum ab essentia est tantùm logica quædam, & conceptibilis pullulatio, cùm non intercedat realis discretio inter Deitatem, & illius proprietates, quæ necessariò exposcitur ad realem præcontinentiam virtualem, sicut & ad realem causalitatem; eò fit, vt non repugnet Deo talis virtualitas, & præcontinentia attributorum: at si vna relatio eminenter præcontineretur in alia, cum inibi intersit realis discretio, etiam & vera causalitas intercedere posset.

Diluitur.

47 Quamobrem; alij his probationibus expugnati, ad eminentialẽ inclusionem hypostasim in essentia non confugiunt, vt diuinarum personarum inæqualitatem vitent; sed dum fatentur ingenuè, quamlibet personam propriã perfectionem relatam sibi asciscere, quæ in alia persona non præhabeatur eminẽter (quà suppositũ est formaliter, & prout hypostasim incommunicabilem refert,) aiunt; inæqualitatem in relatiua illimitatione non sequi ex eo, quòd vna perfectio incommunicabilis sit in filio, quæ non sit in patre; quia omnes proprietates relatiuæ sunt æqualis actualitatis. Quò fit, vt nec minus illimitationis secundùm esse personale cõferat filio filiatio, quà patri paternitas.

Respõsio ad 1. crũ, de supparitate relationis etiã in quãtũ ea primit esse incommunicabile

Confutatur ex Vazq. eò quòd implicet æqualitas inter formas abs similes secundæ speciei.

48 Sed huic placito refragatur, Vazquez *loco citato cap. 4. num. marg. 13* Tanquam certum assumens, inter formas diuersæ speciei æqualitatem haud intercedere posse; eò vel maximè, quòd omne æquale alteri, illi commensurabile sit secundùm adæquationem quãtitatis virtutis, vel molis; cùm æqualitas sit quædam formalis coadaptatio, seu commensuratio inter quanta, siue quantitate molis, siue quantitate virtutis: illud autem, quod essentialiter ab alio dissidet, sicut illi cõmensurabile esse nequit, ita nec æquale astrui debet: Atqui personalitates diuinæ sunt formæ quasi specificè distinctæ; ergo nequeunt esse æquales in relatiua quantitate virtutis.

Sed infirmiter, quòd ex Scoto ostenditur

Verùm; hoc pronuntiatum Vazquez adeò certum non est, vt pro constituto axiomate illud nobis obtrudere conetur; cùm adhuc sub controuersiam apud graues metaphysicos, & theologos cadat; an formæ diuersæ speciei æquales esse queant in quantitate virtutis?

Scotus

Nec abnuit Scotus quodl. 6. §. *Contra ista arguitur sic sub num. mar. 10.* Vbi ait. „ *Est enim vna species entis, quantumcumque immaterialis, alteri speciei immateriali æqualis, vel inæqualis secundùm perfectionem; ergo manet in ea magnitudo secundùm perfectionem, vt fundans istam æqualitatem.* Hucvsque Doctor expressè asseuerans; magnitudinem seu quantitatem virtutis in speciebus essentialiter diuersis illatiuam esse habitudinis æqualitatis, vel inæqualitatis.

Exutitur fundamentũ Vazquij.

Nec vrget obiectio Vazquez, quia inter ea, quæ conueniunt in ratione quãti vt sic, secundùm aliquam magis abstractam vnitatis aut conuenientiæ rationem; quamuis secundùm magis contractam, & specificam rationem quantitatis virtutis differant, non repugnat commensuratio, ac proinde nec æqualitas. Sed de his latiùs in controuersia generali de Visione Dei, *distinct. 3. subdistinct. 1. art. 2. de quo vide infra in hoc ar. sub n. 51.*

Corollariũ ex præliba-tis.

Quare; repugnantia æqualitatis inter diuinas personas, data relationum infinitudine, ab illarum quasi specifica differentia petenda non est; sed à probatione Scoti, quam præmisimus: quòd nimirum plures hypostases simul acceptæ vnius tantum excellentiam superarent, si vna hypostasis, quæ personalitas incommunicabilis est, cæteras eminenter non præcontineret.

Alia recentiorum effugia occluduntur præcipuè Soarez, & Vazquez.

Satisfactio Soarij quòd relationes diuinæ necsũt æquales nec inæquales sed diuersæ

49 NEC magis rem absoluit Franciscus Soarez loco citato *cap. 10. hui-mer. marg. 10. & 11.* Primò enim antumat; diuinas hypostases, nec esse æquales, nec inæquales; sed diuersas. Opinatur enim; æquale, & inæquale, immediatè non opponi, adeò vt nullum medium sustineant; quia linea, & superficies, si inter se comparentur, nec æquales sunt, nec inæquales; sed secundùm quãtitatem diuersæ.

Eliditur, & præcluditur effugiũ

50 At non placet; quia intra latitudinem quanti necessaria est æqualitatis, aut inæqualitatis immediata oppositio; nec vrget exemplum. Quia, aut linea consideratur quatenus quanta est secundùm longitudinem; & vt sic æqualis esse potest superficiei, quæ superficies longa est; vel eidem superficiei, quæ longitudinem refert, inæqualis. Aut concipitur linea, quà indiuisibilis est secundùm latitudinem; & vt sic, sicut quanta non est, sed indiuisibile continuatiuum latitudinis superficiei; ita nec æqualis, aut inæqualis, superficiei esse potest: sed non æqualis, aut diuersa. Atqui, personalitates, apud Soarez, quantitatem virtutis referunt; ergo immediatè, & necessariò opponuntur secundùm æqualitatem, vel inæqualitatem.

Altera, vel potiùs Soarij, quòd distinctio specifica increatis inferat inæqualitatem secus in diuinis.

51 Nec etiam dissertationem diuinitalia eiusdem Soarij responsio; dũ agit, quòd in diuinis hypostasibus formalis ea, & quasi specifica diuersitas, sustinet æqualitatẽ; licet in speciebus creatis fiatet, an specifica diuersitas æqualitatem secundũ quantitatem virtutis secum compatiatur?

Ratio autem discriminis hæc apud ipsum est; quòd diuinæ hypostases non discernuntur secundùm maiorem aut minorem participationem alicuius esse; si-

cut

argumenti efficacitate devictos ad materialem, & identicam illimitationem declinare, quæ omnino extra controuersiam est; cùm tantùm de formali ac incommunicabili relationum illimitatione differatur. Quis enim vnquam inficiatus est, filium, quâ Deus est, illimitationem personalem Patris, & Spiritus Sancti eminenter præhabere? Quatenus Deitas, vt illimitatissimum essendi pelagus, omnes proprietates, tum absolutas, tum relatas, intra eminentiæ suæ ambitum colligat? Quò tantùm fieret, vt filiatio materialiter, & identicè ratione Deitatis æqualis foret tribus hypostasibus simul acceptis, formaliter autem spectata, illis longè impar, & inæqualis censenda esset; cùm hypostases, vt tales formaliter, non præcontineant virtualiter relationes oppositas. Quòd manifesta hac ratione cõfirmo.

Aduersarij tãtũ obtinet supparitatẽ perfectionis inter suppositа diuina ratione absolutæ quãtitatis.

Infirmatur præmissorũ expugnatio si quatenus vna relatio diuina non præhabetur intra virtualitatem alterius

46 Quia; esto quòd asseri queat, Deitatem continere aliqua ratione eminentiali relationes, & attributa; quia licet essentia non sit principium proximè productiuum suarum proprietatum, cùm realis emanatio cum omnimoda identitate proprietatis, & substrati stare non valeat; conceditur tamen à Theologis, quadam, licet minus propria, ratione, Deitatem virtualiter præhabere quidquid per modum proprietatis, aut quasi affectionis, à diuino esse quasi logicè pullulare intelligitur. At in relationibus non cõcipitur talis emanatio, ita vt relatio ab oppositа pullulet cum virtuali præcontinentia vnius hypostasis in alia; quia virtualis continentia, si propria sit, ad genus causæ efficientis attinere videtur; vt optimè obseruauit Philippus Faber loco citato; pater autem non est causa filij, sed principium.

Philippus Faber

Quare, Scotus loco citato ait; *quòd vnum bonum*, (nimirum vnum suppositum,) *non continetur totaliter eminenter in altero, quia hoc est contra rationem infiniti.* Vbi docet; infinito secundùm essentiam obstare, quòd præhabeatur intra eminentiam alterius; eò quòd hæc virtualis inclusio ad genus causæ efficientis attinere videatur. Autumauit tamen; vnum suppositum non contineri, *totaliter eminenter in alio*; quia, quamuis asseri queat, quòd hypostasis paternitatis præhabeatur intra eminentiam Deitatis, quæ est in filio, attamen intra hypostasim filij nullâ ratione præcontineretur eminentialiter. Quò fit; vt filius secundùm adæquatam rationem sui, prout nimirum ex Deitate, & filiatione, constituitur, paternitatem intra eminentiam suam præseferre non valeat.

Scotus

Subtile præmium S. Thomæ, quòd vnum suppositum contineatur totaliter & eminenter in altero.

Sed age; esto quòd paternitas, quia est forma constitutiua suppositi producentis, intra eminentiam suam præhaberet relationem oppositam; qua ratione pronunciari posset, filiationem intra virtualitatem suam præcontinere hypostasim principij generantis? igitur paternitas, & filiatio, non sunt formæ æqualis virtualitatis, & eminentiæ.

Vrgetur ratio in filiatione nõ præcõtinente paternitatem virtualiter.

Sed obijcies; quòd sicut non contradicit illimitationi affectionum attributalium, quòd quasi præhabeãtur intra virtualitatem, & eminentiam Deitatis; ita nec aduersabitur illimitationi diuinæ naturæ, quòd vna relatio præcõtineatur eminenter in altera.

Obiectio.

Respondetur; esse omnino diuersam rationem inter vtramque continentiam; quia sicut emanatio attributorum ab essentia est tantùm logica quædam, & conceptibilis pullulatio, cùm non intercedat realis discretio inter Deitatem, & illius proprietates, quæ necessariò exposcitur ad realem præcontinentiam virtualem, sicut & ad realem causalitatem; eò fit, vt non repugnet Deo talis virtualitas, & præcontinentia attributorum: at si vna relatio eminenter præcontineretur in alia, cum inibi inter sit realis discretio, etiam & vera causalitas intercedere posset.

Diluitur.

47 Quam obrem; alij his probationibus expugnati, ad eminentialẽ inclusionem hypostasum in essentia non confugiunt, vt diuinarum personarum inæqualitatem vitent; sed dum fatentur ingenuè, quamlibet personam propriã perfectionem relatam sibi asciscere, quæ in alia persona non præhabeatur eminẽter (quâ suppositũ est formaliter, & prout hypostatim incommunicabilem refert,) astruunt; inæqualitatem in relatiua illimitatione non sequi ex eo, quòd vna perfectio incommunicabilis sit in filio, quæ non sit in patre; quia omnes proprietates relatiuæ sint æqualis actualitatis. Quò fit, vt nec minus illimitationis secundùm esse personale cõferat filio filiatio, quâ patri paternitas.

Responsio aliorũ, de suppatitate relationis etiã in quãtũ exprimit esse incommunicabile

Confutatur ex Vazq. eò quòd implicet æqualitas inter formas ab similes secundũ speciem.

48 Sed huic placito refragatur, Vazquez *loco citato cap. 4. num. marg. 13* Tanquam certum assumens, inter formas diuersæ speciei æqualitatem haud intercedere posse; eò vel maximè, quò omne æquale alteri, illi commensurabile sit secundùm adæquationem quãtitatis virtutis, vel molis; cùm æqualitas sit quædam formalis coadaptatio, seu commensuratio inter quanta, siue quantitate molis, siue quantitate virtutis: illud autem, quod essentialiter ab alio dissidet, sicut illi cõmensurabile esse nequit, ita nec æquale astrui debet: Atqui personalitates diuinæ sunt formæ quasi specificè distinctæ; ergo nequeunt esse æquales in relatiua quantitate virtutis.

Sed infirmitur, quòd ex Scoto ostenditur

Verùm; hoc pronuntiatum Vazquez adeò certum non est, vt pro constituto axiomate illud nobis obtrudere conetur; cùm adhuc sub controuersiam apud graues metaphysicos, & theologos cadat; an formæ diuersæ speciei æquales esse queant in quantitate virtutis? Nec abnuit Scotus quodl. 6. §. *Contra ista arguitur sic sub num. mar.* 10. Vbi ait. *Est enim vna species entis, quantumcumque immaterialis, alteri speciei immateriali æqualis, vel inæqualis secundùm perfectionem; ergo manet in ea magnitudo secundùm perfectionem, vt fundans istam æqualitatem.* Hucvsque Doctor expressè asseuerans; magnitudinem seu quantitatem virtutis in speciebus essentialiter diuersis illatiuam esse habitudinis æqualitatis, vel inæqualitatis.

Scotus

Exutitur fundamẽtũ Vazquij.

Nec vrget obiectio Vazquez, quia inter ea, quæ conueniunt in ratione quãti vt sic, secundùm aliquam magis abstractam vnitatis aut conuenientiæ rationem; quamuis secundùm magis contractam, & specificam rationem quantitatis virtutis differant, non repugnat commensuratio, ac proinde nec æqualitas. Sed de his latiùs in controuersia generali de Visione Dei, *distinct. 3 subdistinct. 1. art. 2. de quo vide infra in hoc tom. sub n.* 51.

Corollariũ ex præliba-tis.

Quare; repugnantia æqualitatis inter diuinas personas, data relationum infinitudine, ab illarum quasi specifica differentia petenda non est; sed à probatione Scoti, quam præmisimus: quòd nimirum plures hypostases simul acceptæ vnius tantum excellentiam superarent, si vna hypostasis, quà personalitas incommunicabilis est, cæteras eminenter non præcontineret.

Alia recentiorum effugia occluduntur præcipuè Soarez, & Vazquez.

Satisfactio Soarij, quòd relationes diuinæ necsint æquales nec inæquales sed diuersæ.

49 NEC magis rem absoluit Franciscus Soarez loco citato *cap. 10. in mer. marg. 10. & 11.* Primò enim autumat; diuinas hypostases, nec esse æquales, nec inæquales; sed diuersas. Opinatur enim; æquale, & inæquale, immediatè non opponi, adeò vt nullum medium sustineant; quia linea, & superficies, si inter se comparentur, nec æquales sunt, nec inæquales; sed secundùm quãtitatem diuersæ.

Elidituꝛ, & præcludi-tur effugiũ

50 At non placet; quia intra latitudinem quanti necessaria est æqualitatis, aut inæqualitatis immediata oppositio; nec vrget exemplum. Quia, aut linea consideratur quatenus quanta est secundùm longitudinem; & vt sic æqualis esse potest superficiei, quæ superficies longa est; vel eidem superficiei, quæ longitudinem refert, inæqualis. Aut concipitur linea, quà indiuisibilis est secundùm latitudinem; & vt sic, sicut quanta non est, sed indiuisibile continuatiuum latitudinis superficiei; ita nec æqualis, aut inæqualis, superficiei esse potest; sed non æqualis, aut diuersa. Atqui personalitates, apud Soarez, quantitatem virtutis referunt; ergo immediatè, & necessariò opponuntur secundùm æqualitatem, vel inæqualitatem.

Altera, vel-pòsio Soarij, quòd distinctio specifica increati inferat inæqualitatem secus in diuinis.

51 Nec etiam dissertationem diuinitalia eiusdem Soarij responsio; dũ agit, quòd in diuinis hypostasibus formalis ea, & quasi specifica diuersitas, sustinet æqualitatẽ; licet in speciebus creatis statuat, an specifica diuersitas æqualitatem secumdũ quantitatem virtutis secum compatiatur?

Ratio autem discriminis hæc apud ipsum est; quòd diuinæ hypostases non discernuntur secundùm maiorem aut minorem participationem alicuius esse, si

cut species creatæ; cùm relationes diuinæ sibi vendicent esse omnino irreceptum, & imparticipatum; quare tantùm secundùm relatam oppositionem dissident. Sed hypostases in modo corteferè di se ad extremum oppositum omnimodà sortiuntur paritatem; igitur sunt formæ prorsus æquales.

Euellitur occursus Soarij.

Sed contra est: quòd non apparet ratio, cur diuersitas formalis in speciebus creatis nequeat æqualitatem exprimere; in diuinis verò sic? Cùm ratio participationis conceptui æqualitatis non obstet; si aliàs à discretione formali, & specifica non petatur talis inæqualitatis fundamentum. Quidni ab illimitatissimo totius esse principio plures species æqualis perfectionis trahãtur, si ex parte quidditatiuæ distinctionis nõre pugnet? Vnde talis æqualitatis repugnãtia cum altera specie entis, non à conceptu entis participati vt sic; (cùm ens participatum, quà tale, abstrahat ab habitudine æqualitatis, vel inæqualitatis ad alterum; tantùmque exprimat dependentiam ab ipso ente per essentiam, cuius est participatio,) sed à ratione formali, & specifica talis quanti hauriri debet. Sed relationes diuinæ referunt diuersitatem formalem, & quasi specificam; ergo necessariam exprimunt inæqualitatem.

Obseruatio ex Basolio ire.

De quo omnino videndus est Basolius acutè versans æqualitatem inter naturas specie diuersas, à nobis transcriptus infra, *in controuer. 9. de Visione Dei, distin. 3. de actu visionis, subdist. 1. art. 2. An dentur actus visionis specie distinctus num. marg. 15.* Vbi inquit. *Quòd non oportet species inter se essentialiter ordinari; sed tantùm habere ordinem essentialiter ad Deum, ad quem quælibet habet ordinem principiati, & causati ad principium, & causam.*

Basolius.

Quod assertum prorsus conuellit Soarij pronuntiatum. Data autem æqualitate perfectionis inter paternitatem, & filiationem non enaditur vis rationis Scoti; quia licet quælibet relatio sigillatim accepta adstruatur æqualis alteri tantùm relationi diuisim sumptæ sed non adæquaret præstantiam relatã, & incommunicabilem omnium hypostasium simul sumptarum.

NOTA.

52 Deinde; retorquet Soarez, idem argumentum contra nostram sententiam sic. Quia Scoti sectatores, quãuis relationes non quantas asseuerent, eas tamen quasi specie distinctas autumant, nec tamen inæquales fatentur; ergo debent sese eodem nodo expiicare, quo oppositæ sententiæ asseclas implicatos volunt.

Instatur ad hominem.

Oppugnatio Soarij.

At facilè se extricant Scotistæ, qui diuinas hypostases, nec æquales, nec inæquales pronuntiant, sicut nec quantas; cùm æquale, & inæquale, immediatè opponantur circa id substratum, quod quantitatem sibi vendicet, non verò circa id, quod quantitatem non referat. Quare, sicut aduersarij quantitatem virtutis hypostasibus deferunt, ita illas æquales, aut inæquales, non asserere nequeunt.

Ista oppugnatio ex Anselmo.

Imò; quòd neque iuxta diffinitionem perfectionis simpliciter, quam tradit Anselmus, queunt relationes asseri æquales, cùm sint oppositæ; cùm perfectio simpliciter ex Anselmo non debeat esse æquè bona, sed melior quàm non ipsa, nimirum quàm forma positiua opposita; id enim vult apud Anselmum, *Iy, melius ipsum quàm non ipsum*, vt euidẽter ostendit Scotus à nobis transcriptus *sub nu. 16. & 17.* Si enim, *Iy non ipsum* exprimeret negationem, nulla assignaretur forma, quæ nõ esset perfectio simpliciter simplex, vt potequæ melior quàm suum non esse.

Obiectio.

Si verò occurras ex Soario, & neotericis; quòd id tãtùm probat, quòd relationes non sint perfectiones simpliciter; non verò, quòd non referant illimitationem intra talem conceptum relationis.

Infringitur.

Contra sic; sequeretur idem inconueniens ex infinitudine in tali esse relato, quod vitare contendit sana, & communis Theologia circa inæqualitatem diuinarum personarum subnixa pronuntiato Anselmi; siquidem plures formæ illimitatæ in esse relatiuo anteirent perfectionem vnius tantùm relationis; vt ex Scoto egimus, *in n. 43. vsq; ad 46. inclusiuè.*

Instatur vltra contra præmissa.

Deinde; quod inaniter causarentur aduersarij, quòd Scoti asseclæ, quasi exauthorare videantur diuinarum hypostasum actualitatem, eò quòd relationes non quantas asseuerent, ex quantitate virtutis, quæ sit melior quàm forma opposita; cùm ipsi sustineant, relationes diuinas non præseferre perfectionem simpliciter, sed solam perfectionem, &

illimitationem intra talem conceptum relatum: & rationabilius appareat, relationes non quantas asserere, quàm non simpliciter perfectas, autumare, seu non perfectas secundùm perfectionem simpliciter simplicem. Cùm tale non esse perfectionis incommunicabilis aperiat eam substrati præstantiam, cui accessio obstet illius quantitatis, quæ non identificetur adæquatè cũ substrato Deitatis in quocunque supposito.

Præterea; quòd si paternitas non esset melior quàm forma opposita, scilicet quàm filiatio, vt vult Anselmus, sed æquè bona aut perfecta; adhuc vitari non posset vis argumentationis Scoti; quòd illa tria æquè bona simul sũpta, anteirent perfectionem vnius tantũ hypostasis.

Modus dicendi Gabr. Vazquez.

53 Tandem, vt hypostasum inæqualitatem vitet Vazquez, aliam arripit viam *loco citato cap. 6.* Vbi supponit; bonum, sicut & perfectum, dupliciter accipi; aliud absolutè, aliud verò relatè. Bonum absolutè spectatum, quod adæquatam entis passionem appellat, idem est ac integrum; quod nimirum ex omnibus coalescit, quæ ad illius constitutionem in tali ordine entis necessariò conueniunt. Bonum verò relatum illud esse autumat, quod dicitur conueniens per habitudinẽ ad aliud, quod perficit; sicut calor est bonus signi, frigiditas verò aquæ.

Relationes attinent ad integritatẽ Deitatis apud Vazq.

Quò supposito, asserit Vazquez, relationes diuinas attinere ad integritatem transcendentalem Dei; quia non esset Deus in tali esse integrè constitutus, si illi hypostases deessent. Quia tamen ex omnibus relationibus, vt comparantur ad Deum, quem in tali esse cointegrant, non constituuntur plura integra entia; sed vnus Deus transcendentali integritate absolutissimus, propter omnimodam diuinarum relationum cũ essentia identitatem: proinde fit, vt tria bona, nec tria perfecta, aut integra constitui queant, sed vnum integrum bonũ, ac perfectissimum ens, quod est Deus.

Nõn datur pluralitas integritatis supposit alis in diuinis apud Vazq.

Quare, cùm non sit triplex perfectio; & bonitas in diuinis, sed vna tantùm adæquata integritas; non poterit vna persona altera perfectior astrui; cũ cõparatio excessus secundùm integritatem & perfectionem, non fiat, nisi inter extrema realiter distincta secundùm integritatem & perfectionem.

54 Si autem, non de prima acceptione boni, & perfecti, quæ absoluta est, procedat dissertatio, sed de bono relatiuè spectato; in qua acceptione quælibet hypostasis est propriæ personæ bona, & conueniens. In hoc sensu, sicut dantur tria suppositа, & tres suppositalitates illis congruentes; ita & tres perfectiones relatiuæ concedi queunt.

Admittitur mẽ Vazqui. pluralitatẽ perfectionis per rationẽ.

Verùm quia ad conuenientiam, & perfectionem realem exigitur realis discretio inter formam conuenientem, & substratum, cui forma congruit; & inter personam constitutam, & hypostasim constituentem suppositum in esse relato & personali, est omnimoda indistinctio: proinde fit, vt relatiua suppositalitas astrui nequeat perfectio realis personæ constitutæ; atq; adeo nec inferri valeat, quòd vna perfectio realis sit in vna persona, quæ non sit in alia.

Explodituropinatio Vazquez.

55 Cæterùm; hic modus dicendi multa inuoluit falsa, difficilia, & veræ Theologiæ principijs aduersa; quare iure ac merito reprehenditur à Suarez loco citato *cap. 9. numer. 7. & sequentibus.* In primis enim supponit, relationes ad integritatem Deitatis attinere; quod quàm falsum sit, vel vnica hac ratione ostenditur. Quia si relatiuæ hypostases ad integritatem Dei spectarent; fieret, vt pater non esset integrè Deus, si quidem huic supposito desunt filiatio & spiratio passiua, quæ sunt de integritate Dei, vt contendit Vazquez.

Expugnatur ad hominem.

56 Deinde; & alia ratione ad hominem ipsum Vazquez sic perstringo, & intentum obtineo; quia filius, seu verbum diuinum, procedit ex perfecta, ac comprehensiua Deitatis cognitione; vt fatetur idem Vazquez, 1. *part. tomo 2. disp. 142. ca. 4. n. marg. 22.* Et tamen apud ipsum ibidem, verbum non procedit ex cognitione Spiritus Sãcti, vt obiecti. Igitur tres hypostases non spectant ad integritatem, & perfectionem Deitatis; siquidem Deitas, non solùm quidditatiuè, & integrè apprehensa, sed & comprehensa per dictionem verbi, non transcendit Spiritus Sancti hypostasim, ut obiectũ intellectionis notionalis. Aut igitur principiũ intẽtionale verbi integrũ nõ est; aut spiratio passiua nõ attinet ad integritatem Dei.

Alterũ Vaz. quij pronuntiatũ obtunditur quia alias nulla daretur realis integritas in Deo.

57 Sed, & alterum pronuntiatum eiusdem Vazquez, dum contendit, hypostasim non esse perfectionem rea-

lem

lem ipſius ſuppoſiti, quod conſtituit; eò quòd non intercedat realis diſcretio inter hypoſtaſim conſtituentem, & perſonam conſtitutam; ex eiuſdem Vazquez principijs obſtruitur ſic.

Quia relationes diuinæ, vt comparantur ad Deitatem, quam apud Vazquez cointegrant, & conſtituunt, conferunt perfectionem realem, eſto quòd nulla ſit diſtinctio ante intellectum inter relationes, & Deitatem; ergo licet hypoſtaſis nullatenus diſtinguatur à perſona conſtituta, cenſeri debet realis perfectio eius; ſiquidem, vt comparatur ad Deum, abſq; vlla prorſus diſtinctione aſtruitur à Vazquez realis perfectio ipſiuſmet Deitatis.

Aut igitur nulla ſubſiſtit realis bonitas, & integritas in Deo; ſiquidem nulla, apud Vazquium, intercedit diſtinctio ante intellectum inter rationes obiectiuas, quæ cointegrant ſubſtantiam Dei. Aut ſi ſuppetat ad bonitatem, & integritatem realem ſola diſtinctio rationis inter formam, & ſubſtratum; fieret vt hypoſtaſis per rationem diſſita à ſuppoſito tanquam ratio conſtituens à conſtituto, importare poſſet bonitatem formæ realis; ac proinde plurificrentur bonitates relatæ in Deo contra Vazquium.

Inſiſtitur præclusioni effugij.

58 Præterea. quia non tantùm Deus refert integritatem in eſſe Dei, ſed etiam quodlibet ſuppoſitum eſt integrum, & prorſus completum in ſuo eſſe perſonali; quia completio, & integritas in idem coincidunt. Sed quælibet perſona, qua talis, eſt omnino completa, & terminata in ſuo eſſe perſonali; adeò vt illi contradicat terminabilitas aut complebilitas reſpectu alterius hypoſtaſis. Quod & aperit Damaſcenus, *lib. 1. Fidei, cap. 10.* Dum inquit. *Vnum quodque ex his tribus plenum, atque integram hypoſtaſim habere dicimus, ſic tamen, vt in tribus perfectis perſonis vnã ſimplicem ſubſtantiam, vndique plenam atque perfectam credamus.* Igitur, ſicut aſſeruntur tria ſuppolita, ita etiam tria habentia integritatem propriam, & incommunicabilem; cũ quodlibet ſuppoſitum, prout oppoſitum & incommunicabile alteri, completionẽ, & omnimodã terminationem ſibi vẽ licet in tali eſſe hypoſtatico Atqui apud Vazquez integritas entis eſt bonitas trãſcẽdentalis eiuſdem entis; igitur ſicut dãtur tres integritates, ita, & tres bonitates, ac proinde, & tres perfectiones; cùm apud Vazquez bonum, integrum, & perfectum, idem exprimant.

Oſtenditur tripex integritas ſuppoſitalis cõtra Vazq.

Damaſcen.

Oppoſita fundamenta pro illimitatione relationũ diuinarum enervantur.

59 EX His ad fundamenta primæ opinionis. Ad primùm; quòd, vt relatio ſit formaliter incomprehenſibilis, ſufficit, quod identicè ſit infinita; quod enim eſt ipſe Deus per identitatem, à finito intellectu nequit intelligibiliter exhauriri.

Ad fundamẽta opinionis primæ. Ad 1. arg. reſponſio.

Ad ſecundum; quòd vt actio generatiua (dato quod formaliter ſit ſola relatio) adæquetur termino, & principio infinito, ſuppetit identica infinitas. Sicut enim non contradicit apud oppoſitæ ſententiæ aſſertores, actionem generatiuam (quæ, vt notionalis eſt, & vt connotans relationem non communem toti Trinitati, non eſt perfectio ſimpliciter ſimplex) adæquari facultati intellectiuæ fœcundatæ per eſſentiam; cùm tamen intellectus, qui talem fœcunditatẽ adit, ſit perfectio ſimpliciter ſimplex ita nec obſtare poterit, relationem, quę eſt ens non quà tum, enti quàto adæquari, quaſi extẽſiuè, nõ verò quoad intenſiuam illimitationem.

Diluitur ſecũda ratio nis in oppoſitum

Inſtantia ad hominẽ contra aduerſarios

60 Ad tertiũ; quòd ratio ſubſiſtẽdi abſolutè, infinitã præfert perfectionem; nõ verò ratio ſubſiſtendi relatè, & incommunicabiliter.

Ad 3. argu. Reſp.

Si autem vrgeas; hypoſtaſim verbi præcontinere intra eminentiam principij formalis omnem cauſalitatem creatæ ſuppoſitalitatis; ſiquidem de facto humanæ naturæ in Chriſto copulata verbi perſonalitas eamdem adijt cauſalitatem terminatiuam, quam creata ſubſiſtentia adijſſet: nec enim eſt potior ratio, cur perſona diuina hîc creatam ſubſiſtentiam, quàm vniuerſam creaturũ hypoſtaſim collectionem intra eminentiã ſuam præhabeat?

Inſtitur in oppoſitum, quòd hypoſtaſis verbi præhabeat eminẽtialiter omnẽ ſubſiſtentiam creatam

Reſpondetur; quòd licet cauſa efficiens

Digitized by Google

Fit satis oppositioni; præmissa disparitate præcõtinentiæ in causa efficienti & formali.

ficiens producere queat eumdem numero effectum, quem alia causa realiter condistincta præstare potuisset; vt incõtrouersia de scientia Dei serio expõditur. Attamen implicat, quòd vna causa formalis constituat eumdem numero effectum, qui ex intrinseca alterius causæ formalis compositione coalescit, cum causa formalis subintret quidditatem rei; ac proinde implicatorium sit, quòd accedente noua forma, idem numero effectus intrinsecus, & formalis supersit.

Vt causa formalis exhibeat effectũ simile effectui alterius formæ nõ exposcitur quòd præcõtineat virtualiter aliã formam.

Quare falsum assumit argumentum, dum agit; hypostasim verbi eumdem effectum contulisse; quem creata exhibuisset hypostasis. Ad hoc autem quòd causa formalis præstet causalitatem non absimilem causalitati alterius formæ; non requiritur, quòd aliam causam formalẽ, cuius supplet effectum, præcontineat eminentialiter; sed quòd similem parẽq; sufficientiam formalem nacta sit. Quod manifestum est in exemplo puncti cõtentis easdemmet cõtinui partes, quas ante diuisionem aliud punctum copularat; cùm tamen punctum alterum punctum virtualiter non præcontineat. Ad de; quòd verbi personalitas licet adiuerit similem causalitatẽ quoad rationem positiuæ incõmunicabilitatis; non tamẽ quoad rationem absolutam per se existendi; eo quod personalitas verbi absoluta non sit, sed relata.

Ad 4. arg. resp.

61 Ad quartum argumentum; quòd intellectus diuinus non solum identicè, sed etiam formaliter est infinitus, sicut, & aliæ absolutæ Dei proprietates; vt constat ex dictis.

Ad 5. arg.

Ad quintum; quòd relationes diuinæ, vt referuntur ad Deitatem, sunt Deitati meliores ipsæ, quàm non ipsæ, fundamentaliter; nimirum pro fundamento absoluto generandi, & spirandi, non tamen formaliter. Immo, si argumentum Vazquez procedat de hypostasi comparata ad quodlibet aliud suppositũ, etiã sub abstracto cõceptu suppositi; ex dictis satis superq; liquet, non esse meliorẽ ipsam, quàm non ipsam; cũ opponatur propriæ suppositalitati cuiuslibet alterius personæ.

Aptior responsio præstat nãs molitionem Vazq.

Adde; nec per comparationem ad ipsam Deitatem esse hypostases meliores ipsas quã nõ ipsas, seu quã formas relatiuè oppositas; aliàs enim melior esset Deitati paternitas quã filiatio, spiratio passiua quã spiratio actiua: quod est absurdum. Quare omnino deceptus est Vazquius, dum eò meliorem æstimauit Deitati paternitatem quàm non esse paternitatis; quo per non esse paternitatis, non formam positiuam oppositam, sed meram nõ esse formæ intellexerit, cõtra perspicuam mẽtem Anselmi, vt liquet ex irrefragabili interpretatione textuali Scoti, *sub nu. marg. 16.*

Soar. prontitudinẽ sanæ nostræ assertioni.

Ad instantiam; quòd relationes sunt bonificatiuæ Dei secundùm esse personale. Dicimus; hypostases esse bonificatiuas Deitatis bonitate non quãta; ita vt Deitas melior non sit, nec secũdùm rem, nec secundùm rationem, vt subtrata hypostasibus, quàm si hypostases non accessissent. Quod ostẽdit Soarez *cap. 10. num. 6.* Ex illis Christi Verbis. *Quod dedit mihi Pater, maius omnibus est.* Cùm autem Pater Verbo nõ dederit paternitatem; consequens est, vt Deitas sine cuiuslibet relationis accessu maior sit, non solùm re ipsa, sed etiam apprehensione nostra; quò fit, vt hypostases nulla ratione Deitatem terminent, vt perficiant, & perfectiorem reddant.

Infringitur 6. arg. Vaz.

62 Ad sextam rationem; quã adeò neruosam ac firmã iudicauit Vazquez, vt putarit, Scotũ ea ad hominẽ profligari; patet *ex dictis n. 39.* Vbi ostensũ est, ad rationem infiniti secũdùm essentiam tãtùm exigi, quòd omnem perfectionẽ per idẽticã cõiũctionem sibi asciscat; quod deficit in hypostasibus, quæ sicut incõmunicabilitatem essentialiter præseferũt, ita & idẽticam coniunctionem sustinere non valent.

Ad 7. arg. quod integrũ & quãtũ nõ sunt termini cõuertibiles

Ad septimum argumentum; dicimus id, quod non semel expendimus; quamlibet integritatem non esse quãtitatem virtutis, aut perfectionem; sed eam, quæ fundamentum esse queat habitudinis æqualitatis, & inæqualitatis. Quare autẽ integritas hypostasis fundamentũ esse nequeat huiusmodi habitudinũ? Aperuimus *à n. 36. vsq; ad 38* Vnde falsum assumit Vazquez, dum contẽdit, perfectum, & imperfectũ cõtradictoriè opponi; non enim opponuntur nisi priuatiuè. Ac proinde illa oppositio immediata nõ est, seu quæ medium non sustineat; mediat enim ens nõ quantum, quod nec est perfectum, nec imperfectum; sed non perfectum.

Perfectũ & imperfectũ nõ opponuntur contradictoriè.

Instatur ex Vazquio

Cùm verò vrget argumentũ; ens perfectum illud esse, cui nihil deest ex his, quæ ad illius integritatem, & cõstitutionem conueniunt.

Diluitur oppositio

Respondetur; id verum esse de integro, aut perfecto prout opponitur imperfecto, & nõ cõstituto ex his, quæ ad illius quidditatem attineant, inqua acceptione, hypostases integritatem completissimam, & perfectissimam referunt; secus de integritate, quæ sit melior ipsa quàm non ipsa, velque astruatur fundamentum æqualitatis, vel inæqualitatis. Quò fit, vt relationes sint non perfectæ, in sensu prædicto, non verò imperfectæ in sensu priuatiuo: cùm non esse illud quantitatis, quod ad rationem hypostasis accedit, non sit per modum priuationis; eò quòd in subſtrato non præmittat habilitatem ad quantitatem virtutis.

Enervatur octaua oppositio, & retorquetur ad hominẽ contra aduersarios

63 Ad octauum argumentum, respondetur, fœcunditatem Dei, & communicabilitatem eius ad plura suppositа esse perfectissimam, & illimitatissimam simpliciter; esto quôd relatiuæ hypostases, quæ sunt termini diuinæ fœcunditatis; nullam referant perfectionem. Sicut enim non obstat infinitudini huius fœcunditatis, quòd relationes non sint perfectiones simpliciter, sed tãtùm in tali genere essendi, vt oppositæ sententiæ assertores autumant; ita nec dedecebit eamdem illimitationem simpliciter diuinæ fœcunditatis, vt relationes nullam perfectionem sibi vendicent. Vnde, constanter asserimus, hypostasim filij esse formaliter diligibilem, sicut & bonam, bonitate, & integritate incommunicabili, & non quanta; nõ verò quãta, cõmunicabili, & illimitata.

Quare non placent Scotistæ, qui hypostases non esse formaliter appetibiles asseuerant; cùm bonitas & integritas non quanta, terminatiua esse possit impulsiuæ & appetitiuæ virtutis. De quo adi *Controuersiam quartam de bonitate num.* 7. Vbi de mente Scoti relationibus bonitatem, & integritatem transcendentalem ineſſe autumauimus; sed ea bonitas est, quam Scotus non quantam appellauit, & quæ tantùm exprimit propriam integritatem in tali ordine entium.

Quæ integritas & appetibilitas denegetur relationibus?

Vnde, quando negat Scotus, relationes diuinas esse quantas; eam solùm cũ Anselmo formæ quantitatẽ reijcit, quæ sit melior quàm forma oppositа. Hac enim ratione pronuntiaretur quantitas illa inferens inæqualitatem respectu formæ hypostaticæ oppositæ; non tamen iuit inficias Scotus, relationem exprimere eam bonitatem & actualitatẽ, quę obiectum esse valeat impulsiuæ facultatis, etiam diuinæ.

Ad instãtiã responsio.

64 Ad instantiam; quòd non refert imperfectionem in hypostasi, illa nõ habilitas, vt illimitationem intra propriũ conceptum ambiat, immo exprimit infinitam dignitatem ex parte subſtrati, nimirum Deitatis; quæ ratione suæ illimitationis essentialiter exigit, vt nullã perfectionem sustineat, quæ cum ipsa Deitate cuilibet supposito communicari non valeat. Si autem instantia Soarez vrgeret; etiam obtineret, esse imperfectionem in hypostasi, quòd ei ab intrinseco repugnet perfectio simpliciter simplex.

Ad 9. arg. à relationibus diuinis & creatis nõ præscinditur conceptus communis.

Ad nonum argumentum; fatemur relationem creatam proportionatam sibi quantitatem nanciſci; negamus tamen, creatas, & increatas relationes colligi ad vnitatem conceptus relationis vt sic. Quod est consequenter traditum ad mentem Scoti asserentis, ab hæcceitatibus siue indiuiduantibus formis vnicam rationem præscindi non posse; quare nec relationes diuinæ trahi poterunt ad vnitatem cõceptus, seu rationis obiectiuæ præcisæ; eò quòd sint formæ cõstitutiuæ personarum in suo esse indiuiduali, & suppositali.

Cur relatio creata referat perfectionẽ, nõ autẽ diuinæ?

Nec mirum apparere debet, quòd relationi creatæ quantitatem virtutis, qualem qualem deferamus, cùm id potiùs referet summam præstantiam, & actualitatem diuinarum relationum; eò quòd à ratione suæ sint formæ aut quasi formæ talis subſtrati, cui, ob illimitationem simpliciter in tota ratione entis, cõtradicat adiunctio alicuius perfectionis illimitatæ, quæ nõ sit cõpossibilis cum Deitate in quocũq; supposito: si enim Deitas carere posset aliqua perfectione in altero supposito, nõ exprimeret formaliter omnẽ perfectionẽ in qucaunq; persona; nec personæ ipsæ paritatẽ quantitatis virtutis referrent.

Ad cõfirmationem.

Ad confirmationem, dicimus, paternitatẽ creatã esse imitationẽ paternitatis diuinæ, non verò participationẽ; quia hypostases, vt tales formaliter, nõ sut principia siue rationes agẽdi ad extra; cùm

fa-

facultas exequens & actio eius ſint communes toti Trinitati, ac proinde deferri nequeant proprietati relatæ, quæ eſt alteri ſuppoſito incommunicabilis.

Ad decimũ arg. Reſp.

65 Ad decimum argumentum; relationes æqualitatis ſimilitudinis, &c. in Deo etiam non quantas eſſe ob incommunicabilitatem, & oppoſitionem, ſicut & relationes perſonales; quia relatio æqualitatis, quæ eſt in Patre, eſt omnino incommunicabilis, & realiter oppoſita relationi æqualitatis, quæ eſt in Filio: ſicut paternitas eſt oppoſita filiationi.

Ad vltimã oppoſitionẽ de propria cõpoſitione paternitatis cũ ſpiratione actiua ſi neutra relatio eſſet infinita

Ad vltimum argumentum; dicimus, omnino diſparem eſſe rationem inter compoſitionem animalis cum rationali; & inter identitatem ſpirationis actiuæ, & paternitatis cum Deitate: Ideo enim inter animal & rationale propria cõpoſitio intercedit; quia adæquatum ſubſtratum rationalis, nimirum animal, eſſentialiter eſt quid potentiale, & finitum. Attamen adæquatum ſubſtratum ſpirationis actiuæ de formali exprimit vim impulſiuam, & de connotato paternitatem in Patre, & filiationem in Filio; cùm autem impulſiua virtus, ſicut abſoluta, ita & illimitata ſit; proinde fit, vt omnem abigat potentialitatem: & ideo vitetur compoſitio inter paternitatem, & ſpirationem actiuam, quæ prorſus ineuitabilis eſſet, ſi adæquatum materiale ſpirationis actiuæ eſſet ſola paternitas, aut filiatio.

Ad æquatũ ſubſtratum ſpirationis actiuæ imbibit infinitatem

Quia tamen in prædicationibus, in quibus enuntiatur ſpiratio actiua de paternitate, aut filiatione in abſtracto, præſcinditur vis impulſiua, ſeu appetitiua Dei, quæ eſt formaliter infinita; ideo intelligibiliter remouetur identitas ea infinitudinis, quæ à parte rei præuenit omnem potentialitatem, ac reſpuit compoſitionem inter paternitatem, & ſpirationem actiuam: & quæ ſola etiam præſtare poterat, vt propoſitiones ex terminis abſtractis conſtitutæ verificari poſſent. Quare hæc enuntiatio eſt vera. *Vis appetitiua ſeu impulſiua Dei eſt ſpiratio actiua*; eò quòd alterum extremum huius complexionis præſeferat formalem infinitudinem.

Ad fundamentũ Aureoli patet ex præliba tis.

Ad ſecundam opinionem Aureoli; quòd nobis ſuffragatur, dum contendit hypoſtaſes perfectionem ſimpliciter ſibi non vendicare; dum verò illis defert infinitudinem propriam in tali eſſe relato, ijſdem probationibus refutatur, quibus authores primæ opinionis oppugnauimus.

CONTROVERSIA SEXTA DE IMMENSITATE DEI.

1 IMmensitatem Dei aliquid addere infinitudinis conceptui, quem in præcedenti Controuersia expendimus, subtiliter obseruauit Aureolus, *in 1. dist. incl. 37. art. 1. §. Quarta autem propositio est.* Vbi loquens de magnitudine aut quantitate virtutis Dei, ait. *Si verò intelligitur magnitudo intensiua, sic non apparet, quod aliquid faciat ad esse in pluribus locis; non enim albedo intensior exigit maiorem locum, quàm minus intensa.* Vbi optimo illustrat exemplo, infinitudinem quasi intensiuam Dei, quæ exprimit negationem finitionis secundùm essentiam, non esse rationem formalem existentiæ Dei in loco; cùm in formis creatis apprehendi queat infinitas intensiua qualitatis sine extensione, vel compositione huiusmodi illimitationis ad locum, quò fit, vt infinitas ea, quæ in Deo est ratio existendi in loco, non sit præcisa illimitatio quasi intensiua secundum essentiam; sed infinitudo connotans spatium, quæ appellatur immensitas; de qua præsens controuersia.

Cardinalis Aureolus.

Quid addat immensitas supra illimitationem secundùm essentiam?

PRÆLVDIVM.

Controuersiæ; & explanatio ex Scoto, & Basolio, triplicis rationis existentiæ Dei in rebus.

2 VT Verò illius titulus innotescat, prælibanda est celebris illa diuisio rationis existendi Dei in rebus per essentiam, præsentiam, & potentiam; quæ quia variè ab authoribus traditur, eius enodatio petenda est ab egregio illo Scoti, non modo sectatore, sed & auditore Basolio, qui magistri mentem, & sensum ebibit. Quam expendit, *in 1. sentent. dist. 37. q. vnica, §. In ista quæstione.* Vbi docet. *Dico, quòd secundùm triplicem modum generalem,*

Expenditur triplicis rationis existentiæ Dei in rebus ex Basolio.

qui

qui assignatur à Gregorio super illud cant. 5. quo abijt dilectus tuus. Vbi dicit, quòd Deus est vbique per essentiam, præsentiam, & potentiam. Quod sit præsens per essentiam, & realiter sic, quòd essentia sit præsens omnibus, & penetret omnia intimians se omnibus, per authoritates præmissas patet. Quòd autem per præsentiam patet: quia esse præsens per præsentiam, vt hic accipitur, nihil aliud est, quàm videre omnia, & cognoscere perfectissimè; probatum est autem supra, quòd ipse omnia cognoscit: quòd autem sic debeat accipi, probatur per illud dictum Elisei ad Giezi, 4. Regum, capit. 5. Non ne (inquit) cor meum in præsenti erat? Non præsentia essentiæ, sed notitiæ. Tertiò per potentiam: quia esse præsens per potentiam accipimus pro manu tenere, & conseruare omnia, & gubernare, & producere; & hoc conuenit Deo, per Augustinum 4. super Genesim ad literam. Aliquibus autem modis specialiùs Deus dicitur esse in aliquibus creaturis, vt per gratiam in sanctis, & per vnionem in humanitate ipsa, & per gloriam in Beatis; & sic de multis alijs, quibus non est in omnibus creaturis, sed ipsi non pertinent ad propositum. Hactenus Basolius.

Basolius

3 Ex quibus colligitur, quòd existere Dei per præsentiam nil aliud sit, quàm omnia obijci intuitioni diuini intellectus, ita vt nihil lateat limpidissimum Dei obtutum; & de hac ratione præsentiæ nihil in hoc loco expenditur, cùm sit ratio obiectiua scientiæ diuinæ, talis creaturarum præsentia, seu coexistentia ad comprehensionem Dei, ac proinde ad attributum scientiæ spectet. Eò vel maximè, quòd ex ista præsentia ad diuinam cognitionem non petatur formaliter, & per locum intrinsecum præsentia Dei secundùm essentiam, siue intimus contactus Deitatis ad res creatas, quem modo inuestigamus; si enim per impossibile Deus tantùm esset in cœlo, posset ea, quæ in terris fiunt, infiniti luminis præstantia comprehendere; cùm lumen intellectuale non exigat entitatiuè contactum sui ad res, quas percipit.

Elucidatur doctrina præcedens.

1. Modus existendi per præsentiam

Secundus modus existendi Dei in rebus dicitur per potentiam: quatenus omnia intra efficacitatem virtutis diuinæ præhabentur, eius potentia formantur, & conseruatione subsistunt.

1. Modus existendi per potentiam.

Et de ista præsentiæ ratione certum est apud omnes Theologos esse distincta attributa in Deo omnia posse, & in omnibus locis existere. Quod & Thomistæ fatentur cum Sanct. Thoma. *Qui 1. part. quæst. 3. arti. 3.* Distinguit esse Dei per potentiam ab esse per essentiam. Coexistentia enim creaturarum ad Deum, vt creantem, & conseruantem, est quædam præsentia obiectiua termini respondentis virtuti effectiuæ Dei, vt productiua est formaliter: quare distincta esse debet à termino contactus substantialis Dei, seu existentiæ per essentiam; sicut attributum existentiæ Dei in rebus per essentiam distinctè est ab attributo diuinæ omnipotentiæ; attributa enim à nobis secernuntur penes obiecta, ad quæ terminantur. Adde, quòd, si per impossibile, daretur aliquod ens, quod non esset à Deo; licet per locum intrinsecum tolleretur dependentia illius ab omnipotentia, & virtute exequutiua Dei; tolli tamen non posset contactus substantialis Deitatis ad tale ens, quòd ab illa repleretur vi immensitatis suæ, esto quòd à Deo non processisset.

Existentia per potentiam differt ab existentia per essentiã.

Tertius modus existentiæ Dei in rebus dicitur per essentiam; qui est contactus quidam substantialis, siue indistantia substantiæ Dei attingentis creaturas immediatione virtutis, & suppositi.

Quæ sit existentia per essentiam)

Hanc doctrinam tradit Scotus in suis reportatis, *in 1. sentent. dist. 37. quæst. 2. §. Ad secundam quæstionem dico, numer. marg. 5. editionis Cauelli.* Vbi ait. *Deus comparatur ad creaturam, sicut efficiens, & conseruans, hoc est esse per potentiam: sicut Rex in toto regno. Alio modo comparatur, vt scientia eius omnia videt; & sic est per præsentiã in quolibet: quia omnia sunt ab eo cognita. Sic ego dicor esse in domo per præsentiam, cũ video omnia, quæ sunt in illa. Tertio; Deus est per essentiam in quolibet per illapsum intimum.*

Idem Scotus in hac re Scotus

Satisfactio ad oppositiones Aureoli.

4 SED Hanc explicationem triplicis rationis existendi Dei in rebus impetit Aureolus, *in 1. sentent. distin. 37. art. 3. §. Opinio Scoti* Vbi ait. *Propterea dixerunt alij, quòd Deus potest tripliciter considerari. Primò quidem, vt res efficiens, & construans; & sic est in illis per potentiam. Secundò verò, vt res cognoscens; & sic est in ipsis per præsentiam. Tertiò verò, secundùm rationē suæ infinitatis, & illimitationis, prout cuilibet rei illabitur intimè; & secundū hoc est in rebus per essentiam.*

Aureoli obiecta cōtra doctrinā præcedentem.

Sed iste modus dicendi deficere videtur: primò quidē ex parte primi modi, qui incidit cū tertio: non enim Deus aliter illabitur creaturæ, nisi quia esse ipsius efficit, & conseruat. Quia declaratū est supra, quòd omnis intimatio, vel illapsus positiuus, quo intelligeretur Deus esse in rebus, per necessitatem esset respectus situalis; & ita exigere Deum esse in situ; & per consequens esset quid corporeum, & quantum.

1. Oppositio Aureoli, quòd modus existēdi per potentiā recidat in medū existēdi per essentiā

Secūda ratio, quòd Deus nō sit præsens rei antè productionē illius

Secundò verò deficit in modo præsentiæ; quia non aliter Deus cognoscit creaturas, postquam factæ sunt, quàm antequam fierent; secundùm Augustinum, 5. Super Genesim. Sed constat, quòd Deus non erat in rebus per præsentiam, antequā fierent; ergo Deum esse in rebus per præsentiam, non est esse secundùm cognitionem.

Cōfirmatio ex Aureolo.

Et confirmatur: quia potius deberet dici res esse in Deo per præsentiam, quā è conuerso: vt statim arguebatur.

5 Oppositio autem Aureoli duo cōplectitur. Primum; ideo minus appositā esse explicationem nostram; quò permiscere videatur modum existentiæ Dei per essentiam cum modo existentiæ Dei per potentiam. Eò quòd, apud Aureolum, nullus alius positiuus illapsus, aut contactus Dei cum creaturis asserendus sit, nisi ille qui media actione à Deo præstatur; respuit enim Aureolus positiuum contactum Dei cum creaturis in ordine ad locum; quatenus tamen intimationem Deitatis ad locum non iudicet depuratam à conditionibus, circumscriptionibusque situalibus. Quare cōsequēter opinatur, quòd si illapsus Deitatis ad creaturas positiuus sit; necessariò cōfundi debeat cū operatiuo cōtactu, seu cū modo existendi Dei per potentiam.

Cōmentarius obiectionū Aureoli.

Obiectio 1.

Obiectio altera.

6 Deinde; aggreditur explicationē modi existendi Dei per præsentiā: quia alijs Deus astrueretur realiter præsens creatutis ante productionem; cū ipse ab æterno terminent obtutū Dei, seu scientiam visionis illius.

Occursus Aureoli contra euadentem

Nec potest euadi vis rationis, si adstruatur absimilitudo ex parte obiecti creatiinquantum terminat præsentiam obtutus Dei, aliter secundùm existentiam realem obiecti; & aliter secūdùm existentiam obiectiuam, quā sortitur ante productionem.

Quia occurrit Aureolus ex Augustino 5 super Genesim; quòd Deus non aliter cognoscat obiecta ante, & post, illorum productionem.

Addo, quòd nec potentia apprehēsiua asseritur præsens obiecto apprehenso; sed è contra obiectum fit præsens potentiæ apprehensiuæ. Cùm in hoc à facultate impulsiua distinguatur, quòd illa trahat ad se obiecta; appetitiua verò feratur in obiecta: quare res propriùs dicetur esse in Deo, vt in cognoscente, quā è contra Deus in re cognita.

Ad 1. oppositionem Aureoli.

7 At non obstant Aureoli obiectiones. Ad primam dicimus, *in art. 2. huius controuersiæ* ostensuros; præsentiā Dei secundùm essentiam esse positiuum cōtactum Deitatis ad creaturas; contra Aureolum huiusmodi illapsum aperientem per solam negationem distantiæ.

Ad 2. obiectionem.

Ad secundam obiectionem respondetur; Deum ab æterno esse præsentem rebus per præscientiam præciſè secūdū illud esse obiectiuū, quod res à decreto trahūt; nō verò secūdū esse reale; acproinde Deum non cognoscere creaturas, vt realiter existentes ante illarū productionem, sed vt futuras, & obiectiuè præsētes. Quo fit, vt alia ratione obijciātur diuinæ intuitioni, quā futuræ, & quā existētes; & quod denominatio præsentis secūdū coexistētiā realem Deo non congruat, vt refertur ad esse obiectiuum creaturarum, sed ad esse reale, & existēs licet præsentia Dei in ratione cognoscētis referatur ad esse obiectiuum entis participati.

Al-

Ad pronunciatum Auguſtini.

Ad Auguſtinum verò, quem nobis obijcit Aureolus autamitem; nō aliter cognoſcere Deum creaturas ante-, & poſt illorum exiſtentiam. Dicimus, tantùm aperuiſſe Auguſtinum identitatem obiecti formalis in vtroque ſtatu, vel exiſtentiæ realis, vel obiectiuæ futuritionis entis creati; præſciuntur enim, & ſi percomprehenduntur iſta obiecta, ſiue exiſtentia, ſiue futura, non in ſe ipſis, aut in veritate determinata talium obiectorum, ſed in eſſentia Dei vt obit liberam terminationem ad extra; licet ex parte obiecti materialis ſit diſcretio in ente actuali, & futuro; cum enti, dum actu exiſtit, coexiſtat Deus per præſentiam contactus, & indiſtantiæ entitatiuæ; enti autē orbato reali exiſtentia ſolùm ſit coniunctus ſecūdùm obiectiuam præſentiam.

Reſpondetur ad iſtiā at inſtē ad modū loquendi

Altera Aureoli inſtantia ad quid nominis ſpectare videtur; fatemur enim, rem fieri præſentem potentiæ trahenti ad ſe obiectum ſpecie media; nec tamen ex eo inferri aſſerimus, abuſiuam eſſe loquutionem; quòd potentia ſeu facultas apprehenſiua dicatur præſens obiecto, quando illud percipit. Cùm ſacra Scriptura huiuſmodi phraſi aliquando vtatur; vt patet ex loco Eliſei citato à Baſolio, vt liquet *ex numer.* 2.

Corollariū expræmiſſis.

8 His conſtitutis; diſſeritur, vtrum ex operatione Dei colligatur ſubſtantialis præſentia Dei in rebus? vel quod in idem incidit, an ex operatiuo contactu inferatur ſubſtantialis indiſtantia, an verò ab alio capite petenda ſit? Quia tamen huius diſſertationis deciſio hauritur ex illo celebri Ariſtotelis axiomate, agens, & paſſum debent eſſe ſimul; à quo Diuus Thomas contactum Dei ad creaturas petit; ideo Theologi omnes, vt faciliorem parent aceeſſum ad ſcopum controuerſiæ, quaſi præludialem diſputationem excitant, Philoſophi mentem expendentes. Quare ſit.

ARTICVLVS I.

Vtrùm agens in tota ſua vniuerſalitate, prout circuit creatum, & increatum, exigat contiguitatem adpaſſum?

SVMMARIVM.

Thomiſtarum ſententia de contiguitate agentis, & paſſi, varie expenditur Num. 1.

Alphonſi Curielis ratio confutatur. Numer. 4.

Capreoli, & Soarez defenſi Thomiſticæ ſententiæ reijcitur. Nu. 8.

Item & Ludouici Molinæ. Nu. 9.

Variæ probationes ab experimento petitæ pro contiguitate agentis & paſſi. Num. 10.

Litera Scoti elucidata ad expugnandam agentis, & paſſi contiguitatem. Num. 14.

Impugnatur triplex ratio contactus agentis, & paſſi contra Soarium. Nu. 25.

Optimis probationibus Scoti ſententia falcitur. Num. 34.

Oppoſita fundamēta cōuelluntur. N. 45

Sententia S. Tho. petens exiſtentiam Dei per ſuā in rebus creatis ex operatione Dei circa eas participatam.

1 S. Anct. Thom. 1. *p. ar.* 1. *q.* 8. Quē multi Thomiſtæ ſequūtur, aſſerit; cōtactum ſubſtātialem Dei ad res creatas petitū iri ab illius operatione circa res. Quod ſuadet ratione producta ex illo Ariſtotelis principio, agēs & paſſum debent eſſe ſimul; ex quo talis inſtruitur argumētatio.

Omne agēs, quod eſt immediatū principium alicuius producti, debet eſſe illi immediatè cōiūctum per ſuam ſubſtantiam; ſed Deus in qualibet re creata, ſiue ſpirituali, ſiue corporali, eſt immediatum principiū totius eſſe (quodlibet enim creatum infert immediatè habitudinem dependentiæ ad Deum;) igitur Deus ſecundùm ſuam ſubſtantiam eſt immediatè cohærēs omni creaturę. Maiorem iſtius probationis, in qua totum diſſidium poſitum eſt, ſupponit D. Thomas ex Ariſtotele, qui 7. Phyſic.

cap. 2. & 1. de Gen. cap. 6. Vniuerſaliter cõſtituit; quòd mouens & motum debent eſſe ſimul.

Apparatus metaphyſicus de cõtiguitate agẽtis & paſſi iuxta mẽtẽ Ariſtotelis.

Quærenec abs re erit veritatem iſtius Ariſtotelici proloquij expendere vnde articulus iſte Theologicam diſputationem antevertet, tanquam apparatus quidam Metaphyſicus ſternens fundamenta ad apicem præſentis controuerſiæ.

Cõmunior aſſertio Thomiſtarum.

Plures ex Diu. Thomæ ſectatoribus interpretantur præſens Ariſtotel. axioma de contactu agentis per ſe ipſum, vel per medium, in quo illius virtus recepta ſit; adeò vt impoſsibile opinentur, ſaltim de lege ordinaria, paſſum ab agente immutari, medio non immutato; valde tamen diſsident Thomiſtæ in conſtituenda ratione talis actiui contactus.

Primus modus dicendi Curielis, & illius confutatio.

Primus modus dicendi Curielis pro feſſoris Salmãticenſis.

2 PRimus modus dicendi eſt Magiſtri Curielis Primarij Salmanticenſis, *libr. 1. ſuarum controuerſiarum, controuerſ. 5. art. 2. num. marg. 136.* Qui vel eò huiuſmodi contiguitatem ſuadere molitur; quòd neceſſarium ſit, quamlibet facultatem agendi, prouè creatam, & increatam complectitur, eſſe coniunctam ſuæ actioni. Atqui actio eſt in paſſo, cũ nil aliud ſit actio, quàm formalis dependentia paſſi ab agente; ipſaque formalis exhibitio, & communicatio entitatis, quam ab agẽte trahit effectus; ac proinde non poteſt non eſſe coniuncta effectui per identitatem, aut paſſo per inhærentiam: ergo etiam quælibet cauſa efficiens debet eſſe cohærens paſſo, in quo illius actio, & cauſalitas recipitur. Minorem huius ſyllogiſmi, quod nimirum actio ſit in paſſo, & non in agente; ſupponunt Thomiſtæ ex phyſicis diſputationibus; maior verò propoſitio, quòd ſcilicet quælibet cauſa efficiens debeat eſſe proxima ſuæ cauſalitati, ſiue actioni; oſtenditur ſic. Omnis cauſa ſiue intrinſeca, ſiue extrinſeca, debet eſſe compoſita ſuæ cauſalitati, iuxta modum, & conditionem operandi talis cauſæ; quòd in primis de cauſis intrinſecis euidens eſt, & de finali perſpicuum. Nam licet cauſalitas finis, quæ eſt ipſamet motio, & impulſus voluntatis, diſtet à fine ſecundùm eſſe reale, quod refert extra intellectum; coniungitur tamen illi ſecundùm eſſe apprehenſum: ergo à fortiori principium efficiens (cùm ſit cauſa magis propria, & phyſica) debet eſſe ſuæ actioni adiunctum.

Cõfirmatur quia ſicut principiũ quo nequit eſſe diſtãs à principio quod ita nec agẽs ab actione, quæ exiſtit in paſſo.

3 Præterea: quia virtus agentis, (verbi gratia, calor ignis) quæ eſt principium *quo*, ſeu facultas, per quam agens operatur vt quod, debet eſſe coniuncta agenti *vt quod*; nimirum igni. Ergo à fortiori actio, quæ eſt vltima actualitas agentis, & quaſi virtus eius in actu ſecundo, non poteſt eſſe ab ipſo agente ſeiuncta ſecundùm locum; quia cùm ſit ipſa formalis communicatio, per quam agens exhibet ſuam actualitatem effectui, non poteſt eſſe ſeparata ab ipſa entitate, & actualitate agentis, quæ vi actionis participatur à producto. Cùm nulla entitas poſsit exhibere ſe effectui, per id quod ab illa diſtet ſpatio interiecto; ſicut nec communicatio, aut participatio paſsiua ſecundũ locum diſsita eſſe poteſt ab entitate effectus, qui producitur: ac proinde communicatio actiua nec diſtare poterit ab entitate producentis. Atqui actio in magis probabili, & phyloſophica ſententia eſt in paſſo; igitur agens, vt ſuæ actioni, & cauſalitati copuletur, debet etiam per indiſtantiã cõtactus ipſimet paſſo adhærere.

Probatio Curielis ex cõtiguitate agentis & ſuæ actionis.

Excutitur fundamẽtũ Curielis

4 Cæterùm iſta Curielis probatio in opinione Scoti, & aliorum, qui actionem in agente conſtituunt, incaſſum laborat; noſtramque firmat ſententiam, dum agit, cauſalitatem debere eſſe propriæ cauſæ compoſitam; quod fatemur ingenuè, immo ob id actionem in agente conſtituimus, quam & ipſi agenti componimus tanquam formam intrinſecam, & conſtitutiuam eius in eſſe actualis principij. Quo ſuppoſito corruit tota vis prædictæ argumentationis; quæ ex hypotheſi, quòd actio ſit forma paſſi, contiguitatem agentis, & paſſi, producere moliebatur.

Actio nõ eſt in paſſo, ſed in agente de ſenſu Scoti.

Verùm; nec in ſententia Diui Thomæ probatio illa vniuerſalem, conſtan-

tem

temque nanciscitur firmitatem; quia S. Thomas, 1. part. quæst. 45. art. 3. Aperte fatetur, actionem creandi non esse aliquid extra Deum, sed ipsummet Dei volitionem prout ad extra terminatam.

Nec ratio Curiel. procedit in opinione S. Th. de actione creativa

Quo supposito sic argumentor: igitur licet actio illa Dei, quæ est actualis concursus cum creatura, sit in passo, ac proinde ex eo in actione Dei ad suam actionem peti queat contactus: Deitatis ad effectum: attamen actio illa, quæ à solo Deo profluit, qualis est creatio, & quæ in passo non recipitur, nequit cõtactum Dei cum passo, & effectu inferre; ac proinde illa ratio non ostendit, agẽs in tota sua abstractione, prout ambit omnem efficiendi causalitatẽ creati, & increati entis, necessariò coniungi proprio producto.

Occursus primus Curielis, quòd creatio subiecteatur in termino. Refellitur.

5 Occurrit Curiel loco citato dupliciter. Primò; quòd actio creativa est formaliter transiens, ac in termino recepta.

Sed in hoc, præter quam quòd manifestè à principijs Diui Thomæ exorbitat; vel hac efficaci ratione perstringitur. Quia illud fieri creativum transiẽs non vendicat substratum, cui insit; cùm creatio sit ex nihilo. Nec subiectari valeat in termino, quem anteit realis causalitatis præsuppositione, pro qua concipi non potest modus ille actionis vt per se existens; cùm de quidditate modalis formæ sit compositio ad propriũ substratum; ergo tale fieri creativum nequit esse actio de prædicamento actionis.

Actio creativa nequit esse in termino.

Cùm pro illo signo, & præsuppositione naturæ, siuè à quo, pro qua anteuenit factum esse, vt verum fieri illius; nequeat concipi tale fieri vt non compositum substrato; nequit ergo esse aliquid creatum, sed ipsamet Deitatis substãtia vt connotans productã.

Effugium.

Nec præstat commune illud effugium parare de prioritate termini, vel substrati in genere causæ materialis; licet substratum sit posterius in genere causæ efficientis, quare sicut terminus, quà substratum est creationis, & causæ materialis fieri creativi, anteuertit creationem in genere causæ materialis ita & pronuntiari valet habile subiectũ illius.

Occluditur

Id enim non obstat; quia nullum præsuppositionis realis signum; non modo existere, imo nec in conceptionem nostram cadere valet; pro quo ens creatum apprehendi queat absque actuali, & exercita dependentia à prima causa; nullum igitur signum realis prioritatis à quo, siue naturæ conceptibile est, quod non imbibat dependentiam à Deo in genere causæ efficientis: repugnat ergo quæcumque causæ materialis comparatio ad fieri creativum, quæ anteuertat huiusmodi influxum, vt est pullulatio entis à Deo in genere causæ efficientis; aliàs pro illa prioritatis habitudine terminus cõciperetur vt ens à se, & imparticipatum à Deo.

Aut igitur prioritas hæc in genere causæ materialis ea esse debet, vt vera prioritas sit respectu fieri creationis; quod pro illo signo reali absolui queat ab exercita dependentia à prima causa; quod est absurdum, aut nulla ratione causalitatis vel anterioritatis, etiam intelligibilis, referri valet terminus creationis ad fieri talis termini.

Vrgetur præcisio conditionis præter dicta

Si verò occurras; quòd creatio non est vera actio de prædicamento actionis, aut verum fieri, quod prioritate reali naturæ, siue à quo, anteeat factũ esse; sed esse ipsummet terminum per suam essentiam à virtute creatrice pendentem: ea ratione, qua plures Animastici, & Theologi autumant, intellectionem, impulsum, cæteraque qualitates viuas esse terminos siue actione, siue qualitates per suas essentias à principijs viuis pendentes. Quo fit, vt cùm vera receptio discretionem realem vẽ dicet inter formam receptam, & substratum recipiens; reliquum est, vt res, quæ creatur, per suam essentiam à suo principio pendeat; ita dependentia illa, quæ appellatur fieri creativum seu creatio in fieri, non distinguatur à re creata: ac proinde, quòd tale fieri nequeat realiter recipi in termino, cũ sit ipse terminus pendens à principio creante.

Alia ratio fugæ quòd creatio identificetur cũ termino, fiunt actio vitalis eũ qualitate viua.

Verùm; prædicta doctrina in primis verificari nequit in illis rebus, quæ non essent termini creationis exigente statu connaturali suæ productionis, sed solùm pro nutu creatoris, & secundùm obedientialem potentiam; vt si Deus materiales formas substantiales, aut accidentia materialia crearet, non exposcente talem efficiendi rationem, naturali conditione huiusmodi

Expugnatio præmissæ solutionis

for-

formarum, quæ connaturaliter exigunt ex potentia subiecti educi; in ista ergo hypothesi, talis forma creata realiter dissideret à fieri, & dependentia creationis, sicut & ab illa ratione influxus separari potuit, si efficeretur per eductionem, iuxta exigentiam talium formarum. De isto igitur fieri, cùm sit forma modalis, & antecedens terminum, cùm sit vera productio illius, rediret in quisitio vrgens; vel quòd daretur modus actionis sine subiecto; aut quòd verum fieri termini ab illo realiter condisceretur, non anteeat secundùm habitudinem causalitatis, & naturæ, suum terminum, à quo realiter cõdistinguitur quæ omnia à vero deuiant.

Litera vestri Philosophi Curielis

6 Secundò respondet Curiel; quòd licet actio Dei non sit formaliter transiens, sed solùm virtualiter, atque adeo non sit in effectu subiectiuè; est tamen illi immediatissima; vnde efficitur, vt ex coniunctione actionis ad terminum posit à priori colligi cõtactus Dei ad eumdem terminum productum.

Oppugnatur primo; quia petat principium

Sed in hoc prædictus author manifestam principij petitionem committere videtur; licet enim ostenderit indistantiam Dei à sua actione, & causalitate, adhuc restat aperiendus contactus actionis, & rei productæ. Quem inficiatur Scotus; qui cùm omnem actionem agenti intrinsecam constituat, tanquam vltimam formam, & rationem eius in esse actu producentis; explodit tamen necessitatem contactus actionis, & effectus, qui per illam producitur.

Reiicitur cõsutatio, quod efficiatur quietia do sine

Deinde; responsio Curielis proprium fundamentum omnino proterit: quia ideo agebat, causam esse coniunctam suo producto, quia cohærens esse debeat suæ causalitati seu actioni, quam prædictus author in passo, siue producto constituebat; igitur quando actio ipsimet agenti inesse asseritur, corruit prorsus medium cohærentiæ siue contactus agentis cum suo producto.

Oppugnatur ratio qui licet actio Dei quatenus infinita sit immensa, & indistans termino

7 Prætereà licet actio Dei, quà actio Dei est, sit immediatè coniuncta per substantialem contactum omnibus rebus; eò quòd actio diuina sit ratio intrinseca Dei, prout agentis, sicut, & actio in tota sua communitate est forma intrinseca agentis vt sic; quod in physicis de mente Scoti constituimus; quò fit, vt actio Deo inexistens, sit Deus ipse, ac proinde eamdem immensitatem ac infinitudinem secundùm locum sibi vendicet, quam refert ipsamet Dei entitatis substantia. Quare licet actio Dei, quò immensa est, ac secundùm locum infinita, ab omnibus rebus creatis distare nequeat, sicut nec Deus substantialem contactum ad res creatas non adire; at hæc coniunctio ad producta actioni diuinæ non congruit, quia actio est præcisè, seu ex conceptu actionis in tota sua abstractione, prout circuit causalitatem creati, & increati agentis, sed ex specifica, & quasi contracta ratione actionis diuinæ, ac proinde immensæ, ac infinitæ secundùm locum. Cum in præsenti id tantùm præcisè spectetur, vtrùm ista indistantia diuinæ actionis à re producta Deo cohæreat ex abstracto conceptu agentis vt sic, prout à creato, & increato præscindit? Aliàs enim substantialis Deitatis contactus cũ creaturis ex proloquio Aristotelico minus appositè hauriretur.

non sumitur ex abstracto conceptu actionis.

Confutatio Capreoli, Soarij, & Molinæ.

8 Secunda ratio, aut defensio illius probationis (quam ex axiomate Aristotelis produxit Diu. Thomas) est, quam tradit Capreolus, *in 1. distinct. 37. quæst. 1. art. 1.* Cui adhæret Soarez *in sua Metaphys. tom. 1. disp. 18. sect. 8. num. 12.* Quæ sic se habent. Actus, & potentia ab intrinseco exigunt indistantiam, & propinquitatem inter se; sed agens est actus passi, quod comparatur vt potentia contrahibilis ab agente: igitur requirunt intimam coniunctionem inter se.

2. ratio pro contactu agentis, & passi.

Capreolus. Soarius.

Sed ratio ista (vt breuiter nos ab illa expediamus) minus præstat; immo principium petit. Quia agens, & passum, ea præcisa ratione adeunt habitudinem actus, & potentiæ; quatenùs agens aliquid producit, quod contrahat passi potentialitatem. Sed hoc est reddere antecedens pro causa antecedentis; quia idem est exigere vicinitatem in-

Euellitur, quia petit principium

ter

ter agens, & patiens, quia se gerant ad instar actus, & potentiæ; quàm eamdem propinquitatem astruere, eò quòd sint agens, & patiens; quod est idem per idē reddere.

Deinde; quia non omnis actus, & potentia adhærent per indistantiam nisi quando ad vnius constitutionem coeunt intrinsecè; vt liquet in causis intrinsecis, in quibus sicut necessaria est intima compositio vtriusque compartis, ita exigitur localis propinquitas; sine qua causalitas vnionis haud quaquā subsistere posset. Atqui agens, & patiens, non segerunt huiusmodi, vt per se notū est; igitur desideratur ratio, cur actus, & potentia, quæ extrinsecè se contrahunt, intimam coniunctionem exquirant?

Instatur cōtra Capreolū. & Soar.

9 Tertius modus dicendi est Ludouici Molina, 1. *part. quæst.* 8. *artic.* 1. *disp.* 2. Vbi contendit; quòd si nulla vi tute fieri potest, quòd aliqua res creata per motum tranſeat ab vno loco ad alium, nisi per medium; (quod de Angelo ingenuè fatetur Scotus, & probat contra Diuum Thomam) ergo similiter contradicit, quòd agens transmittat actionem suam ad extremum, nisi per interiectum corpus. Sicut enim repugnat corpus per motum nanciſci præsentias discretas, seu discōtinuas; ita & implicat, agēs operari per lineam agendi interruptam, & discontinuam.

3. ratio pro cōtiguitate agentis & passi ex Moli.

Verùm; hæc Molinæ argumentatio vt inanis ab omnibus reiicitur; euidenterque euertitur à Curiele, & Soario loci citatis. Primo; ex aperto discrimine, quod versatur inter suppositionem antecedentis, & consequentis; nam in hypothesi antecedentis, eadem res numero transmittitur de loco ad locum distantem; in consequenti verò; non transit idem numero influxus ab agente in passum distans, non attingendo intermedium corpus; sed actio illa tantùm incipit esse in loco distanti, & comproducitur ab ipso agente in passo distanti, in quo producitur terminus (vt in opinione Diui Thomæ procedamus Molinam ex proprijs principijs perstringentes.) Quare sicut terminus, qui in passo distanti produceretur, non effectuendus ab extremo in extremum, & non per medium, transire; ita actio, quæ cum termino ab agente cōproducitur, asserenda non est ab extremo in extremum transmigrare.

Elidiur perspicuè.

Præterea: quia in ista ratione etiam committit Molina petitionem principij; quia cùm actionem transmitti in passum distans, & non per medium interiectum, nil aliud sit, quàm actionē incipere in extrema parte, & non in media passi; idem erit, actionem non posse deriuari in extremum, nisi per medium, quàm quòd nequeat distanti substrato immitti, quin propinquum attingat; & hoc est, quod quæritur; vnde reddit antecedens pro causa antecedentis.

Molina etiam petit principium

Ab experimentis physicis ductæ rationes pro contiguitate agentis & passi.

Experimenta physica contra distantiā agentis, & passi.

10 Cæterùm, in subsidium probationum, quarum infirmitatem deteximus; experimenti opponunt Thomistæ. Primum; quia agentia in vacuo nihil operari valent circa corpus distans; & ob id præcipuè fit, vt agentia naturalia maximis conatibus in vacuū vitandum incūbant; quia si daretur vacuū non influerent corpora cœlestia in hæc sublunaria.

Experimentū primū ex impossibilitate actionis in vacuo

Quare naturaliùs est illis vacuum vitare; & connaturaliores sunt motus, qui ad vacui repletionem ordinantur, quam qui à proprijs inclinationibus, & natiuis facultatibus præstantur. Sed huius experimenti physici alia non assignatur causa, nisi indistātia localis requisita inter agens, & patiens; ergo necessariò adstruendus est talis contactus præsentialis inter agens, & passum.

Secundū experimentum ex interpositione corporis medij.

11 Secundùm: quia si aliquod corpus interſit medium inter agens, & patiens, etiam intra debitam distantiam, & agentis sphæram constitutum, prorsus præpediretur actio; ergo similiter si daretur vacuum inter agens, & passum non pullularet actio. Consequentia patet, quia licet probatio ista à princi-

pio

nio omnino oppoſito petatur, nimirum à pleno à vacuum, quia tamen contrariorum eadem eſt diſciplina, eamdem cauſam inferre videtur interruptionis lineæ agentis; ſiue interruptio, aut diſcretio illa accedat per interpoſitionẽ medij, ſiue per remotionẽ illius.

Occurſus in influxu in paſſū diſtās.

Si occurras; paſſum, corpore interpoſito, non cenſeri præſens agenti phyſicè loquendo, eſtò quòd aliàs intra naturalem ſphæram ſuæ actiuitatis concludatur; quare nec mirum erit, ſi ab agente tale paſſum phyſicè immutari nequeat. Quia ſphæra actiuitatis metienda non eſt mathematicè, ſecundùm tãtã aut tãtã medij protẽſionẽ, aut ſecũdũm eoldẽ indiuiſibiles dimenſionum terminos; ſed phyſicè ſpectanda eſt, penſatis nimirum conditionibus agendi, & reſiſtentia paſſi. Iam enim fieri poſſet, vt corpus aliquod minoris extenſionis verbi gratia, bipedalis, ratione compactionis ſuæ magis reſiſtat, quàm tripedale corpus; atque adeo bipedalis extenſio finiret in ſe totam agentis ſphæram, quam non exhauriret tripedale corpus.

Excurſio Soarij cõtra ſolutionẽ præmiſſam.

Sed contra inſtat Soarez; quia licet hoc habeat verum, quando corpus interpoſitum eſt habile, & capax talis actionis; quia tunc videtur virtus agentis occupari circa paſſum illud actuandum, & penetrandum: quando tamen illud ſubſtratum, quod dicitur paſſum, non eſt capax actionis; tale effugium, vel eò obſtruitur, quòd ſi corpus aliquod denſum interponatur inter ſolem & aërem, ſicut illud paſſum habile ſubſtratum non eſt illuminatiuæ actionis, ita agens nulla ratione applicat virtutem ad illud immutandum: ac proinde non detinetur actio à corpore interpoſito, quod non reſiſtit agenti per poſitiuam reactionem, ſed ſolùm negatiuè per incapacitatem quamdam. Igitur phyſicè loquendo adhuc aer manet intra ſphæram luminoſi agentis, & tamen non illuminatur; ergo tota ratio poſita non eſt in hoc, quòd paſſum extrahatur à tota agentis ſphærâ, ſed quia deficiat indiſtantia localis, vel poſitiuus cõtactus actiui, & paſſiui.

Tertiũ experimentũ in fluxu intentionali.

12. Tertium experimentum; quia agens per ſe tantùm intendens influxum in remotum, quatenus effectus in paſſo ſecundùm locum diſſito præciſè conducat ad finem ab agente ſpectatum; nihilominus in medio producit effectum, qui in tali ſubſtrato eſſet prorſus inutilis, niſi ad continuandam lineam agentis vſque ad paſſum remotũ vbi primò & per ſe expetitur actio: ergo agens nequit influere per lineam interruptam, ſed neceſſariò exigit protenſionem cõtinuã ſuæ virtutis diffuſæ per medium.

Obiecti viſibilis cauſalitas circa mediũ ad protenſionem lineæ cõtinuæ influxus.

Antecedens patet in obiecto viſus; quod, vt ſpecies intentionales oculo immittat, illas prius in medio aere producit; vt perſpicuè conſtat experientia ſpeculi, & aquæ, in quibus fit reflexio ſpecierum viſibilium. Atqui productio ſpeciei intentionalis in oppoſita ſententiâ eſſet prorſus inutilis, ſi reſpuatur neceſſitas cõtinuationis ſphæræ intentionalis obiecti viſibilis; quia ſpecies eſſentialiter eſt ſemen quoddam obiecti intentionaliter exciſum ad exprimendum idolum viſionis in oculo. Ergo cùm medium inanimatum ſit incapax viſionis, & natura omne ſuperfluum exhorreat; fatendum erit, (ni velimus ſpecies inaniter medio immitti,) iſtas formas intentionales produci ad continuandam lineam obiecti viſibilis; igitur nullum agens operatur per lineã interruptam.

Inſtatur, eũ quòd ſphæra agentis creati eſſet interminata.

13 Adde; quòd ſi medium neceſſariò non exigeretur ad continuandam lineam actionis; fieret vt non eſſet determinata ſphæra agentis, ſed quòd conaretur ad quamcunque diſtantiam. Mediũ enim excipit conatum ac impetũ agentis, atq; adeo retardat, & occupat illum, ac proinde cõtrahit, ac finit ſphæram agẽtis; quòd fieret, vt operans abſque medij immutatione, nõ referret, vnde ſphæra illius dimetiri poſſet; illud enim quod ſine medio influit, videtur poſſe agere, etiam ſi medium interpoſitum eſſet interminatæ extenſionis.

Textus Scoti, ex 2. ſentent diſtinct. 9. quæſtion. 2. §. Ad quæſtionem iſtam de locutione ſub numer. marg. 16. *Vbi refellitur extorta Soarij interpretatio.*

Scotus

Opp. ſcoto ex Scoti cētra diſt. in tag tis & paſsi

14 *INſtatur contra rationem, quia non videtur concludere niſi de Angelo, & Angelo, abſolutè ſumptis; quia ſi diſtent ab inuicem, diſtantia erit impedimentum, propter quod non poteſt vnus agere in alium. Non enim poteſt diſtãs agere in diſtãs, niſi prius agat in medium; mediũ autem non eſt loquutionis Angeli receptiuum, ergo &c.*

Cõfirmatio ex actione intentionali in vacuo

Confirmatur iſtud per Ariſtotelem 2. de Anima, vbi vult, quòd ſi eſſet vacuum, nihil videretur: quia ſpecies viſibilis non poſſet pertingere ad oculum. Item vult. 7. Poyſic. quòd mouens, & motum ſit ſimul; & hoc loquendo de motõ immediato, quod oportet prius moueri à mouente, quàm moueatur motum mediatum.

Axioma Scoti pro vera ſententia.

15 *Ad iſta excludenda, primò oſtendo, quòd Angelus etiam diſtans, poteſt cauſare conceptum in Angelo diſtante. Nam ſi non eſſet prioritas naturæ actionis in medium, ad actionem in terminum; actio in terminum non dependeret ab actione in medium. Patet ex ratione prioritatis naturalis; quia cauſa ſufficiens duorum, quorum neutrum eſt prius naturaliter alio, poteſt vtrumque ſine altero cauſare; ſed in propoſito non eſt talis prioritas: ergo poteſt Angelus agere in terminum diſtantem, nihil agendo in medium.*

Fundamẽtũ Scoti.

16 *Probatio minoris; actio in medium non præcedit naturaliter actionem in terminum, niſi duplici de cauſa: aut quia eſt eiuſdem rationis medium & terminus, & tunc prius naturaliter recipitur in medio (ſicut paſſum propinquius naturaliter prius patitur, quàm paſſum remotius) aut ſi eſt alterius rationis, agens habet duas formas actiuas, quarum vna eſt prior naturaliter reliqui; & ſecundùm illam formam, quæ eſt prior actiua, natum eſt agere in medium & ſecundùm aliam in terminum. Exemplum primi eſt, vt quando Sol illuminat partes medij; exemplum ſecundi, vt quando Sol generat mineralia in viſceribus terra, vel vermem in terra, & illuminat medium interpoſitum.*

Angelus alloquitur diſtãs per vim influxũ in materiã circa p ſſa remotum

17 *Ergo excluſa vtraque horum cauſarum, ſcilicet quòd nec medium ſit receptiuum eiuſdem actionis cum termino; nec agens habet aliam formam actiuam realiter, vel virtualiter, per quam ſit natum agere in medium, actione alterius rationis ab actione in terminum: nullo modo præcedit actio in medium, actionem naturalem in terminum; & ita eſt in propoſito. Medium enim corporale, quòd eſt inter Angelos diſtantes, nec eſt natum recipere actionem eiuſdem rationis, cùm Angelo diſtante audiente; nec aliam alterius rationis, priorem illa: quia Angelus loquens, nec habet formam virtualiter, nec formaliter actiuam actionis prioris ad illam, quæ eſt loquutio.*

Cõfirmatio ex operatione Dei data hypotheſi quòd nõ eſſet immenſus

18 *Confirmatur iſtud vltimum tripliciter. Primò ponendo vnum impoſſibile; ſcilicet quòd Deus non eſſet vbique ſecundùm eſſentiam; eſſet tamen omnipotens, ſecundum ſuperiùs dicta, in diſtinct. 37. Primi libri; & tunc poſſet immediatè aliquid cauſare alicubi, vbi tamen non eſſet præſens per eſſentiã; nec tamen ageret in mediũ, actione eiuſdem rationis, nec alterius: quia cauſatum eſſet immediatè ab eo.*

Altera cõſideratio ex influxu Solis in diſtans

19 *Secundò; ſi non admittatur iſta poſitio impoſſibilis, remota impoſſibili poſitione, ſatis habebitur propoſitum: quia Sol immediatè cauſat vermem, vel aliam ſubſtantiam generabilem, & corruptibilem; & tamen actione illius rationis, ſcilicet generationis, non agit in medium. Nec actione alterius rationis; niſi quia Sol habet aliam formam actiuam, ſcilicet qualitatem, per quam natus eſt agere prius aliquomodo, quàm per ſuam formam ſubſtantialem; ſicut alteratio præcedit generationem.*

Vrget tertiò ſequentur, quòd agens naturale ageret in ſolã ſuperficiem contiguam.

20 *Præterea tertiò: ſi hoc non concedatur; patet, quòd omne corpus generans generat corpus naturale, non tantùm ſuperficiem: & tamen non eſt immediatè præſens, niſi ſecundùm ſuperficiem. Ergo generans vbi non eſt, nec per eſſentiam*

Scotus

tiam, nec per contactum Mathematicũ præsens, agit; est tamen ibi per contactum virtualem, & hoc sufficit ad agendum; sicut si esset præsens per essentiam vel Mathematicè. Et quòd agat prius in medium inter ipsum, & illud, cui est sic præsens, non requiritur absolutè ad hoc quòd agat in illud: sed hoc est, quia medium est capax actionis eiusdem rationis cum termino.

1. obseruatio circa explanationẽ textus

21 Circa textum Scoti aliqua occurrunt expedenda. Primum; à verò deuiasse Franciscum Soarium dum *tom. 1. suæ Metaph. disp. 18. sect. 8. numer. 2.* Autumat, Scotum in ea fuisse sententia, vt opinatus fuerit; numquam physicum agens per aliquam formam, seu facultatem agendi in passum distans influere, quin per aliam virtutem proximum medium immutet. Quod non benè à Soario traditum est, nec enim textum perlegisse videtur, qui docet apertè; fieri posse, quando plures virtutes seu rationes agendi in idem suppositum coincidunt; quòd per alteram facultatem operetur in distans, per aliam verò in proximum; vt patet in Sole per vim illuminatiuam alterante medium; per substantialem verò formam generante aurum in terræ visceribus. Non tamen asseruit, de ratione physici agentis esse istarum facultatum subordinatarũ conuentum; adeò vt altera sine alterius consortio physicam causalitatem adire non valeat.

Non percepit Scotum Soarius.

Quod vel exercitio cuilibet ostendunt illa Scoti verba. *Ergo exclusa vtraque harum causarum, scilicet quòd medium non sit receptiuum eiusdem actionis cum termino, nec agens habeat aliam formam actiuam, per quam sit natum agere in medium, actione alterius rationis ab actione in terminum; nullo modo præcedit actio in medium actionẽ naturalem in terminum.* Si enim Deus ad meram Solis præsentiam, præpedita actione illuminatiua illius, aerem alteraret, accidentiaque vltimò dispositiua ad auri generationem immitteret; Sol actionem substantialem auri generatiuam adiret, non adita alteratiua, & accidentali operatione in medium.

Scotus

Aliud ipsi mentis Scoti

Quod seriò obseruandũ est propter Soarez, qui nutantem Scotum nobis obijcit à doctrinæque consequentia deficientem.

Quod etiam manifestiùs referant vltima verba textus transcripti, *sub numer. 20. Et quòd agat prius in medium inter ipsum, & illud, cui est sic præsens, non requiritur absolutè ad hoc quòd agat in illud; sed hoc est, quia medium est capax actionis eiusdem rationis cum termino.*

Scotus

Scotus nõ deficit à cõsequentia doctrinæ

22 Deinde obseruentur illa Scoti verba. *Sol immediatè causat vermem, vel aliam substantiam generabilem, & corruptibilem; & tamen actione illius rationis, scilicet generationis, non agit in medium.*

Quando enim disseritur de non interrupta linea agentis intra totam sphęram agendi; non agitur de continuatione eius per habitudinem ad idem agens materialiter spectatum; sed tantùm formaliter sumptum, in quantum ab eo prodit actio. Si enim idem suppositum per diuersas facultates, seu virtutes agendi idem spatium immutaret, sicut formaliter essent plures actiones à diuersis facultatibus prodeuntes; ita & plures sphæræ agendi multiplici principio formali respondentes assignandæ essent. Cùm sphæra agendi non deferatur agẽti materialiter spectato, quà res est; sed formaliter, quà agens est, ac substratum actionis; ac proinde series & cõtinuatio sphæræ non ab actione specie diuersa, & à principio formaliter diffito, petenda erit.

Protensio lineæ actionis spectanda est per habitudinẽ ad idẽ agẽs formaliter, nõ materialiter.

23 Dices, id esse verum, quando duæ virtutes siue facultates agendi, ita materialiter in idem substratum coincidunt, vt inter se non subordinẽtur ad alicuius primarij effectus generationem; ac proinde licet ille conuentus in eamdem rem inutilis videatur ad protensionem eiusdem lineæ agentis, (cum vtraque virtus disparatè se gerat ad alteram) secùs verò si duæ virtutes agendi ita in idem substratum conueniant, vt altera suppetat ad disponendum medium; altera verò ad generandam substantiam in extremo talis medij. In hac enim hypothesi, sicut actio alteratiua actioni generatiuæ subijceretur; ita & virtus alteratiua protenderet lineã sphæræ ipsiusmet generantis; adeò vt generatiua facultas nõ censeatur remotũ immutare sine medio continuato. Ita Soarez loco citato *nu. marg. 24.*

Occurrunt Soario decõtinuationẽ lineæ agẽdi ob subordinationẽ facultatũ operatiuarum.

Soarius.

Sed hoc inconsequenter asseritur; quando enim autumauit Scotus posse agens influere in extremum absque im-

Cõfutatur doctrina præcedens

mutatione medij per eamdem facultatem, per quam egit in extremum; nunquam iuit inficias, id per aliam subordinatam virtutem formaliter diſsitā præstari posse.

Altera satisfactio pro Soario

24 Sed inquies; Scotum id astruere ex hypotheſi, quòd duæ illæ facultates in idem ſuppoſitum coeant; non tamen requiri ex vi actionis ſeu protenſionis eiuſdem lineæ, & ſphæræ agentis, quòd vna virtus agat in proximum, altera verò in extremum remotum; quò fit, vt opinio Soarez ab Scoti ſententia diſsideat.

Excutitur ad hominē, ſuppoſito quòd accidēs nequeat eſſe adæquatū principiū immediatū generationis ſubſtantiæ apud Soarium.

Sed quidquid ſit de conſequentia doctrinæ Soarij; videtur non ſaluari cōtinuitatem ſphæræ ac lineæ agentis, ſuppoſita illius ſententia, quam ſæpè ſtabilit; quòd accidens abſque immediata eleuatione, & influxu ſubſtantiæ nequeat ſubſtantiam attingere; quod ſic aperio. Quia ſicut ſubordinatio facultatis alteratiuæ, & generatiuæ, non obtinet vt vis alterandi ſit formaliter vis generandi; nec coniunctio alterationis & generationis, præſtat vt alteratio ſit generatio; ita nec ea facultatum ſympathia, & connexio præferre valebit, vt ſphæra formalis vnius virtutis aſſeratur ſphæra formalis alterius; ac proinde & quòd continuatio alterationis aſtruatur continuatio generationis. Sed apud Soarez actio generatiua auri non profluit adæquatè à medio compoſito accidentariæ virtuti Solis, ſed ab ipſamet Solis ſubſtantia, & à parte extrema medij affecta virtute Solis, quæ terræ vicinior extat; igitur remotior pars aeris illuminati, quæ non aſſumitur vt inſtrumentum generationis, licet contineat ſphæram agentis per alterationem, non tamen extendit lineam agentis per generationem ſubſtantialem; ac proinde fit, vt Sol, qui generās eſt, & ſubſtantiale principium, influat per lineam interruptam.

Apud Soar. nō ſaluatur protenſio lineæ agentis principalis, licet ſubſiſtat cōtinuatio agentis inſtrumentarij.

Deinde; quia apud Soarez medium illuminatum virtute Solis aſſumitur vt inſtrumentum ad generationem auri, quam præſtit Sol tanquam principalis cauſa; igitur eſtò quòd linea inſtrumentarij agentis eſſet continua; principalis verò cauſæ ſphæra eſſet prorſus interrupta: cum Sol reſpectu medij non adeat generatiuam cauſalitatem primariam, nec influxum principalem communicet medio; ac proinde fieret, vt ſola inſtrumentalis cauſa expoſcat vicinitatem, & contiguitatem cū paſſo; principalis verò non ita. Sed de hoc adi, quæ premimus infra ſub *n.* 35.

Reijcitur triplex ratio contactus agentis, & paſsi; contra Franciſcum Soarium.

Triplex ratio contactus agentis & paſsi exper ſa.

25 VErùm antequam Scoti ſententiam ſuis probationibus ſtabiliamus vt contactus agentis, & paſsi neceſsitas preſsè expendatur; obſeruanda eſt ex Franciſco Soarez *loco citato numer.* 13. triplex ratio huius contiguitatis aſſerendæ: nec enim alia ſub diſputationem cadere poteſt. Prima eſt; quòd talis coniunctio conſtituatur, vt agens id tantùm paſsi per phyſicam immutationem adeat, cui mathematico; vt aiunt, contactu cohæreat; in qua hypotheſi, agens tantùm in contiguam ſibi ſuperficiem ageret; in aliam verò paſsi latitudinem non immediatè, ſed per virtutem in medio protenſam, influere poſſet. Adeò vt calefactio aeris ſecundùm profunditatē ſuæ exſtenſionis, non ab igne immediatè emanaret; ſed à corpore medio, quod eſt ſubſtratum caloris ab igne producti.

1. Ratio cōtiguitatis ſecū indiuiſibilia mathematici contactus.

26 Secunda huius requiſitæ contiguitatis enodatio eſſe poteſt; ſi aſtruatur, agens, non ſolùm indiuiſibile ſui mathematici contactus per phyſicam actionem attingere; ſed etiam, & quam libet alteram ſuæ ſphæræ portionem quantam. Quia licet hæc diſtet localiter à principali agente (cùm mediet interpoſiti corporis extenſio,) attamen quia corpus medium eſt ſubſtratum virtutis à principali agente deriuatæ, verbi gratia, caloris per aerem diffuſi; hæc virtutis protenſio ſuppetit, tum ad continuandam ſphæram; tum vt ab aere, qui eſt ſubſtratum caloris, & ab ipſomet principali agente nimirum igne, eadem prodeat actio tanquam à cauſa principali, & inſtrumentali, operante per eumdem indiuiſum influxum. Quò fit, vt actio immediatè pullulet, non ſo-

2. enodatio cōtiguitatis inter agens & patiēs ita ut ab agēte principali, & à virtute illius in preſſa medio pullulet influxum mediatus & indiuiduus

lùm

lùm ab aëre calefacto; sed etiam ab igne.

3. cõtiguitatis acceptio per immissionem formæ non operatiuæ in medio

27 Tertia tandem huius coniunctionis acceptio erit; si medium interpositum ei tantùm virtuti agentis substernatur, quæ non deseruiat ad agendum; sed ad solam lineæ agentis protensionem, & non interruptionem. Adeò vt agens principale formam actiuam in medium non transfundat, quæ sui similis, aut absimilis qualitatis productiua sit; sed eam, quæ id tantùm muneris obeat, vt sphæram agentis integram conseruet.

Quid æstimes probabile Soar. circa actionem intentionalem obiecti visus

Quod iudicat probabile Soarius loco citato *numer.* 22. In obiecto visus, quod protendit species per medium, ea sola ratione, vt intentionales illæ imagines continuent sphæram obiecti visibilis vsque ad oculum, vbi producitur visio; nec enim species intentionales actiuas formas opinatur Soarius, quæ sibi similes producere valeant, sed omnes ab obiectis immediatè excidi. In hac ergo hypotesi, species illa intentionalis, quæ educeretur ex potentia oculi, immediatè attingeretur ab obiecto, quod tamen non censeretur agens per interruptam lineam; eò quòd medium actuatum extet intentionalibus speciebus, non tanquam formis actiuis, cum nulla sui similis productiua sit; sed tanquã cõtinuantibus, & protendẽtibus lineam illam intentionalis sphæræ, ne interrumpatur. Hic ergo triplex modus cõtiguitatis inter agens, & patiens, per tria asserta oppugnandus erit.

1. assertio contra primam acceptionẽ cõtactus inter agens & patiens.

28 Quare dicimus primò; falsum esse ab omnique philosophia prorsus alienum, adstruere; quòd agens id tantùm passi per physicam actionem immutare queat, cui contactu mathematico coniungitur. Hoc assertum fulcitur ratione textuali Scoti, quam proposuimus, *num. margin.* 20. *Omne corpus generans generat corpus naturale, non tantùm superficiem; & tamen non est immediatè præsens nisi secundùm superficiem; ergo generans vbi non est, nec per essentiam, nec per contactum mathematicum, præsens aget.* Vult autem Scotus, quòd si causa efficiens in id tantùm passi influeret, cui mathematico contactu adhæret; fieret, vt sphæra actiuitatis agentis virtuosissimi, ac vehementis energiæ, non esset maior, quàm alterius languidi ac remissi agentis. Siquidem vtriusque virtus, quò ad immediatum influxum, finiretur à contactu vltimi terminatiui extensionis passi; nimirum à superficie indiuisibili secundùm profunditatem. Sicut enim corporum contactus medijs tantùm indiuisibilibus fit, si vltra contiguitatem agentis & passi, nõ protenderetur immediatus agentis influxus; etiam exhauriretur sphæra actiuitatis circa indiuisibile terminatiuum mathematici contactus; ac proinde omnia agentia æqualem metam agendi nanciscerentur quoad rationem immediatæ actionis; quod videtur omni rationi absonum.

Probatur 1 ex Scoto. Scotus

29 Secundò arguitur, manifesto experimento petito à ratione agendi aliquorum corporum, quæ vehementiùs immutant id, quòd est magis distans per lineam rectam, quàm id quod minus distat per lineam obliquam; vt constat in Sole illuminante, & igne calefaciente. Sed huius physici experimenti alia ratio assignari non valet, nisi quòd agens per lineam rectam immediatè influit in passum distans; ergo agens non operatur immediatè circa indiuisibile solùm, cui mathematicè coniungitur. Minor probatur; quia manus magis aproximata igni per lineam obliquam minus calefit, quàm magis distans per lineam rectam; sed ista maior intensio actionis per lineam rectam passum immutantis, non potest refundi in solum corpus medium, verbi gratia, aërem calidum: quia magis calidus est aër immediatè accedens igni per lineam obliquam, cùm sit igni propinquior, quàm portio remotior aëris, oppositæ igni per lineam rectam: igitur ista maior intensio actionis deferenda est igni immediatè in manum influenti; ac proinde causa efficiens, non solùm immutat extremũ per virtutẽ medio immissã, sed etiam per se ipsum immediatè.

Probatio alia ex experimento physico.

Asser. 2. cõtra secũdã acceptionẽ contactus.

30 Dicendum secundò; nec agens eam contactus rationem asciscere, quòd ad immutandum extremum distans necessariò assumat vt instrumentũ virtutem ipsiusmet agentis diffusã per medium: adeò vt à principali agente, & à virtute ipsius, quæ medio inexistit, vnicus prodeat & immediatus influxus, tanquam à principali & instrumentario principio.

Hoc assertum statuitur contra secũdam rationem aperiendæ cõtiguitatis

re-

requisitæ inter agens & patiens'; in cuius probatione duo præstabimus. Primũ quòd vt agens operetur in distãs, nõ egeat concursu virtutis suæ diffusæ per medium; quam assumat ad cõsortium eiusdem immediati influxus. Alterum; quòd iste modus sentiendi non cohæreat cum sententia Thomistarum cõstituẽte indistãtiam inter agẽs, & patiẽs. hoc pronũtiatum est contra Frãciscum Soarez *loco citato asser. 4. n. marg. 19.* Et contra Petrum Hurtado, *in sua Philosophia, disp. 9. sect. 6. subsection. 2. §. 76.*

Soarius. Hurtadus.

Ratio asserti præcedentis.

Et probatur; quia isti authores fatentur, agens influere posse in passum distans secundùm locum; ita vt actio non solùm immediatè prodeat à medio composito virtuti agentis, sed etiam ab ipso agente; verbi gratia, calefactio non solùm immediatè pullulet ab aere calido, sed etiam ab ipso igne tãquam à principali agente.

Vrgetur Soarius ad hominem.

Atqui id videtur ab illis indistantiæ & contactus principijs exorbitare, quæ constituit Thomistarum schola; & ab ea probatione, qua Soarez propriã stabilit sententiam; dum autumat; eò agens & passum mutuum inter se contactum exigere, quò referant habitudinem actus, & potentiæ. Sed in ista hypothesi agens principale esset actus immediatè contrahens passum distans secundùm locum; siquidem actio immutatiua passi distantis efflueret immediatè, non solùm a medio actuato virtute principalis agentis, sed etiam ab agente secundùm locum seiuncto à passo: igitur principale agens non esset actus immediatus passi censendus siquidem distaret à passo per interiectum corpus.

Perstringitur Soarius fũdamento Alphonsus Curielis

31 Deinde; contra istum modum dicendi retorqueo fundamentum Magistri Curielis; quod validum iudico, supposita Thomistarum sententia constituente actionem in passo. Quia actio agentis non debet esse semota secũdùm locum ab eo principio, quod immediatè constituit in esse agentis in actu secũdo; atqui actio immutatiua passi distantis subiectatur in passo apud Soariũ; igitur nõ posset talis causalitas esse cohærẽs ac intimè coniũcta causæ principali, quæ à passo seiungitur per interpositionem corporis medij.

Fuga.

Occurres; actionem esse coniũctam agenti principali; quatenus talis actio nõ distat à corpore medio, quod operatur in passum per virtutem agentis.

Occupatur

Sed contra; quia non solũ corpus medium agit immediatè, sed etiã principale agẽs; ergo nõ magis exigitur contactus intimaq; indistãtia actionis ab agẽte instrumentali nimirum à medio, quod est substratum virtutis agentis, quã ab agente principali. Adi probationem Curielis expensam *n. 3.* quæ meo videri obtinet; principium immediatũ actionis ab ea secundùm locum disside re non posse.

3. pronũtiatũ cõtrà veritatem acceptionẽ contiguitatis.

32 Dicendum tertiò, nec etiam exigi medium, in quo virtus agentis recepta sit ad solùm protendendam lineam actionis. Hoc assertum statuitur contra tertium modum sentiendi pronuntiantem; quòd licet virtus medio inexistens necessaria non sit ad hoc, vt principale agens talem virtutem assumat tanquam instrumentum actiuum; requiritur tamen ad cõtinuãdã seriem sphæræ agentis, ne influat per lineam discontinuam.

Cẽset Soarius quòd ad cõtinuationẽ sphæræ agẽtis nõ requiratur quod forma impressa medio fit operatiua

Quæ assertio statuitur contra Soarez, *loco citato n. 21. & 22.* Vbi cõtendit; nõ exigi (quãtùm ex vi propinquitatis requisitæ inter agẽs, & patiẽs) quòd virtus recepta in medio sit actiua. Vnde, si cõtingeret nõ esse productiuam sui similis (vt cõstare videtur apud Soarium, in specie intentionali medio impressã, quæ nõ est effectiua alterius speciei intẽtionalis) tũc species medio immissa solùm præstaret ad cõtinuãdã lineã agẽtis; nõ tamẽ ad productionem alterius speciei. Omnes enim species intẽtionales immediatè ab obiecto excidi, autumat Soar. (etiã si substratũ illarũ localiter distet ab agẽte) dũ modo tamen mediũ simili qualitati aut formæ, compositum extet

Probatione assertionis cõtra tertiũ modũ dicendi.

Hoc assertum, quãtùm ad primã partem; quòd scilicet nõ requiratur, quòd medium ab agẽte immutetur propter solã sphæræ contiguitatem; infra fulciendũ est. Quoad secundam verò partem, quòd nimirũ oppositæ sententiæ assertores cõsequenter nõ procedãt; ostẽditur primo, rationibus præcedẽtis pronũtiati, quæ fortiùs hic militãt. Si enim agũt supposita mente S. Th. sustineri nõ posse, quòd principalis causa agat in remotum simul cum medio proximo cooperante, vt instrumento coniuncto ad id muneris à principali agẽte assumpto; à

fortiori obtinebunt, vt ſine cõcurſu corporis interiecti, nequeat principale agens in remotum influere.

Inſtatur; quatenus nõ expediat cõtactũ Deitatis ad creata. Cùm mediatione ſuppoſiti

33 Deinde; quia ſuppoſito iſto modo ſentiẽdi, peti nequit ex principio Ariſtotelis ſubſtantialis indiſtãtia, ſiue cõtactus Deitatis ad res creatas; quem in præſenti ex inſtituto expẽdimus. Sequela patet; quia agens, in iſta hypotheſi, nõ eſt coniunctum cũ paſſo immediatione ſuppoſiti, ſed ſolùm virtutis; igitur ex contiguitate requiſita inter agens & patiens colligi nequit contactus Deitatis ad creata cũ immediatione virtutis, & ſuppoſiti. Antecedens probatur; quia in iſta acceptione contactus, quã tradit tertius modus dicendi, principale agens influit immediatè in paſſum non contiguum, & non aſſumit corpus mediũ ad conſortium immediati influxus; cũ medium interiectum ſolùm deſeruiat ad protenſionem lineæ agentis, non tamen ad operandum, tanquam inſtrumẽtum coniunctum. Ergo agens, in tali hypotheſi, operaretur immediatione virtutis (eò quod forma medio impreſſa non ſit principium influxus, ac proinde non mediaret alia operatiua virtus) at non ageret immediatione ſuppoſiti, ſi inter principale agens, & paſſum intercedat ſuppoſitum medij, quod eſt ſubſtratum formæ non operatiuæ.

Optimis probationibus Scoti mens fulcitur, & excutiuntur aduerſariorum occurſus.

1. ratio Scoti ex actione generati ua Solis circa paſſum diſtans.

34 EXpugnatis his cõtactus rationibus, quas obijciũt oppoſiti placiti aſſertores; reliquum eſt, vt Scoti mẽtem optimis probationibus firmemus. Prima ſit ea, quæ habetur in textu citato *n. mar.* 16. & magis expẽditur ab Scoto in ſuis reportatis *in 1. ſent. diſt. 37. q. 2. §. Ad primam quæſtionem dicit vnus doctor, ſub num. marg. 2.* Vbi docet. *Item, agens poteſt agere in diſtans ſecundùm ſitum; quia Sol per formam naturalem in iſta inferiora producit ſubſtãtiam; & tamen per formam ſuam diſtat ſecũdũ ſitũ. Dicitur, quòd agit per iſta media per radios. Cõtra: impoſſibile eſt, accidẽs habere rationem formalem actiui ad producẽdum ſubſtantiam; quia pari ratione poſſet ſuſtineri quòd muſca produceret totum vniuerſum. Igitur nec radius, nec quodcunque aliud accidens poteſt eſſe producens immediatè inferiora: quia non poſſunt fingi tot diuerſa media reſpectu omnium productorum à Sole hic inferius. Igitur corpora ſupra cœleſtia agunt immediatè in diſtans; & quantùm agentia ſunt perfectiora, tantùm in agendo in diſtantiora.*

Ratio autem Scoti non tantùm cõtendit, accidens ſine influxu immediato ſubſtantiæ non poſſe attingere ſubſtantiam; ſed etiam nec de abſoluta Dei potentia aſſumi poſſe à ſubſtantia tãquã inſtrumentum coniunctum ad cõſortiũ eiuſdem influxus ſubſtantialis, qui immediatè prodeat à ſubſtantia, tanquam à cauſa principali, & ab accidenti, tanquam ab agente inſtrumentario. Cuius ea ratio eſt; quia implicat, quòd illud quòd vim initialem ad aliquod productum non nanciſcitur, aſſumi valeat ad phyſicam cauſaliratem illius; accidens autem ita improportionatum aſtruitur ab Scoto ad ſubſtantiæ generationem, ſicut & muſca ad productionem vniuerſi quare ſicut muſca ad creationẽ vniuerſi potentiam non ſortitur obedientialẽ, ita nec accidens ad generationem ſubſtantialem. Sed de his preſsiùs in controuerſia generali de Viſione Dei; vbi potentiam obediẽtialem actiuã ſeriò expugnabimus.

Elucidatio fundamenti Scoti.

Accidẽtis nec de abſoluta Dei potẽtia cuibi poteſt ad productionem ſubſtantiæ.

35 Reſpondent Thomiſtæ; radios ſolares per medium diffuſos in virtute Solis mineralia attingere.

Solutio cõmunis Thomiſtarum

Sed ſolutio iſta ſatis ſuperque in phyſicis diſputationibus exploſa eſt. Imò *& in controuerſ. 9. de Cognoſcibilitate Dei à nobis, diſtinct. 1. ſubdiſt. 1. art. 1. à numer. marginali 21. vſque ad 24.* Oſtendimus de mente Scoti, accidens nec de abſoluta Dei potentia eleuari poſſe ad generationem ſubſtantiæ; quod euidenter colligitur excitatis Scoti verbis hic, *ſub numer. 34. Impoſſibile eſt, accidens habere rationem formalem actiui ad producendam ſubſtantiam; quia pari ratione poſſet ſuſtineri, quòd muſca produceret totum vniuerſum.* Quare in præſenti cum illis non diſſerimus, qui adſtruunt, ſolum accidens eſſe adæquatum prin-

Impetitur.

Scotus

Scotus

ci-

ci pium substãtiæ; sed cũ his, qui accidẽs cũ immediato substãtiæ influxu substantialem formam generare pronuntiant; quosq; vehementer perstringit nervosa Scoti oppositio.

Altera responsio ex Soar.

Cui vt occurrat Soarius, dicit *sub n.* 24. Quòd Sol emittens immediatum influxum substãtialem generatiuum auri, nõ agit per lineam interruptam; quia protenditur linea agendi à Sole vsque ad terram propter virtutem accidentariam Solis, quæ toti medio inexistit. Eò quòd facultas alteratiua, & generatiua, merè materialiter in idem suppositum Solis non coincidant; sed cum ea connexione, & sympathia ad operãdum vt alteratiua virtus lineam Solis, prout substantiale agens est, protendat ac continuet.

Cõfutatur.

At euasionem istam in præcedentibus manifestè occlusimus; quis enim ex oppositæ sententiæ assertoribus inficiatus est, virtutem accidentalem Solis terram parare ad auri generationem; & quòd virtus alteratiua, quæ per medium diffunditur, dispositiuam adeat causalitatẽ respectu substantialis influxus, qui à Sole immediatè præstatur?

Vrgetur ratio ex discontinuatione lineæ Solis in ratione agentis principalis.

Sed de his exactiùs *à num.* 22. *vsque ad* 25. Vbi specialiter perstringitur Soarius *sub num.* 24. Eò quòd ex illius sententia inferatur, quòd licet causalitas instrumentaria, quæ congruit medio composito virtuti Solis, non sit interrupta; influxus verò principalis causæ, qui immediatè effluit à substantia Solis ad substantialem auri generationem, sit omnino discontinuus; siquidem causalitas agentis primarij siue principalis emanat à sola substantia Solis, & non ab accidentaria virtute Solis medio impressa.

Fuga

Occupatur.

Si verò vim rationis euacuare conaris, eò quòd influxus principalis causæ non sit realiter diuisus ab influxu agentis instrumentarij; quò fit, vt si influxus instrumentarij agentis non sit interruptus, ita nec non continua additui valeat influxus primarij agentis.

Id non obstat, tum quia in schola Scoti virtus accidentaria medio impressa non concurrit effectiuè, neque instrumentaliter, ad substantiæ generationem; imò à contrario producimus contra Soarium, eò influxum generationis substantialis tantum esse eundem numero, qui à substantia Solis, vt à causa principali procedit, & à virtute Solis medio immissa, vt à causa instrumentaria effluit; quo influxus instrumentarius sit continuus, & influxus causæ principalis sit interruptus; & nequeat esse idem numero influxus ille, qui agit per lineam continuam, & qui per lineam interruptam operatur.

Instatur vltra contra Soar.

Tum; quia apud Soarium in nullo sensu verum esse potest, quòd substantialis generatio deferri queat accidenti tanquam agenti principali; igitur tanquam primario agenti tantùm cohæret substantiæ Solis. Atqui talis substantia non est composita passo per localem indistantiam; igitur agens principale, vt principale, generationis substantiæ, operatur in remotum; cùm non deriuet primariam causalitatem ad generandum, nec illam communicet medio, cui virtutem accidentariam imprimit præstantem ad instrumentarium influxũ apud Soarium.

Alter occurritur.

At si instes; ideo substantiam Solis non agere per lineam discontinuam; eò quòd deriuet virtutem in medium ad auri generationem; id nil præstat.

Præcluditur.

Quia sicut virtus accidentaria medio immissa non confert ad principalem influxum generationis substantiæ, sed solùm ad actionem instrumentariam; ita nec protendit, & continuat lineam Solis, vt primarij agentis; fit ergo vt Sol, quà principale agens, influat per lineam interruptam.

Ratio ex Basolio.

36 Secundam nobis probationem suppeditat Scoti auditor Basolius loco citato ex *distinction.* 37. *quæstione vnica.* §. *Sed contra istam opinionem.* Vbi ait. *Sol agit calorem primò in aliquo corpore, sed non in corporibus cœlestibus intermedijs inter ipsum, & illud, quod primò calefacit; ergo agit in aliquid immediatè, quia nullo agente intermedio, & cui non est præsens. Dices, quod illuminat corpora inferiora intermedia, licet non calefaciat ea. Contra: dato quòd illuminet ea, tamen illa illuminatio non est ratio agendi calorem, vel calefaciendi, & ita bene fortè illuminat Sol ista inferiora mediatè; tamen aliquid ipsorum calefacit immediatè, vel nihil calefacit.* Ex quibus talem instruo probationem. Sol inferiores cœlos non immutat per

calefactiuam actionem; quia ſicut ab intrinſeco ſunt incorruptibiles, ita & referūt nō habilitatem quamdam, ſeu naturalem impotentiā, vt his formis ſubſterni, aut componi queāt, quæ corruptionem, ſeu deſtructionem ſubiecti inferre valeāt: cuiuſmodi ſunt primæ qualitates, quæ ad corruptionē tēdunt. Sed Sol cauſat calorē in ſublunaria corpora igitur Sol, vt calefaciēs formaliter, agit in diſtans per lineam agendi formaliter interruptam.

Occurſus. 37 Nec ictū infringis, ſi aſtruas; quòd licet Sol calorem nō immittat in inferiores cœlos; eos tamen illuminat.

Præludi-tur ex Baſ. Hoc enim effugium plenè occludit Baſolius; quia ſicut actio illuminatiua non eſt formaliter actio calefactiua; ita nec Sol, quā illuminās, & quā calefaciēs, ſeu prout principium lucis, & caloris, eſt idem agens formaliter. Igitur actio illuminatiua, quæ formam luminis in aſtra inferiora deriuat, nō extendit nec continuat lineam agendi per calefactionem; ac proinde Sol, vt adit actionem calefaciendi in ſublunaria, non operatur per lineam non interruptam.

3. ratio ex Scoto de locutione Angelorum Scotus 38 Tertiam auſpicor probationem ex doctrina Scoti, quam propoſui, *num.* 17. *Medium corporale, quod eſt inter Angelos diſtātes, non eſt natum recte pere actionem eiuſdem rationis cū Angelo diſtāte audiente, nec aliam alterius rationis priorem illa.* Vbi agit Scotus. Quòd Angelus alterū alloquēs per productionem qualitatis in mente audiētis, nō exigit contactum audientis; igitur agēs vt ſic in tota ſua abſtractione, nō exquirit vicinitatem contactus ad paſſum vt illud per verum ac realem influxum immutet.

Reſp. Thomiſtarum. Si reſpondeas cum Thomiſtis; Angelorum locutionem non fieri per productionem alicuius qualitatis immutatiuæ, aut excitatiuæ intellectus Angelici; ſed per quādā ſympathiam naturalē ob quam fit, vt dum Angelus vult cogitationem ſuam ab altero percipi, re vera ab illo percipiatur per imaginem talis locutionis, quam præhabebat Angelus audiens: & dum non vult ſuum cogitatum ab alio apprehendi, non apprehenditur. Sicut per impulſum voluntatis exteriora organa excitantur; non ratione alicuius impetus phyſici, qui à voluntate exterioribus potentijs immittatur, ſed ob ſympathiam & ſubordinationem, quam potentiæ ſibi vendicant.

Refellitur primò Verùm; hæc reſponſio, vel eò reſpuitur, quòd apud S. Tho. aſſeclas volitio vnius Angeli naturaliter alteri non innoteſcat, ſicut nec cogitationes cordis humani Angelo pateant; quia ſolus Deus ſcrutans corda, & renes. Ergo, ſi locutio Angeli nihil immittat, quod tranſeat ad audientem Angelum, nihilque aliud exprimat præter immanentem cogitatum & impulſum; naturaliter patere nequibit talis locutio audienti Angelo, ſicut nec volitio loquentis ipſi audienti perſpicua eſſe poterit.

Item ſecundò. 39 Deinde; quòd tunc aſtruitur ſympathia potentiarum, quando in eadem natura ac principio radicantur, vt conſtat in facultatibus hominis, quæ ab eadem eſſētia, à qua pullulāt virtutes iſtæ etiam trahūt ſubordinationem & nexū; ergo diuerſæ potentiæ à diſcretis principijs prodeuntes, cuiuſmodi ſunt diſtinctorum Angelorum apprehenſiuæ, & appetitiuæ facultates, nequeunt naturalē ſympathiam naſciſci.

3. oppugnatio efficacior. Præterea efficaciùs; quia licet illa ſympathia præſtare poſſet quādo præferebat Angelus ſpeciem illius obiecti, quod exprimit locutio; quia tūc ſola excitatio alloquētis ſuppetere videretur, ad percipiēdū obiectū, de quo fit locutio. Attamē quādo Angelus nullā expreſſerat imaginē talis obiecti; ſicut cōtingit in Angelo inferiori, qui illuminatur à ſuperiori circa aliquod myſteriū prorſus ignotū: tūc volitio merè immanēs & occulta Angeli loquētis nequit referari inferiori Angelo, niſi in intellectu illuminati aliqua fiat realis immutatio.

Alia reſponſio recentiorū Thomiſtarum. 40 Tandē, nec præſtat aſſerere cū aliquibus recētioribus Thomiſtis; locutionē Angeli eſſe formaliter immanētem & virtualiter tranſeuntem.

Infringitur adhominem in actione creatiua de ſenſu S. Th. Quia tūc actio aſtruitur virtualiter trāſiens; quādo licet formaliter manet intra agens, paſſum tamē immutat, ſeu aliquid ad extra producit. Qua ratione actio creatiua virtualiter trāſiens ab his Thomiſtis aſſeritur; qui eā in actu diuinæ volitionis cōſtituit, quæ per veram efficientiam aliquid ponit ad extra. Sed actio loquentis Angeli nihil producit in intellectu audientis; igitur nequit dici actio formaliter immanēs, & virtualiter tranſiens.

41 Iſtæ rationes difficillimæ vi-ſæ ſunt Franciſco Soario loco citato ex

Me-

Palinodiã canit Soar.

Metaph. diſp. 18. *ſect.* 8. *num.* 46. *in fine*; quare re penitiùs expenſa palinodiam cecinit in tomo de Angelis *lib.* 2. *cap.* 27. *cõcl.* 2. *n. marg.* 35. Vbi ait; excitationem Angelicam non fieri ſine aliqua reali actione Angeli loquentis, qui ſpeciem aliquam vel realem modũ imprimat audiẽti Angelo; cùm autem ipſe Soarez eodem *lib.* 2. *c.* 28. *n. marg.* 13. Expreſſè autumet; Angelum poſſe alloqui alterum diſsitum ſecũdũ locum: manifeſtè infertur, contactũ agentis, & paſsi, ex ratione agẽtis vt ſic non produci; ac proinde Thomiſtarum probationem, quæ ex operatione Dei contactum ad creaturas petit, firmam non eſſe.

Vltima ratio pro noſtra ſententia ad hominem contra Thomiſtas; de agente inſtrumentario.

Vltima ratio producta ab efficiẽte inſtrumẽtario in ſententia S. Th.

42 VLtimò, alia ratione ex Thomiſtarũ principijs de prompta eos haud leuiter perſtringere poſſumus; apud quos de mẽte S. Th. humanitas Chriſti Domini, & ſacramẽta phyſicam adeũt cauſalitatem inſtrumẽtariam in paſſum diſtãs: atqui cauſa inſtrumẽtalis verè ac realiter influit; igitur à conceptu agentis vt ſic, non trahitur ſimultas aut cõtiguitas ad paſſum.

Fuga Petri de Arrubal

Reſpondet Pet. Arrubal, 1. *p. q.* 8. *ar.* 4. *diſp.* 9. *ca.* 3. *n.* 11. Quòd iſta inſtrumẽta à diuina virtute, à qua aſſumuntur ad inſtrumentariam cauſalitatem; etiam petunt indiſtantiam ad producta. Quia, licet talia inſtrumẽta ſecũdùm ſe diſtent ab effectibus; vt aſſumpta tamẽ à Deo, vtque principali agenti cõiuncta, eò ſuis effectibus proxima cẽſeri debẽt; quò indiſtans aſtruitur à tãlibus productis ipſe Deus, qui eſt agens principale.

Occupatur.

Sed nodum non dirimit; quia cauſa inſtrumẽtalis, ſicut ab intrinſeco verè & propriè attingit effectum, & ad illũ refertur per veram ac realẽ habitudinem cauſæ ad productũ; ita & ab eo neceſſariò indiſtãs eſſe deberet, ſi cõtiguitas iſta à conceptu cauſæ efficiẽtis in tota ſua communitate trahatur.

Occurſus Alph. Cur. definitis ratione S. Th. eſſe quod inſtrumentum agat ſupernaturaliter in remotum

43 Quare aliter rem enodat Alphonſus Curiel loco citato *num.* 149. Aſſerens; inſtrumentum diuina virtute eleuatum attingere paſſum diſtans; nec tamen ex eo infirmari probationem S. Thomæ de neceſſaria agentis, & paſsi indiſtantia. Cùm hæc procedat de naturali ſerie ac ordine agẽdi; non autem de præternaturali ac obedientiali. Cũ á naturali tatùm agẽdi ratione producatur probatio indiſtantiæ primi agentis à rebus creatis, in quibus operatur; eò quòd Deus præternaturaliter agere nõ valeat ſicut nec in actiua obedientia eſſe poteſt vt à ſuperiori agente aſſumatur ad præternaturalem influxum.

Confutatur ad hominẽ.

44 Verùm, licet ſolutio iſta ingenioſè excogitata ſit; adhuc nõ cõtemnẽdus emergit ſcrupulus ex doctrina eiuſdem authoris. Quia ſi firma eſſet ea probatio qua fulcit prædictus author agentis, & paſsi cõtiguitatem; ea nimirum, quæ à cõiunctione agentis cũ ſua cauſalitate petitur; etiam ageret, inſtrumẽtum nec de abſoluta Dei potentia præſtare in diſtans ſeu remotum. Quia idem author *num marg.* 138. Conſtituit, tam neceſſarium eſſe contactum agentis ad cauſalitatem ſiue actionem ſuam, quæ paſſo cohæret, quàm compoſitionem agentis *vt quo* ad agens, *vt quod*; videlicet virtutis agendi ad ſubſtratum, quod à tali forma conſtituitur in actu primo proximè expedito ad actionem, nimirum caloris ad calidum. Atqui agens *vt quod* non coniunctum agenti, *vt quo*, non eſt in potentia obedientiali, vt aſſumatur à Deo ad huiuſmodi actionem adeundam, quam virtuti illi compoſitum præſtare potuiſſet; ſubſtratum enim caloris ſine forma calidi ipſi intrinſecè cõcreta, nec de abſoluta Dei potẽtia calefacere poſſet; eſto quòd ad præſentiam ipſius, calefactiuam actionẽ Deus exhiberet; de quo infra latiùs potentiam obedientialem actiuam diſcutientes.

Inſiſtitur oppugnationi Alph. Cur.

Ergo aut Curielis doctrina de cõtiguitate & indiſtantia agentis, & ſuæ actionis, quam præmiliſsimus, *ſub num.* 2. *&* 3. vera non eſt; aut concedi non debet, quòd principium inſtrumentarium agere queat in diſtans, etiam diuinitùs. *De quo adi controuerſ.* 9. *de cognoſcibilitate Dei à nobis, diſt.* 1. *ſub*

diſtinct. 1. artic. 1. de potentia obedientiali actiua à numer. marg. 21. vſque ad 24. Vbi maximè expendenda ſunt illa celebria Scoti axiomata. *Nil poteſt agere in quocunque ordine agendi niſi propria virtute.* Et paulò infrà. *Quòd nullum agens poteſt in virtute alterius plus quàm in propria virtute; id eſt aliquid, ad quod virtus eius nullo modo ſe extendit in ſuo ordine cauſandi.* Igitur, ſi apud Alphonſum Curiel, ita neceſſaria eſt compoſitio actionis ad agens, ſicut coniunctio agentis *vt quo*, vel virtutis operatiuæ, ad agens, *vt quod* influens per talem formam, vel rationem agendi; implicaret contradictionem, quòd verum & proprium agens phyſicum, quale eſt principium inſtrumentale, operetur diſtans à ſua cauſalitate, & actione, ſicut & repugnat diuinitus, vt agens *quod* operari queat ſeparatum ab agente *quo*; vel a propria virtute, per quam cõſtituitur formaliter potens ad agendum.

Scotus

Fit ſatis oppoſitis rationibus ex phyſicis experimentis, pro contiguitate agentis & paſſi.

45 EX His ad oppoſitiones ab experimentis phyſicis petitas. Ad primam; non eò in naturalibus corporibus vacuum tãta cõtentione vitari, quòd aſtra in vacuo nihil agere poſſent; ſed quia nõ operarẽtur ad tãtam diſtãtiã, vt ſublunaria corpora ita perfectas cœlorum immiſſiones haurirẽt, ſeu in ea intẽſione, quã de facto accipiũt, & exigit talium corporũ naturalis cõditio & complexio. Quòd autem corpora cœleſtia in vacuo tam intẽſam actionem non adirẽt; nõ prouenit ex eò quòd agẽs neceſſariam expetat cõtiguitatem ad paſſum; ſed quia dato medio habili ad receptionem qualitatis operatiuæ, quæ à principali agẽte immittitur, ſicut multiplicatur virtus agendi, per medium diffuſa, ac proinde agentia partialia accreſcũt; ita protẽditur ſphæra agẽtis, adeò vt corpora ſublunaria omnia intra ambitũ cõcludat. Quod nõ fieret in vacuo; quia tũc tãtũ influerent orbes cœleſtes, nõ tamẽ medium virtute cœli actuatum; & ideo ſphæra eſſet contractior, ita vt inferioribus corporibus cõgrui influxus ad propriã conſeruationem ſuppeditari nequirent.

Ad 1. experimentũ phyſicum

Cur natura tãta cõtentione vitet vacuum?

46 Si autem inſtes; quòd licet pronuntiatum noſtrum de protenſiori ſphæra agendi in pleno, quàm in vacuo, conſtare poſſet, quando virtus impreſſa medio ſit actiua (tunc enim iuxta accretionem partialium agentium videtur, & ſphæra protendi;) id tamen fallit in hypotheſi medij actuari formis non actiuis. In qua ſuppoſitione, ſicut formæ medio immiſſæ nihil influerent, ſed tota actio ab obiecto diſtanti peteretur; ita nec apparere poſſet aliqua ratio, cur agens (quod formas nõ actiuas medio immittit) in vacuo agere nõ poſſit ad tantam intenſionem, quantam in pleno, niſi quia linea agendi interrupta eſſet: exigitur ergo contactus agentis & paſſi ad influxum.

Excurſio ſubtilis cõtra doctrinam præmiſſam in medio cõpoſito formis non actiuis.

Reſpondetur; in primis virtutem medio impreſſam in cœleſtibus corporibus actiuam eſſe; ac proinde inconcuſſam relinqui reſponſionem noſtram: ſolùmque obtinere prædictam oppoſitionem, quòd ſi daretur aliqua forma medio impreſſa, quæ ſui ſimilis productiua non eſſet, ſed tota actio ab agẽte immediatè proflueret (ſicut contendit Soarius, ſpeciebus intentionalibus vim actiuam non ineſſe ad productionem aliarũ ſpecierum) in ea hypotheſi, non eſſet minus protenſa ſphæra agentis in vacuo, quàm in pleno; cùm medium, quod tollitur in vacuo, non ſuppediteret facultatem agendi, nec neceſſarium ſit ad ſolã protendendam ſeriem actionis, vt oſtẽdimus.

Obtenditur obiectio in medio cõpoſito formis non actiuis.

47 Ad ſecundam obiectionem; quòd licet corpus medium non ſit capax actionis; obtundit tamen, & infringit conatum agentis, ne vltra progrediatur. Quare phyſicè loquendo, non dicitur præſens agenti ſubſtratum illud, quod diſtat ab agente, medio alio corpore interpoſito, quod ſubit totam agentis ſphæram, & ita illam finit, vt agentis virtus vltra progredi non valeat: ſphæra enim agendi metienda nõ eſt mathematicè, ſed phyſicè, penſatis nimirum conditionibus, & qualitatibus paſſi.

Dilutio 1. oppoſitionis ex alio experimẽto phyſico de medio interpoſito obtũdẽte influxum agentis.

48 Ad tertiũ argumentũ falſum ſuppone re Soarium, quòd ſcilicet immiſſio

ſpe-

Ad experimentū 3. de influxu agentis intentionalis. Scotus

ſpecierum ſolùm deſeruiat, vt linea agentis extendatur; aſtruimus enim ſpecies intentionales eſſe ſui ſimilis productiuas. Quòd docet Scotus, *in 2 diſt. 9. quæſt. 2. §. Secundum probo, quia ſi Angelus audiens, num. 20.* Vbi ait. *Quod patet de ſpecie, quia ſpecies intelligibilis poteſt gignere ſpeciem intelligibilē eiuſdem rationis; ſicut ſpecies rei ſenſibilis in medio poteſt gignere ſpeciem ſenſibilē eiuſdem rationis.*

Species intentionalis eſt virtuti operatiua apud Scotum.

Sed obijcies contra aſſertum Doctoris; quòd ſpecies eſſentialiter exigit, vt excidatur ab obiecto, cuius eſt intentionale ſemen; & imago; atqui vna ſpecies non eſt imago alterius ſpeciei, ſed ſolius obiecti: ergo obiectum tantùm; & non ſpecies, eſt principiū productiuum alterius ſpeciei.

Obiectio contra dictam antecedentis

Reſpondetur; quòd ſpecies expoſcit, vt ab obiecto pullulet; vel á ſemine intentionali eiuſdem obiecti, quod eſt vicarium illius in omni actione intentionali adeunda. Nec ex hoc quòd ſpecies ab alia ſpecie profluat; infertur, ſpeciem eſſe imaginem alterius ſpeciei; & non obiecti. Quia ſicut in inſtrumento generationis realis; calor, qui ab alio calore producitur, non eſt inſtrumentum diſpoſitiuum generationis alterius caloris, ſed ipſius ſubſtantiæ ignis (calor enim reſpectu alterius caloris non eſt cauſa inſtrumentaria, ſed principalis:) accipit tamen ab alio calore, tanquam ab inſtrumento diſpoſitiuo generationis ignis, quòd & calor productus etiam ſit inſtrumentum diſpoſitiuum generationis ignis. Ita in inſtrumento generationis intentionalis pari ratione philoſophandum eſt; quòd ſicut ſpecies intentionalis, quæ immediatè ab obiecto exciditur, eſt inſtrumentum quoddam ad exprimendum idolum viſibile, ſiue ſpeciem expreſſam; ita ſpecies ea, quæ ab alia ſpecie immediatè effluit, etiam ab ea haurit hanc vim intentionalem ad exprimendā imaginem obiecti. Et ſicut calor, licet ſit inſtrumentum ignis, eſt tamen cauſa principalis reſpectu alterius caloris; ita ſpecies, licet ſit inſtrumentum intentionale reſpectu viſionis, eſt tamen cauſa principalis reſpectu alterius ſpeciei impreſſæ.

Diluitur & expenditur vis intentionalis ſpeciei impreſſæ ad productionē alterius.

Spectes impreſſa eſt cauſa principalis reſpectu alterius ſpeciei

Eſt tamē inſtrumentum vel cauſa minus principalis reſpectu ſpeciei expreſſæ

49 Notanter dictum eſt, ſpeciem intentionalem reſpectu alterius ſpeciei impreſſæ eſſe cauſam principalem; quia reſpectu ſpeciei expreſſæ, ſiue ſenſationis viſiuæ, non eſt cauſa principalis, ſed inſtrumentalis; quia cùm ſit qualitas quædam mortua nō adæquat actualitatem & nobilitatē idoli viſiui, ac proinde eget immediata elicitione potentiæ vitalis.

Cur oculus in vacuo nihil videret

Ex dictis ſequitur; quòd oculus in vacuo nihil videret; quòd tanquam certum ex Ariſtotele conſtituit Scotus loco citato *ex 2. ſentent. diſt. 9. quæſt. 2. numer. margin. 18. §. Per hoc patet ad inſtantiam de ſecundo de anima, quòd non videretur aliquid, niſi eſſet medium.* Cuius ratio eſt; quia ſpecies intentionalis ob exilitatem ac tenuitatem ſuam requirit intimam præſentiam cum cauſa producente, à qua conſeruatur; quò fit, vt obiectum à potentia viſiua diſsitum localiter in vacuo, ſpeciem potentiæ immittere non valeat ob diſtantiam; cùm tamen in pleno tantùm producat immediatè ſpeciem in parte contigua medij, ita vt ſpecies in medio producta influat in aliam, & hæc in alteram vſque ad oculum: hæc autem contiguitas non petitur à ratione agentis, ſed à debilitate actionis intentionalis.

Scotus

Pro emendatione vltimæ inſtātiæ qualiter medium finiat ſphæram agentis

50 Ad vltimam inſtantiam; quòd quamvis medium non excipiat conatum agentis; tamen propter diſtantiam retardat ac debilitat impetum illius; ac proinde finit ſphæram actionis. Quòd fatetur Soarez in agentibus ſpiritualibus, dum autumat; Angelum, (qui alterum alloquitur per impreſsionem alicuius qualitatis) non poſſe iſtam locutionem exprimere ad omnem diſtantiam: quamvis hæc ſpiritualis immutatio non attingat medium adi Soarium *tomo de Angelis lib. 2. cap. 28. num. margin. 14.*

Soarius.

ARTICVLVS II.

Quæ sit ratio existentiæ Dei in rebus?

SVMMARIVM.

Positiuum contactum Deitatis ad creata impetit Aureolus. Num. 1.
Reijcitur; & eius oppositiones infringũtur. Num. 6.
Opinio Sanctī. Thomæ petentis contactum ab operatione. Num. 11
Textus Scoti. Num. 17.
Sternuntur fundamenta ad veram sententiam. Nu. 23.
Rationibus stabilitur. Nnm. 31.
Oppositiones diluuntur. Nu. 41.

Opinio Car. Aur. inficiãtis positiuũ cõtactũ Dei tatis ad creata.

1 ANtequam cum S. Thomæ sectatoribus controuertatur de fundamento positiui contactus Dei ad creaturas ; priùs dissertatio habenda est cum Aureolo, qui positiuum istum illapsum Deitatis ad creata respuit, solam negatiuam indistantiã Dei ad creaturas agnoscẽs. Cuius præcipua fundamenta ea sunt, quæ tradit *in 1. sent. dist. 37. art. 1. §. Restat ergo nunc dicere.* Vbi arguit.

Ratio Aureoli.

Primò: *impossibile est, Deum, aut aliquam rem concipi, vt simul existentem cum alia, nisi quatenùs intelligitur ibi esse, vbi est alia; & per consequens præsentialitas, & simultas præsupponit, quòd vtrumque habeat esse ibi, vel hic; & sic quòd vtrumque sit subiectum situs, vel vbi. Vnde præsentialitas, & simultas non potest intelligi, nisi inter duo situata, quorum quodlibet sit hic: & quia in eodem hic, propter quod dicantur simul esse, & mutuò præsentia; vnde simultas non facit aliquod esse in loco, sed supponit esse in loco. Sed manifestum est, quòd Deus non est subiectum situs; alioquin si ipse locaretur, & situaretur.*

Acuta excursio Aur. cõtra cõmunem sententiam.

2 *Præterea: si concipitur coexistentia, aut præsentialitas, vel simultas inter creaturas, & Deum; quoniam est quasi relatio media. Aut fundatur ista relatio coexistentiæ in creatura super ipsam, vt res est; aut super ipsam, vt situata est. Sed non potest dici, quòd super ipsam absolutè, vt res est; simultas enim fundata super aliqua, vt res sunt, facit tantùm illa esse simul in essendo rem: nõ est enim aliud tale coexistere, quàm vtrumque rem esse. Hoc autem non sufficit ad præsentialitatem, secundùm quã dictmus, quòd Deus præsens est creaturis; talis namque simultas est inter ea, qua sunt in Oriente, & in Occidente, aut quæ maximè distant cùm quodlibet illorum sit res.*

Infirmatur ex impugnatione simultatis inter Deũ & creaturas

Nec potest dici; quòd fundetur super rem, vt situata est; quia simultas facit vtrumque esse situatum. Non enim fundatur simultas in aliquo, inquantum album, nisi ad aliud coalbum; nec simultas in aliquo, inquantùm res, nisi ad aliquid aliud, quod sit res. Et ita nec simultas fundatur in creaturis, inquantùm situatæ sunt, nisi in ordine ad aliquid aliud, quod sit situatum; eiusmodi non est Deus. Ergo poni non potest talis præsentialitas simultatis inter Deum, & creaturam.

Cõfirmatio ex præsentia Dei in vltima sphæra, quæ non est in loco

3 *Confirmatur; quia si poneretur aliquod corpus non esse in loco, vtpote vltima sphæra; Deus non posset dici simul in loco cum vltima sphæra, eò quòd nec vltima sphæra esset in loco. Nec possunt etiam dici simul in aliquo alio, nisi forsan in essendo; quia vtrũque est ens, quod nõ sufficit ad hoc, quòd vnũ alteri sit præsens: ergo nihil est dictu ista realis simultas; aut realis præsentia.*

Vltima oppositio ex Aureolo

Vltimò confirmatur ex Aureolo, §. *Quinta demum propositio est.* Quia positiuus illapsus Deitatis ad creaturas in ordine ad locum, nil aliud esse potest, nisi vnitas quædam locatorum in situ; illa enim, quæ se contingunt in ordine ad spatium; talem simultatis rationem induunt, vt vltima eorum sint vnum in situ, vnitate cuiusdam contactus & ex istis oritur illa conditio, quæ appellatur præsentialitas, vel coexistentia locati cum loco. Sed Deus talem præsentialitatis respectum ad creata subire nequit, vt quasi vltimum Dei ambiat vltimum terminum creaturæ replẽtis spatium; aliàs enim Deus circũscriberet creaturam localiter, quod est absurdum: ergo.

Breuiariũ oppositionũ Aur. contra communem sententiam.

4 Argumenta autem Aureoli eò tendere videntur; quòd quando asserimus, Deum esse præsentem per suam substantiam rebus creatis; vel hæc præsentia exprimit simultatem, & vnitaté

Dei cum creaturis in ratione entis; vel in ratione loci. Non in ratione entis quia ea, quæ referunt conuenientiam entitatiuam, etiamſi ſecundùm ſitum valde diſſideant, ſimilitudinem eſſentialem retinent. Nec etiam in ratione loci; tum quia fieri poſſet, vt res creata non eſſet in loco, ſicut patet in vltima ſphæra, ac proinde nec Deus, vt illi coexiſtens, ſimultatem localem adire poſſet: tum vel maximè, quia hæc ſimultas exprimit vnitatem in ſitu, ſeu contiguitatem vtriuſque rei ſe ſe attingentis; illa autem ea ratione adhærent, quorum vltima ſunt ſimul in eodem ſitu, ac proinde alterum eſt finis alterius ſecundũ extẽſionem loci. Sed talis circũſcriptio localis cõtradicit diuinæ illimitationi; igitur & poſitiuus contactus.

Cõfutatiũ Aureoli.

5 Ex quo infert Aureolus. *Sic ergo eſſe vbique, non ponit in Deo habitudinem poſitiuam; ſed negationem cuiuſdam habitudinis, videlicet, omnimodam indiſtantiam ab omnibus rebus. Hæc autem indiſtantia videtur eſſe quædam præſentialitas, vel intimitas, quam uis nõ poſitiua; & propter hoc cõcedũtur propoſitiones huiuſmodi in ſcriptura; & dicitur, quòd Deus eſt intimus omni rei & coexiſtens, ac præſens.*

Confutatio Aureoli; & aſſertio poſitiui contactus Deitatis ad creata.

Cõfutatur Aureol. placitum

6 SED Nobis non probatur Aureolus; dum eò contactum Dei ad creata abigit, quò ſubſtantialem Dei ad creaturas coniunctionem ad inſtar ſitualis habitudinis inter ſuperficiem concauam corporis circumſcribentis, & ſuperficiem conuexam locati corporis, apprehendat; quod eſt apertè falſum. Cùm infinitas Dei ſecundùm locum, ſeu immenſitas, non tantùm ſit iuxta res vt illas circumſcribat, quaſi mathemãtico contactu; ſed etiam intra res, quas tranſcendit ambitu, & illapſu ſuæ illimitationis.

Quòd autem hic contactus eſſentialiter poſitionem exprimat; ac proinde in negatione formaliter non conſiſtat; probatur. Quia infinitudo Dei, ſeu quantitas virtutis eius, eſſentialiter eſt quid poſitiuum; cùm à formaliſsima Dei ratione non diſtinguatur; vt iis ſuperioribus oſtendimus. Sed infinitas ſecundùm locum, ſeu immenſitas Dei nõ addit ſupra quantitatem virtutis ipſius Dei, niſi connotationem loci, quæ etiam apprehenditur per modum poſitionis; cùm connotatio ſpatij realis, & poſitiui, non ſit negatio, ſed poſitiua habitudo ad extremum coexiſtens; vt ex ipſis terminis conſtare videtur: igitur cõtactus Dei cum creaturis ſecundùm adæquatam rationem ſuam obiectiuum eſt poſitiuus.

Oſtenditur poſitiuum cõtactus Deitatis ad creata.

7 Ex his facile enervantur Aureoli oppoſitiones. Ad primam fatemur, Deum creaturæ coexiſtentem, eſſe vbi eſt ipſamet creatura; ac proinde replere Deum omnem loci poſitionẽ. Negamus tamen, Deum eſſe ſubiectum ſitus; eò quòd ſubſtrata ſitus ea ſint, quorum vltima adhæreant mathematico contactu; Deus autem nõ ſolùm eſt iuxta res, ſed intra res illabitur: quò fit, vt ſitualibus habitudinibus ſubijci nequeat.

Cõcinnatio ſancti ſubtilio ad primã oppoſitionẽ Aur.

8 Ad ſecundam oppoſitionem; dicimus, ſimultatem ſeu coexiſtentiam Dei, & creaturæ in ordine ad ſpatium, non eſſe vnitatem ſeu conuenientiam quidditatiuam in gradu entis; cùm hæc abſtrahat à connotatione loci; vt oſtendit Aureolus. Quare aſtruimus, contactum horum extremorum in ordine ad locum exprimere intimationem Deitatis creatæ quæque replentis; cum quo ſtat, quòd connotatio loci realis, quam refert immenſitas, ſitualis non ſit. Quia licet coexiſtentia Dei, & creaturæ in ordine ad locum importet finitionem ex parte creaturæ locatæ, & circumſcriptæ ab alia; ex parte verò Dei exprimit magnitudinem virtutis tranſcendentem intima cuiuslibet creatæ extenſionis; tam illius, quæ habet rationẽ loci circumſcribentis, quàm locati circumſcripti.

Ad 2. obiectionẽ; cõtactus Deitatis ad creata nõ eſt ſola cõuenientia in ratione entis.

9 Ad confirmationem; quòd tantùm obtinet, quòd ſicut vltima ſphæra non eſt in loco extrinſecò; eò quòd non adeat ſuperficiem concauam alterius corporis vltimam ſphæram ambitu ſuo concludentis; ita nec Deus coexiſtit tã-

Ad cõfirmationẽ qualiter Deus exiſtat in vltima ſphæra.

li circumscriptioni aut locationi; (quia id, quod non existit, non est habile extremum realis contactus Dei.) Nec tamen ex eo infertur; quòd Deus vltimam sphæram non pervadat illapsu suæ immensitatis; ita vt non solùm detur in ter vltimum cœlũ, & Deũ, vnitas in prædicato, & gradu entis, sed etiam simultas in ratione contactus.

Confutatio Aur. ad hominem, vt vocant.

10 Quod aperitur retorquendo contra Aureolum argumentationem, qua nos premere fatagebat; quia Deus refert indistantiam negatiuam ab vltima sphæra, vt asseuerat Aureolus: sed huius negationis distantiæ fundamentum esse nequit sola simultas seu vnitas Dei, & cœli, in gradu entis. (cum hæc conuenientia intercedere queat inter entitates omnino semotas secundùm locum) igitur negatio illa consequitur ad aliud subiectatum positiuum. At non est aliud imaginabile, nisi quantitas virtutis Dei, vt connotat rem, cui illabitur per suam substantiam; seu entitatiuo cõtactu; igitur asserenda est positiua coniunctio Deitatis ad creata; cũ cõnotatio extremi, nõ vt negatio, sed positio habitudinis ad connotatum.

Opinio Sanct. Thomæ, quòd operatio Dei in creaturis sit ratio contactus præsentialis.

Sententia S. Tho.

11 STabilita positione contactus præsentialis; accedit discutienda ratio eius. Circa quam est opinio D. Thomæ loco citato, *ex 1. part. quæst. 8. art. 1.* Cui adhærent multi ex eius sectatoribus, contendentis; ex operatione Dei inferri contactum eius ad creata. Quòd placitum ita indubitatum existimant Ludouicus Molina *1. part. quæst. 8. art. 1. disput. 2. §. Opinio hæc non solùm falsa videtur.* Vt oppositum parum in fide tutum autumarit; de qua censura parùm curandum est; vt potequæ præceps sit, & inconsultè tradita, ideoque à viris docti respuenda.

Præcipitancy Ludou. Mol.

Ratio ex sacra Scriptura.

Probatur ergo ista sententia, primò; ex illo actorum 17. Vbi cum Paulus de Deo, ita pronuntiasset: *non longè est ab vno quoque nostrum* (subdit rationem) *in ipso enim viuimus, mouemur, & sumus; sicut & quidam vestrorum poetarum dixerunt, &c.* At in huius poetæ sententia, nimirum Arati, (ly *in*) idem sonat ac (*per*,) quasi exprimat; per ipsum viuimus, mouemur, & sumus. Illa enim particula (*per*) reddit causam indistantiæ Dei; nimirum motum, vitam, & ipsum esse, quod creaturis exhibet. Quod magis aperuit Apostolus in illa particula (*enim*) dicens; *in ipso enim viuimus*: quia talis particula refert causalem sensum.

Actorum 17

Aratus citatus à Paulo

12 Confirmatur ex *Psalmo* 138. Vbi Dauid Deum alloquens ait *Quò à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum tu illic es, si descendero in infernum ades, si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris.* (Sub intellige, *illic es.*) Quasi adstruat; omnino impossibile mihi erit in aliquam loci distantiam confugere, vbi præsentissimè non adsis. Prosequiturque subdès causam talis indistantiæ; *etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* Quasi exprimat; ideo præsens existis omni loco, in quẽ confugere valeam, quia efficacia operationis tuæ omnia ambis; id enim sonat illud, *etenim illuc manus tua deducet me*, efficaciam scilicet diuinæ actionis attingẽtis omnia: quia in sacra scriptura manus est symbolum operationis, sicut & pes exprimit affectum cordis.

Confirmatur psa. 138.

Tunc vrget Molina; aut ergo authores contrariæ sententiæ dicant, Spiritum Sanctum per os Pauli, atque Danidis ineptam rationem reddidisse, inefficaxque argumẽtum cõfecisse, ad probandam præsentiam Dei in rebus; aut cõfiteantur, ex immediata operatione Dei in aliquo loco, satis superq; cõcludi præsentiam Dei in rebus.

Criminatio Mol. in oppositã sententiam.

13 His sacræ scripturæ testimonijs plures Patrum authoritates agglomerant Thomistæ, quas (quia nimis extortè nobis opponantur) prætereo. Subijciam, tamen Anastasij Sinaitæ patriarchæ Antiocheni testimonium, quod illis suffragari videatur; sic ergo habet; *in oratione 2. de incircumscripto. In diuina autem natura nihil horum; quæ dicta sunt, prohibet; simplex enim est, quia incorporea, & solus habet immortalitatem, & perpetuæ energiæ eius, & quod*

Arguitur ex authoritate patrum.

Anast. Sina.

effe-

effectum eſt, conſeruatur: id circo in omnibus rebus neceſſariò cernitur ſubſtantia operantis. Si quidem in exemplo ſuperiore, quandiu fit, id in quo verſatur operatio, tamdiu neceſſariò adeſt natura operatis: nemo namque abſens poteſt aliquid operari. Igitur, quia ſemper omnia Deus operatur, & conſeruationem vniuerſi ſine ceſſatione continuat, neceſſe eſt, Deum eſſe in omnibus, & à nulla ſeparatum eſſe. Ecce Anaſtaſium præſentiam Dei ab illius operatione petentem

14 Deinde ratione ſuadetur talis ſententia: quia illa eſt ratio à priori, quæ procedit a cauſa ad effectum; ſed probatio Sancti Thomæ, dum ab operatione petit intimam inſiſtantiam Deitatis, procedit à cauſa ad effectum: igitur eſt à priori. Minor probatur; quia præſentia Dei exprimit intimum contactum Deitatis ad creata; præexigit ergo poſitiuum eſſe, ac realem actualitatem creaturarum, quæ habite extremũ diuini contactus eſſe queat. Sicut enim concipi non valet coexiſtentia realis Dei cum creaturis, ſine reali ac poſitiuo eſſe creaturarum; ita nec intelligi realis & poſitiuus contactus, ſi alterum extremum poſitiuum & actuale non ſit, vt realiter à ſubſtantia Dei attingi queat: nulla enim coexiſtentia non eſt in tranſitiua, ſed tranſitiua quædam intimatio, & illapſus Deitatis ad creata. Atqui actio Dei ex tenuitate productiua totius eſſe realis ac poſitiui creati, vt per ſe notum eſt; ergo etiam eſt cauſa tranſitiuæ coexiſtentiæ, & contactus poſitiui: ac proinde probatio Diui Thomæ à priori oritur inſiſtantiam Dei à creaturis, dum eam ab operatione petit.

2. arguitur à priori, quòd actio Dei ſit ratio poſitiui cõtactus creaturis

Confirmatur ex Scoto, qui in 1. *diſtinct. 37. quæſt. 1.* Expendens rationem exiſtendi Dei in loco, ait. *Sicut igitur ibi præſentia immenſitatis non præexigebatur præſentiæ potentiæ ſuæ, vt potentia eſt,* (loquitur de præſentia Dei ante mundi productionem,) *immo potentia prius habuit terminum ſuum, quàm eſſet præſentia ſecundum eſſentiam.* Ex quibus talis producitur ratio.

Cõfirmatur ex Scoto. Scotus

Priùs habuit, ſecundùm Scotum, omnipotentia Dei terminum ſuum, quàm immenſitas; id eſt, quod prius intelligitur producta creatura, quæ eſt terminus facultatis exequentis, vel potentiæ Dei; quàm quòd Deus ſit illi realiter coexiſtens; aut quòd creatura terminet contactum ſubſtantiæ, & immenſitatis Dei; quia creatura ante productionem non eſt extremum habile ad realem coexiſtentiam. Igitur ratio, quæ probat cõtactum ex productione Dei (quæ eſt actio potentiæ eius conferens habilitatem creaturæ, vt extremo cõtactus diuini) à priori procedit.

15 Arguitur tertiò etiam exprincipijs Scoti: quia actio Dei in Scoti ſententia debet eſſe ipſe Deus; cum actio in tota ſua abſtractione agenti inexiſtat (quidquid autem Deo inexiſtit, eſt ipſemet Deus per identitatem) igitur, ſi Deus eſt in omnibus rebus rebus per ſuam actionem, etiam illis intimè aderit per ſuam ſubſtantiam; cùm actio Dei ſit ipſamet Deitas.

3. ratio ad hominẽ contra Scotum

16 Præterea quartò; illa eſt ratio fundamentalis vt quo alicuius præſentiæ; quæ eſt ratio fundamentalis contactus rerum, quæ ſibi ipſis coexiſtunt. Sicut quò quantitas eſt ratio formalis contactus corporei; eò etiam attingitur fundamentalis ratio (*vt quo*) præſentiæ corporum, interens relationem vnionis ſeu connectionis inter illa. Atqui actio Dei eſt ratio formalis contactus Deitatis cũ creaturis; igitur eſt fundamentalis ratio (*vt quo*) relationis præſentiæ, ſiue coexiſtentiæ tranſitiuæ, quæ a tali cõtactu accipitur.

4 ratio à eò quòd actio Dei ſit ratio fundamẽtalis vt quo præſentiæ Dei in rebus.

Minor probatur: quia omnis contactus fit media aliqua quantitate, vel quaſi quantitate, tanquam quo, vel forma, talis contactus; quare ſicut datur duplex quantitas; molis nimirum, & virtutis, ita & duplex contactus aſſignandus erit: & proprius; qui media quantitate molis fiat; & tranſlatitius ſeu metaphoricus, qui à quantitate virtutis procedat. At in Deo non reperitur alia quantitas, quæ ſe gerat vt quo, vel forma coniunctionis Deitatis cũ creaturis, niſi actio trãſiens, per quam in creaturis participatur, illiſq; cõiungitur ſecũdum localem inſiſtantiam: ergo actio tranſiens eſt ratio fundamentalis vt quo talis præſentiæ.

Vrgetur ratio præcedẽs ex fundamẽto formalis cõiũctionis inter quãta quantitate molit

Confirmatur; quia nihil eſt ex parte Dei, quod ſibi vendicet habitudinem ad locum, aliaſque conditiones ſituales, præter actionem Dei tranſeuntem; ergo hæc ſola eſt illa quantitas, quæ aſtrui

Cõfirmatur quia ſola actio trãſiẽs Dei exprimit compoſitionem ad locum

de-

debeat ratio coniunctionis Deitatis ad creata. Antecedens probatur. Quæſitum eſſe eſt affectio quædam entis corporei, vnde ſpiritualia non referunt ſitum, nec contactum ad materialia, niſi ratione alicuius corporei, quod ſe gerat per modum formæ reſpectu talis contactus; atqui in Deo nihil aſsignatur corporeum præter actionem tranſeũtẽ quæ in paſſo corporali recipitur: igitur hæc ſola poteſt eſſe quãtitas virtutis, & fundamentalis ratio coniũctionis diuinæ ad creaturas.

Textus Scoti, ex 1. ſentent. diſtinction. 37. quæſtione vnica. §. Oppoſitum arguitur, nu. marg. 2. *Editionis Cauelli.*

17 *Reſpondeo; agens creatum poteſt agere vbi non eſt; tamen communiter oportet, quòd ſit immediatum cuilibet ſibi proximo paſſo in quod agit: licet quandoque non agat in illud paſſum actione eiuſdem rationis, actioni, qua agit in remotum; vt piſcis mortificans manum piſcatoris, non mortificat rete. Quandoque autem agens in proximum paſſum, non agit eadem potentia actiua, qua agit in remotum; licet agat alia potentia actiua; ſicut corpus cœleſte generans mineralia in viſceribus terræ, vel aliquod mixtum animatum, vel inanimatũ; hic inferiùs agit ſua forma ſubſtãtiali: quia non ſubſtantia nõ poteſt generare ſubſtantiam, nec accidens aliquod in medio poteſt eſſe ratio generandi ſubſtantiam.*

18 *Eſt igitur forma corporis cœleſtis potentia actiua in remotum, abſque hoc quòd corpus illud agat in proximum ſecundùm eamdem potentiam actiuam, ſecundùm quam agit in remotum; licet agat in propinquum ſecundùm aliam potentiam actiuam, ſed hoc accidit, vel propter coniunctionem iſtarum potentiarum duarum actiuarum in eodem, quarum vtraque eſt actiua; & vna habet proximum pro paſſo proportionato; & alia potentia actiua habet reliquum paſſum remotum proportionatum. Vel accidit propter imperfectionem ipſius agentis, in quo eſt defectus virtutis actiuæ; propter quem defectum, prius agit ſecundùm formam imperfectiorem, quàm ſecundum perfectiorem, ſicut generans corruptibile priùs alterat, quã generat, propter illius agentis imperfectionem, à quo prius origine eſt imperfectius.*

19 *Si igitur primò tollamus talem duarum potentiarum concurſum ab agente creato; & ſecundò tollamus ab eo iſtam imperfectionem, quòd non oporteat eum prius producere imperfectius; non videtur aliqua ratio, quare non erit præſens remoto ſecundũ potentiam. Et hoc maximè ſi illa potentia, ſecundùm quam agit in remotum, ſit ſimpliciter potentia actiua perfecta; quantò enim perfectior forma eſt in creaturis, tanto videtur eſſe ratio agendi in remotius.*

Ex his ad propoſitum, videtur; quòd cum omnipotentia, quæ eſt ſimpliciter perfecta potentia actiua, non requirat actionem in vnum paſſum prius, quàm in aliud (nec propter diuerſas potentias concurrentes in agente; nec propter priorem generationem imperfectioris) quòd talis omnipotentia ſit ratio agendi in quodcũq; & producendi quodcunque poſsibile; licet per impoſsibile, ipſum, cuius eſt omnipotentia, non eſſet vbique.

20 *Et ſecundùm hoc videtur tenenda negatiua pars quæſtionis. Et confirmatur: ſi enim omnipotentia eſt voluntas, ad cuius velle ſequitur rem eſſe; cùm voluntas poſsit æquè velle diſtans, ſicut propinquum; videtur, quòd ſi omnipotens eſſet, per impoſsibile, in aliquo loco determinato, & non vbique, poſſet velle aliquid eſſe in alio loco, cui non repugnaret eſſe. Et per conſequens ſuo velle illud haberet eſſe in illo loco; & per conſequens illud fieret ab omnipotente, abſque hoc, quòd omnipotens eſſet præſens ibi ſecundùm eſſentiam.*

21 *Confirmatur etiam: quia ante mundi creationem non eſt imaginandum vacuum infinitum, quaſi ibi fuerit prius præſens Deus ſecundùm eſſentiam antequam produceret mundum; immo*

non

Sco. propria ſententia ſuã iuſtè exa minat Scotus

Qualitercunq; vna agat in inferiora

De cõpoſitione plurium potentiarũ ad agendũ.

Deciſio controuerſiæ

1. ratio efficax; quod volũtas Dei quæ eſt potentia eius, ſẽpe dere queat in remotum

Altera efficax ratio de nõ præſentia Dei in vacuo imaginario vbi produ ctus eſt mundus.

non vt alicubi præſens Deus ſecundùm eſſentiam fuit potens facere mundum. Sicut igitur ibi præſentia immenſitatis non præexigebatur præſentiæ potentiæ ſuæ, vt potentia eſt; immo potentia priùs habuit terminum ſuum, quàm eſſet præſentia ſecundùm eſſentiam. Ita videtur modo, quòd non oporteat præintelligere Deum in aliqua parte vniuerſi, vt ibi aliquid cauſet; ſed magis quaſi è conuerſo priùs ſit ibi ſecundùm potentiam, vt ibi aliquid cauſet: & tunc, licet per impoſſibile non eſſet ibi priùs ſecundum eſſentiam, poſſet tamen ibi cauſare.

Scotus

22 Litera huius textus, cùm coincidat in eam, quam in præcedenti articulo propoſuimus, noua interpretatione non eget; præſertim cum Scoti probationes, quas refert, noſtris confirmationibus fulciendæ ſint, quæ vice commentarij erunt. Vnum tamen occurrit adnotandum in illa verba: *Communiter oportet, quòd agens ſit immediatum cuilibet ſibi proximo paſſo, in quod agat.* Quod ibi Scotus tantùm contendit cõmuniter accidere, vt in idem ſubſtratum agentis phyſici plures coeant facultates, quarum aliqua extremum, altera verò proximũ immutet; nũquam tamen aſſeruit, talium virtutum cõuentum à cõceptu agentis peti, vt in præcedẽti articulo contra Soarium id Scoto tribuentem oſtendimus.

Commentarius litera Scoti

Scotus

Apparantur fundamenta ad veram ſententiam, quæ & rationibus ſtabilitur.

23 PRO Aperiendo fundamento poſitiui contactus Dei ad creata ad notandum eſt; quòd ſicut per corporalia pro iſto ſtatu immerſionis ad phantaſmata quaſi manu ducimur ad ſpiritualia percallenda; ita per analogiam ad quantitatiuum contactum, & corporalem præſentiam, iſta Deitatis ad creata coniunctio enodanda eſt. Sicut igitur in duorum corporum coexiſtentia tria ſe offerunt obſeruanda: primùm eſt relatio vnionis; quæ ad applicationem duorum corporum ſubſequitur; quæ habitudo non eſt vbicatio, ſeu præſentialitas, quæ ab Scoto appellatur relatio extrinſecus adueniens. Quia corpus in vacuo propriam vbicationem ſeu præſentialitatem inferret, vt in ſequenti articulo oſten lemus de mente Scoti; & tamen relationem coniunctionis, ſeu intimationis ad aliud corpus non exprimeret: ex hypotheſi quòd in vacuo non detur aliud corpus proximum, ſeu contiguum.

Expenditur contactus Dei ad creata per analogiã ad contactũ quantitatis molis.

Relatio actualis vnionis inter quãta diſtinct à forma vbicationis

24 Alterum, quod in contactu corporum expendi debet; eſt ipſum actuale fundamentum illius reſpectus vnionis, quæ ad duorum corporum applicationem accedit. Quod fundamentum talis habitudinis nil aliud eſt, quàm contactus corporum in actu exercito; qui & dici poteſt vnio exercita fundamentalis, quatenus infert illam habitudinem interlocata, quæ vocatur formalis cõiunctio, ſiue formalis reſpectus inter actualiter coniuncta in ordine ad locum.

Quod ſit fũdamẽtũ reſpectus vnionis interquãta approximata in actũ exercito.

25 Tertiùm, quòd in contiguitate corporum intercedit; eſt vnio fundamentalis ſignata; ſeu in actu primo. Quæ nil aliud eſt, quàm forma ea, à qua corpus natum & habile redditur, vt alteri coniungi queat, mathematico contactu; & iſta vnio ſignata & fundamentalis eſt ipſãmet forma quantitatis, prout antecit actualem corporũ approximationem: qua contiguitate ablata, etiam ſuperites eſt habilitas, quæ quantitati ſuppetit ad contactum adeũdum ſicut & ſeparabilis eſt quilibet alius actus primus ab actu ſecundo. De quo vide *in artic. ſequenti, ſub numer. marg.* 40. luculentum Scoti pronuntiatum, de ſubſtrato locationis paſſiuæ, ſiue vbicationis; vbi prædicta vnio fundamentalis ſignata, & exercita quantitatis in ordine ad locum enucleatur.

De fũdamẽto cõiunctionis corporũ in actu ſignato.

26 Hæc quæ conſtituta ſunt de coniunctione corporum propter quantitatem molis, à qua mathematicum petunt contactum, trahi poſſunt per analogiam, & proportionalitatem quãdam ad contactum Dei, qui media quãtitate virtutis ſit; ita vt in iſto Deitatis ad creaturas illapſu, totidẽ etiam occurrant expendenda.

Tria etiãm cõtactũ Deitatis ad creata intercedunt

Primum eſt; vnio formalis, ſeu relatio coniunctionis & præſentiæ, quæ

Quæ sit relatio contactus Dei ad creaturas.

ad contactum Dei cum creaturis accedit. Quæ habitudo, licet ex parte creaturæ sit realis; ex parte tamen Dei, realis esse non potest, cùm illi ex tempore congruat; sicut & respectus Creatoris, & Domini, qui in non mutuis numerantur.

Quæ vnio fundamentalis exercita?

Deinde secundò; etiam reperitur fundamentum illius respectus coniunctionis formalis; quod est vnio fundamentalis exercita; seu ipsum exercitiũ cõtactus, quod subit Deus ad creaturas suppositâ productione illarum.

Quæ vnio fundamentalis signata?

Tertiò, tandem concipitur in Deo coniunctio fundamentalis signata, seu in actu primo; quæ est quantitas virtutis Dei, & magnitudo illimitata illius, prout connotat locum; tanquam essentialis quædam sufficientia formalis ad ambiendam omnem loci extensionem. Appellatur tamen hæc quantitas virtutis Dei coniunctio fundamentalis signata, seu in actu primo; quia tali quantitati accidit actualis & exercitus contactus, qui ex hypothesi productionis creaturarum accedit: à quo contactu, creatura pereunte, etiam absolui, & separari potest quantitas virtualis Dei; sicut & vnio actualis exercita, quam addit quantitas molis, est abilla separabilis.

Cõsectarium; cõtactus signatus Dei ad res adcreatas est perfectio necessaria in Deo

27 Ex dictis hoc habeto consectarium; aptitudinalem seu signatum contactum Deitatis ad creaturas, esse necessariam ipsius Dei perfectionem; cùm nullatenus pendeat a decreto diuinæ voluntatis liberè immutante creaturas ad futuritionem. Si enim Deus nullam ex creaturis possibilibus ad absolutam futuritionem deduxerit, adhuc magnitudo seu quantitas virtutis Dei a se ipsa essentialem formalemque sufficientiam vendicaret, vt omnem realis spatij extentionem ambire posset. Sicut etiam quòd quantitati molis nulla alia quantitas accederet ad cõplementum mathematicum cõtactus; adhuc tamẽ quantitas à se ipsa referret potentiam formalẽ, vt alteri quãtitati componi posset in ordine ad spatium.

Cõtactus exercitus Dei ad creata non exprimit proprietatẽ in Deo quæ illi necessariò inexistat.

28 Quod è contra fit, in actuali exercitoque contactu Deitatis ad creata; qui (sicut liberam entis creati productionem præmittit, quod est extremum illius contactus,) ita & perfectio Dei simpliciter necessaria attrui non debet, sed tantùm necessaria ex hypothesi productionis illius extremi realis; quod Deitas per illapsum trãsitiuum attingit. Simili ratione, qua scientiam visionis nõ simpliciter necessariam, sed necessariam tantùm ex hypothesi mutationis obiectiuæ, quæ à decreto relinquitur, pronũtiamus.

Quid differat inter sit inter immẽsitatẽ & vbiquitatẽ Dei?

Adde; quòd his duabus rationibus contactus nimirum signati, & exercitij, duplex etiam respondet vocabulum: ratio enim aptitudinalis, & signata coniunctionis diuinæ ad creata, appellatur infinitas secundùm locum, seu immensitas; actualis verò & exercita vnio Dei cũ creaturis, vocari potest vbiquitas; & hanc asserimus non esse necessariã Deitatis affectionem, quatenùs extremum creatum positiuè & transitiuè coexistẽs exponit.

Corollarij ex præmissis ad decisionẽ quæstionis.

29 His suppositis; ostendendum erit de mente Scoti; operationem Dei, nec esse vnionem fundamentalem, & signatam Deitatis cum creaturis; nec etiam eum contactum actualem, & exercitum, qui formaliter attineat ad attributum existentiæ Dei per essentiam, sed per potentiam; immo nec ex ratione abstracta agentis vt sic, præciso immensitatis conceptu, peti posse indistantiam Deitatis ab omni producto: quare sit.

Asser. 1.

30 Assertio prima; ex operatione Dei secundùm precisam rationem actionis, remoto immensitatis conceptu, sufficienter non colligitur indistantia Deitatis ab omnibus rebus creatis. Sic Scotus loco citato, cui adhærent illius assectæ antiquiores, *Basolius*, *Lychetus*, *Maironius*, & alij in hunc locum; & ex modernis, *Philippus Faber*, *in 1 sentent. distinct. 37. quæst. vnica, disp. 32. capite 1. & 2. Ioannes de Rada, 1. part. controuers. 28. artic. 2. Petrus Posnaniensis in Ialsimet. 37. quæstion. vnica, artic. 2. & ex Theologis exteris moderni nouissimi Franciscus Suarius, tomo de Angelis, lib. 2. cap. 18. numer. 12. & 13. Gabriel Vazquez, 1. p. disp. 28. cap. 2.*

Cõtra est. Lychetus. Mairon. Phili. Fab.

Rada Posnanien.

Suar. Vasq.

Hæc ex parte suffragatur Ambrosius Macconus, 1. part. disp. 13. sect. 1. §. Vt autem veram huius rationem proponam, Vbi ait; quòd licet respectu effectuum, quia Deo per creationem emanant, peti queat ab operatione intimus Deitatis contactus; non verò in illis productis, qui ex potentia materiæ ex-

Hæc nobis ex parte suffragatur Macõ. immissum Dei per eductionẽ formæ ex potentia materiæ.

tra

trahuntur per eductionem. Quia ſicut in agentibus creatis ſola contiguitas mathematici contactus, qui medijs indiuiſibilibus terminatiuis fit, præſtat abſque vllo illapſu producentis in productum, vt agens totam formam à materiæ potentialitate extrahat; ita in agente increato reſpectu formarum, quæ ſunt termini eductionis, ſola contiguitas ſuppeteret ad actionem ſine intimitate illa præſentiæ, & illapſus intra creaturam, quàm Deus ſibi aſciſcit. Quare conſequenter aſtruere tenetur Machinus; probationem Sancti Thomæ firmam non eſſe; ſi extendatur in Deo ad totam illius agendi rationem, tam eductiuam, quàm creatiuam, ita vt petatur ab actione eductiua, intima Dei tatis preſentia in creaturis, ſiue illapſus Deitatis intra res.

Probatio aſſertionis ex textu Scoti.

Scotus

31 Sed iam Scoti ſententiam illius rationibus fulciamus. Prima eſt; quàm propoſuimus *numer. margin.* 20. *Si omnipotentia eſt voluntas, ad cuius velle ſequitur rem eſſe*; *cùm voluntas poſsit æquè velle diſtans ſicut propinquum, &c.* ex qua talis inſtruitur probatio.

Omnipotentia, & virtus exequutiua Dei nil aliud eſt, quàm diuina voluntas, prout reſpicit omne poſsibile: ſed voluntas ferri poteſt in abſens, ſicut & in propinquum, vt conſtat ex manifeſta ratione tendentiæ ipſius facultatis appetitiuæ, quæ pro nutu ita in remotum, ſicut in proximum conatur: igitur poteſt Deus agere in propinquum, ſicut & in diſtans, cùm velle efficax ſit ipſum agere. Maior huius ſyllogiſmi, quòd ſcilicet omnipotentia non ſit diſtincta à facultate appetitiua Dei, prout connotat omne poſsibile; quæ communior eſt probatiorum Theologorum ſententia, infra aperienda eſt in controuerſia de attributo omnipotentiæ, probatur autem conſequentia; quia ſi appetitus creatus valeret ad producendum obiectum proprij impulſus, poſſet etiam in diſtans conari, ſicut & valeret in diſtans ferri; ſed velle Dei eſt efficaciſſimum infinitæque energiæ, ac proinde immutatiuum illius boni, quod appetit; ergo ſi per impoſsibile eſſet diſtãs à creaturis, adhuc illas phyſicè attingere poſſet.

Fuga

Si occurras, actionem Dei ad extra non eſſe volitionem increatam, etiam quatenus adinſtar vſus vel cauſalitatis facultatis diuinæ exequentis ſe quaſi extendit ad extra; ſed eſſe quid creatum receptum in termino.

Præcluditur effugium *ex numer.* 39. Huius articuli; & ex præmiſsis in *in artic. præcedenti, ſub numer. margin.* 5. Nec de actione creatiua à Sãcti Thomæ aſſeclis pronuntiari debet, quòd ſit aliquid creatum; cùm creationem actiuam non diſtinguat Sanctus Thomas ab actu volitionis diuinæ; vt liquet *ex art. præcedenti ſub n* 4. *Occupatur.*

32 Deinde vrgetur ratio ad hominem: quia ideò Sanct. Thomas, 1. *part. quæſt.* 53. *art.* 2. Et cum eo omnes eius ferè diſcipuli autumant; Angelum poſſe tranſire ab extremo in extremum non attingendo medium; quia Angelus ſecundùm ſuam ſubſtantiam non pendeat à loco nec conditionibus ſitualibus, cùm per liberam voluntatem ſuam ſe ſe loco adiungat: vnde efficitur, vt adire poſsit extrema non adito medio. Verba Diui Thomæ ſunt in corpore articuli. *Hoc autem, ſcilicet moueri de extremo in extremum, & non per medium, poteſt conuenire Angelo, ſed non corpori; quia corpus menſuratur, & continetur ſub loco: vnde oportet, quòd ſequatur leges loci in ſuo motu. Sed ſubſtantia Angeli non eſt ſubdita loco, vt contenta; ſed eſt ſuperior eo, vt cõtinẽs. Vnde in poteſtate eius eſt applicare ſe loco, prout vult, per medium vel ſine medio.* *Ratio altera ad hominẽ cõtra Thomiſtas* *S. Th.*

Ergo ſimiliter, ſi Deus operatur per ſuam voluntatem, illam adaptare poterit extremis, non immutato medio; cũ voluntas Angeli non ſit magis immaterialis, & independens à ſitu, & loco, quàm voluntas Dei. Sed independentia voluntatis Angeli à loco, & ſitu obtinet, vt ſe Angelus adiungat extremis, non adito medio; ergo à fortiori id præſtabit volũtas Dei, quæ præſefert omnem illimitationem, & independẽtiam in ratione appetitus. *Inſiſtitur oppugnationi Thomiſtarum.*

33 Secundò firmatur noſtra Aſſertio premente altera textuali Scoti probatione, quàm adduximus, *numer. margin.* 21. quæ eò ſpectat. Quòd Deus per creationem ea producta attigit, quibus non adſtitit per intimam præſentiam, vt anteiuit Deus actionem ſuam creatiuam; quia infinitas ſecundùm locum, aut immenſitas non cõ- *Efficax probatio Scoti expræmiſſo textu inficiãte præſentiã Dei in ſpatijs imaginarijs.*

ci-

cipitur vt actu tranſiens ad poſitiuum contactum rei creatæ, priuſquàm facultas exequens, ſeu diuina omnipotentia proprium productum extraxerit de non eſſe ad eſſe. Immò quòd prius apprehenditur omnipotentia, vt actualiter relata ad terminum, quàm quòd immenſitas illum pervadat ſuo ambitu, aut illum repleat; cùm replebilitas illa poſitiua ſupponat creationem, à qua totius entis creati poſitio, & realitas hauritur.

Id enim volunt ſubtilia illa Scoti profuntiata. *Ante mundi creationem non eſt imaginandam vacuum infinitum; quaſi ibi fuerit priùs præſens ſecundùm eſſentiam antequam produceret mundum. Imò non vt alicubi præſens ſecundùm eſſentiam fuit potens facere mundum.*

Scotus

34 Reſpondent Thomiſtæ; quòd quando agens operatur ex nullo præſuppoſito ſubiecto, vt in creatione; tùm non exigitur contiguitas, aut coniunctio agentis ad aliquod ſubſtratum; quia id eſſet in ipſis dictis implicare; cùm tamen ſufficiat ad operationem inſtantia Dei ab ipſo termino creationis.

Inutile effugium.

Sed effugium iſtud perſpicua ratione occluditur illis Scoti verbis: *præſentia immenſitatis non præexigebatur præſentiæ potentiæ ſuæ, vt potentia eſt; immò potentia prius habuit terminum ſuum, quam eſſet præſentia ſecundùm eſſentiam*; ex quibus ſic argumentor.

Præcluditur. Scotus

Axioma illud Ariſtotelis, ex quo Sanctus Thomas produxit contactum Deitatis cum creaturis, non petebat præſentiam, aut contactum ſubſequentem productionem effectus; ſed eam potiùs contiguitatem exquirit, quæ rei productionem anteeat; cùmeò agens, & paſſum componi debeant ſecundùm inſtantiam, vt agens operetur in ſubſtratum; non vt coniungatur effectui poſtquam extractus eſt ab eminentia cauſæ. Sed præſentia quæ accedit Deo, vi ſuæ immenſitatis in ordine ad terminum creationis, eſt poſterior ea contiguitate, quæ Deo congruit ratione omnipotentiæ ſuæ; quia præſentia illa ad terminum creationis, cùm ſit tranſitiuus contactus, & realis coexiſtentia Dei, & entis creati, præmittit realitatem in creatura, vt à Deo attingi valeat reali, & poſitiuo illapſu. Ergo neceſſariò præſupponitur actio, à qua talis creatura petit habilitatem, vt Deo coniungi poſsit per ſubſtantialem inſtantiam; ac proinde priùs intelligitur ens creatum, vt terminans actionem Dei, quàm vt Deo actualiter coniunctum per tranſitiuam intimitatem. Quò fit, vt Deus agat prout non coniunctus actualiter, & tranſitiuè ipſi creaturæ, pro illo priori naturæ, quo cauſalitas anteuertit terminum; igitur agens in tota ſua abſtractione, prout ambit creaturam cauſalitatem, nõ exigit actualem cõiũctionem cũ producto, quæ ipſam actionem anteat.

Neruoſa oppugnatio ex Scoto.

35 Viderunt aduerſarij huius rationis efficaciam; à qua vt ſe expeditos facerent, aliam opinandi viam commenti ſunt; aſtruentes actualem Deitatis præſentiam ante creationem. Non quòd hæc præſentia ſit coexiſtentia realis ad creaturas ante illarum productionem; ſed quædam vbiquitas, realiſquè præſentialitas Dei ad ſpatia imaginaria, in quibus entia creata exiſtere poſſent. Cùm autem præſentia iſta actualis ad ſpatia imaginaria, in quibus creaturæ producendæ eſſent, antevertat ipſarum creaturarum effectionem & coexiſtentiam; ſit inde, vt de Deo, etiam operante per creationem, verificetur præſentialitas actualis ad ſpatia, in quibus actionem adire poſſet: ac proinde infertur, vt in nulla hypotheſi, operetur in remotum.

Euaſio alia de præſentia reali Deitatis inuentum imaginarium

At euaſio iſta minus etiam præſtat, in ſequentique articulo prorſus obſtruenda eſt; vbi oſtendemus, Deum actualem realemque præſentiam non nanciſci in ſpatijs imaginarijs, ſed ſolùm aptitudinalem, atque ſignatam; quæ nil aliud exprimat quàm eſſentialem ſufficientiam formalem ad coexiſtendum cuilibet coextremo contactus ſuppoſito, quòd ipſum habile ſit, vt à Dei ſubſtantia repleri queat: quæ habilitas accipitur ab operatione Dei conferente actualitatem, & poſitionem rei creatæ, ſine qua concipitur, tàm ſpatium, quàm creatura quælibet in ſpatio producibilis, omnino incapax, vt à Deo realiter attingi poſsit per ſubſtantialem illapſum; de quo preſsiùs in ſequenti articulo.

Refellitur doctrina præcedens

36 Aſſertio ſecunda: actio tranſiens Dei nec poteſt eſſe ratio aptitudinalis ſignata; nec actualis & exercita;

Aſſert. 2

di-

Stabilitur prima pars aſſertionis.

diuini contactus ad creata. Hoc aſſertum, quoad primam partem eius, quòd nimirum operatio Dei nequeat eſſe ſignata aut aptitudinalis ratio coniunctionis Deitatis ad creaturas; ſatis ſuperque conſtat ex his, quæ obſeruauimus, *num.* 27. Quia aptitudinalis illapſus Deitatis ad creata eſt neceſſaria perfectio diuinæ naturæ; atqui operatio Dei ad extra ſupponit decretum liberum diuinæ volitionis, á quo totius entis creati futuritio petitur: igitur non poteſt eſſe perfectio neceſſaria Dei, vt euidens eſt; ac proinde nec ratio ſignati & aptitudinalis contactus Deitatis ad creaturas.

Firmatur altera pars aſſertionis præcedētis.

Altera eiuſdem aſſerti pars, quòd ſcilicet actio tranſiens nequeat eſſe formalis ratio exercitæ actualiſque coniũctionis Dei cum creaturis, oſtenditur. Quia ſicut diſtinctam rationem obiecti uam refert in Deo exiſtere per eſſentiam, ab exiſtere per potentiam, vt ſupponunt omnes Theologi; ita & terminiſtarum facultatum, ſeu aptitudinum Dei ad exiſtendum in rebus creatis, formaliter diſsiti eſſe debent; cùm alia ratione iſtæ proprietates ſecerni nequeant, niſi propter terminos formales. Atqui operatio Dei eſt actus formaliter reſpondens potentiæ Dei, ſeu aptitudini illius ad exiſtendum per potentiam in rebus creatis; nequit igitur eſſe terminus formaliter reſpondens aptitudini, vel facultati illi, á qua habet Deus, vt ſit præſens per eſſentiam.

Cõfirmatio ex Scoto.

37 Confirmatur ex probatione Scoti; quia prius nacta eſt omnipotentia ſeu virtus exequutiua Dei ſuum terminum, quàm infinitas ſecundùm locum, vel immenſitas proprium terminum ſibi vendicaret; quia priùs intelligitur res extracta de non eſſe ad eſſe vi operationis Dei, quàm concipiatur vt aptum coextremum diuini contactus; vt in ſequenti articulo penitiùs enodabitur. Quia operatio Dei, ſicut anteit totam poſitionem, & realitatem entis creati, quæ ab operatione Dei trahitur; ita etiam anteuertit contactum per eſſentiam Deitatis ad creata.

Inſtatur efficaciùs quòd actio Dei non ſit formaliter ratio exercitæ obtactus per eſſentiam.

Deinde efficaciùs: ſi per impoſsibile aliquod ens à Deo nullatenus proceſsiſſet; vel non effluxiſſet immediatè à Deo, ſed mediante alia cauſa ſecunda creata; in iſta hypotheſi, licet immediatè & per locum intrinſecum tolleretur á Deo exiſtentia per potentiam in illa re, quæ à Deo producta non eſſet, auferri tamen non poſſet exiſtentia Dei per eſſentiam in tali re. Quia Deus á nullo ente ſiue participato, ſiue imparticipato, diſtare poſſet; quod neceſſariò repleret vi infinitudinis ſuæ ſecundùm locum igitur operatio Dei non eſt actus ſecundus formaliter reſpõdens quãtitati virtutis Dei, vt ſibi vendicat aptitudinalẽ ſignatamque vim ad contactum per eſſentiam.

Aſſer. 3. operatio Dei eſt conditionecẽ ſtrictè præ requiſita ad exiſtentiam per eſſentiã Scotus ☜

28 Aſſertio tertia: licet operatio Dei non ſit ratio formalis contactus per eſſentiam; eſt tamen conditio ab intrinſeco prærequiſita ad actualem coniunctionem per eſſentiam Dei cum creaturis. Hoc pronuntiatum etiam petitur ab illis Scoti verbis. ***Potẽtia prius habuit terminum ſuum, quàm eſſet præſentia ſecundùm eſſentiam.*** Quia realitas poſitiua attinet ad habilitatem coextremi attingibilis à Deitate per ſubſtantialem illapſum; ſed actio Dei eſt productio totius eſſe poſitiui creati: ergo præexigitur ad creaturam, prout ipſa eſt idoneum extremum diuini contactus. Sed actio Dei non ſpectat ad iſtã coniunctionem per eſſentiam tanquã ratio formalis, vt oſtẽſum eſt; igitur tãquã antecedens quædam cõditio: quare aſtruendum erit, productionẽ attinere ad actualem cõtactum Dei per eſſentiã in rebus creatis, nõ in genere cauſæ formalis, ſed in genere cauſæ efficientis.

Aſſert. 4. actio vt diuina importat exiſtentiam Dei in ente creato

29 Aſſertio quarta: licet actio Dei ex ratione abſtracta actionis vt ſic non inferat indiſtantiam Deitatis a rebus creatis; ex conceptu tamen quaſi contracto actionis diuinæ, vt diuina eſt, exprimit contiguitatem ad productum Hæc concluſio liquet ex dictis; quia actio Dei eſt ipſam et Deitatis ſubſtantia, cùm actio Dei ipſimet agenti increato inexiſtat; ſicut & quælibet alia creati agentis cauſalitas ipſimet agẽti creato intrinſecè apud Scotum componitur. Quidquid autem Deo ineſt, eſt ipſemet Deus per identitatem, vt per ſe notum eſt; igitur actio Dei, prout talis formaliter, præfefert quantitatem virtutis, ſeu infinitudinem ſecũdùm locũ, quæ ſit fundamentum habitudinis coniunctionis ad creaturas; cùm omnes affectiones Deitatis infinitatem ſecundũ locũ, aut

immensitatem sibi identificent. Quod autem actio Dei non distinguatur realiter ab illius substantia; agimus infra in *contr. 12. de scientia Dei dist. 2. de Scientia futurorũ absolutorũ, ar. 7 à n. mar. 50. vsque ad 52. inclusiuè*; vbi rationem expendimus, obquam exequutio exercita, vel vsus aut causalitas facultatis diuinæ exequentis nequeat esse quid creatum.

Oppositio

40 Sed obijcies; nos Scoto aduersari, qui init inficias; à conceptu diuinæ actionis contactum ad creata accipi posse.

Diluitur

Respondetur; Scotum solùm refutasse Diui Thomæ probationem, quæ agit, a ratione actionis vt sic in tota sua communitate trahi contiguitatem a passum. Si enim Sanctus Thomas huiusmodi coniunctionem Deitatis ad creaturas à conceptu actionis diuinæ, prout immensæ, seu infinitæ secundùm locum petiuisset; vsus non fuisset vniuersali illo Aristotelis axiomate de contiguitate agentis vt sic cum passo; vbi Phylosophus non meminit agentis increati secundùm vltimam rationem suæ illimitationis, aut infinitatis secundùm locum.

Oppositæ rationes enervantur, quæ contendunt, præsentiam Deitatis ab illius operatione inferri.

Ad 1. argu. ex auctoritate Pauli.

41 AD Primum argumentum ex Pauli authoritate depromptum; dicimus, non procedere de existentia Dei per essentiam in rebus creatis; sed de præsentia Dei in esse obiecti cognoscibilis. Quod vel ex ipso contextu perspicuum esse potest; vbi taxat Paulus Athenienſium cæcitatem, eò quòd aram ignoto Deo sacrassent. Quam impetens Paulus, agebat; Deum adeò ignotum non esse, immo nonostræ pervium notitiæ; cùm ex Dei operibus, quæ attrectamus, ad ipsius cognitionem, quasi manu duci possimus.

Ita appositè interpretantur hunc locum ex nostris Hugo Cauellus *in scholijs huius textus Scoti*, & Philippus Faber, *loco citato num. 49.* quibus adde Curiel *loco citato ex controu. 5. art. 2. nu. marg. 54.*

Hug. Cauellus Phi. Faber. Alph. Curiel

Expositio loci ex psal.

42 Secundus etiam ex Dauide locus minus vrget: cùm tantùm commendet infinitudinem scientiæ, & omnipotentiæ diuinæ; non verò contactum entitatiuum Deitatis ad creata aperiat. Id enim spectauit Dauid, dum ait; se nec faciem Dei fugere posse, scilicet notitiam, obtutumque Dei omnia inspicientis: nec etiam manum eius præterire; id est potestatem efficacitatem que diuinæ virtutis.

Alia elucidatio. Genebrard. Iansenius Mamanus. Alph. Curi.

Adde ex Curiele loco citato de mente Genebrardi, Iansenij, & Montani; quòd illa particula *etenim*, quæ sensum causalem præseferre videtur, hic non accipitur causaliter, sed copulatiuè pro cõiunctione, *etiam*: quia in Hæbreo habetur dictio, *Gam*, quæ non causalem, sed copulantem sensum reddit. Ita vt eò spectet præsens Dauidis oratio; tantũ abest, vt tuam subterfugere queam manu, aut faciem; scilicet potentiam, & obtutum; vt in cœlis, & inferis, tua foueat fiatque virtute.

Alia aptior responsio iuxta sensum quartæ assertionis.

Sed age; damus vocem illam, *etenim* in vtroque Pauli, & Dauidis loco causalem sensum sustinere; nihil nos premit ex dictis locis producta oppositio; fatemur enim, vt ex vltimo asserto constat, ex actione diuina, quâ diuina est, & immensa, seu infinita secundum locum petitum iri contactum, tã actionis Dei, quã ipsius Deitatis, quæ quasi subtratũ est talis actionis, cùm rebus creatis: respuimus tamen, istam coniunctionem inter Deum, & creaturas haberi à conceptu vniuersali, & abstracto actionis, vt Thomistæ contendunt.

S. Anast. Sinaita etiam loquitur de actione diuina vt infinita per ãpositionẽ ad spatium.

43 Quare ad S. Anastasium Sinaitã dicimus; etiã contactũ Deitatis ad creata ex immensitate, & infinitudine diuinæ actionis hausisse; non verò ex communi ratione actionis, prout creatam, & in creatam colligit ad vnitatem conceptus. Accipe eúdem Anastasium loco citato ex orat. 2. *Quæ est de incircumscripto*, & habetur *tom. 6. Bibliothecæ veterũ patrum, parte prima.*

Atqui dicã ego, inseparabilem esse à natura Dei energiã eius; exẽpto superiore ab istis sũpto vsus. Sicut enim fabricator

S. Anaſtaſ.

naxis cernitur in naui, & textor in pallio textili; ſic Deus in operibus ſuis. Tametſi illi vt pote mortales, & corporibus circumſcripti, ſolam energiam relinquãt vacuam ab artifice, qui operi faciendo artem adhibuit. Atq; artificẽ quidem (ſi adeſt) & cognoſcitur, prædicat opus; abſentem verò, & incognitum minimè. Sed cur ita? quia vtrumq; circumſcriptè cernitur & opus; & id vnde perfectum eſt opus. Quia verò viua eſt natura diuina, energias, id eſt operationes, habet viuentes, & ſine intermiſſione agentes; ſine ſubſtãtia autẽ nõ poteſt vllo modo prodire energia. Vbi enim energia cernitur ſimul cũ hac cernitur ſubſtãtia; ex qua prodit, vtrumque enim eſt incircumſcriptum; quã obrem omnino ſunt inter ſe inſeparabilia.

Cõcinna expoſitio mẽtis Anaſtaſij

Vbi notentur illa verba. *Vtrumque enim eſt incircumſcriptum.* Vbi cõtactũ Deitatis & actionis ſuæ ad creaturas petit Anaſtaſius, ex eò quòd Deitas, & illius operatio, ſit incircumſcripta; ac proinde infinita ſecundùm locum, & immenſa.

Reſp. ad 2. arg. & illius confirmationem.

44 Ad ſecundum argumentum; & illius confirmationẽ; patet ex dictis in 3. aſſertione. Aſſerimus enim; operationẽ Dei circa creaturas præmitti ad tranſitiuam præſentiam; non tãquã rationẽ formalẽ cõtactus; ſed tanquam cauſalitatẽ principij efficientis, quod producit extremum poſitiuum, ac proinde idoneũ ad contactum.

Emendatio arg. 3. de actione Dei immẽſa, vel infinita ſecundum locum.

Ad tertium argumentum; dicimus; actionem Dei eſſe ipſammet Deitatis ſubſtãtiam. Quando autem ſubſumitur; ergo ſi Deus eſt per ſuam actionem in rebus; etiam erit in illis per ſuam ſubſtantiam. Reſpondetur; Deum ea ſola ratione exiſtere in creaturis per ſuam ſubſtãtiam, (in quantùm colligi poteſt ex vi operationis) qua ipſa actio exiſteret in rebus, quas attingit. Et quia actio (præciſa ratione immenſitatis) tantùm eſſet terminatiuè in ſuo producto, non autẽ intrinſecè, & per localem indiſtantiam; ita ſubſtantia Dei agentis, prout agens eſt formaliter (præciſo immenſitatis cõceptu) ſolùm eſſet in creaturis terminatiuè: quatenùs ad illas terminaretur per efficiẽtiam, nõ autem per intimum cõtactum; quia hic ad efficientiam nõ exigitur, vt cõſtat *ex 1. ar.* Vnde actio Dei, vt immẽſa, ac infinita ſecũdũ locum (vt potequæ ſit ipſe Deus) cõtactu ſubſtantiali omnia creata attingit; nõ autẽ vt actio eſt in tota ſua abſtractione, & quatenùs cauſalitas agentis vt ſic.

Ad 4. arg. actio Dei ex ratione abſtractionis nõ eſt fũdamentum præſentiæ

45 Ad quartum argumentum; cõcedimus; illam formam eſſe rationem ſufficiẽtalem habitudinis vnionis, ſiue cõiũctionis formalis quarũ entitatũ inter ſe; quæ eſt ratio formalis cõtactus actualis, ſeu vnionis exercitæ; vt conſtat in quãtitate molis, qua mediante corpora coniũguntur mathematico cõtactu, vt ſupponit argumẽtum. Negamus tamen actionem trãſeuntem Dei eſſe quãtitatem virtutis, aut rationem formalẽ indiſtantiæ Deitatis à creaturis; quia vt cõſtat ex dictis, ſola infinitas ſecundũ locũ, ſiue immenſitas, eſt in Deo talis quãtitas virtutis, quã media cõiũgitur creaturis per illapſum, & contactum ſubſtantialẽ, ſicut quãtitas molis eſt ratio mathematici contactus.

Ad cõfir. eli ditur ad hominẽ in contactu ſubſtãtiali Deitatis cũ ſubſtãtia ſpirituali

46 Ad confirmationem; reſpõdetur, multa falſa involuere; in primis enim ſupponit dari in Deo actiones trãſeũtes ita vt ad paſſum trãſeant, & illi adhęreant; quòd in ſententia Scoti nõ admittitur; cùm omnis actio inexiſtat agenti. Deinde inſufficiẽter procedit; dum cõtẽdit, actionem corporalem Dei, quæ nimirum in paſſo materiali recipitur, eſſe rationẽ cõtactus Dei ad creata, eòquòd ſola corporalis actio à loco, ſitualibuſq; conditionibus pẽdeat. Quod ſi eſſet verũ, neceſſariò inferretur actionẽ ſpiritualem Dei, quæ in paſſo immateriali recipitur, nõ præſtare ad rationem contactus localis cũ creaturis ſpiritualibus: eò quòd immaterialis actio per ſe nõpẽdeat à loco, & ſitu, ſicut nec ſubſtãtia ſpiritualis, quã afficit: quò fieret, vt præſentia Dei in creaturis ſpiritualibus ex alio principio petẽda eſſet, & non ex operatione, quod eſſet apertè à S. Tho. ſcholà deficere. In noſtra verò ſententia nõ vrget propoſita obiectio; quia actio Dei ſiue quæ ſpiritualia, ſiue quæ corporalia attingit, eſt ipſamet ſubſtantia Deitatis cum connotatione effectus, qui à Deo profluit; quare nullam exprimit dependentiam à conditionibus ſitualibus.

ARTICVLVS III.

Vtrùm Deus actu existat in spatijs imaginarijs?

SVMMARIVM.

Sententia affirmatiua expenditur. Numer. 5.
Eadem rationibus suadetur. Numero 7.
Scoti textus, & eius explanatio. Nume. 15.
Fundamenta ad veram sententiam, vbi & loci natura discutitur, Nu. 18.
Necessitas spatij imaginarij ad constituendam loci immobilitatem; explodi tur. Nu. 21. & 22.
Scoti sententia rationibus fulcitur. Nu. 25.
Oppositæ probationes infringuntur. N. 35.

ensus quæ ſtio.

1 MAlè torquet aduerſarios acris illa, ac neruoſa Scoti oppoſitio; de creatione mundi ſine præuia cõtiguitate, aut cõtactu Dei ad illud ſpatium, in quo vniuerſum productum extat. Quã vt euaderet aliqui recẽtiores, excogitarũt; Deum actu exiſtere in ſpatijs imaginarijs extra mũdũ: & ante vniuerſi creationem præextitiſſe in illis ſpatijs, imaginarijſque interuallis, quæ de facto occupãtur a mole vniuerſi. Ita ex neoteri cis Thomiſtis quàm plures, *Caietan. in illud Ioannis 12. ego lux veni in mũdũ Molina 1. par. q. 8. art 1. diſp. 3. Suar. in ſua metaph. diſp. 30. ſect. 7. à num. 29. & deinceps. Curiel controuerſ 5. artic. 4. numer. 22. Petrus Arrubal 1. p. q. 8. artic. 1. diſp. 11. capit. 6. num 24. Ambroſius Machinus, 1. part. diſput. 13. ſect. 2.*

pinio recẽ orũdeactu liexiſtẽtia Dei in ſpatijs imaginarijs.

Caietanus. Molina. Suarius. Curiel. Arrubal.

Machinus.

Pro hac ſententia citat Curiel Aureolum *in 1. ſentent. diſp. 37. art. 3. §. Tertia quoque inquiſitio eſt.* Sed opinor, Aureolum iſti placito non ſuffragari, ſicut nec illud tutari aliquem ex antiquis Theologis; ac proinde eſſe nouum inuẽtum ad eludendam vim rationis Scoti. Quòad Aureolum verò oſtendo, imaginarij ſpatij nunquam meminiſſe; vt conſtat ex his, quæ tradit loco citato; his verbis.

itatur Curiel in Aureol. o ſententia ace dente

Mens Aureoli de præſentia Deitatis in creaturis

2 *Immenſitas Dei non debet intelligi per modum magnitudinis diſtenſiuæ, vt impleat omnia ſecundùm longam, latum, & profundum; quia tales dimenſiones ſpectant ad genus quantitatis, à quo Deus ſimpliciter eſt abſtractus. Nec per modum magnitudinis intenſiuæ; eo modo, quo albedo purior dicitur maior; quia talis magnitudo intenſiua exprimitur per infinitatem, quæ non habet aſpectum aliquem ad loca, ſicut immenſitas. Vnde aliud attributum eſt immenſitas ab infinitate, quæ exprimit huiuſmodi magnitudinem infinitam; debet ergo intelligi immenſitas in ordine ad locum, & ad cuncta creata. Non habet autem aliquem ordinem poſitiuum: quia nec præſens eſt locis præſentialitate propinquitatis, aut ſimultatis, ſiue coexiſtẽtiæ, nec abſens eſt abſentia diſtantiæ; ſed eſt omnino indiſtans, & per conſequens non abſens.*

Deus eſt in diſtãs ſolũ a loco facto ſed factibili apud Aureolum.

3 *Vis ergo illa, per quam impoſſibile eſt Deum abſentari, aut eſſe diſtantẽ ab aliquo loco; immò per oppoſitum, vis, qua neceſſe eſt Deum eſſe non abſentem omnibus locis, & indiſtantem, vocatur immenſitas; includendo infra omnem locum, non ſolũ facta, immò factibilia, etiã in infinitum. Et ſecũdùm hoc imaginari Deum immenſum; eſt ipſum apprehendere, vt neceſſariò nõ abſentem, aut indiſtãtem cum loco factibili, vel facto.*

Deus de ſenſu Aureoli nõ exiſtit actu in vacuo imaginario.

4 Vbi Aureolus; cùm poſitiuũ Dei ad creaturas cõtactum oppugnaſſet; aſtruit, Deo ineſſe vim quãdam, vt omnẽ ambiat locũ factũ, & factibilẽ. Cũ autẽ ſpatiũ imaginariũ nec à Deo factũ, nec factibile ſit (cũ apud oppoſitæ opinionis aſſertores, non ſit poſitio aliqua, quæ verã cauſalitatẽ aut productionẽ terminare poſsit, ſed mera negatio nõ repugnãtiæ replebilitatis à qualibet entitate creata, vel increata) fit inde, vt perperã pro hac ſententia citetur Aureolus.

Vaſtitas imaginaria nõ eſt producibilis nec anihilabilis

Præterea; quia id, quod à Deo producibile eſt, ab ipſo etiam deſtrui poteſt negatio autẽ nõ repugnãtiæ ad replebilitatem, quam refert ſpatium imaginarium, nec de abſoluta Dei potẽtia apud aduerſarios tolli poteſt; ſicut nec deſtrui negatio nõ repugnantiæ ad eſſendum, quam importat ens poſsibile. Cũ igitur apud Aureolum, immenſitas ambiat factibile ſpatium; manifeſte ſequitur Deũ

in imaginario intervallo nõ existere; cũ hoc nec factibile, nec destruibile sit à Deo.

Cicinna interpretatio mentis Aureoli.

Vnde æstimo, quòd Deum non absentari à loco factibili, iuxta phrasim Aureoli; nil aliud indicat, nisi aptitudinalem coniunctionem Deitatis ad factibilia, de qua *in artic. præcedenti, à numer 23. vsque ad 28.* Seu vim Deitatis vt distans esse nequeat à qualibet positione, non solùm facta, sed etiam factibili; accedente effectione talis rei, quæ illam extrahat ab statu possibilitatis. Vnde non loquutus fuit Aureolus de coniunctione Deitatis ad spatium imaginarium, in quo producendus esset terminus; sed de coniunctione ad terminum actionis; quæ contiguitas in statu possibilitatis, tantùm vt iet esse signata, & non exercita, coniũctio de quo adi, *art. præcedentem, num. marg. 34.*

Exactio placiti rectioris de actuali præsentia Deitatis in spatijs imaginarijs.

5 Suam verò opinationem, ita expendunt oppositi placiti assertores; constituentes, quòd quando autumant Deum actu existere in spatijs imaginarijs; cõtactum, aut illapsum Deitatis ad huiusmodi spatia nõ pronũtiãt, sicut nec coexistẽtiam. Cùm omnes hæ habitudines cõnotent positionem in altero coextremo talis præsentiæ; imaginarium verò spatium sit mera negatio realis; enodãt tament istam Dei vbiquitatem in spatijs imaginarijs per analogiã ad corporalem vbicationem. Sicut enim corpus asseritur verè realiter, & actualiter replere interuallum illud, quod est intra ambitum superficiei concauæ locãtis; & tamen spatium illud corpore repletum positio nõ est; (aliàs enim daretur dimẽsionum penetratio, ita vt corpus locãs illaberetur in corpus locatũ, aut è cõtra:) nec tamẽ ex hoc, quòd interuallum intra latera superficiei circũdãtis interceptũ, sit mera negatio; infertur, natum nõ esse, vt à locato corpore queat realiter impleri, aut quòd cõnotatum realis præsentiæ esse nõ valeat. Ita pari ratione, imaginarium spatiũ, licet sit mera negatio, habile tamen astruitur vt connotatum esse queat præsentiæ Dei illud replentis per suam quantitatem virtutis; estò quòd aptum nõ sit; vt coextremum coexistentiæ, illapsus, contactus, aut intimitatis transitiuæ, esse valeat.

Expeditur analogia ad præsentiam quãti corporei in spatio imaginario

Quare, sicut ex hoc, quòd à corpore locato auferãtur in vacuo, ambiẽtia, & circumscribẽtia corpora, nõ tollitur absoluta & intrinseca vbicatio ad spatiũ seu interuallum, quod occupat. Ita ex hoc, quòd Deus ante creationem, & modo etiã extra vniuersum, nõ referat habitudinem ad creaturas, quibus coexistere posset; licet tale nõ esse extremi creati, & positiui, remoueat positiũ cõtactum, & intimitatem trãsitiuam ob carentiam extremi realiter attingibilis à Deitatis substãtia, nõ tamen tollitur absoluta & intrinseca vbiquitas Dei, seu præsentia eius ad spatia imaginaria.

1. ratio ex authoritate Augustini.

6 Et suaderur ista sententia primò authoritate S. Augustini. 11. *de Ciuitate Dei, cap. 5. asserentis. An forte substantiam Dei vbique totam, à tantis locorũ extra mundum spatijs absentem esse, dicturi sumus; vt in vno tantùm, atque comparatione ipsius infinitatis tam exiguo loco, in quo mundus est, occupatam? Non opinor, eos in hæc vaniloquia pregressuros.*

S. Augusti.

Cõfirmatur S. Hierony.

Deinde, authoritate. Hieronymi in Isaiam tom. 6. *Ne arbitremur cœlo, & terra, Dei magnitudinem metiendam; in alio enim loco legimus Isaiæ 40. Qui tenet cœlum palmo, & terram pugillo; per quæ ostenditur Deus, & forinsecus, & intrinsecùs infusus, & circumfusus.* Vbi Hieronymus præsentiam Deitatis extra vniuersum firmare videtur.

Arguitur quatenus ad præsentiam absolutã & intrãsitiuã nõ exigatur realitas positiua in extremo connotato.

7 Deinde ratione: quia si ob aliquid Deus actualiter non repleret, vi illimitationis suæ secundùm locum, imaginaria spatia, quæ extra vniuersi ambitum considerantur; maximè quia illa spatia essent merum nihil, aut quid à consideratione nostra confictum.

Sed necessarium non est ad absolutam præsentiam, ob quam res dicitur esse in hoc spatio absolutè, & sine habitudine ad contactum alterius; quòd illud spatium sit aliquid reale; ergo similiter ad præsentiam absolutam Dei, quæ sine contactu alterius extremi concipitur, necessaria non erit alterius extremi positio, cùm Deus realiter non illabatur in tale spatium; sed præstabit tale interuallum apprehendere ad instar cuiusdam vacuitatis aptæ repleri à Dei substantia.

Probatur ex præsentia corporis in vacuo

Probatur minor, quòd scilicet ad realem, & absolutam præsentiam non exigatur intervallum aut spatium positiuum, cui entitas locata coexistat; quia corpus in vacuo referret proprium, & intrinsecum modum absolutæ præsentiæ, quamvis non vendicaret habitudinem ad corpus ambiens; ergo similiter ad hoc quòd asseratur Deus verè & absolutè spatio inexistens, sine habitudine, & contactu alterius entitatis, non requiritur aliquid præter Deum existere.

Cõfirmatur ex præsentia reali corporis Christi in cælo.

Confirmatur; quia de facto corpus Christi Domini post Ascensionem est extra totum vniuersum, nam pedes eius existunt supra conuexum vltimæ sphæræ; & nihilominus dicitur Christus occupare spatium, præsentiamq; præferre propriè, & riguosè loquendo, vi cuius existit hic, & nõ alibi Quamuis ibi non sit aliquod reale spatium distinctum ab ipsà humanitate Christi Domini, cui coexistere possit, sed solùm inanitas quædam, & vacuitas imaginaria: ergo similiter non quæritur spatium reale à Deo realiter condistinctum, vt Deus in illo actualiter existat.

Argui. ex præsentia cuiuslibet corporis actu repletis intervallũ imaginariũ

8 Tertiò; id aperitur in qualibet præsentia corporis, etiam intra vniuersum existentis; nam locatum propriè dicitur occupare spatium, & intervallum illud, quod est intra latera superficiei concauæ ambientis. Atqui intervallum illud, quod occupatur à locato, nõ est aliquid realiter positiuè distinctum ab ipso locato; aliàs enim daretur naturalis penetratio dimensionum in eodem spatio: ergo illud intervallum, siue spatium est quædam imaginaria inanitas; & nihilominus in tota sermonis proprietate asseritur, locatũ replere realiter tale spatium, licet non sit aliquid positiuũ reale: ergo similiter, esto quòd spatia imaginaria non sint aliquid positiuè distinctum à Deo, illa Deus actualiter implet.

Vera solutio

Si occurras; quòd per spatium repletum corpore locato, accipi potest aptitudo illa, quæ inest lateribus superficiei concauæ ad continendum, & circumscribẽdum locatum; in quo sensu verum habet, locatum occupare spatium illud loci. Si autem spatium indicet imaginariam distantiam, quæ cõtinetur intra latera superficiei locantis corpus contentum; falsò astruitur, corpus locatum talem vacuitatem implere; cũ id quod sola mẽtis functione subsistit, realiter repleri non valeat.

Impetitur ab aduersariis

Cõtra sic: quia corpus non solũ impedit, ne aliud sit intra latera superficiei circũdãtis, sed etiam obstat ne repleat spatium, aut distãtiam, quæ intercipitur intra concauitatem superficiei: igitur locatum, nõ solũ occupat actualiter latera superficiei ambiẽtis, sed etiam spatium interceptum.

Cõfirmatur ex hypothesi quod Deus anihilaret aquã in vase contentã.

9 Præterea, si Deus anihilaret aquã contentam in vase, & nõ substitueret aliud corpus pro aqua anihilata; posset dici in toto rigore & proprietate de spatio illo intercepto intra latera vasis; nũc incipit esse vacuũ, sine carere corpore replẽte: ergo antea spatiũ illud erat actualiter & realiter plenum.

Vrgetur vacuitio, anihilato vase, vt remanente aqua in eodẽ spatio

Vel è contra: destruat Deus vas circundans aquam; & non substituat loco vasis aliquod corpus, quod ambiat aquam; insuper contineat aquam, ne diffluat. Tũc esset verum dicere, aquam replere spatium, quod erat intra latera vasis; & tamen in ista hypothesi, non esset aliqua superficies concaua, quæ occupari posset à corpore locato. Ergo ad actualem præsentiam & repletionem loci non exigitur, quòd sit aliquid positiuum realiter condistinctum à locato: cũ præstet distinctio realis negatiua ab spatio negatiuo; qualis est illa, quæ intercedit inter ens, & non ens; igitur, non eò Deus non implet actualiter spatia imaginaria, quòd aliquid positiuum non sint, sed mera negatio.

Arg. 4. exto quod Deus operari queat extra vniuersum.

10 Arguitur quartò: quia Deus potest operari extra vniuersum absque aliqua ipsius Dei mutatione, vt perspicuum est; atqui præexigitur ad actionẽ præsentialitas operantis ad spatium, in quo agere debet: ergo Deus nanciscitur actualem vbiquitatem ad spatia imaginaria, in quibus actionem adire valet; aliàs enim mutaretur Deus, dum fieret de non præsente, præsens, & coniunctus ad talia spatia.

Resp. ad argum.

Si autem respondeas; istam præsentialitatem esse denominationem quamdam extrinsecam accedentem Deo à termino creationis; ac proinde totam mutationẽ se tenere ex parte creaturæ, & non ex parte Dei.

Instatur quia mutaretur Deus dum desset esse præsens, si egeret extra vniuersum.

Contra sic: quia illæ tantùm sunt adventitiæ, & extrinsecæ denominationes in Deo, quæ illi cõgruũt ex creaturarũ

ac-

accessu, siue ex positione extremi creati; sed præsentia non accedit Deo à positione termini creati, cùm potiùs sit conditio essentialiter prærequisita ante creationem, & terminum eius positum in re. Cùm istam Dei præsentialitatem petat Sanctus Thomas ab illo axiomate Aristotelis; *agens, & passum, debent esse simul*; quod non procedit de contiguitate consequente, sed antevertente actionem. Igitur ista præsentia petit fundamentum à sola immensitate Deitatis, seu infinitudine illius secundùm locum; cùm non imitatur creaturæ, quæ posterior accedit. Ergo si Deus adiret transitum de non esse præsentis ad esse præsentis in spatijs imaginarijs; Deus mutaretur intrinsecè; cù denominatio vbiquitatis & præsentiæ intrinseca sit Deo, & quæ ab obiectiua, vel reali creaturarum mutatione fundamentùm expectare non possit.

3. oppositio ex hypothesi quòd creet Deus alium mũdũ ab isto distans secundùm locum.

11 Quintò; creet Deus alium mundum ab isto disitum secundùm locum; quod nemo ibit inficias; nam licet inter vtrumque non assignaretur aliquod intervallum, aut distantia positiua, dari tamen posset non propinquitas siue distãtia negatiua. Tum etiam, quia si Deus crearet inter hunc, & illum mundum, aliquod aliud corpus medium, tunc daretur vera realis, & positiua distantia inter vtrumque mundum; ergo, si destruat postea Deus corpus interceptum à duobus mundis, vtroque permanente in eodem spatio, remanebit illa distantia, siue inanitas, quæ antea erat plena corpore illo medio.

Insistitur oppugnationi quia Deus haberet præsentias discretas

Quò supposito tunc sic: vel igitur Deus est præsens vtrique mundo inter se distanti, & non medio intercepto; aut medio etiam inexistit? Si existit in medio imaginario; habetur intentum. Si autem est in vtroque mundo discreto secundum locum, & non in distantia imaginaria; nanciscetur Deus duas disitas præsentialitates; ac proinde esset à se ipso discretus; quod est cõtra omnimodam illimitationem, & simplicitatem diuinæ naturæ: cùm etiam repugnet Angelo propter eius vnitatem, & simplicitatem, sibi asciscere duas præsentias naturales discretas, ita vt existat in extremis, & non in medio.

12 Arguitur sextò; quia si Deus tantùm esset actualiter præsens in spatijs realibus; sequeretur, quòd posset moueri localiter peraccidens ad motũ vniuersi, sicut moueri posset Angelus cõiunctus alicui corpori ad motum corporis. Sequela probatur, quia moueat Deus totum vniuersum localiter ad aliã distãtiam imaginariã, tunc ad mũdi motum mutaretur localiter peraccidẽs ipse Deus; quia adiret mutationẽ localem peraccidẽs, nil aliud est, quã trãsire de hoc spatio ad illud, ad mutationẽ alterius, cui se cõiungit, id quod per accidẽs mutatur secundũ locũ. Sed Deus desineret esse in hac distantia, in qua mundus modo existit, cũ solùm inibi remaneret quædam imaginaria vastitas; & inciperet esse Deus in illa distantia de nouo repleta à mũdo: igitur peraccidens mutaretur localiter ad motum mundi, quod est absurdum.

6. ratio; si Deus nõ esset actu in vacuo imaginario, sequeretur quòd posset Deus mouere localiter ad motũ vniuersi.

13 Septimò: quia vnumquodq; corpus ratione suæ extensionis formalis occupat spatium sibi adæquatum; vnde si daretur corpus infinitum impleret infinitum spatium: ergo similiter Deus ratione suæ quantitatis, & extensionis virtualis replet sibi adæquatum, & proportionatum spatium. Ideo enim infinitas Dei secundũ locum appellatur virtualis, siue eminẽtialis extẽsio, quia non est formalis quædã, & materialis latitudo; & tamen præstat virtualiter, & per eminentiam, quid quid materialis extensio confert in ordine ad locum, sublatis imperfectionibus. Sed totũ vniuersum non est adæquatum spatiũ immẽsitatis diuinæ; ergo replet Deus actualiter infinities infinita spatia imaginaria.

7. arguitur cò quòd spatiũ reale nõ sit adæquatũ cõnatũ immensitatis.

Confirmatio ex infinito mũdi corpore rea occupãtis infinitũ spatium.

14 Præterea: quia si Deus crearet infinitam molem quantitatiuam; occuparet infinitum spatiũ, vt de se notum est. Sed tunc nõ impleret latera alicuius superficiei ambientis, aut circumscribẽtis vastitatem illam illimitatam; quia infinitum non valet circumdari à corpore locante, sicut nec terminari, & figurari potest. Igitur diceretur propriè occupare infinitum spatium imaginarium; quod non esset aliquid positiuum ab infinito corpore realiter disitum; ac proinde poterit Deus ratione suæ extensionis, & quantitatis virtualis infinita spatia ambire, licet non sint positiuè à Deo cõdistincta.

15 Vltimò tandem; Ambrosius Machinus vrget spatij imaginarij,

Vltimò ex Aſchinas arguitur pro neceſſitate ſpatij imaginarij, quæ trahitur à loci immobilitate.

neceſſitatem ab immobilitate loci: quæ nullatenus concipi poſſet, non apprehenſis punctis imaginarijs immobilibus, per reſpectum ad quæ loci affixio, & immobilitas ſpectaretur: cùm vbicationis immobilitas à ſubiecto peti non valeat, quod eſt capax motus localis.

Reſpõſio vera.

Si dicas; immobilitatem vbicationis concipi per ordinem ad polos, & centrũ mundi creati.

Impugnatur ab aduerſarijs.

Contra; inſtat prædictus author; ſi Deus anihilaret mundum, ſuperſtitibus duobus corporibus immotis, quæ antea per mille leucas diſtarent. Tunc illa vbicatorum diſtantia metiri non poſſet per habitudinem ad polos, & centrum; ſed tales vbicationes propriam vnitatem ſpecificam, & numericam retinerent, quam ante mundi anihilationem referebant: igitur & de facto illarum præſentialitatum affixio, & immobilitas, à centro, & polis, non accipitur; ſed à punctis immobilibus imaginarijs, quæ nulli phyſicæ immutationi ſubiaceant.

Textus Scoti, ex 1. ſentent. diſtinct. 37. quæſtion. vnica §. Et ſecundum hoc videtur tenenda, ſub numer. marg. 4.

15 *CONfirmatur etiam: quia ante mundi creationem non eſt imaginandum vacuum infinitum, quaſi ibi fuerit priùs præſens Deus ſecundùm eſſentiam, antequam produceret mundum; immo non vt alicubi præſens Deus ſecundùm eſſentiam fuit potens facere mundum. Sicut igitur ibi præſentia immenſitatis, non præexigebatur præſentiæ potentiæ ſuæ, vt potentia eſt; immo potentia priùs habuit terminum ſuum, quàm eſſet præſentia ſecundùm eſſentiam: ita videtur modo, quòd non oporteat præintelligere Deum in aliqua parte vniuerſi, vt ibi aliquid cauſet; ſed magis, quaſi è conuerſo, priùs ſit ibi ſecundùm potentiam, vt ibi aliquid cauſet. Et tunc licet per impoſſibile non eſſet ibi priùs ſecundùm eſſentiam, poſſet tamen ibi cauſare.*

Scoti mens perſpicua. Scotus

Ex reportatis, in 1. ſentent. diſtinct. 37. quæſt. 2. §. Ad primam quæſtionem, ſub n. marg. 3. editionis Cauelli.

16 *ITem, ante creationem vniuerſi nõ magis fuit Deus, vbi non eſt vniuerſum; quã vbi eſt vniuerſum; ergo tũc cauſauit, nõ vt alicubi præſens ſecundùm eſſentiam: igitur ſic poteſt modo cauſare.*

Scotus

Item impoſſibile eſt, quòd poſt contradictorium ſit aliud verum ſine quacunque mutatione: ſed cùm Deus creat creaturam, verum eſt, nunc ipſum eſſe præſentem per eſſentiam, priùs non fuit verum: igitur per aliquam mutationem eſt præſens per eſſentiam non per mutationem Dei; igitur per mutationem illius, cui eſt præſens. Sed illud non mutatur ante quam creetur; igitur priùs intelligitur Deus præſens per potentiã, quàm per eſſentiam.

Optima ratio Scoti de trãſitu Dei dicõ eſſe ad eſſe præſentis per creationem.

17 Vterque Scoti textus ſatis apertus eſt; ille autem, qui à reportatis accipitur, videtur penitiùs ſuppeditare rationem; cur omnipotentia, ſeu facultas exequens Dei, priùs intelligatur cũ terminatione ad proprium obiectum, quàm immenſitas. In neutro tamen loco probat Scotus; Deum tranſiſſe de nõ eſſe præſentis ad ſpatium ante creationem vniuerſi, ad eſſe præſentis poſt vniuerſi productionem.

Breuiarium vtriuſque literæ Scoti.

Cùm autem Scoto in more ſit, proprias argumentationes validis inſtantijs communire; & in præſenti illũ tranſitum de non eſſe præſentis ad eſſe præſentis ſine probatione aſſumat: id vel perſpicuè oſtendit; antiquis Theologis huiuſmodi præſentiam Dei in locis imaginarijs, nec in mentem veniſſe; ſed nouiſsimè à Thomiſtis excogitatam eſſe, vt cõtiguitatẽ agentis, & paſſi, Scoti argumentatione expugnatam, quoquo modo ſubleuarent, quæ ſine præſentia

Actualis præſentia Dei in vacuo imaginario eſt nouũ inuentũ neotericorũ ad euadẽdũ acumen probationis Scoti

Dei

Dei in spatijs imaginarijs omnino proteritur.

Fundamenta ad veram sententiam, vbi & natura loci discutitur; & ostenditur contra Vazquium, immobilitatem loci non trahi à punctis imaginarijs.

Expenditur natura loci extrinseci & intrinseci.

18 CÆterùm ad exactam huius controuersiæ decisionem, in quâ existentia Dei in spatijs imaginarijs expenditur, & ob doctrinæ consequentiam existentia cuiuslibet corporis in imaginario etiam intervallo attingitur; expediens est, vt contractiori calamo ea percurramus, quæ in physicis disputationibus de natura loci extrinseci, & intrinseci exaraumus.

Quis sit locus extrinsecus? Aristoteles.

Et priùs pro loco extrinseco; ad notandum est ex illius definitione, quâ tradit Aristoteles 4. physicorum, & expendit Scotus *in 2. sentent. distinct. 2. quæst. 6. §. Exponendo autem ista per ordinem, num. margin. 7. Quòd nimirum locus est vltimum corporis continentis immobile primum*. Ex qua diffinitione colligitur, quòd locus extrinsecus claudit tria in sua essentiali & obiectiua ratione. Primùm, est superficies concaua corporis locantis. Secundùm, relatio cõtinentiæ superficiei concauæ locantis ad superficiem conuexam corporis locati; sine qua superficies non cõcipitur in ratione loci; licet enim superficies, dum non adit actualem continentiam corporis locati, & circumscripti, asseri queat locus aptitudinalis, propter signatam circumscriptionem alterius corporis: sed actu lõcus non est, nisi quando actualiter infert habitudinem continentiæ ad locatum. Tertium, quòd spectat ad rationem loci extrinseci; est vbicatio seu præsentialitas ipsius superficiei concauæ actualiter ambientis locatum. Sine qua vbicatione, locus extrinsecus nullatenus concipitur in ratione immobilis, ac proinde nec in ratione loci; cùm immobilitas sit de vltimo loci conceptu. Quæ immobilitas, prout ab vbicatione superficiei locantis accipitur, in hoc posita est; quòd locus, prout talis, essentialiter claudat vbicationem superficiei actualiter continentis prout hic; ita vt localiter mota superficie ad motum corporis locantis, & tamen immoto subsistente locato, nõ possit locus moueri localiter. Quia licet adeat motum aliquid loci (nimirum superficies concaua) non tamen mouetur vbicatio, seu præsentialitas eiusdem superficiei, quæ tantùm erat locus prout hic circundans locatum, seu quatenùs substratum huius vbicationis; qua destructa ad motum superficiei perit locus, non verò mouetur. Sic acutè rem enodauit Scotus loco citato, *ex 2 sentent dist. 2. quæst. 6. num. marg. 9.* Vbi ait.

Subtilis philosophia Scoti de naturâ loci extrinseci.

Scotus

19 *Sic dico in proposito, quòd locus est immobilis per se, & per accidens localiter; est tamen corruptibilis moto subiecto localiter, quia tunc amplius nõ manet in eo illa relatio. Et tamen non est corruptibilis in se, & secundùm æquiualentiam, quia necessariò succedit illi corpori, in quo fuit ista ratio loci, aliud corpus, in quo est alia ratio loci numero à præcedenti; & tamẽ eadem præcedenti secũdùm æquiualentiam per cõparationem ad motum localem.*

Tria claudit locus extrinsecus. 1. superficiẽ concauam

2. relationẽ cõtinentiæ actualis.

20 Vbi nomine relationis, quæ destruitur ad motum superficiei concauæ, intelligi potest; vel relatio actualis continentiæ, quæ desinit esse, dum superficies per motum localem à locato seiuncta, amittit actualem continentiæ respectum. Vel intelligi etiam potest nomine relationis; ipsa vbicatio superficiei, quæ appellatur ab Scoto relatio extrinsecùs aduenies; quæ vbicatio, mota localiter superficie, etiã destruitur; quã ob rem locum vocat Scotus corruptibilem, moto localiter subiecto.

Cõmentarius ex dictis præmissis.

3. vbicatiõ superficiei cõcauæ

Ex quo sequitur; locum extrinsecum ex formis diuersorum prædicamẽtorum cointegrari, quæ ad vnius constitutionem non componuntur; ac proinde esse ens peraccidens. Quia licet relatio continentiæ, & etiam præsentialitas seu vbicatio componantur superficiei concauæ, tanquam proprio materiali, & subiecto; attamen relatio continentiæ, & præsentialitas, non adeunt coniũ

Locus extrinsecus est ens per accidens ex aggregatiõ quodammodo de mente Scoti.

ctio

ctionem inter se. Quò fit; vt locus extrinsecus, prout ex his tribus nimirum superficie concaua, relatione actualis continentiæ, & vbicatione coalescit; sit merum ens peraccidens, vel aggregatũ quoddam.

21 Expensa natura loci extrinseci, & immobilitate eius; restat etiam, vel breuiter apetire loci intrinseci, scilicet vbicationis, immobilitatem; quàm quia aliqui neoterici accipiunt ab habitudine ad puncta imaginaria, ideo realem præsentiã entis in spatijs imaginarijs asseuerant. Quia tamen nos de Scoti mente, similem imaginariam extensionem cum punctis eius explodimus; ideo immobilitas loci ab imaginarijs punctis petita nobis probari non potuit: sed ea tantùm, quam insinuat Scotus loco citato *ex 2. sent. dist. 2. q. 6. §. Vltra autem istam continentiam nume. marg. 7.* Vbi docet.

Explanatio naturæ loci intrinseci.

Addit locus immobilitatem, quæ distinguitur à vase, secundùm Phylosophum 4. physic. quã immobilitatem visi sunt diuersi diuersimodè salvare per respectum ad polos, & ad centrum.

Scotus

Vbi Scotus vbicationis, & loci immobilitatem à centro terræ, & polis mũdi peti autumat.

Loci immobilitas apud Scotũ spectatur per respectũ ad polos & citrà Stittis Vazquij de immobilitate loci per habitudinẽ ad puncta imaginaria.

22 Quare inconsequenter videtur processisse Vazquez qui *1 parte, disput. 29. cap. 3. numer. marg. 15. & capit. 5. numer. 28.* Astruit; distantiam vbicatorum, immò & essentiam loci, illiusque immobilitatem per respectum ad puncta fixa imaginaria metiri. Cum tamen ipse author, in eadem disputatione per totam, multus sit in oppugnatione præsentialitatis, siue existentiæ rei in spatijs imaginarijs; quàm omni enti, siue materiali, siue spirituali, siue creato siue increato denegat, eò quòd spatia imaginaria sint merũ nihil: ac proinde esse in spatijs imaginarijs, sit in nihilo existere.

Videtur Vazquius deficere à consequentia doctrinæ

Quæ, quantùm inter se cohæreant, vel cuilibet perspicua esse possunt; quia si non repugnat vbicatio, immobilitatem (quæ est de quidditatiuo eius conceptu, quatenus vbicatio essentialiter est ratio, & forma præsentis, prout hic, & non alibi,) à meris figmentis, qualia sunt puncta imaginaria, expectare, adeo vt tota essentia vbicationis, prout immobilis, sic habitudo ad talia puncta fictitia; quidni præsentialitas ipsa ad spatium imaginarium realiter referatur? Ita vt constituat vbicatum per ordine ad imaginarium interuallum. Cùm enim formalis effectus vbicationis sit esse præsens realiter; etiã fiet, vt locatũ quà realiter præsens, referatur ad spatium imaginarium, prout illud claudit pũcta fixa imaginaria, sicut realis ac positiua extensio continet puncta realia, & positiua.

Deinde; puncta imaginaria extenùs metiuntur immobilitatem vbicationis; quatenùs vbicatio exprimit maiorem vicinitatem, aut distantiam realem ad talia puncta. Quia, sicut immobilitas præsentialitatis est vera & realis; ita propinquitas & distantia ad huiusmodi puncta, realis esse debet. Sed respectus propinquitatis, & distantiæ, sunt habitudines præsentiæ; igitur vbicatio, prout essentialiter est præsentialitas, refertur ad puncta fixa imaginaria: ac proinde & vbicatum, quod est effectus formalis vbicationis, etiam exprimit præsentiam ad spatia imaginaria; quod ex diametro pugnat cũ doctrina eiusdem Vazquez.

Vrgetur ratio ad hominẽ citrà Vazquiũ: quòd immobilitas imbibat habitudinẽ propinquitatis, aut distantiæ.

23 Si autem occurras pro Vazquio; non esse inconueniens, quòd formæ reales ad negationes, & entia rationis, terminẽtur; vt cõstat de actibus intellectus, qui tendũt in obiecta negatiua, & fictitia, quæ exprimunt.

Occursus pro placito Vazquij

Contra: quòd licet relatio mensurabilis ad mensuram intercedere queat inter actum realem, & obiectum rationis; quia ad hoc, quòd obiectum sit mensura ficuitatis actus, seu conuenientiæ intelligibilis actus ad obiectum, sufficit illius præsentia obiectiua, nec exigitur realis & positiua actualitas apud ipsum Vazquez. Attamen id non præstat ad habitudinem præsentiæ realis; qualem videtur astruere Vazquez inter vbicationem realem, & puncta imaginaria; aliàs enim, nec repugnare posset, quòd res actualiter, & realiter existeret in spatio imaginario, & in nihilo, quod cõuellit ipsius Vazquez pronuntiata.

Occluditur

24 Si autem obijcias; à centro, & polis immobilitatem loci haberi nõ posse; eò quòd non implicet de absoluta Dei potentia vniuersum moueri localiter. In qua hypothesi centrum, & poli, motum localem adirent, ad totius vniuersi motionem; ac proinde nõ essent ea puncta fixa, ad quæ fixio, & immobi-

Oppositio cõtra nostram sententiam

li-

litas vbicationis terminari poſſet. Quò fit, vt puncta, penes quæ loci immobilitas ſpectetur, ea eſſe debeant, quæ nulli immutationi phyſicæ ſubſternitur; qualia ſunt ſola illa, quæ mentis functione ſubſiſtunt.

Enervatur

Reſpondetur; quòd in illa ſuppoſitione, immobilitas præſentialitatum ſpectaretur, non penes accidentariam mutationem localem, quæ illis punctis poſitiuis à Dei beneplacito accederet; ſed per ordinem ad naturalem affixionem, & immobilitatem, quam intrinſecè præſeferunt, & quam illa puncta ſibi aſciſcerẽt, ſi ſuæ naturæ relinquerentur: quæ eſſet verior, ac realior terminatio, ac proinde fixior ea, quã comminiſcuntur Vazquez, & Machinus, de punctis imaginarijs, ſeu fictitijs.

Dato quod poſſet ſtrũ moueretur localiter de abſoluta Dei potẽtia inde traheretur immobilitas vbicationis

Noſtra ſententia ſtatuitur, & ſuadetur; exploſis infirmis improbationibus exiſtentiæ Dei in locis imaginarijs.

25 HIS Prælibatis, dicendum eſt; Deum non exiſtere actu in ſpatijs imaginarijs. Sic Scotus loco citato, & omnes eius diſcipuli antiqui, & neoterici, inter quos Philippus Faber in 1. *diſtinct.* 37. *quæſtione vnica, diſput.* 52. *capit.* 3. Eamdem ſententiam expreſſè tutatur Seraphicus Doctor in 1. *ſentent. diſtinct.* 37. *in ſecunda parte, articuli primi, quæſtion.* 2. §. *Obijciet autem aliquis ſic.* Cuius verba infra expendentur; vt potequæ rem apprimè enodent.

Deum nõ exiſtit actu in ſpatijs imaginarijs. Scotus Phil. Faber

Bonauenturæ conſentit tota theologorum antiquitas, & ex modernis Vazquez loco citato, & Iacobus Granado, 1. *part. tractatu* 3. *de attributis in ſpeciali, diſput.* 3. *ſection.* 2. Et videtur eſſe aperta ſanctorum patrum mens, dum conſtituunt; Deum ante mundi creationem, per quam rebus ipſis coexiſtit, fuiſſe in ſe ipſo; nec meminerunt alicuius alterius præſentiæ. Et expreſsè traditur à Bernardo *libr.* 5. *de Conſiderations, longè ante medium*, vbi inter alia, quæ maximè ſententiam iſtã ſtabiliunt; ſubdit. *Noteſt quid quæras vbi erat? Prater ipſum nihil erat; ergo in ſe ipſo erat.*

S. Bonauen. Vazquius. Granadus.

S. Bernard.

26 Sed antequam noſtrum aſſertum rationibus fulciatur; detegenda eſt aliarum probationum infirmitas, quibus oppoſiti opinio oſcitanter impetitur.

Prima eſt, quam latè proſequitur Vazquez loco citato *capit.* 3. *num. margin.* 11. Quia intervallum illud extra vniuerſum, in quo actualem Dei exiſtentiam pronuntiant oppoſiti placiti aſſertores, non poteſt eſſe mera negatio; aliàs enim aſtrueretur Deus nihilo inexiſtens, dum in ſpatio imaginario conſtituitur. Nec etiam eſt aliquid poſitiuum, vt conſtat; quia nec ſubſtantia, nec accidẽs, & cætera; tum, quia cùm extra vniuerſum cauſalitatem creatiuam nõ terminarit; fieret, vt daretur aliquid poſitiuum, quod à Deitatis eminentia non effluxiſſet.

1. ratio ex Vazquio

Hæc enim probatio non vrget, à qua facilè ſe extricant aduerſarij autumantes; ſpatium illud eſſe meram negationem non repugnantiæ repleibilitatis à qualibet entitate creata, vel increata; nec ad realem præſentiam, quæ contactus non ſit, exigi poſitiuum coextremum.

Excutitur

27 Nec etiam vrget oppoſitio Fabri loco citato *numer.* 28. Quòd hæc negatio non repugnantiæ, eſt quædam veluti capacitas, ſeu habilitas negatiua vt impleatur; ſed talis aptitudo neceſſariò expetit aliquod ſubſtratum, cui inſit; ſi realis non repugnantia ſit; aut eſt merum figmentum. Aliàs enim apprehenderetur intervallum illud ad inſtar ſubſtrati per ſe ſubſiſtẽtis; & non ad inſtar formæ alicui materiali cõpoſitæ. Ergo cũ non aſſignetur ſubiectum huius negationis; fiet, vt negatio ita commẽtitia cenſenda ſit.

2. probatio ex Ph. Fab.

Hæc enim non obſtant: reſpondent aduerſarij; talem non repugnantiam eſſe meram negationem realem, quæ non exigit ſubiectum: licut & nõ repugnantia ad eſſendum, quã refert poſsibilitas creaturarum, non ſibi vẽdicat ſubſtratũ, quod afficiat.

Refellitur ratio præcedens.

28 Sed nec magis perſtringit probatio Iacobi Granadi *loco citato*, *numer.* 11. Quia ſi ſpatium imaginarium

3. ratio ex Iacobo Granado.

eſſet

esset mera negatio corporis repletis; fieret, vt per accessum locati implétis interualium illud, absumeretur negatio: sicut & lux tenebras tollit.

Diluitur ex dict. cap. 6 in fine.

Respondet enim Machinus, *loco citato in solutione secundæ confirmationis*; quòd negatio non repugnantiæ replebilitatis non est merum non esse corporis replentis; licet hoc non esse locati implentis spatium imaginarium adiungatur negationi non repugnantiæ replebilitatis, quando non adest entitas implens spatium illud. Quò fit, vt per actualem interualli repletionem non remoueatur negatio non repugnantiæ ad replebilitatem; cùm id, quod impletur actualiter, non repugnet vt expleri queat.

Subtilis analogia nō repugnantiæ ad replebilitatē in interuallo imaginario, & nō repugnantiæ ad esse nādum ente possibili

Sicut nec destruitur negatio non repugnantiæ ad essendum, quam refert ens possibile; eò quòd ponatur res extra causas; cùm id quod actualiter existit, non repugnet ad existendum. Et sicut non repugnantia ad essendum, quam importat ens possibile, destrui non potest, nisi per repugnantiam ad essendum; ita pari ratione non repugnantia ad replebilitatem à Deo auferri non potest, nisi per positiuam repugnantiam ad replebilitatem à Deo: quæ implicat, sicut & contradicit aliquid positiuum esse, & non transcendi, ac repleri ab illimitatione Deitatis.

Alia ratio pro nostra sententia

29 Tandem; nec premit oppositam sententiam communis illa oppositio; quòd si spatium imaginarium, cui Deus realiter inexistit, posset esse mera negatio; etiam Deus diceretur implere illimitatione suæ immensitatis negationes illas non repugnantiæ ad essendum, quas important entia possibilia; atque adeo diceretur Deus actu existere in creaturis possibilibus ante illarum actualem existentiam. Deinde; astrueretur Deus actu præsens negationi visus in lapide, & alijs formis negatiuis; cùm voluntariè constituatur, potiùs intervallo imaginario suppetere replebilitatem negatiuam, quam alijs negationibus realibus: id enim est, quod petitur, cur spatio negatiuo inest, & non alijs?

Infirmatur aperte

Responderi enim posset; quòd sicut in causis formalibus positiuis datur status; nec enim extorqueretur responsio reddens causam, cur calor calefaciat, & non frigus? Ita & in negatiuis. Quia, sicut cæcitas à propria ratione habet, quòd sit non esse visus, & negatio non repugnantiæ ad essendum, quam refert ens possibile, à se ipsa vendicat hanc nō repugnantiam ad essendum; nec exquiritur ratio, cur negatio non repugnantiæ ad essendum, sit talis negatio? Ita nec peti debet, cur negatio non repugnantiæ ad replebilitatē, quam exprimit intervallum imaginarium, sit talis negatio? Quò fit, vt nō ideo repugnet, Deū actu existere in ente possibili, quia possibile sit ens negatiuū; sed quia nō sit talis negatio nō repugnātiæ ad replebilitatem; sed potius negatio nō repugnātiæ ad productionem.

Optima authoris ratio contra aduersarios

30 Vt ergo nostram sententiam firmemus, suppono; omnes contrariæ opinionis assertores tanquam certum constituere, spatium imaginarium non posse esse ens rationis, inquantum est coextremum absolutæ vbiquitatis, seu præsentiæ Dei; quia si esset ens fictum, Deus in illo, non ante mentis functionem, sed sola fictione nostra, subsisteret.

Negatio nō repugnātiæ ad replebilitatē in quā tūc cōcipitur vt cōnotatiua immēsitatis est merā entis rationis

Quò supposito talem instruo rationem. Immensitas Dei, prout est distinctum attributum ab infinitudine secundum essentiam abstrahente à connotatione loci; essentialiter importat habitudinem ad spatium, prout tale. Atqui negatio adire nequit rationem spatij, nisi per fictionem mentis; ergo spatium imaginarium, inquantùm est coextremum præsentialitatis Dei, est merum ens rationis. Minor probatur; quia non concepta illa negatione non repugnantiæ ad replebilitatem adinstar spatij cuiusdam, seu interualli extensi; non intelligitur habile extremum diuinæ immensitatis, inquantùm est quantitas virtutis Dei, quasi extendens illius magnitudinem in ordine ad locum. Sicut è contra; si negationem visus, quæ est in lapide, apprehēderemus adinstar extēsionis cuiusdam localis; nō posset nō esse terminus respōdens diuinæ immēsitati, inquantùm est vis connotans omne spatium.

Vrgetur ratio cōtra aduersarios.

Igitur tota replebilitas, quæ congruere potest negationi, trahitur à conceptu extensionis apprehensæ; seu spatij imaginarij. Sed intervallum negatiuum, prout importat quasi extensionem localem, essentialiter est ens rationis, cum ibi apprehendatur non exten-

sio

ſio,& non quantitas,adinſtar extenſionis,ſeu quintitatis ; ac proin le concipiatur non ens per analogiam ad ens; igitur ſpatium imaginarium, vt eſt extremũ realis præſentiæ Dei,eſt ens rationis;quod eſt abſurdum; & ab ipſis aduerſarijs explosum.

Inter eltra Vazquiũ Machinũ, qui petũ affixiont vbi cationis à pũctis imaginarijs.

31 Deinde,ſpacialiter argumentor contra Vazquium Machinum, & alios;qui neceſsitatem ſpatij imaginarij ex loci immobilitate auſpicantur. Quia ab his authoribus,eò ſpatium imaginarium aſtruitur;quòd puncta fixa, & immobilia aſsignentur, quæ termini vbicationis immobilis eſſe queant. Atqui puncta,negationi(quæ negatio eſt,) ante intellectum non inſunt ; cùm indiuiſibilia ſint modificatiua,ac terminatiua extenſionis.Igitur ab ea potentia expectat negatio non repugnantiæ replebilitatis,puncta indiuiſibilia,& fixa ; à qua petit extenſionem. Sed extenſio non accedit negationi, niſi per functionem mentis apprehendentis non eſſe extẽſionis ad inſtar extẽſionis;ac proin de formantis ens fictum & analogicum: ergo ſpatium imaginarium, inquantùm extremum præſentiæ realis, eſt merum ens rationis. Quã probationem efficacem æſtimo.

Altera ratio noſtræ aſſertionis ex textu Scoti.

32 Præterea, ſtabilitur noſtrum aſſertum ratione à textu Scoti petita; quem propoſuimus, *num. margin.* 15. Quia potentia prius habuit terminum ſuum(loquendo de prioritate cauſalitatis,& naturæ,) quàm reliqua attributa Dei,quæ exprimunt habitudinem actualem,& exercitam ad creaturas ; ergo antequam omnipotentia,ſeu virtus exequutiua Dei referatur actualiter ad ſuum terminum, extrahendo illum de non eſſe ad eſſe;non poteſt intelligi aliquod aliud attributum præſentiæ, ſeu infinitudinis in ordine ad locum, vt actualiter terminatum, vel cum actuali habitudine ad ſuum terminum. Antecedens patet manifeſta inductione cæterarum habitudinum, quas in Deo apprehendimus;quæ ſiue accipiantur pro relationibus, ſiue pro actuali fundamento relationum,quas inferũt, nullatenus Deo cõgruunt niſi præmiſſa habitudine actuali; terminatione omnipotentiæ ad ſuum productum.

Habitudo præſẽtiæ realis in Deo præmittit terminatiõi exercitæ facultatis exequutiuæ ad creaturã

Habitudo enim Domini, Gubernatoris,& cæteræ,non cohærent Deo actualiter;niſi præſuppoſita actuali terminatione facultatis exequentis ad ſuũ effectum. Ergo ſimiliter habitudo præſentiæ præmittit actualem terminationem facultatis exequentis ad ſuum productum. Atqui omnipotentia nullum importat cõtactum operatiuum ad ſpatia imaginaria;ergo nec Deus poteſt actualiter terminari per habitudinẽ præſentiæ ad ſpatia imaginaria.

Cõfirmatur noſtra aſſertio ex aliis habitudinibus Dei ad creaturas

33 Confirmatur ratio iſta ; quia ideo habitudines, Gubernatoris, Domini,&c. Non congruunt Deo actualiter, niſi præſuppoſita habitudine actualis exercitij omnipotentiæ ad ſuum productum;quia nequeunt referri ad nihil formaliter,vt nihil eſt, & ideo præmittunt actionem exequutiuæ virtutis, vi cuius importat res poſitiuam rationem: cùm Deus non poſsit aſſeri actualis Gubernator,aut Dominus eorum,qui actualiter non exiſtunt. Quòd appoſitiſsimè comprobatur ratione illa,qua Chriſtus ſapientia patris profligauit Saduceos; cõtendentes, eſſe impoſsibilem reſurrectionem mortuorum ; quæ ſic ſe habet apud Marcum cap. 12.

Marci. 12

De mortuis autem,quòd reſurgant non legiſtis in libro Moyſi ſuper rubum quomodo dixerit illi Deus inquiens ; ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob? Non eſt Deus mortuorum, ſed viuorum ; vos verò multum erratis. Quaſi dixerit ; ſi animæ Abraham, Iſaac,& Iacob, emortuæ fuiſſent cum corporibus; Deus non diceretur actualiter Deus & Dominus iſtorum patrum; eò quòd non poſsit referri actuali relatione domini ad id,quod eſt merum nihil. Tunc ſic;ſed ſimiliter repugnat, quòd Deus referatur reſpectu actualis,& realis præſentiæ ad id, quod eſt merum ens rationis,vel merum nihil;ergo non terminatur actualiter per habitudinem præſentiæ ad ſpatia imaginaria.

3. ratio ad hominẽ contra Thomiſtas.

34 Deinde, ſuadetur tertiò noſtrum aſſertum ad hominem contra Thomiſtas ; quia in ſententia Sancti Thomæ ratio formalis præſentiæ Dei in rebus eſt illius actio tranſiens, à qua petitur exiſtentia Dei vt producentis in ſuis productis. Sed Deus nullam adit cauſalitatem exequutiuæ facultatis extra vniuerſum circa ſpatia imaginaria: igitur Deus non præfert actualẽ habitudinem præſentiæ ad talia ſpatia; vel fatendum erit,S. Thomam adæqua

tam

tam rationem nō reddidisse existentiæ Dei in omnibus locis.

Suaso ex Suario

Soarez loco citato non renuit concedere; ex operatione Dei non colligi immensitatem, quoad totam connotationem suam, nisi in quantùm ampliatur causalitas Dei operantis ad actionē possibilem; quia cùm valeat Deus agere extra vniuersum, etiam inibi existere debet, vt causalitatem adeat.

Refellitur.

Sed hoc potius est nouam probationem comminisci, quæ in mentem S Thomæ non venerit; cùm nunquam ex actione possibili actualem præsentialitatem ostenderit; sed potius ex actuali causalitate actualem etiam præsentiam aperuerit: quō fit, vt salua D. Tho. sententia, placitum illud de actuali præsentia Dei in spatijs imaginarijs sustineri non debeat.

Oppositas rationes pro reali præsentia Deitatis in spatijs imaginarijs, diluimus.

Ad 1. arg. in oppositū ex authoritate Augustini

35 AD Primum Argumentum ex Diu. Augustino depromptum; dicimus, mentem S Doctoris nunquam fuisse, quōd Deus in spatijs imaginarijs actualiter existat; sed tanquam absurdam infert huiusmodi præsentialitatem Dei in spatijs imaginarijs contra errantes philosophos, qui constituebant, Deum ab æterno creasse mundum, eō quōd nequiuerit in otio esse; effutiebant enim, Deum esse causam necessariō operantem. Ex quo errore infert Augustinus; quōd si hæc ratio esset alicuius ponderis, etiam ageret, Deum infinitos mundos in infinitis spatijs imaginarijs creasse; & quōd de facto in illis existeret. Quia ex hypothesi talis necessariæ causalitatis in Deo; vaniloquum esset Deū intra vniuersi metas circumscribere; sed potius ad vastitates imaginarias illius vbiquitatem extēdere, in quibus infinitos mundos produxisset.

Ad testimonia S. Hieron.

Ad Hieronymum verō, & alia sacræ Scripturæ [illegible] & patrum testimonia, quæ insinuare videntur, Deum extra vniuersi ambitum existere. Dicimus; quōd intelligi debent de præsentia siue vnione fundamētali in actu primo; eō quōd Deus à se expeditissimus sit, vt à qualibet re creata indistare valeat, supposita productione extremi positiui attingibilis à Deitatis substantia.

Ad 2. arg. spatij imaginarij ita quātā cōnotatā infinitudinis secūdū locū, nō præstesse vas realē negatiuum

36 Ad secundum argumentum dicimus; nos *sub numer. margin. 30.* Ostendisse; spatium imaginarium (prout ab aduersarijs constituitur extremum habitudinis præsentiæ) non esse ens reale negatiuum; sed positionem, extensionem, seu quantitatem rationis. Ad id verō, quod argumentum assumit, de habitudine præsentialitatis corporeæ ad interuallum imaginarium in vacuo; etiam cōsequenter negatur; interuallum imaginarium esse habile coextremū realis præsentiæ; quare in ea hypothesi nō diceretur corpus esse in loco.

Ad cōfirmationem; corpus existens extra vniuersū nō esset in loco, quātis habeat vbi

37 Ad confirmationem; inficiamur, corpus existens extra vniuersum esse in loco, sed in se ipso; licet referat situm & vbicationem intrinsecam. Ista enim præsentialitas non præstat, vt corpus asseratur esse in loco; cùm ipsa potius corpori locato inexistat tanquam modalis forma illius; & modus substrato insit, non è contra substratum modo inexistat. Quare ille modus loquendi, qui exprimit existentiam locati in loco non congruit præsentialitati, quæ appellatur locus intrinsecus, sed loco extrinseco, qui excipit, & circumscribit locatum.

Obijcitur, cū transforma vbicationis in vacuo, si corpus existēs in vacuo nō sit in loco.

38 Sed obijcies; non esse necessariam prædictam formam vbicationis ad hoc; quōd Corpus Christi existens extra vniuersum, aut in vacuo, in se ipso esse possit. Quia corpus à se refert, vt in se ipso sit, & à propria extensione distare non valeat: igitur otiosa erit, ac prorsus inutilis, huiusmodi præsentialitatis causalitas, nisi ordinetur ad vacuū seu imaginarium internallū, cui corpus commēsuretur, tanquā extremo actuali præsentiæ.

Diluitur ad hibita ratione, cur assignetur vbicatio corporis in vacuo?

Respondetur; quōd præsentialitas necessario comitatur situm esse, siue interuallum positiuum, & extensionem cuiuslibet locati; quare licet obtineat prædicta oppositio, quōd corpus in vacuo nō infert vbicationis formam, vt in se ipso sit, vel sibi inexistat; exprimit tamē præsentialitatem illam ob necessariā sequelam, & cōnexionem cū situ & habitudine

ne partium locati corporei. Quæ partes, (cùm inter ſe referant intervallum intrinſecum, diſtantiam, atque extenſionem, ob quam comparantur ſecundùm maiorem propinquitatem, ſeu diſtantiam poſitiuam) fit inde, vt præſentialitatem realem non inferre non valeant: cùm vbicatio ſit fundamentum habitudinum diſtantiæ, & propinquitatis. Quare ſicut partes corporis locati in vacuo neceſſariò exorimãt habitudines diſtantiæ & propinquitatis; ita & inferunt vbicationem, quæ ſit taliam reſpectuum fundamentum. Quod ſecùs ſit in re ſpirituali exiſtente in vacuo; ibi enim nec datur intervallum reale loci, cui res ſpiritualis coexiſtere poſsit; nec extẽſio intrinſeca partium, quæ poſsint diſtare, & coexiſtere ſitualiter; & ideo in vacuo ſpirituales ſubſtantiæ nõ inferunt vbicationem.

Inſtatur cõtra doctrinã præcedentẽ in præſentia ſubſtantiæ ſpiritualis in vacuo

Sed inſtabis; Angelos in vacuo etiã diſtare poſſe; ſed præſentialitas eſt fundamentum habitudinum diſtãtiæ, & propinquitatis: ergo in vacuo Angeli inferrent proprias præſentialitates.

Dilutio oppoſitionis

Reſpondetur; Angelos in vacuo tantùm diſtare poſſe negatiuè, non verò poſitiuè; partes verò corporis in vacuo poſitiuè diſtare propter ſpatium reale poſitiuum interiectum.

39 At oppones Scotum, *in quæſtione 11. quodlibetali, §. De primo dico, ſub num. 3. margin. 3* editionis Caſſelli. Vbi ſubdit. *Non includit contradictionem, corpus eſſe ſine corpore aliquo continente, & conſequens ſine vbi; immò ita eſt de primo cœlo, quòd nõ habet corpus continens. Poſito etiam, quòd eſſet locus, non tamen quicunque, ſed aliquis capax huius corporis; non eſſet adhuc contradictio, quòd hoc corpus non haberet vbi. Ratio primi eſt; quia non eſt contradictio, abſolutum manere abſque reſpectu ad illud, quod non eſt prius eo; vel ſaltẽ quod nec eſt prius, nec ſimul natura cum ipſo; nunc autem locus, nec eſt prius natura corpore, nec ſimul: immò videtur poſterius corpore ergo, &c.*

Obijciturex Scoto cõtra vbicationẽ corporis in vacuo Scoti

Explanatio mentis Scoti

Reſpondetur: quòd ibi tantùm intendit Scotus, non implicare contradictionem, quòd detur corpus ſine vbicatione; quod fatemur ingenuè. Quia eſto quod implicatorium ſit, vbicationem ſuperſtitem eſſe ſine proprio ſubſtrato, eo quòd præſentialitas ſit modus, & de vltimo conceptu modalis formæ ſit cõpoſitio ad proprium ſubiectum: at non contradicit, ſubſtratum vbicationis, ſeu locationis paſsiuæ (ſic enim eam vocat Scotus) reperiri ſine vbicatione de abſoluta Dei potentia. Quando autem innuere videtur Scotus, primum cœlum non habere vbi; nomine vbicationis accipit Scotus circumſcriptionem paſsiuam accedentem ab alio corpore locante, quod & illi familiare eſt; non tamen inficiatur formam præſentialitatis.

Alia expoſitio ſenſus Scoti.

Si quis autem nimis ſcrupuloſè inſiſtens literæ præmiſſi textus, inficietur omnem formam vbicationis in vacuo, vel ſpatio imaginario; dici poſſet, quòd ſicut in illa hypotheſi, in qua Deus de potentia abſoluta conſeruaret corpus abſque vlla vbicatione; tunc ſitum eſſe, vel interuallum intrinſecum corporis ſupereſſet ablato vbi. Et partes illæ corporis inter ſe magis, aut minus proximæ aut diſsitæ non diſtarent præſentialiter proximè, & formaliter, ſed ſolùm entitatiuè, & fundamentaliter in ordine ad vbi, quod inferre valerent niſi præpedirentur; ita euenit de facto quando corpus exiſteret abſque alio corpore continente, vel extrinſecè locante.

40 Verùm; prætereunda non eſt altera Scoti obiectio contra prædictam doctrinam, quæ habetur loco citato, §. *Ad primum poteſt dici, ſub num. mirg. 4.* Vbi contendit; non eſſe ſeparabile corpus ab vbicatione; ſic igitur inſtat Scotus.

Contra. Si dimenſio eſt propria ratio fundamentalis reſpectu paſsiuæ locationis; ſaltim iſta erit per ſe ſecundo modo, etſi non primo modo, corpus localitur ſicut color videtur: ſed in propoſitione per ſe ſecundo modo, vbi ſit neceſſaria ſimpliciter, ſubiectum non poteſt eſſe ſine prædicato. Scotus

Reſpondeo; quòd corporeitas eſt ratio fundamentalis reſpectu huius, quod eſt eſſe locabile, & reſpectu huius etiam, quod eſt locari; propria quidem, & proxima vtriuſque, quia cuius eſt potentia, eius eſt & actus. Sed reſpectu primi eſt ratio neceſſaria, reſpectu ſecundi ratio non neceſſaria; quia aptitudo eſt intrinſeca per iſtam rationem præciſè acceptã; ſed illud, ad quod eſt aptitudo, nõ ineſt actualiter, niſi per agens reducens apti- Subtilis doctrina Scoti de vnione fundamentali per quam exercita datur corpori locabili & locati

Scotus

tuainem ad actum. Negandum est igitur, quod assumitur; scilicet hanc esse per se secundo modo; corpus locatur, licet concedendū sit, hāc esse per se; corpus est locabile. Exemplū huius: haec est per se secūdo modo; homo est risibilis; haec autem contingens; homo ridet.

Vbi responsio Scoti firmat eam doctrinam. Quam tradidimus in præcedēti articulo num. marg. 24. & 25. de vnione fundamentali signata, & exercita quantitatis. Inibi enim ostensum est, vnionem signatam esse ipsammet formam quantitatis; exercitā verò vnionem, siue contactum, à quantitate realiter dissidere.

Obseruatio protextu præmissa.

41 Ad tertium argumentum; respōdetur, quòd locatum occupat aptitudinem illam realem, quæ reperitur in lateribus superficiei concauæ ad circumscribendū locatum; nō autem implet realiter intervallum illud imaginarium, quod concipitur intra latera superficiei.

Enodatio argumenti tertij.

Quando verò instatur; quòd locatum impedit ne aliud corpus subintret interuallum illud imaginarium, quod est intra latera superficiei concauæ; igitur replet illud realiter.

Instantia contra doctrinā præcedentem.

Respondetur; ideò id fieri, nō quia locatum realiter expleat imaginariam distantiam (id enim, quod est nihil à parte rei, impleri non valet realiter) sed ea tenùs locatum impedire aliud corpus, ne occupet talem distantiam; quatenùs implet capacitatem realem circundantis superficiei; vt dictum est.

Elicitur manifestè.

42 Ad confirmationem; quòd si Deus anihilaret aquam contentam in vase; esset verum dicere de capacitate, & aptitudine, quæ reperitur in lateribus vasis ad ambiendum corpus; nunc incipit esse vacua talis capacitas; non tamen de distantia imaginaria intercepta intra latera vasis: quia hæc nunquam fuit repleta realiter; vt constat ex dictis.

Ad confirmationē de anihilatione corporis circumscripti ab alio.

Ad instantiā procedit in hypothesi anihilationis corporis circūscribētis.

Ad instantiam; quòd si aqua conseruaretur in vacuo; tunc non esset in loco, nec occuparet illam imaginariam distantiam; sed esset in se ipsa, sicut corpora existentia extra vniuersum.

Ad 4. argu. quod urgeat Thomistas nō tamē Scoti assectat.

43 Ad quartum argumentum; tantùm vrgere in sententia Thomistarum, qui exigunt contiguitatem agentis & passi; immò potius eadem ferè ratione nos vsos fuisse in probatione nostræ sententiæ in præcedenti articulo, ad ostendēdum; non esse necessarium contactum agentis & passi.

Ad quintum; quòd licet præsentialitas spiritualis substantiæ in pluribus spatijs realiter discretis, & non in medio positiuo; repugnet. Quia hoc contradicit indiuisibilitati, & simplicitati spiritualis entis: eò quòd ista separatio vbicationis non peteretur ab extremis connotatis, sed potiùs ab Angelo. Attamen non repugnaret immateriali substantiæ existere in spatijs discretis per distantiam negatiuam interiectam; vt probat argumentum; quia talis discretio præsentiæ non oriretur ex defectu vnitatis, aut simplicitatis Angeli, sed ex negatione extremi, cui coexistere posset. Quod etiam in præsenti de diuinæ naturæ immensitate pronuntiamus; nimirum illi non aduersari discretionem negatiuā ob interpositionē imaginarij interualli; secùs verò, discretionē vbiquitatis (ob interpositionē spatij realis,) cōtradicere illimitationi diuinæ præsentialitatis.

Ad argu. 5. nō cōtradicit existētia Dei in spatijs discretis per distātiā negatiuam quasi interiectā, secus per positiuā

44 Ad sextum argumentum respondetur; quòd licet mundus moueretur localiter, Deus non adiret mutationem localem peraccidens ad motum mundi; tota enim mutatio se teneret ex parte coextremi præsentialitatis Dei, scilicet ipsius mundi.

Ad 6. argu. ostenditur, qualiter Deus nō existēs actu in spatijs imaginarijs nequeat moueri localiter peraccidens ad motū vniuersi.

Quando enim Angelus se coniungit alicui corpori, sicut acquirit modum præsentiæ ab eius substantia realiter distinctum, ac proinde mutatur intrinsecè Angelus; ita consequens est, quod ad motum corporum moueatur etiam localiter peraccidens, dum diuersis subiacet vbicationis formis. Cæterùm, cùm Deus ex actuali coniunctione ad creaturas nulli substernatur vbicationis formæ intrinsecæ, quæ de nouo accedat, sed illi tantùm accrescat extrinseca extremi connotatio: fit inde, vt localis mutationis, etiam peraccidens ad motum corporis, omnino incapax renuntiandus sit. Quò fit, vt Deus, & creatura, se gerant in ista habitudine vnionis & contactus, tanquam relatiua non mutua: eò quòd creatura sit extremum dependens, Deus verò extremum inde pendens: vnde pereunte, aut mutata creatura, tantùm perit Deo comparatio, compositio aut habitudo rationis

Quodaliter fit in Angelo dū ex facto moueturper accidēs localiter ad motū corporis.

ad

ad coextremum connotatū. Accipe Bonauenturam loco citato ingenioſè rem paucis abſoluentem.

Eximia S. Bonauenturæ theologia re.

13 *Quantùm ad primum dico; quòd voluntas diuina non eſt indifferẽs ad diuerſos actus nolendi, & volendi; quia hoc in volũtate mea nõ erat ſine imperfectione volũtatis. Volũtas enim noſtra erat libera ad oppoſitos actus ad hoc, vt eſſet libera ad obiecta oppoſita; & hoc propter limitationem vtriuſque actus reſpectu ſui obiecti. Ergo poſita illimitatione eiuſdem volitionis ad diuerſa obiecta; non oportet propter libertatem ad oppoſita obiecta, ponere libertatem ad oppoſitos actus.*

De abſimilitudine libertatis voluntatis diuinæ & creatæ

14 *Ipſa etiam voluntas diuina libera eſt ad oppoſitos effectus; ſed hæc nõ eſt prima libertas, ſicut nec in nobis. Remanet ergo libertas illa, quæ eſt per ſe perfectionis, & ſine imperfectione, ſcilicet ad obiecta oppoſita. Ita quòd, ſicut voluntas noſtra poteſt diuerſis volitionibus tendere in diuerſa volibilia; ita illa voluntas poteſt vnica volitione ſimplici illimitata tendere in quæcumque volibilia. Ita quòd, ſi voluntas illa, vel illa volitio eſſet tantùm vnius volibilis, & non poſſet eſſe oppoſiti, quòd tamen eſt de ſe volibile; hoc eſſet imperfectionis in voluntate, ſicut deductum eſt priùs de voluntate noſtra.*

Volitas diuina vt ſit indifferens ad oppoſita obiecta non exposcit indifferentiam ad oppoſitas formas volitionis.

15 *Et licet in nobis poſſet diſtingui voluntas, vt eſt receptiua, & vt eſt operatiua, & vt productiua; ipſa enim eſt productiua actuum, & ipſa eſt, qua habens operatur formaliter volendo, & ipſa eſt receptiua volitionis ſuæ: tamẽ libertas videtur eſſe eius, inquãtũ eſt operatiua; inquãtũ ſcilicet habẽs eã formaliter, poteſt*

Scotus

ea tenderem in obiectum. Ita igitur ponitur libertas in voluntate diuina per se, & primò, inquantum est potentia operatiua; licet ipsa non sit receptiua, nec productiua volitionis suæ: & tamen potest saluari in ea aliqua libertas inquantum productiua est.

Licet enim productio in esse existentiæ non concomitetur necessariò operationem eius; quia operatio est in æternitate, & productio esse existentiæ est in tempore: tamen operationem eius necessariò concomitatur productio in esse volito. Et tunc non potest potentia illa voluntatis diuinæ primò quidem esse vt productiua; sed secundùm quid, scilicet in esse volito, & ista productio cõcomitatur eam, vt operatiua.

Prior est voluntas Dei vt operatiua seu absolutè operationi grammatica quam productiue entis in esse volito

16 Quantùm ad secundum articulum dico; quòd voluntas diuina nihil aliud respicit necessariò pro obiecto ab essentia sua; ad quodlibet igitur aliud cõtingenter se habet, ita quod possit esse oppositi: & hoc considerando ipsam vt est prior naturaliter tendentia in illud obiectum. Nec solùm ipsa, vt voluntas, prior est naturaliter suo actu, sed etiam inquantum est volens; quia sicut voluntas nostra, vt prior naturaliter suo actu, ita elicit actum illum, quod possit in eodem instanti elicere oppositum: ita voluntas diuina inquantum ipsa est sub volitione, est prior naturaliter tendentia tali. Et ita tendit in illud obiectum contingenter, quòd in eodem instanti possit tendere in oppositum obiectum; & hoc tam de potentia logica, quæ est non repugnantia terminorum, sicut dictũ est de voluntate nostra: quam de potentia reali, quæ prior est naturali actu suo.

Vtrum de lege Scoti de indifferentia voluntatis diuinæ ad obiecta inquantũ volitas, sit sub actu inclinationis actualis.

Obseruationes in textum; vbi agitur de Scoti mente, nil ex parte obiecti se tenens complere intrinsecam rationem decreti liberi.

Exactioli iteræ Scoti

17 SED Vt literam istam explicemus, à qua, tanquam à penu ditissima neoterici petierunt, suppresso tamen Scoti nomine, quidquid ad rem istam enodandam facessere potuit. Adnotandum primò in illa Scoti verba, *sub numer. 13. Ergo posita illimitatione eiusdem volitionis ad diuersa obiecta, non oportet propter libertatem ad opposita obiecta ponere libertatem ad oppositos actus.* Ex quo Scoti pronuntiato apprimè deducitur discrimen, quod intercedit inter voluntatem creatam, & increatam; quòd voluntas creata cùm limitata sit, tam in ratione entis, quàm in ratione appetitus; vt feratur in vtramque contradictionis partem, nimirum in positionem obiecti, & non esse illius, exigit plures actus; cùm per vnicam volitionis formam nequeat in plura obiecta tendere, illa maximè; quæ contradictoriè opponuntur, vt obiectum esse, & non esse. Cum enim actus creatæ voluntatis adæquetur proprio obiecto, à quo & speciem capit, non valet extra illud ferri; voluntas verò diuina, vt potequæ infinita, non solùm in ratione entis, sed etiam in ratione appetitiuæ inclinationis, sicut asseritur illimitata ad prosequutionem sui obiecti; ita fit, vt actus illius nequeat enti creato commensurari, nec adæquari, ac proinde nec per habitudinem ad illud specificari, quia hoc esset summæ imperfectionis, finiretur enim à obiecto creato, si illi commensurari posset: vnde prouenit, vt diuina appetitio immutabilis per seuerans præsset in plura obiecta, & in prosequutionem, & fugam eiusdem obiecti, & in positionem, & negationem eius.

Cur voluntas diuina non possit indifferenti ad actus pro inde indifferentia ad obiecta?

Scotus

18 Secundò sequitur; omnino diuersam libertatis & indifferentiæ rationem deferendam esse voluntati diuinæ ab ea, quæ creatæ voluntati tribuitur; voluntas enim creata, vt constituatur indifferens ad opposita obiecta, astrui debet indeterminata ad oppositos actus: voluntas verò diuina tantùm gerit indeterminationem ad obiecta, non tamen ad plures volitionis formas. Quòd ideo fit, quia cùm voluntas creata præseferat libertatem potentialem, & indifferentiam per modum actus primi ad exprimendos diuersos actus volitionis; ideò sibi vendicat aliam qualitatem realiter distinctam, per quam actualiter, & in actu exercito contrahatur potentialitas, & indeterminatio eius in

Cõclariũ extremissi.

Volũtas creata ob potentialitatem suã, nequit asseri inactè terminata ad obiecta, quinsit indè terminata ad inclinationes impulsiuas elicitas

ordine ad obiectum; voluntas verò diuina, cùm sit actus purus in ratione appetitus, remouet quemlibet alium actum, à quo vltimò terminari posset indifferentia eius ad obiectum; non enim esset actus purus intra conceptum volitionis, si egeret aliquo alio actu, à quo contraheretur potentialitas, & indifferentia eius: quare solùm exprimit indifferentiam ad obiecta opposita.

Quia cùm velle diuinum sit eminentissimum præseferatque per modum actus secundi quidquid illi adiungi posset, vt se liberè determinaret ad alteram contradictionis partem: & sicut facta illa appositione formæ intrinsecæ, quam effutiuit Caietanus, aut alia simili, intelligitur terminatio diuini appetitus in actu exercito ad obiectum creatum, ita & sine illa additione: cùm præcisa qualibet appositione formæ accedentis, sufficit velle eminentissimum præseferès quidquid perfectionis est intra conceptum volitionis.

19 Tertiò obseruandum est in illa verba Scoti, *sub numer.* 15. Vbi loquens de voluntate creata ait.

Scotus

Ipsa enim est productiua actuum; & ipsa est, qua habens operatur, formaliter volendo; & ipsa est receptiua volitionis suæ: tamen libertas videtur esse eius inquantùm operatiua, inquãtũ scilicet habens eam formaliter potest ea tẽdere in obiectum.

Tria munera voluntatis creatæ circa terminationem liberã apud Scotum

Vbi Scotus tria munera recenset creati appetitus. Primum est, productio actuum, ad quos voluntas est indifferens, non solùm indifferentia contradictionis, nimirum ad positionem actus, & negationem eius; sed etiam indifferentia contrarietatis, quæ spectat actus positiuè oppositos; verbi gratia, amorem, & odium, prosequutionem, & fugam. Secundum munus voluntatis est; recipere qualitatis formam, quam per actionem spiratiuam, seu impulsiuam produxerat. Tertia voluntatis functio est; voluntatem operari circa obiectum, per eam qualitatem seu formã impulsus, quam in se produxit; illud autem operari voluntatis creatæ circa obiectum, non est illud immutare aliqua ratione intrinseca: sed in illud ferri per qualitatem impulsus, quæ ab Scoto appellatur operatio, seu actio grammaticalis; quia licet sit de genere qualitatis retinet tamen speciem actionis, quatenùs termini actionum vitalium accipiũtur à verbis actiuis, quæ actiuam quasi inclinationem in obiecta exprimere videntur; verbi gratia intellectio ab intelligo, dilectio à diligo.

His igitur tribus voluntatis functionibus suppositis; voluntas attribuenda est facultas libera respectu duplicis functionis: scilicet quatenus producit actum, & quatenus iam proprio actui cõposita, per illum liberè inclinatur actualiter in obiectum.

20 Sed adhuc emergit scrupulus ex illis Scoti verbis, *sub numer.* 15. *Et licet in nobis posset distingui voluntas, vt est receptiua, vt est operatiua, & vt est productiua; tamen libertas videtur esse eius inquantum est operatiua, inquantum scilicet habens eam formaliter potest ea tendere in obiectum.* Vbi Scotus videtur inficiari conceptum libertatis in voluntate, inquantum elicit actionem productiuam qualitatis impulsus; & libertatem constituere in sola cõpositione operationis impulsiuæ, seu qualitatis productæ ad potentiam liberam producentem.

Scotus

Scrupulus emergẽs ex textu Scoti

Diluitur

Sed hoc non obstat; quia mens Scoti tantùm fuit, quod ratio libertatis exercitæ, seu per modum actus secundi, in actuali tendentia actus liberi in proprium obiectum quasi completè, & vltimò posita sit; tunc enim libertas potentiæ expletur, cùm adit exercitium actuale suæ liberæ terminationis. Non tamẽ iuit inficiãs Scotus; voluntatem, prout productiuã qualitatis, liberam esse; cũ vt sic, etiam astruatur indifferens ad oppositos actus; vt constat ex litera.

21 Obseruandum quartò in illa verba textus, *sub numer.* 15. *Operationem diuinæ voluntatis necessariò concomitatur productio in esse volito.* Quod ibi nomine operationis intelligit Scotus formam illam appetendi, quæ in diuina voluntate se gerit ad instar qualitatis, quæ in creatis dicitur operatio, & producitur per vim impulsiuam; licet in diuinis talis forma appetitionis actualis sit irrecepta, & inelicita, vt apertè docet Scotus. Hanc igitur operationem volitiuam increatam, autumat Doctor, esse productiuam ab æterno, non alicuius esse realis; vt de fide certum est; sed cuiusdam esse voliti, quod nil aliud est, quàm illud, quod ab aliis autho-

Scotus

Quid sit apud Scotum quod operatio diuina voluntatis producatrẽ in esse volitũ

ri-

ribus appellatur esse obiectiuum cum ordine ad futuram existentiam. Quatenus voluntas libera Dei immutat obiectiuè ens possibile, quod prout anteiuit actuale decretum, solùm concipiebatur cum potentia logica seu non repugnantia, vt ad absolutã existentiam eõtra hi posset indeterminatio, & negatiua potẽtialitas illius: & hoc esse denominatiuum, seu obiectiuũ, quod enti possibili à tẽdentia decreti accedit, appellatur ab Scoto esse volitum.

Scotus

22 Adnotandum quintò, in illa verba eiusdem textus, *sub numer.* 15. *Tamen operationem eius necessariò cõmitatur productio in esse volito; & tunc non potest potentia illa voluntatis diuinæ primò quidem esse vt productiua.* Vbi aperit Scotus, voluntatem liberam Dei priùs intelligi in esse voluntatis liberæ, seu in esse operationis iuxta phrasim Scoti, quàm concipiatur vt productiua, vel immutatiua obiecti ad futuritionem; eò quod tale esse volitum, vel immutatum obiectiuè, trahatur à volitione libera; ac proinde supponat decretum liberum adæquatè constitutum.

Volitio libera prius est operatiua quã productiua.

Ex quo deducitur manifestè; respectũ illum terminationis, quem exprimit decretum ad obiectum, nullatenus attinere posse ad ipsius decreti cõstitutionem. Quia respectus ille rationis, non solùm præmittit volitionem liberam, sed etiã esse obiectiuum, quod à decreto petitur. Quia cũ sit merum ens rationis, & formetur ad instar, siue per analogiam ad respectum realem, quem infert causa ad proprium effectum; relatio verò causæ verbi gratia, habitudo paternitatis, non solùm præsupponat adæquatam cõstitutionem actionis generatiuæ, sed & ipsius substantiæ genitæ, quæ est terminus talis habitudinis paternitatis: ita pari ratione, habitudo illa, quã exprimit decretum ad obiectum (cùm spectet ad genus causæ efficiẽtis) nõ solùm præsupponere debet adæquatam cõstitutionem decreti, quod habet rationem causæ respectu illius esse obiectiui, quod à decreto relinquitur; sed etiam præmittere terminum productum in illo esse volito; nimirum creaturam iam immutatam ad futuritionem; de quo vide infra *numer.* 30.

Habitudo rationis ad obiectũ nequit esse de cõstitutione decreti liberi

23 Vltimò obseruãdum in illũ textũ *sub n.* 16. *Sicut voluntas nostra, vt prior natura liter suo actu, ita elicit actũ illũ quòd possit in eodem instanti elicere oppositum; ita voluntas diuina, inquantũ ipsa est sub volitione, est prior naturaliter tẽdentia tali; & ita tendit in illud obiectum contingenter, quòd in eodem instanti possit tendere in oppositum obiectum.*

Scotus

Ex quo constat; quòd sicut ab indifferẽtia creatæ voluntatis ad oppositos actus petitur, vt ipsa, prout prioritate naturæ anteit actum, cui in actu exercito componitur, potẽs sit ad oppositũ actũ; nõ solùm loquendo de potentia logica, seu per nõ repugnantiam terminorum, sed etiam de potentia reali, & physica. Ita forma actualis volitionis Dei, quæ omnino necessaria est quoad esse, libera sit quoad tẽdentiam in opposita obiecta; vt pro illa præsuppositione rationis, quæ anteuertit tẽdentiam in tale obiectum, referat nõ solùm potestatem logicam, siue nõ repugnantiæ, sed etiam realem, & quasi physicam, vt possit attingere oppositum obiectum; de quo addi ea, quæ magis expendimus infra, in *controu. 9. de visione Dei, dist. 3. subdist. 2. ar. 3. n. 9.*

Expenditur vltra libertas volitionis diuinæ.

24 Ex quo sequitur; quòd ita spectãda sit eminentia talis actus diuinæ appetitionis per habitudinem ad extra; quòd sit forma, aut quasi forma quædam simpliciter necessaria quantùm ad esse, libera tamẽ quoad terminationem & causalitatem; ita vt integrum sit Deo, tendere, vel non tendere per istam formam suæ volitionis in obiecta creata. Id enim exprimunt illa verba Scoti, *sub num.* 16. *Voluntas diuina, inquantùm est sub volitione, tendit in obiectum contingenter.* Nimirum quod appetitus Dei ita coniungatur formæ actualis impulsus, vt liberum sit Deo petere, vel non petere quasi effectum formalem volentis à forma cũ habitudine ad tale obiectum. Adeò, vt quando per hanc formam non fertur Deus, tãquã per inclinationẽ volitiuã in obiectũ, nil minus præseferat impulsiuæ actualitatis; quã si per talẽ formam adiuisset liberam tendentiam ad obiectum creatum. Nec enim ex hoc, quòd volitio Dei non conferat illi suum effectũ formalem per habitudinem ad obiectum creatum, perit Deo aliquid intrinsecum; cùm semper referat formam illam volendi, vt absolutam, & necessariam in se, licet non vt relatã ad

Corollariũ ex præmissis.

Scotus

extremum creatum: quare tantùm admitteret extrinsecam ordinationem ad creata, ea ratione, qua autumant Thomistæ, quòd ad mortem secundi filij, nõ pereat intrinsecum aliquid in forma paternitatis, sed sola extrinseca ordinatio & extensio talis formæ, ad secundum filium.

Vera sententia statuitur improbans additionem formæ liberæ, etiam disitæ metaphysica, aut formali distinctione ex natura rei.

Asser. 1. De creti liberi nil addit intrinsecum Scotus

25 HIS Constitutis; dicendum primò; actum liberum Dei non apponere aliquid intrinsecum supra voluntatem necessariam. Sic omnes Theologi, Scotus loco citato, cui adhærent omnes eius discipuli. Ita etiam S. Thomas. 1. *p. q. 19. artic. 2. ad 4.* & cum eo omnes Thomistæ, vno Caietano excepto, qui ab omnibus Theologis grauiter reprehenditur, apud quos in præsenti malè audit; eò quòd ex illius placito quamplura absurda Deitatis cõstitutioni repugnãtia inferantur; & probatur.

S. Thomas.

Ratio 1. cõtra Caietanum.

Primò; quia si daretur talis perfectio libera in Deo, quam comminiscitur Caietanus, esset realiter discreta ab ipsamet Deitatis substãtia, saltim tanquã modus à re; ac proinde subiret compositionem realem cum diuina natura. Antecedens patet; quia talis perfectio esset à Deo realiter separabilis, si Deus tale decretum non adiuisset; sed, quæ separari possunt realiter, etiam realiter disident; vt constat ex his, quæ constituimus in appendice de distinctione entis: ergo.

2. ratio eò quòd quodcũq; additũ esset ipsamet substantia Deitatis cui repugnaret possibilitas logica

26 Secundò; quia talis perfectio, quò Deo inexisteret, esset ipsomet Deus realiter; quidquid enim Deo cohæret intrinsecè, est ipsamet Deitatis substãtia. Atqui, contradicit, aliquam proprietatem liberam, cui essentialiter nõ obstet potentia logica seu non repugnantia ad non essendum, esse ipsam Deitatis substãtiam; cũ Deus essentialiter sit suum existere, cui quidditatiuè repugnat mutabilitas ad non esse. in hoc enim formalissimè distinguitur à creatura, quæ in tota latitudine entis participati refertur tibilitatem in nihilum, vt in præcedenti articulo ostendimus.

Euasio inutilis

Si occurras; quòd supposito, quòd semel adiuerit Deus aliquod decretum, illi necessariò cohæreat.

Occupatur.

Contra; quia licet perfectioni liberæ obstaret non esse, ex hypothesi quòd Deus tale decretum exercuerit, propter constantiam diuinæ voluntatis; attamen, spectata ratione intrinseca actus liberi, illi non cõtradiceret versio ad nõ esse; sicut nec in primo signo, in quo concipitur voluntas vt indifferens ad vtrũlibet, obstat illi formæ liberæ potentialitas ad non esse.

Instatur efficacius ex propositis liberis quæ potuerãt exerceri à voluntate diuina depossibili, & nõ de facto.

Tum vel maximè: quòd omnes illi actus liberi, quos potuit exercere Deus & non exercuit, præseferunt non repugnantiam ad essendum, & modo actualiter sunt merum nihil cum non repugnantia logica ad existendum; ergo nanciscuntur eamdem possibilitatis rationem, quam sibi vendicant creaturæ possibiles: cùm ens possibile nil aliud sit, quàm non ens cum non repugnantia ad existendum.

Asser. 2. decretũ liberũ nõ addit aliquã conceptibilitatẽ intrinsecã formaliter distinctã à voluntate necessaria.

27 Dicendum secundò; decretum liberum non addere supra appetitũ necessarium aliquam proprietatem formaliter ex natura rei distinctam cũ identitate reali, iuxta eam discretionis rationem, quæ de mẽti Scoti cõstituitur, inter Deitatẽ, & illius attributa. Sic etiã omnes theologi; quia Thomistæ tale distinctionis genus respuũt; & Scotistæ cũ Scoto explodũt indifferentiam in actu diuinæ volũtatis, nisi ad sola obiecta extrinseca; non tamen ad formalitates intrinsecas.

Probatur ex fũdamento Scoti de distinctione formali ex natura rei

Et probatur; quia distinctio formalis cum reali identitate in sententia Scoti his tãtùm gradibus essendi & prædicatis accedit, quæ ab eadẽ entitate accipiũtur, tãquam metaphysici gradus eiusdẽ physicæ entitatis, vt liquet ex his, quæ tradidimus in appẽdice metaphysica de distinctione. At, ex hypothesi, quòd decretũ liberũ apponat aliquã perfectionem supra voluntatem necessariam Dei, non potest esse sola formalitas, vel conceptibilitas quædam, aut gradus metaphysicus eiusdem entitatis

tatis; quia prædicata metaphysica, seu conceptibilitates eiusdem entitatis, sicut non referunt distinctam existentiæ formam, ita nec separationem sustinere possunt. At decreta libera, si perfectionem aliquam intrinsecam vendicarent actui necessariò adiunctam, hæc separabilis esset à Deitatis substantia: si quidem Deus pro nutu adire, & nõ adire posset talem volitionis formam. Igitur, si decretum refert aliquid intrinsecum supra voluntatem necessariam, id nequit esse sola conceptibilitas, aut gradus essendi metaphysicus; sed modus, aut entitas existẽs in se, & à se; vel quòd eòdem redit, propriam sibi vendicans existentiã à Deitatis existentia realiter disitam.

Obiectio ex principijs Scoti cõtra doctrinã præmissam.

28 Sed obijcies; illa distinguuntur formaliter ex natura rei in sententia Scoti; quæ diuersas diffinitiones, siue rationes formales sibi asciscunt; sed actus necessarius, & liber, vendicant sibi diuersas diffinitiones, vt perspicuum est: actus enim necessarius est ille, qui ita Deo inexistit, vt illi non cohærere non possit; actus verò liber, qui ita Deo insit, vt illi non congruere valeat.

Excutitur manifestè etiã in necessitate et libertate facultatis impulsiuæ creatæ.

Respondetur; quòd liberum, & necessarium, in voluntate Dei non exprimunt diuersas conceptibilitates intrinsecè, & ex natura rei distinctas; ea ratione, qua ex natura rei dissident distincta attributa, verbi gratia, iustitia, & sapientia; sed tantùm important diuersas connotationes, siue comparationes ad extrinseca, quæ non inferunt distinctionem ex natura rei, etiam in creatis; quod manifesto exemplo ostendere possumus. Quia eadem potentia voluntatis realiter, & formaliter, prout exprimit habitudinem ad proprium subſtratũ nimirum ad substantiam animæ, cui inest, est proprietas necessaria; prout verò comparatur ad actus, & obiecta, est potentia formaliter libera, vt omnes fatentur. Ita, immo & potiori ratione; idem velle Dei absque aliqua distinctione formali, prout comparatur ad Deitatem, vt affectio, vel quasi affectio eius, & ad obiectum increatum, & necessariũ, tale velle essentialiter est quid necessarium; prout verò refertur ad obiectũ creatum & cõtingens, tale velle est quid formaliter liberum absq; vlla prorsus distinctione.

29 Sed vrgebis; quòd ratio liberi est intrinseca in volitione diuina; & ratio seu cõceptus formæ necessariæ, etiã est intrinsecè in Deo; sed cõceptus liberi, & necessarij, differunt (cũ præseferãt distinctas diffinitiones) igitur sũt plures diffinitiones intrinsecè; ac proinde distinctæ formalitates ex natura rei; cũ apud Scotum sit cõstitutum axioma, quòd pluralitas diffinitionum, pluralitatem etiam rationum formaliũ ex natura rei disitarum aperiat.

Præmittuntur limitia, eò quòd necessarij et liberi importet distinctas ad diffinitiones prædicatorũ intrinsecorũ in Deo.

Respondetur; quòd si oppositio aliquid ageret, etiã obtineret; quòd volũtas, vt elicitiua propriæ actionis, ex natura rei distingueretur à se ipsa, vt receptiua eiusdem actionis, quod est absurdum; eò quod agere, & pati referant distinctas rationes obiectiuas. Quare ad instãtiam concedo; quòd necessarium & liberum, in decreto Dei sunt quid interinsecum; quando verò subsumitur; sed necessarium, & liberũ, referunt distinctas diffinitiones. Sine cõnotatione extrinseci, nego; per habitudinem ad extrinsecũ concedo. Quò fit, vt tota discretio inter necessarium & liberum in voluntate Dei, non refundatur in conceptum obiectiuum diuini appetitus, prout intrinseca perfectio est præcisè loquendo; sed qua extrinsecè concernit extremũ creatum. Sicut intellectus possibilis quiddatiuè & absolutè spectatus est eadẽ potentia formaliter; siue quà elicitiuus intellectionis, siue quà subſtratum eius: licet quatenùs connotat habitudines actiui & passiui, possit extrinsecè distingui ratione connotati.

Infringitur perspicuè ex creatis

30 Dicendum tertiò; voluntatem liberam Dei non compleri vltimò & formaliter per habitudinem rationis, ita vt talis respectus sit de essentia decreti liberi. Sic noster Doctor in textu citato, vbi accuratissimè volitionis liberæ rationem expendens hui usmodi habitudinis nunquam meminit. Quare reprehensibilis est Ambrosij Machini assertio qui 1.*p.q.19.disp.*31 *sect.*2. Tale cõmentũ Scoto & eius assẽclis tribuit: nostrũ verò assertum probatur.

Asser. 3. volũtas liberã nõ cõpletur per habitudinem rationis.

Machinus.

Quia respectus rationis, etiam prout obiectiuè in intellectu diuino existit (damus enim intellectũ Dei formare posse entia rationis) est quid fictum: igitur nequit esse tota forma, nec complementum formæ constitutiuæ effectus formalis vitalis, & intrinseci.

Probatur 1.

Cõfirmatur quia respectus causæ ad effectum est posterior ipso effectu

Tum etiam; quia respectus quilibet causæ ad effectum est posterior natura ipsâmet substantia effectus producti; vt constat in relationibus realibus, quæ consurgunt, termino, & fundamento iam suppositis, vt in capite ad aliquid latiùs ostendimus. Si enim relatio paternitatis non præmitteret, non tantùm substantiam generantem, sed etiam substantiam genitam, quæ anteit filiationem, non posset esse paternitas simul natura cum filiatione. Ergo similiter habitudo rationis, quam exprimit decretum liberum, quæ fit adinstar, & per analogiam ad relationem realem, etiam supponere debet fundamentum, & terminum; nimirum volitionem liberam Dei, & creaturam obiectiuè immutatam. Atqui decretum non præmittit obiectum, vt immutatum ad futuritionem, cũ omnis futuritio à decreto trahatur, tanquam à causa; ergo respectus rationis, qui præexigit extremum creatũ quatenus substernitur immutationi obiectiuæ, nulla ratione spectare potest ad quidditatem decreti immutantis creaturam obiectiuè.

Mutatio obiectiua nõ cõsignat decretũ, & est posterior decreto apud Scotum.

De quo vide expressum Scoti testimonium elucidatum *sub numer.* 22. Vbi asseuerat, voluntatem, vt operatiuam, seu quatenus media volitione libera (quam Scotus appellat operationem) tendit in obiectum contingens, non euenire immutationem obiectiuam, quã Scotus vocitat productionẽ in esse volito.

Asser. 3. important cõpendiũ totius doctrinæ præmissæ.

31 Assertio quarta, quæ potius dicenda est consectarium quoddam ex dictis depromptum; concluditur enim sufficienter à negatione additionis realis, formalis, & rationis, quam in tribus præcedentibus assertis apperuimus: volũtatem liberam Dei nihil apponere supra appetitum necessarium, quod sub intret quidditatiuam constitutionem decreti liberi. Cæterùm, quia in illis controuersijs, quæ humanum captum exuperant expeditiùs proceditur via remotionis, aut negationis (vt aiunt) removendo à diuina actualitate omnem potentialitatem, & imperfectionẽ; (cũ in istorum arcanorum reseratione magis pateat de Deo, quid non sit, quàm id quod sit) ita in hoc difficillimo mysterio certo scimus; decretum liberum non addere supra voluntatem necessariam, realitatem aliquam, formalitatẽ, aut respectum rationis, qui ad eius quidditatem attineat. At qua ratione fieri valeat, vt sine accessu alicuius formæ trã seat Deus de non esse volentis ad esse talis, pro isto statu callere non possumus: sufficeret tamen si oppositis argumentationibus plenè satisfacere possemus, ad quod se minus præstare fatentur celebriores Theologi. Vnde in isto arcano id solùm spectari debet, quod à diuina substantia omnẽ prorsus ableget imperfectionem; licet fateamur, humanã imbecillitatẽ in diluendis rationibus oppositis minus valere.

Respondetur ad opposita fundamenta; & vindicatio Aureoli à recentium vellicatione.

Ad fundamẽta opposita satisfactio.

32 PRopter argumenta, quibus Aureolus communem sententiam impetiit, ab aliquibus ei nota absurdæ opinionis inuritur; quæ actum liberum Dei, non in ratione aliqua intrinseca cõstituit, sed in connotatione obiecti extrinseci.

Aureolus malè audit apud aliquos, eò quòd decretũ liberũ in extrinseca cõnotatione obiectiuè constituere videatur.

Quod placitum videtur insinuasse Aureolus loco citato, illis verbis sub §. *Ex præmissis itaque patet*. Vbi ait. *Potest autem exemplar poni ad hoc de virtute calefactiua ignis, quæsi posset præsente stuppa ignire, & non ignire; non est dubium, quòd dum ignit, nihil præageret in se, nec intrinsecè determinaretur.* Vbi videtur velle Aureolus; quòd si vis ignefactiua esset ab intrinseco indifferẽs ad vtrãq; partẽ cõtradictionis, nec exprimeret aliquid additum intrinsecũ cõtrahẽs per modum actus secũdi; tunc data ea hypothesi ignitio actualis solã extrinsecã cõnotationẽ passi importaret. Cũ ergo prædictus author tali exẽplo vtatur ad aperiẽdã indifferentiã libertatis diuinæ; fiet, vt apud Aureolũ, volũtas libera nil aliud præseferat, nisi obiecti extrinseci connotationem.

Herice laborat in asserẽdo Aureolo. Sed nõ attingit mentem ipsius.

Valentinus Herice multus est in liberãdo Aureolo, *in tract. 2. de voluntate Dei, disp. 16. cap. 10.* Sed non videtur

Au-

Aureoli, mentem attigisse. Quàm vt breuiter enodemus, præmittimus; Aureolum tantùm inficiatum esse; voluntatem Dei addere rationem aliquam obiectiuam intrinsecam supra conceptum Deitatis.

Germana elucidatio sensus Aureoli

Nunquam tamen autumasse; volitionem liberam in sola connotatione extrinseca consistere. Aliud enim est, quòd ratio obiectiua liberæ volitionis non apponat aliquid intrinsecum supra conceptum Deitatis; aliud verò, quòd adæquata ratio decreti liberi in extrinseca obiecti connotatione posita sit.

Apud Aureolũ nec decretũ liberũ nec aliquod attributũ addit supra Deitatem perfectionẽ aliquã intrinsecã sed solũ connotatũ extrinsecum.

Quòd autem Aureolus in ea fuerit sententia, vt opinatus sit; nec volitionem liberam, nec quodlibet aliud attributum necessarium Dei, importare aliquam rationem obiectiuam intrinsecam supra Deitatem, vel Deitati additam; sed referre eamdem explicitam, & obiectiuam Deitatis rationẽ cum sola appositione vel additione cõnotati extrinseci; patet ex eodem Aureolo in 1. *sent. dist.* 45. *ar.* 3. §. *Circa tertium ergo considerãdum.* Vbi docet.

33 *Modus iste distinguendi, qui supra frequenter positus est, sufficit inter attributa; & summè congruit Deitati. Videlicet, quòd* Deitas *est ratio absoluta, & ipsa eadem, nulla ratione intrinseca addita, aut modo aliquo intrinsecè variata, est quoddam velle, & quoddam intelligere, & veritas, & bonitas; & sapientia, atq; iustitia, & sic de perfectionibus alijs: nisi quòd semper additur extrinsecè aliquod connotatum distinctum.*

Et in eadem distinctione. §. *Quod voluntas & cætera perfectiones.* Paulò ante responsionem ad quæstionem, quæ est ante primum articulum. Vbi ait. *Sed in oppositum videtur, quòd voluntas, & cætera perfectiones sint idipsum, quòd ratio Deitatis, nullo penitus addito intrinsecè, sed tantùm extrinseco connotato; constat enim, quòd ratio Deitatis est perfectissima, sed si non esset intrinsecè eadem ratio cũ intelligere, & velle, & cæteris perfectionibus, non esset simpliciter perfectissima, immo inter omnes minus perfecta. Tum, quia perficeretur per omnes; tum quia non esset viuida, sicut rationes importatæ per intelligere, & velle: tum quia non esset beatifica, nec haberet rationem finalis boni, sicut ipsum velle, in quo consistit beatitudo principaliter, & vltimatè, quæ omnia sunt absurda.*

Basilius Põtius.

Ergo necesse est dicere, non solùm Catholicè, sed etiam philosophicè; quòd ipsamet ratio Deitatis sit quoddam intelligere, & quodam velle, & sic de alijs perfectionibus, nullo intrinseco addito; solùm adiuncto aliquo extrinseco connotato. De qua Aureoli sententia, quam etiam recipit Basilius Pontius, egimus supra *in controu.* 1. *ar.* 4. *à n.* 2. *vsque ad* 5.

Volitio liberã cõsistit in connotato extrinseco apud Aureolum.

34 Cæterùm, quòd etiam expressè tradiderit Aureolus, volitionem liberam esse ipsammet Deitatis substantiam; ac proinde in solo connotato extrinseco consistere non posse. Constat ex loco citato ex 1. *sent. dist.* 47. *arti.* 1. §. *Ex præmissis itaque patet.* Vbi sic habet. *Et secundùm hoc Deitas induit rationem voluntatis ex isto certo connotato, quod est habere omnem actum exteriorem in sua potestate. Quidquid ergo Deus extra producit, voluntate producit, & voluntariè; non quidem actu desiderij, aut cuiusdam optatus, vel volitionis tendentis in non habitũ ad hoc, quòd habeatur: sed quia producit quadã dominatiua vi, & potestatiua virtute, quæ est ipsamet ratio Deitatis, qua potest producere, vel non producere.* Quid apertius? Si formam eam, per quam Deus agit liberè ad extra, non distinguat Aureolus ab ipsamet ratione Deitatis.

Volitio liberã est ipsammet ratio Deitatis apud Aureolũ

35 Nec exemplum, quòd ex Aureolo contra ipsum obijcitur, obtinet; eum existimasse, actum liberum Dei in sola extrinseca connotatione consistere. Quia, sicut si ignefactiua facultas esset indifferens ad combustionem eam, quæ nil adderet intrinsecum virtuti ignefactiuæ; sed esset ipsamet virtus ignefactiua cùm connotatione extrinseci, licet connotaret passum extrinsecum illa actualis ignitio; causalitas tamen ignitionis exercitæ non esset extra ipsiusmet ignis quidditatem; sed esset eademmet virtus ignitiua exercita cum additione & connotatione extrinseci. Ita apud Aureolũ, licet decretũ liberum cõnotet extremũ creatum; eius tamen ratio intrinseca non dissidet à substantia Deitatis; vt liquet ex dictis.

Nullo Aureoli prætiatocolligi potest, quòd decretũ consistat in solo connotato.

Cõfirmatur vltra ex Aureolo quòd nec velle Dei nec aliquod aliud attributũ importet aliquod additũ intrinsecũ sed solũ additũ connotati extrinseci.

Vnde illa verba Aureoli transcripta, *sub numer.* 32. *Non est dubium, quòd dum ignires nihil præagereret*

Amplior illustratio doctrinæ Aureoli.

Scotus

in ſe, nec intrinſecè determinaretur. Ex dictis perſpicuam interpretationem excipiunt, Si enim ignis per ſuam eſſentiam igniret, itaut ignitio actualis, vel non ignitio, nil apponeret vel tolleret intrinſecum additum virtuti igne factiuæ; manifeſtè ſequitur, quòd tale agens in ea hypotheſi non determinare tur intrinſecè dum actu igniret, tanquam per appoſitionem formæ additæ: ſed, quod omnis determinatio actualis, vt de nouo accedens, ſe teneret extrinſecè ex parte termini producti. Ex quo inſcitè contra Aureolum producitur, quòd ignitio in extrinſeco connota to conſiſtat; cùm tantùm inferatur; quòd ignitio nihil addat intrinſecum, ſed ſit eſſentialiter ipſa met ignefactiua virtus cum connotatione extrinſeci; quod de actibus liberis ſuſtinet ſana, & communis theologia.

Argumenta verò, quæ Aureolus inſtruit contra communem ſententiam, ob tundentur iiſdem ictibus; quibus probationes ex Aureoli argumẽtationibus productæ corruent, quare.

Dilutio primæ rationis pro placito Caietani.

36 Ad primum argumentum; reſpondetur, admittendo duo illa ſigna rationis, vt ſupponit oppoſitio prædicta. Negamus tamen; in ſecundo ſigno exigi aliam formam, per quam ſe quaſi contrahat Deus ad alteram contradictionis partem. Quia, vt diximus, cùm velle Dei ſit ſimpliciter illimitatum, & actus purus intra conceptum appetitus refert pro illo primo ſigno, in quo non concipitur determinatum ad alteram contradictionis partem, quidquid eminentiæ, & perfectionis volitiuæ illi potuiſſet accreſcere in ſecundo ſigno, vt adiret determinationem ad alteram partem. Vnde, non ideò apprehendimus Deum in primo ſigno, vt non determinatum ad alteram partem, quaſi in illo non præſetuliſſet formam ſufficientem ad ſe determinandum; ſed quia ſecundùm inadæquatas conceptiones noſtras actus primus anteit ſecundum, etiam in Deo, in quo nulla datur diſcretio inter actum primum, & ſecundum. Quò fit, vt illa eadem indiuiſibilis forma, quæ concipitur in actu primo; intelligatur in ſecundo ſigno, vt exhibens actum ſecundum, & quaſi contrahens Deum ad alteram partem contradictionis.

37 Ad ſecundum reſpondetur; quòd tam forma volitionis in Deo; quàm effectus, vel quaſi effectus intrinſecus ipſius, nimirum volens, vendicant ſibi neceſsitatem quoad eſſe; indifferentiam verò quoad cauſalitatem, & terminationem. Nec incongruit, quòd forma increata neceſſariò copulata quoad eſſe; non neceſſariò conferat tendentiam ad obiectum creatum & contingens. Quia cùm reſpiciat abſolutiſsima ratione quodlibet ens creatum, nec expectet ſpeciem à contingenti obiecto; integrum eſt illi exhibere, aut non exhibere ſuum effectum quaſi formalem, cum habitudine ad extra, ſiue connotatione extremi creati; licet ad intra neceſſariò conferat ſuum effectum formalem. Nec inſtantia de voluntate creata plurimum vrget; quia enim finita eſt, & exhauritur ſpecies eius circa proprium obiectum, nequit non inclinare ſubſtratũ, cui componitur actualiter, in tale obiectum.

Satisfactio ad 2. arg. de neceſsitate volitionis quoad eſſe, & indifferẽtia quo ad determinationem ad extra

38 Ad tertium reſpondetur; quòd ibi confunditur terminatio libera cum reſpectu rationis, cùm tamen maximè diſsideant, vt ex dictis liquet; licet à nobis explicetur tendentia libera per habitudinem rationis ad obiectum futurum. Si ergo argumentum procedat de reſpectu rationis; dicimus, Deũ non tranſire de contradictorio in contradictorium abſque aliqua mutatione. Quia talis habitudo rationis præmittit, non ſolùm decretum, & tendentiam liberam eius; ſed etiam mutationem obiectiuam; quæ à decreto relinquitur, vt conſtat ex tertio aſſerto; vbi oſtendimus, habitudinem illam ſupponere fundamentum, & terminum obiectiuè immutatum, ad inſtar relationis realis, quæ etiam præmittit fundamentum, & terminum. Habitudo enim decreti ad rem, quam obiectiuè immutat ad futuritionem, ſpectat ad genus cauſæ efficientis, vt perſpicuum eſt, cùm ſit reſpectus cauſæ ad cauſatum in tali obiectiuo eſſe, ac proinde non concipitur ante terminum productum; ſicut nec relatio patris afficit ſubſtantiam generantem ante exiſtentiam ſubſtantiæ genitæ, imo & præſuppoſita genita ſubſtantiæ ſecundùm prioritatem naturæ.

Pro reſpon. arg. 3. expõ. diſcrimẽ inter terminationẽ liberã quidditatiuè ſpectatã, & reſpectũ rationis, quæ infert liberã terminatio.

39 Si autem roges, quænam ſit mu-

Quidſt ens obiectiuè immutari à decreto libero vel produci in eſſe volito iuxta Scoti phraſim?

mutatio obiectiua, quæ ſupponitur ad habitudinem rationis? Licet id attigerimus, *numer. margin.* 21. Penitior tamen diſcuſsio ſubijcienda eſt. Quare breuiter dico; quòd quando obiectum aſtruitur immutatum à decreto; id intelligendum non eſt de mutatione phyſica & reali, quia eſſe obiectivum non eſt quid reale, vt realiter immutari valeat: ſed de mutatione obiectiua cum ordine ad futuram exiſtentiam, quæ mutatio relinquitur à decreto libero Dei. Ex eo enim, quòd Deus vult talem creaturam eſſe pro aliqua differentia temporis, intelligitur talis creatura cum determinata habitudine ad exiſtendum, quam non referebat in eſſe poſsibili; quia ens poſsibile, vt tale formaliter, tantùm exprimit poteſtatem vt ſit, non tamen determinatam futuritionem. Vnde dicitur mutari obiectum à poſsibilitate ad futuritionem; quatenùs tranſit de non eſſe determinati ad exiſtendum ad eſſe determinati ad exiſtendum pro aliqua differentia temporis: & hæc appellatur mutatio in eſſe obiectiuo.

Etiã res immutatur obiectiuè dũtaxat ad abſolutã nõ futuritionẽ

Quæ mutatio etiam congruit creaturis illis poſsibilibus, quæ nunquam erunt; quia ex hoc quòd Deus decreuit creaturam aliquam poſsibilem nunquã producere; relinquitur in illa quoddam non eſſe futuritionis, propter quod dicitur res mutari in eſſe obiectiuo: quatenùs tranſit ab indifferentia ad eſſendum, & non eſſendum, ad determinatam negationem futuritionis, quæ ad decretum ſubſequitur. Hæc igitur mutatio obiectiua eſt illa, quæ ſupponitur ad reſpectum rationis; quia habitudo rationis præexigit decretum liberum & terminum eius, ſcilicet creaturam obiectiuè immutatã: quia cũ inſtar relationis realis fiat, debet fundamentũ & terminum præmittere.

Si argumẽtũ procedat nõ de reſpectu rationis ad creaturã ſed de trãſitu à nõ eſſe volentis ad eſſe volentis magis vrget oppoſitio

40 Cæterùm; ſi procedat argumentum de volitione libera intrinſecè ſpectata, prout non includit relationem rationis, quæ ad decreti liberi quidditatem non attinet; magis vrget oppoſitio. Quia etiam vt ſic tranſit Deus à contradictorio in contradictorium; ſcilicet de non eſſe volentis ad eſſe volentis, nulla mutatione ſuppoſita, quæ ſit ratio huius tranſitus. Licet enim mutatio obiectiua anteuertat habitudinem rationis, quæ ad voluntatem liberam ſubſequitur; non tamen anteit decretum liberum, à quo obiectum, & mutationem, & futuritionem hauriit, vt diximus. Remanet igitur argumentum adhuc in ſua vi; vrget enim, extorquetque rationem, cur apprehenſa in primo ſigno illimitata eminẽtia appetitus Dei, & non concepta forma determinãte ad alteram partem contradictionis, intelligi queat in ſecundo ſigno talis determinatio abſque appoſitione formæ determinantis?

Referatur trãſitus àcõtradictorio ad cũtradictoriũ denominationis aſsignatæ additione virtuali.

Reſpondetur ergo; quòd tranſitus à contradictorio in contradictorium nequit intelligi ſine additione aliqua formali; aut virtuali, vel per æquiualentiam. Et quia velle Dei, licet formaliter ſimpliciſsimum ſit; eſt tamen virtualiter plura: ideò vi illius præfert Deus omnes illas denominationes abſque mutatione, vel appoſitione nouæ formæ, quas præſtare poſſet pluralitas & diſcretio actuum. Vnde, licèt in primo ſigno non intelligamus velle Dei, niſi vt ens omnino neceſſarium, & in ſecundo ſigno apprehendatur, vt quid formaliter liberum; non fit additio formalis, ſed tãtùm virtualis.

Scotus

Quæ virtualis additio petitur ab Scoto loco citato, *numer. margin.* 14. Vbi ait. *Sicut voluntas noſtra poteſt diuerſis volitionibus tendere in diuerſa volibilia; ita illa voluntas poteſt vnica volitione ſimplici illimitata tendere in quæcunque volibilia.* Vbi Scotus autumat, eumdem diuini appetitus actũ plures denominationes volentis, nolentis, &c. præſtare poſſe; eò quòd infinitis creatæ voluntatis appetitionibus æquipolleat.

Firmior probatio ex Scoto

Sed reſtat vice coronidis prædictam doctrinam optimo alio Scoti textu firmare; quem nobis ſuppeditat Scotus in 4. *ſentent. diſtinct.* 16. *quæſtion.* 2. §. *Ad propoſitum, ſub numer. margin.* 10. Vbi inquit.

Scotus

Quæcunque abſoluta obiecta voluntas creata poteſt velle pro eodem nunc, vel pro alio, ſiue vno actu, ſiue diuerſis; voluntas diuina poteſt vno actu velle pro eiſdem nunc, vna volitione realiter, ſed diuerſis ſecundùm rationem. Quia voluntatem eſſe limitatam ad aliqua obiecta, ſecundaria præcisè, ita quòd ad alia non poſsit, eſt imperfectionis in voluntate; & per conſequens pro

diuersis instantibus potest velle affirmationem, & negationem isti nullo modo in se variato ante actum volitionis.

Scotus

Vbi circa illa verba, *una volitione realiter, sed diuersis secundùm rationem*; restat obseruandum. Quòd ibi nulla ratione opinatur Scotus; aliquid rationis spectare ad complementum vitalis & liberæ terminationis; sed eminentiam diuinæ volitionis, seu pluralitatem virtualem eius, esse fundamentum distinctionis rationis; eò quod illimitata simplicitas volitionis diuinæ æquiualeat pluribus infinitisque actuum creatæ voluntatis repetitionibus. Vbi etiam taxatur commentum illud, quod explosimus supra *sub num.* 27. Quòd scilicet decretum liberum supra necessarium prædicatum volitionis diuinæ addat formalitatem aliquam ex natura rei distinctam; cùm Scotus tantùm hic sustineat additionem, & distinctionem rationis, in illis verbis. *Vna volitione realiter, sed diuersis secundùm rationem.*

Scotus

Resp. ad 4. arg.

41 Ad quartum argumentum respondetur; tantũ agere; facilius intelligi trãsitũ Dei de nõ esse vidẽtis scientia visionis ad esse vidẽtis, & è cõtra; quã trãsitum de non esse volentis ad esse volẽtis, quod fatemur ingenuè. Quia in primo transitu præmittitur extra ipsam scientiam determinata obiecti futuritio, quæ sit ratio ex parte obiecti terminationis scientiæ Dei in illud: voluntas verò libera non supponit obiectum immutatum, in quod tendat, sicut scientia visionis, sed potiùs immutat, ac producit obiectum in tali esse obiectiuo. Attamen, cùm additione virtuali vel per æquiualentiam etiam intelligitur transitus de non esse volentis ad esse volentis eò quòd illimitatum velle Dei conferat quidquid à multiplicitate actuum præstari posset.

Ad vltimũ arg. Basolius

42 Ad vltimum dicimus; quòd hãc dubitationem ex antiquis Scoti discipulis excitauit Ioannes Basolius *in 1 sent. dist. 45. q. 2. ar. 3.* Vbi refert opinionem asserentem; Deum transire posse de esse volentis ad non esse volentis absque aliqua physica mutatione: quæ sententia his rationibus innitebatur.

An mutatio decreti immediatè ex primat physicã mutatione ut in Deo

Deus ab æterno voluit creaturam, & potuit non velle sine sui mutatione; igitur adhuc potest non velle creaturam quam aliquando voluit sine sui mutatione. Deinde, *relatio rationis noua potest aduenire alicui sine sui mutatione; sed voluntatis Dei ad alia extra se volita non est, nisi relatio rationis; ergo.* Prædictam sententiam refellit Basolius loco citato. §. *Contra istam opinionem.* Sed immeritò, cũ illius probationes euidenter obtineant intentum.

Refellitur Basolius

Vera solutio de mutatione moràli

43 Quare respondetur ad argumentum; ex mutatione decreti non colligi in Deo mutationem physicam formaliter & immediatè; inferri tamen quamdam mentis inconstantiam, leuitatem, instabilitatem, & imprudentiam in rebus agendis. Quia mutare propriæ voluntatis constituta, etsi quod, non fiat accretio, vel diminutio alicuius entitatis vel realitatis in appetitu libero, est maxima imperfectio; vnde quando Deus asseritur immutabilis, non solùm remouetur mutatio physica, sed etiam moralis: eò quòd diuinæ actualitati non solùm contradicant imperfectiones physicæ, quæ scilicet important compositionem, mutationem aut quid simile; sed etiam imperfectiones morales, quæ intelligi possent sine physica mutatione, quæ immediatè, & per locum intrinsecum ex ipsis colligatur. Nam velle mentiri, aut velle peccatum, possent intelligi in Deo sine aliqua appositione, vel deperditione alicuius actualitatis intrinsecæ; si posset Deus ab æterno ea obiecta absona appetere per volitionem liberam. Attamen licet immediatè, & per locum intrinsecum ex tãlium obiectorum appetitione non inferatur alicuius nouæ entitatis accretio, aut diminutio; colligitur tamen, illam voluntatem non esse per se rectam, & essentialiter bonam, ac proinde esse non posse voluntatem Dei: vnde mediatè ex mutatione illa, & indecentia morali peteretur mutatio, aut negatio physicæ entitatis Dei. Ita pari ratione, ex mutatione morali diuini decreti, licet non inferatur immediatè & per locum intrinsecum, mutatio, aut negatio entitatis physicæ Dei; colligitur tamen immediatè talem entitatem, seu personam esse inconstantem, ac instabilẽ, ac proinde non posse esse Deum.

Refutantur placita Arriual, & Herice.

Ad secundam opinionem patet ex dictis.

Cæterùm, aliam recentium Theologorum opinationem autumantem; vo-

li-

litionem liberam intrinsecè cointegrari ex voluntate Dei, & actione externa, contra Arrubal & Herice confutamus infra, *in controuersia 9. Generali de Visione Dei, distinction.3 subdistinction.2.artic.3.* expendentes, *an decreta libera diuinæ voluntatis attineant ad obiectum visionis? sub numer. margin.* 13. *perlege à numer.* 8. *vsque ad* 14. *inclusiuè.* Vbi mentem Scoti ad plenum elucidamus, & literam in præsenti articulo exaratam, iterum per particulas versamus.

CONTROVERSIA OCTAVA
DE AETERNITATE DEI.

De affinitate æternitatis & immutabilitatis.

TA Affine est attributum hoc præcedenti, vt expendatur a Theologis, vtrùm attributa immutabilitatis, & æternitatis, aliqua ratione differant? Quare doctrinæ series exposcit, vt post immutabilitatis discussionem, de æternitate disputatio atte-xatur. Præsens verò controuersia bipartita erit in duos articulos; primus disseret de æternitate Dei: alter de duratione creata permanenti, & successiua.

ARTICVLVS I.

Quæsit ratio obiectiua æternitatis Dei?

SVMMARIVM.

Opinio Aureoli, (cui adhæsit Petrus Hurtado) contendentis, æternitatem Dei non esse propriè durationem; suadetur. Num. 1.
Confutatur. Num. 4.
Æternitatem claudere in suo conceptu

men-

Scotus

diuersis instantibus potest velle affirmationem, & negationem isti nullo modo in se variato ante actum volitionis.

Vbi circa illa verba, *vna volitione realiter, sed diuersis secundùm rationem*; restat obseruandum. Quòd ibi nulla ratione opinatur Scotus; aliquid rationis spectare ad complementum vitalis & liberæ terminationis: sed eminentiam diuinæ volitionis, seu pluralitatem virtualem eius, esse fundamentum distinctionis rationis; eò quod illimitata simplicitas volitionis diuinæ æquialeat pluribus infinitisque actuum creatæ voluntatis repetitionibus. Vbi etiam taxatur commentum illud, quod explosimus supra *sub num.* 27. Quòd scilicet decretum liberum supra necessarium prædicatum volitionis diuinæ addat formalitatem aliquam ex natura rei distinctam; cùm Scotus tantùm hic sustineat additionem, & distinctionem rationis, in illis verbis. *Vna volitione realiter, sed diuersis secundùm rationem.*

Scotus

41 Ad quartum argumentum respondetur; tantũ agere; facilius intelligi trãsitũ Dei de nõ esse vidẽtis scientia visionis ad esse vidẽtis, & è cõtra; quã trãsitum de non esse volentis ad esse volẽtis, quod fatemur ingenuè. Quia in primo transitu præmittitur extra ipsam scientiam determinata obiecti futuritio, quæ sit ratio ex parte obiecti terminationis scientiæ Dei in illud: *vo*luntas verò libera non supponit obiectum immutatum, in quod tendat, sicut scientia visionis, sed potiùs immutat, ac producit obiectum in tali esse obiectiuo. Attamen, cùm additione virtuali vel per æquialentiam etiam intelligitur transitus de non esse volentis ad esse volentis eò quòd illimitatum velle Dei conferat quidquid à multiplicitate actuum præstari posset.

Resp. ad 4. arg.

42 Ad vltimum dicimus; quòd hãc dubitationem ex antiquis Scoti discipulis excitauit Ioannes Basolius *in 1 sent. dist. 45. q. 2. ar. 3.* Vbi refert opinionem asserentem; Deum transire posse de esse volentis ad non esse volentis absque aliqua physica mutatione: quæ sententia his rationibus innitebatur.

Ad vltimũ arg. Basolius

Deus ab æterno voluit creaturam, & potuit non velle sine sui mutatione; igitur adhuc potest non velle creaturam quam aliquando voluit sine sui mutatione. Deinde, *relatio rationis noua potest aduenire alicui sine sui mutatione; sed voluntatis Dei ad alia extra se volita non est, nisi relatio rationis; ergo.* Prædictam sententiam refellit Basolius loco citato. §. *Contra istam opinionem.* Sed immeritò, cũ illius probationes euidenter obtineant intentum.

Anmutatio decreti immediatè ex primat physicã mutationẽ in Deo

Refellitur Basolius

43 Quare respondetur ad argumentum; ex mutatione decreti non colligi in Deo mutationem physicam formaliter & immediatè; inferri tamen quamdam mentis inconstantiam, leuitatem, instabilitatem, & imprudentiam in rebus agendis. Quia mutare propriæ voluntatis constituta, estò quod, non fiat accretio, vel diminutio alicuius entitatis vel realitatis in appetitu libero, est maxima imperfectio; vnde quando Deus asseritur immutabilis, non solùm remouetur mutatio physica, sed etiam moralis: eò quod diuinæ actualitati non solùm contradicant imperfectiones physicæ, quæ scilicet important compositionem, mutationem aut quid simile; sed etiam imperfectiones morales, quæ intelligi possent sine physica mutatione, quæ immediatè, & per locum intrinsecum ex ipsis colligatur. Nam velle mentiri, aut velle peccatum, possent intelligi in Deo sine aliqua appositione, vel deperditione alicuius actualitatis intrinsecæ; si posset Deus ab æterno ea obiecta absona appetere per volitionem liberam. Attamen licet immediatè, & per locum intrinsecum ex talium obiectorum appetitione non inferatur alicuius nouæ entitatis accretio, aut diminutio; colligitur tamen, illam voluntatem non esse per se rectam, & essentialiter bonam, ac proinde esse non posse voluntatem Dei: vnde mediatè ex mutatione illa, & indecentia morali peteretur mutatio, aut negatio physicæ entitatis Dei. Ita pari ratione, ex mutatione morali diuini decreti, licet non inferatur immediatè & per locum intrinsecum, mutatio, aut negatio entitatis physicæ Dei; colligitur tamen immediatè talem entitatem, seu personam esse inconstantem, ac instabilẽ, ac proinde non posse esse Deum.

Vera solutio de immutatione morali

Ad secundam opinionem patet ex dictis.

Refutantur placita Arrabal, & Herice.

Cæterùm, aliam recentium Theologorum opinationem autumantem, vo-

li-

litionem liberam intrinsecè cointegrari ex voluntate Dei, & actione externa, contra Arrubal & Herice confutamus infra, *in controuersia 9. Generali de Visione Dei, distinction. 3 subdistinction. 2. artic. 3.* expendentes, *an decreta libera diuinæ voluntatis attineant ad obiectum visionis? sub numer. margin. 13. perlege à numer. 8. vsque ad 14. inclusiuè.* Vbi mentem Scoti ad plenum elucidamus, & literam in præsenti articulo exaratam, iterum per particulas versamus.

CONTROVERSIA OCTAVA
DE AETERNITATE DEI.

De affinitate æternitatis & immutabilitatis.

IN TA Affine est attributum hoc præcedenti, vt expendatur a Theologis, vtrùm attributa immutabilitatis, & æternitatis, aliqua ratione differant? Quare doctrinæ series exposcit, vt post immutabilitatis discussionem, de æternitate disputatio atte-xatur. Præsens verò controuersia bipartita erit in duos articulos; primus differet de æternitate Dei: alter de duratione creata permanenti, & successiua.

ARTICVLVS I.

Quæsit ratio obiectiua æternitatis Dei?

SVMMARIVM.

Opinio Aureoli, (cui adhæsit Petrus Hurtado) contendentis, æternitatem Dei non esse propriè durationem; suadetur. Num. 1.
Confutatur. Num. 4.
Æternitatem claudere in suo conceptu

men-

mensuram rationis opinatus est Ferrariensis. Num. 5.

Æternitatem esse realem Deitatis mensuram autumarunt alii. Num. 7.

Vtraque opinio conuellitur. Numer. 15.

Obiectiuam æternitatis rationem ex positiuo, & negatione mensuræ cointegrari, asseruit Vazquez. Numero 21.

Aliorum sententia, qui astruũt, negationem desitionis ad rationem æternitatis attinere. Num. 22.

Expugnantur ista duo placita. Numer. 23.

Textus Scoti, & illius explanatio. Nu. 27.

Expenditur diffinitio æternitatis, & illius discretio ab immutabilitate aperitur. Num. 35.

Successio ab Æternitate Dei prorsus remouetur. Num. 40.

QVIA Variæ sunt doctorum sententiæ de obiectiua ratione æternitatis; sigillatim proponenda, & simul expendenda est sententia quælibet, vt caliginem vitemus, quæ ab opinationum multiplicitate accedere solet.

1 Et primò occurrit Aureolus in 1. *sentent. dist.* 9. *p.* 2. *art.* 2. Autumans; æternitatem non esse durationem formaliter; sed potiùs vim, ac sufficientiam quasi formalem, per quam ambit Deus vniuersam creatæ durationis extensionem.

1. opinio Aureoli, quòd æternitas nõ sit formaliter duratio.

Aureolũ sequitur Petrus Hurtado

Aureolo suffragatur Petrus Hurtado *in sua Metaphis. d. spat.* 17. *de Duratione, sect.* 1. §. *marg.* 8. Vbi contendit; conceptum durationis in æternitate Dei intrinsecum non esse; sed extrinsecam denominationem à connotatione temporis petitam. Quare astruit; quòd deficiente tempore possibili nullus accederet æternitati conceptus durationis. Idem insinuat, *sect.* 10. 5. §. *margin.* 82. Vbi vocat æternitatem, non formalem, sed eminentem perseuerantiam; eò quòd sua indiuisibili existentia necessariò exercita ambiat omnia tempora, in quibus reperitur extensio prioris, & posterioris: quæ latitudo successiua necessariò exigitur, vt ab ea tanquam à connotato, conceptus durationis, seu perseuerantiæ formalis accedat æternitati Dei.

Probatur igitur placitum illud rationibus Aureoli; quarum prima est. *Omnis duratio habet formaliter, vnde possit dici tanta, vel tanta; quæritur enim de omni durante, quantùm durauit? Aut quantùm durabit? Sed constat, quòd non est quantitas, nec tantitas, nisi sit ibi aliqua multitudo, & pluralitas; nec quælibet multitudo, quia non permanentium, sed sibi inuicem succedentium secundùm ante, & post: vnde patet ex terminis, quòd apprehendens aliquid plus durasse, apprehendit, quòd habuit plus de priori, & posteriori. Nec etiam potest concipi de Deo, quòd plus duranit, quàm mundus, nisi quia concipitur fuisse ante, vel post, & habuisse plus de priori: ergo impossibile est durationem formalem esse aliquid, nisi tempus.*

Subtilis probatio Aureoli, quòd æternitas non sit duratio formalis.

2 *Præterea. Sicut se habet extensio permanens ad lineam; sic extensio successiua ad tempus. Sed impossibile est imaginari extensionem permanentem, quin linea apprehendatur (non est enim aliud linea, quàm extensio permansiua) ergo nec successiua distensio est aliquid nisi tempus. Constat autem, quòd omnis duratio, & omnis mora est quidam decursus secundùm ante, & post; vnde quidquid imaginamur plus durasse, imaginamur prius fuisse: ergo nihil est duratio formaliter, nisi tempus.*

2. ratio Aureoli cõcepti durationis imbibat formalẽ decursum iuxta ante & post

3 Deinde tertiò. *Omnis duratio in apprehensione consistit; cùm non sit aliud, quàm quædam numeratio, & computatio secundùm prius, & posterius; seu quædam distensio mora, vt Phylosophus docet. Impossibile est ergo, quòd mens durationem aliquam apprehendat, nisi per modum distensionis in ante, vel in post: hoc autem est expresse tempus.*

3. argumentatio Aureoli eodem spectans.

Omne ergo, quòd formaliter duratio est, tempus est; (sicut manifestè apparet ei, qui concipit terminos:) propter quòd nec æternitas, nec æviternitas duratio formaliter dici potest, nisi quatenùs intellectus fingens tempus, apprehendit; quòd Deus omni parti temporis coexistit; quantũcumq; imaginetur infinitũ à parte ante, vel à parte post.

4 At Aureoli probationes vno ictu corruunt; in sequentique articulo ex instituto expugnabuntur; vbi ostendemus de conceptu durationis non esse extensionem successiuam. Quò fit, vt licet

Refutantur Aureoli obiecta.

coe-

coexiſtentia æternitatis ad tempus apprehendatur ad inſtar extenſionis cuiuſdam quaſi tranſeuntis ad fluxum temporis; id tamen, quòd quaſi fluere, aut decurrere apprehenditur, non eſt quidditas ipſâ durationis Dei; ſed extenſio quædam, habitudo ſimultatis, ſeu comparatio, vel compoſitio æternitatis ad tempus, cui æternitas ipſa coexiſtit. Quæ comparatio ſimultatis, ſeu coexiſtentia, nil aliud exprimit ex parte Dei, quàm habitudinem quamdam rationis. Verùm quia in ſequenti articulo ſeriò remouenda eſt ſucceſſio à duratione entis permanentis, ad alia properemus.

Aliæ opiniones de ratione obiectiua æternitatis recenſitæ, & improbatæ.

5 ALIA Sentiendi via in hac re eſt Ferrarienſis, 1. *contra gentes, capit.* 15. §. *Proportionaliter ergo.* Vbi ait; æternitatem addere ſupra entitatem Dei aliquid poſitiuum rationis; nimirum rationem menſuræ, à qua completur in eſſe æternitatis. Quare ſubdit Ferrara. *Vnde non conſiderante anima, eſt quidem in re illa entitas, quæ eſt æternitas ſed non habet complete rationem æternitatis; quia non eſt menſura ſecundùm eſſe, quod habet extra animam, ſed tantùm ſecundùm quod eſt in anima apprehenſione.* Et probatur.

Quia menſura eſt de conceptu quidditatiuo durationis vt ſic; atqui æternitas eſſentialiter eſt duratio, igitur includit rationem menſuræ. Sed menſura iſta non poteſt eſſe realis, quia hæc realiter diſtingui debet à menſurato; & æternitas ſolùm per rationem à Deo diſtinguitur: igitur ſolùm poteſt eſſe menſura rationis; ac proinde ratio obiectiua æternitatis ex reſpectu rationis coaleſcit.

6 Secundò, quia attributum æternitatis debet eſſe ſaltim per ratione diſtinctum ab exiſtentia Dei; quia exiſtentia eſt de vltimo Deitatis conceptu; æternitas verò non ita, cùm ſit attributalis affectio in ſecundo modo perfeitatis de Deo enuntiata. Sed æternitas non apponit aliquid ſupra conceptum exiſtentiæ Dei, per quod ab exiſtentia ſecerni valeat, niſi habitudinem menſuræ, quæ ſola mentis functione ſubſiſtit igitur quidditatiua ratio æternitatis cointegratur ex eſſe reali Deitatis, & ex reſpectu rationis.

7 Nec multum diſtat à placito Ferrarienſis aliorum opinio, qui autumant; æternitatem addere ſupra exiſtentiam Dei, quòd ſit menſura; non rationis, ſed realis, diuini eſſe; ita tamen, vt iſtâ ratio menſuræ ex natura rei diſtincta non ſit ab exiſtentia Dei, ſed tantùm virtualiter. Sic Capreolus, *in 1. diſtinct. 9. quæſtion. 1. art. 2.* Zumel 1. *p. q.* 10. *art.* 1. Et alij Thomiſtæ; qui ita hanc enodant ſententiam.

Quòd ſicut vnitas prædicamentalis per quam menſuratur multitudo, poteſt conſiderari in eſſe menſuræ actualis; inquantùm aſſumitur ab intellectu ad actualiter menſurandam multitudinem; & talis ratio menſuræ actualis actiuæ non eſt aliquid reale intrinſecum in vnitate menſurante, ſed ſola denominatio extrinſeca, aut relatio rationis. Vel poteſt accipi talis vnitas fundamẽtaliter, & radicaliter; inquantùm ſcilicet talem nanciſcitur formam, quæ aſſumi ab intellectu valeat ad menſurandã multitudinem; & talis aptitudo ſiue mẽſura fundamentalis & ſignata eſt aliquid reale; non tamen realiter, ſed ſolùm virtualiter diſtinctum ab vnitate numerante.

Ita in propoſito; vniformitas, & immutabilitas diuinæ naturæ, inquantùm concipitur ab intellectu creato vt actualis menſura diuini eſſe, ſolùm addit quid rationis; ſi autem conſideretur virtualiter, & fundamentaliter, quatenus refert à ſe, quòd poſsit ab intellectu apprehendi ad notificandum, & menſurandum, quantùm duret ſubſtantia Dei; hoc modo eſt quid reale conſtituẽs æternitatem formaliter in eſſe talis.

8 Fundamentum huius opinionis eſt; quòd æternitas debet imbibere aliquam rationem menſuræ, cùm menſura tranſcendat totam latitudinem durationis; ſed menſura æternitatis non poteſt eſſe quid rationis (aliàs ceſſante functione intellectus, Deus non eſſet formaliter

timo cõceptu Deitatis, ad quẽ pertinet exiſtentia.

Sẽtẽtia aliorũ quod mẽſura realis ſit de quidditate æternitatis.

Capreolus. Zumel

Enodatio placiti præmiſſi.

Analogia inter vnitatẽ mẽſurãtem multitudinẽ; & inter immutabilitatẽ vt menſurantẽ Dei durationẽ.

Fũdamentũ opinionis præcedentis

Placitũ Ferrarienſis, quòd æternitas imbibat mẽſuram rationis

Ferrara

1. ratio pro Ferrarienſi quòd ratio mẽſuræ ſit de quidditate durationis.

2. ratio quia æternitas ad dat rationẽ mẽſuræ per quã extrahitur ab vl

ter æternus) igitur includit æternitas signatam, & fundamentalem mensuram, quæ tantũ virtualiter à substantia Dei distinguitur.

9 Verùm vtraque opinio probabilis non est; quia æternitas, nec passiua, nec actiua, mensura Deitatis astrui potest. Vt autem ostendatur, rationem mensuræ ad æternitatis conceptum haud spectare posse, id ab Scoto petendum est in 2. *sentent. distinct. 2. quæstio. 2. §. Ad secundam partem quæstionis, numer. marg.* 10. Vbi ex Aristotelis principijs acutè obseruat; æuum Angeli non posse esse mensuram eius. In hæc verba.

Ad secundam partem quæstionis, qua quæritur, an debeat poni in Angelo existente aliquid mensurans eius existentiam? Dico; quòd mensurare est quantitatem ignotam certificare, per quantitatem magis notam; certificatio autem aliquando potest fieri per quantitatem existentem in re, vel imaginatione; sicut artifex expertus per aliquam quãtitatem, quã habet in sua imaginatione, mensurat quãtitatem quamcumque sibi occurrentem.

10 *Aliquando autem potest fieri per quantitatem aliquam existentem in re Et hoc tripliciter, vel excedentem; tunc certificatur intellectus de quantitate minore, per accessum eius ad quantitatem maiorem, vel recessum ab ea. Et hoc modo, mensura ponitur in quidditatibus rerum, & mensura est perfectior ipso mensurato, quæ dicitur esse notior naturaliter ipso mensurato; sicut albedo ponitur prima mensura in genere colorum, & Deus dicitur prima mensura omnium, quæ sunt in quocunque genere.*

11 *Alio modo mensuratur per quantitatem excessum; quia quantitas nota minor est & pars quantitatis maioris, quæ magis ignota est; & tunc illa quantitas minor per sui repetitionem mensurat ipsum totum quantum maius, & hoc modo minor motus potest esse mensura maioris motus ex natura rei.*

12 *Tertio modo mensuratur quantitas ignota per aliam quantitatem notam, & distinctam, & æqualem sibi; & hoc fit per applicationem, siue superpositionem. Et quia illud, quod est mensura ex natura rei, debet esse notius naturaliter ipso mensurato; ideò in isto modo, scilicet tertio, vnum æqualium non est mensura aliorum, nisi illa æqualitas nota fuerit ex natura rei: & hoc modo tempus, si est aliqua quantitas à motu, & notior eo, potest esse mensura motus ex natura rei.*

13 *Alicui tamen intellectui potest illud esse mensura, quod ex natura rei non est mensura; puta si alicui sit nota quantitas vlnæ, & quantitas panni ignota: potest tunc quantitas vlnæ esse mensura quantitatis panni, licet ex natura rei, neutra quantitas habeat maiorem certitudinem alia.*

14 His igitur de mensura in genere constitutis; eò docet Scotus, æuum Angeli non esse mensuram existentiæ illius; quò tale æuum ab existentia Angeli realiter non dissideat; & mensura realis à proprio mensurato realiter secerni debeat. Nam licet quantitas se ipsam aliquando metiatur, hoc non fit adæquatè, ita vt tota quantitas se ipsam totam mensuret; sed inadæquatè, quatenus signata quadam determinata portione talis extensionis, & replicata super reliquam latitudinem, eam metiatur, & notificet: quod in Angelo locum habere non potest, cuius & existentia, & duratio, omnino indiuisibilis astruitur.

Ex his, quæ de duratione Angeli quãtùm ad rationem mensuræ docuit Scotus; perspicuũ esse potest, quid de æternitate Dei quantũ ad mensuræ conceptum, tenendum sit.

15 Quare, asserimus; æternitatẽ, nec esse passiuam, nec actiuam Deitatis mẽsurã: id est, quòd ea forma esse nequeat, quæ substantiam Dei mensurabilẽ reddat passiuè; aut eam mensuret, & notificet actiuè.

Prima pars huius asserti; quòd scilicet æternitas non sit mensura passiua diuinæ substantiæ; probatur. Quia mensura passiua est, quæ exhibet subiectum eius intrinsecè mensurabile ab alia mensura actiua; sed æternitas non potest reddere Deum mensurabilem ab alia mensura realiter dissita, quæ esse diuinum metiatur; cùm quælibet alia mensura à Deo discreta, sit creata, ac proinde finita, & improportionata illimitationi Deitatis: cùm contradicat, esse diuinum metiri ab esse participato sicut & illi adæquari secundùm quantitatem virtutis.

Oc-

Excluditur æternitas esse mensura passiua Deitatis.

Scotus

Qualiter æternitas mensuret existentiam rei?

Duplex ratio mensurandi diuitius; vel per quãtitatem existentem in imaginatione.

Vel per quãtitatem existentem minore & hoc tripliciter.

1. per quãtitatem excedentem quãtitatem mensuratam.

2. per quãtitatem excessiuã æquãtitatem mensuratã, & hoc fit per replicationem.

3. per quãtitatem æqualem, & quãtitatẽ

Corollariũ ex præmissis de mente Scoti.

Ostenditur, quod æternitas nequeat esse mensura passiua Deitatis

Euaſio inea hypotheſi quòd Deus produxiſſet creaturã æternã à parte ante & poſt.

16 Occurres, quod ſi Deus produxiſſet creaturam aliquam ab æterno; tunc in ea hypotheſi, talis duratio creata eſſet adæquata durationi Dei; vt potequæ interminata foret à parte ante & à parte poſt, ſicut æternitas Dei: igitur poſſet Deus ab æternitate ſua cõſtitui mẽſurabilis paſsiuè, reſpectu huiuſmodi durationis æternæ creatæ notificãtis actiuè quantitatem Dei.

Occupatur tuidẽter à ratione textuali Scoti.

Sed oppugnationem huius effugij nobis ſuppeditauit Scotus *loco citato, num. marg.* 12. in illis verbis - *Vnum æqualium non eſt menſura aliorum, niſi illa æqualitas nota fuerit ex natura rei* Quia menſura actiua debet eſſe notior menſurato, cũ ſit notificatiua quantitatis, ſiue extenſionis menſurati; ſed duratio creata æterna à parte ante, & poſt, licet æqualis æternitati quoad habitudinem coexiſtẽtiæ, æquè tamen ignota nobis eſſet; quia tantùm de tali duratione creata apprehendere poſſemus carẽtiã initij, & finis, & coexiſtentiam ad durationem infinitam Dei, ſeu creaturã illã ſemper Deo coextitiſſe. Atqui habitudo coexiſtentiæ non præſtat ad notificãda extrema coexiſtentia, aliàs ignota; igitur nulla duratio creata, etiam initio, & fine carens, valet actiuè menſurare Deum.

Nec æternitas poteſt eſſe menſura actiua Deitatis.

17 Quod autem nec Deus aſtrui poſſit paſsiuè menſurabilis ab ipſa æternitate, tãquam à menſura actiua; probatur: quia aliàs æternitas metiretur ſe ipſam quod eſt abſurdum; eò quòd inter menſuram realem actiuam, & paſsiuam, intercedere debeat realis diſcretio, aliàs enim tãtùm eſſet menſura rationis, ac proinde aliquid rationis ſpectaret ad cõplementum eſſentiale æternitatis; quod eſſe falſum; ita oſtenditur.

Quiãnon eſſet menſura actuarealis

Quia ceſſante mentis functione, eò Deus aſtruitur formaliter durans, quò permaneat in eſſe, quidditatiua neceſsitate, & inuariabilitate; ſed hoc totum eſt quid reale in Deo: ergo adæquata ratio obiectiua æternitatis eſt quid reale.

Imònecetiã mẽſura actuarationis

18 Deinde vrgetur ratio agens; æternitatem nec eſſe poſſe menſuram actiuam rationis reſpectu eſſe Dei. Quia inter æternitatem, & durationem Dei nulla datur diſtinctio, etiam rationis; igitur duratio Dei non poteſt exhibere diuinam ſubſtantiam menſurabilem ab æternitate. Eò vel maximè, quòd tũc aliquid aſſeritur mẽſurari, per aliud, quãdo alterũ aſſumitur, vt mẽſura ad cognoſcẽdam quãtitatem alterius; ſicut pannus mẽſuratur per vlnã. Sed æternitas nõ aſſumitur vt menſura actiua ad notificãdam durationem Dei (cũ cò formaliter, quò apprehenditur æternitas, percipiatur duratio, & è contra) eò quòd coincidãt in eundem cõceptũ explicitum: igitur duratio non reddit ſubſtãtiam Dei paſsiuè menſurabilem ab æternitate, tanquam à menſura actiua.

Propoſitio Ariſtotele.

19 Deinde; omnis menſura debet eſſe homogenea menſurato; vt conſtat ex Ariſtotele 10. *Metaph. cap.* 2. & 3. vbi ait. *Menſuram longitudinum debere eſſe longitudinem, vocum vocem, grauitatum grauitatem*; igitur duratio debet eſſe menſura durationis. Sed æternitas nõ præmittit in Deo aliã durationem, etiã intelligibiliter diſtinctam, quã menſurare poſsit per rationem; cũ æternitas, & duratio præferant eamdem rationem explicitam: igitur æternitas nec per rationem aſtrui debet actiua Deitatis menſura.

Ad fundamẽtum oppoſitæ opinionis

20 Nec nos perſtringũt oppoſitarum opinionum fundamẽta. Ad primũ enim dicimus; quòd menſura non eſt de ratione durationis, etiã in ente creato. Quia mẽſura actiua eſt omnino extrinſeca illi rei, ad quã metiendam aſſumitur; mẽſura verò paſsiua præſupponit quantitatem mẽſurabilẽ; priùs enim eſt, quòd res ſit quãta & extenſa in ſe; quã quòd vt menſurabilis referatur ad aliã. Sed de hoc preſsè in ſequenti articulo.

Ad 1. quòd menſura non eſt æquiditate durationis etiã in ente creato.

Ad ſecũdum argumentum; quòd æternitas nec per rationem diſtinguitur ab exiſtentia, & actualitate Dei; quare fatemur ingenuè, non eſſe affectionem attributalem in ſecundo modo perfectionis de Deo enuntiatam.

Ad 2. quòd æternitas eſt de quidditate Dei, ſicut exiſtentia

Ad fundamentum alterius ſententiæ, etiam conſtat ex dictis; ſupponit enim falſum; quòd æternitas aliquem menſuræ conceptum neceſſariò præferre debeat.

Ad fundamẽtum ſecundi modi dicendi.

Reijciuntur duæ aliæ opiniones, quæ negationem ad rationem æternitatis attinere, conſtituunt.

21 EXploſis illis ſentiendi vijs, quæ ens rationis ad obiectiuam rationem æternitatis ſpectare autumarũt; adhuc reſtant conuellendæ, quæ pronũtiãt; æternitatis rationem ex poſitiuo, & negatiuo quidditatiuè cointegrari.

Opinio affruẽs negationẽ menſuræ attinere ad quidditatem æternitatis.

Vazquius Coriolanus.

Cæterum, prima ſententia ex his, quæ negationem ſtruunt ſubintrare quidditatiuam æternitatis conceptum; eſt Gabrielis Vazquez, 1. *part. diſp* 31 *capit.* 5. *numer.* 10. Cui adhæret Franciſcus Coriolanus, S. Bonauenturæ expoſitor. 1. *part. quæſt.* 10. *art.* 1. §. *Præterea æternitas addit negationem menſuræ.* Contendit enim vterque author negationem menſuræ eſſe de quidditate æternitatis; neuter tamen proprium placitum ſtabilit: quod ita ſuaderi poteſt.

Fũdamentũ opinionis præcedentis

Quia æternitas eſſentialiter eſt vita interminabilis, vt ſupponunt omnes Theologi; ſed vita ab intrinſeco interminabilis exprimit negationem menſurabilitatis à qualibet entitate creata: ſicut enim diuinæ illimitationi obſtat commẽſuratio ſecũdum quãtitatẽ virtutis cum ente participato, ita & mẽſurabilitas per habitudinem ad illud; igitur negatio talis mẽſuræ eſt de intrinſeco Deitatis conceptu.

Alius modus dicẽdi, quòd negatio deſitionis ſit de quidditate æternitatis

22 Altera opinio eſt quæ aſſeuerat; æternitatem eſſentialiter imbibere negationem deſitionis. Hæc ſententia refertur ab Scoto in *quæſtion.* 6. *quodlibetali.* §. *Hæc concluſio ſi conceditur, n. marg.* 15 editionis Cauelli. Et fulcitur ratione, quam pro placito iſto formatScotus.

Probatur ex Scoto in ea hypotheſi quod Deitatis exiſtentia quaſi raptim trãſiret

Quia ſi, per impoſsibile, Deitas quaſi raptim tranſiret; adhuc intelligeretur ratio obiectiua Deitatis cùm propria actualitate exiſtentiali; & cùm tota infinitudine quaſi intenſiua in ratione entis; & tamen in ea hypotheſi non conciperetur æternitas cum propria illimitatione duratiua (ſi quidem Deitas in tali ſuppoſitione non duraret in infinitum) ergo ratio obiectiua æternitatis ſupra infinitatem Dei in eſſe entis addit negationem deficiendi, vel non eſſe deſitionis, per quod conſtituitur Deus in ratione illimitati intra conceptum durantis.

Nulla negatio eſt de quidditate æternitatis.

23 Sed hæc non obſtant; quare aſſerendum eſt; nullam negationem eſſe de conceptu eſſentiali æternitatis; ac proinde negationem menſuræ, deſitionis, aut quamlibet aliam, non attinere ad obiectiuam æternitatis rationem, vt eſſentiale complementum illius. ſed tãtùm conſequenter, ſicut negationes, comitari ſolent poſitiua quæque, à quibus inferuntur.

Probatio ſecũdæ aſſertiõis præcedentis

Probatur, quia ex eo quòd concipimus durationem Dei, vt eſſentialiter neceſſariam, ſeu inuertibilem in nihilum, apprehendimus illam, formaliter, & adæquatè diſtinctam à qualibet duratione creata, & creabili; igitur intelligimus durationem Dei vt cõſtitutam adæquatè in ratione durationis diuinæ, ac proinde in ratione æternitatis; quia illud, quod eſt diſtinctiuũ formale, & adæquatũ rei, eſt etiam adæquatum conſtitutiuum illius.

Cõfirmatur adhominem in ſchola eſti.

24 Præterea: quia duratio creata trahitur ad vnitatem conceptus durationis vt ſic cum æternitate; cùm ſit eadem ratio de hoc attributo, ac de cæteris alijs (quæ in ſententia Scoti colliguntur ad vnitatem conceptus cũ perfectionibus creatis.) Atqui duratio creata non imbibit negationem in ſuo cõceptu eſſentiali; igitur nec duratio Dei, quæ eſt æternitas.

Alia ratio ſpecialiter agens cõtra Vazquium.

25 Deinde tertiò ſpecialiter arguitur contra Vazquez. Quia negatio menſuræ præmittit aliam priorem negationem, tanquam rationem & fundamentum eius; ſcilicet negationem principij, & finis, à qua æternitati accedit, vt menſurari nõ valeat. Sed non eſſe principij, & finis, non eſt de quidditate æternitatis; ſed potiùs poſitiua illimitatio, & eſſentialis neceſsitas in permanendo, ad quam conſequitur negatio principij & finis: igitur nec negatio menſuræ ſubintrare poterit quidditatiuã æternitatis conſtitutionem.

Ex his ad fundamenta oppoſita. Ad primum pro opinione Vazquez reſpondetur; talem negationem menſuræ

ne-

Ad fundamentũ pro opinione Vazquij & Coriolani.

necessario subsequi ad positiuam æternitatis rationem; inficiamur tamen, illud non esse attinere ad quidditatiuum æternitatis conceptum: cùm æternitas ratione illius essentialis necessitatis in permanendo, quam exprimit, distinguatur adæquatè à tota creata, & creabili duratione, vt ostendimus.

26 Ad fundamentum alterius opinionis dicimus; illam hypothesim immediatè & per locum intrinsecum destruere ipsum quæsitum. Quia idem est durationem aliquam raptim transeuntem Dei durationem astruere; ac asserere Petrum esse hominem, ex hypothesi, quòd non sit animal rationale. Quia ita essentialis est existentiæ & durationi Dei incorruptibilitas, seu immutabilitas in nihilum, sicut homini quidditatiua est rationalitas. Quare illa suppositio penitus explodenda est; cùm nulla hypothesis ad doctrinam admitti queat, ex qua duo contradictoria immediatè, & per locum intrinsecum inferantur: vt in præsenti: illa enim duratio raptim transiens esset duratio Dei ex hypothesi, & non esset duratio Dei; quia de eius vltimo conceptu est immutabilitas in nihilum.

Infringitur perspicuè fundamentalis secundi modi dicendi.

Textus Scoti, ex quo æternitatis descriptio hauritur; & distinctio æternitatis ab attributo immutabilitatis.

SCotus, *in quæstione 6. quodlibetali. §. Restat nunc videre de æternitate, n. marg. 13.* editionis Hugonis Cauelli.

27 *Patet quidem quòd æternitas est alicuius, quod est ibi ex natura rei; quia ipsa est existentiæ, vt existentia: existentia autem est ibi ex natura rei, alioquin nihil esset ibi existẽs ex natura rei. Habemus ergo aliquid ex natura rei, cuius est æternitas; sed oportet quærere, an ex natura rei conueniat sibi æternitas, vt æternitas?*

Videtur quòd sic. Quia sicut infinitas intensiua dicit modum intrinsecum essentiæ, vt essentiæ; ita æternitas, vt æternitas, dicit modum intrinsecum existentiæ, vt existentiæ. & tunc cum ibi sit existentia ex natura rei sicut & esse; pari ratione modus intrinsecus illius, & hoc ex natura rei, sicut modus intrinsecus alterius. Pro hoc est Dionysius de diuinis nominibus capit. 5. parte tertia, (Deus non quodammodo est existens, sed simpliciter, & circumscriptiuè totum esse accipit in se ipso, & præaccipit; propter quod dicitur Rex sæculorum,) (& sequitur.) Ipse est esse existentibus, & ipsum esse existentium, & existens ante sæcula; ipse est enim æuum æuorum, qui est ante sæcula. Consimili modo videtur attribuere æuum æuorum, per quod intelligitur æternitas; secundùm quod ipse est existens simpliciter, & incircumscriptè.

Æternitas includit essentiæ.

Tota doctrina Dionysij sequimur.

28 *Contra istud obijcitur per illud Boetij 5. de Consolatione prosa. 6. Vbi vult, quòd æternitas est interminabilis vitæ tota simul, & perfecta possessio; & similis sententia habetur ab Anselmo Monologij 27. Et secundùm istã corrigenda est sententia Richardi 2. de Trinitat. 9. Carere (inquit) initio, & fine, & omni mutabilitate, dat æternum esse. Sic supplenda, & intelligenda est ista sententia secundùm descriptionem prædictam, in qua ponitur vita, quæ accipitur pro existentia actuali perfecta; quomodo Ioannis 5. Sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit, &c. Hoc ergo ponitur tanquam connotatum, quia quasi subiectum, vel fundamentum æternitatis; & illud certum est esse in Deo ex natura rei, sicut existentia perfecta.*

Boetius.

Anselm.

Richardus

Ioan. cap. 5

29 *Sed alia tria, scilicet interminabilis, quod excludit desitionem; & tota simul, quod excludit successionem; & perfecta possessio; quod excludit dependentiam, & participationem; illa enim non videntur dicere vltra vitam, nisi relationem positiuam, vel negatiuam. Negatiuam quidem; negatione terminationis; negatione successionis; & negatione dependentiæ; & relationem positiuam potentialem, vel aptitudinalem: quia interminabilis videtur dicere posse per se coexistere cuicunque durationi, vel existentiæ; tota simul, sine variatione & successione posse coexistere cuicũque: perfecta possessio a se ipso existere & non dependere in existendo.*

Optima definitio æternitatis inquantum est perfecta possessio.

Scotus

30 *Si ergo hæc eſt propriſſima deſcriptio æternitatis, quam inuenimus, & hoc eſt vnum tantùm ex natura rei, ſcilicet vita; tria autem, quæ complent rationem eius, non ſunt ibi ex natura rei, vt videtur.*

Proceſſus problematicus Scoti

Quia per ſe important, vel negationem alicuius imperfectionis extrinſecæ, vel relationem aliquam aptitudinalem, vel potentialem ad aliquid extrinſecum; & nec ſic, nec ſic, eſt aliquod eorum ibi ex natura rei; & per conſequens nec æternitas, vt æternitas, erit ibi ex natura rei.

Inſiſtit Scotus problematicæ diſſertationi

31 *Hæc concluſio (ſi conceditur) poteſt reſponderi ad illud, quod arguitur in contrarium; quòd ſcilicet æternitas ſit proprius modus exiſtentiæ diuinæ, ſicut infinitas eſſentiæ diuinæ. Hæc eſt neganda; quia (ſi per impoſſibile) eſſentia diuina raptim tranſiret; adhuc haberet tam eſſentia, quàm exiſtentia, modum intrinſecum, ſcilicet infinitatem intenſiuam: ſed non haberet illa exiſtentia æternitatem per quam intelligimus infinitatem durationis. Quæ vltra infinitatem intenſiuam non addit, niſi negationem deficiendi, vel relationem rationis potentialitatis, ſcilicet coexiſtendi cuicũque poſſibili; quæ relatio non eſt niſi rationis.*

Arguitur inuentione Angeli nihilatii

32 *Hoc patet hoc modo. Quia ſi Angelus annihilaretur cras; non haberet alium modum intrinſecum in natura ſua, quam ſi maneat in æternum, ſicut manebit; & ſecundùm aliquos ſine ſucceſſione quia illam negant de æuo; non eſt ergo poſſibile vltra infinitatem intenſiuam eſſentiæ, vel exiſtentiæ (quæ infinitas dicitur magnitudo, ſiue ſit huius, ſiue illius) intelligere ibi aliquam quantitatem, quæ ſit ibi ex natura rei, quæ ſcilicet ſit durationis perpetuæ: ſed quidquid intelligitur ſuperadditum addit relationem rationis, vel negationis. Verum eſt igitur, quòd exiſtentia habet modum ſibi intrinſecum, ſicut eſſentia, ſed illud non eſt, niſi infinitas intenſiua; æternitas autem, vt æternitas, ſiue interminabilis duratio, vt interminabilis duratio, non eſt infinitas.*

Reſoluit ex vtdeidogmate Dicæy ſij, iuxta placita problematicum

33 *Ad Dionyſium concedo, quòd ex natura rei Deus eſt exiſtentia in circumſcripta, hoc eſt infinita intenſiuè; ita quòd magnitudo propriæ exiſtentiæ eſt infinitas, & ita eſſet, ſi per impoſſibile Deus ſtatim deſineret eſſe. Sed quod addunt vlterius, quòd ipſe eſt æuum æuorum, hoc eſt, æternus, vel æternitas; verum quidem eſt hoc, quia ſua exiſtentia habet repugnantiam ad deſinere eſſe, & fundamentum illius repugnantiæ eſt ibi ex natura rei, ſcilicet exiſtentia. Sed formalis ratio repugnantiæ ad deſinere eſſe (ſiue ſit negatio deſitionis, ſiue neceſſitas coexiſtendi cuicunque compoſibili) hoc vltra illud, quod eſt ex natura rei, addit negationem imperfectionis, vel reſpectum ad extra. Nec Dionyſius dicit, quòd ibi ex natura rei eſt æuum æuorum, ſicut eſt exiſtens; ſicut ſecundùm Auguſtinum dicimus, Deũ eſſe magnum, eſſe ſapientem, bonũ, &c. ſicut frequenter dicit; non tamen propter hoc oportet, quòd illi ex natura rei conueniat hoc, vel illud, ſine omni negatione, vel relatione rationis.*

Quantum ergo ad iſtum articulum habetur, cuius ſit æternitas, ſcilicet exiſtentiæ; de iſta æternitate, an inſit ex natura rei? Teneatur altera via duarũ dictarum, illa quæ videtur inquirenti probabilior. Hactenus Scotus.

Cõmentarius literæ Scoti

34 In cuius vltimis verbis nobis datur optio eligendi, quòd æternitas claudat, vel non, in ſua ratione eſſentiali negationem aliquam; Scotus enim in hac re nihil definit, ſed ſub problemate relinquit. Qua indulgentia donati aſſeruimus, negationem non attinere ad intrinſecum æternitatis conceptum: & probationem, quam pro oppoſita via inſtruit Scotus, diuinus *ſupra nume. margin. 26.*

Præterea ad notanda ſunt illa verba textus tranſcripti *ſub numer. 27. Sicut infinitas intenſiua dicit modum eſſentiæ, vt eſſentiæ; ita æternitas, vt æternitas, dicit modum intrinſecum exiſtentiæ, vt exiſtentiæ.* Vbi eo abeſt vt inibi tradat Scotus, quòd æternitas ſit extra quidditatiuum conceptum exiſtentiæ, quatenus æternitas ſit modus exiſtentiæ; quòd potiùs inferatur tranſcendentia explicita conceptuũ exiſtentiæ & æternitatis; eò quòd æternitas renuntietur modus intrinſecus exiſtentiæ, ſicut infinitas intenſiua aſſeritur modus Deitatis. Quia vt ex præmiſſis, *in controu. de Infinitate, art. 1.* ſatis ſuperque liquet; infinitas nullatenus extrahitur ab explicita conceptibilitate Deitatis, quamuis vocetur modus Deitatis (in ea acceptione modi, quam inibi verſat Scotus

Scolus

Æternitas nõ diſtinguitur ab exiſtẽtia Dei.

tus, quando conceptibilitates ita ſe tranſcendunt explicitè, vt nec res concipi queat ſine modo, nec modus ſine re) ita & ob ſupparitatem rationis, quã uis æternitas vocetur modus exiſtentiæ Dei, nullatenus eſt extra quidditatem exiſtentiæ Deitatis.

Expenditur quid ſonet perfecta poſſeſſio in deſcriptione æternitatis

35 Deinde; obſeruandum eſt in diffinitionem æternitatis, quam à Boetio petit Scotus; quòd hæc variè à Theologis expenditur; neſcio tamen, ſi ita exactè. Aliqui enim illam particulam, *perfecta poſſeſſio*; ita aperiunt; vt per eam remoueant accedentium formarum conuentum, ob quem Deus in perfectione proficere poſsit; quaſi æternitas in hoc formaliter, & præcisè à durationibus creatis diſsideat, quòd iſtæ in proprijs ſubſtratis nequeant eſſe totius perfectionis integræ poſſeſsiones. Quia ſicut impoſsibilis eſt aliqua creatura, quæ viciſsitudini non ſubiaceat, ita vt mutabilis non ſit, ob receptionem alicuius actus realiter diſtincti (aliàs enim eſſet actus purus, ſicut Deus;) ita non poteſt dari aliquod ens creatum, quod ita duret, poſsidendo ſimul omnem ſuam perfectionem, vt nequeat fieri illi aliqua accretio perfectionis vlterioris.

Explanatio aliquorum.

Confutatur

Sed iſta diſtinctio æternitatis à duratione creata, licèt vera ſit, non tamen eſt formalis; quia non petitur à quidditatiuo conceptu durationis: ſed potiùs materialiter à natura ſubſtrati immutabilis trahitur. Sicut enim immutabilitas, vt remouet mutationem per compoſitionem aduenientis formæ, eſt diſtinctum attributum ab æternitate; ita debet diſtinctam rationem formalem ſpecificatiuam, & diſtinctiuam vendicare.

Præfertur ſenſus Scoti.

Quare Scotus illam particulam, *perfecta poſſeſſio*; acutiùs enodauit, per eſſentialem neceſsitatem in permanẽdo dum autumauit: *quòd perfecta poſſeſſio eſt à ſe ipſo exiſtere, & non dependere in exiſtendo.* Vt patet ex textu tranſcripto *ſub n.* 29.

Scotus

Nõ colligitur diſcretio æternitatis à durationecreata eò quòd ſolaæternitas nõ decurrat ſucceſsiuè

36 Vnde; nec etiam colligitur diſtinctio æternitatis ab alijs durationibus, ex illis verbis; *quòd ſit tota ſimul*; quaſi nulla duratio creata ſit tota ſimul ſine fluxu, & ſucceſsione, vt tribuitur Sanct. Bonauenturæ. Cùm dentur etiam durationes creatæ permanentes; vt in ſequenti articulo oſtendetur. Nec etiam hauritur diſcretio æternitatis ab alijs durationibus, ex illa particula, *interminabilis vitæ*, ita intellecta; quod ex eo formaliter diſtinguatur æternitas à duratione creata in tota abſtractione & communitate ſua; quòd iſta ſit finita, & terminata verſus initium, & finem, æternitas verò ſit illimitata, ſiue interminabilis. Quia, licet de facto nulla creatura fuerit æterna à parte ante, id tamen nullam involuit contradictionem, vt à Deo præſtari potuiſſet; quò ſuppoſito, talis duratio creata interminata à parte ante, & poſt, eſſentialiter diſtingueretur ab æternitate Dei; igitur ex alio capite petenda eſt quidditatiua diſcretio æternitatis à duratione creata.

Vnde accipiatur formalis diſtinctio æternitatis à duratione creata?

37 Diſtinctio ergo formalis æternitatis à duratione creata vt ſic, accipitur ab illa particula, *perfecta poſſeſſio*, iuxta ſenſum Scoti, vt liquet ex illis verbis tranſcriptis *ſub numer.* 29. *Perfecta poſſeſſio, à ſe ipſo exiſtere, & non dependere in exiſtendo* (verba verè aurea) & ab illis etiam; *interminabilis vitæ*, rectè tamen intellectis. Ita vt æternitas, aſſeratur vita interminabilis; quò ſit duratio eſſentialiter neceſsaria & immutabilis in nihilum; tam ab intrinſeco, quã per aliquã poteſtatem extrinſeci agentis. Quæ diſtinctio accepta eſt à ratione formali durationis; quia cùm duratio nihil aliud ſit formaliter, quàm permanẽtia in eſſe; ſit, vt iuxta diuerſitatem permanentiæ ſpectanda ſit formalis diſcretio durationis. Et quia æternitas eſt permanentia in eſſe cum eſſentiali neceſsitate; creaturæ verò ſpirituales, cùm non præ ſeferant eſſentialem iſtam neceſsitatem in permanendo, immo ſint mutabiles ab intrinſeco, vt oſtendimus *in 1. ar.* præcedentis controuerſiæ: cõſequẽs eſt, vt ex hoc principio trahatur quidditatiua & formalis diſtinctio æternitatis à creata duratione in tota vniuerſalitate ſua.

Obiectio aggr; quòd permiſceantur attributa immutabilitatis & æternitatis

38 Sed, inſtat non contemnenda obiectio, quæ nos premere videtur; quia confundere ac permiſcere videamur attributa immutabilitatis, & æternitatis; eò quòd, ſuppoſito iſto modo dicẽdi, obiectiui conceptus immutabilitatis, & æternitatis ſe ſe ad inuicem tranſcẽdant. Quia æternitas eſſentialiter eſt vita interminabilis, ſeu quæ ab intrinſeco in nihilũ recidere nequeat; atqui vita illa quæ

essentialiter remouet versionem in nihilum, est formaliter immutabilis: igitur æternitas, & immutabilitas coincidunt in eumdem explicitum conceptum.

Præterea; immutabilitas, prout est attributum Dei, non tantùm remouet mutationem, quæ à receptione accidentium prouenit; sed etiam respuit transitum de esse ad non esse. At æternitas, vi sui præcisi, & vltimi conceptus, explodit mutationem substantialem de esse ad non esse; cùm essentialiter sit permanentia esse diuini; igitur confunduntur attributa æternitatis, & immutabilitatis.

Vrgetur eadē obiectio.

39 Respondetur; quòd prædicta obiectio concludit manifestè, quod si immutabilitas Dei accipiatur præcisè pro necessitate Dei in essendo, vi cuius relegat mutabilitatem, seu vertibilitatem ad non esse; nullatenus differt ab attributo æternitatis. Quod videtur tradidisse Augustinus, *libro de natura boni, capit. 9.* vbi ait. *Illa est autem vera æternitas, quæ vera immortalitas, hoc est, illa summa incommutabilitas, quam solus Deus habet.*

Qualiterim mutabilitas cocat in eādē rationē explicitam cū æternitate? S. Augustin.

Si verò immutabilitas sumatur, prout excludit potentiam ad recipienda accidentia, à quibus immutari posset Deitatis substantia; vt sic est distinctum attributum ab æternitatè Dei. Quia æternitas formaliter tantùm exprimit necessitatem in essendo, non verò immutabilitatem, prout infert negationem receptionis accidentium: cùm distinctum non esse sit negatio compositionis, aut appositionis accidentium, quam præfert immutabilitas, à negatione desitionis, aut vertionis in nihilum, quam exprimit æternitas. Quare ob hanc rationem asseruimus supra immutabilitatem, quæ importat negationem receptionis accidentium, non esse rationem formalem distinguendi æternitatem à durationibus creatis; eò quod tantùm petatur materialiter ab immutabilitate subtracti, nimirum Dei: non autem à ratione formali durationis quæ in permanentia consistit.

Immutabilitas prout abigit mutationē per receptionē accidentiū exprimit distinctionē explicitā à conceptu formali æternitatis.

Successio remouetur ab æternitate Dei.

Opponitur, quod æternitas inhibeat successionē.

40 Sed, adhuc contra illa verba descriptionis æternitatis, quod nimirū sit tota simul; opponi potest. Quòd æternitas sit duratio successiua sibi vendicans partes priores, & posteriores; quia sacra Scriptura prædicat de existentia Dei, non solùm tempus præsens, sed alias etiam differentias præteriti, & futuri temporis. Vt constat ex illo Apocalypsis *capit. 1. Qui est, & qui erat, & qui venturus est.* Et ad Hæbreos 13. *Iesus Christus heri, & hodie ipse, & in sæcula.* Et ex Psalm. 109. *Ante luciferum genui te.*

Apocaly. 1.

Ad Hab. 13

Psal. 109.

Arguitur præterea ex successione æternitatis

Deinde; si æternitas esset tota simul sine aliqua successionis serie; esset instans quoddam indiuisibile. Sed duratio instantis est breuissima, & inextensa: igitur cùm æternitas sit duratio illimitata ambiens omnes decursus creatæ durationis, non debet esse indiuisa & instantanea, sed sustinens partes sibi succedentes.

Instatur vltra

Præterea; quia illud, quod est, fuit, & erit, non est totū simul, aut quod tā simplex & indiuisibile instans; vbi enim nō contradicit, assignari præteritum, & futurum, etiam non obstat extensio cū successione. Atqui de æternitate verificatur, quòd fuit, & quòd erit; igitur claudit successionem.

Arguitur ex veritate cōtradictoriarū etiam respectu mensuræ æternitatis.

41 Secūdò arguitur; quia si æternitas esset tota simul; fieret, vt respectu eiusdem durationis indiuisæ propositiones cōtradictoriæ verificari possent. Quia sicut pro aliqua differentia temporis verum est enūtiare de Petro, quòd peccat & pro alio tempore, quòd nō peccat; si in æternitate nō assignaretur extensio, & successio durationis, per habitudinē ad idē instans prorsus indiuisibile verū esset astruere, quòd Petrus peccat; & quòd non peccat.

Obiectum pro veritate doctrinæ

Si occurras; nō implicare duas propositiones cōtradictorias esse simul veras respectu æternitatis, quæ ambit distinctos tēporū decursus, in quibus enūtiationes illæ verificātur; licet repugnet, quòd sint veræ respectu propriæ mēsuræ temporis, quā importāt per copulā.

Con-

Impetitur ſolutio præcedens

Contra hæc; propoſitiones contradictoriæ, etiam reſpectu æternitatis, nō mutant ſuam oppoſitionem; à qua referunt, vt de eodem obiecto ſimul, & ſemel verificari nequeat; quòd ſit; & quòd non ſit. Igitur nec per habitudinem ad inſtans æternitatis poſſunt eſſe ſimul veræ contradictiones iſtæ: ac proinde in æternitate aſſignari debet latitudo, & ſucceſsiō partium, in quibus contradictoriæ enuntiationes verificentur.

Catholica aſſertio.

42 Sed his non obſtantibus: aſſeuerandum eſt, æternitatem eſſe totam ſimul abſque vlla ſucceſsione & viciſſitudine. Hoc aſſertum eſt de fide, & conſtat ex illo Exodi 3. *Ego ſum qui ſum; qui eſt miſit me ad vos*; vbi verbum illud, *eſt*, ſignat permanentiam, & indefectibilitatem diuinæ ſubſtantiæ, quæ non ſuccumbit temporarijs decurſibus. Et ex illo Pſalmi 101. *Dies mei ſicut vmbra declinauerunt, & ego ſicut fœnum aruj: tu autem Domine in æternum permanes.*

Pſal. 101

Ratio euidens.

Et conſtat ex perſpicua ratione quia duratio Dei non eſt diſtincta à ſubſtantia Dei; ſed eſſe Dei eſt ſimpliciſsimum & indiuiſibile omniſq; viciſſitudinis incapax: igitur & duratio Dei ſucceſsioni non ſubſternitur.

Cōfirmatur

Præterea, ſucceſsiua duratio non poteſt concipi ſine diſcretione huius, quod ad alterum ſuccedit; implicat enim, quod indiuiſibile, quà tale, ſit præteritum, & futurum, atque adeò effluat ſecundum prius, & poſterius: quare ſemper emergit compoſitio ex eo, quod præterat, & ex eo, quod accedit: ſed hæc omnia obſtāt actualitati, & ſimplicitati diuinæ naturæ; igitur & protenſio ſucceſsiua durationis.

Dilutio primæ oppoſitionis

43 Ad primum argumentum. Quòd licet æternitas ſit quaſi ſimpliciſsimum, & indiuiſibile inſtans ambiens vniuerſas temporis differentias; apprehenditur tamen à nobis inſtar cuiuſdam profluentis interualli, eò quòd pro iſto ſtatu coniunctionis ad corpus, ea quæ motui, & tempori non ſubiacent, qualia mobilia, & temporalia apprehendamus. Attamen ſacra Scriptura, vt ſtabilitatem, & conſtantiam Deitatis aperiat, tres temporis differentias defert æternitati; vt vel ſic conſtituat, æternitatem omnem creatam durationem circumſcribere, à qua nunquam aut circumſcribi, aut finiri poſsit. Ideò enim aliquando vtitur illo præterito imperfecto, *erat*, aut alio ſimili, quod remotum dum finitam innuit; vt denotet durationem Dei nunquam exhauriri poſſe. Aliquando vtitur præterito, quod dicitur perfectum; vt aperiat perfectionem exactiſsimam Dei, & operum illius: & ideò dicitur de Deo quod, *fuit*, & de patre generante filium, quod *genuit*, eſtò quòd actualiter gignat. Etiam ſignificatur duratio Dei per verba de futuro, vt denotetur vis duratiua Dei ad coexiſtē dum realiter cuilibet creatæ durationi ex hypotheſi ſuæ productionis.

Cur Scriptura deferat Deo diff. rentias tēporis præſentis præteriti & futuri

Ad aliā oppoſitionem.

44 Ad aliam rationē; quod eſt duplex inſtans; aliud fluēs, quod comitatur eſſe rei fluentis, & temporariæ, quale eſt inſtans continuatiuum temporis; & hoc eſt breuiſsimæ durationis. Aliud verò eſt inſtans permanens, quod importat eſſe diuinum, & permanentiſsimum ab intrinſeco; & tale aſtruitur durationis illimitatæ.

Ad inſtantiam.

Ad inſtantiam de præterito, & futuro; patet ex ſolutione primæ obiectionis.

Ad vltimam obiectionem

Ad vltimam obiectionem; quòd enuntiationes contradictoriæ non verificantur per ſolam habitudinem ad inſtās æternitatis; aliàs enim abſoluerentur à menſura intrinſeca temporis, quā important per copulam.

ARTICVLVS II.

De duratione creata permanenti; & ſucceſſiua.

SVMMARIVM.

Durationem à propria exiſtentia non ſeparari realiter, oſtenditur. Numer. 7.

Item nec formaliter ex natura rei diſtingui. Num. 8.

Identitas actionis productiuæ, & cōſeruatiuæ, ex Scoto aperitur. Num. 11.

Rem pro primo ſuæ productionis inſtāti durare. Num. 15.

Opinio aſtruens, durationem entis permanentis eſſe ſucceſſiuam; ſuadetur. Num. 20.

Dari coexiſtentiam realem ſucceſſiuæ rei permanentis ad tempus primi mobilis oſtendimus ex Aureolo contra Soarium, & Hurtadum, à Num. 24. vſque ad 34.

Entis permanentis durationem intrinſecè ſucceſſiuam non eſſe; conſtituimus Num. 36.

Quæ ſit illa ratio coexiſtentiæ ad tempus, quæ prædicamentum quando conſtituat? oſtenditur. Nu. 39.

Sancti Bonauenturæ mens elucidatur. Num. 42.

Duratio ſucceſſiua diſcutitur, & illius identitas cum motu enodatur. Num. 47.

Confutatio Soarij de tarditate & velocitate motus. Num. 51.

Scotus

DE Duratione creata latè diſſerit Scotus *in 2. ſent. diſt. 2. à q. 1. vſque ad 4. incluſiuè*, & ex neotericis Scoti aſſeclis accuratè etiam diſputant de creata duratione Ioannes de Rada *2. p. controuerſ. 4. per totam*, & Philippus Faber *in 2. ſent. à diſput. 11. vſque ad 14. incluſiue.* Quia tamen hæc magis ad materiam de Angelis attinere videntur, ideò ea contractiori calamo percurremus.

Rada Faber

Diſtinctio durationis creatæ ab illius exiſtentia expenditur.

Opinio 1. quòd duratio diſtinguatur realiter ab exiſtentia Cortolanus

1 PRima opinio in hac re autumat; durationem entis ſtrictè creati ab illius exiſtentia realiter diſsidere. Hanc neceſſariò tueri debent, qui entium ſpiritualium durationem extenſam ac diuiſibilem pronuntiant. Sic Franciſcus Coriolanus *1. p. q. 10. ar. 3. §. Primò igitur ſciendũ, quòd mens S. Bonauenturæ.* Pro hac etiam ſententia de diſtinctione reali durationis à re creata durante citatur Bañes, *1. p. q. 3. art. 4. dub. 1. ad tertium*, & probatur.

Bañes

Primò ex principijs Thomiſtarum. Quia euidens ſignum diſcretionis realis, eſt realis vtique ſeparatio; atqui in Chriſto Domino realiter ſeparantur duratio, & exiſtentia creata; quia de facto Chriſtus exiſtit per exiſtẽtiam increatã verbi; durat verò per creatam formam durationis; cũ Chriſtus inquantùm homo non ſibi vendicet durationem infinitam. *1. ratio ex fundamento Thomiſtarũ.*

2 Secundò arguitur. Quia exiſtentia & duratio rei ſe gerunt ad inſtar productionis, & conſeruationis; quia ſicut productio non eſt cõſeruatio rei, ſed extractio entis ab eminẽtia cauſæ, & cõſeruatio eſt protẽſio quædam exiſtentiæ rei iam extractæ à nihilo. Quò fit, vt resprõducta à ſuo principio iteratam productionem expectare nequeat, benè tamẽ repetitionẽ actionis, aut protẽſionem illius circa idem eſſe productum; ita exiſtẽtia eſſentialiter ſit forma extrahens eſſentiã à nihilo, duratio verò ſit forma protẽdẽs eſſẽtiã extra nihilũ: quare res in primo inſtanti ſuæ productionis nõ dicitur durare, ſed exiſtere; ſicut nec res in primo inſtanti ſuæ emanationis à principio, aſſeritur conſeruari, ſed produci. *2. agitur pro diſtinctione exiſtentiæ & durationis ex diſtinctione productionis & conſeruationis.*

3 Tertiò arguitur. Quia ſi duratio rei nõ diſtingueretur realiter ab exiſtẽtia; fieret, vt ſicut exiſtentia in coordinatione prædicamẽtali directè nõ cõſtituitur propter illius incõpletionẽ, ita nec duratio ad prædicamentalem ſeriem attineret; quod eſt contra probatiorum metaphyſicorum mentem, quæ prædicamentum quando ex omnium durationũ creatarum coordinatione ac conuentu cointegrat. *3. arguitur ex eò quòd duratio conſtituatur in coordinatione prædicamentali.*

4 Præterea quartò arguitur ſpecialiter de duratione ſucceſſiua. Quia ſi tẽpus, quod eſt duratio motus, ab ipſo motu non diſtingueretur realiter; non poſſet directè in prædicamento conſtitui, ſicut nec motus in recta prædicamentali ſerie collocatur; quod eſt contra Ariſtotelem & magis communem ſententiam conſtituentem tempus in prædicamento quantitatis. *4. oppoſitio ex diſcretione reali motus & temporis.*

Deinde; motus refert extenſionem continuatam ac terminatam his indiuiſibilibus; quæ mutata eſſe dicuntur; tempus verò ſibi aſciſcit extenſionem inſtantibus copulatam ac terminatam: diſsident igitur realiter motus & tempus. *Vrgetur eadem ratio*

Tum etiam, motus ſecundùm propriam rationem eſt actus entis in potẽ-

tia

Inſtatur vltra in motu & tempore.

tia, ſecundùm quod in potentia, eſſentialem referens habitudinem ad terminum; tempus verò, quà tale, eſſentialiter abſoluitur à productione termini, cuius non eſt fieri, ſicut motus, ſed tantùm menſura paſſiua motus reddens illum menſurabilem à tempore primi mobilis: ſic enim diffiniuit Ariſtoteles tempus, quòd ſit numerus motus ſecundùm priùs & poſteriùs. Sed hæ ſunt realitates ante intellectum diſtinctæ, nimirum eſſe fieri, & non fieri, eſſe menſuram, & non menſuram; igitur motus & tempus diſtinguuntur realiter.

Vltima ratio eò quòd duratio addat ſuper acceptam menſuræ ſuprà rem exiſtentiam rei.

5 Vltimò arguitur. Quia res & exiſtentia eius omnino abſtrahunt à qualibet ratione menſuræ actiuæ, & paſſiuæ; atqui duratio eſſentialiter induit cõceptum menſurabilitatis paſſiuæ, vt videre eſt in tempore, quod diffiniuit Ariſtoteles per rationem numerabilitatis, ſeu menſurabilitatis motus, cuius eſt affectio; igitur duratio, quatenùs addit rationem menſuræ paſſiuæ, realiter diſtinguitur ab eſſentia, & exiſtentia, cuiuslibet entis creati.

2. opinio quod exiſtentia & duratio diſtinguuntur formaliter

Phil. Faber

6 Alter modus dicendi in hac re; licet fateatur identicam coniunctionem inter exiſtentiam & durationem creatam; autumat tamen diſtinctionem formalem ex natura rei, quæ intercedere poteſt apud Scotum inter gradus eiuſdem entitatis. Ita Philippus Faber, *in 2. ſent. diſtinct. 2. quæſt. 2 diſp. 12. numer. 2.*

Fũdamẽtũ præmiſſæ opinionis ex abſimilitudine exiſtẽtiæ diuinæ & creatæ.

Et probari poteſt ex diſcrimine, quod verſatur inter exiſtentiam creatam, & increatam; ex quo producitur ratio, cur exiſtentia Dei tranſcendat vltimam rationem formalem ſuæ durationis, creata verò exiſtentia non ita? Quia exiſtentia Dei, ſicut eſſentialiter eſt immutabilis ad non eſſe, ita quidditatiuè imbibit in ſe conceptum permanentiæ, ac proinde durationis; creata verò exiſtentia, ſicut ab intrinſeco eſt vertibilis ad non eſſe, nec refert vi ſui quidditatiui conceptus neceſſariam & exercitam actualitatẽ, ita accidit illi permanentia in eſſe: ac proinde & ratio obiectiua durationis, quæ eſſentialiter in tali permanentia poſita eſt. Igitur licet duratio Dei nõ diſtinguatur formaliter ab exiſtẽtia illius; exiſtẽtia tamẽ creata à propria duratione formaliter ex natura rei ſecerni debet.

Aſſer. 1. exiſtẽtia & duratio nõ diſtinguuntur realiter

7 Sed his non obſtantibus, aſſerendum eſt; nullam exiſtentiam creatam realiter à propria duratione diſſidere; ita expreſſè Scotus de æuo Angeli ad illius exiſtentiam comparato, *in 2. ſentent. diſtinct. 2. quæſtion. 2. §. Ad propoſitum igitur applicando, nu. marg. 11.* Vbi docet.

Scotus

Dico; quòd in actuali exiſtentia Angeli, non oportet quærere aliquam menſuram intrinſecam aliam à natura rei ipſius menſuratæ. Quia ſicut probatum eſt iam, nihil eſt ibi aliud realiter à natura rei menſuratæ; menſura autem ex natura rei aliud eſt à menſurato.

Et patet, quòd ſi ponitur in Angelo aliqua menſura, non poneretur in eo niſi hoc tertio modo; nec enim eſt excedens, nec exceſſa, ſed æqualis; nec illa exiſtentia videtur poſſe eſſe menſura ſui ipſius, ſicut in alijs. Quantitas enim vt diſtinctè cognita, poteſt eſſe menſura ſui ipſius ſecundùm partes ſuas confusè cognitas. Non eſt ita hic; cùm iſta exiſtentia ſit indiuiſibilis, in qua non poſſunt concipi partes confusè, quia non habet in ſe partes ſimpliciter: ergo non eſt neceſsè in Angelo exiſtente, ponere aliquid aliud ab actuali eius exiſtentia, quod ſit menſura illius exiſtentiæ actualis. Hucuſque Scotus.

Pronũtiata Scotie aſſertione nõſtra

Vbi notanda ſunt illa verba Scoti dum de æuo Angelico, docet; quòd in exiſtentia Angeli, *nihil eſt ibi aliud realiter à natura rei menſuratæ.* Nec quærendam eſſe in exiſtentia Angeli, *menſuram intrinſecam aliam à natura rei ipſius menſuratæ.* Et præterea etiam occurrunt obſeruanda illa vltima verba textus; *non eſt neceſſe in Angelo exiſtente ponere aliquid aliud ab actuali eius exiſtentia, quod ſit menſura illius exiſtentiæ actualis.* Quando autem Scotus aſſeuerauit, *quòd mẽſura ex natura rei eſt aliud a mẽſurato.* Ibi proceſsit de mẽſura actiua, nõverò de paſſiua, quæ nõ diſtinguitur realiter à duratione creata in quo ſenſu aſſeruimus in *ar. præc. huius cõtrou. n. mar. 14* Æuum Angeli nõ eſſe mẽſuram exiſtẽtiæ illius, intellige menſuram actiuam.

Scotus

Vide etiã infra *ſub num. marg. 47.* perſpicuum aliud Scoti teſtimonium pronuntians; quòd eſto quòd aſſeri poſſet realis diſcretio inter motum, & tempus; adhuc tamen ſuſtinenda,

non esset realis distinctio inter existentiam Angeli & æuum illius. Ita enim habet. *Si oportet tempus differre à motu, & per consequens instans à mutatione; non est similis ratio quòd ponatur aliquid differens ab existentia ipsius Angeli vniformi, quod sit mensura eius.*

Scotus

Cæterùm quòd nec discretionem inter existentiã motus, & tempus sustinuerit Scotus; ostendimus infra *sub n. mar.* 52.

Sed probatio huius asserti ex sequenti petenda est.

Asser. 2. duratio nõ distinguitur formaliter ab existentia.

8 Quare dicendum secundò; durationem creatam nec distingui formaliter ex natura rei ab existentia. Hoc licet nõ sit apertum Scoti pronuntiatum, ab illius tamen doctrina nullatenus dissentit; vnde deceptus est Faber autumans de mente Scoti distinctionem formalẽ inter existentiam rei creatæ, & illius durationem.

Basolius ex presse tuatur nostram sententiam

Nostram verò assertionem expressè tradit Basolius in 2. *sentent. dist.* 2. *q.* 1. *art.* 3. *prope finem.* Vbi ait. *Dico igitur, quòd ista sunt realiter & essentialiter idem, & penitùs idem extra intellectum; scilicet esse vel existentia Angeli, & suum æuum, quod est duratio eius; eodem enim formaliter res durat, & existit.*

Fũdamentũ nostræ sententiæ cõ quòd existentia à suequidditate inuicèm concepta sit exercita & durans

Et fulcitur fundamento, quod constituimus *in appendice Metaphysica de existere creato, à num. marg.* 22. *vsque ad* 34. Quòd nimirum existentia creata per suam quidditatem exercita sit, ita vt actualis positio entis extra causas sit de vltimo existentiæ conceptu; quò supposito sic argumentor. Existentia, à sua ratione essentiali, habet vt actu sit extra nihil; nec enim actus existentialis aliam formam existendi expectat, vt sub actuali positione sit; aliàs in vltimis formis non daretur status. Sed id, quod per suam essentiam vendicat, vt sit actu extra nihil, etiam præsefert vi sui quidditatiui conceptus, vt exerceat actum positionis, quandiù non destruitur; igitur existentia per suam rationem essentialem permanet in esse, quandiù nõ recidit in nihilum: ac proinde cõceptus durationis non est extra conceptum existẽtiæ creatæ.

Asser. 3. duratio ex natura rei distinguitur ab essentia entis creati

9 Dicendum tertiò; durationem creatam ex natura rei secerni ab essentia entis creati. Hoc assertum etiam liquet ex his, quæ tradidimus *in prædicta Metaphysica appendice de existere creato.*

Quia existentia creata formaliter ex natura rei distinguitur á quidditate entis creati, vt inibi ostensum est; sed existentia creata est eadem formalitas seu conceptibilitas ex natura rei cum duratione creata; igitur duratio non potest esse eadem formalitas cũ essentia creata. Nec nos perstringunt oppositæ rationes.

Ad 1. arg. primæ opinionis

10 Ad primum argumentum primæ opinionis dicimus; falsum supponere, quòd scilicet Christus Dominus ratione humanitatis nõ præseferat existentiam creatam, sicut & durationem.

Diluitio argum. 2. vbi exaratur identitas actionis producitiuæ & conseruatiuæ.

Ad secundum argumentum, etiam falsum assumere: nimirum actionem creatiuam, & conseruatiuam ex natura rei differe. Cuius oppositum pulchrè enucleauit Scotus quæst. 12. quodlibetali: vbi ex instituto expendit: *an rei creatæ sit idem respectus ad Deum creantem, & cõseruantem?* §. *De secundo articulo, subn. mar.* 7. editionis Cauelli. Vbi habet ita.

Scotus

11 *Dico; quòd cum isto respectu creaturæ habentis esse ad Deum, vt à quo habet esse, possunt concurrere diuersi respectus; idem enim esse quandoq; immediatè succedit nõ esse opposito, sicut in instãti, in quo res incipit esse quandoq; autem non immediatè succedit ipsi nõ esse, sed quasi eidem esse, vt priùs habito; ita intelligendo, quòd licet non sit ista prioritas in ipso esse secundùm se; tamen dicitur esse in ipso per comparationẽ ad aliud prius secum coexistens.*

Respectus productionis rei ad nõ esse præexistens nõ est relatio realis.

12 *Primus respectus, qui scilicet est ipsius esse ad nũ esse præcedens, nõ est realis; quia non est ad terminum positiuũ. Secundus autem, (qui est ipsius esse ad esse idem quasi præexistens, vel magis cũ alio priori existens) nõ est realis; pro quãto est eiusdem ad idem. Respectus autem ipsius esse ad causam, à qua est, est realis igitur neuter illorum dictorum respectuum est idem illi.*

Respectus rei cõseruatæ ad ipsã vt habet esse in primo instãti, nõ est habitudo realis.

13 *Cõtingit tamen, eadem voce multa distincta aliqualiter importari; sicut ergo potest imponi aliquid ad significãdum dependentiam ipsius esse ad causam; non præcisè, sed vt est cũ respectu ad nõ esse immediatè præcedẽs: & sic significat hæc vox creari, vel creatio. Quia ibi non tãtum notatur dependentia rei ad causam in essendo; sed vltra hoc in accipiẽdo tũc primò illud esse, post non esse. Potest etiã*

Corollariũ ex præmissis

alt

Scotus

aliqua vox imponi ad ſignificandum illam dependentiam, vt eſt cum ſecundo reſpectu, ſcilicet vt eſt ipſius eſſe ad ſe ipſum, quaſi præhabitum; & ſic imponitur hæc vox conſeruari. Vbi non tantùm notatur dependentia in eſſendo; ſed cùm hoc, habitudo illius eſſe quaſi ad idem eſſe, vt præhabitum.

Cur nõ prædicentur inter ſe creari & conſeruari

14 *Propter igitur iſtos diſtinctos reſpectus rationis, importatos per creari, & conſeruari; non prædicatur vnum de re, quando aliud prædicatur; reſpectus tamen ille, qui eſt ad cauſam, ſemper manet idem: & ſi iſte præcisè ſignificaretur duabus vocibus, vtraque ſimul verè prædicaretur de eodem.* Hucvſque Scotus luculentiſsimè ac ſubtiliſsimè.

Expenſio literæ Scoti

Vbi primò nota illa verba: *reſpectus ille, qui eſt ad cauſam ſemper manet idẽ.* Scoti autem mens eſt, quòd actio, vt creatiua, & conſeruatiua, ſunt eadem cauſalitas ex natura rei; licet ob diſtinctum reſpectum rationis diſsideant. Eò quòd cauſalitas realis, vt induit denominationem productionis, referat habitudinem ad non eſſe immediatè præexiſtens; quæ relatio eſt quid rationis, cùm non ſpectet terminum realem, ſed potiùs non eſſe termini. Eadem verò cauſalitas, prout induit denominationem conſeruationis, exprimat reſpectum ad eſſe præexiſtens; quod cùm ſit idem, quod producitur, & conſeruatur, fit inde, vt habitudo illa, quam præfert conſeruatio paſsiua ad idem eſſe præexiſtens, ſit relatio rationis: vt potequæ intercedat inter idem, & ſe ipſum.

Nota valde

Quæ ita accipienda ſunt, vt comparetur ſecundùm habitudinem rationis eſſe conſeruatum ad idem eſſe productum; itavt relatio rationis intercedat inter idem eſſe, vt obit denominationem creationis paſsiuæ, & paſsiuæ conſeruationis. Non verò inter eſſe creatum, & conſeruatum, in quantum comparatur ad cauſam creantem, & conſeruantem; ibi enim intereſt habitudo realis; vt acutè obſeruat Scotus à nobis tranſcriptus, ſub num. 12.

15 Ex his etiam producit Scotus, quid de exiſtentia, & duratione, ſentiendum ſit in eadem quæſt. 12. quodlibetali, §. *De tertio principali, ſub n. marg. 9* editionis Cauellis. Vbi docet.

Dico; *quòd non eſt contradictio aliquod ens tãtummodò in vno inſtãti habere eſſe; ipſum enim inſtãs raptim trãſit. Et ita oportet dicere de mutatione; & perconſequens de inſtãti, quod eſt per ſe menſura mutationis.*

Non autem videtur maior contradictio de re permanente, quòd non, niſi in vno inſtanti habeat eſſe; quàm de ipſo inſtanti, vel mutatione. Quia etſi res permanens poſsit habere idem eſſe non præcisè per inſtans, ſed permanſiuè; & inſtans, vel mutatio, non poſsit: tamen permanens totum eſſe ſuum habet in inſtanti vno, quia in hoc diſtinguitur contra ſucceſsiuum. Nõ eſt ergo contradictio, ſi illud eſſe vltra hoc inſtans non habeat.

Scotus

Res durare poteſt pro ſolo primo inſtãti ſuæ productionis apud Scotum

Quod etiam habet verũ in ente permanenti.

Vbi Scotus docet apertè; eò exiſtentiam, & durationem realiter non ſeparari; quò aſtruenda ſit duratio rei, etiam pro eodem inſtanti indiuiſibili ſuæ emanationis. Mutationes enim inſtantaneæ (qualis eſt generatio ſubſtantialis) ſicut pro vno tantùm inſtanti indiuiſibili exiſtunt; ita & pro eodem propriè durare aſſeruntur: eò quòd exiſtentia, ſicut per propriam quidditatem exercet poſitionem, ita & permanentiam ſuæ poſitionis, quandiù non deſtruitur.

Cõmentarius textus præcedentis.

Imo, quòd de ente permanenti, quod eſt factum eſſe vel terminus mutationis inſtantaneæ, non æſtimat Scotus impoſsibile, quòd non habeat eſſe niſi in vno inſtanti; ſicut nec id implicat in mutatione inſtantanea. Ex quo ſequitur, quod cùm exiſtentia rei dari nequeat ſine duratione intrinſeca, vt perſpicuum eſt; ſi res permanens exiſtere poſſet pro ſolo ſuæ productionis inſtanti, ita & pro eodẽ inſtanti duraret: de quo vide infra ſub *n.* 18.

Dilutio arg. 3.

16 Ad tertium argumentum; fatemur, ex durationibus creatis non cointegrari prædicamentum quando; ſicut nec alteram prædicamentalem ſeriem ex actibus exiſtentialibus coaleſcere propter incompletionem, quàm præſeferunt exiſtentia, & duratio; quid verò ſit prædicamentum quando, & ex quibus formis conſtituatur? conſtabit infra.

4. arg. obtinet; quòd non ſit particeps in prædicamento

17 Ad quartum argumentũ; id manifeſtè obtinere, quod damus ingenuè; ſcilicet nec tempus ad prædicamentalem ſeriẽ ſpectare, propter illius incõpletionẽ

de quo etiam infra latiùs expendentes ſucceſsiuam durationem.

Exiſtentia motus & temporis ſpiritualis indiuiſibilia talis exiſtentiæ inuicem ſecernuntur realiter.

Ad inſtantiam; quòd ſicut extenſio motus, & temporis, ſunt idem realiter; ita & realiter identificantur indiuiſibilia motus, quæ appellantur mutata eſſe cũ indiuiſibilibus temporis, quæ vocantur inſtantia.

Ad cõfirmationẽ obtinet quòd quidditas motus diſtinguatur formaliter à tempore.

Ad aliam confirmationem; quòd tantùm agit; quòd quidditas motus ſit formaliter ex natura rei diſtincta à tempore; ſicut & duratio quælibet permanens, etiam ex natura rei differt ab eſſentia rei durantis; cum reali tamen, & identica coniunctione Quæ formalis diſtinctio temporis à motu præſtat, vt motus eſſentialiter ſit fieri termini; tẽpus verò nõ ita, ſed permanẽtia quędã actualitatis, & exiſtentiæ ipſius motus. Sed de his preſſè infra.

Ad 5 argumẽ ſura paſſiua nõ eſt de quidditate durationis creatæ.

18 Ad quintum argumentum; inficiamur, menſurabilitatem, ſeu menſurã paſſiuam eſſe de conceptu creatæ durationis; licet ſit quædam affectio comitãs exiſtentiam creatam. Nec nos perſtringit oppoſitio illa ex Ariſtotele aperiente tempus, (quod eſt duratio motus,) per numerabilitatem, ſeu menſurabilitatem paſſiuã; quia inibi nõ tradit Philoſophus eſſentiam temporis, ſed quãdam affectionem, aut proprietatem illius.

Oſtenditur quòd mẽſurabilitas paſſiua nõ ſit de quidditate durationis creatæ

Quòd autem, menſurabilitas, ſeu ratio mẽſuræ paſſiuæ, attinere nequeat ad conceptum creatæ durationis; vel ex eo perſpicuum eſſe poteſt. Quòd priùs concipitur res vt quanta, quantitate molis, & virtutis; quàm referatur ad aliam, vt ad menſurãtem actiuè. Quia cũ hæc menſurabilitas ſpectet ad notificationem talis quantitatis menſuratæ, (ſicut ratio entis ſupponitur ad rationem cognoſcibilis) ita & ratio quanti ſecundùm quantitatem molis, & virtutis debet anteire conceptum menſurabilitatis, ſeu notificabilitatis per habitudinẽ ad aliam quantitatem, aut quaſi quantitatem menſurantem, vel notificantem actiuè.

Ad vltimũ arg. exiſtentiæ creatæ eſt violenta illius deſitio.

19 Ad vltimum argumentum, ex *num. 6.* quod eſt fundamentum ſecundæ opinionis; reſpondetur. Quòd ſicut exiſtentia creata per ſuam eſſentiam exercetur, ita & permanet quandiù non deſtruitur; nec enim magis eſſentialis eſt poſitio illa, qua recedit à nihilo, actui exiſtentiali increato, quàm creato. Quia ſicut exiſtentia diuina non refert potentiam logicam ad non exiſtendum ita nec creata exiſtentia talem potentiam ſortitur. Si enim potentia logica, (*vt in 1. artic. præcedentis controuerſiæ oſtendimus*) nil aliud eſt, quàm non repugnantia terminorum; exiſtentiæ repugnat in nihilum decidere. Qua ratione inibi autumauimus, deſtructionem rei eſſe violentam exiſtentiæ creatæ; licet ipſi eſſentiæ repugnans non ſit: eò quòd eſſentiæ, prout tali formaliter, accidat poſitio exiſtentiæ, ſeu negatio eius.

Quò fit, vt diſcrimen inter Deum & creaturam ſpiritualem, quantùm ad potentiam logicam, ſeu non repugnantiam intrinſecam ad non eſſendum, ſpectari non debeat inter exiſtentiam creatam, & increatam; cùm creatæ etiam exiſtentiæ non ſuſtineat potentiam intrinſecam logicam ad non eſſendum: ſed inter eſſentiam Dei, & eſſentiam cuiuslibet entis creati. Quia ſicut in tota abſtractione ſua ſecernitur à propria exiſtentia formaliter ex natura rei; ita ſibi vendicat intrinſecam nõ repugnantiam ad nõ eſſendũ. Adi quæ inibi latiùs exarauimus.

Obiectio contra doctrinã præcedẽtem.

Sed obijcies; quòd ſi æquè ableget potentiam logicam ad non eſſendũ poſitio exiſtentiæ creatæ, ſicut actualitas & exiſtentia Deitati; fieret, vt ſicut Deitati contradicit ſubſtantialis mutabilitas, vel verſio in nihilum, ita pari ratione exiſtentiæ creatæ aduerſaretur, quòd in nihilum recidere valeat.

Diluitur

Reſpondetur; nos ſolùm aſtruere, exiſtentiam creatam non referre potentiam logicam ad non exiſtendum, quæ fundetur ſupra quidditatiuam exiſtentiæ rationem; cùm formali conceptui actualitatis eſſentialiter poſitiuæ, & exercitæ tribui nequeat non repugnantia ad non exiſtendum; eòquod non exiſtentia non contradicere non poſsit exiſtentiæ, vt perſpicuum eſt, quam obrem deſtructionem exiſtentiæ violentam conceptui exiſtentiali appellauimus. At verò licet exiſtentia creata nõ referat potentiam logicam non repugnantiæ ad non exiſtendum, quæ intrinſecè fundetur ſupra formalitatem exiſtentiæ; comitatur tamen creatæ exiſtentiæ conditionem non repugnantia illa ad non exiſtendum quæ congruit poten-

tia-

tialitati eſſentiæ creatæ, pereunte autem reali poſitione eſſentiæ, exiſtentiam perire neceſſe eſt ob realem identitatẽ. Deinde, quòd licet contradicat exiſtentiæ creatæ non repugnantia ad non exiſtendum, quæ petatur intrinſecè ab exiſtentiæ conceptu; cohæret tamen illi non repugnantia ad non exiſtendum, quæ ab extrinſeco principio trahitur, ſcilicet à voluntate creatoris, quæ ſicut gratuitò exiſtentiam produxit ex nihilo, ita illi integrum eſt exiſtentiam pro nutu deſtruere. Qualiter verò eſſentia creata, etiam ſpiritualis, referat potentiam logicam intrinſecam non repugnantiæ ad non exiſtendum, exiſtẽtiæ verò creatæ ſit repugnans deſtructio exiſtentiæ; patet ex diſcuſsis contra Soarium, loco citato ex *controuer. 7. de Immutabilitate Dei, art. 1. præcipuè à nu. 23. vſque ad 27.*

Durationem rei permanentis ſucceſsiuam eſſe, contendunt aliqui S. Bonauenturæ aſſeclæ.

Opinio aduerſtruẽs quòd duratio rei permanentis ſit ſucceſsiua

20 STatim occurrit celebris Sanct. Bonauenturæ ſententia in 2 *ſent. diſtinct. 2. art. 1. quæſtion. 3.* autumantis; æuum Angeli eſſe extenſum ſecundùm rationem prioris & poſterioris; ac proinde ſucceſsiuum, ſine inueteratione tamen ac variatione, in quo ipſum ab extenſione ſucceſsiua temporis diſsidere pronuntiat, quæ nouitatem ac viciſsitudinem durationis ſiſtinet. Bonauenturæ adhæret Franciſcus Coriolanus, 1. *parte quæſtion 10. ar. 3.* Et Paulus Areſius in ſuis commentarijs de generatione & corruptione, *diſp. 1. quæſt. 44. ſect. 2. diſput. 5.* Et alij recentiores; apud quos hæc ſententia adeò percrebuit, vt eam euidentem iudicent; ũ fides adhibenda ſit Hurtado hæc atteſtanti *in ſua Metaphyſ. diſput. 17. de duratione ſect. 3. ſubſection. 1.* Quam opinionem valdè probabilem iudicauit Baſolius in 2. *ſententia. diſput. 2. quæſtion. 1. artic. 2. §. Iſta poſitio eſt multùm probabilis.*

Coriolanus. Paulus Areſius.

Hurtadus

Baſolius

Arguitur ex Anſelmo

Et ſua detur primò authoritate Anſelmi in Proſologio cap. 20. vbi loquens de Deo ait. *An hoc quoque modo tranſis omnia, etiam æterna; quia tua & illorum æternitas tota tibi præſens eſt; cùm illa nondum habeant de ſua æternitate, quod venturum eſt, ſicut iam non habent, quod præteritum eſt. ſic quippe ſemper es vltra illa, cum ſemper ibi ſis præſens, ad quod nondum illa peruenerũt.* Vbi conditinguens Anſelmus durationem Dei à toto ambitu creatæ durationis; huic apertè ſucceſsionem defert.

Item ex Hieronymo.

Nec diſſentit Hieronymus ad Marcellam; dum autumat. *In omni creatura differt præteritum, & futurũ; quia ſolus Deus eſt, qui non nouit fuiſſe, neque futurum eſſe.*

Arguitur ratione ex Baſolio.

21 Deinde pro iſto placito ſic arguit Baſolius. Quia ſublata qualibet habitudine ad fluxum temporis, potuiſſet Deus Angelum annihilare; & iterum eũdem numero reproducere, vt apud omnes Theologos in confeſſo eſt. Atqui illud eſſe Angeli per anihilationem quaſi mediam interruptum, nequiret eadẽ prorſus indiuiſibili duratione metiri, cũ mediet negatiua interruptio talis durationis: igitur duratio Angelica nó eſt intrinſecè indiuiſa.

3. probatio ex Baſolio

22 Præterea idem Baſolius; potuit Deus Angelum non intelligentem creare, & poſtea concurſum ad intellectionem exhibere; atqui eſſe, & non eſſe intellectionis, cũ contradictoriam importent oppoſitionem, nequeunt ad eãdem indiuiſibilem menſuram deferri: igitur duratio Angeli latitudinem ſuſtinet.

Decurſus ad communi ſententia

Si occurras; præſtare ad verificationem huiuſmodi enuntiationum extẽſionem virtualem, ſeu eminentialem æui angelici, cũ habitudine ad formalẽ ſucceſsionem temporis.

Impetitur ſubtiliter a Coriolano aſſecla S. Bonauent.

Contra inſtat Coriolanus loco citato. §. *Verùm hanc diuiſibilitatem virtualem non ſufficere.* Quia ſic ſe habet coexiſtentia Angeli ad tempus, ſicut coexiſtentia, & præſentia eius ad ſpatium diuiſibile; ſicut enim propter eminentiam, & virtualem extenſionem æui angelici aſtruitur coexiſtentia formalis talis æui ad ſucceſsionem temporis: ita & propter quantitatem virtutis, quæ ſe gerit adinſtar quantitatis molis exten-

ſæ

ſæ in ordine ad locum, defertur Angelo præſentialitas diuiſibilis ad ſpatium. Atqui propter virtualem iſtam extenſionem in ordine ad locum, non verificantur de Angelo contradictoriæ oppoſitiones; nec enim Angelus in vna parte ſpatij aſtrui poteſt diligens Deum; in alia verò non diligens, & ſic de cæteris. Igitur nec virtualis extenſio æui Angelici præſtare valebit, vt ſimul Angelus intelligat, & non intelligat, & ſic de aliis; ſicuti etiam punctus, ob propriam indiuiſibilitatem, quamuis reſpiciat diuerſas partes circumferentiæ, nequit per habitudinem ad illas, oppoſitis formis ſubſterni.

Arguitur 4 pro ſucceſſione durationis entis permanentis ex Hurtado

23 Præterea quartò, pro ſucceſſione durationis cuiuslibet entis permanentis; ſic arguit Hurtado loco citato. Separatio realis eſt ſignum euidens diſcretionis etiam realis; ſed coexiſtentia Petri ad tale tempus eſt ſeparabilis à Petro durante: potuiſſet enim Deus producere Petrum, & producere etiam tempus, A, abſque eò quòd Petrus, & tale tempus, A, ſibi ipſis coexiſterent. Igitur Petrus per ſuam ſubſtantiam nõ coexiſtit tali temporis portioni, ſiquidem tota ſubſtantia Petri, & poſitio realitatis eius, ſuperſtes eſſe poteſt ad aliud tempus relata; ac proinde coexiſtentia, ſeu realis comparatio Petri ad menſuram ſucceſſiuam temporis apponit aliquid realiter ſupra ſubſtantiam Petri. Sed hoc additum nequit eſſe permanens, cùm accedat, & pereat ad decurſum temporis effluẽtis: igitur eſt aliquid ſucceſſiuum.

Vera ſententia ex Aureolo, & confutatio Soarij, & Petri Hurtadi circa ſucceſſiuam coexiſtentiam rei permanentis ad tempus primi mobilis.

Viuida Aureoli metaphyſica de ratione rei permanẽtis

24 AT Penitior huius difficultatis enodatio ab Aureolo petenda eſt; quam tradit in 2 *ſentent. diſt.* 2. *quæſt.* 2 *de æuo, ar.* 2. *Vtrum in æuo ſit ſucceſſio?* Vbi ait.

Nunc ſecundò; medio inter illas opiniones ex dictis in 1. *quæſt. præcedẽti. Cùm enim in Angelo non ſit duratio aliqua intrinſecè, ſed extrinſecè tantùm ex coexiſtentia ad tempus; ita quòd tempus ſe habet per modum adiacentis; & eſſe per modum coexiſtentis.*

Hoc viſo poſſet poni in æuo ſucceſſio aliquo trium modorum; vel extrinſecè ſecundùm connotata: & ſic clarum eſt, quòd in æuo eſt ſucceſſio. Impoſſibile eſt enim, quòd aliquid hoc modo intelligatur durare, niſi in ante, & priùs; vnde cùm dicitur multum duraui, iam vadis in aliquid prius, & ante: illa autem ſucceſſio communis eſt, tàm ad æuum, quàm ad æternitatem. Vtrumque enim tàm æuum, quàm æternitas, connotãt ſucceſſionem, & durationem de æuo patet; de æternitate ſimiliter. Quia impoſſibile eſt, Deum intelligere æternum, niſi per hoc, quòd intelligitur attingere omne tempus factum, & factibile, imaginatum, & imaginabile; & ad hoc ibat opinio prima.

Succeſſio ex parte cõnotata neceſſariò ſuſtinetur, aſſit in æuo Angeli.

25 *Secundo modo poteſt eſſe intellectus quæſtionis de ſucceſſione reſpectu ipſius eſſe; ſic opinio ſecũda dicit verũ de eſſe. In eſſe enim Angeli durãtis nulla eſt omnino ſucceſſio intrinſecè; & ad hoc vadit authoritas Dionyſij adducta arguẽdo ad principale.*

Succeſſio in intrinſeco exiſtere Angeli taxatur ab Aureolo.

26 *Tertio modo poteſt intelligi quæſtio non eundo ad connotatum, quod eſt tempus; nec ad eſſe Angeli in ſe; ſed ad medium, puta, ad coexiſtentiam Angeli ad ipſum tempus. Hoc modo oportet neceſſariò ponere in Angelo ſucceſſionem; & hanc vel realem, (ſi coexiſtentia ſit realis,) vel ſecundùm rationem, (ſi coexiſtentia ſit tantùm ſecundùm rationem, vt eã faciat intellectus in actu:) hoc autem modo non poteſt poni ſucceſſio in æternitate.*

Admittitur ab Aureolo ſucceſſio in coexiſtentia intrinſeca rei permanẽtis ad tẽpus

27 *Et ad hũc modum vadit fortè prima opinio; nõ enim poſſum imaginari eſſe Angeli coexiſtere tempori, & durationi, niſi imaginer priùs, & poſteriùs, & per conſequens durationem.*

Elucidat Aureolus mẽtẽ S. Bonauen.

Hoc vltimum membrum probo. Si enim capio eſſe ipſius Angeli, & tempus totum vſque ad hodie, & cõcipio ipſum eſſe in ordine ad priùs, & poſteriùs in futurum, dicet intelligam eſſe invariatum;

cùm coexiſtentia ſit alia, & alia; & ſi coexiſtentia ſit realis, eſt alia realiter, ſi ſecundùm rationem, eſt alia ſecundũ rationem.

Acutaratio Aureoli.

28 *Formo ergo ſic rationem. Illa coexiſtentia eſt ſucceſsiua; vel realiter, vel ſecundùm imaginationem, quæ habet in ſe difformitatem, & variationem. Sed coexiſtentia Angeli compatata ad tempus præteritum, præſens, & futurum habet in ſe difformitatem, & variationem; ergo. Maior patet; quia ſi capiatur coexiſtentia reſpectu præſentis in actu, reſpectu futuri in potentia; neceſſariò capitur cum ſucceſsione actus ad potentiam.*

Examen ſententiæ Aureoli.

29 Vbi tria conſtituit Aureolus. Primum; æuum Angeli non eſſe durationem; propter idem prorſus fundamentum, ob quod autumarat *in præcedenti articulo*; nec æternitatem eſſe durationem, ſed vim quandam ad coexiſtendum cuilibet durationi; eò quòd durationem imbibere in ſuo conceptu ſucceſsionem exiſtimarit. In quo Aureolo ſuffragari non poſſumus: cui adhæſit Petrus Hurtado citatus *in art. 1. huius tẽ trou. n. marg. 1.*

1. pronũtiatũ Aureoli.

Hurtadus Aureoli aſſecla.

Alterum Aureoli aſſertum eſt; æuum Angeli referre ſucceſsionem ratione temporis connotati. Quod omnino extra controuerſiam poſitum eſt; cũ hæc extrinſeca temporis connotatio, etiam æternitati cõgruat: eò quòd æternitas omnem ambiat temporis volubilitatem & decurſum.

Alterũ aſſertũ Aureoli

Tertiò autumat Aureolus; æuum Angeli inferre coexiſtentiam realem intrinſecam, & ſucceſsiuam ad tempus fluens; quæ coexiſtentia realiter à ſubſtantia ipſius æui indiuiſibilis condiſtinguatur. Cùm ad fluxum temporis, ſeparetur talis coexiſtentia ab æuo Angeli; quod ab eiuſdem Angeli ſubſtantia omnino indiſcretum pronuntiatur ab Aureolo. Et loquendo de hac reali coexiſtentia ad tempus, quam exprimit æuum, ingenuè fatetur Aureolus, Deo haud congruere poſſe; aliàs enim aliquid intrinſecum accederet Deo à poſitione temporis, vel à temporis efluxu, aliquid intrinſecum etiam peteret Deo, quod eſt abſurdum.

3. pronũtiatũ Aureoli.

Sicut aſſeri turobicatio ſeu præſentialitas loci cõtrahentis locatãad tale

30 Cæteràm vt mentem Aureoli referemus; ſupponendum eſt; rem ita indeterminatam eſſe ad coexiſtendum huic, vel illi portioni temporis extrinſeci primi mobilis; ſicut etiam aſſeritur indifferens vt tali, vel tali loco reali, coexiſtat. Quare, ſicut ad contrahendam indeterminationem, & potentialitatem rei ad coexiſtendũ huic potiùs, quàm alteri ſpatio reali; aſtruitur communiter à philoſophis quædam forma præſentiæ quæ appellatur vbi; ita etiam ad contrahendam indeterminationem entis, vt tali, vel tali portioni temporis coexiſtat, alia forma intrinſeca conſtituenda eſt. Cùm enim omnis habitudo entis permanentis ad tempus extrinſecum primi mobilis prorſus aduentitia & extrinſeca ſit (nec enim ad quidditatem, aut indiuiduationem intrinſecam rei attinet huic, vel illi tempori, componi) fit, vt res per ſuam ſubſtantiam alicui portioni temporis non coexiſtat, niſi addatur aliqua forma, cuius effectus formalis ſit, rem ad talem coexiſtendi rationem contrahere.

ſpatiũ, ità aſſerendaeſt præſentialitas intrinſecacõtrahens ad coexiſtendũ tali item pori.

Euaſio Soarij & Hurtadi

31 Sed occurrit Franciſcus Soarez *in ſua Metaphyſ. diſp. 50. ſection. 2. numer. margin. 19.* quem ſequitur Petrus Hurtado *in ſua etiam Metaphyſ. diſpu. 17. de duratione, ſect. 3. ſubſect. 4. §. 38.* Magnum intercedere diſcrimen inter habitudinem rei ad ſpatium & ad tempus; quod petitur à diuerſa conditione extremi connotati. Quia enim ſpatium quod eſt connotatum vbicationis, eſt quid immobile; fit, vt res nequeat diuerſas præſentialitatis habitudines ad ſpatium adire, niſi appoſitis diſtinctis formis præſentiæ, ſiue nouis vbicationibus à quibus contrahatur indeterminatio ea, quam importat res in ordine ad locum. Quia tamen tempus, quod eſt connotatum durationis, eſt quid fluens; ipſum immediatè per ſuam eſſentiam abſque appoſitione alicuius formæ intrinſecæ, quæ ſe teneat ex parte rei durantis, poteſt tollere indifferentiam eam, quam præſefert ens permanens, vt huic, vel illi portioni temporis reſpondeat.

Inſtãti ſpro placitu Soarij & Hurtadi.

Quod illuſtrat Hurtadus exemplo arboris immotæ prope flumen exiſtentis; quæ cùm ex ſe indeterminata ſit, vt tali vel tali portioni, aquæ fluentis coexiſtat; abſque vlla immutatione arboris per ſolius aquæ acceſſum indeterminatio arboris ad talem coexiſtentiam cõtrahitur. Quò fit, vt etiam non immutata intrinſecè ipſa re, ob ſolam temporis circuitionem indeterminatio negatiua

rei ad coexistendum huic, vel illi tempori, quasi actuetur, ac terminetur absque appositione alicuius formæ intrinsecæ.

Occupatur effugiū Petri Hurtadi

Sed contra hoc est, quòd voluntariè assumit Hurtadus id, quod ostendere debuerat; scilicet arborem transire de non esse coexistentis tali aquæ, ad esse coexistentis, absque vllius formæ appositione. Adiungitur enim illi relatio propinquitatis, & contactus ad aquam accedentem; aqua etiam substernitur nouæ formæ vbicationis, quæ est fundamentum relationis coexistētiæ & contiguitatis ad arborem.

Efficacior præclusio fugæ aduersariorū: quòd duratio rei permanētis nō cōponatur per suā essentialiter tali temporis decursui

32 Sed & alia efficaciori probatione perstringi potest euasio prædicta. Quia illud, quod immediatè, & per suam essentiam non componitur alteri; nequit etiam immediatè contrahere ac finire potentialitatem, & indifferentiam alteriùs; ad cuius contractionē exigitur compositio illius, quod se gerit adinstar actus determinantis. Atqui tempus (A) verbi gratia, immediatè & per suam essentiam non componitur secundùm habitudinem simultatis, cum substantia Petri spectati quoad omnem rationem intrinsecam positionis, & actualitatis suæ; si quidē potuisset Deus eamdem numero substantiam, quoad totam positionem numericam intrinsecā eius, constituere sub coexistentia temporis (B.)

Ergo tempus ex ratione connotati fluentis, non contrahit indifferentiā rei permanentis, vt huic, vel illi portioni successionis temporaneæ coniungatur; ni fiat appositio formæ, quæ per suam essentiam ordinet rem permanentem ad talem coniunctionem simultatis cum tali tempore. Simili ratione; qua vbicatio per suam essentiam componit locatum huic loco, & non alteri. Alia agglomerat Hurtadus, vt vim huius rationis euadat, quæ prosternentur infra in solutione vltimæ rationis in oppositum.

Referaturdū sparitasque interest inter præsentiā loci & præsentiā, vel coexistētiā ad tempus.

33 Constituta igitur pari necessitate formæ intrinsecæ ad coexistentiā temporis; & ad coexistentiā loci; hæc ratio discriminis inter vtramque præsentiam, seu coexistentiam intercedit. Quòd cum connotatum vbicationis, seu præsentialitatis localis, sit quid immobile (locus enim inquantum talis immobilitatem sortitur) fit inde, vt fixa sit ac immobilis talis præsentialitatis forma. E contra verò, cùm connotatum coexistentiæ seu præsentiæ rei permanētis ad tempus, sit quid essentialiter successiuū ac fluens; accedit inde, vt & talis habitudo præsentiæ, seu coexistentiæ ad tempus, etiam in fluxu & successione cōsistat.

Hæc præsentialitas rei permanētis ad tēpus nō est relatio prædicamentalis de tertio genere.

34 Verùm; estò quòd præsentialitas ad spatium, & præsentialitas ad tempus disideant quantum ad permanentiæ, & successionis conceptum; conueniunt tamen in hoc, quòd præsentialitas vtraque fortè non sit relatio secundùm esse, & prædicamentalis; sed transcendentalis illa, quæ ab Scoto appellatur relatio extrinsecùs aduenies, prout à prædicamentali habitudine de tertio genere secernitur, quæ ab eodem Scoto vocatur relatio intrinsecùs aduenies. Quòd autem talis præsentialitas ad tempus non sit relatio secundùm esse; ab eodem principio peti potest, à quo accipitur, nec præsentialitatem ad spatium esse relationem prædicamentalem.

Nec vendicat terminū actualiter existentem

Quia, sicut præsentialitas ad locum non præfert immobilitatem, quæ essentialiter exigat terminum actualiter existentem; si enim centrum & poli, à quibus fixio, & immobilitas vbicationis hauritur; aut destruerentur; aut localem motum adirent ad motum vniuersi de absoluta Dei potentia; adhuc immobilitas vbicationis superstes esse posset per habitudinem ad centrum, & polos immobiles realiter possibiles, non tamen actu existentes, (*vt in controuers. 6. de Immensitate Dei, artic. 2. numer. margin.* 24. aperuimus.) Ita destructo motu primi mobilis, ac tempore eius, res permanentes talem formam successiuæ præsentialitatis induere possent, quæ referret transcendentalem habitudinem ad fluxum temporis realiter possibilem: nec enim ad terminationem eius respectus, qui prædicamentalis non sit, exposcitur actualis existentia, & positio in termino talis relationis.

Oppositio cōtra nostram sententiam.

35 Sed obijcies; ex dictis sequi, quodlibet ens permanens à se inferre successiuam ac temporaneam durationem; eò quòd illa coexistentia successiua ad tempus, quam comminiscimur accedere ad quodlibet permanens creatū sit essentialiter tempus; cū quidditatiuè

im-

importet fluxum ſecundùm rationẽ prioris & poſterioris.

Infringitur

Reſpondetur; quòd non omne id, quod effluit ſecundùm rationem prioris, & poſterioris, aſſeritur tempus; aliàs enim relationes diſtinctionis, quæ à partibus temporis inferuntur, & cum ſuis ſubſtratis, nimirum cum partibus temporis, decurrunt, eſſent tempus eſſentialiter, quod eſt abſurdum. Ea igitur ſucceſsio, eſt tempus eſſentialiter, quæ eſt duratio motus; quare præſentialitas illa, quam aſtruimus, ideò non eſt tempus, quia non eſt duratio motus illi identificata realiter: ſed potiùs habitudo coexiſtentiæ ad tempus primi mobilis, tanquam ad connotatum extrinſecum.

Aſſertiones duæ pro vera ſententia.

HIS Præmiſſis; operoſum non erit veram ſententiam conſtituere.

Aſſer. 1.

36 Quare dicendum primò; nullam entis permanentis durationem eſſe formaliter ſucceſsiuam. Sic Doctor loco citato, cui adhærent omnes eius diſcipuli; & eſt cõmunis theologorũ, & metaphyſicorum ſententia.

Firmã fundamẽtũ præcedentis aſſertionis

Et probatur; quia duratio (vt oſtendimus) non diſtinguitur nec formaliter ab exiſtentia rei durantis; adeò vt duratio entis ſubſtantialis ſit ſubſtantia, duratio accidentis ſit accidens, duratio relationis ſit relatio. Atqui ens permanens non ſortitur exiſtentiam ſucceſsiuam, cùm exiſtentia non diſtinguatur à re, cuius eſt exiſtentia; igitur nec durationem ſucceſsiuam.

Aſſertio. Altera

37 Dicendum ſecundò; quodlibet ens durans creatum, ſiue permanens ſiue ſucceſsiuum, propriam formam intrinſecam præſentialitatis inferre; per quam tempori primi mobilis coexiſtat. Quæ præſentialitas eſſentialiter eſt ſucceſsiua, ac proinde realiter diſtincta à propria ſubſtantia rei durantis; ea diſcretionis ratione, quæ inter modum, & rem conſtituitur (eſt enim talis præſentialitas ſucceſsiua modus rei durantis) & quæ intercedit inter locatum, & propriam formam vbicationis. Hoc aſſertum tradit Aureolus loco citato; quod in ſuperioribus firmauimus, adeò, vt nouа vel expoſitione, vel probatione non egeat.

Aureolus

Ratio efficax pro noſtra ſententia

Conſtatque ex his, quæ expendimus infra *in controuer. 12. de Scientia Dei, diſtinct. 2. de ſcientia contingentium abſolutorum, artic. 5. in Digreſſione phyſica, de potentialitate vel indeterminatione voluntatis creatæ ad tale indiuiduum actionis, ſub numer. margin.* 57. & 58. Vbi oſtendimus, quemlibet influxum vel effectum, à ratione ſua intrinſeca & connaturali ſtatu, eſſe potentialem omnino, & indeterminatum, vt huic temporis extenſioni, vel reſpondeat, vel coexiſtat; vnde efficitur, vt egeat forma contrahente, vel componẽte hanc ſubſtantiam actionis, & effectus cum tali coitione temporis.

Excurſus ex tradoctrina præcedenti

38 Sed obijcies; ex hoc præciſè, quòd Petrus per vnam horam non deſtruatur; abſque alterius formæ intrinſecæ appoſitione, Petrus coexiſtit tempori primi mobilis per vnam horam; igitur commentitia eſt talis formę additio.

Diluitur manifeſte

Reſpondetur; quòd vi durationis præciſè ſpectatæ, Petrus non deſtructus per vnam horam, coexiſtit fundamentaliter tali portioni temporis; non verò formaliter. Eadem protſus ratione, qua aſſeritur; Petrum exiſtentem intra vniuerſum, præciſa forma vbicationis, non eſſe formaliter coexiſtentem alicui ſpatio; ſed tantùm fundamentaliter. Vel dic; illam propoſitionem; *Petrus non deſtructus per horam*, iam inuoluere compoſitionem Petri ad formam præſentialitatis, vi cuius coexiſtit Petrus tali horæ, ſeu menſuræ primi mobilis; eò quòd Petrus ſecundùm intrinſecam durationem præciſè ſpectatus, abſtrahat à cõnotatione vnius horæ vel cuiuslibet alterius determinatæ portionis temporis; vt oſtendimus.

Obijcitur quòd præſentialitas ad tempus, nõ ſolũ addat ſucceſsionẽ præſentiæ ad tempus, ſed etiã ſucceſsionẽ durationis intrinſecæ

At vrgebis; quòd permanentia rei, vt coexiſtentis durationi ſucceſsiuæ, non ſolùm importare videatur additionem & appoſitionem præmiſſæ præſentialitatis ſucceſsiuæ; ſed etiam ipſiuſmet durationis intrinſecæ. Quia ſicut liquet apud Scotum tranſcriptum, *ſub numer.* 15. res, à ratione ſuæ productionis, tantùm vendicat, vt pro primo inſtanti ſuæ productionis duret; taliter

quod

quod res à ratione ſuæ productionis, nõ exigat poſitionem aut protenſionem exiſtentiæ pro inſtanti ſequenti. Ac proinde, ſicut productio rei in inſtanti primo extractionis effectus ab eminentia cauſæ eſt productio de nouo, quia connotat terminum cum negatione exiſtentiæ ante inſtans productionis; ita actio conſeruatiua termini in ſecundo inſtanti etiam eſt productio de nouo attingẽs terminum, qui à ratione intrinſeca termini actionis in primo inſtanti, non exprimit poſitionem termini in ſecundo inſtanti; poſſet enim exiſtentia termini, ex vi actionis pro primo inſtanti, nõ protendi ad alterum inſtans.

Vrgetur ratio.

Igitur actio conſeruatiua taliter extendit exiſtentiam termini ad ſecundum inſtans, quòd ſit noua, & vera productio exiſtentiæ talis termini, vt in ſecundo inſtanti; ac proinde non mera quaſi repetitio productionis eiuſdem exiſtentiæ productæ in primo inſtanti, ſed appoſitio adiunctione exiſtentiæ nouæ; ac proinde & nouæ durationis. Multiplicatur ergo & decurrit ſucceſſiuè exiſtentia rei permanentis, quantumvis permanentis, iuxta protenſionem & continuationem actionis; & non ſola coexiſtentia, & præſentialitas durationis & exiſtentiæ ad tempus extrinſecum.

Conſeruatur.

Reſpondetur; quòd licet terminus in quantum in actu ſignato, vel aptitudinaliter refertur ad actionem conſeruatiuam, non importet eſſentialiter exiſtentiam pro ſecundo inſtanti; eò quòd non repugnet termino producto, à ratione ſua intrinſeca, quòd duret prolòlo primo inſtãti productionis, vt agit Scotus. Obſtat tamen termino actionis conſeruatiuæ in actu exercito, negatio exiſtentiæ relatæ, aut comparatæ ad ſecundùm inſtans; cùm iam involuatur ſenſus compoſitus exercitæ, & actualis conſeruationis. Quæ ſicut attingere valet eandem termini ſubſtantiam, abſque additione aliqua graduali, vel intenſiua formæ, ſed cum ſola extenſione, vèl compoſitione formæ ad durationem ſuccedſiuam extrinſecam; ita nec addit exiſtentiam, vel intrinſecam durationẽ, ſed ſolã præſentialitatem ſucceſſiuam durationis & exiſtentiæ rei permanentis ad tempus primi mobilis.

Aperitur; quæ ſit illa ratio coexiſtentiæ ad tempus, quæ conſtituat prædicamentum quando?

1. opinio de ſerie prædicamentali quãdo

39 EX Dictis decidi poterit illa dubitatio, quæ à metaphyſicis exagitatur; de forma illa coexiſtentiæ ad tempus, quæ conſtituat prædicamentum quando. Prima enim opinio S. Thomæ, *in opuſculo* 48. quem alij ſequuntur autumat; prædicamentum quando nil aliud eſſe præter denominationem a temporis adiacentia relictam.

Confutatur

Sed vt à ſententia iſta nos breuiter expẽdiamus; communiter non recipitur; eò vel maximè, quòd ſi denominationes extrinſecæ ad ſeries prædicamentales deferri poſſent, innumera alia prædicamentalia capita pronuntiari deberent, vt varias denominationum ſpecies ſuo ambitu concluderent. Sic enim vtum eſſe, auditum, intellectum, amatum, dextrum, & alia innumera ad prædicamentalem coordinationem attinerent. Adde; apud graues authores; extrinſecas denominationes formaliter acceptas non eſſe quid reale, ſed quid rationis; quò fit, vt ad prædicamenti realis ciaſim nulla ratione deferri valeant.

2. opinio Soarij.

40 Quare ſecunda opinio in hac re autumat, prædicamentum quando ex omnium creaturarum durationum conuentu cointegrari. Sic Franciſcus Soarez *in ſua Metaph. diſpu. 50. ſect. 12. nu. marg. 13.*

Refellitur.

Sed, & improbari debet hoc placitũ; quia exiſtentia ob ſuam incompletionẽ reijcitur a recta ſerie prædicamentali; atqui duratio ab exiſtentia non diſtinguitur formaliter: igitur.

Soarij occurritur.

Nec obſtat reſponſio Soarij; quòd licet duratio, & exiſtentia à parte rei in idem coincidant; videtur tamen duratio ex noſtra concipiendi ratione minus ſpectare ad intrinſecam completionem rei, ac proinde magis accidere rei, quàm exiſtentia: eò quod durationis ac permanentiæ conceptus præmittat ip-

ſum

ſum ens, prout extractum ab eminẽtia cauſæ.

Eximitur, vbi quòd nec inhærentia quæ eſt minus intima rei quã duratio attineat adcoordinationem prædicamẽtalem

41 Ad inanis iſta ſolutio manifeſtã hac expugnatione obſtruitur; quia magis extrinſecus eſt naturæ accidentali modus inhærentiæ, quàm duratio; cùm inhærentia realiter modaliter à formis accidentalibus entitatiuis diſsideat, duratio verò ſit eadem realitas cum forma accidentaria. Atqui inhærẽtia, eò quòd ad complementum intrinſecum formæ accidentalis attineat, nullatenùs conſtituitur directè in prædicamento; igitur nec duratio. Quæ etiam ratio vrget in ſubſiſtentia ad durationem ſubſtantialẽ relata; quia ſubſiſtentia realiter ſecernitur à ſubſtantia non verò duratio. Quò fit, vt omnis illa forma, quæ non ſupponat intrinſecam accidentis completionem, ad coordinationem prædicamentalem accidentis deferri non poſsit; quod idẽ aſtruimus de ſubſtantia, prout completionẽ, & integritatem petit à ſubſiſtẽtiali & hypoſtatica forma.

Coordinatio & ſeries prædicamẽti Quando.

Quare dicendum eſt; prædicamentum (*Quando*) ex formis præſentialitatis & coexiſtentiæ ad tempus extrinſecum primi mobilis coalеſcere; quas præſentialitatis formas inferunt omnes durationes creatæ, ſiue permanentes, ſiue ſucceſsiuæ; cùm omnes ex ſe indeterminatæ ſint, vt huic vel alteri extenſioni temporis primi mobilis reſpondeant; ac proinde egeant forma intrinſecè contrahente potentiã illam.

Vnde ſicut prædicamentum (*vbi*) coalеſcit ex formis contrahentibus potentialitatem entis, vt huic vel alteri ſpatio coexiſtat; ita & prædicamentum, *Quando*, cointegratur ex formis, quæ contrahunt eas vt tali, vel tali, temporis extenſioni reſpondeat: iuxta ea, quæ ſupra oſtendimus *à numer.* 29. *vſque ad* 38.

Reſponſio ad principalia obiecta pro ſucceſsione durationis rei permanentis; & legitima S. Bonauent. interpretatio ex Aureolo.

Cõcinnatur poſitio S. Bonauenturæ ex Aureolo

42 MOdo nec difficile erit oppoſitæ opinionis fũdamenta de intrinſeca ſucceſsione durationis permanentiũ proterere. Et primò; quoad authoritatem S. Bonauent. attinet; exiſtimo Aureolum illius mentem penitiùs ebibiſſe dum Bonauenturam interpretatus, (vt liquet ex verbis Aureoli *nu. marg.* 27. appoſitis) autumat; Bonauenturam intelligendum eſſe, non de ſucceſsione intrinſeca ipſius æui Angelici; ſed de coexiſtentia ſucceſsiua, quam exprimit æuũ ad tempus.

Scita prænotiata Aureoli ĩre

Id enim ſibi volunt perſpicua illa Aureoli pronuntiata, *quæ ſub n.* 26. tranſcripſimus. *Tertio modo poteſt intelligi quæſtio, non eundo ad connotatum, quod eſt tempus; nec ad eſſe Angeli in ſe; ſed ad medium, puta ad coexiſtentiam Angeli ad ipſum tempus.* Et deinde ſubijcit *ſub n.* 27. S. Bonau. mentem acutè explanãs Card. Aureolus; ita vt Card. Franciſcanus alteri Cardin. Seraphico opportunas miniſtret ſuppetias. *Et ad hunc modum vadit fortè prima opinio; non enim poſſum imaginari, eſſe Angeli coexiſtere tẽpori & durationi, niſi imaginer priùs & poſteriùs, &c.* Vbi ſucceſsionem, quam in æuo Angeli tutatur Bonauent. interpretatur Aureolus; non de ſucceſsione æui, ſed de ſucceſsione coexiſtentiæ ſiue præſentialitatis ſucceſsiuæ æui ad tempus.

Quod autem S. Bonau. mens aliam nõ ſuſtineat interpretationem, vel ex eo cõſtat; quòd aſſeruerit, æuo angelico ſucceſsionem ineſſe, ſine inueteratione tamen ac innouatione eſſe angelici. Si autem æuum intrinſecum Angeli flueret implicatoriũ eſſet, vt pars de nouo accedẽs præexiſtẽtem nõ innouaret; ac proinde, quod præexiſtẽs, dum fluit, ad acceſſũ nouæ decurrẽtis nõ veteraſceret. Quare ſucceſsio, quã Bonauentura conſtituit

ſtituit, ſoli coexiſtẽciæ ſucceſſiuæ defe
rẽda eſt; negatio verò inueterationis, &
innouationis ipſimet æuo ſpirituali & ſub
ſtãtiali intrinſecè ſpectato, quod omnẽ
prorſus diuiſibilitatem, extẽſionẽ ac de
curſum ſecũdùm rationem prioris & po
ſterioris à ſua quidditatiua ratione abi-
git.

Quam D. Bonauenturæ interpretatio
nem apud acutiſsimum Aureolum inue
niſſe plurimum lætor; vt ſanctum Docto
rem, quem religiosè colo, à doctrinæ in
conſequẽtia, quæ illi cõmuniter impin-
gitur, liberem.

Obiectio contra doctrinã præcedentẽ

43 Sed oppones; Angelum abſtrahi
à tempore & illius méſura; ac proinde,
& abſolui debere à forma qualibet in-
trinſeca, quæ Angelum ad talis tempo-
raneæ extenſionis portionem coordi-
net.

Infringitur

Reſpondetur; quòd licet æuum Ange
li abſoluatur à tempore; nõ tamen ea
præſentialitatis forma, ob quã Angelus
formaliter reſpõdet tempori. Sicut, li-
cet Angelus quidditatiuè ſpectatus ab
ſtrahat à loco; forma tamẽ ea præſentia
litatis, per quam huic reali ſpatio coe-
xiſtit (nimirũ vbicatio,) a cõnotatione
ſpatij abſolui nõ poteſt. Nec enim mi-
nus cõcernit Angelus tempus, quã ſpa-
tium; quare, licet quidditas Angeli non
menſuretur tempore, eius tamẽ ad tem
pus coexiſtentia tempore metitur.

Ad fũdamẽta oppoſita reſponſio. Ad auctoritates ſanctorum.

44 Ex his etiam Sãctorum authori
tates facilem expoſitionem ſubeũt. Dici-
mus enim, nõ loqui de eo intrinſecè
ſpectato; ſed de ſucceſſiua coexiſtẽtia
ad tempus, quæ effluit ad temporis de-
curſum.

Satisfactio ad 2. arg.

Ad ſecũdũ argumentum reſpõdetur;
eſſe & nõ eſſe Angeli, metiri æuo; quate
nus per habitudinem ad tempus æuum
eſt illatiuum extenſæ ac ſucceſſiuæ præ
ſentialitatis.

Dilutio argum. 3.

Ad tertium argumẽtum; quòd præſẽ
titalitas diuiſibilis ad ſpatium præſtare
nequit, vt Angelus adeat oppoſitas & ſi
bi cõtradicentes formas; eò quòd illa
præſentialitas cõgruat Angelo ſimul; &
idem ſubſtratum repugnantibus formis
ſimul nõ ſubiaceat. Cũ verò præſentiali
tas ad tẽpus, quæ Angelo ſuppetit, ſi-
multanea nõ ſit, ſed ſucceſſiua; fit inde,
vt cõtrarias, cõtradictoriasque deno-
minationes ſuſtinere, queat.

Reſp. Petri Iurisdi. ad 4. argum.

45 Ad quartum argumẽtum reſpon
det Hurtadus *loco citato ſect. 3. ſubſect.*
2 §. 21. quòd negatio coexiſtẽtiæ Petri
ad tale tempus; nõ eſt præciſè quoddã
nõ eſſe ſolius habitudinis coexiſtentiæ
ad tempus; ſed etiam nõ eſſe ipſius ſub-
ſtãtiæ Petri. Ita vt quãdo hypotheſis ar
gumẽti tollit Petrum coexiſtẽtem; nõ
ſolùm remoueat quoddam coexiſtere &
reſpõdere tali tempori; ſed etiam ablo
lutam & intrinſecam Petri ſubſtãtiam,
quæ deſtruitur ablata coexiſtẽtia ad ta
le tempus. Eò quòd Petrus, & talis por
tio tẽporis, immediatè & per ſuas eſſen-
tias ſibi ipſis reſpõdeant ſecundũ habi-
tudinem ſimultatis; adeò vt nulla alia ſu
peraddita forma indigeant.

Executitur præmiſſa ſolutio.

46 Sed difficultatem nõ eneruat; obti
net enim argumẽtum; quòd Petrus, qui
tali extẽſioni temporis coexiſtit; potuit
(ſi Deus eum in alio tempore creaſſet,)
alteri tempori coexiſtere. In qua hypo
theſi, etiam ſi admittatur; quòd tũc, nõ
ſolùm tollatur coexiſtẽtia Petri ad tale
tempus (A.) ſed etiam Petrus quoad ſu
bſtãtiam ſuam, in hoc tempore realiter
exiſtẽs, & extra tale tempus pro nutu
ordinationis diuinæ deſtructus. Attamẽ
innegabile eſt; poſſe Deum eumdẽ Pe-
trum quoad totam ſubſtãtiam, & ratio-
nem numericam intrinſecam eius, in a-
lio tempore cõſtituere; cùm indiuiduatio intrinſeca Petri nõ accipiatur à tem
pore, aliiſq; extrinſecis appoſitionibus &
circũſtãtijs. Igitur Petrus, à ſua quiddi
tate, nõ reſpõdet tali tempori (A) ſi e-
nim tale tempus (A) & Petrus, per ſuas
eſſentias componerẽtur quãtùm ad coe
xiſtẽtiæ habitudinem; per nullam potẽ
tiam valeret eadem numero Petri ſub-
ſtãtia tẽpori (B) reſpõdere. Sicut, quia
forma modalis per ſuã eſſentiã proprio
ſubſtrato componitur; nec de abſolutæ
Dei potẽtia fieri valet, vt alteri ſubſtra
to coniungatur.

Vera ſolutio

Quare obtinet argumentum; cõpo-
ſitionem rei permanẽtis ad tale tempus
adiũgere formã intrinſecæ præſentiali-
tatis ordinãtis per ſuam quidditatẽ ta-
le durãs ad talem temporis menſurã; vt
oſtenſum eſt.

Illuſtratio doctrinæ præcedẽtis.

Vnde dicimus; quòd ablato tempore
tollitur ſubſtantia rei temporariæ acci-
dẽtaliter & pro nutu diuinæ prædeter-
minationis præſtituẽtis tale indiuiduũ a
tali agente, & ſub tali temporis coitio
ne generari; non tamen eſſentialiter & in
trinſecè. Siquidem hæc res, quæ ab hoc
agente, & ſub tali tempore effecta eſt,

po-

potuit ab alio agente, & ſubalia temporis circunſtantia produci. Si autem res temporaria immediatè & per ſuam eſſentiam componeretur tali tempori; ne quiret, pro nutu Dei, alteri temporis mē ſuæ componi. Sicut quia præſentialitas per ſuam eſſentiam tali ſpatio coexiſtit nequit, nec de abſoluta Dei potentia, alteri ſpatio per coexiſtentiam reſpondere. De quo adi *controuerſiam vndecimam de ſcientia Dei, diſt. 2. ar. 5. in Digreſſione phyſica*, à quo principio trahatur cōtractio creatæ voluntatis ad tale individuā actionis? *n. marg. 56.*

Dubitatur poſſibilis aliqua creatura, quæ per ſuā eſſentiā coexiſtat tali extenſioni temporis?

Sed reſtat vel breuiter enodâdū quod dam dubiolum: quod ab aliquibus recētibus metaphyſicis video excitatum: an ſit poſsibilis aliqua ſubſtātia, quæ per ſuam eſſentiam componatur, reſpōdeat ve tali extēſioni temporis? Quæ dubitatio valde affinis illi eſſet, quæ exquireret; vtrū ſit poſsibilis creatura aliqua, quæ immediatè & per ſuam eſſentiam coexiſteret huic ſpatio, & non alteri?

Reſpōdetur affirmatiuè

Dicimus enim; nō apparere implicationem contradictionis, ob quam obſtet, produci à Deo creaturam aliquam, quæ à ratione ſua intrinſeca, importet eam contractionem ad tale tempus, vel tale ſpatium loci, quam de facto exprimit res vt compoſita tali vbicationi in ordine ad tale ſpatium; vel tali præſentialitati ſucceſsiuæ aut coexiſtentiæ ad tale tempus. Nec enim vlla eminet contradictio, ob quam, Deus non præſtet per vnicam entitatem, (abſque appoſitione formæ realiter diſtinctæ) ſimilem effectum contractionis ad tale tempus, vel ſpatium; quem de facto exprimit complexum ex ente & modo vbicationis, vel ſucceſsiuæ coexiſtentiæ ad tale tempus, eſtoquod complexum coaleſcat ex ſubſtrato & forma realiter diſsitis, imo & ſeparabilibus ſeparatione reali; dum ſubiectum varijs vbicationibus, & præſentialitatibus ſucceſsiuis ſubſternitur.

Ratio aſſertionis.

De duratione ſucceſsiua ſpecialiter, & confutatio doctrinæ Soarij de tarditate, & velocitate motus.

47 ET Primò circa identitatem motus, & temporis obſtare videtur authoritas Scoti ex 2. *ſent. diſt. 2. q. 2. §. Sed cōtra iſtud arguitur ſic. num. marg* 8. Vbi ait.

Reſpondeo: ſi oportet tempus differre à motu, & conſequens inſtans à mutatione; non eſt ſimilis ratio, quòd ponatur aliquid differens ab exiſtentia ipſius Angeli vniformi, quod ſit menſura eius. Nā ſi tempus differt a motu, hoc ideo eſt; quia partes eiuſdem proportionis alicuius motus, nō neceſſariò ſunt æquales in numero & quātitate partium eiuſdem proportionis temporis. Nulla autem quātitas eſt eadem alteri quātitati; niſi partes eiuſdē proportionis & quātitatis in ea, ſint æquales partibus eiuſdem proportionis & quātitatis in reliqua: & hoc æquales tā in numero, quàm in magnitudine.

Reſpondit idē inſtantia tēporis.

Scotus

48 *Loquendo autem de quātitate, quæ eſt in motu, quam habet ex parte magnitudinis, ſiue formæ, ſecundùm quam eſt motus: poſsūt aliquæ partes motus, puta decem partes integrātes totum motū, eſſe cū decem partibus temporis, ſed non ſunt eædem eis: quia cū eiſdem partibus temporis poſſunt eſſe plures partes motus æquales prioribus partibus motus; vel tot inæquales.*

Arg. Scoti pro diſtinctione reali motus & tēporis.

Quia ſi dupla virtus mouet idē mobile, & percōſequens in duplo velociùs; nulla pars erit in motu tardiori, quæ nō erit in motu velociori, loquendo de partibus, quas habet in magnitudine: vel de partibus, quas habet ſecūdū formā, qua eſt. Quia mouēs mobile motu velociori nō facit ſimul pertrāſire aliquas partes magnitudinis, ſed præcisè alterā poſt alterā; ergo tot partes ſunt in motu velociori & tātæ (loquendo de iſta quātitate) quot & quantæ ſunt in motu tardiori.

Motus tardior habet cādem extēſionem, quā velox.

Non poteſt autem idem tempus & habens eaſdem partes, eſſe cū iſto motu, & cū illo motu; ergo illæ partes temporis nō erūt eædem, nec partibus iſtius motus nec illius; quia non in eadem proportio-

Vrgetur ratio pro diſtinctione reali motus & temporis

Scotus

ne ſe habentes ad totũ: nec ſunt æquales iſtis partibus totius.

Corollariũ ex præmiſſis

49 *Si hoc eſt verum, ex hoc concluderetur; quòd indiuiſibile vnius quãtitatis nõ eſt indiuiſibile alterius quantitatis. Sed ex hoc nõ ſequitur; quòd in aliquo permanẽte habente ſemper eſſe vniforme oporteat ponere aliquid aliud à ſe pro mẽſura; quia ibi non tenet ratio de illis magnitudinibus, nec partibus earum.*

Elucidatio litteræ Scoti

Senſus verò huius Scoticæ obiectionis is eſt; quòd vel ex eo motus, & tempus identicam cõiunctionem nõ adeant quò fiat, vt motu eodem ſuperſtite, decreſcat mẽſura illius, quod eſt tempus. Quando enim mobile, duplicata virtute impellẽte, velociùs aliquod ſpatiũ percurrit; in ea hypotheſi, motus ille pauciores extenſionis partes nõ ſortiretur quàm ſi tardiùs idem ſpatium peruaderet; cũ partes motus reſpõdeant partibus ſpatij, ſeu interualli, quæ eædẽ ſunt in vtroq; motu. Atqui nõ eſt æqualis mẽſura vtriuſque motus; ſiquidem celerior illa mutatio minori tempore abſoluitur, quàm tardior: igitur menſu a motus quæ eſt tempus, realiter ab ipſo motu ſecernitur.

Reſp. Baſolij ad obiectã Scoti.

50 Huic obiectioni reſpondet Baſolius in 2. *ſen. diſt.* 2. *q.* 1. *ar.* 3. in hæc verba. *Ad ſecũdum dico; quòd maior non eſt vera. Nõ enim ſicut tempus realiter differt à motu, cui formaliter cõuenit & ineſt; ſic æuum, quod eſt duratio, ab illo cuius eſt. Vnde dico; quòd nec tempus eſt duratio motus: ſed duratio motus eſt idem cum motu.*

Refellitur doctrina Baſolij ad hominem

At enuſio hæc potius quàm ſolutio, euidenti iſta ratione occluditur; quia eſtò quòd tempus nõ eſſet duratio motus adhuc de illa duratione motus, quæ realiter nõ diſtinguitur à motu, vt fatetur idem Baſolius, redit inquiſitio eadem. Quia motus velox, & tardus, dum idem ſpatium percurrũt, æqualem partiũ extẽſionem nãciſcũtur, cũ hæc reſpondeat eidem latitudini interualli; atqui nõ præferunt eaſdem durationis metas, cũ magis duret motus tardus, quàm velox igitur durãtio intrinſeca motus ab eo realiter ſecernitur.

Occurſus Soarij quòd tarditas & velocitas in motu addãt aliquid intrinſecũ nõ actui

51 Franciſcus Soarius multus eſt in nodo iſto dirimendo, *in ſua metaph. diſput.* 50. *ſect.* 9 *à n. marg.* 2. *uſq; ad* 9. vbi cõſtituere molitur; tarditatem, & velocitatem, aliquid apponere intrinſecum ipſi motui, & tempori, quod ab ipſius motus, & temporis ſubſtãtia & extenſione realiter diſſideat; pari ratione, qua aſſeritur, raritatem, & dẽſitatẽ, eſſe modos quãtitatis ab ea realiter diſtinctos, & ſeparabiles. Quare ſicut eadem met quãtitas, nulla facta accretione quãtitatiuæ molis, maiori ſpatio coexiſtit, inquantũ modo raritatis ſubſternitur, quã prout modo denſitatis componitur; ita idem motus, prout ſubiacet modo tarditatis, maiori temporis primi mobilis extẽſioni reſpondet, quàm ſi modo velocitatis componatur.

nem ad ſubſtãtiã extenſionis motus

Inſtãtia Soarij de raritate & denſitate extenſionis.

52 Cæterùm; hæc omnia Soarez ſine antiquo aliquo authore cõſtituere ſatagit; quæ tãquã noua quædam excogitata mẽti nõ inſident. Nec enim facilè oſtendi poteſt, quòd motus velocior habeat partes compactiores, aut cõpreſſiores; vel quòd velocitas in motu veloci ſit quid realiter diſitũ à ſubſtãtia motus, ſicut quãtitas realiter ſecernitur à modo raritatis, & denſitatis.

Refutatur Soarij pronuntiatum.

Quare dicẽdum eſt; oppoſitã obiectionem ſolùm agere; motum tardũ, & velocem, reſpectu eiuſdem interualli eamdẽ extẽſionem motus, ac temporis ſortiri; tãtùmq; inæqualitatẽ præferre in modo præſentialitatis ſucceſſiuæ, ſiue coexiſtẽtiæ ad tempus extrinſecum primi mobilis, qui attinet ad prædicamẽtũ quãdo. Eò quòd motus tardus magis extẽdatur ſecũdũ formam ſucceſſiuæ præſentialitatis; ſeu magis coexiſtat extrinſecæ durationi, quàm velox. Quare obiectio ea, quæ vrget improbãtes formam ſucceſſiuæ præſentialitatis realiter additæ durationi intrinſecæ, nos nulla ratione perſtringit.

Vera ſolutio quod motus tarditas addat intrinſecæ extenſioni ſupra velocem, ſed ſolũ maiorem præſentialitatem ſucceſſiuã, vel coexiſtentiã ad tempus extrinſecum.

Ad authoritatem verò Scoti, qui inſinuare videtur, tempus à motu realiter diſtingui; patet ex ipſo cõtextu, vbi talem diſtinctionem nõ definit, ſed ſub dubio relinquit, ait enim. *Si hoc eſt verum &c.* vt liquet ex textu à nobis tranſcripto ſub *n.* 49. Vbi tãtùm cõditionaliter, & ex hypotheſi procedit. Quod accuratè obſeruauit Hugo Cauellus Scoti ſcholiator in margine huius loci ſubdens in hæc verba. *Dubitatiuè loquitur; quia tempus non diſtingui à motu, tenet* 4. *phyſic. q.* 15. *vbi Aretin. & in* 4. *diſt.* 48. *q.* 2. §. *ad quæſtionem.*

Ad authoritatem Scoti ſatisfactio.

Hug. Cauellus. Aretinus

53 Alterum, quòd circa durationem ſucceſſiuam breuiter reſtat expendẽdũ eſt de prædicamentali ſerie, ad quam tẽpus attineat.

An tempus collocetur in prædicamento?

Aſtrui-

Tempus nõ cõſtituitur directè in prædicamẽto Ratio aſſertionis

Aſtruimus igitur; tempus in nulla prædicamentali claſsi directè collocari; ſicut nec motum, cuius eſt affectio.

Si enim tempus eſt ipſamet exiſtẽtia motus; & motus ob propriam incompletionem à prædicamentali coordinatione reijcitur; conſequens eſt, vt & tempus motui identificatum à directa etiã iſta collocatione ablegetur. Cùm magis completa eſſe nequeat affectio, quæ ad entis conſtitutionem, & completionem coit per identitatem; quàm res ipſa, quam afficit.

Obiectio nem excluditur tempus à prædicamentali ſerie abeſſe, ob quã remouetur motus

Sed conſiderandum eſt; alia ratione remoueri à directa ſede prædicamentali tempus; alia motum. Motus enim reijcitur à coordinatione prædicamentali, quia totum ſuum eſſe poſitum ſit in fieri termini; tempus verò, licet ſecundùm ſuam vltimam explicitamque rationem non exprimat; quòd ſit fieri productiuum rei; à claſsi tamen prædicamentali excluditur, quia ſit intrinſeca affectio motus ad ipſius intraneum complementum attinens. Et nulla intrinſeca affectio rei, (etiam collocabilis in prædicamento) ſi anteeat inhærentiam in accidentibus, & ſubſiſtentiam in ſubſtantijs, conſtitui queat in ſerie prædicamentali; vt docuimus de permanenti duratione.

Reducitur tempus ad idem prædicamentũ, ad quod reductiuè attinet motus

54 Reducitur ergo tempus ad idem prædicamentum, ad quod etiam reductiuè ſpectat motus; cui idẽtificatur. Quare, ſicut motus augmẽtationis pertinet reductiuè ad prædicamẽtum quãtitatis ita & tempus augmentationis ad prædicamẽtum quãtitatis etiam reducitur: & ſicut motus alterationis, quod eſt fieri qualitatis, ad prædicamentum qualitatis defertur reductiuè; ita etiam tẽpus alterationis ad prædicamentum qualitatis reductiuè attinet & ſic de alijs. Quia tamen hæc magis ad metaphyſicam conſiderationem ſpectant, ad Theologica properemus.

CONTROVERSIA NONA GENERALIS DE COGNOSCIBILITATE DEI A NOBIS.

SERIES, ET CONTEXTVS OPERIS.

Ordo trà ctatuum. Cognoſcibilitas Dei à nobis attinet ad attributũ veritatis Dei in eſſendo de quo in cõtrou. 3. egimus.

Partitio huius controuerſiæ in tres diſtinct. aliã pro potentia; alterã pro obiecto; & 3. pro notitia beatifica.

DISCVSSIS Diuinæ naturæ modis, de illis Deitatis affectionibus diſputatio inſerenda eſt, quæ riguroſæ proprietates attributales aſſeruntur. Et priùs de cognoſcibilitate Dei à nobis; tum, quia quia ita in more poſitum ſit apud graues Theologos: tum etiam, quia attributum iſtud ſpectet ad veritatem Dei in eſſendo, quam in 3. controuerſia elucidauimus. Cùm veritas illa, vt inibi oſtendimus, nil aliud ſit, quàm facultas Dei, ſeu virtus eius ad exprimendam imaginem ſui in intellectu creato; ac proinde coincidat in attributum cognoſcibilitatis Dei à nobis: cùm eatenùs Deus quidditatiue à creato intellectu apprehendatur, qua tenùs intellectum intrinſecè immutet per propriæ imaginis expreſsionem.

Cæterùm, quia ad imaginis ſeu notitiæ partum concurrit obiectum, & potentia; ideò controuerſia iſta generalis de viſione Dei in tres diſtinctiones ſecanda erit. Prima diſſeret de principio viſionis, quod ſe tenet ex parte potẽtiæ. Secunda de principio viſionis, quod ſe tenet ex parte obiecti. Tertia de ipſo actu viſionis.

DI-

DISTINCTIO PRIMA, DE PRINCIPIO VISIONIS DEI, QVOD SE TENET EX PARTE POTENTIÆ.

PARTITIO HVIVS DISTINCTIONIS.

Principiũ influẽs ex parte potẽtiæ; aliud natiuũ, aliud ſupernaturale à Deo immiſſum

QVIA Principium viſionis, quod ſpectatur ex parte potentiæ, adhuc bifariam accipitur; aut enim eſt principium naturalis ordinis, ſcilicet natiua facultas intellectus ad producendam viſionem: aut qualitas luminis gloriæ à Deo creatæ menti immiſſa ad eleuãdam natiuam facultatem: ideò hæc prima diſtinctio in duas etiam ſubdiſtinctiones partietur. Prima aget de naturali facultate intellectus ad viſionem: ſecunda de principio ſupernaturali viſionis, quod ſe tenet ex parte potentiæ.

SVBDISTINCTIO PRIMA, DE INTRINSECA, ET natiua virtute intellectus ad viſionem ſupernaturalem.

Curbiede potentia obedietiali actiua ex inſtitutodiſſerat author?

PLVRA Occurrunt circa vim initialem intellectus ad quidditatiuam Dei intuitionem pariendam, quæ ad generalem doctrinam de potentia obedientiali actiua, aut aſſerenda, aut oppugnanda, reuocari debent, vt res ſcitè, & pro dignitate verſetur; quare vrget doctrinæ neceſsitas vt potentiam obedientialem actiuam ad actus ſupernaturales iuxta Scoti ſenſum ſeriò inueſtigemus, de qua ferè nihil diſſeruere recentes Scoti aſſeclæ.

ARTICVLVS I.

Virùm intellectus præsefert vim initialem ad visionem Dei? Vbi latè de potentia obedientiali actiua.

SVMMARIVM.

Potentiã obedientialem actiuam inesse cuilibet enti creato, autumauit Soarez Num. 1.
Textus Scoti ad nodum dirimendum. Num. 8.
Obseruationes in textum, & fundamenta ad veram sententiam. Numer. 14.
Infirma oppugnationes potentiæ obedientialis actiuæ, reijciuntur. Numer. 25.
Communis sententia firmioribus rationibus suffulta. Num. 37.
Infringuntur fundamenta Soarij Num. 44.
Potentiam obedientialem actiuam præstare nõ posse, vt à facultate materiali inspiciatur Deus. Num. 48.
Duo corollaria de instrumento creationis, & de causalitate sacramentorum Num 50.

Opinio Soarij de potentia obedientiali actiua cuiuslibet entis creati, vt assumi queat adquelibet effectũ pro nutu Dei.

Suarius. Pet. Hurta. Salas.

1 FRanciscus Soarius vir probatæ eruditionis nouam opinandi viam attentans, vt physicam sacramentorum causalitatem tutari posset; autumauit cuilibet entis etiam minutissimo, & modicissimo, verbi gratia, relationi, suppetere vim initialem actiuam ad totius entis possibilis effectionem, siue intra, siue supra totius naturæ metas, si Deus tali instrumento vti velit ad quamcunque actionem. Ita tradit ex instituto, *3. par. tom. 1. disp. 31.* Cui adhæserunt Petrus Hurtado *in sua Physosophia disput. 9. sect. 14.* Et Ioannes de Salas, qui ad vlteriora progressus, commentus est ob hanc potentiam obedientialem actiuam, eleuari posse materialem, & corpoream facultatem ad videndum Deum. Sic ipse, *1. 2. tome, 1. tract. 2. disput. 5. section. 1.*

1. ratio ex Aug. stino.

2 Quæ opinio probatur primò, authoritate Augustini *9. de Trinit. c. 9. p. 17.* Vbi post quam demonstrasset, creaturis suppetere vim ad operandum iuxta naturæ leges; subdit *Super hunc autem motum, cuiusque rerum naturalium, potestas creatoris habet apud se posse debis omnibus facere aliud, quam eorum quasi seminales rationes habent.* Postea subiungit. *Vt autem lignum de terra excisum, sine radice vlla, sine terra, & aqua repente floreat, & fructum gignat; vt sterilis in senectute pariat, vt asina lequatur. & si quid huiusmodi est: dedit quidem naturis, quas creauit, vt ex eis, & hæc fieri possent, nec enim ex eis, vel illa faceret, quod ex eis fieri nõ posse ipse præsigeret.*

S. Augustin.

Deinde sibi cauens Augustinus ne ex præmissis alicuius noui actus assertor habeatur; prosequitur. *Dicam, quid mihi videatur sine affirmandi temeritate, quod tamen cùm dixero, fortasse prudentes ista considerantes, quos iam Christiana fides inauit; etiam si nunc primùm ista cognoscantur, non esse dubitandum iudicabunt.* Tunc sic; se præcauet Augustinus nouitatis doctrinæ notã, dũ creaturarum ad Deum subiectibilitatem firmat; at nouitatis assertor pronũtiari nõ posset, si passiuam tantum obedientiam constitueret: igitur actiuam obedientiam molitur.

Infirmat. ratio ex Augustino.

Arguitur ratione ad hominẽ ex potentia obediuali passiua.

3 Probatur secundò ratione. Quia non minus contradicit enti creato potentia obedientialis passiua, quàm actiua; cùm omnes rationes, quæ opponi queant actiuæ obedientialitati, etiam contra passiuam militent. Quia sicut potentiæ actiuæ obedientiali opponitur præcontinentia virtualis effectus intrinsecè supernaturalis; eò quòd instrumentalis causa proprium productum debeat secundùm aliquam rationem præhabere. Ita & idem potentiæ obedientiali passiuæ obstare posset; quæ adæquatè totam formam in genere causæ materialis præcontinet, tãquam subiectum eductionis. Intellectus enim nõ sũ subiacet lumini supernaturali tãquam subiectum in quo; sed etiam tanquam subiectum ex quo.

Frgetur ratio.

Adde; quòd magis obstare posset passiua obedientialitas, ex eo quod ipsa intrinsecè componatur actui supernaturali; actiua vero potentia

ex

extrinsecum adeat influxum.

Cõfirmatur ratio præcedens.

Confirmatur; quia ad illimitationem omnipotentiæ Dei spectat, vt suis creaturis vti valeat ad omnem actionem, quæ contradictionem non inuoluat; atqui nulla ostenditur implicatio, ob quam ista actiua subijcibilitas cum habitudine ad speciale Dei auxilium respectu cuiuslibet effectus, respuatur; vt patet ex manifesta dilutione oppositionum contra prædictam sententiam.

Arguitur, ex virtute initiali actiua intellectus ad claram visionem

4 Deinde specialiter arguitur tertiò; de virtute intellectus ad claram Dei visionem. Quia virtus aliqua initialis asserenda est in intellectu respectu visionis beatificæ; aliàs enim lumen gloriæ esset adæquata causa visionis, sicut & charitas adæquatum principium fruitionis: quod est absurdum à rectæque Theologiæ principijs exorbitans, vt in sequentibus aperietur.

Quæ virtus nequit esse naturalis, sed obedientialis.

Sed virtus intellectus non est naturalis respectu visionis; tunc enim alicui potentiæ suppetit virtus naturalis ad actum, quando debitus est illi concursus ad tale productum. At intellectui debitus non est influxus supernaturalis, vt pariat visionem; aliàs si Deus non elenasset rationalem naturam ad finem supernaturalem, & ad meritoriam causalitatem, intellectualis facultas proprium complementum intrinsecum ac debitum, nacta non esset; quod est falsum, & absurdum.

Occurritur communi sententiæ

5 Si occurras; concedendo, intellectui inesse facultatem obedientialem actiuam ad visionem, sicut & appetitui rationali ad fruitionem; eò quòd in illis supernaturalibus productis aliquid vitalitatis reluceat, quod respondeat principio vitali. Quæ ratio effectus connexa in quarto modo perfectitatis cum principio producente assignabilis non est in tota latitudine entium, quæ intra virtualitatem facultatis diuinæ exequentis præhabentur, si comparentur ad quodlibet ens creatum; cùm nil exprimat gratia, quod respondeat ablutioni baptismatis.

Confutatur

Contra sic; quia licet in contracta & specifica ratione talis producti non spectetur aliquid, quòd respondeat obediẽtiali instrumento; attamẽ deferuntur tali causalitati obedientiali, abstractæ rationes entis, qualitatis, & aliæ: quod præstat, vt tale ens obedientialis causa astrui possit.

Oppugnatur ad hominem in prædicta vitalitatis supernaturaliquo respõdet intellectui secundũ rationẽ abstractam

Quod aperit manifesta instantia vitalitatis ipsius visionis; quia vitalitas illa secundùm contractam rationem talis vitalitatis, nimirum supernaturalis, etiam agenti naturali non respondet; sed tantùm secundùm abstractum conceptum vitalitatis vt sic, prout in illo ambitu concludit naturalem, ac supernaturalem vitalitatem: quia enim supernaturalis vitalitas est, supernaturali principio necessariò deferetur. Atqui nullum ens assignabile est, quantumvis supernaturale, quod respectu cuiuslibet entitatis, vel modi etiam tenuissimi, abstractissimam conuenientiam non vendicet in aliquo prædicato entis: igitur nullum ens concipi potest, quod de absoluta Dei potentia respondere non valeat alteri, vt producenti.

Resp. præcedenti communi sententia

6 Dices; eam conuenientiam non præstare ad connexionem in quarto modo perfectitatis intercedentem inter causam per se, & effectum per se; quia etiam talis conuenientia secundùm abstracta prædicata subsistere posset, non adita aliqua causalitate instrumentaria. Cùm aqua baptismalis, & gratia, ad vniuersalissimam entis rationem colligantur, estò quòd aquæ non deferatur causalitas in gratiam: fit igitur, vt prædicatum entis, quod gratiæ inest, non respondeat tanquam productum ipsimet aquæ, vt producenti.

Impetitur doctrina præcedens.

Contra; si hæc responsio esset alicuius ponderis, etiam ageret, vitalitatem qualitatis visionis non esse connexam in quarto modo perfectitatis cum intellectu. Quia in probatiori Theologorum sententia, licet Deus se solo supplere nequeat actiones vitales, quæ sunt productiuæ qualitatum; eò quòd actiones vitales sint modi per suas essentias pendentes à vitalibus principijs: supplere tamen valet se solo qualitates quæ sunt termini actionum vitalium. Sed, in illa hypothesi, vitalitas verbi beatifici non deferretur intellectui tanquam principio elicienti; nec tamen inde inferre licebit, de facto non esse connexam vitalitatem qualitatis supernaturalis cum natiua facultate intellectus

in quarto modo perfectatis; igitur nec ex eo, quòd prædicatum entis, in gratia extra baptismum producta, non tribuatur aquæ producenti, tanquam obedientiali instrumento, colligi poterit, quòd respondere non valeat tale prædicatum entis ipsi aquæ, si pro nutu Dei aqua assumatur ad productionem gratiæ.

Arguitur 4. pro elevatione potentiæ apprehēsiuæ materialis ad videndū Deum

7 Præterea quartò; ostenditur, quòd propter potentiam obedientialem actiuam assumi queat facultas materialis apprehensiua obiecti ad videndum Deum. Quia potuisset Deus facultatem corpoream proprij obiecti apprehensiuam, verbi gratia, potentiam visiuam elevare ad productionem verbi beatifici. Sicut enim Deus, in probatiori theologorum sententia, potuisset qualitatem illam verbi producere sine immediato intellectus influxu: ita & valuisset talem qualitatem visionis simul cū potentia visiua elicere, & qualitatem productam facultati illi materiali componere. Cùm autem causa formalis intrinsecè copulata suo subiecto, nequeat illi proprium effectum formalem non exhibere; & effectus qualitatis illius, quæ est formalis expressio Dei, sit ipsū intelligibiliter apprehendere: fieret, vt oculus tali formæ cōpositus necessariò Deum videret.

Premitur ratio inoppositū propolacito Ioan. de Salat.

Totus hic discursus planus est, si ostendatur, oculum esse in potentia obedientiali actiua, vt assumi queat à Deo vt instrumentum ad productionem illius qualitatis supernaturalis; quod sic aperitur. Quia tunc apud oppositæ sententiæ assertores, constituitur hæc vis instrumentaria, & initialis ad supernaturalem actum; quando illi tribui possunt, non solùm abstractissima prædicata entis, substantiæ, aut accidentis in tota sua vniuersalitate, sed etiam contracta alia ratio effectus, quæ tali instrumento respondere possit. Sed potentiæ visiuæ deferretur in vitali apprehensione Dei, non solùm ratio entis, sed etiam contracta ratio apprehensionis vitalis: cū facultas visiua sit potentia vitalis, & apprehensiua obiecti: igitur refert subijcibilitatem actiuam ad Deum, vt talem elevationem adire queat.

Responsio

Si occurras; apprehensiuam vitalitatem, quam nanciscitur visio, non esse materialem, sed essentialiter spiritualē; ac proinde respondere non posse facultati apprehensiuæ corporeæ.

Impugnatur

Contra; id solùm ostendit, adæquatam rationem visionis tribui non posse materiali facultati; quod necessarium non est ad obedientiale instrumentum; cùm sufficiat, vt inadæquata ratio effectus, contracta tamen, respōdeat. Sicut nec intellectui tribuitur visio secundùm adæquatam rationē talis producti; cū illi non deferatur supernaturalitas, sed tantùm vitalitas.

Textus Scoti ad constituendam veram sententiam, ex 4. sentent. distinct. 1. quæstion. 1. §. Ad quæstionem ergo, n. marg. 26.

Scotus

8 *QVIA Fit difficultas de creare instrumentaliter, & principaliter; ideò primò scienaum est; quòd aliquid agere principaliter, potest intelligi dupliciter. Vno modo excludendo omnem causam superiorem agentem; vt sic agere principaliter, sit agere independenter à causa superiore agente. Alio modo potest intelligi agere principaliter, id est, per formam propriam, & intrinsecam agenti; licet in agendo per eam sit ordinata causæ superiori agenti. Si contra causam principalem primo modo dictam, distinguatur instrumentum; sic omnis causa secunda potest dici instrumentalis.*

Agere principaliter fiat duplicitet

Duplex instrumenti acceptio.

9 *Si autem contra secundum modum distinguatur instrumentum; tunc illud potest dici instrumentum, quod non habet in se formam actiuam in suo ordine, etiam dependendo in actione sua ab alio superiore: sed tātùm agit per actualem motionem alicuius alterius mouētis vt patet de instrumentis artificis, vt securi, serrà, & huiusmodi.*

Instrumētū, si sit actiuū præexigit vim initialē in suo ordine agendi

Quia si instrumentum ponatur proprie actiuum ad aliquem terminū; necesse est ipsum habere formam aliquam intrinsecam actiuam; vel in esse quieto ante omnem motionem alterius

agen-

Scotus

agentis: vel in fieri, quando totaliter mouetur à superiore agente. Si enim neutro modo habeat formam actiuam; nullo modo proprie aget.

Repugnat actus 2. fine actu 1. in illo ordine agendi

10 Cùm enim actus primus sit principium actus secundi; quod nullum actum primum habet in se actiuum in suo ordine, in nullum actum secundum potest in illo ordine; alioquin quodlibet posset poni instrumentum respectu cuiuslibet: & posset dici, quòd Deus per muscam, vt per instrumentum crearet Angelum, quod nihil est.

Nequit Deus producere frigus per calorem

Si enim alicui naturæ repugnat, quòd sit principium actiuum aliquarum actionum, non est possibile, quòd per potentiam quamcunque sit principium illarum. Etsi enim posset Deus absolutè creare frigus, non tamen posset per calorem; ita quòd calor sit in aliquo ordine causa actiua respectu frigoris: vel in aliquo alio exemplo, vbi talis esset repugnantia ad agendum.

Ex eadem quæstione, num. marg. 34.

Quid sit agere in virtute propriâ acuta metaphysica Scoti

11 AD Vltimum; cùm dicitur in virtute, &c. Ad intellectum huius verbi & illorum, quæ dicta sunt de instrumento; intelligendum est; quòd nihil potest agere in quocunque ordine agendi, nisi propria virtute. Sicut enim dictum est supra, quòd nisi habeat formam actiuam, & intrinsecam, non potest omnino agere; ita etiam, nisi habeat propriam virtutem intrinsecam, quia illa forma est virtus. Quòd si priùs non habuit formam vel virtutem, & nunc agit in aliquo ordine; oportet quòd nunc de nouo habeat formam, & virtutem in illo ordine; eadem enim natura manens absq; omni mutatione, nullo modo est nunc actiua nunc non actiua.

Præmissarũ amplior explicatio

12 Sed tamen agent dependens ab alio, dicitur agere in virtute alterius quia virtus agentis dependentis, non sufficit sine illa virtute, à qua dependet. Magis tamen dicitur instrumentum agere in virtute alterius, quàm causa secunda; quia plus dependet ab agente superiori illud, quod non habet formam actiuam in esse quieto, sed tantùm recipit in actuali motione: quàm illud, quod habet formam actiuam in esse quieto. Causam etiam secundam, id est quæ habet formam actiuam in esse quieto, agere in virtute alterius, non est recipere tunc aliquid ab illo altero; sed tantùm habere ordinem inferiorem ad illud alterum agens, in suo ordine simul. Sed instrumentum, id est recipiens formam actiuam in motione, agere in virtute alterius; est tunc actualem accipere formam ab eo, per quam agit.

Corollarij ex præmissis

13 Ex istis patet intellectus maioris. Bene enim verum est, quòd causa secunda, & instrumentum plus potest in virtute alterius, quàm propria (supple sola,) præscindendo virtutem alterius; quia virtus eius propria, est diminuta & subordinata alterius virtuti: ita quòd sine illa altera virtute agente, virtus eius non potest in effectum. Tamẽ non potest in virtute alterius, plus quã in propria virtute; id est aliquid, ad quod virtus eius nullo modo se extendit in suo ordine causandi.

Nota valde

Obseruationes in textum, & fundamenta ad communem sententiam improbantem; assumi posse creaturam ad effectionem cuiuslibet effectus pro vsu & nutu Creatoris.

Cõmentarius litteæ Scoti

14 PRO Elucidatione textus; ad notandum est primò ex doctrina Scoti apposita, numer. marg. 10. vbi ait.

Scotus

Cùm enim actus primus sit principiũ actus secundi, quod nullum actum primum habet in se actiuum in suo ordine, in nullum actum secundum potest in illo ordine; alioquin quodlibet posset poni instrumentum respectu cuiuslibet: & posset dici, quòd Deus per muscam, vt per instrumentum crearet Angelum.

Vbi Scotus non solùm potentiam obedientialem actiuam confutat apertè,

sed

ſed etiam ſuppeditat probationem, ob quam hoc nouum placitum meritò explodendum veniat.

Cauſa inſtrumẽtaria eſt verè principium efficiens.

Pro explicatione ergo fundamenti Scoti obſeruetur; cauſam inſtrumentalem eſſe verum ac proprium principium efficiens; ac proinde ab intrinſeco in productum influere; & illud præhabere ſaltim initialiter intra eminentiam ſuam. Sicut enim cauſa inſtrumentaria, non eſt adæquatum principium effectus, niſi inquantùm compoſita cauſæ principali, à qua eleuatur; ita nec ipſa adæquatè præcontinere valet effectum, niſi initialiter, & cum ſubiectione ad comprincipium eleuans: adeò tamen, vt ante actualem eleuationem ſupponatur habilitas actiua ſiue initium virtutis expeditum ad eleuationem, quæ ab ipſomet principali agente præſtetur.

Ante eleuationẽ ſuppo nitur vis initialis agentis inſtrumẽtarij

Cùm enim actus primus eſſentialiter anteuertat ſecundum; nec de abſoluta Dei poteſtate fieri poteſt, vt id, quod initialiter non valet, aut præſtat in aliquod productum, à Deo conſtitui queat potens ad illud. Licet enim Deus producere queat frigus ad præſentiam caloris attamen implicat, quòd calor aſſumatur vt verum principium ad productionem frigoris, eò quòd calor nec inchoatiuè præcontineat frigiditatem.

Obſeruatio ſecunda. Scotus

15 Deinde adnotandum ſecundò in illa verba Scoti appoſita, *num.9. Si inſtrumentum ponatur propriè actiuum ad aliquem terminum, neceſſe eſt ipſum habere formam aliquam intrinſecam actiuam; vel in eſſe quieto ante omnem motionem alterius agentis: vel in fieri, quando totaliter mouetur à ſuperiore agente.*

Expẽditur cauſalitas inſtrumentaria iuxta mẽtem Scoti

Quòd licet Scotus ſub disiunctione expoſcere videatur ad cauſalitatem inſtrumentalem: quòd vel inſtrumentaria virtus in eſſe quieto anteeat actualem eleuationem: vel quòd inſtrumentum actualiter aſſumatur ad actionem. Iſta tamen duo, non ideò ſub disiunctione pronuntiauit, quaſi alterum ſine altero præſtet ad actualem influxum; ſed quatenus innuat ad inſtrumentale principium, prout in actu primo, vtrumque non exigi. Cùm cauſa inſtrumentalis, etiam vt anteuertit actualem eleuationẽ afferenda ſit vera facultas agendi præcõtinens inchoatiuè proprium effectum, vt cauſa per ſe in actu primo talis effectus licet ad actualem influxum adeundum neceſſaria ſit actualis cauſæ principalis eleuatio.

Eleuatio in actu 1. agentis inſtrumẽtarij à cauſa principali nõ exigit immutationẽ intrinſecã inſtrumẽti.

16 Cæterùm; iſta eleuatio non exigit intrinſecam compoſitionem inter principium eleuans, & eleuatum; nec intrinſecam immutationem inſtrumenti, quæ inſtrumento à cauſa principali accedat ante actualem influxũ: ſed quòd ſuppoſita initiali virtute inſtrumenti, ab ipſo, & à cauſa principali, vnicus, ac indiuiſus prodeat influxus adæquans in fieri actualitatem ipſius facti eſſe, ſeu termini.

Aperitur in eleuatione phantaſmatis.

Quòd manifeſto illuſtratur exemplo phantaſmatis eleuati ab intellectu agente ad productionem ſpeciei intelligibilis; phantaſma enim præter initialem vim ad producendam intelligibilem ſpeciem, nihil intrinſecum ab intellectu agente expectat, quod anteeat actualem phantaſmatis influxum in ſpeciem. Sed ea præcisè aſtruitur huius intentionalis inſtrumenti eleuatio; quòd à phantaſmatè, & ab intellectu agente, propter naturalem ſympathiam & coniunctionem in operando, vnicus ac indiuiſus pullulet influxus adæquans in actu ſecundo ſpeciei impreſſæ actualitatem.

Fulcitur doctrina præcedens

Quam philoſophandi rationem ſubtiliter expendit Scotus in 1. *ſentent. diſtinct. 3. quæſtion. 7. §. Concurrunt ergo iſta duo, num. margin. 22.* vbi ſic habet. *Ita in propoſito, ſi ſpecies poſſet eſſe in exiſtens intellectui abſque inhærentia per modum formæ, ſi iſto modo inexiſtens eſſet ſufficienter coniuncta intellectui, poſſent iſtæ duæ cauſæ partiales in eamdem operationem.* Et paulò infra. *Intellectus in ſuo ordine cauſalitatis eſt vnus, & habet vnam formalem rationẽ cauſandi; & ſpecies, vel obiectum in ſuo ordine cauſandi eſt vna cauſa, & habet vnam rationem cauſandi: ſed non oportet talem cauſam, prout complectitur omnes cauſas partiales, habere vnam rationem cauſandi, niſi vnitatem ordinis.* Intellige ſympathiam vtriuſq; concauſæ ad agendum.

Scotus

Vnde, ſi alicubi videatur inficiari Scotus inſtrumenta propriè actiua ad effectionem effectus, qui immediatè & phyſicè à cauſa inſtrumentaria prodeat; tantùm improbat eam inſtrumentariam agendi rationem, quæ accipiat impulſum, & motionem à primario agente per

Ad Lectorem.

Quæ ad Lectorem pertinent, ea ipse sibi ostendet. Quæ ad me, ea ego ipse mihi. Quæ ad Deum, ea Deus ipse sibi. Quæ ad Ecclesiam, ea Ecclesia ipsa sibi. Quæ ad Christum, ea Christus ipse sibi. Quæ ad Spiritum Sanctum, ea Spiritus Sanctus ipse sibi. Quæ ad Angelos, ea Angeli ipsi sibi. Quæ ad Diabolum, ea Diabolus ipse sibi. Quæ ad Antichristum, ea Antichristus ipse sibi. Quæ ad Mundum, ea Mundus ipse sibi. Quæ ad Carnem, ea Caro ipsa sibi. Quæ ad Peccatum, ea Peccatum ipsum sibi. Quæ ad Mortem, ea Mors ipsa sibi. Quæ ad Infernum, ea Infernus ipse sibi. Quæ ad Cœlum, ea Cœlum ipsum sibi. Quæ ad Gehennam, ea Gehenna ipsa sibi. Quæ ad Paradisum, ea Paradisus ipse sibi. Quæ ad Vitam æternam, ea Vita æterna ipsa sibi. Quæ ad Beatitudinem, ea Beatitudo ipsa sibi. Quæ ad Gloriam, ea Gloria ipsa sibi. Quæ ad Deum, ea Deus ipse sibi. Quæ ad Ecclesiam, ea Ecclesia ipsa sibi. Quæ ad Christum, ea Christus ipse sibi. Quæ ad Spiritum Sanctum, ea Spiritus Sanctus ipse sibi. Quæ ad Angelos, ea Angeli ipsi sibi. Quæ ad Diabolum, ea Diabolus ipse sibi. Quæ ad Antichristum, ea Antichristus ipse sibi. Quæ ad Mundum, ea Mundus ipse sibi. Quæ ad Carnem, ea Caro ipsa sibi. Quæ ad Peccatum, ea Peccatum ipsum sibi. Quæ ad Mortem, ea Mors ipsa sibi. Quæ ad Infernum, ea Infernus ipse sibi. Quæ ad Cœlum, ea Cœlum ipsum sibi. Quæ ad Gehennam, ea Gehenna ipsa sibi. Quæ ad Paradisum, ea Paradisus ipse sibi. Quæ ad Vitam æternam, ea Vita æterna ipsa sibi. Quæ ad Beatitudinem, ea Beatitudo ipsa sibi. Quæ ad Gloriam, ea Gloria ipsa sibi.

Ad Lectorem.

Quæ ad Lectorem pertinent, ea ipse sibi ostendet. Quæ ad me, ea ego ipse mihi. Quæ ad Deum, ea Deus ipse sibi. Quæ ad Ecclesiam, ea Ecclesia ipsa sibi. Quæ ad Christum, ea Christus ipse sibi. Quæ ad Spiritum Sanctum, ea Spiritus Sanctus ipse sibi. Quæ ad Angelos, ea Angeli ipsi sibi. Quæ ad Diabolum, ea Diabolus ipse sibi. Quæ ad Antichristum, ea Antichristus ipse sibi. Quæ ad Mundum, ea Mundus ipse sibi. Quæ ad Carnem, ea Caro ipsa sibi. Quæ ad Peccatum, ea Peccatum ipsum sibi. Quæ ad Mortem, ea Mors ipsa sibi. Quæ ad Infernum, ea Infernus ipse sibi. Quæ ad Cœlum, ea Cœlum ipsum sibi. Quæ ad Gehennam, ea Gehenna ipsa sibi. Quæ ad Paradisum, ea Paradisus ipse sibi. Quæ ad Vitam æternam, ea Vita æterna ipsa sibi. Quæ ad Beatitudinem, ea Beatitudo ipsa sibi. Quæ ad Gloriam, ea Gloria ipsa sibi. Quæ ad Deum, ea Deus ipse sibi. Quæ ad Ecclesiam, ea Ecclesia ipsa sibi. Quæ ad Christum, ea Christus ipse sibi. Quæ ad Spiritum Sanctum, ea Spiritus Sanctus ipse sibi. Quæ ad Angelos, ea Angeli ipsi sibi. Quæ ad Diabolum, ea Diabolus ipse sibi. Quæ ad Antichristum, ea Antichristus ipse sibi. Quæ ad Mundum, ea Mundus ipse sibi. Quæ ad Carnem, ea Caro ipsa sibi. Quæ ad Peccatum, ea Peccatum ipsum sibi. Quæ ad Mortem, ea Mors ipsa sibi. Quæ ad Infernum, ea Infernus ipse sibi. Quæ ad Cœlum, ea Cœlum ipsum sibi. Quæ ad Gehennam, ea Gehenna ipsa sibi. Quæ ad Paradisum, ea Paradisus ipse sibi. Quæ ad Vitam æternam, ea Vita æterna ipsa sibi. Quæ ad Beatitudinem, ea Beatitudo ipsa sibi. Quæ ad Gloriam, ea Gloria ipsa sibi.

Ex. 1. Ex. 2. Ex. 3. Ex. 4. Ex. 5. Ex. 6. Ex. 7. Ex. 8. Ex. 9. Ex. 10.

Ex. 1. Ex. 2. Ex. 3. Ex. 4. Ex. 5. Ex. 6. Ex. 7. Ex. 8. Ex. 9. Ex. 10.

Ex. 1. Ex. 2. Ex. 3. Ex. 4. Ex. 5. Ex. 6. Ex. 7. Ex. 8. Ex. 9. Ex. 10.

Ex. 1. Ex. 2. Ex. 3. Ex. 4. Ex. 5. Ex. 6. Ex. 7. Ex. 8. Ex. 9. Ex. 10.

Ex. 1. Ex. 2. Ex. 3. Ex. 4. Ex. 5. Ex. 6. Ex. 7. Ex. 8. Ex. 9. Ex. 10.

Ex. 1. Ex. 2. Ex. 3. Ex. 4. Ex. 5. Ex. 6. Ex. 7. Ex. 8. Ex. 9. Ex. 10.

Ex. 1. Ex. 2. Ex. 3. Ex. 4. Ex. 5. Ex. 6. Ex. 7. Ex. 8. Ex. 9. Ex. 10.

Ex. 1. Ex. 2. Ex. 3. Ex. 4. Ex. 5. Ex. 6. Ex. 7. Ex. 8. Ex. 9. Ex. 10.

Ex. 1. Ex. 2. Ex. 3. Ex. 4. Ex. 5. Ex. 6. Ex. 7. Ex. 8. Ex. 9. Ex. 10.

Ex. 1. Ex. 2. Ex. 3. Ex. 4. Ex. 5. Ex. 6. Ex. 7. Ex. 8. Ex. 9. Ex. 10.

productionem ſpeciei intelligibilis; adhuc phantaſma; ſicut ab intrinſeco potens erat initialiter ad talem formam eliciendam; ita & connexum eſſet in quarto modo perfeitatis cum ſpecie intelligibili, quæ ex ſe connaturaliter petebat à phantaſmate elici. Similiter, ſi Deus ſe ſolo verbum beatificum ſine influxu intellectus produceret; adhuc tamen qualitas illa, quá vitalis eſt, referret habitudinem intrinſecam ad intellectum: ita vt qualitas illa cõnaturaliter exposceret ab intellectus influxu cõſeruari. Sed de his latiùs expendentes vitalitatem actus viſionis.

Corollarium; accidēs nec de abſoluta Dei potentia euehi valet ad productionem ſubſtantiæ.

21 Ex dictis infero; id quod in phyſicis commentarijs latiùs proſequutus ſum. In ſententia Scoti, non ſolum accidens de facto non attingere ſubſtantiam phyſicè; immo nec id de abſoluta Dei potentia præſtare poſſe; eò quòd non referat vim initialem, & inchoatam ad generationem ſubſtantialem. Quod meo videri nobis referant expreſſe verba Scoti in reportatis, in 1 *ſent. diſt.* 37. *q.* 2. *§. Ad primam quæſtionem dicit vnus doctor, ſub num. marg.* 2. editionis Cauelli. Vbi docet.

Scotus

Impoſsibile eſt accidens habere rationem formalem actiui ad producendū ſubſtantiam; quia pari ratione poſſet ſuſtineri, quòd muſca produceret totum vniuerſum. Cùm autem certo certius ſit, muſcam in doctrina Scoti non præſeferre initialem virtutem ad creationē Angeli, nec ad totius vniuerſi productionem: fit inde, vt apud Scotum, etiā conſtitutum ſit, accidens nihil importare inchoatæ facultatis ad ſubſtantiæ generationem, quod eleuari poſsit ad ſimilem cauſalitatem adeundam. Quia initialis facultas apparet ex eo, quod ſibi in effectu reſpondet; nihil autem in ſubſtantia, vt ſubſtantia eſt, elucet, quod cum virtute accidentis connexum ſit in quarto modo perfeitatis, tanquam cum principio producente: cum omne id, quod ſibi vendicat ſubſtantiale produ tum, ſubſtantiali etiam agenti deferatur.

Cur obiectū materiale referat vim inchoatā ad productionē ſpeciei ſpiritualis, non autē accidēs ad productionem ſubſtantiæ

22 Et inde petitur ratio diſcriminis, cur apud Scotum autumantem; Angelum abſtrahere ſpecies à rebus materialibus; materialia illa obiecta attingant effectiuè ſpecies intelligibiles Angelicas, prout ab intellectu agente aſſumuntur, & eleuantur materialia obiecta ad intelligibilem cauſalitatem; (ſimili ratione, qua materiale phantaſma etiam eleuatur ab intellectu agēte hominis ad ſpeciei intelligibilis productionem) cū tamē magis diſtare videātur materiale obiectum, & ſpecies intelligibilis, quā accidens, & ſubſtantia?

Cuius diſcriminis ea ratio eſt; quòd obiectum materiale ſortitur vim initialem ad expri me ndam imaginem ſui in intellectu; de qua nos ſupra in *controu. 3. de Veritate Dei in eſſendo, art.* 1. *nu. marg.* 35. *&* 36. & ideo talis facultas inchoata eleuari poteſt per intellectus agentis aſsiſtentiam; virtus verò illa colligitur à poſteriori ex ratione repræſentationis obiecti, quæ in ſpecie intelligibili relucet; & quæ intellectui deferri non valet; ſed vel obiecto, quando immediatè intellectum immutat, vt in Angelo; vel phantaſmati, tanquam ſemmi vicario obiecti ad intentionalem actionem. In ſubſtantia verò, ſicut nihil aſsignabile eſt, quod accidentarium ſit; ita nec quod ſit factum eſſe a virtute accidē tali elicitum.

Perſpicua exoda. quæſtii.

23 Sed obiicies; in ſubſtantia etiam aliquid eminere, quod tribui queat inſtrumentariæ virtuti accidentali, nimirum inclinationem ſubſtantiæ produ ctæ ad accidentia ſimilia his; à quibus ipſa ſubſtantia inſtrumentaliter effecta eſt; verbi gratia, inclinatio ignis ad calorem, & non ad frigiditatem, videtur factum eſſe reſpondens calori producenti ſubſtantiam.

Obiectio ſtri vi inchoatæ accidētis ad generationē ſubſtantiæ

Sed oppoſitio iſta futilis eſt; ſicut enim inclinatio ſubſtantiæ ad connaturalia accidentia, non eſt accidens, ſed ſubſtantia; (propenſio enim ignis ad calorem non eſt calor, ſed ipſamet ſubſtantia & quidditas ignis;) ita nec habitudo tranſcendentalis & abſoluta, quam importat ignis ad calorem, tribui debet accidenti alicui, tanquam principio producenti, ſed ſoli ſubſtantiæ ignis generantis.

Elidit vi factum

24 Adnotandum vltimò; in illa verba textus ſub *num.* 11. *Nihil poteſt agere in quocunque ordine agentis, niſi propria virtute.* Quòd ibi Scotus non contendit; inſtrumentale principium propriam virtutem ſibi aſciſcere, quæ adæquet totius effectus actualitatem; id enim iam non inſtrumentale agens, ſed principale habendum eſſet: ſed agit, pro-priam virtutem inchoatam cuilibet in-

Scotus

ſtru-

Pẽde acutissima axiomata Scoti.

strumento suppetere. Quod aperiunt vltima verba eiusdem contextus sub *nu.* 13. *Tamen non potest in virtute alterius, plus quàm in propria virtute; id est aliquid, ad quod virtus eius nullo modo se extendit in suo ordine causandi.* Vbi acutè satis enodat; in eo sensu instrumentale agens astrui operans propria virtute; quatenus non est eleuabile ad alicuius producti effectionem, ad quod instrumentum non se extẽdat per intrinsecam facultatem agendi, inchoatã tamen, & complebilem à principali agente.

Infirmæ improbationes potentiæ obedientialis activæ; reijciuntur.

Non datur potentia obedientialis activa, vt quælibet creatura assumi possit ad eliciendũ quemlibet effectũ pro nutu creantis.

25 HIS Prælibatis; dicendum est primò cũ communi sententia; potentiam obedientialem actiuam non inesse cuilibet rei, vt à Deo ad omnem effectum producendum assumi valeat. Ita communiter omnes Theologi, illis tantùm exceptis, quos pro opposita sentẽtia citauimus; nec enim Franciscus Soarius à suis in hac parte recipitur. Immo eum reijciunt Vazquez 1. *p. quæst.* 45. *disp.* 176. *cap.* 4. & Valentinus de Heric. *tract.* 2. *disp.* 16. *de Libertate voluntatis diuinæ, num. marg.* 34. Henriquez *libr.* 1. *de Sacramentis capit.* 18. §. 3. *in textu, & glos.* Bellarminus *lib.* 2 *de Sacram cap.* 11. *in solutione argumentorũ notabili tertio.*

Vazquius Valentinus Herice. Henriquez Bellarmin.

Quòd placitum, vel eò respuendum esset, quò ansam præbuerit figmento illi, quod commentus est Salas; dum effutiuit; Deum inspici posse à materiali potentia.

Reijcienda potentia obeditialis activa; eòquòd sternat fundamenta ad asserendã visionẽ beatificam in obitu corporeo

26 Verùm; prius quam communem sententiam optimis probationibus firmemus; aliæ rationes recensendæ, & improbandæ sunt, quibus obediẽtialis ista activa potentia impetitur oscitanter.

Prima confutatio istius potentiæ obedientialis accipitur ab Aureolo, in 1. *sent. distin.* 42. *art.* 3. §. *Quid sit esse in potentia obedientiali.* Vbi sic habet. *Ad horum autem euidentiam, considerãdum est, primò quidem, quòd non est verum aliquid educi de obedientiali potentia, sicut quidam imaginantur. Vnde quod consuetum est dici, characterem in anima educi de potentia obeditiali; gratiam autem non, nec de vlla potentia; nil est dictu. Tum, quia gratia est aquè in obedientia Dei, sicut character, aut forma alia quæcunque; tum, quia obedientia non est aliud, quàm non resistentia; & sicut incompetenter diceretur educi de non resistentia, ita incompetenter dicitur educi de obedientia, aut de potentia obedientiali: cùm hoc non notet aliquam potentiam ex parte creaturæ, sed actiuam potentiam ex parte Dei: nullus autem diceret, quòd aliquid educatur de potentia Dei imperiali.*

1. confutatio potentiæ obedientialis activæ ex Gar. Aureolo

Ex prædictis ergo patet, quòd irrationalis est aliquorum sententia, qui dixerunt; quòd Deus potest communicare creaturæ, vt cooperetur per modum instrumenti ad eductionem formarum de potentia obedientiali; vt pote characteris, aut alicuius alterius. Adijcientes; quòd tales formæ non dicuntur propriè creari; quia non educuntur de nihilo, sed de potentia obedientiali. Si quidem non est vèrum, quod aliquid educatur de tali potentia; quia ex parte creaturæ, nulla penitùs est potentia, sed tantùm non resistentia; hæc autem non tollit creationem, nec de ea potest educi aliquid.

Imputit Aureolus potentiã obedientialẽ passiuã positiuã

Ex qua Aureoli doctrina talis ratio construitur. Potentia obedientialis, prout talis formaliter, non confert positiuè in aliquem effectum; sed est mera quædam negatio resistentiæ. Quò fit vt apud Aureolum, talis potentia trahatur translatitiè & metaphoricè à quadam conditione negatiua; quæ est non resistere potentiæ Dei. Quamobrem, nec res asseritur propriè educi ex potentia obedientiali; cũ ista potentialitas potiùs exprimat non esse resistentiæ, quã positiuæ alicuius causalitatis habitudinem.

Cimitarius fundamentũ Aureoli.

27 Sed hæc ratio non vrget; sicut nec nobis probatur mens Aureoli contendentis; vltimum conceptum passiuæ obedientialitatis in mera negatione positum iri. Quia potentia obedientialis passiua nihil aliud est formaliter, quàm componibilitas subiecti naturalis

Refutatur fundamentũ asserti potentiã obeditialẽ cõsistere in mera negatione resistentiæ respectu Dei.

lis ad formam ſuperioris ordinis; ſed facultas naturalis, verbi gratia, intellectus à ſua entitate habet, vt lumini gloriæ cõiungi queat in genere cauſæ materialis nulla negatione expectata, à qua conſtituatur formaliter potẽs paſsiuè ad talẽ formam.

Premitur ratio in potentia obedientiali reſpectu motus vitæ ſupernaturalis

Deinde; vrgeo rationem in actionibus vitalibus ſupernaturalibus, ad quas facultates vitales referunt potentiam obedientialem paſsiuam in ſatis communi, & probabili ſententia. Quia actiones iſtæ, quà vitales ſunt immediatè, & per ſuas eſſentias coniunguntur facultatibus vitalibus, prout vitalitatẽ referunt; ergo potentia, quæ ſubſtratum eſt actionis vitalis, exprimit vltimum, & formalem conceptum facultatis viuæ. Sed conceptus vitæ non conſiſtit formaliter in negatione aliqua: igitur nec potentia obedientialis paſsiua, aut receptiua actionum ſupernaturalium vitalium, (quæ ſupra entitatem facultatis vitalis tantùm apponit connotationem formæ ſupernaturalis ordinis,) conſiſtit in negatione.

Alia inutilis oppugnatio potentiæ obedientialis actiuæ

28 Nec firmior eſt altera ratio, qua neoterici aliquot Soarij placitum adoriuntur; quæ ſic ſe habet. Potentia obedientialis, quà talis, ſicut formaliter exprimit ſubijcibilitatem ad Deum ita ab intrinſeco non confert in effectum; ſed tantùm refert à ſe, vt ſubdatur Deo cum habitudine ad indebitum & extraordinarium influxum, pro vſu, & nutu imperantis. Atqui imperare, quod ſe tenet ex parte Dei, importat actionem; igitur imperari ad libitum excitantis, & eleuãtis, exprimit ex parte creaturæ paſsiuam tantùm poteſtatem; ac proinde implicat in terminis, qui actiuam ſubijcibilitatem, aut potentialitatem obedientialem comminiſcitur.

Excutitur ratio præcedens.

Sed obijcies; quòd licet potẽtia actiua naturalis, quam virtuti natiuæ respectu actuum vitalium supernaturaliũ adscribimus, sit initialis & inchoata, vt potè quæ compleatur ab habitu infuso ad eliciẽdum actum supernaturalem; at verò potẽtia passiua non est initialis & incõpleta, tũ vitalis facultas non compleatur ab habitu infuso in ratione adæquati subſtrati formæ vitalis supernaturalis: nec enim vitalis operatio recipitur in subſtrato non vituo, quale est compositũ ex potentia vitali & habitu infuso, vt nõ semel ostendimus. Aut igitur potentia passiua facultatis natiuæ ad actus supernaturales non refert inclinationem naturalem ad huiusmodi formas; aut talis potentia vendicat pondus completum, & adæquatum in ratione susceptiui, ac proinde debetur illi forma; cũ compositio formæ debeatur potentiæ naturali completæ.

Infringitur

Respondetur; quòd licet potentia passiua intellectus ad formam vitalem supernaturalem propendeat in actum supernaturalem, non tamen inclinatur in illum, quà supernaturalem, sed quà vitalem; quando autem forma terminat inclinationem subſtrati sub aliquo gradu aut prædicato, & non sub alio, tunc non debetur forma tali inclinationi. Ideò enim materiæ primæ debetur forma, quia sub nullo prædicato extrahitur forma à positiua inclinatione materiæ; in visionem verò quà supernaturalem non propendet per positiuam exigentiam capacitas passiua intellectus.

Cõfirmatur efficaciter.

Adde, nec vniuersaliter verum esse, quòd cuicunq; inclinationi naturali, siue actiuæ, siue passiuæ, respondeat ex viribus naturæ compositio termini aut existentia illius; cũ corpus in statu separationis naturaliter propendeat in animã sibi ex naturæ viribus non componibilem. Et etiam in potentia actiua, quodlibet agens referat potentiam naturalem ad efficiendum corruptum. De quo infrà *in contro. 2. de scientia Dei, dist. 2. par. 5. in digressione physica à num. 71. vsque ad 75.*

Ad Rom. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.

Ad Rom. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.

Ad Rom. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.

Ad Rom. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.

Ad. 1. Cor. 9. Omnia omnibus factus sum. Ad. 1. Cor. 10. Omnia in gloriam dei facite. Ad. 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar & angelorum. Ad. 1. Cor. 14. Qui loquitur lingua non edificat ecclesiam. Ad. 2. Cor. 2. Quis idoneus ad hec. Ad. 2. Cor. 3. Non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis. Ad. 2. Cor. 4. Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. Ad. 2. Cor. 5. Si mente excedimus deo. Ad. 2. Cor. 6. In multa patientia. Ad. 2. Cor. 7. Exterior nostre corruptionis. Ad. 2. Cor. 8. Ut abundantia vestra supleat illorum inopiam. Ad. 2. Cor. 9. Qui parce seminat parce & metet. Ad. 2. Cor. 10. Arma militie nostre non carnalia sunt. Ad. 2. Cor. 11. Ne extollar magnitudo revelationum. Ad. 2. Cor. 12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis. Ad. 2. Cor. 13. Nam etsi infirmatus est ex infirmitate. Ad. Galat. 1. Non ex hominibus neque per hominem. Ad. Galat. 2. Non ut placerem hominibus. Ad. Galat. 3. O insensati galathe. Ad. Galat. 4. Filioli quos iterum parturio. Ad. Galat. 5. Videte ne ab invicem consumamini. Ad. Galat. 6. Alter alterius onera portate. Ad. Ephes. 1. Benedictus deus & pater domini nostri. Ad. Ephes. 2. Ut ostenderet in seculis. Ad. Ephes. 3. Ut det vobis secundum divitias. Ad. Ephes. 4. Unus dominus una fides. Ad. Ephes. 5. Estote imitatores dei. Ad. Ephes. 6. Ut sciatis & vos quid agam. Ad. Philip. 1. Mihi vivere christus est. Ad. Philip. 2. Hoc enim sentite in vobis. Ad. Philip. 3. Quecunque mihi fuerunt lucra. Ad. Philip. 4. Omnia possum in eo qui me confortat. Ad. Colos. 1. Ut impleamini agnitione voluntatis. Ad. Colos. 2. Nemo vos seducat. Ad. Colos. 3. Si consurrexistis cum christo. Ad. Colos. 4. Sermo vester semper in gratia. Ad. 1. Thes. 1. Sicut scitis qualis fuerimus. Ad. 1. Thes. 2. Cupientes eligenter tradere. Ad. 1. Thes. 3. Ut confirmet vos & exhortetur. Ad. 1. Thes. 4. Rogamus vos fratres ut abundetis magis. Ad. 1. Thes. 5. Omnia autem probate. Ad. 2. Thes. 1. Gratias agere debemus deo semper. Ad. 2. Thes. 2. Deus autem pacis sanctificet vos. Ad. 2. Thes. 3. Ne fatigemini bene facientes. Ad. 1. Tim. 1. Fidelis sermo & omni acceptione dignus. Ad. 1. Tim. 2. Obsecro primum omnium fieri obsecrationes. Ad. 1. Tim. 3. Si quis episcopatum desiderat. Ad. 1. Tim. 4. Exercita autem teipsum ad pietatem. Ad. 1. Tim. 5. Presbiteri qui bene presunt. Ad. 1. Tim. 6. Divitibus huius seculi precipe non sublime sapere. Ad. 2. Tim. 1. Gratiam dei que data est in te. Ad. 2. Tim. 2. Tu ergo fili mi confortare. Ad. 2. Tim. 3. Scito autem hoc quod in novissimis. Ad. 2. Tim. 4. Testificor coram deo & iesu christo. Ad. Titum 1. Propter hanc causam reliqui te. Ad. Titum 2. Hec loquere & exhortare. Ad. Titum 3. Memento illos principibus. Ad. Philem. Gratias ago deo meo. Ad. Hebr. 1. Multifariam multisque modis olim deus. Ad. Hebr. 2. Nam & qui sanctificat & qui sanctificantur. Ad. Hebr. 3. Videte fratres ne forte sit in aliquo. Ad. Hebr. 4. Habentes pontificem magnum. Ad. Hebr. 5. Omnis pontifex ex hominibus assumptus. Ad. Hebr. 6. Impossibile est eos qui semel illuminati. Ad. Hebr. 7. Hic autem eo quod manet. Ad. Hebr. 8. Non enim in manufactis. Ad. Hebr. 9. Christus autem assistens pontifex. Ad. Hebr. 10. Hostia & oblationem. Ad. Hebr. 11. Fide abel plus quam. Ad. Hebr. 12. Videte ne recusetis loquentem. Ad. Hebr. 13. Rogo autem vos fratres. Ad. Jacob. 1. Omne datum optimum. Ad. Jacob. 2. Quid proficit fratres mei. Ad. Jacob. 3. Si quis in verbo non offendit. Ad. Jacob. 4. Quis sapiens & disciplinatus. Ad. Jacob. 5. Ecce agricola expectat. Ad. 1. Petri 1. Benedictus deus & pater domini nostri. Ad. 1. Petri 2. Deposita igitur omni malitia. Ad. 1. Petri 3. Estote prudentes & vigilate. Ad. 1. Petri 4. Unusquisque sicut accepit gratiam. Ad. 1. Petri 5. Seniores qui in vobis sunt. Ad. 2. Petri 1. Simon petrus servus & apostolus. Ad. 2. Petri 2. Fuerunt falsi prophete in populo. Ad. 2. Petri 3. Hanc iam secundam scribo vobis epistolam. Ad. 1. Johannis 1. Quod fuit ab initio. Ad. 1. Johannis 2. Filioli mei hec scribo vobis. Ad. 1. Johannis 3. Videte qualem caritatem. Ad. 1. Johannis 4. Carissimi nolite omni spiritui credere. Ad. 1. Johannis 5. Omnis qui natus est ex deo. Ad. 2. Johannis 1. Senior electe domine & natis eius. Ad. 3. Johannis 1. Senior Gayo dilecto quem ego diligo. Ad. Judam 1. Judas jacobi servus. Ad. Apocalipsim 1. Apocalipsis jesu christi quam dedit illi deus. Ad. Apocalipsim 2. Angelo ephesi ecclesie scribe hec dicit. Ad. Apocalipsim 3. Et angelo sardis ecclesie scribe hec dicit. Ad. Apocalipsim 4. Post hec vidi & ecce ostium. Ad. Apocalipsim 5. Et vidi in dextera sedentis. Ad. Apocalipsim 6. Et vidi cum aperuisset agnus. Ad. Apocalipsim 7. Post hec vidi quatuor angelos. Ad. Apocalipsim 8. Et cum aperuisset septimum. Ad. Apocalipsim 9. Et quintus angelus tuba. Ad. Apocalipsim 10. Et vidi alterum angelum. Ad. Apocalipsim 11. Et data est mihi arundo. Ad. Apocalipsim 12. Et signum magnum. Ad. Apocalipsim 13. Et vidi de mari bestiam. Ad. Apocalipsim 14. Et vidi & ecce agnus. Ad. Apocalipsim 15. Et vidi alterum signum. Ad. Apocalipsim 16. Et audivi vocem magnam. Ad. Apocalipsim 17. Et venit unus de septem. Ad. Apocalipsim 18. Post hec vidi alterum angelum. Ad. Apocalipsim 19. Post hec audivi quasi vocem. Ad. Apocalipsim 20. Et vidi angelum descendentem. Ad. Apocalipsim 21. Et vidi celum novum. Ad. Apocalipsim 22. Et ostendit mihi fluvium aque vive.

Ad. 1. Cor. 9. Omnia omnibus factus sum. Ad. 1. Cor. 10. Omnia in gloriam dei facite. Ad. 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar & angelorum. Ad. 1. Cor. 14. Qui loquitur lingua non edificat ecclesiam. Ad. 2. Cor. 2. Quis idoneus ad hec. Ad. 2. Cor. 3. Non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis. Ad. 2. Cor. 4. Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. Ad. 2. Cor. 5. Si mente excedimus deo. Ad. 2. Cor. 6. In multa patientia. Ad. 2. Cor. 7. Exterior nostre corruptionis. Ad. 2. Cor. 8. Ut abundantia vestra supleat illorum inopiam. Ad. 2. Cor. 9. Qui parce seminat parce & metet. Ad. 2. Cor. 10. Arma militie nostre non carnalia sunt. Ad. 2. Cor. 11. Ne extollar magnitudo revelationum. Ad. 2. Cor. 12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis. Ad. 2. Cor. 13. Nam etsi infirmatus est ex infirmitate. Ad. Galat. 1. Non ex hominibus neque per hominem. Ad. Galat. 2. Non ut placerem hominibus. Ad. Galat. 3. O insensati galathe. Ad. Galat. 4. Filioli quos iterum parturio. Ad. Galat. 5. Videte ne ab invicem consumamini. Ad. Galat. 6. Alter alterius onera portate. Ad. Ephes. 1. Benedictus deus & pater domini nostri. Ad. Ephes. 2. Ut ostenderet in seculis. Ad. Ephes. 3. Ut det vobis secundum divitias. Ad. Ephes. 4. Unus dominus una fides. Ad. Ephes. 5. Estote imitatores dei. Ad. Ephes. 6. Ut sciatis & vos quid agam. Ad. Philip. 1. Mihi vivere christus est. Ad. Philip. 2. Hoc enim sentite in vobis. Ad. Philip. 3. Quecunque mihi fuerunt lucra. Ad. Philip. 4. Omnia possum in eo qui me confortat. Ad. Colos. 1. Ut impleamini agnitione voluntatis. Ad. Colos. 2. Nemo vos seducat. Ad. Colos. 3. Si consurrexistis cum christo. Ad. Colos. 4. Sermo vester semper in gratia. Ad. 1. Thes. 1. Sicut scitis qualis fuerimus. Ad. 1. Thes. 2. Cupientes eligenter tradere. Ad. 1. Thes. 3. Ut confirmet vos & exhortetur. Ad. 1. Thes. 4. Rogamus vos fratres ut abundetis magis. Ad. 1. Thes. 5. Omnia autem probate. Ad. 2. Thes. 1. Gratias agere debemus deo semper. Ad. 2. Thes. 2. Deus autem pacis sanctificet vos. Ad. 2. Thes. 3. Ne fatigemini bene facientes. Ad. 1. Tim. 1. Fidelis sermo & omni acceptione dignus. Ad. 1. Tim. 2. Obsecro primum omnium fieri obsecrationes. Ad. 1. Tim. 3. Si quis episcopatum desiderat. Ad. 1. Tim. 4. Exercita autem teipsum ad pietatem. Ad. 1. Tim. 5. Presbiteri qui bene presunt. Ad. 1. Tim. 6. Divitibus huius seculi precipe non sublime sapere. Ad. 2. Tim. 1. Gratiam dei que data est in te. Ad. 2. Tim. 2. Tu ergo fili mi confortare. Ad. 2. Tim. 3. Scito autem hoc quod in novissimis. Ad. 2. Tim. 4. Testificor coram deo & iesu christo. Ad. Titum 1. Propter hanc causam reliqui te. Ad. Titum 2. Hec loquere & exhortare. Ad. Titum 3. Memento illos principibus. Ad. Philem. Gratias ago deo meo. Ad. Hebr. 1. Multifariam multisque modis olim deus. Ad. Hebr. 2. Nam & qui sanctificat & qui sanctificantur. Ad. Hebr. 3. Videte fratres ne forte sit in aliquo. Ad. Hebr. 4. Habentes pontificem magnum. Ad. Hebr. 5. Omnis pontifex ex hominibus assumptus. Ad. Hebr. 6. Impossibile est eos qui semel illuminati. Ad. Hebr. 7. Hic autem eo quod manet. Ad. Hebr. 8. Non enim in manufactis. Ad. Hebr. 9. Christus autem assistens pontifex. Ad. Hebr. 10. Hostia & oblationem. Ad. Hebr. 11. Fide abel plus quam. Ad. Hebr. 12. Videte ne recusetis loquentem. Ad. Hebr. 13. Rogo autem vos fratres. Ad. Jacob. 1. Omne datum optimum. Ad. Jacob. 2. Quid proficit fratres mei. Ad. Jacob. 3. Si quis in verbo non offendit. Ad. Jacob. 4. Quis sapiens & disciplinatus. Ad. Jacob. 5. Ecce agricola expectat. Ad. 1. Petri 1. Benedictus deus & pater domini nostri. Ad. 1. Petri 2. Deposita igitur omni malitia. Ad. 1. Petri 3. Estote prudentes & vigilate. Ad. 1. Petri 4. Unusquisque sicut accepit gratiam. Ad. 1. Petri 5. Seniores qui in vobis sunt. Ad. 2. Petri 1. Simon petrus servus & apostolus. Ad. 2. Petri 2. Fuerunt falsi prophete in populo. Ad. 2. Petri 3. Hanc iam secundam scribo vobis epistolam. Ad. 1. Johannis 1. Quod fuit ab initio. Ad. 1. Johannis 2. Filioli mei hec scribo vobis. Ad. 1. Johannis 3. Videte qualem caritatem. Ad. 1. Johannis 4. Carissimi nolite omni spiritui credere. Ad. 1. Johannis 5. Omnis qui natus est ex deo. Ad. 2. Johannis 1. Senior electe domine & natis eius. Ad. 3. Johannis 1. Senior Gayo dilecto quem ego diligo. Ad. Judam 1. Judas jacobi servus. Ad. Apocalipsim 1. Apocalipsis jesu christi quam dedit illi deus. Ad. Apocalipsim 2. Angelo ephesi ecclesie scribe hec dicit. Ad. Apocalipsim 3. Et angelo sardis ecclesie scribe hec dicit. Ad. Apocalipsim 4. Post hec vidi & ecce ostium. Ad. Apocalipsim 5. Et vidi in dextera sedentis. Ad. Apocalipsim 6. Et vidi cum aperuisset agnus. Ad. Apocalipsim 7. Post hec vidi quatuor angelos. Ad. Apocalipsim 8. Et cum aperuisset septimum. Ad. Apocalipsim 9. Et quintus angelus tuba. Ad. Apocalipsim 10. Et vidi alterum angelum. Ad. Apocalipsim 11. Et data est mihi arundo. Ad. Apocalipsim 12. Et signum magnum. Ad. Apocalipsim 13. Et vidi de mari bestiam. Ad. Apocalipsim 14. Et vidi & ecce agnus. Ad. Apocalipsim 15. Et vidi alterum signum. Ad. Apocalipsim 16. Et audivi vocem magnam. Ad. Apocalipsim 17. Et venit unus de septem. Ad. Apocalipsim 18. Post hec vidi alterum angelum. Ad. Apocalipsim 19. Post hec audivi quasi vocem. Ad. Apocalipsim 20. Et vidi angelum descendentem. Ad. Apocalipsim 21. Et vidi celum novum. Ad. Apocalipsim 22. Et ostendit mihi fluvium aque vive.

Pro relatione tranſcendentali intellectus ad actus ſupernaturales.

An intellectus exprimat relationẽ tranſcendentalem ad viſionem

25 AT Ex diſparitate, quã præmiſimus intercõparationẽ facultatis natiuæ ad formas ſupernaturales, vitales, & nõ vitales; haud cõtẽnẽda ea erũpit oppoſitio, quæ ſic noſtram adoritur ſententiam.

Arguitur præcõnexio intellectꝰ cũ viſione ſupernaturali

Quia, licet ex potẽtia obediẽtiali facultatis natiuæ ad formam ſupernaturalẽ, verbi gratia, ad habitum luminis gloriæ, nõ inferatur habitudo vel trãſcendẽtalis cõnexio; eò quòd potentia obediẽtialis à ſe nõ ordinetur in formam, quã poſtiuè exigat, ſed tãtùm referat capacitatem per nõ repugnãtiam, vt tali formæ componi valeat; qualiter ſuperficies aſſeritur capax albedinis per potentiam neutram, vel per nõ repugnantiã ſubſtrati ad formã, nõ tamẽ per poſitiuam cõnexionem aut inclinationem talis potẽtiæ in talem actũ. Quã obrem potentiam obedientialem, prout à potentia naturali cõdiuiſam, ſub ambitu potẽtiæ neutræ concluſam obſtendimus, ſub nu. 14. vt ex dictis liquet.

Poſſibilis naturalis propendet in formã cũ poſitiua cõnexione.

At potentia naturalis, prout oppoſita potentiæ obediẽtiali, propendet à ſe in actum per habitudinem & connexionẽ poſitiuam, & non per meram nõ repugnãtiam; quatenus potentia naturalis ita ſit propter actũ, & ita exprimat relationem tranſcendentalem ad actũ, vt ſi implicaret poſsibilitas actus, etiã repugnaret exiſtẽtia talis potentiæ; ſicut ſi contradiceret poſsibilitas calefactionis, etiam involueret contradictionẽ exiſtentia virtutis calefactiuæ.

Vrgetur ratio, quòd ſi implicaret viſio ſupernaturalis, etiã contradiceret natiuæ vis intelligendi.

Igitur, ſi intellectus, à natiua vi, cõnectitur per tranſcendentalem habitudinẽ cũ viſione ſupernaturali; ſiet, vt ſi implicaret elevatio naturæ intellectualis ad ſupernaturalẽ ordinem, etiam contradiceret exiſtentia talis potentiæ naturalis vt poteſtas natiua eſt ad viſionẽ ſupernaturalem. Atqui, talis potentia ad actum ſupernaturalem nullatenus diſtinguitur intrinſecè, & ex parte ſubſtrati, ſed tantùm extrinſecè, & ex parte extremi connotati, à ſubſtantia facultatis natiuæ; ſi ergo implicaret elevatio ordinis ſupernaturalis, etiam contradiceret exiſtentia facultatis natiuæ, vt ſpectantis ad ordinem naturæ, cum potentia natiua ad actus ſupernaturales nullatenus diſſideat à parte rei à ipſa naturali ſubſtantia intellectus.

Reſpondetur ex dictis; quòd cùm virtus natiua intellectus non propẽdeat nec in genere cauſæ materialis eductiuæ nec in genere cauſæ efficiẽtis inchoatæ, in actũ ſupernaturalem, vt ſupernaturalem ſed vt vitalẽ; ideò fit, vt quãuis tolleretur ſupernaturalitas, vel elevatio naturæ intellectualis ad ordinem gratiæ & gloriæ, adhuc nõ auferretur cõparatio habitudinis trãſcendẽtalis, & cõnexionis inter facultatẽ natiuã intellectus & viſionem ſupernaturalem, non quà ſupernaturalem, ſed quà vitalem.

Aſſeritur cõnexio intellectus cũ act. 2. nõ prout ſupernaturali, ſed prout vitali

Vnde, licet, ſi ſupernaturalitas eſſet impoſsibilis, auferretur, ex hypotheſi, virtualitas intellectus, vt relata eſt ad talem formã, qua ſupernaturalẽ, non periret tamẽ initialis ea & inchoata comparatio ad formam ſupernaturalẽ, prout forma viuẽs eſt; ita vt per ipſum intellectũ non ſtaret, quominus, à natiua vi, conferret initialiter ad operationẽ ſupernaturalẽ, vt exprimit vitã in actu ſecundo & emanationem à principio intrinſeco.

Premitur obiectio cõtra aſſerta præcedentia.

27 Si autẽ vrgeas; quòd terminus inclinationis poſitiuæ intellectus in viſionem nõ eſt vitalitas abſtracta ſed cõtracta ad gradũ ſupernaturalẽ; igitur ſi implicaret ſupernaturalitas, etiã contradiceret vitalitas, inquãtũ terminus huiuſmodi relationis trãſcendentalis. Nec enim relatio præſcindit tẽdẽtia, & terminatione ſua, vt ſpectet actũ, ſub prædicato vitalitatis, & non ſub prædicato ſupernaturalitatis: ergo, ſi implicante, ex hypotheſi, exiſtentia formæ ſupernaturalis, abſumeretur comparatio intellectus, & illius cõnexio cum operatione ſupernaturali; ita & cum operatione vitali.

Explanatio cõcinna ad mentẽ diuinensem.

Reſpondetur; quòd licet terminus *qui* talis relationis trãſcẽdẽtalis non ſit operatio vitalis abſtracta, ſed contracta ad gradũ ſupernaturalitatis (quãobrẽ huiuſmodi connexionẽ vel comparationẽ potẽtiæ vitalis vocamus initialẽ & inchoatã, non verò completã) ratio tamen *ſub qua* talis terminationis eſt vitalitas. Nec id eſt quaſi vim præciſiuã relationi tranſcẽdentali deferre, cũ in re ſpectet operationẽ contractã, ſcilicet vitalẽ & ſupernaturalẽ; ſed aperire terminũ formalẽ huius cõnexionis, qui poſitus nõ ſit, in operatione ſupernaturali, quà ſupernaturalis eſt.

sed quà vitalis. Ad hoc autem quod ſuperſtes eſſe valeat connexio potẽtiæ, præſertim initialis & inchoatæ; ſufficit, quòd ſuperſit poſsibilitas termini, ſecũdum eam rationem, ſecundùm quam in choatiuè ſpectatur à potentia.

Enervatur inſtantia

Nec premit inſtãtia de implicatione virtutis calefactiuæ; implicãte exiſtẽtia calefactionis. Quia ibi deſtrueretur terminus talis virtutis elicitiuæ, quo ad omnem rationem ſuæ terminationis; quod aliter fieret in hypotheſi, de qua loquimur. Et etiam oltẽditur in actibus facultatis intellectiuæ ordinis naturalis, ad quos habet intellectus cõpletã vim ex parte potentiæ; ſi enim implicaret intellectio, ob repugnantiam ſpeciei impreſſæ, vel alterius cõprincipij, quod ſe tenet ex parte obiecti; non ideò obſtaret vis intelligẽdi, inquantùm eſt facultas intranea & vitalis.

Quare; ſicut, ſi eſſet impoſsibilis influxus ſupernaturalis, nõ ſolùm quà ſupernaturalis, ſed etiam quà vitalis; tolleretur totum & adæquatũ complexũ ex potẽtia vitali & habitu ſupernaturali; ita aſsignata implicatione influxus quoad formale prædicatum ſupernaturalitatis nõ tamen quoad vitalitatem intentionalem; non auferretur adæquatum complexum quoad vtrumq; comprincipium vitale, & ſupernaturale.

Illuſtratio præmiſſorũ

28 Cæterùm; licet talis cõnexio vel trãſcendentalis habitudo intellectus ad actus ſupernaturales reſpuatur ab aliquibus recẽtioribus, qui inficiãtur inclinationem naturalem intellectus in huiuſmodi formas; videtur tamẽ neceſſariò aſſerẽda talis relatio intellectus ad actus ſupernaturales, ſuppoſito quòd potẽtijs vitalibus deferatur vis proxima & intrinſeca, eſtò quòd initialis & inchoata, ad actus ſupernaturales: nec enim adæquatam vim ex parte potentiæ habitibus infuſis deferimus, vt aliqui Thomiſtæ tutantur.

Fulcitur cõnexio inter vim naturalẽ & actũ ſupernaturalẽ quatenus vigit in actu ſecundo.

Ex quo planè videtur inferri trãſcendẽtalis habitudo inter intellectũ, & operationem ſupernaturalem, vt viuit in actu ſecũdo; quia cũ operetur intellectus ab intrinſeco (effluit enim motio vitalis ſupernaturalis ab intranea virtute facultatis viuæ, vt perſpicuũ eſt) nil aliud expoſci videtur ad relationem trãſcendẽtalem, quàm virtualis cõtinẽtia effectus in eminẽtia cauſæ, quamvis inchoata; & quòd talis virtus ita ſit, exiſtat vel propter operationẽ, quòd ſi implicaret operatio ſub ea ratione, ſub qua effluit à tali virtute, etiam cõtradictionem involueret exiſtẽtia talis virtutis operatiuæ: ſi autẽ repugnaret operatio ſupernaturalis, nõ quà ſupernaturalis, ſed quà eſt vita intẽtionalis in actu ſecundo, etiã abſq; dubio implicationem involueret ipſa vis natiua intelligendi.

Excurſio cõtra noſtram ſententiam

29 Nec præſtat occurrere; quòd talis præcõtinẽtia influxus ſupernaturalis in travim intellectus nõ ſit abſoluta, ſed tãtùm conditionata pẽdẽs nimirũ ab extrinſeco propoſito vel ſtatuto Dei euehẽtis naturam intellectualẽ ad ordinẽ gratiæ; ac proinde, quæ ab intrinſeco cõnexa non ſit per habitudinem trãſcẽdẽtalem cum forma ſupernaturali.

Tũc obtinet, quòd habitudo facultatis naturæ ad operationẽ ſupernaturalẽ nõ ſit connexio principij cõpleti.

Quia id tãtùm agit, nõ eſſe relationẽ principij completi, ſed ſolùm initialis & inchoati; quod influere nequeat niſi vt componitur ſupernaturali cõprincipio. Deinde; quòd ſi talis præcõtinẽtia virtualis, à ratione ſua intrinſeca, tãtũ eſſet cõditionata & ex hypotheſi ordinationis diuinæ eleuãtis naturã intellectualẽ ad ordinem gratiæ; ſequeretur, quòd adæquata ratio intrinſeca & phyſica influxus vitalis ſupernaturalis ab extrinſeco tãtùm principio traheretur abſq; immediato influxu potẽtiæ vitalis. Siquidem eſt inintelligibilis immediatus influxus principij phyſici abſq; præcontinentia phyſica effectus; atqui, poſita vi intranea intellectus, quoad omne phyſicũ & intrinſecũ talis virtutis, nõ cõcipitur cũ abſoluta cõnexione & continẽtia initiali & inchoata, influxus vitalis ſupernaturalis, non accedẽte lege extrinſeca Dei eleuãtis naturam intellectualem ad ordinẽ gratiæ; igitur intellectus ſolùm ab extrinſeco fit potẽs initialiter ad actũ ſupernaturalem; ac proinde non agit ab intrinſeco & vitaliter, ſed ſola aſſumptione & eleuatione à principio extrinſeco.

Cõfirmatur ex præcontinentia ſpeciei intelligibilis in phantaſmate

Sicut ſi phãtaſma, à ratione ſua intrinſeca, non præcontineret initialiter ſpeciem impreſſam; ſequeretur, quòd ſolũ ageret per eleuationẽ intellectus agẽtis & non per propriã virtutẽ in illo ordine agẽdi; quòd confutatũ præmittimus in art. præcedẽti de potẽtia obedientiali actiua, expẽdẽtes celebre illud Scoti axioma: *quòd nihil poteſt agere in quocũq; ordine agẽdi, niſi propria virtute.* Vnde licet ex hoc, quòd intellectus à ratione ſua intrinſeca & virtute propria in illo ordine

Scotus

principij vitalis, tãtùm præcõtineat inchoatè actum ſupernaturalẽ; inferatur, quòd ad cõtinẽtiam completam exigatur cõprincipiũ ſupernaturale eleuans nõ tamẽ, quòd intellectus ſola eleuatione aut immiſsione habitus infuſi præhabeat actũ ſupernaturalẽ; aliàs enim facultas natiua & vitalis nõ eſſet immediatũ & proximum principium actus ſupernaturalis.

Retorquetur inſtãtia præcõtinentiæ ſpeciei intelligibilis cõtra doctrinã præcedentem

Si verò opponas abſimilitudinẽ, quæ intercedit inter præcõtinẽtiam ſpeciei impreſſæ intra virtualitatẽ phãtaſmatis & incluſionẽ viſionis beatificæ intra eminẽtiam intellectus; quòd ſicut phãtaſmati corporeo debetur eleuatio intellectûs agẽtis ad effectionẽ ſpeciei ſpiritualis; (cõueniũt enim per ſympathiam naturalem phãtaſma & intellectus agẽs ad productionem ſpeciei intelligibilis,) ita & phãtaſma eſt abſolutè potẽs ad productionẽ ſpeciei impreſſæ. Quod aliter ſit in vi natiua intellectûs; cui cũ debitũ nõ ſit complemẽtum ſupernaturale habitus infuſi, ſine quo nullatenus cõferre valet ad influxum ſupernaturalem; ita vitalis facultas, à ratione intrinſeca, nõ eſt abſoluta poteſtas, ſed tantùm cõditionata vel inuoluens eam hypotheſim ſupernaturalis comprincipij, quæ nõ ſit debita virtuti natiuæ; ſicut debetur phãtaſmati compoſitio ad agendum, & eleuatio intellectus agentis.

Reſp. ad cõnexionẽ cũ actu 2. nõ expoſcitur cõnexio cũ actu 1. ſupernaturali.

Reſpõdeo; quòd ad cõnexionem habitudinis trãſcẽdẽtalis inter cauſã inchoatam & effectum, nõ expoſcitur cõnexio inter vtrumq; comprincipium, ſcilicet inter facultatem natiuam & habitum infuſum; ſed ſufficit habitudo inter cauſã inchoatam & actum illius. Ea autem intercedit cõnexio inter intellectum, & viſionem; quòd ſi tolleretur viſio ſub ea ratione, ſub qua effluit ab intellectu nimirũ inquãtũ eſt vita intẽtionalis per modum actus ſecũdi; etiam tolli, aut repugnare neceſſe ſit ipſam vim natiuã intelligẽdi; cũ aliũde repugnare nequeat viſio, vt exprimit prædicatũ vitæ intentionalis in actu ſecũdo, niſi implicante exiſtentia principij intranei & vitalis.

Obſeruatio ex Scoto.

Adde ex Scoto à nobis trãſcripto *ſub n. marg.* 22. eam eſſe naturæ intellectualis præſtãtiam, quòd ordinetur in eã operationem, quam aſſequi nequeat niſi interuẽtione & cõuẽtu comprincipij ſupernaturalis; igitur, apud Scotum, nõ obſtat ordinationi vel relationi trãſcendẽtali intellectus ad actũ ſupernaturalẽ, quòd abſq; auxilio gratiæ nõ aſſequatur actum ſupernaturalem.

Relatio trãſcẽdẽtalis à cõceptu communi relationis trãſcendẽtalis nõ dicat exiſtentiam termini

Quæ autem aſſerimus de cõnexione, vel habitudine trãſcendẽtali intercedẽte inter vim natiuam intellectus & actus ſupernaturales, quã exprimit vitalitatem; ita intelligẽda volumus, vt connexio trãſcẽdẽtalis cũ termino, cui nõ implicet exiſtẽtia; nõ trahatur à cõmuni cõceptu relationis trãſcendẽtalis. Dari enim trãſcẽdẽtales habitudines cõnotãtes terminos ſupra naturæ poteſtatem; liquet in vi intrinſeca naturæ ad reproducẽdum idem individuum corruptum & in poſitiua inclinatione corporis ſeparati ad cõpoſitionem vel reunionem cũ anima rationali: de quo non ſemel aliàs.

Obſeruatio cõtra neotericos autumãtes ſpotẽtiã naturalẽ trãſh cõditionatè cõparari in ratione principij ad actus ſupernaturales

Obſeruãdum vltimò; quòd recẽtiores qui pronũtiãt cõditionatam, & nõ abſolutam comparationem inter facultatẽ natiuam intellectus & actus ſupernaturales; eam omnino æquiparãt connexioni potentiæ Dei cũ creaturis poſsibilibus quam ideò etiam non abſolutam, ſed cõditionatam cẽſent, quatenus, eſtò quòd omnia poſsibilia eſſent impoſsibilia, ad hoc nihil periret Deo abſolutæ poteſtatis ad extra. Quare potentiæ exequitiuæ habitudinem ad ens poſsibile non abſolutam, ſed conditionatam æſtimãt, ex hypotheſi nimirum poſsibilitatis obiectorum; vt videre eſt apud Ripaldã, *de ente ſupernaturali lib. 2 diſp. 32. ſection. 1. num. marg. 4.* & alibi ſæpe; vbi prædictum placitum tutatur.

Ripalda.

Quòd autem, ſi initialis potentia intellectus ad actus ſupernaturales eſſet tantùm conditionata, id inferatur abſurdi; quòd intellectus ſit minus connexus cum actibus ſupernaturalibus quàm potentia Dei cum obiecto poſsibili; vel ſic enucleo. Quia, licet facultas exequutiua Dei, vt connexa cum creaturis poſsibilibus ſecundùm habitudinem cauſalitatis, connotet poſsibilitatem creaturarum; attamen talis comparatio, & connexio eſt ſimpliciter, & abſolutè neceſſaria, etiam ex parte extremi connotati; ſicut abſolutè aſſeritur implicatoria non poſsibilitas creaturæ poſsibilis, quæ eſt coextremum talis connexionis.

Vnde producitur, magis connexum eſſe, ac minus abſolutum

prædicatum potentiæ Dei à creaturis poſsibilibus, quæ nullatenus ſubiacent hypotheſi, aut contingentiæ reali ad non eſſe; quàm intranea vis intellectus ad actus ſupernaturales, qui tolli poſſent, non eleuante Deo naturam intellectualem ad ordinem gratiæ.

Sed de connexione aut comparatione omnipotentiæ ad creaturas poſsibiles, nos latè infra, *in controuerſ. 12. de ideis, in appendice Metaph.* de poſsibilitate creaturarũ. præcipuè à *n. 136. vſque ad 140.*

Magis cõnexa eſt viſio naturalis cũ operatione ſupernaturali quã omnipotentia cũ ente poſsibili.

Nemo tamen, vt opinor, autumabit, intellectum eſſe magis abſolutum, aut minus connexum cum operatione ſupernaturali, quàm omnipotentiam cum obiecto poſsibili; cùm intellectus immediatè inferat relationem prædicamentalem cauſæ ad actum ſupernaturalem, quæ omnino contradicit potentiæ Dei reſpectu alicuius obiecti ad extra.

Deinde; quòd nulla aſsignari poteſt relatio prædicamentalis, quæ non innitatur habitudini tranſcendentali; igitur aut intellectus non infert immediatè, & proximè relationem prædicamentalem cauſæ ad actum ſupernaturalem, ſed ſolùm mediatè & remotè, prout adit meram cauſalitatem ſubſtrati reſpectu habitus luminis, ſicut aqua calida reſpectu calefactionis: aut intellectus renuntiari debet immediatè connexus ſecundùm habitudinem tranſcendentalem cum actibus ſupernaturalibus.

De appetitu elicito viſionis; qualiter ad ſupernaturale obiectum comparari poſsit.

Andetur appetitus elicitus naturalis circa obiectũ ſupernaturale?

30 REſtat modo pro complemento doctrinæ, vel breuiter elicitum beatitudinis appetitum expendere; quia plenior illius exaratio ad materiam de gratia attinet. Nec enim verum videtur habere poſſe id, quod in ſolutione confirmationis primi argumenti ſtatuimus; quòd ſcilicet efficaci, & abſoluta motione appeti queat ex naturæ viribus beatitudo, vt tamen non naturaliter, ſed ſupernaturaliter aſſequibilis.

Fũdamentũ opinionis negatiua

Si enim eſſet verum tale pronuntiatum; fieret, vt cùm voluntas efficax finis appetitionem etiam efficacem omnium mediorum intra eminentiam ſuã præhabeat; talis appetitus efficax, & abſolutus beatitudinis intra ambitus ſui virtualitatem præcõtineret voluntatem, etiam abſolutam & efficacem, credendi in Deum modo ſupernaturali; & operandi etiam, vt oportet, ad beatitudinem nanciſcendam. Ac proinde; cũ tale deſiderium efficax & abſolutum, expeditũ quoddam initium piæ ac Chriſtianæ vitæ cenſeri poſsit; ſequeretur, vt inchoatio ſalutis á naturæ viribus peteretur: quod obſtat definitis contra Semipelagianos in Concilio Arauſicano 2. Canone 5. Quare Thomiſtæ recentiores huiuſmodi appetitionem naturalẽ abſolutam, & efficacem beatitudinis explodunt; ita Banez, & Zumel citati à Valentino de Herice *loco citato, cap. 6. num. 38.*

Banez. Zumel

Aſſertio appetitionis elicitæ circa actum viſionis.

31 Sed hæc non obſtant; quare aſſerendus eſt appetitus naturalis abſolutus viſionis adipiſcendæ ex auxilio gratiæ; qui tamen actus dici queat efficax ex parte operantis, quatenus operans, non velleitatem inefficacem & cõditionatam adeat, ſed abſolutam appetitionem: appelletur tamẽ inefficax ex parte effectus; eò quod totius naturæ impetus, & omnium facultatum naturalium conuentus non ſuppetat ad beatitudinẽ, ſi non ſubueniãt auxilia gratiæ. Sic Ioann. de Salas, 1. 2. *quæſt. 5. tract. 2. diſput. 12. ſection. 3. num. 24. & 25.* & Valentinus de Herice, *vbi ſupra numer. 45.*

Salas. Herice

Obtunditur acies fundamenti aduerſariorum

Nec nos perſtringit oppoſitio illa de medijs ſalutis præcontentis virtualiter intra appetitionem efficacem beatitudinis; quia ſicut naturalis illa appetitio beatitudinis ad ſalutem, & pietatem non conduceret, eò quòd eſſet improportionata cauſalitati meritoriæ, vt potequæ naturalis ordinis: ita & volitiones naturales ſupernaturalium mediorum nulla ratione ſpectarẽt per modum medij, aut poſitiuæ diſpoſitionis ad ſalutem. Ac proinde, ſeqniter obijcitur, á naturæ viribus initium vitæ æternæ auſpicatum iri; quod agebat Cõciliũ

con-

contra Semipelagianos. Sed de his ſeriò in controuerſia generali de prædeſtinatione.

An ſit poſſibilis appetitio naturalis circa actũ ſupernaturalẽ vt ſupernaturalẽ

32 Sed adhuc reſtat nodus dirimendus in appetitu elicito beatitudinis; vtrũ ad beatitudinem ſupernaturalẽ, prout ſupernaturalis eſt, terminari queat? Quia Petrus Arrubal, 1. *p. q.* 12. *art.* 1. *diſp.* 14. *cap.* 6. *num. marg.* 22. licet tueatur, dari poſſe deſiderium naturale beatitudinis ſupernaturalis; inficiatur tamẽ, elici poſſe huiuſmodi actũ deſiderij beatitudinis ſub motiuo boni ſupernaturalis. Cui authori adhæſit Ambroſ Machinus ibidem *diſp. etiam* 14. *ſect.* 4 *concl.* 2. vterque autem eadem vtitur ratione quæ talis eſt.

Fundamentum Petri de Arrubal

Supernaturalitas obiecti, quãdo ſpectat ad motiuum aſſentiendi, euehit actũ ad ordinem intrinſecè ſupernaturalem vt videre eſt in virtutibus moralibus per ſe infuſis, & acquiſitis, quæ ob nullã aliam rationem diſſident, quoad naturalitatem & ſupernaturalitatem intrinſecam; niſi quatenus infuſæ reſpiciant obiecta ſub regula ac motiuo eleuatioris ordinis, acquiſitæ verò ſpectent naturalem tantùm regulam humanæ rationis: igitur repugnat deſiderium beatitudinis ex naturæ viribus, quod tendat in viſionem, prout refert rationem boni ſupernaturalis.

Dari poteſt appetitio naturalis improportionata circa obiectũ ſupernaturale, vt ſupernaturale.

33 Sed dicendum eſt; dari poſſe deſiderium naturale beatitudinis, vt ſupernaturalis formæ, ſicut & cuiuslibet alterius obiecti ſupernaturalis, etiam ſub motiuo ſupernaturali; dum tamẽ ea appetitio tali obiecto improportionata pronũtietur. Sic Herice *loco citato cap.* 5. *per totum.* Et eſt aperta Scoti ſententia *in* 1. *ſent. diſt.* 17. *q.* 3. §. *Ad argumẽta pro opinione, nu. marg.* 33. vbi ait. *Ad ſecundum; quamuis aliqui dicant voluntatem in puris naturalibus, nullum actũ poſſe habere circa obiectum ſupernaturale viſum; tamen hoc improbatũ eſt, diſt.* 1. *q.* 4. *concedo igitur, quòd poſſet habere actum circa tale obiectum, ſiue nudè, ſiue per actum fidei, ſed iſte actus circa obiectum oſtenſum à fide, non eſſet meritorius.*

Herice Probatur ex Scoto.

Cuius aſſerti ea breuis, efficax tamen ratio producitur ex potẽtia innata; quã communis ſentẽtia defert intellectui & voluntati, ad actus ſupernaturales. Quia potẽtia obediẽtialis, quam intellectus præfert ad viſionem, & voluntas ad fruitionem ſupernaturalem, nullatenus eſt intrinſecè ſupernaturalis, eſtò quòd apud aduerſarios, tendat in obiectũ ſupernaturale, & ſub ratione attingentiæ ſupernaturalis; ſiquidem hæ facultates prout obediẽtiales ſunt, important habitudinem ad indebitum & ſupernaturalem influxum. Adeo, vt ſi obediẽtialitas actiua eſſet actu, & re, diſtincta à natiua facultate intellectus, adhuc ſupernaturalis potentia pronũtianda non eſſet; eò quòd obiectum ſupernaturale, actuſq; ſupernaturales, tantùm inchoatiuè & improportionatè reſpiceret. Quò fit, vt nõ præſtet ſola ſupernaturalitas in motiuo tendentiæ, ad ſupernaturalitatem intrinſecam actus, vel potentiæ; niſi adſit proportio ordinis inter formam inclinatã, & obiectum, in quod propendet talis inclinatio: igitur nõ implicat inclinatio elicita naturalis ordinis, quæ modo improportionato tendat in viſionẽ, etiam inquantũ eſt bonum ſupernaturale.

Premitur ratio præcedens.

Quam rationem petitam ab analogia & paritate appetitionis elicitæ, & inclinationis innatæ, vrgentem æſtimo; quia ſicut potentia innata ad viſionem ſupernaturalem, ſiue appelletur naturalis, vt ab Scoto, ſiue obedientialis, vt à Thomiſtis communiter, eſt intrinſecè naturalis ordinis; vt egimus ſub numer. 16. ita elicita inclinatio, eſtò quòd tendat in obiectum ſupernaturale, & ſub motiuo ſupernaturali, ſi improportionata ratione conetur in tale obiectum, & ea terminatione, quæ non commenſuretur obiecto intra ſeriem ſupernaturalis ordinis; haberi poſſet ex naturæ viribus. Sicut, & ſemota extrinſeca ordinatione naturæ intellectualis ad claram Dei viſionem, adhuc à ſe ipſa, & à natiua vi propenderet inchoata & initiali virtute in claram Dei viſionem; ſiue talis inchoata virtus ad actum ſupernaturalẽ, & ſub motiuo ſupernaturali, vocetur potẽtia naturalis, vel obedientialis: cũ tamen in omni opinione congruat naturæ ab intrinſeco, & ſecluſa qualibet eleuatione ſupernaturali, quæ ab extrinſeco principio petatur.

Ratio efficax exvi innata intellectus ad viſionem ſupernaturalem.

Nec ratio in oppoſitum vrget; dicimus enim virtutes morales per ſe infuſas ab acquiſitis cõdiſtingui, nõ ex ſolo motiuo ſupernaturalitatis; ſed ex proportionata attingentia eiuſdem motiui ſupernaturalis.

Enervatur fundamentũ aduerſariorum.

AR-

ARTICVLVS III.

Vtrùm vis natiua intellectus ad visionem, influat vt agens principale, vel instrumentarium?

SVMMARIVM.

Opinio asserens, intellectum esse causam principalem visionis. Num. 1.
Altera opinio autumans, intellectum esse causam principalem de facto: futurum tamen instrumẽtale principium si Deus suppleret habitum luminis. Num. 8.
Textus Scoti ad veram sententiam. Numer. 10.
Instrumentaria causalitas intellectus præfertur, & ostenditur. Num. 20.
Dilutio oppositarum rationum; vbi explanatur celebris textus Scoti de minus principali influxu voluntatis circa actum supernaturalem. Numer. 25.

Opinio Thomistarum quòd intellectus sit causa principalis visionis. Aluarez Herice Faber.

1 COmmunis Thomistarum sententia astruit; intellectum esse causam principalem visionis. Quam ex neoteris cis tuetur Aluarez *libr. 7. de Auxilijs, disp. 68.* & Valentinus de Herice, *tract. 4. disp. 46. cap. 2. numer. 18.* quod placitum recipiunt ex Scoti asseclis nõ pauci, inter quos Faber *in 3. sent. dist. 14. q. 1. disp. 23. cap. 2. sub numer. 6.* vbi oppositam sententiam vocat improbabilem.

Præsidifferentia multũ habet nudæ vocis.

Ego verò cùm bonæ notæ authoribus censeo, in aliquibus in præsenti de sola voce contendi; quod fiet perspicuum si supponatur id, quod apertè tradit Scotus, vt constabit ex testimoniis in hoc articulo citandis, quòd facultates natiuæ sint agentia minus principalia respectu actuum supernaturalium. Præterea, quòd ad rationem instrumenti non exposcatur, quòd recipiat à primario agente motionem, aut impulsum aliquem intrinsecum, qui realiter distinguatur ab effectiua cooperatione ipsius instrumenti; vt liquet in phantasmate respectu intellectus agentis. Quibus prælibatis, quid vocis, & nõ rei, erit facultates natiuas pronuntiare instrumenta, aut causas minus principales, actuum supernaturalium.

1 Ratio pro causalitate principali intellectus.

Quod autem intellectus nequeat esse causa minus principalis, aut instrumentalis, visionis beatificæ, probatur primò; quia causa instrumentalis est, quæ propria virtute non attingit effectum, nisi inquantum subijcitur agenti principali promouenti vim inchoatam instrumenti. Sed hæc ratio agendi obstat causalitati principij vitalis, cum moueri à se, & moueri ab alio, exprimant oppositos conceptus intra rationẽ agendi, vt perspicuum apparet: igitur, si intellectus vitaliter elicit visionem, eam vt causa principalis attingit.

1. ratio quòd implicet voluntati influxus instrumentarius respectu influxus supernaturalis

2 Secundò; si intellectus esset instrumentale principium visionis, etiam voluntas subiret causalitatem instrumentariam respectu omnium actuum intrinsecè supernaturalium; cùm eadem vbique militet ratio, vt euidens est. Sed voluntas respectu dilectionis supernaturalis, quam liberè elicit, instrumentale agens autumari non debet, ni velimus instrumenti, & principij liberi vsuales receptissimasque diffinitiones explodere. Instrumento enim liberum non est assumi, aut non assumi ad actionem, cùm totum id primarij agentis eleuantis causalitati deferatur; nec enim instrumentũ effectiuè excitat principale agens, vt ab illo vicissim excitatur ad causalitatem eleuatioris ordinis, sed merè passiuè se gerit instrumentũ respectu agentis primarij, cui integrum est vti, aut non vti, tali instrumento, prout vult.

S'rgetur ratio ex conditione agentis liberi

Igitur, si in potestate voluntatis non est, assumi, vel non assumi, ab habitu charitatis, ex hypothesi quòd voluntas sit agens instrumentarium; sic nec in potestate voluntatis erit agere, vel non agere intra ordinem supernaturalem; ac proinde fiet, vt nulla actio supernaturalis libera, & meritoria esse queat; quod manifestè aberrat à fidei principijs.

Quare, Sanctus Thomas 2. 2. agens de actu charitatis, *quæst. 23. art. 2.* subdit. *Similiter etiam non potest dici, quod* *S. Thomas.*

sic

ſic mouetur Spiritus Sanctus voluntatem ad actum diligendi, ſicut mouetur inſtrumentum, quòd etſi ſit principium actus, non tamen eſt in ipſo, agere, vel non agere: ſic enim tolleretur ratio voluntarij, & excluderetur ratio meriti.

3 Arguitur tertiò; quia ad rationem cauſæ principalis non requiritur, quòd agat in virtute propria adæquante totius producti actualitatem; aliàs enim in tali acceptione primariæ virtutis, intellectus agens non eſſet cauſa principalis ſpeciei intelligibilis; cùm intellectus agens ſe ſolo non adæquet ſpeciei intelligibilis perfectionem. Nec enim conceptus imaginis talis obiecti à facultate intellectiua trahi poteſt, quæ ex ſe eſt pura potentia in genere intelligibilium, ſed ab intellectu, vt coniuncto phantaſmati. Quò fit, vt nec intellectus agens aſſeri queat operans propria virtute intranea, quoad omnia prædicata, quæ in ſpecie intelligibili elucent; cùm ratio imaginis & repræſentationis ſpeciei deferri non valeat natiuæ facultati intellectus, vt euidens eſt.

3. ratio expendens principalitatem agendi in cauſa partiali.

Confirmatio quia intellectus cõcurrat intra latitudinem tendentiæ in ſuũ obiectũ.

Igitur aſtruitur intellectus cauſa principalis ſpeciei intelligibilis eò præcisè, quòd illam eliciat intra latitudinem proprij modi tendendi talis potentiæ in ſuum obiectum; licet talis facultas ſe ſola non adæquet prædicata omnia, quæ in ſpecie elucent; quæ eadem ratio militat de intellectu poſsibili, & ſpecie impreſſa, reſpectu productionis verbi mentalis. Ergo, licet natiua virtus intellectus non adæquet excellentiam viſionis, à hac aſſerenda eſt ei cauſalitas agentis principalis; eò quòd influat in viſionem, ex propria & natiua ratione vitalis attingentiæ obiecti intelligibilis.

4 Deinde; vrgetur ratio in ſententia Scoti autumantis, potentias animæ illi realiter identificari; vnde efficitur, vt intellectus, & voluntas, ſint eadẽ animæ ſubſtantia, atq; adeo veræ ſubſtãtiales proprietates; quo ſuppoſito talis inſtruitur probatio.

Premitur ratio ad hominem contra Scoti aſſeclas.

Illa eſt cauſa principalis, quæ exuperat nobilitatem, & actualitatem effectus; ſed ſubſtantia quælibet naturalis ordinis anteit exceſſu nobilitatis quamlibet formam accidentalem ſupernaturalem: cùm ſubſtantia, à toto genere, euincat præſtantiam accidentis, etiam à tota abſtractione ſua. Igitur facultas intellectiua, vtpote ſubſtãtialis, excedit perfectionem viſionis, quæ eſt accidens ſupernaturale; ac proinde nequit eſſe principium inſtrumentale illius.

Arguitur 4. ex ratione principij vitalis.

5 Arguitur quartò; intellectus non concurrit ad viſionem per potentiam obedientialẽ actiuam; aliàs enim ita inanimata ratione attingeret facultas intellectiua viſionem, qua ſacramenta phyſicè influãt in gratiam: igitur operantur facultates vitales per viuã, & natiuam tendentiam, etiam dum cauſalitates ſupernaturales adeunt. Sed potentia, dum attingit obiectum connaturali ratione viuæ terminationis, operatur propria virtute, & per modum cauſæ principalis; igitur intellectus nequit eſſe inſtrumentum viſionis, nec aliorum actuum ſupernaturalium.

5. ratio eò quòd intellectus ſit ſubiectũ denominãtum à viſione.

6 Quintò ſic proceditur; ſi intellectus eſſet inſtrumentum luminis gloriæ in actione beatifica; fieret, vt lumen gloriæ principaliùs denominaretur à beatifica actione, quàm intellectus; ac proinde ille habitus diceretur videns potiori ratione, quam facultas vitalis apprehenſiua; cum actio priùs denominet principale, quàm inſtrumentale principium. Quare, ſi Deus luminis gloriæ actiuitatẽ ſuppleret, ſicut in ea hypotheſi ſpeciale munus cauſæ principalis viſionis adiret, ita & denominationem videntis ſuſtinere poſſet; quod eſt abſurdum.

Inſiſtitur; quia lumen gloriæ ſe gerit vt principiũ quo, intellectus principium quod.

Præterea; intellectus actuatus lumine gloriæ non ſolùm denominatur à forma viſionis, ſed etiam eſt principium *quod* viſionis, & lumen gloriæ eſt principium *quo*; quia intellectus ſe gerit per modum ſubtrati habentis formam ſupernaturalem luminis, & lumen gloriæ per modum formæ habitæ. Sed principium *quod* cuiuslibet influxus, & quod primariam ab eo denominationem accipit, nequit eſſe merum inſtrumentum; igitur eſt cauſa principalis.

Vltima ratio ex Herice

7 Vltimò; argumentatur Herice, *loco citato, numer.* 21. *in fine.* Qui lumen gloriæ cauſam principalem, & intellectum principium inſtrumentale aſſeuerant; ipſum lumen gloriæ adæquatam cauſam viſionis opinari non debẽt

aliàs

aliàs recideret in commentum eorum qui intellectum meram causam materialem visionis antumarunt; igitur lumen gloriæ est causa partialis & inadæquata visionis. Sed monstruosum est principiũ quoddam coalescens ex causa partiali, & ex instrumento; appositũ verò & concinnum id, quod ex duplici concausa partiali subsistit; ergo intellectus nõ est instrumentum, sed causa principalis.

2. opinio quæ si media, quòd de facto intellectus cõpositus lumini fit causa principalis, nõ tamen si Deus suppleret lumen per auxilium

8 Secunda sententia sub distinctione procedit; licet enim asserat, quòd si Deus luminis gloriæ efficacitatem supleret, in ea hypothesi, intellectus v. causa instrumentalis influeret; de facto tamen facultatem intellectiuam lumini compositam principalem causam pronunciant. Sic aliqui recentiores, quorũ placitum suadetur ex discrimine, quod intercedit inter causalitatẽ intellectus actuati forma intrinseca luminis; & causalitatem ipsius intellectus operantis sine lumine impresso.

Fundamentũ opinionis præmissa

Quia de facto intellectus agit propria & intrinseca virtute; ita enim lumen immissum menti, fit proprium principium ipsius intellectus, vt ex facultate intellectiua, & habitu luminis, vnicum agens vitale supernaturale coalescat, vnicam ac indiuiduam eliciens causalitatẽ; sed lumini gloriæ defertur causalitas agentis principalis igitur & intellectui; cùm partibilis non sit ante mentis functionẽ ille influxus, ita vt lumini principalis causalitas, intellectui verò actio instrumentaria tribuatur.

2. ratio in ea hypothesi quòd intellectus esset merũ substratũ sustentãs formã luminis

9 Deinde; si intellectus nihil actiuè præstaret ad visionem, sed se gereret tãquam merum quoddam materiale substratum ipsius luminis adæquatè eliciens visionem; ea ratione, qua in aqua calida solus calor est adæquatum efficiens aqua verò sola causa materialis caloris. In tali suppositione, intellectus diceretur causa principalis *vt quod* visionis, eò quòd esset sustẽtaculum formæ luminis, quæ esset principium *quo*; sicut aqua calida asseritur causa principalis calefactionis, eòquòd sit substratum formę caloris, quæ est adæquatum efficiens. Igitur de facto intellectus, etiã dici debet causa principalis; cũ præter causalitatẽ materialem & sustẽtatiuam luminis etiam apponat conatum actiuum in visionem.

Textus Scoti, ex 1. sentent. distinct. 3. quæst. 8. §. Respondeo, quòd pars intellectiua, numer. marg. 2.

Scotus

10 *Respondeo; quòd pars intellectiua habet principaliorem causalitatem respectu cognitionum, modo nobis naturaliter conuenientium. Probo primò, quia quando causarum ordinatarum, altera est indeterminata ad multos effectus, & quasi illimitata; altera autem quasi secundùm vltimum virtutis suæ, determinata ad certũ effectum: illa, quæ est illimitatior & vniuersalior, videtur esse principalior & perfectior.*

Intellectus est causa principalis respectu noticiarum naturalis

Exemplum de Sole; & de particularibus generantibus. *Intellectus autem habet virtutem quasi illimitatam & indeterminatam respectu omnium intellectionum; obiecta autem à nobis naturaliter cognita, habent virtutem determinatam respectu determinatarũ intellectionum, quæ sunt ab ipsis, & hoc secundùm vltimum suæ virtutis, sicut quodlibet ad intellectionẽ sui. Ergo intellectus est causa vniuersalior & principalior intellectionis, quàm obiectum pro statu isto.*

Ratio præcedentis pronunciati.

11 *Secundò. Quia illa est principalior causa, qua agente, alia causa coagit, & non è conuerso. Intellectu autem nostro agente ad intellectionem, obiectum in se, vel in sua specie coagit; est enim in potestate nostra intelligere, quia intelligimus cùm volumus. 2. de Anima. Hoc autem non est propter speciem principaliter, quæ est forma naturalis; sed propter intellectum, quo vti possumus cùm volumus. Principalem autem actionem intellectus, sequitur actio speciei, quæ nata est esse semper vniformis ex parte speciei.*

Altera ratio

12 *Tamen aliquod obiectum excedens multum facultatem partis intellectiuæ; puta obiectum beatificum, vt clarè visum, posset poni habere totam causalitatem respectu visionis; aut principaliorem quam pars intellectiua: & hoc propter excellentiam talis obiecti, &*

Pars intellectiua minus principaliter se gerit circa visionem.

pre-

Sentẽ. 13

propter defectum partis intellectiua.

Species intelligibilis obiecti naturalis eſt quaſi inſtrumẽtũ intellectus.

13 *De obiectis autem quæ modo naturaliter cognoſcimus, prima pars ſolutionis videtur eſſe vera. Videtur enim intelligibilium naturaliter à nobis intellectorum, ſpecies in intellectu eſſe, quaſi inſtrumentum ipſius intellectus, non motum ab intellectu vt agat, quaſi ſcilicet aliquid recipiat ab intellectu, ſed quo intellectus vtitur ad ſuam actionem. Vt puta, quando intellectus agit, ſpecies illa, tanquam minus principale agens, coagit ad idem, vt ad effectum communem.*

Hucuſque Scotus de inſtrumentaria, vel minus principali cauſalitate intellectus reſpectu viſionis beatificæ; de inſtrumentario tamen influxu habitus charitatis reſpectu dilectionis ſupernaturalis, vide infrà, *ſub num. margin. 39. huius art.*

Obſeruationes in textum; & vera ſententia.

Diſparitas referatur inter inſtrumentum & cauſã principalem partialem

14 PRO Expoſitione literæ & vt veræ ſententiæ fundamenta ſubſternantur; ſupponenda ſunt ea, quæ *in 1. art.* huius ſubdiſtinctionis expendimus de facultate initiali ſeu inſtrumentaria à *num. 14. vſque ad 24.* vbi oſtenſum eſt, quod intercedit, diſcrimen inter cauſam principalem, & inſtrumentalem; deinde modo aperienda eſt diſparitas inter cauſam inſtrumentariam, & cauſam principalem partialem; in qua enodanda maior verſatur difficultas. Cùm cauſa principalis partialis, etiam ſe ſola non attingat productum, egeatque alterius comprincipij concurſu eliciti-uo; quò fit, vt in cauſæ inſtrumentalis conceptum recidere videatur, quæ etiam ſe ſola non præſtat ad effectum, niſi inquantum euehitur à primario agente. Expendendum igitur eſt vtriuſq; cauſæ diſcrimen; nec enim aliter præſens difficultas conſopiri poterit.

Ratio huius abſimilitudinis aperienda

15 Prima ergo huius diſtinctionis explanandæ ratio eſt; quòd licet cauſa principalis partialis, & inſtrumentum conueniant in hoc, quòd omnia prædicata effectuum illis reſpondere non valeant; diſſident tamen in hoc, quòd cauſa inſtrumentalis non ſortitur completam vim in tali ordine agendi; cauſa verò partialis principalis ſic. Ideò enim intellectus, & voluntas aſſeruntur inſtrumentalia agentia, quia ſibi non vẽdicant completam vim ex parte potentiæ ad ſupernaturales actus; cũ habitus à Deo infuſi, & facultatibus vitalibus immiſsi, non ſuppleant obiecti, ſed potentiæ defectum.

Examen vltionis præcedentis

16 Verùm prædicta ratio diſcriminis adeò defæcata non eſt, vt diſcuſsione non egeat; imo eam inſufficiẽtem patefaciemus ad inueſtigandum diſcrimen inter inſtrumentum & cauſam principalem partialem, niſi alia adiungantur. Quia certo certius eſt, phantaſma non eſſe cauſam principalem partialem ſpeciei intelligibilis; cùm in omni ſententia conſtitutum ſit, cauſam æquiuocam principalem eſſe perfectiorem proprio producto; & ſpecies intelligibilis propter actualitatem, & immaterialitatem ſuæ repræſentationis, planè ſuperet perfectionem phantaſmatis quo ſuppoſito, detegitur inſufficientia illius diſparitatis, ſeu diſſimilitudinis inter cauſam inſtrumentalem, & principalem partialem.

Phantaſma eſt cõpletum in proprio ordine agendi, quod ſpectatur ex parte obiecti.

Quia phantaſma præfefert vim completam in proprio ordine agendi; licet enim vis intentionalis phantaſmatis ſit initialis & incompleta, ſi ad totius ſpeciei impreſſæ actualitatem, & immaterialitatem referatur; & in iſta acceptione non dicatur phantaſma operans propria virtute. Si tamen ſpectetur in ratione ſeminis intentionalis obiecti ad exprimendam imaginem ipſius in intellectu; vt ſic, in ea ratione, phantaſma incompletum haberi non debet. Si enim in ratione ſeminis vicarij obiecti ad eliciendam imaginem ipſius eſſet incompletum phantaſma; ab intellectu agente compleretur in tali vi aut facultate expreſsiua imaginis obiecti, quòd eſt prorſus abſurdum; cùm intellectus ſit pura potentia in genere intelligibilium, adeò vt nullius obiecti imago ab intellectu, quà vitalis facultas eſt, trahi queat. Vnde tãtũ eleuatur phãtaſma ad influxũ ſpirituale, vt ſpiritualis eſt, nõ verò ad repræſentatiuum, quatenus formaliter repræſentatiuus eſt.

Igi-

Igitur phantasma intelligitur completum in ratione principij elicitiui imaginis obiecti; ac proinde non distinguitur causa principalis partialis ab instrumento, in hoc quòd causæ principalis partialis sit integra in illo ordine agentium; causa verò instrumentaria incompleta & inadæquata. De quo adi insignem Scoti literam à nobis transcriptam infra, *in hac controuers. de Visione Dei, dist. 2. de principio visionis ex parte obiecti, art. 1. à numer. 13. vsque ad 16. inclusiuè.* Vbi eruditè explanat Scotus, qualiter virtus intellectus, & obiecti, quælibet sit completa in suo ordine & ratione agendi; quatenus obiectū, aut virtus vicaria eius, nil expectet à potētia, quod conferat ad virtutem intentionalem obiecti; & è contra.

17 Quòd alio insuper illustratur exemplo; lumen gloriæ, & cæteri habitus supernaturales, sunt causæ principales in communi omnium sententia (nullus enim eos agentia instrumentalia pronuntiauit;) & tamen non sunt facultates completæ ex parte potentiæ, sed potius additamentum quoddam complens potentiæ vitalis defectum. Ni velimus improbabili illi opinationi subscribere, quæ asserit, habitus per se infusos esse adæquata principia elicitiua actuum supernaturalium vitalium, potentiasque tantùm esse materialia quædam substrata vitalium operationum; de quo infra.

18 Ratio ergo discriminis inter causam instrumentalem, & agens principale partiale, hæc sola esse potest; quòd illa sit causa instrumentaria, quæ exuperetur à nobilitate effectus producti; ita vt productum, quà tale, euincat actualitatem ipsius producentis, quà producens est, seu influens in talem effectum: causa verò principalis partialis, quæ se solæ excedat, vel adequet, totius producti perfectionem. Quò fit, vt intellectus agens sit causa principalis speciei intelligibilis, eò quòd ipsa sola vitalis facultas longè antecellat speciei impressæ nobilitatem; & lumen gloriæ, & charitas, etiam sint causæ principales quia anteeant vtique, vel adæquent, si ipsæ solæ spectentur absque compositione ad potentias vitales, actuum supernaturalium actualitatem & perfectionem.

Aliud enim est, quòd causæ principali partiali secundùm se considerata non deferantur omnia prædicata, quæ eminent in producto; aliud verò quòd ipsa se sola non superet, aut adæquet actualitatem & perfectionem omnium prædicatorum, quæ in effectu elucent. Licet enim intellectui agenti secundùm se spectato tribui non possit representatio speciei impressæ; attamen intellectus agens, sublato concursu phātasmatis, omnino excellit actualitatem speciei intelligibilis, non solū quâ spiritualis est, sed etiam quâ representationem, & imaginem obiecti præfert.

Obseruandum deinde, nos consultò tradidisse, quòd ad causam principalem partialem exigatur, *quòd ipsa præcisè spectata exuperet, vel adæquet nobilitatem effectus*. Quia nec ad principaliorem rationem operandi in causa æquiuoca exposcitur quòd præcellat effectui; (cùm lumen gloriæ non anteeat nobilitatem physicam visionis) sed sufficit æqualitas quantitatis virtutis in causa & effectu. Siquidem inter naturas speciè diuisas dari potest æqualitas vt ostendimus infra in hac controuers. *distinction. 3. subdist. 1. artic. 2. numer. marg. 14.*

19 Notanter dixi, ad causam instrumentalem necessariò exigi, quòd ipsa prout est causa formaliter, seu quatenus subit influxum elicitiuum effectus, ipsum productum non antecellat; quia non præstat excedere effectum materialiter, & in genere entis, sed formaliter, & in ratione principij. Quòd perspicuè reseratur instantia, in sententia Scoti asserentis; intellectum, & voluntatem, esse proprietates substantiales; vt potè quæ sint eadem met substantia animæ realiter & identicè. Quò supposito, intellectus, & voluntas ob identitatem substantialem anteirent perfectionem actuum vitalium supernaturalium; attamen hic excessus non præstat, vt intellectus, & voluntas, principalia agentia actuum supernaturalium habeantur; eò quòd talis præstantia illis non congruat formaliter in ratione principij, sed tantùm materialiter, & in genere entis.

Ille enim excessus secundùm quantitatem perfectionis competit causæ formaliter, qui illi adest, prout est principium influxus, & prout illi respondet

Confirmatur ex Scoto virtus adæquata ad phātasmatis in suo ordine agētis intentionalis.

Roboratur vltra doctrinas præcedētes habitibus supernaturalibus qui sūt causæ principales & non referūt virtutē adæquatā ex parte potentiæ.

Vera ratio discriminis inter instrumentū & causam principalem partialem

Elucidatio enunciati præmissi

Ad causam principalem aquiuocam sufficit quod adæquet præfantiam effectus.

Quid sit formaliter in ratione agētis exuperare nobilitatē physicam effectus.

Potētia vt talis anteēlit præstātiæ visionis, materialiter in esse entis sed nō formaliter & in ratione principij.

ratio

ratio effectus; quia tamen ratio illa effectus, quæ tribuitur potentijs vitalibus in actibus ſupernaturalibus, nimirum vitalitas, eſt omnino inferior conceptu ſupernaturalitatis: accedit inde, vt intellectus, prout principium talis influxus, nimirum, vt ab eo accipitur vitalitas actus, ſit infra conceptum ſupernaturalitatis, quæ ab habitu luminis gloriæ trahitur: & quòd intellectus, quatenus formaliter conſideratur vt principium actionis vitalis, comparetur ad lumen, vt ad comprincipium euehens intellectum ad eleuatiorem ordinem agendi; ſcilicet ad cauſalitatem ſupernaturalẽ, quæ eſt excellentioris gradus quàm vitalitas accidentium.

Cõfirmatur ex doctrina Scoti in concurſu immediato ſubſtantiæ materialis ad productionẽ ſpeciei impreſſæ in Angelo

Quod etiam perſpicuum eſt in celebri ſententia Scoti pronuntiantis, intellectum Angeli abſtrahere ſpecies ab obiectis materialibus. Quo ſuppoſito, conſequens eſt, vt materialibus obiectis adſcribat vim initialem, & inchoatam ad productionem ſpeciei intelligibilis; quæ elicitur immediatè ab obiecto corporeo tanquam ab inſtrumentali principio, vel minus principali; & ab intellectu Angeli tanquam à cauſa principali. De quo vide infrà *num.* 21. *huius articuli.* Cùm tamen certum ſit, obiectum materiale ſubſtantiale exuperare phyſicam nobilitatem ſpeciei intelligibilis, quæ eſt accidens ſpirituale; quo dato, non ſequitur quòd ſubſtantia corporea ſit cauſa principalis ſpeciei intelligibilis. Eò quòd ſolùm ſit præſtantior materialiter, non tamen formaliter in ratione principij, & prout illi reſpõdet influxus intentionalis: cũ nobilius ſit prædicatũ ſpiritualitatis, quod cõgruit ſpeciei intelligibili per habitudinẽ ad intellectum; quàm repræſentatio obiecti.

Vltima obſeruatio pro textu.

Vltimò, circa textum *n.* 13. vbi Scotus pronuntiare videtur, ſpeciẽ impreſſam eſſe inſtrumentarium principium generationis ſpeciei expreſſæ; vide, quæ exaramus infra in hac *controu. diſt. 2. de principio viſionis ex parte obiecti, art. 3. ſub num. marg. 9.*

Præfertur minus principalis, vel inſtrumentaria cauſalitas intellectus ad viſionem; & oſtenditur.

Aſſertio 1. intellectus eſt principiũ inſtrumentale viſionis.

HIS Prælibatis; dicendum primò, intellectũ eſſe cauſam inſtrumentalem viſionis. Sic Scotus loco citato; licet enim ibi non appellet intellectum cauſam inſtrumentariam, ſed minus principalem, ratio tamen illius defert intellectui cauſalitatem inſtrumentariam; dum autumat, illum eſſe cauſam minus principalem viſionis, ob defectũ virtutis intellectiuæ reſpectu actus excellentioris. Quod autem Scotus aſſeruerit lumen gloriæ, vt defectum ſuppleat tenentem ſe ex parte potentiæ; oſtendimus ex Scoto infra *in ſubdiſt. ſequenti de principio ſupernaturali viſionis ex parte potentiæ, art. 2. num. marg.* 21. Scoto adhæret Hugo Cauellus in hunc locum; *& in quæſtion.* 15. *quodlibet. num.* 10. Soarius 1. *part. tractat.* 1. *lib.* 2. *cap.* 16. *in fine, & tom.* 3. *de Gratia lib.* 6. *cap.* 7. Vazquez, 1. *part. diſp.* 46. *cap.* 2. Ambroſius Machinus, 1. *par. diſp.* 16. *ſect.* 6. §. *Lumen gloriæ eſſe cauſam principalem.* Quam ſententiam ex antiquis Theologis ſuſtinet Gregorius Ariminẽſis *in* 2. *ſen. diſt.* 28. *quæſt.* 1. *artic.* 3. *in reſponſione ad* 12. *argumentum.* Vbi loquens de voluntate creata reſpectu ſanctæ & ſupernaturalis operationis; ſubdit. *In qua motione voluntas non neceſſitatur, ſed inſtrumentum liberum exiſtens, in cuius poteſtate eſt ſequi motionem primi agentis.* Et probatur.

Aſſerunt.

Scotus

Hugo Cauellus Soarius. Vazquius

Machinus.

Gregor. Ariminenſis.

Ratio noſtræ aſſertionis

Illud eſt agens inſtrumentarium, quòd à virtute propria non commenſuratur gradui & ordini effectus in tali ratione phyſica entis, nec adæquat actualitatem illius; ſed natiua vis facultatis intellectiuæ non attingit, nec adæquat perfectionem actus ſupernaturalis, niſi inquantum eleuatur ab habitu luminis: ergo natiua vis intellectus ex ſe tantùm ſubit influxum inſtrumentalem.

Di-

Occurſus

Dices; intellectum, vt lumini ſupernaturali compoſitum, virtute propria elicere viſionem, tanquam actū proportionatum eidem indiuiſo principio vitali ſupernaturali.

Oppugnatur

Contrà; principium vitale ſupernaturale, quod ex facultate intellectiua & ex habitu luminis, cointegratur, non eſt quid vnum vnitate ſimplicitatis, ſed vnitate compoſitionis, & inhærentiæ realis, quæ realem diſtinctionem duorum partialium compriincipiorum ſuſtinet; igitur, de qualibet illarum concauſarum redit inquiſitio; an ſpectata tantùm natiua, & non aduentitia, virtute talis cauſæ, ſit proportionatum principium viſionis? Sed intellectus ex ſe nequit eſſe cauſa proportionata actionis ſupernaturalis: ergo à ſe tantùm initialiter & inchoatiuè conatur in formam ſuperioris ordinis. At id, quòd tantùm inchoatiuè confert ad excellentiorem effectum, eſt agens inſtrumentale; ergo intellectus nequit eſſe cauſa principalis viſionis, nec cuiuslibet alterius actus ſupernaturalis ſecundùm ſubſtantiam.

Reſpõſio ad uerſarioꝝ.

21 Reſpondent; quòd licet intellectus, & lumen, ſint duæ entitates realiter diſtinctæ, non tamen aſſignatur diſtinctio in ratione principij in actu ſecūdo, ſeu quatenus componuntur influxui eò quòd eandem ſubeant cauſalitatem indiuiduam; idē enim influxus realiter, qui ab intellectu elicitur, ab habitu luminis gloriæ effluit.

Refellitur.

Contrà; ſi identitas indiuiſioque cauſalitatis tolleret habitudinem primarij, & inſtrumentarij agentis; fieret, vt phantaſma non eſſet principium inſtrumentale ſpeciei impreſſæ; eò quòd phãtaſma, & intellectus agẽs, eumdem eliciãt influxum: nec enim aſſignari poteſt pars aliqua fieri ſeu productionis ſpeciei, quæ intellectui reſpondeat, & nõ phantaſmati.

Vrgentur de inde aduerſarij.

Addē; id eſſe vniuerſaliter verum in cauſis partialibus, ſeu inadæquatis, quæ ſe coadiuuant ad operandum propter coniunctionem, & ſympathiam naturalem; in quibus nulla datur partitio influxus, ſed idem & indiuiſus, qui ab hac cauſa prodit, ab alia etiam elicitur: & nihilominus identitas influxus non tollit, quin productio verbi, prout repræſentatiua talis obiecti, tribuatur ſpeciei impreſſæ, prout verò vitalis, deferatur potentiæ vitali. Ergò ſimiliter identitas & indiuiſio influxus, in lumine, & intellectu, non obſtabit, quòd per habitudinem ad diuerſa principia aſſeratur cauſalitas agentis principalis, inquantum reſpicit principium à ſe proportionatum actui ſupernaturali; & cauſalitas inſtrumentalis, prout refertur ad principium non proportionatum à ſe, ſed à virtute alterius concauſæ euehentis aliam ad eleuatiorem ſeriem actionis.

Alia cauſa excluditur.

Si autem autumes; phantaſma, eſto quòd agens corporeum, non eſſe cauſam inſtrumentalem; ſed minus principalem ſpeciei intelligibilis. Occluditur effugium; eò quòd ſi phantaſma, à ratione intrinſeca, ſe gerat tantùm initialiter & inchoatè ad effectum euectioris & elenatioris ordinis, & quòd per eleuationem intellectus agentis conſtituatur in actu ad influxum; quid vocis, & non rei; erit tale agens, vel minus principale, vel inſtrumentale, vt diſtruere; de quo nos ſupra in hac *ſubdiſtinct. art. 1. numer. margin. 16.* quamobrem Scotus à nobis tranſcriptus, *in art. 1. huius ſub diſtinct. ſub numer. margin. 16.* virtutem obiecti materialis, verbi gratia albedinis ad producendam imaginem ſpiritualem in intellectu Angeli; vocauit partialem minus principalem; eò quòd minus principalis & inſtrumentarius influxus ſonent idem, & in ipſum recidant.

Scotus

Arguitur 2. in ea hypotheſi quòd intellectus ageret per lumen non inhærẽs, ſed aſſiſtens.

22 Præterea; vrgeo rationem in ea hypotheſi, quòd Deus ſupplerit inhærentiam luminis gloriæ in intellectu beati; ita tamen vt habitus ille relinquatur intimè aſſiſtens intellectui per contiguitatem, ſeu indiſtantiam entitatiuam, non tamen compoſitus per inhærentiam. In qua ſuppoſitione, non videtur dubium, quòd lumen gloriæ poſſet euehere intellectum ad viſionem ſupernaturalem; cùm accidentia euchariſtica, ſublata compoſitione inhærentiæ ad ſubſtantiam, operentur, vel adminus non implicat contradictionem, quòd lumen gloriæ de abſoluta Dei potentia ſine inhærentia conſeruatum, per ſpeciale auxilium prodeat ſimul cũ intellectu in cauſalitatem ſupernaturalem viſionis.

Sed tunc intellectus non ageret vt cauſa principalis, quia non attingeret viſionem ſola intranea virtute, ſed aduen-

uentitia,& intrinſecè non compoſita;igitur nec de facto influit intellectus,tanquam agens principale. Quia,in illa hypotheſi, licet minus intrinſecus eſſet intellectui habitus luminis in genere cauſæ formalis,eò quòd tolleretur formalis cõpoſitio ipſius luminis ad intellectũ non tamẽ eſſet minus intrinſecus in ratione concauſæ efficientis viſionem, & eleuantis intellectum.

Occurſus

Dices;in eo caſu, etiam intellectum agere vt cauſam principalem;quia vt cõiunctus lumini intimè aſsiſtenti, licet non informanti, proportionatur actui viſionis.

Exeutitur

Contra;ſi id verum eſſet,etiam fieret vt phantaſma, inquantum coniunctum intellectui agenti per indiſtantiam localem, ſeu contiguitatem entitatum aſtrui poſſet principale agens reſpectu ſpeciei impreſſæ ; quia vt ſic,etiam inquantum involuit adæquatum quoddam principium ſpeciei,ex phantaſmate,& intellectu agente, coaleſcens per aſsiſtentiam intimam abſque compoſitione inhærentiæ, vtique proportionatur ſpeciei impreſſæ.*De quo vide infra in ſubdiſt.2.ſequenti,art.3.de Supplebilitate luminis gloriæ,ſub numer.marg.* 24.

Alia fuga aduerſariorum.

23 Si autem reſpondeas;lumen gloriæ non compoſitum intellectui per inhærentiam,non poſſe aliquam adire cauſalitatem reſpectu viſionis;eò quòd habitus luminis ſit qualitas vitalis,& repugnet principium vitale non inhærẽs animæ in vitũ influxũ prodire. Sicut ſi per impoſsibile facultas intellectiua,quę in ſententia Thomiſtarũ eſt accidẽs quoddam à ſubſtantia animæ realiter diſcretum,& illi realiter inhærẽs,non componeretur animæ per inhærẽtiam; nequiret vitalem actionem elicere.

Occupatur

Contra;quòd coniũctio illa ad facultatẽ vitalẽ,quæ per merã inhærẽtiam fit non præſtat ad rationẽ vitæ;aliàs enim ſpecies impreſſæ, quæ inhærẽt intellectui,eſſent qualitates vitales;quod eſt abſurdũ.Sed tota coniũctio luminis gloriæ ad animã fit per meram inhæreutiã, non autem per emanationem & effluxũ ab intraneo principio vitæ ; cũ potius petatur illa aſſerta vitalitas luminis ab extrinſeco principio ſupernaturali, nimirum à Deo:igitur habitus infuſi nullam rationem vitalitatis induunt. Sed de his infra.

24 Dicendum ſecundo,non conuenire in doctrina eos,qui aſſerũt,intellectum compoſitum lumini inhærenti concurrere vt cauſam principalem viſionis; ſubiecturum tamen cauſalitatem inſtrumentariam,ſi Deus ſuppleret habitũ luminis gloriæ per auxiliũ extrinſecũ,ſic theologi probatiores;& oſtenditur.

Aſſer.2 contra 2.ſententiam oppoſitam

Fũdamẽtũ aſſertionis ſecundæ.

Quia virtus natiua intellectus ex ſe& ab intrinſeco improportionata extat ad actũ intrinſecè ſupernaturalẽ; igitur quòd hæc facultas inchoata eleuetur performã inhærentẽ nõ præſtat quòd ſit cauſa principalis:ſi dũ euehitur per virtutẽ non compoſitam per inhærentiam agit tãquam inſtrumentum.Conſequentia probatur : quia, ſi virtus inchoata phãtaſmatis,quæ modo eleuatur per ſolam intimam aſsiſtentiam intellectus agentis,immutaretur intrinſecè per facultatem aliquam phantaſmati impreſſam;adhuc phãtaſma eadem cauſalitatis inſtrumẽtariæ ratione attingeret ſpeciem:inſtrumentum enim,quà tale formaliter,abſtrahit ab hoc, quòd virtus illius compleatur per informationem, vel per aſsiſtentiam comprincipij eleuantis.

Cõfirmatur

Quare ſicut natiua virtus phantaſmatis intrinſecè ſpectata,prout condiſtinguitur ab eleuatione ea,quæ ab extrinſeco comprincipio accedit,eſſet eiuſdẽ prorſus rationis,ſiue illi immitatur virtus inhærens,ſiue tantùm aſsiſtens ; ita ſecundùm eſſe intrinſecum apprehenſa facultas illa phantaſmatis, ex ſe eſſet tantùm initialiter potens ad ſpeciem intelligibilem,quæ eſt ſuperioris ordinis:ac proinde ſemper compararetur ad eam tanquam principium improportionatũ atq;adeo egens virtute euehẽte ad eleuationẽ rationẽ agendi.

Premitur ratio cõtra aduerſarios & expenditur quid ſit agere virtute propria?

Sed virtus natiua intellectus quidditatiuè conſiderata(prout ſecernitur à cõprincipio ſupernaturali,quod eſt aduentitium & indebitum facultati natiuæ,) eſt eſſentialiter improportionata ad actum ſupernaturalem;igitur ex ſe,& ab intrinſeco,ſemper ſpectat actũ ſupernaturalem inchoata quadam & initiali ratione;ac proinde inſtrumentali. Sicut enim facultati intellectus accidit compoſitio ad formam ſupernaturalem luminis,quæ eſt illi virtuti natiuæ prorſus indebita;ita & accidit proportio ea ſupernaturalitatis cum actu viſionis, quæ ad formam eleuantem ſubſequitur.

Igitur ex natiua facultate intellectus & ex virtute propria (virtutē verò propriā voco eā, quæ natiua eſt, prout ab aduēti tia & indebita actiuitate luminis cōdiſtinguitur) ſemper tēdit in viſionē modo initiali & inchoato; ergo ſemper agit vt inſtrumētū. Sicut quia virtus propria phātaſmatis (prout cōdiſtinguitur ab aduē titia eleuatione intellectus agētis) eſt improportionata ſpeciei intelligibili; quāuis phātaſmati accideret eleuatio inhærēs, ſemper propria & natiua facultas phātaſmatis initialiter, & inchoatiuè tēderet in ſpeciē, quæ eſt ordinis excellētioris: ac proinde ſemper exiſteret principium inſtrumentarium.

Recentiorū effugium

Si autem reſpōdeas; quòd licet intellectus reſpectu viſionis beatificæ, vt ſupernaturalis, nō operetur virtute propria & natiua, ſed aduentitia & ab extrinſeco petita, ac proinde per comparationem ad viſionem, vt ſupernaturalem pronūtiari queat intellectus efficiēs inſtrumentarium; at reſpectu viſionis, vt vitalis, autumari nō debet cauſa inſtrumentalis, cū non agat vt ſic, quatenus mota ab extrinſeco principio; eo quòd vitalitas, qua talis, referatur ad principiū intraneum. Producit ergo propria virtute, ac proinde vt cauſa principalis viſionem, quā vitalem; licet reſpectu ipſius, vt ſupernaturalis, ſit agens inſtrumentarium; ita philoſophantur recētiores aliquot.

Confutatur præmiſſa opinatio.

Præmiſſum verò placitum vel ſic impugnari poſſe, videtur; eò quòd implicet, quòd idem agens, reſpectu eiuſdem cauſalitatis phyſicè indiuiſæ, obeat denominationem primarij & inſtrumentarij agentis; ſicut & cōtradicit, quòd idē principium, reſpectu eiuſdem cauſalitatis phyſicæ, aſſeratur operans propria & non propria, virtute. Nec enim agēs phyſicum præſcindit tendentia ſua in terminum, & in actionem, qua media terminus attingitur; ita vt ſecundùm alteram conceptibilitatem pronuntietur, terminum propria virtute efficere, ſecundùm alteram verò formalitatem aſtruatur ab extranea virtute ad effectum promoueri & aſſumi. Quia influxus phyſicus intellectus non efficit vitalitatem abſtractam à ſupernaturalitatis conceptu, ſed vitalitatem ſupernaturalem; & è contra lumen gloriæ nō attingit ſupernaturalitatem in ea præciſione cōceptus, quæ abſtrahat à ratione formæ viuæ, licet per accōmodationē quādam vitalitas principio viuo, ſupernaturalitas verò principio extrinſeco deferatur. Imò quòd ſi hæc attributio, quæ per accommodationē præciſarū formalitatū ſit, præſtaret ad cauſalitatē primarij & inſtrumētarij agētis; fieret, vt nullū aſſignari poſſet agēs inſtrumentale, quod ſub cōparatione alicuius prædicati, ad quod tale inſtrumētū cōfert actionē, æſtimari nō poſſet agēs principale.

Vt patet in phātaſmate reſpectu ſpeciei intelligibilis; aſſeri enim ſimiliter poſſet, quòd licet phātaſma materiale reſpectu ſpeciei intelligibilis, vt ſpiritualis, eſſet agēs inſtrumētariū; eòquòd reſpectu prædicati ſpiritualitatis cēſeri nō debeat operari propria virtute phātaſma corporeū, ſed vt euehitur ab intellectu agēte, qui cōuenit per naturalem ſympathiā cū phātaſmate ad productionē ſpeciei intelligibis. At reſpectu ſpeciei intelligibilis, vt eſt imago obiecti, appeliari poſſet phātaſma operās propria virtute; eòquòd prædicatū imaginis talis obiecti, quod in ſpecie relucet, deferri nequeat intellectui, qui eſt pura potētia in genere intelligibilū, ſed phātaſmati tāquā vicario ſenſui obiecti. In quo ſenſu Scotus à nobis citatus & eluci datus *in ar. 1. huius ſubdiſt. ſub n. 24.* aſſeruit; *quòd nihil poteſt agere in quocūque ordine agendi, niſi propria virtute c.*

Inſiſtimus oppugnationi ex cauſalitate inſtrumētariaphātaſmatis

Scotus

Similiter etiā in artificialibus; quia licet ſerra aſſeratur inſtrumētale principiū reſpectu fabrilis operis, quod expoſcit ſerrā taliter cōpoſitā motioni artificis; attamē, ſpectato tātū acumine inſtrumēti, quod cōgruit inſtrumēto à ſe & nō ab impulſu artificis; poſſet aſſeri ſerra quoad vim illā acuminis ad ſcindēdū, operari virtute propria; cū illā vim à motu artificis nō expectet, & artificialis forma, vel figura, ſub aliqua ratione propria, tali inſtrumēto reſpōdeat, ſub qua alteri deferri nequiret.

Cōfirmatio ex inſtrumētis artificialibus.

Quare, cū obtrudit oppoſitio; quòd intellectus mouetur à ſe, & nō ab extrinſeco principio, quoad prædicatū vitalitatis.

Plena diluſtratio oppoſitionis

Reſpōdetur, negādo ſuppoſitū; ſi prædicatū vitalitatis (vt eſt terminus actionis phyſicæ) præſcindat à ſupernaturalitate termini. Quia cauſalitas phyſica nō ſpectat vitalitatē ſub aliqua præciſione aut cōmunitate cōceptus, ſed vt indiuiduā & cōtractā; ſub qua cōparatione, virtus intellectus ad operationem viuam

ſu-

ſupernaturalem non conatur completè, & vi adæquata, ſed ſolùm inchoata & initiali; vnde non ita mouetur intellectus à ſe dum exerit operationem viuam ſupernaturalem, quòd talis motus à ſe ſeparet influxum à comprincipio eleuante.

Oppoſitis rationibus ſatisfit; vbi expenditur celebris textus Scoti de minus principali influxu voluntatis circa actum ſupernaturalem.

Ad fũdamẽta primæ opinionis

25 AD fundamẽta primæ opinionis. Ad primũ; quòd moueri à ſe, & moueri ab alio reſpectu diuerſorũ nullam referũt oppoſitionem; vt manifeſto demõſtratur exẽplo idoli viſiui, quod quatenus eſt quale tas vitalis refert habitudinẽ ad intraneũ & cõiunctum principiũ; prout verò eſt imago obiecti, refertur ad principiũ extrinſecum. Adde; quòd tũc motus ab alio cõtradiceret motui à ſe, ſi de ratione inſtrumẽti eſſet, vt cauſa principalis deriuaret in inſtrumẽtum impetũ intrinſecũ aut impulſum aliquem, qui anteiret influxum, qui à cauſa inſtrumẽtali elicitur; quod tamẽ eſſe falſum oſtẽdimus in ar. 1. huius ſubdiſtinctionis.

Ad 1. arg. moueri à ſe, & moueri ab alio, nõ opponũtur reſpectu diuerſorum

26 Ad ſecũdum argumẽtum; reſpõdetur, quòd tunc cõceptui principij liberi obſtaret inſtrumentaria cauſalitas, ſi de ratione inſtrumenti eſſet immutatio intrinſeca ob impreſſionem alicuius virtutis à principali agente deriuatæ, quæ præcederet actualem cooperationem inſtrumẽti; in quo ſenſu Scotus aliquando inficiatus apparet cauſalitatem inſtrumentariam potentiæ vitalis ad actus ſupernaturales. Si enim charitas impulſum aliquem voluntati immitteret, qui anteiret conatum volũtatis in obiectũ ſupernaturale; operatio volũtatis libera eſſe non poſſet. Quia tamen id eſſe de ratione inſtrumenti inficiati ſumus; ideò non vrget oppoſitio.

Ad 2. arg. influxus inſtrumentarius nõ opponitur principio libero

Quare, ad formam arguẽti dicimus quòd licet liberum non ſit inſtrumento neceſſario aſſumi, aut nõ aſſumi à principali agẽte; id tamẽ integrum eſt inſtrumento libero; qualis eſt voluntas. Quia, cũ illud aſſumere, aut eleuare, quod ſe tenet ex parte habitus ſupertaturalis, nihil apponat prætium motionis intrinſecæ ante actualem impulſum volũtatis, (ſed ſit ipſemet influxus ſupernaturalis qui à facultate impulſiua, & habitu ſupernaturali prodit, tãquam à duplici ſubordinato & cõnexo cõprincipio) ſicut inpoteſtate volũtatis poſitũ eſt, operari, & nõ operari, ita aſſumi, & nõ aſſumi; cùm hæc aſſumptio ſit ipſemet influxus volũtatis, prout ab habitu ſupernaturali elicitur.

27 Ad tertium arg. ſatis ſuperque liquet ex adnotatis in literam; vbi oſtẽſũ eſt, cauſam principalẽ inadæquatam ab inſtrumẽtali diſſidere in hoc; quòd cauſa inſtrumẽtalis ſecũdũ ſe accepta non adæquet ordinẽ & gradũ effectus; cauſa verò principalis partialis ſic. Adi quæ inibi latiùs expẽdimus ſub n. 18. nec ſufficit ad primariã ſiue principalẽ cauſalitatem, quòd eã attingat potẽtia vitalis intra tẽdẽtiã & terminationẽ ad propriũ obiectũ; ſi hæc terminatio, à ſua ratione intrinſeca, & ſecluſo extrinſeco eleuãte, tantùm ſit initialis, & improportionata.

3. arg. enodatio.

Ad cõfirmationẽ qualiter intellectus iuuetur à phyſica præmotione ad viſionem.

Ad cõfirmationẽ ex doctrina Scoti petitã, in qua intellectus, & volũtas ſunt affectiones ſeu proprietates ſubſtãtiales animæ idẽtificatæ; patet etiã ex obſeruatis n. 19. tãtũ enim agit oppoſitio, intellectũ eſſe præſtãtiorem viſione ſupernaturali, materialiter & in genere entis; nõ verò formaliter, & in ratione principij.

Ad 4. arg. qualiter accepta potentia obedientialis ad viſionẽ recidat in potentiã naturalẽ ita vt ſit deſola voce diſſertatio!

28 Ad quartum argumentum; intellectum concurrere ad viſionem per facultatem natiuam; & ad quid nominis attinere, quòd talis vis agẽdi vocetur naturalis, vel obediẽtialis; ſi admittatur intrinſeca ſupernaturalitas formæ & poſitiua inclinatio in actũ ſupernaturalẽ, & nõ ſola capacitas per nõ repugnãtiam qualis eſt potẽtia neutra ſuperficiei ad colorẽ vt in præcedẽti articulo oſtẽdimus. Vbi etiã aperuimus, quòd licet potẽtia obediẽtialis in tota ſua cõmunitate præſcindat à ratione principij vitalis nõ tamẽ excludit vitalẽ tẽdẽtiã in obiectũ. Quia eadẽ facultas natiua, quatenus attingit actus ſub ratione principij intranei & cõiuncti, dicitur vitalis; quatenus verò exprimit habitudinẽ ad indebitũ

cõcurſum,aſtruitur obedientialis: cadẽte diſcretiõne illa, non ſupra facultatem intelligendi, quæ eſt eadem realiter, & formaliter, ſed ſupra connotata.

29 Ad quintũ argumẽtum: id eſſe proprium actionis immanentis, vt tantũ denominet ſubſtratum, in quo recipitur; & quia ſubiectum viſionis & cauſa materialis adæquata eius, eſt ſolus intellectus; (lumẽ enim gloriæ nullatenus ſubſterniture viſioni, tanquã actui intrinſeco) ideò ſolus intellectus denominatur ab actu viſionis. Quòd conſtat manifeſtè in ſpecie intelligibili; quæ in communi, valdeq; probabili ſentẽtia, aſtruitur ſimul cũ intellectu cauſa principalis intellectionis & tamen nulla ratione denominatur ab illa; eò quòd ſubſtratum intellectionis ſit nuda ſubſtãtia intellect⁹, nõ verò ſpecies impreſſa, quæ nullatenus componitur viſioni, vt actui intrinſeco; cũ adæquatum ſubſtratum formæ vitalis debeat eſſe viuum.

Ad 5. arg. ſolũ ſubſtratũ viſionis denominatur à viſione: nõ tamen quodlibet principiũ efficiẽs

Ad inſtantiam; opponentem, intellectum eſſe principium quod viſionis; & lumen gloriæ principium quo. Reſpondetur; intellectum præcisè ſpectatum non eſſe principium quod viſionis; ſed ex intellectu, & habitu luminis, cointegrari vnum principium *quod*, de formali referens formam luminis tanquam principium *quo*, & de materiali, & ſubſtrato ipſum intellectum. Dici etiam poteſt; intellectum lumini compoſitum eſſe principium quod; non quia intellectus, qui ſubiacet lumini, primariò agat, ſeu ſit principale operans; cùm ly *quod*, inibi non ſonet principalitatem in agendo, ſed modum ſubſtantialem exiſtendi, ſeu per modum ſubiecti ſe gerendi: ſicut agere, *vt quo* exprimit modum exiſtendi in alio tanquam rationem operandi illius, & per modum formæ habitæ. Et quia intellectus eſt ipſamet ſubſtantia animæ, in qua per ſe ſubſiſtit; ideò dicitur agere vt quod, & lumen gloriæ vt quo, eò quòd operetur per modum formæ alteri inhærentis: quod tamen non tollit, quòd forma habita, vel compoſita ſubſtrato, ſit agens principale. Vt conſtat in aqua calida, quæ dicitur agere vt quod, quia eſt ſubſtratum formæ agentis, nimirum caloris, qui eſt adæquatum principium; cũ tamen ab aqua nulla prodeat actio & calor ſit principale efficiẽs calefactionis.

Ad inſtantiã quòd intellectus ſit principiũ quod & lumen principium quo

30 Ad vltimum argumentum; quòd monſtruoſa eſſet cointegratio alicuius principij adæquati ex inſtrumento, & ex cauſa partiali partialitate effectus, non tamen partialitate cauſæ; ea enim aſſeritur cauſa partialis partialitate cauſæ, quæ ſine conſortio alterius non exerit influxum: *illa* verò partialis partialitate effectus, cui defertur partita, & non integra, aut indiuidua productio termini. Lumen verò gloriæ eſt cauſa partialis partialitate cauſæ, non tamen partialitate effectus; quare inappoſita non eſt adæquati principij viſionis compoſitio ex intellectu, tanquam ex inſtrumento, & ex lumine, tanquam ex principali agente. Si autem oppoſitio Valentini de Herice alicuius eſſet ponderis, etiam impeteret cointegrationem adæquati principij ſpeciei impreſſæ, quod coaleſcit ex phantaſmate, tanquam ex inſtrumento, & ex intellectu agente, tanquam ex cauſa principali partiali.

Ad vlt. arg. ex Herice.

31 Circa hanc verò Valentini de Herice argumentationem, quam diluimus, vel id recidit recolendum, quod &, in initio huius articuli obſeruauimus; quòd ſi admittatur, intellectum eſſe cauſam minus principalem vliſionis: & ſupponatur, de ratione inſtrumentalis principij non eſſe, quòd accipiat impulſum aut motionem aliquam intrinſecam, quæ anteueniat ipſius inſtrumenti cooperationem; his duobus datis, ſit merum de nomine diſſidium, an intellectus ſit cauſa inſtrumentalis, vel minus principalis reſpectu viſionis? ſicut & ad nudam vocem attinet, appellare phãtaſma cauſã minus principalẽ vel inſtrumentariam reſpectu ſpeciei intelligibilis; dummodo phantaſma renuntietur agens minus principale reſpectu ſpeciei intelligibilis: & quòd non euehatur ad agendum per impreſsionem alicuius virtutis intrinſecæ ab intellectu deriuatæ. De quo conſulendus eſt Scotus in textu citato, *ex 1. ſentent. diſtinction. 3. quæſtion. 8.* vbi in proprijs terminis ſciſcitatur. *Vtrum principalior cauſa noſtræ ſit obiectum in ſe, vel in ſpecie, vel ipſe intellectus?*

Notãda obſeruatio circa minus principale vel inſtrumentariam cauſalitatẽ intellectus ad viſionem

Scotus

Quæ

Quæ litera ſeriò verſanda eſt pro magis aut minus, principali cauſalitate intellectus reſpectu obiecti naturalis, vel ſupernaturalis; cũ inibi ex inſtituto rẽ diſcutiat; & præter literam trãſcriptam ad deciſionem quæſiti ſubijcio eam, quã annectit *ſub n. marg. 3.*

Scotus

Doctrina Scoti de magis principali cauſalitate intellectus reſpectu intellectionis ordinis naturalis.

32 *Ad primum argumentũ, dico; quòd duplex eſt actus intellectus reſpectu obiectorum, quæ nõ ſunt præſentia in ſe; qualia ſunt illa, quæ modo naturaliter intelligimus. Primus actus eſt ſpecies; qua obiectũ eſt præſens, vt obiectũ actu intelligibile. Secũdus actus eſt ipſa intellectio actualis, & ad vtrũq; agit intellectus nõ motus ab eo, quod eſt cauſa partialis.*

Et poſt pauca ſubdit. *Ad primũ autẽ actum* (intellige ad ſpeciei intelligibilis effectionem) *agit intellectus agens cum phãtaſmate. Et ibi intellectus agens eſt principalior cauſa quàm phãtaſma; & ambo integrãt vnam totalem cauſam reſpectu ſpeciei intelligibilis. Ad ſecundũ autem actũ agit pars intellectiua (ſiue intellectus agens, ſiue poſſibilis, nõ curo modo) & ſpecies intelligibilis ſicut duæ partiales cauſæ; & ibi agit pars intellectiua nõ mota ſpecie, ſed prius mouẽs, ſcilicet agens vt ſpecies ſibi coagat.*

Phantaſma eſt agens minus principale apud Scotum

33 Præterea cùm ſub eodem *n. marg. 3.* expreſſiſſet. *Quòd ſpecies intelligibilis magis formaliter aſſimilatur phãtaſmati, quam intellectui agenti; & tamẽ minus principaliter eſt à phantaſmate quàm ab intellectu agente.* Statim vel proprium aſſertum ſic adoritur, *ſub nu. marg. 4. Contra, cùm agens intẽdat aſſimilare ſibi paſſum; quo modo principale agens non magis aſſimilat ſibi formaliter?* Propoſitam obiectionem ita eneruat. *Reſpondeo; principalius agens cõmuniter eſt æquiuocum, & eminentius habet in ſe perfectionem effectus quã cauſa vniuoca; & ideò non magis aſſimilatur ſibi formaliter, quia hoc eſſet imperfectionis in cauſa, ſic aſſimilari effectui. Sed aſſimilat magis, hoc eſt dat magis formam effectui, per quam ſibi aſſimilatur æquiuocè, quàm det agens particulare.*

Obiectio.

Dilnitur

34 En pellucida Scoti axiomata de cõpoſitione intellectus & obiecti ad productionẽ ſpeciei intelligibilis, & ad generationẽ ſpeciei expreſſæ aut verbi mẽtalis vbi Scoto pro eodẽ eſt minus principalis aut inſtrumẽtaria cauſalitas. Siquidẽ (vt liquet ex textu trãſcripto ſub n. 13) ſpecies intellibilis obiecti ordinis naturalis, quã minus principalẽ cauſã aſſerit reſpectu generationis ſpeciei expreſſæ; ibi etiã vocitat quaſi inſtrumẽtũ. Cauet tamẽ, ne ea cauſalitas inſtrumẽtaria adſtruatur in ſpecie intelligibili reſpectu potẽtiæ intellectiuæ; quæ exigat impreſſionẽ alicuius virtutis, quã intellectus deriuet in ſpeciẽ intelligibilẽ; vt ex illis verbis apparet diſertè. *Videtur enim intelligibilium naturaliter à nobis intellectorum ſpecies in intellectu eſſe quaſi inſtrumẽtum ipſius intellectus nõ motum ab intellectu vt agat, quaſi ſcilicet aliquid recipiat ab intellectu, ſed quo intellectus vtitur ad ſuam actionem.*

Scotus

„

„

„

„

„

35 Vbi noto; nõ eò præcisè ſpeciẽ intelligibilẽ aſſeri principiũ minus principale, aut inſtrumẽtale, reſpectu cognitionis; quòd ſubijciatur ſpecies intelligibilis intellectui tãquã vtẽti ſpecie vt forma ſibi cõpoſita. Aliàs enim ob eãdẽ rationẽ habitus charitatis eſſet cauſa minus principalis vel inſtrumẽtalis reſpectu dilectionis ſupernaturalis, eò quod ſubiaceat nutui volũtatis liberè vtẽtis habitu ſupernaturali prout vult; quod tamẽ eſt cõtra expreſſum teſtimoniũ Scoti infra ſubijciẽdũ ſub n. 29. Ratio ergo, ob quã ſpecies intelligibilis ſit cauſa minus principalis intellectionis naturalis, ea eſt; quia ſpecies expreſſa ſit eleuatioris ordinis intra gradũ imaginis formalis & viuæ obiecti; ſpecies verò intelligibilis ſit tãtũ imago virtualis, & forma inanima.

Species oriõis naturalis eſt principium minus principale aut inſtrumẽtale reſpectu generationis notitiæ, & quare?

36 Subiũgo etiã circa illa verba Scoti; *Ad ſecũdũ actum* (intellige ad generationẽ ſpeciei expreſſæ) *agit pars intellectiua (ſiue intellectus agẽs, ſiue poſſibilis, nõ curo modo.)* Vbi præteriſſe videtur Scotus, diſcretionẽ (ſi quæ interſit) inter intellectum agentem & poſſibilem.

Scotus

„

Videtur enim intellectus agẽs eſſe facultas prorſus realiter diſsita ab intellectu poſſibili; eòquòd intellectus poſſibilis, vt potequi potẽtia vitaliter & ab intrinſeco conãs & operãs in obiectum, ſit facultas viuẽs; intellectus verò agẽs nõ ſit virtus intẽtionalis viuens; & mouens ſe ab intrinſeco principio; ſed potiùs facultas quædam conceſſa in ſubſidiũ materialitatis & improportionis obiecti, vt illud reddat proximè apparatum ad generationem verbi, media ſpecie impreſſa, quæ eſt agens defæcatum à materialitate obiecti, & referens vim intentionalem eius.

An intellectus agẽs diſsideat à poſſibili ad reſe damlitteram Scoti

Cõmentarius litera præcedentis

Atqui species intelligibilis nullatenus est forma viuens, in omni sententia, & cuius functio & causalitas suppleri posset per ipsummet obiectū spirituale cōiunctū vice speciei; igitur nec intellectus agens est facultas vitalis, ac proinde realiter secernitur ab intellectu possibili.

Thomista asserit discretionē realē inter intellectū agentem & possibilem.

37 Hoc fundamēto subnixa Thomistarum schola pronūtiat realē discretionē inter hos duos intellectus. De quo vide Soarium *de anima lib. 4. c. 8. n. mar. 12.* Alij ex Scoti asseclis constituunt distinctionem formalem ex natura rei cū idēntitate reali.

Probabilior sententia infficiat talē distinctionem.

Sed probabile est, solā distinctionem virtualē præstare ad huiusmodi functiones in intellectū; & eā quæ mortua sit, qualis existit productio speciei intelligibilis; & eā quæ vitā referat, vt liquet in intellectione. Cū intellectus inadæquatè ad vtrāq; operationē cōparetur; & cōparatio inadæquata ad causalitates, etiā absimiles secundū essentiam, nō inferat distinctionem realem actualē in principio eliciente. Vt constat in eodem habitu charitatis respectu fruitionū, patriæ & viæ, distinctarum secundum speciem apud Scotum; & in habitu spei eliciēte in via actum desiderij, & spei, & in patria actum delectationis de Deo vt bono ipsi appetenti secundum affectum cōcupiscentiæ.

Ratio assertionis

Cōfirmatur

Deinde, quod nō est de ratione facultatis viuæ, quòd omnem formā eliciat viuētem; cū intellectus possibilis concurrat cum actu ad generationem habitus; qui non est forma vitalis.

Pronūtiata Caueli pro minus principali influxu intellectus ad visionem beatificam.

38 Vltimō, quia Hugonē Cauellum Scholiatorem Scoti diximus, pro nobis stare in asserēda minus principali causalitate intellectus respectu visionis; accipe illius de hac re pronūtiata, *in citata dist. 3. q. 8 in Scholio ad n. mar. 2.* habet ita. *Resoluit Scotus, intellectum esse principaliorem causam respectu cognitionis ad quam naturaliter mouetur, non tamen respectu visionis beatificæ. Et in quodlib. 15. ad nu. marg. 10. §. Hīc sunt duo dubia.* tale præmittit Scholiū Cauellus. *Probat Scotus intellectum esse principaliorem causam respectu intellectionis, ad quam naturaliter mouetur; non verò respectu visionis beatæ.*

Ostenditur minus principalis influxus volūtatis circa actū supernaturalem

39 Id autem quod de instrumētaria, vel minus principali causalitate intellectus respectu visionis supernaturalis adstruimus; etiā de volūtate respectu dilectionis supernaturalis censemus cum Scoto in *1. sen. dist. 17. q. 3. §. Viterius sciat in actu meritorio, sub n. marg. 27.* vbi ita habet. *Accipiendo actum secundū rationē meritorij, potest dici, quòd principaliter illa conditio conuenit actui ab habitu; & minus principaliter à volūtate. Magis enim acceptatur actus, vt dignus præmio, quia est elicitus à charitate quā quia est a volūtate liberè elicitus, quamuis vtrumq; necessariò requiratur.* Quādo autem Scotus, tam in intellectu respectu visionis, quàm in volūtate respectu volitionis supernaturalis, vitare apparet vocem instrumēti, talia principia minus principalia agētia appellādo tātùm vult, nō esse instrumēta, quæ ab eleuāte comprincipio expectēt impulsum antecedēntem instrumenti cooperationem, vt non semel docuimus; de quo vide supra in hac *subdist. 2. n. 1. marg. 16.*

Scotus

Idem etiam satis aperte cōstituere videtur Scotus *in eadem q. 3. sub n. marg. 34.* Vbi reddens rationem, cur actus supernaturalis educatur, cū creētur supernaturales habitus? subdit. *Non oportet concedere de supernaturali, qui est actus secundus; quia ad ipsum concurrit potentia creata & in ratione actiua aliquomodo, & in ratione receptiua.* Vbi Scotus potētiam actiuam naturæ facultatis ad actus supernaturales tātùm aliquomodo potentiam appellat; quid ni ergo minus principalis, aut instrumētaria virtus censeatur?

Cōfirmatur ex Scoto de loco præcedēti Scotus

Ostenditur, quid minus principalis influxus intellectus nō solū respectu obiectū beatificū, sed etiā habitū luminis.

Verūm circa verba Scoti aut mātis quod ad actum meritorium secundū rationem meritorij cōcurrit voluntas minus principaliter, & charitas magis principaliter; duo etiam restant obseruanda. Primum; futile esse eorum effugium, qui autumant, intellectum de sensu Scoti non esse causam instrumentalem, vel minus principalem visionis per habitudinem ad habitum luminis; sed per comparationem ad obiectum beatificum. Quia si intellectus, à virtute natiua, referret completam vim ex parte potentiæ ad visionem supernaturalem; nūllatenus renunciari posset causa instrumentalis, vel minus principalis respectu obiecti beatificī; sed quælibet causa esset completa, & principalis in proprio ordine, vel potentiæ, vel obiecti. Quamobrem Scotus (vt constat ex verbis trāscriptis

sub

ſub num. 12.) aſſeruit, intellectum eſſe cauſam minus principalem viſionis. *propter excellentiam talis obiecti, & propter defectum partis intellectiuæ.* Defectus autem partis intellectiuæ nõ ſuppletur per obiectum beatificum, ſed per lumen gloriæ, quod ſe tenet ex parte potẽtiæ. Tandem quòd hæc minus principalis cauſalitas potẽtiæ natiuæ ad actum ſupernaturalem referatur ad habitum infuſum, cõſtat ex his, quæ Scotus tradit in præſenti de cõcurſu minus principali voluntatis ad actum ſupernaturalem & meritorium.

Scotus

Obſeruandum deinde, quòd ex præmiſſo textu de minus principali cõcurſu voluntatis ad actum, vt induit rationẽ meritorij, patefcit illorũ impoſtura, qui adſcribunt Scoto cenſuiſſe, adæquatam rationem meritĩ cõſiſtere in ſola extrinſeca acceptatione Dei. Si enim id verũ eſſet, nec voluntas, nec charitas eſſent principia elicitiua actus, vt meritorij; cũ acceptatio paſſiua nil aliud ſit quàm denominatio extrinſeca conſequuta ad decretũ Dei acceptantis tale opus. Fit igitur vt adæquata ratio meriti, apud Scotum, non conſiſtat in ſola acceptatione paſſiua extrinſeca; ſed ex proportione operis ſupernaturalis, & ex acceptatione diuina coaleſcat, itaut aliud ſine alio non cointegret adæquatam meriti conſtitutionem.

Obſeruatio alia ex Scoto quòd ratio meriti non cõſiſtat in ſola acceptatione paſſiua.

40 Ad fundamenta ſecundæ ſententiæ ex n. 8. pater, ex aduotatis in ſecundo aſſerto. Quare ad primum argumentum; dicimus, quòd ſi aliquid ageret, etiam obtineret, phantaſma non eſſe principium inſtrumentale ſpeciei impreſſæ eò quòd vnicum ac indiuiſum adeat influxum cum intellectu agente, qui eſt cauſa principalis.

Ad 1. arg. opinionis ſecundæ

Ad ſecundum, quòd ſi intellectus nihil præſtaret actiuè ad viſionẽ, ſed eſſet merum ſubſtratum adæquati elicientis viſionẽ, ſicut aqua calida; in ea hypotheſi, impropriè & mediatè diceretur principium quòd viſionis, ſicut aqua calida ob ſolam cauſalitatem ſuſtentatiuam principij calefacientis dicitur impropriè & mediatè calefacere: nec enim actio calefactiua afficit aquam, ſed formam caloris, quæ eſt adæquatum principium actionis. Si verò opponas commune illud proloquium; actiones eſſe ſuppoſitorum. Dicimus; eſſe ſuppoſitorum nõ elicitiuè, ſed denominatiuè. Id eſt, quòd actio nõ elicitur a compoſito ex natura & hypoſtaſi; quia ſi Deus tolleret hypoſtaſim, adhuc conſeruari poſſet idẽ numero principium elicitiuũ actionis; de quo latiùs in phyſicis commentarijs. Sunt verò actiones ſuppoſitorum denominatiuè; eò quòd denõminent principia agendi, quæ inſunt naturis in ſe & per ſe exiſtentibus, vel compoſitis ſuæ ſuppoſitalitati.

Ad 1. arg.

SVBDISTINCTIO SECVNDA, DE PRINCIPIO ſupernaturali viſionis, quòd ſe tenet ex parte potentiæ.

ALIVD Principium viſionis, quod ſe gerit ex parte potentiæ, eſt ſupernaturale comprincipium, quod euehit vim initialem & natiuam intellectus, illamque reddit proportionatum efficiens ſupernaturalis notitiæ, vt ſupernaturalis eſt. Quia tamen â recentibus ſectatoribus Scoti, parum enodata eſt entis ſupernaturalis quidditas; vrget doctrinæ neceſsitas, vt ſeriò verſemus & exaremus, in quo poſitus ſit intrinſecus formæ ſuperna turalis conceptus? de quo ſit.

Seriestra ctationis.

ARTICVLVS I.

De intrinſeca ſupernaturalitate luminis; & de connaturalitate eius ad ſubſtantiam creabilem.

SVMMARIVM.

Punctus controuerſiæ. Num. 1.
Variæ opinantium de conceptu intrinſeco ſupernaturalitatis, confutatæ. Num. 2
Vera ſententia de ratione ſupernaturalitatis intrinſecæ. Num. 7.
Oppoſitiones contra doctrinam præcedentem. Num. 11.
Proponuntur fundamenta neotericorum contendentium poſsibilitatem ſubſtantiæ intrinſecè ſupernaturalis Num. 23.
Reijciuntur infirmæ implicationes impoſsibilitatis huiuſmodi ſubſtantiæ. Num. 27.
Scoti textus ad firmandam doctrinam præcedentem. Num. 37
Optima ratio oſtendens impoſsibilitatem ſubſtantiæ ſupernaturalis ab Scoto acceptа. Num. 41.
Reſponſio ad obiecta. Num. 52.
Duo conſectaria ex doctrina præcedenti. Num. 56.
Defenditur ratio Scoti agentis, beatũ ex naturalibus non beari; cõtra Soarij oppugnationes. Num. 58.
Species abſtractiua diuina eſſentia in Angelo non eſt ordinis naturalis de ſenſu Scoti; contra eundem Soarium, à Numero 61. vſque ad 67.

1 VT Punctus diſſertationis innoteſcat, præli-banda eſt diuiſio celebris entis ſupernaturalis; in ſupernaturale ex parte agentis; & ſupernaturale intrinſecè & ſecundùm eſſentiam. Supernaturale ex parte efficientis illud eſt, quod tantùm à Deo producitur; nõ expoſcente cauſarum naturalium conuentu & ordine.

Titulus quæſiti.

Nec

Duplex acceptio ſupernaturalitatis.

Nec enim ad huiuſmodi ſupernaturalitatem præſtat, quòd tale ens à Deo tantùm effici queat; quia aliàs creatio animæ rationalis eſſet ſupernaturalis ex parte agentis: ſed vlteriùs exigitur, vt tale productum non expetatur à naturali coetu, & ſerie cauſarum; cuiuſmodi eſt reſtitutio viſus in cæco. Animæ enim rationalis infuſio, quia a Deo præſtatur exigente cauſarum naturalium diſpoſitione, non eſt ſupernaturalis; immò potius miraculoſa eſſet nō infuſio animæ rationalis, ſuppoſita debita organizatione corporis.

Quid ſit ſupernaturale ex parte agentis

Id igitur, quod ſupernaturalitatem induit ex parte modi efficiendi, (ſi tamen ſit ens intrinſecè naturale, nimirum contentum intra eminentiam alicuius principij naturalis ſecundùm ſubſtantiam talis producti, licet non ſecundùm modum ſuæ effectionis; ſicut viſus ſeu viſiua facultas, eminentialiter præhabetur intra virtualitatem animalis capacis viſus,) aſſeritur ſupernaturale ex parte cauſæ; prout condiſtinguitur ab ente, non ſolùm ſupernaturali ex parte modi ſuæ productionis, ſed etiam ſecundùm propriam quidditatem.

Cæterùm; quia expediri nequit exacta inueſtigatio ſubſtantiæ connaturalis lumini, cæteriſque habitibus ſupernaturalibus, ſi priùs non expendatur, in quo conſiſtat intrinſeca ſupernaturalitas luminis? Ideò ante diſquiſitionem poſsibilitatis ſubſtantiæ ſupernaturalis ipſius ſupernaturalitatis conceptus exarandus eſt.

1. ratio explanãs ſupernaturalitatem intrinſecã entis ex Zumel

2 Primus modus dicendi eſt; id eſſe ens naturale, quod ordinetur ad Deum, prout vnum; id verò è contra eſſe ſupernaturale intrinſecè, quod ad Deũ, quà trinus eſt, referatur. Ita opinatus eſt Zumel, 1. 2. *tom.* 2. *quæſtio.* 110. *art.* 4. *diſp.* 5 *In ſecunda parte diſputationis.*

Confutatur

Sed hic modus aperiendæ ſupernaturalitatis futilis eſt; tum ob authoris in opinando inſtabilitatem, qui proprium aſſertum, quod conſtituerat loco citato, in aliis locis expugnat, vt ei opponit Herice, quod ipſi Zumelio familiare eſt. Tum vel maximè; quia voluntariè diuinat, ſeu potius falſum aſſumit qui maiorem ſupernaturalitatem adſcribit formæ ſpectanti Trinitatem Dei, quàm illimitatiſsimam vnitatem ſubſtantiæ eius. Aliàs enim Deus quidditatiuè & ſine analogia apprehendi poſſet naturali notitia, prout abſolutas proprietates ſibi vendicat; ac proinde ſcientia Dei, voluntas, potentia, arcanum prædeſtinationis myſterium, & omnia alia, quæ à proceſsione perſonali abſtrahunt, ex viribus naturæ exacta notitia, & proportionata attingentia apprehendi poſſent; quæ omnia à rectæ theologiæ principijs exorbitant.

2. modus dicendi circa ceptũ ſupernaturalitatis intrinſecæ.

3 Altera opinandi ratio in hac re; conſtituit intrinſecam ſupernaturalitatem entis in hoc; quòd ſit participatio quædam Deitatis & affectionum attributalium illius, prout ſunt in Deo, ſeu diuina quadam ratione Deo propria. Qui modus dicendi expenditur inductione formarum ſupra naturam; quarum ſupernaturalitas aliter patefieri non valet, niſi ex ſpeciali quadam vicinitate ad Deum. Quia gratia eatenùs aſtruitur ſupernaturalis forma, quatenùs eſt ſpecialis participatio diuinæ naturæ; quia ſicut a Deitate quaſi trahitur logica quædam attributorum emanatio; ita gratia eſt quaſi radix aliorum habituum, qui ordinant naturam intellectualem ad coniunctionem cum Deo vt eſt in ſe, ſeu quatenus exprimit modum diuinum naturaliter non communicabilem creaturis.

Referatur quid ſit Deitas diuina ratione participari?

Cõfirmatur etiã in ſupernaturalitate intrinſeca virtutũ moralium.

Quod habet verum non ſolùm in habitibus ſupernaturalibus Theologicis, vt patet de fide innixa diuinæ veritati teſtificanti ſupra totius aſſertionis naturalis certitudinem; ſed etiam in virtutibus moralibus per ſe infuſis, quæ reſpiciunt obiecta cũ ſpeciali habituline ad regulam diuinã, & ſpectãdo coniũctionem ſupernaturalem cũ Deo, quæ fit per viſionem.

Excutitur hæc participatio Deitatis vt in ſe exiſtit, ſeu diuina quadã ratione.

4 Sed hic modus dicendi, qui communiter in ſcholis Thomiſtarum teritur, aut petit principium, aut multa falſa inuoluit; quia dum ſupernaturalitatem aperire fatagit, vel reddit antecedens pro cauſa antecedentis, vel aſſumit tanquam certum id, quod vt prorſus ambiguum in præſenti exagitatur. Dicit enim; ens ſupernaturale eſſe, quod attingit Deum, vt in ſe; & dum petimus, quid ſit Deum, vt in ſe eſt, ab aliquæ creatura participari? Cùm omnes creaturæ naturales etiam fontem ipſum Deitatis prout in ſe eſt, & vt immenſum eſſendi pelagus ſpectent (nec enim

re-

referuntur ad Deum mediatè, vt ad illum, non prout in se est, comparari dicantur) rursus confugiunt ad participationem, quæ attinet ad gratiam, vel visionem. Quò fit, vt totam supernaturalitatẽ refundant in gratiæ, & visionis cõceptus; de quibus vrget inquisitio, in quo consistat ratio suæ intrinsecæ supernaturalitatis? Quare supernaturalitatẽ gratiæ aperiunt per habitudinẽ ad Deũ, vt est in se; & deinde Deum (vt in se attingibilem,) enodant per connotationem doni supra totius naturæ metas producibilis: quò fit, vt verbis ludere appareant.

Fuga.

Dices; Deum participari vt in se; quando attingitur diuino modo. Sed tunc scisciton, quid sit Deũ diuino modo participari? tunc, aut adeunda est eadem met circuitio; aut reddenda ratio hucusque desiderata, quæ non imbibat coniunctionem creaturæ ad Deum per actum visionis; cùm etiam de actu visionis dubitetur, in quo posita sit supernaturalitas illius?

Occupatur.

Plenior discussio doctrinæ præmissæ

5 Præterea; si circulus vitari intendatur, ita vt illa participatio Deitatis, *vt in se est*, non reuocetur ad connotationem visionis; prædicta opinio multa falsa assumit, dum Deum, vt in se est, ab ente supernaturali participari pronunciat. Quia charitas in Deo est ipsamet substantia Dei; in creatura verò est accidens. Lumen gloriæ in Deo est ipsamet vitalis facultas apprehensiua Dei, qua se ipsum intuetur; in creaturis verò non est vlla ratio aliqua virtus, sed adueniticium quoddam additamentũ supplens defectum potentiæ vitalis ad videndum Deum. Deinde, spes non est participatio Deitatis, vt in Deo est; cũ in Deo nulla sit talis affectio prout tẽdit in bonum nõ possessum, cũ tamẽ in nobis sit affectus supernaturalis quoad substantiam.

Quid declaratur.

Item de lumine.

De habitu spei

Præterea; character etiam non participat Deum, vt in se; cùm talis ratio signi spiritualis non reperiatur formaliter in Deo. Deinde; præsentialitas corporis Christi in Sacramento, (apud aduersarios,) est supernaturalis intrinsecè, & tamen non est participatio præsentialitatis diuinæ, vt in Deo est; quia nulla ratio præsentiæ intrinsecæ Dei est diuisibilis, & extensa in ordine ad se, qualis est vbicatio corporis Christi extensa in ordine ad se, & indiuisibilis in ordine ad spatium.

Declarasse.

De præsentialitate Christi

Vltimò de virtutibus moralibus per se infusis; cùm temperantia non reperiatur formaliter in Deo, non est assignabilis aliqua proprietas diuinæ quam connotet, vt in Deo existentem, ille affectus supernaturalis temperantiæ, qui in nobis existit ad passiones frænandas; quare tota eius supernaturalitas aperitur per habitudinem ad Deum vt nobis coniungibilem per visionem: cùm autem visionis supernaturalitas inuestigetur; fit, vt ignotum per ignotius tradatur, aut per æquè ignotum.

De virtutibus moralibus per se infusis.

6 Nec magis nodum dirimit Valentinus Herice, qui dum varias dicendi rationes carpit, nil firmum, & inconcussum stabilit; autumat enim *tract. 4. disp. 48. cap. 3.* quòd intrinsecus supernaturalitatis cõceptus cõsistit in proportionata coniunctione, mediata, vel immediata cum Deo.

1. modus dicendi Valen. de Herice.

Sed principium petere videtur; quia cùm hæc proportio coniunctionis creaturæ ad Deum non sit habitudo æqualitatis, consequens est, vt sit proportio ordinis; quare supponit ordinem supernaturalem, eumque inexplicatum subsumit, quem explanare debuerat. Quia idem est creaturam proportionatè coniungi ipsi Deo, ac supernaturaliter coniungi, ac proinde & esse supernaturalem intrinsecè; præmittit ergo tanquam certum id quod ostendere debuerat; vel reddit antecedens pro causa antecedentis.

Refellitur, quia petat principium

Quod ostenditur retorquendo contra Herice connexionem intentionalem dilectionis Dei, vt à viribus naturæ haberi valet, quæ non est minus connexa intentionaliter cum Deo, qui est obiectum talis inclinationis impulsiuæ quàm impulsus supernaturalis; non igitur trahitur supernaturalitas intrinseca formæ a connexione intentionali, sed à proportionata connexione. Sit autem proportionata ita connexio iterum reuocetur in connexionem intentionalem; esset inuiter circuire, à cõnexione proportionata ad connexionem intentionalem, & a cõnexione intentionali ad connexionem proportionatam.

Refellitur, præterea, ex suppositione, intentionali formarũ naturalium

Deinde; quòd cùm prædictus author connexionem vel coniunctionem

su-

ſupernaturalis formæ cum Deo partiatur in coniunctionem phyſicam cum Dei ſubſtantia, qualis eſt hypoſtaticæ cõpoſitio, & connexionem intentionalem cum Deo in ratione obiecti cognitionis & impulſus; & in præſenti id ſerio diſquiratur, cur formæ intentionales, verbi gratia, viſio, & fruitio, ſint ſupernaturales? Earum ſupernaturalitatem in connexionem intentionalem reuocare, eſt ignotum per ignotius aperire, vel principium petere. Cùm idem ſonet, viſionem beatificam Dei eſſe formam intentionaliter connexam cum Deo; ac viſionem Dei eſſe viſionem Dei; cùm viſio, à quidditate ſua ſit intentionalis expreſsio Deitatis.

Vrgetur ratio contra Herice.

Confutatur vltra

Præterea; quòd nec ſe expedit Herice, dum eam ſupernaturalitatis rationem ad vniuerſam collectionem formarum ſupernaturalium extendere molitur; quia character nullum refert connexionis intentionalis conceptum, neque mediatum, qualem adſcribit habitibus infuſis, quæ ſunt principia aſſenſus, & appetitionum ſupernaturalium. Recurrere autem cum Herice, *ſub numer. margin. 38. cap. 3.* ad moralem cõnexionem characteris, vt ſpiritualis ſigni chriſtianæ militiæ, cùm actibus ſupernaturalibus chriſtianæ profeſsionis; cùm quibus non connectitur in ratione principij intentionalis phyſici, ſed ſolùm moralis; nihil præſtat ad phyſicum ſupernaturalitatis prædicatum reſerendum. Quia etiam virtutes morales acquiſitæ in homine iuſto habent connexionem aliquam mediatam cũ beatitudine eſſentiali, & non ſunt ſupernaturales quoad ſubſtantiam.

Vltimò poſt hæc exarata ad prælum; accipio Diegum Alarcon ita ens ſupernaturale quoad ſubſtantiam enucleaſſe, 1. *part. tractata 1. de Viſione Dei, diſput. 2. cap. 3. numer. margin. 1.* quod illud ſit ens intrinſecè ſupernaturale, quod à quidditate ſua, vel prædicato intrinſeco, ita independens ſit ab omnibus rebus creatis, & creabilibus eiuſdem ordinis, vt ab illis cum concurſu ſuæ naturæ debito produci nequeat; deinde quod ens ſupernaturale tale ſit vt nil ei ſimile petitũ ſit ad naturalem conſtitutionem, vel ſtatum, entis naturalis.

Vltimus modus dicendi ex Alarcon.

Refutatur.

Quæ ratio aſſerendæ ſupernaturalitatis etiam inſufficiens, & infirma videtur; ſequeretur enim, quòd ſi Deus crearet ſubſtantiam aliquam cunctis creatis longè præcellentiorẽ, imo & eis prorſus abſimilem, quoad prædicata ſubſtantialia, & etiam quoad formas ſuperatiuas ſibi debitas; talis ſubſtantia actu manda eſſet intrinſecè ſupernaturalis. Cum tamen fateri cogamur naturas creabiles à Deo prorſus abſimiles, non ſolùm ſecundùm ſpecifica prædicata, vel quoad gradus infimos genericos, ſed ſubalternos, ſub immediato prædicato ſubſtantiæ, aut accidentis; niſi abſque vlla probabilitatis ſpecie exhaurire velimus illimitatam facultatem exequentem Dei, & quaſi illam coangustare ad ſeriem obiectorum ordinis ſuperioris, & omnino ſimilis illi ordini rerum, quæ effectæ ſunt. Dato autem, quòd producerentur naturæ alterius generis ſub ſupremo ſubſtantiæ, & ſub vniuerſali prædicato accidens; quæ antecirent abſimilitudine, & præſtantia longiſsima, omnes alias naturas, quas creatas, & creabiles agnoſcimus; non ſequitur eaſdem ſupernaturales euaſuras, quoad ſupernaturalitatem intrinſecam. Non igitur intrinſeca ſupernaturalitas entis in hoc poſita eſt, vt putauit Alarcon, vt nil ſimile petitũ ſit ad cõ naturalẽ ſtatũ entis naturalis; vel quòd à toto conuentu entium naturaliũ creatorũ & creabilium ſimilis gradus produci non valeat.

Refellitur præcedentis ſententiæ ratio.

Quod vrget magis præmiſſo pronuntiato eiuſdem authoris *loco citato cap. 2 n. marg. 1.* vbi expẽdẽs quid ſit ens naturale prout oppoſitum enti ſupernaturali ſubijcit. *Ego exiſtimo, nomine naturæ intelligi collectionem omniũ eorũ quæ in prima rei productione à Deo conditæ ſunt, & quæ ex illis virtute naturali earum proceſſerũt, vt mixta & elementa, & aliæ poſſibiles eiuſdẽ ordinis, &c.* Quo prælibato, reliquũ eſt, vt apud Alarcõ, quodlibet ens præſtantius omnibus creatis, & illis abſimile, renũtietur intrinſecè ſupernaturale; quod videtur aduerſari communi modo ſentiendi Theologorum.

Vera sententia de intrinseco conceptu supernaturalitatis; vbi ex instituto ostenditur, habitum supernaturalem creari, & non educi.

Explic. supernaturalitatis ex Scoto

7 VT Autem exactam supernaturalitatis explanationem pro materiæ qualitate tradamus; obseruentur verba Scoti *ex 4. sentent. distinctione 1. quæst. 5. § In istis quæstionibus, n. marg. 2.* vbi ait referens Thomistarum sententiam.

Scotus

Ad propositum; aqua per formam suam naturalem habet operationem propriam, scilicet abluere, vel madefacere corpus. Vlteriùs autem inquantum est instrumentum diuinæ misericordiæ, habet effectum vlteriorem; non quidem ad gratiam, tanquam eam attingat, etiam in virtute principalis agentis: sed ad dispositionem præuiam, quæ in quibusdam sacramentis est character; in quibusdam est aliquis ornatus anima proportionatus characteri. Sic ergo sacramentum instrumentaliter non agit ad gratiam, sed dispositiuè; quia nec per actionem, quæ est eius tanquam instrumentum attingit illam: sed dispositionem præuiam.

8 *Contra istam opinionem; quantùm ad illa, quæ ponit ad primam quæstionem arguitur primò sic. Creatura non potest agere instrumentaliter ad terminum creationis, secundùm ipsum; & hoc, vt dicit alibi, maximè verum est de substantia corporea, cuiusmodi est sacramentum: dispositio autem proxima ad gratiam, qualem ponit, est terminus creationis. Minor probatur, quia illa dispositio est simpliciter forma supernaturalis & qualibet talis aquè non est educibilis de potentia naturali subiecti recipientis aquè etiã subiectum est in potentia obedientiali ad quamcunq; talem formam.* Hucusque Doctor.

In quo positus fit discep. 1° supernaturalitatis intrinsec.

Vbi, dum inuehitur in illud Thomistarum placitum, quod autumat; sacramenta attingere physicè characterem, seu alium supernaturalem ornatum animæ, non tamen ipsam gratiam; vniuersalem tradit regulam ad explanandam entis supernaturalis rationem. Quæ posita est in hoc, quòd forma supernaturalis illa sit, quæ intra nullius entis creati eminentiam, vel causalitatem eductiuam præhaberi queat, secundùm quòd exprimit conceptum supernaturalitatis: quo fit, vt nulla forma, prout supernaturalis est, ex potentia obedientiali alicuius subiecti educi queat, sed à Deo per creationem emanet.

Sic Scotus, cui in hac parte suffragata est vniuersa Theologorum antiquitas; quæ etiam inficiatur, gratiam, & alios supernaturales habitus educi ex potentia obedientiali. Sic expressè Alensis, *2. par. quæst. 9. membr. 8.* Sanct. Bonauentura, *in 2. dist. 26. art. 1. quæst. 4. & in 4. dist. 1. art. 1. quæst. 4.* Richardus, *in 2. dist. 26. art. 1. quæst. 2. & in 4. dist. 1. art. 4. quæst. 2.* Aureolus, *in 1. sentent. dist. 42. art. 3. §. Quid sit esse in potentia obedientiali?* Cuius verba transcripsimus in præcedenti subdistinct. *ar. 1. numer. marg. 26.* Petrus Alliacensis, *in 4. dist. 1. quæst 1. ar. 2.* Maior, *etiam in 4. distinct. 1. quæst. 1.* & ex Thomistis, Conradus, *1. 2. quæst. 112. art. 1.* Sotus *lib. 2. de Natura & gratia, cap. 9.* Capreolus, *in 4. distinct. 1. quæst. 1. art. 3. in responsione ad argumenta Scoti contra tertiam conclusionem.* Ferrariensis, *4. contra gentes, cap. 57.* quibus adhærent Paludanus *in 4. dist. 1. quæst. 1.* & Caietanus, *1. 2. quæst. 110. art. 1.* dum autumant, gratiam concreari. Quare ingenuè fatetur Vazquez oppositæ sententiæ assertor, *1. part. disput. 174. cap. 1.* nostram sententiam esse communem totius antiquitatis consensum.

Alensis Bonauentura. Richardus Aureolus Alliacensis Maior Conradus Sotus. Capreolus Ferrara. Paludanus Caietanus Iudicium Vaz. quid de hac sententia.

Quòd autem habitus supernaturales non educantur, sed creentur; non ignauiter ostendit illorum effectio, quæ à Deo solo elicitur, non concurrentibus effectiuè actibus ad productionem habituum, nec ad illorum intensionem; cùm in communi sententia habitus supernaturales fidei, spei, & charitatis, non intendantur effectiuè, sed tantùm moraliter, & meritoriè ab actibus. Quod præcipuè perstringit in sententia Soari, & aliorum autumantium, habitus supernaturales intendi per actus remissos, idque accrementum statim à

Curatus supernaturales nõ cõcurrãt efficienter ad productionẽ habituum?

Deo

Deo conferri; non expectata vltimæ vitæ periodo, vt vult Scotus *in 4. diſt.21 quæſt.1.§.iſtud eſt probabile. ſub num. mar.9.* ſi autem actus influerent efficienter & phyſicè in intenſionem habituum; non poſſent intendi per remiſſos actus; eò quòd à proportione minoris inæqualitatis non detur actio.

Si habitus ſupernaturales nõ crearentur, prodirent effectiuè ab actibus

Atqui; ſi habitus ſupernaturales, iuxta exigentiam ſuæ naturæ, educi valerẽt ex potentia, vel ſubſtrato ordinis naturalis; & intra illius virtualitatem tanquam intra ſubiectum eductionis præhaberentur; (ſicut & termini creationis non eſſent, ſed eductionis,) ita & actus concurrerent ad phyſicã productionem habituum; ſicut è contra habitus phyſicè eliciunt actus. Cùm Deus, intra agentis ſupernaturalis ſeriem, multum ſe accõmodet naturæ legibus; & actus naturales intenſiores habitibus intendãt phyſicè habitus: idem igitur pronuntiandũ eſſet de formis ſupernaturalibus habituum, ſi non crearentur.

Reſp. Soarij

Nec contra noſtrum aſſertum vim habet doctrina Soarij, *tomo 2. de gratia, lib.8. de cauſis habitualis gratiæ, cap. 4. ſub num. 10. & ſub numer. etiam 16.* quod eò habitus ſupernaturalis non prodeat effectiuè ab actu, quòd habitus infuſus ſapiat potiùs rationem potentiæ quàm habitus; & nullus actus potentiã ſuam eliciat.

Refellitur.

Id enim videtur infirmum ad infringendum robur oppoſitionis; quia ſi habitus ſupernaturalis, vel eò tantùm potentiam exprimat, quo ſupernaturalis ſit; eamdem vim ſupernaturalis efficiẽtiæ referre valeret actus ſupernaturalis ad habitus remiſſi intenſionem, & aſſeri poſſet potentia reſpectu habitus generandi, ſi id non obſtaret eò quòd forma ſupernaturalis nõ vitalis nequeat præhaberi intra eminentiam alicuius potentiæ eductiuæ.

Aliud effugium.

Nec etiam magis è re eſt alterum Soarij effugium; quòd ideò actus non præſtet effectiuè ad intenſionem habitus; quia ſit imperfectior habitu.

Præcluditur

Si enim id alicuius eſſet momenti; etiam adoriretur communem ſentẽtiam autumantem; actus naturalis ordinis concurrere elicitiuè ad intenſionem habituum. Reliquum ergo eſt; vt impotentia phyſica actus ſupernaturalis ad productionem habitus ſupernaturalis reuocetur in merum ſupernaturalitatis cõceptum, cui repugnãs ſit eductiua cauſalitas.

Alter occurſus pro Soario.

Nec aliquid etiam pro Soario faceſsit; quòd habitus ſupernaturalis ſit præſtantior actu ſupernaturali, non vero habitus naturalis anteeat perfectionem actus naturalis; quare naturalis habitus ab actu elici queat, ſupernaturalis autem non ita.

Oppugnatur

Quia reconueniri poſſet Soarius; quatenus, ſi actus naturalis exuperaret perfectionem habitus naturalis; nequiret habitus eſſe cauſa æquiuoca ſui actus.

Alia excurſio præmittens æqualitatẽ phyſicæ perfectionis inter habitum & actum ſupernaturales.

Tandem quidquid ſit de comparatione & connexione cauſalitatis habitus naturalis & actus; non adeò perſpicuum eſt, habitum ſupernaturalem antecellere actum, quin probabiliſsimè ſuſtineatur, actum adæquare præſtantiam habitus; cùm actus præter ſupernaturalitatem intrinſecam etiam adiungat vitalitatem. Nec oſtendi poteſt, quòd habitus luminis gloriæ anteeat actualitatem, & perfectionem viſionis beatificæ; ſicut nec charitas præſtantiã beatificæ fruitionis.

Nec vrget oppoſitio, petita à ratione cauſæ principalis æquiuocæ; quòd habitus ſupernaturalis debeat eſſe perfectior actu ſupernaturali, eò quòd ſit cauſa æquiuoca principalis actus. Quia illum elicere poſſet data ſupparitate perfectionis inter habitum, & actum; cùm non implicet æqualitas perfectionis inter formas diuerſæ ſpeciei; vt oſtendimus infra *in hac controuer. diſt. 3. de actu viſionis, ſubdiſtinct. 1. art. 2. numer. marg. 14. & 15.* ſit ergo, vt habitus ſupernaturales non producantur ab actibus; eò quòd habitus ob ſupernaturalitatis conceptum nequeant eſſe termini eductionis, ſed creationis.

Vrgens oppoſitio contra præmiſſa

Si autem retorqueas oppoſitionem de creatione habituum ſupernaturalium: quòd ſi ideò habitus non eliceretur effectiuè ab actibus, quia producerentur per creationem; ſequeretur, quòd actus attingerent effectiuè vnionem ſeu compoſitionem habituum cum potentijs; cùm vnio non ſit terminus creationis, eſto quòd habitus infuſus producatur per creationem, vnio enim, cùm ſit modus per ſuam eſſentiam ſubſtrato affixus, nequit produci indepen-

den-

denter à ſubiecto; ac proinde nec actionem creatiuã terminare. Sicut licet generans non attingat phyſicè animam rationalem, quæ producitur per creationem; eſt tamen principium phyſicũ vnionis, vel compoſitionis animæ, & corporis.

Excuſitur.

Sed non obſtat oppoſitio; quia ideò generans attingit phyſicè vnionem animæ rationalis, quia attingit phyſicè corpus organicum, cui debetur exigentia, & neceſsitate phyſica animæ rationalis compoſitio; habitus verò ſupernaturalis, & vnio ſeu compoſitio eius ad potentiam natiuam non debetur potentiæ, debito phyſicæ exigentiæ, & neceſſitatis. Quare, licet potentiæ vt compoſitæ actui ſupernaturali debeatur debito condignitatis, & exigentiæ meritoriæ, & moralis, intenſio habitus; non tamen debito phyſicæ neceſsitatis; cum nullum accidens operatiuum, quod non præcontinet virtualiter formam, præhabeat phyſicè compoſitionẽ talis formæ ad ſubſtratum.

Corollarium intrinſecæ conceptus ſupernaturalitatis.

9 Ex qua doctrina de creatione habituum ſupernaturalium; producimus; intrinſecæ ſupernaturalitatis conceptum poſitum iri in hoc, quòd exprimat habitu linem exuperantiæ, & excellentiæ eleuatioris ordinis ſupra totius naturæ facultatem; adeo vt, prout ſupernaturalitatem refert, intra nullius creaturæ eminentiam præcontineri queat, in genere cauſæ materialis eductiuæ; ita vt immediatè à Deo per creationem effluere debeat, nec eſſe valeat eductionis terminus. Notanter dixi, *ſecundùm conceptum ſupernaturalitatis, non præcontineri formam ſupernaturalem intra virtualitatem alicuius facultatis creatæ*; quia ſecundùm rationem vitalitatis præhabetur; vt ſtatim aperiam.

Confirmatur præcedens effectum

Quare, intrinſecæ ſupernaturalitatis ratio ea eſt, quæ ex ſe ita eleuatur ſupra totius naturæ ambitum, vt intra nullius ſubſtrati virtualitatem concludatur; & inde accedit, vt ex nullius entis creati paſsiua poteſtate educi valeat, ſed ſolam actionem creatiuam terminare poſsit. Sicut enim anima rationalis, quia eſt eleuatioris ordinis, nulla tenus præcontinetur intra potentialitatem materiæ, tanquam intra ſubſtratum eductionis; nec etiam fieri valet, vt accidens ſpirituale, quia eſt eductioris ordinis, præhabeatur intra eductiuã poteſtatem alicuius ſubſtrati corporei: ita nec forma ſupernaturalis, prout ſupernaturalis eſt, intra alicuius potentialitatis creatæ capacitatem & ſinum, tanquam intra ſubiectũ eductionis præcontinetur.

Fuit conſeſſus totius antiquitatis in ſchola ſticorum.

Hanc iudico apertã totius Theologicæ antiquitatis ſententiam, quæ ideò tutata eſt, gratiam, & alios habitus ſupernaturales non educi, ſed creari; quia ſupernaturales ſint, & ideò intra nullius entis creati eminentiam concludi poſsint. Si enim capacitas naturæ ſecundùm aliquam virtualitatis eductiuæ rationem poſſet præcontinere formam ſupernaturalem, habitus ſupernaturales non crearentur, ſed extraherentur ex potentia naturæ. Quòd eſſe nouum neotericorum inuentum à communi Theologorum cætu diſſentiens, oſtendit contra Soarium, & Vazquez, Philippus Faber, *in 2 ſententiar. diſtinct. 1. quæſt. 3. diſp. 6.*

Faber cenſio

10 Nec tamen inde inferre licebit, ſupernaturale accidens euincere nobilitatem ſubſtantiæ; ſicut nec ex hoc, quòd accidens ſpirituale non præcontineatur intra eminentiam ſubſtantiæ materialis, tanquam intra ſubiectum eductionis, colligitur, accidens ſpirituale eſſe nobilius materiali ſubſtantia.

Accidens ſupernaturale nõ exuperat phyſicã nobilitatẽ ſubſtantiæ naturalis.

Hæc eſt aperta doctrina Scoti, *in 3. ſentent. diſtinct. 13. quæſt. 4. §. Ad ſecundum dico, numer. 13.* vbi ait. *Si tertio modo intelligatur, poteſt dici, quòd ſupra totum genus qualitatum nobiliſſimarum, quales ſunt iſtæ perfectiones ſupernaturales, poteſt poni, quod eſt infimum generis ſuperioris, puta infima ſubſtantia, quia totum genus ſubſtantiæ excedit totum genus qualitatis. Nec eſt inconueniens, quòd minima ſubſtantia in perfectione naturali, excedat accidẽs quodcunque; licet aliquod accidens, vt in perfectione ſupernaturali, hoc eſt, in coniungendo obiecto ſupernaturali, excedat ſubſtantiam.*

Scotus

Ex quo textu, vbi Scotus qualitates ſupernaturales vocat nobiliſsimas formas, itaut in diſputationem à pluribus vocatum ſit, an antevertant nobilitatem ſubſtantiæ? Cùm tamen innuat Doctor, excellentiam quaſi phyſicam accidentium ſupernaturalium præſtantiorem eſſe omni alia perfectione, quæ

Nõ datur relatio de tertio genere quæſitintrinſecè ſupernaturalis

non

non ſit ens ſubſtantiale; concinnè deducimus, non dari relationem prædicamẽtalem, ſiue de tertio genere relationum, quæ ſit intrinſecè, & quoad ſubſtantiam ſupernaturalis. Tum quia relatio eſt ens infimæ actualitatis inter omnes formas accidentales; ſi autem eſſet intrinſecè ſupernaturalis, exuperaret actualitatem, & præſtantiam phyſicam nobiliſsimorum accidentium ordinis naturalis. Tum vel maximè, quia relatio nequit eſſe terminus creationis; eò quòd de illius quidditate ſit actualis compoſitio ad ſubiectum; vt de mente Scoti etiam ſupra oſtendimus, *in controuerſ. 2. de Vnitate Dei, in appendice metaph. de diſtinct. entis, art. 3. de diſt. modali. ſub n. marg. 19.*

Roboratur doctrina præcedens contra Alarcon

Nec obſtant oppoſitiones Alarcon loco citato *ex 1. part. tractat. 1. de Viſione Dei, diſput. 2. capit. 4. à numer. 2. vſque ad 8.* vbi multis contendit, eſſe formas intrinſecè, & quoad ſubſtantiam ſupernaturales, relationes eas identitatis, quæ intercedunt inter duos habitus luminis gloriæ, qui ſunt eiuſdem ſpeciei; ſicut etiam ſuſtinet, habitudinem cauſæ, quam exprimit habitus luminis ad actum viſionis, eſſe intrinſecè ſupernaturalem. Omnis enim relatio prædicamentalis de tertio genere adeò modicæ actualitatis exiſtit, vt non vendicet, ad ordinem & gradum phyſicæ nobilitatis ſui ſubſtrati ſpectare; cùm quantitas, quæ eſt accidens merè paſsivum, & cui nulla alia vis actiua ſuppetit, aſſeratur cùm vi illatiua habitudinum æqualitatis, & inæqualitatis; & vbicatio etiam exprimat relationem identitatis ſecundùm ſpeciem inquantum comparatur ad aliam vbicationem; ita tamen vt reſpectus hi, quales quales formæ ſint, omnino tamen inferioris gradus exiſtãt quã ſubſtrata, à quibus inferuntur.

Relationes inter formas ſupernaturales reſultãt ſolã ſupernaturali ratione extrinſecam.

Non igitur neceſſum eſt, ad hoc quòd formæ ſupernaturales habitudinaliter comparentur inter ſe, quòd inferant accidentia realiter ab ipſis diſtincta, quæ ſint de ordine intrinſecè ſupernaturali; cùm reſpectu talium habitudinum, vel quatenus fundamenta exiſtũt huiuſmodi relationum identitatis, vel diſtinctionis, ſecundùm ſpeciem, ita ſe gerant ac ſi aliæ formæ naturalis ordinis exiſterent; pari ratione, qua licet paternitas fundans relationem ſimilitudinis ad aliam paternitatem eſſentialiter non ſit quid abſolutum, ſed relatum, vt euidens eſt; attamen in ratione fundamenti relationis ſimilitudinis ita ſe habet ac ſi res abſoluta eſſet conueniens in eſſentia cum alia. Vnde fit erit, vt relationes, quæ à formis intrinſecè ſupernaturalibus inferuntur, extrinſecè ſupernaturales, vel ſupernaturales ex parte agentis, cenſeamus; quin easin trinſecè & quoad ſubſtantiã ſupernaturales velimus.

Oppoſitiones pro ſupernaturalitate intrinſeca relationũ de tertio genere

Si verò obijcias; quòd vbi fundamentum & terminus ſunt ordinis ſupernaturalis, relatio pullulans debet eſſe eiuſdem ordinis; atqui relatio identitatis ſecũdùm ſpeciem, quæ intereſt inter duos habitus fidei, vel charitatis, habet fundamentum & terminũ ordinis ſupernaturalis; igitur.

Deinde; quòd forma merè ſupernaturalis nequit elicere terminum, qui ſit intrinſecè ordinis naturalis, & ſolã ſupernaturalis extrinſecè, vel ex parte agentis.

Reſpõdetur ad 1. obiectionem.

Dicimus; quòd relatio diſſimilitudinis, quam exprimit forma naturalis reſpectu formæ ſupernaturalis, eſt ordinis naturalis, vt euidens eſt, & tamẽ terminatur ad terminum ſupernaturalem; ſicut è contra, relatio, quam infert forma ſupernaturalis ad formam naturalem, ſpectat terminum ordinis naturalis; non igitur tradi poteſt vniuerſalis regula ad adſtruendam intrinſecam ſupernaturalitatem relationũ, quæ producatur à ſupernaturalitate fundamenti, & termini.

Diluitur altera obiectio

Ad aliam verò inſtantiam agẽtem; quòd forma merè ſupernaturalis, nequeat elicere relationem ordinis naturalis; eò quòd virtus ſupernaturalis, quà talis, non ſit poteſtas elicitiua influxus ordinis naturalis.

Dicimus, quòd id habet verum de propria productione entis abſoluti, & ſimpliciter, non tamen entis relati, & ſecundùm quid; ad emanationem enim relationis ex fundamento non exigitur proportio eiuſdem ordinis, imo neque ea vis propriè effectiua, quæ expoſcitur ad effectionem entis abſoluti; cùm concedatur materiæ primæ, quantitati, vbicationi, imo & relationi prædicamentali reſpectu alterius relationis. Aſt hæc leuia ſunt, fateor, ad quæ nos digredi quaſi compulit arguta neotericorum

ſub-

subtilitas, & quæ iure posthabuit veneranda Theologorum vetustas, iam ergo ad seria redeamus.

Graues oppositiones contra doctrinam præcedentem.

Oppositio contra creatiã formæ supernaturalis.

11 SED Instant graues oppositiones contra prædictam doctrinam. Prima agit: nullum accidens supernaturale à Deo creari; quòd suadetur eadem fermè ratione, qua ostendit Scotus, nullam formam materialem, siue substantialem, siue accidentalem, esse terminum creationis. Sic enim habet *in 4. sent. dist. 1. q. 1. §. Ideò dici potest, n. mar. 28* vbi inquit.

Scotus

Secunda conclusio est; nulla forma materialis potest creari à creatura: quæ probatur sic. Forma, quæ creatur prius naturaliter est à causa efficiente, quàm materiam informet; forma materialis non potest esse ab aliqua creatura, prius naturaliter quàm informet materiã suã vel potentiale suum, ergo.

Probatio maioris; quia si non prius naturaliter; ergo non accipit esse à causa, nisi illa actione, qua subiectum informatur. Sed illa informatio est mutatio proprie dicta, & ita non creatio.

Probatio minoris, nulla creatura potest forma materiali dare esse absolutum in se, hoc est absque hoc, quòd informet suam potentiale; quia si posset sic dare esse, posset & illud conseruare, vt realiter virtute creaturæ maneret in aliqua duratione talis forma sine materiã.

Consectarium

Formam autem materialem dico esse omnem illam, quæ ex natura sua necessariò inclinatur naturaliter vt sit actus materiæ; siue sit substantialis, siue accidentalis.

Retorquetur ad hominẽ ratio Scoti.

12 Ex qua doctrina Scoti talis contra nostram sententiam retorquetur oppositio. Quia ideo, apud Scotum nulla forma materialis, siue substantialis, siue accidentalis, creatur, sed educitur; quia omne fieri, quòd est essentialiter vnitiuum & compositiuum formæ ad suum substratum, est essentialiter fieri eductiuum: cum educi nihil aliud sit, quàm dependere à substrato in esse, fieri, & conseruari; & nulla forma materialis produci queat connaturaliter sine dependentia & coniunctione ad suam potentiam. Atqui nullum, etiam supernaturale accidens connaturaliter producitur independenter à proprio subiecto; aliàs enim & sine subiecto conseruari posset connaturaliter, quod est contra cõceptum accidentis in tota abstractione sua; eò quòd sit entis ens, siue ens alteri inexistens.

Premitur eadem ratio

Deinde; quia ex independentia in fieri apposite colligitur independentia in facto esse; & è contra; quia enim anima rationalis in facto esse non pendet a materia; ita nec in fieri. Quò fit, vt fieri animæ rationalis essentialiter non sit cõpositivum & vnitiuum illius ad materiã sed quod alia actione anima rationalis extrahatur à nihilo per creationẽ, & alia coniungatur corpori.

Impetitur creatio habitus supernaturalis.

Sed lumen gloriæ, & alij supernaturales habitus sine speciali miraculo conseruari non possent extra subiectum ergo nec sine miraculo effici queunt independenter à subiecto. At produce rentur independenter à subiecto, si fieri talium formarum essentialiter non esset coniunctio, & compositio earum ad proprium substratum; ideò enim anima rationalis producitur independenter a corpore; quia alia actione extrahitur à nihilo, & alia coniungitur corpori. Si autem lumen gloriæ crearetur; alia actione extraheretur a nihilo, & alia coniungeretur intellectui; ita vt actio creatiua sisteret quasi in forma luminis abstracta, vt ita loquar, dum abstraheretur a concretione & compositione luminis ad intellectum: igitur lumen gloriæ produceretur adinstar substantiæ per se existentis; ac proinde præternaturali ratione.

Resp. habitui supernaturali nõ est cõnaturalis expositio ad substratum naturale

13 Respondetur; lumen gloriæ, & cæteros habitus per se infusos, nec connaturali ratione produci in subiecto ordinis naturalis; nec etiam extra subiectũ. Fatemur enim, quòd si Deus huiusmodi habitus conseruaret sine subiecto talis actio esset miraculosa: tum, quia præter communes Dei leges. Tũ, quia contra naturalem conditionẽ accidentium; quorum interit actualis inhærẽtia ad subiectum.

Nec tamen ex eo producia ſſerimus quòd compoſitio luminis gloriæ ad intellectum ſit connaturalis; quia ſicut lumẽ gloriæ eſt ſupra totius naturæ ordinẽ, nec eſt forma debita ipſimet naturæ ita nec debita eſſe poteſt lumini inhærẽtia & cõpoſitio ad ſubiectũ inferioris ordinis; ſicut enim lumẽ gloriæ dicit habitudinẽ exuperãtiæ reſpectu intellectus ita & reſpectu compoſitionis ad ipſum intellectum.

Alia ſolutio probabilis

Cõfirmatur ad hominẽ.

Quod & fateri debent oppoſitæ ſentẽtiæ aſſertores, apud quos, ſicut lumẽ gloriæ nõ eſt forma cõnaturalis intellectus, ſed habitus cõgruens illi ſecũdũ facultatem obediẽtialem; ita & cõpoſitio luminis ad intellectũ, quæ per inhærẽtiã exhibetur, nõ eſt cõnaturalis, nec debita lumini, ſed obedientialis & indebita. Si enim compoſitio luminis ad ſubſtratum eſſet cõnaturalis lumini; etiã eſſet cõnaturale ſubſtratũ cõpoſitũ lumini, cũ cõpoſitio luminis ad ſubſtratum claudat ſubſtratum compoſitum formæ ſupernaturali.

Firmatur oppoſita in Pantia.

Quod oſtendi poteſt, admiſſa ea Theologorum ſententia, quæ autumat; ſubſtrato materiali ineſſe potentiam obedientialem paſſiuam, vt de abſoluta Dei potentia componi queat accidenti ſpirituali. In qua hypotheſi, compoſitio ad ſubſtratum materiale non eſſet connaturalis formæ ſpirituali; ſicut nec accidens ſpirituale refert inclinationem ad potentiam corporeã. Si enim compoſitio ad ſubſtratum corporeum eſſet cõnaturalis accidenti immateriali, etiam & ipſum ſubiectum materiale eſſet connaturale formæ ſpirituali; cũ compoſitio ad ſubſtratum corporeũ imbibat ipſum ſubſtratũ vt compartem intrinſecã talis compoſitionis.

Inſtatur ex præmiſſis.

14 Sed inſtabis; ergo lumen gloriæ & cæteri habitus ſupernaturales non petunt connaturaliter componi alicui ſubiecto; quod eſt contra conceptum communem accidentis, de cuius abſtractaratione eſt habitudo connaturalis ad ſubſtratum.

Enervatur obiectio.

Reſpondetur; id eſſe propriũ formæ ſupernaturalis, prout eſt ens ſupra naturã vt non ſit forma connaturalis ipſius naturæ, vt potequæ intra naturæ eminentiã non contenta, ſicut nec ipſi naturæ debita; in quo diſſidet à formis naturalibus, quæ intra naturalis facultatis ambitum, & virtualitatem concluduntur: imo & nos cum claſſicis Theologicæ ſcholæ magiſtris in hoc formalem ſupernaturalitatis conceptum conſtituere.

Cæterùm; quia hæc independentia à ſubſtrato obſtare videtur conceptui accidentis; addi poteſt, probabiliter, habitus ſupernaturales exprimere connaturalem habitudinem ad ſubſtrata eiuſdem ordinis; ſiue poſsibilia; ſiue impoſſibilia. Quia talis habitudo eſt relatio ex tranſcendentalibus, quæ terminũ poſſibilitatem nõ expoſcunt. Vt videre eſt in valde communi ſententia autumãte; immobilitatem vbicationis realiter metiri per habitudinem ad puncta fixa immobilia; cùm tamen talis eſſentialis punctorum affixio, & immobilitas implicatoria ſit: repugnat enim aliquid reale poſitiuum non ſubiacere mutatioui ſecundùm locum de abſoluta Dei potentia. vt patet ex Scoto ſub n. 45.

Cõfirmatur

Deinde apud Scotum, poſsibilitas logica creaturarum ita eſſentialiter & abſolutè illis congruit, vt, ſi per impoſsibile, implicaret exiſtentia Dei, adhuc poſsibilitas logica creaturarum nõ tolleretur; quæ cõſiſteret in nõ repugnãtia intrinſeca ad eſſendum, ita vt penitẽ poſſibilem nõ ſtaret, quominus produci poſſet, quãuis ab extrinſeco, & quaſi per accidens, non extraheretur ad nihilo, ob defectum principij producentis, de quo latiùs *in controuer. 12. de Ideis, in appendice metaph.* quod ideò ſit, quia connotatio principij, quã refert ens poſsibile, quatenus eſt ens ab alio, ſe gerat ad inſtar trãſcendentalis habitudinis, et non prædicamentalis; cùm tamen non omnes trãſcẽdẽtales habitudines requirãt exiſtentiam, imo nec poſsibilitatem, termini. Apud Scotum enim, & probatiorem philoſophiam, quodlibet agens phyſicum naturaliter præcontinet effectum corruptum; cuius tamen exiſtẽtia non eſt poſsibilis ex viribus naturæ, ſuppoſita lege ordinationis diuinæ & de facto. Adde, quòd materia importat naturalem habitudinem ad reunionem cum anima rationali; cùm tamen hæc iterata corporis, & animæ compoſitio ſit impoſsibilis viribus naturæ. Vnde, nec abſonum erit, connaturalem habitudinem habituum ſupernaturalium ad ſubſtrata eiuſdem ordinis pronuntiare; eſtò quòd ab intrinſeco impoſsibilia forent.

Præfertur 1.ſolutio

Hæc tamen ſolutio, licet probabilis ſit, firmior tamen apparet ea, quæ adſtruit; quòd forma ſupernaturalis, quà talis, non vendicet compoſitionem connaturalem ad aliquod ſubſtratum; vt potequæ eius functio, & cauſalitas ſit euehere ſubiectum ad eſſe eleuatum ſupra totam naturam; ſimili ratione, qua accidens ſpirituale compoſitum ſubiecto materiali, non exigit talem compoſitionem.

Opponitur, quòd lumē gloriæ dicat habitudinē cōnaturalē ad intellectum.

Si autem præterea inſiſtas; quòd ſi accidens ſupernaturale non expoſceret ſubiectum per poſitiuam inclinationem formæ in ſubſtratum, & exigentiam compoſitionis formæ ad ſubiectum, cui annectatur per inhærentiam; fieret, vt accidens ſupernaturale non eſſet vniuocè accidens cum alijs accidentibus ordinis naturalis, quæ poſitiuam referunt inclinationem ad ſubiecta.

Dilutio obiectionis.

Reſpondetur: quòd ad hoc quòd accidentia ſupernaturalia imbibant vniuocè tranſcendens prædicatum accidentis; ſufficit quòd ſint tales formæ, quibus repugnet perfectas, & quibus congruat inhæſio, ſaltim obedientialiter; qualiter ſuppetit formis ſupernaturalibus compoſitio ad ſubſtrata ordinis inferioris, intra quorum eminentiam eductiuam non præhabentur. Vnde coeunt vniuocè cum formis accidentalibus ordinis naturalis quatenus colliguntur ad hoc prædicatum entis in alio, prout abſtrahit à compoſitione ad ſubſtratum per exigentiam ſubſtrati, vel per inhærentiam obedientialem, quæ præmittit in tali forma non repugnantiam ad huiuſmodi compoſitionem cum ſubſtratis inferioris ordinis.

Inſtatur vltra.

Sed vrgebis, quòd lumen gloriæ poſitiuè inclinatur in viſionem beatificā, vt perſpicuum eſt (cùm viſio ſit connaturalis intellectui, vt compoſito habitui luminis gloriæ;) igitur & habitus luminis poſitiuè exigit compoſitionem ad facultatem intellectiuam, ſine qua non eſt compoſsibilis influxus luminis in viſionem.

Fit ſatis obiectioni.

Dicimus; propenſionem connaturalem habitus luminis gloriæ in viſionem, non ſpectare viſionem inquantum eſt operatio intellectus, vel prout refert vitam intentionalem in actu ſecundo; ſed quatenus eſt ſupernaturalis: ſub qua ratione, ſicut viſio non exprimit comparationem connaturalis formæ ad intellectum, ita nec lumē exigit connaturalem compoſitionem, ſed ſolùm obedientialem ad facultatē natiuam.

Corollariū ex prælibatis.

15 Quare, ex dictis infertur; quòd ſicut, ſi Deus accidens ſpirituale componere poſſet ſubſtrato materiali; id per diſtinctam actionem præſtaret ab ea, quæ accidens ſpirituale produxiſſet.

Quia ſicut ſpirituale accidens, ob excellentiorem eleuationemque gradum eſſendi, non poſſet præcontineri in ſubiecto materiali, tanquam in ſubſtrato eductionis; ſic nec fieri talis accidentis ſpiritualis eſſe poſſet eſſentialiter dependens à ſubiecto corporeo, nec compoſitio ad ſubſtratum corporeum.

Ita accidens ſupernaturale, prout ſupernaturale eſt, ſicut non præcontinetur intra ſubſtratum ordinis naturalis, tanquam intra ſubiectum eductionis; ſic nec fieri accidentis ſupernaturalis præfert eſſentialiter compoſitionem, & dependentiam à ſubiecto naturali; ſed talis concretio; & compoſitio præſtatur ab alia actione realiter diſtincta.

Amplior elucidatio præmiſſorum.

Quod explicatur in ea hypotheſi, quòd Deus nullam ſubſtantiam ſpiritualem creaſſet; produceret tamen accidentia ſpiritualia in ſubſtratis materialibus. In iſta igitur ſuppoſitione, accidentia ſpiritualia nulli ſubſtrato componerentur connaturaliter, ſed tantùm obedientialiter; nec etiam educerentur ex potentia ſubiecti materialis, ſed crearentur: & poſtea altera actione corporeo ſubſtrato coniungerentur. Quod exemplum, ni fallor, concinnè explanat antiquorum Theologorum ſententiam, dum reſpuunt eductionem habituum ſupernaturalium ex potentijs naturalibus; eò quòd intra illarum eminentiam nō prę habeantur.

Excurſus cō tra doctrinā Scoti ab eductione actuū ſupernaturalium.

16 Sed videtur tota præcedens doctrina corruere; ob eductionem actuū ſupernaturalium; quos tamen educi, & non creari, apertè edocet Scotus, in 1. *ſent.diſt.17.q.3.§. Ad primum reſpondeo, n.marg.34.* vbi inquit.

Scotus

Ad tertium dico; quòd actus iſte non creatur, loquendo proprie de

crea-

Scotus

creatione; tum quia reſpectu eius concurrit aliqua cauſa ſecunda actiua; creatio autem eſt ſolius agentis primi ſine cauſa ſecunda. Tum, quia hic præſupponitur aliquod receptiuum ipſius actus, puta voluntas; in creatione autem nihil ſuſceptiuum præſupponitur.

Quando igitur dicitur, quòd omne ſupernaturale creatur; ſi concedatur de omni actu primo ſupernaturali, non oportet concedere de ſupernaturali, qui eſt actus ſecundus: quia ad ipſum cõcurrit potentia creata, & in ratione actiui aliquomodo, & in ratione receptiui.

Tamen vere eſt dicere ſupernaturalis ratione formæ ſiue habitus concurrentis ad eius productionem; licet non immediatè creetur.

17 Vbi duo præſtat Scotus; & quòd ſupernaturalitas actus non congruat illi prout comparatur ad ſubſtratum eductionis, ſed ad habitum infuſum, qui nullatenus præhabetur intra cauſalitatem eductiuam alicuius principij creati; & in hoc firmat Scotus eam ſententiam de ſupernaturalitate entis, quam expendimus, ſub numer. 9. ſubijcit deinde, quòd actus ſupernaturalis non creetur, ſed educatur; quod pronunciatum labefactare videtur noſtram de ſupernaturalitate ſententiam.

Cimitarius literæ Scoti

Ex præmiſſa enim doctrina ſequens erumpit obiectio.

Obijcitur ad hominem

Actus eliciti ab habitibus per ſe infuſis ſunt ſimpliciter, & intrinſecè ſupernaturales; & tamen educuntur ex potentijs vitalibus, quæ non ſolùm ſunt ſubiecta in quo, ſed etiam ex quo, talium actuum; ſeu quod in idem recidit, non ſolùm ſunt ſubiecta inhæſionis, ſed etiam eductionis.

Atqui ſubiectum eductionis, prout à ſubiecto inhæſionis condiſtinguitur, præfert virtualem continentiam formæ educibilis; igitur actus vitales ſupernaturales præhabentur intra eminentiam facultatum naturalium. Ac proinde conceptus ſupernaturalitatis poſitus non eſt (vt contendebamus,) in hoc, quòd ſupernaturalis forma nullatenùs concludatur intra ambitum, ſeu cõtinentiam virtualem alicuius facultatis creatæ.

18 Reſpondetur; ex dictis præſentem ictum infringi; autumauimus enim, de ratione formæ ſupernaturalis, (prout ſupernaturalitatem ſibi aſciſcit,) eſſe, vt intra alicuius facultatis creatæ eminentiam in genere cauſæ materialis eductiuæ non præcontineatur.

Eliditur oppoſitio

Non tamen ivimus inficias; ſupernaturali formæ talem virtualem incluſionem in naturali principio accedere poſſe ex alia ratione, quàm ex conceptu ſupernaturalitatis. Sicut & actibus ſupernaturalibus congruit; quòd intra natiuam eminentiam facultatum naturalium præcontineantur, tam in ratione cauſæ efficientis inchoatæ, quã in ratione cauſæ materialis eductiuæ: non tamen ſub conceptu ſupernaturalitatis, ſed ſub prædicato vitalitatis, quod ab intraneo, & coniuncto principio trahitur, in quo præcontinetur. Vnde fit, vt omnes actus vitales ſupernaturales non creentur, ſicut habitus per ſe infuſi: ſed educantur ex potentia natiua facultatis vitalis.

19 Sed vrgebis; contra actuum vitalium eductionem retorqueri eamdem oppoſitionem, quæ contra habituum per ſe infuſorum eductionem militat. Quia cùm huiuſmodi actus ſint intrinſecè ſupernaturales; igitur referunt habitudinem exuperantiæ ſupra ordinem vniuerſæ naturæ creatæ & creabilis: ac proinde non concludun tur intra virtualitatem alicuius potentiæ vitalis.

Inflatur vltrà cõtra noſtrã ſententiam.

Reſpondetur; actus vitales non præhaberi eminenter, atque adeo nec educi, quà ſupernaturales, ſed quà vitales; quare ſemper ſtat; formam, prout ſupernaturalem, exuperare totius creatæ facultatis eminentiam.

Actus ſupernaturales nõ educitur quà ſupernaturales, ſed quà vitales

Simili ratione, qua obſtat enti ſpirituali, ob eleuatiorem gradum eſſendi, præhaberi eminenter intra virtualitatem agentis corporei; cùm tamen non repugnet talis præcontinentia entis ſpiritualis in agente materiali, (verbi gratia ſpeciei intelligibilis in phantaſmate corporeo,) ob aliam rationem, ob quam connexum ſit ens ſpirituale cũ agente corporeo in quarto modo perfectitatis.

Confirmatur ex Scoto.

Quod ſatis referant præmiſſa illa verba Scoti. ſub n. 16.

Scotus

Quando dicitur, quòd omne ſupernaturale creatur; ſi concedatur de omni actu primo ſupernaturali, non oportet concedere de ſupernaturali, qui eſt actus ſecundus; quia ad ipſum concurrit potentia actiua creata, & in ratione actiui aliquo modo, & in ratione receptiui.

Vbi Scotus non aperit dependentiã eductiuam actus ſecundi ſupernaturalis, nec eam producit ex ratione formæ accidentalis; cuius fieri ſit eſſentialiter componi ad ſubiectum, & ab illo pendere. Nec etiam talem dependentiam eductiuam adſcribit prædicato ſupernaturalitatis, niſi quatenus trahitur ad rationem operationis viuæ, vel actus ſecundi potentiæ nativæ, & vitalis. Ob quam comparationem, ſicut præhabetur eminentialiter, ſaltim initialiter, & inchoatè intra virtualitatem effectiuam potentiæ naturalis; (intra quam nullatenus præcontinetur ens ſupernaturale in actu primo,) ita & præcontinetur intra facultatem natiuam in genere cauſæ materialis eductiuæ. Vnde actus ſecundus vel operatio vitalis ſupernaturalis non exigit, quòd ſit terminus eductionis, quà ens ſupernaturale eſt formaliter, & præcisè; cùm vt ſic referat eleuatiorem gradum eſſendi, & habitudinem exuperantiæ ſupra totum naturæ ambitum, & virtualitatem cauſalem illius; ſed quia ſit actus ſecundus potentiæ vitalis.

Infringitur inſtantia oppoſita

Neque aliquid faceſsit illa obiectio, de omnimoda identitate ex natura rei prædicati vitalitatis cum prædicato ſupernaturalitatis in actu viſionis; quò fit, vt ſi viſio, quà vitalis eſt, præcontineatur intra eminentiam intellectus, ex cuius etiam potentialitate extrahitur per actionem eductiuam: ita etiam viſio, prout ſupernaturalis eſt, eamdem etiam actionem eductiuam non terminare nõ poſsit.

Quia, ſi hæc oppoſitio aliquid ageret, etiam obtineret, verbum mentis, prout repræſentatiuum eſt obiecti, reſpondere intellectui; eò quòd tribuatur facultati intellectiuæ, prout eſt qualitas vitalis; & prædicata vitalitatis, & repræſentationis, à parte rei non differant.

Quod etiam vrget in ſpecie impreſſa, in qua repræſentatio, & ſpiritualitas, in eamdem coincidunt formam per realem identitatem; & tamen ita abſurdè tribueretur per accommodationem phantaſmati ſpiritualitas, ſicut & intellectui imago obiecti.

Exaratur doctrina præcedens.

Vnde, ſicut non obſtante identitate ſpiritualitatis, & repræſentationis in ſpecie impreſſa, quæ à phantaſmate corporeo effectiuè elicitur; verum eſt adſtruere, phantaſmati non ſuppetere vim elicitiuam effectus ſpiritualis, quà ens ſpirituale eſt, & eleuatioris ordinis, in illa communitate, & præciſione entis ſpiritualis, vt ſic; quia aliàs conferre poſſet elicitiuè ad productionem alterius effectus ſpiritualis, qui non eſſet imago talis obiecti. Ita licet naturæ non congruat, eminentialitas præcontinentiua formæ vitalis ſupernaturalis (ſpectato ſupernaturalitatis gradu, qui euectior & eleuatior eſt ſupra totius facultatis natiuæ ambitum,) ſecus verò ob prædicatum vitalitatis. Sicut licet phantaſmati non inſit facultas ad effectionem entis ſpiritualis, quà ſpirituale eſt; congruit tamen vis inchoata ad imaginem ſpiritualem obiecti, non quà ſpiritualis, ſed quà imago eſt. Et qualiter verbum mentis, vt exprimens vitam intentionalem in actu ſecundo, non comparatur ad principium extrinſecum; & ſub ratione imaginis obiecti, non refertur ad principium viuum, ſed ad obiectum; non obſtante identitate reali vitalitatis, & repræſentationis. Ita nec abſimili ratione, ſupernaturalitas actus, quà ſupernaturalitas eſt, non connotat ſubſtratum aliquod eductionis, ſed ſolum principium extrinſecum ſupernaturale; & quà vitalis eſt, refert compoſitionem, & emanationem a principio viuo.

Et ſicut ſpecies intelligibilis (ſpectato gradu entis ſpiritualis exuperante omnem præcontinentiam virtualem entis corporei,) non præhabetur intra eminentiam phantaſmatis; præcontinetur tamen, ob prædicatum imaginis obiecti.

Ita nec actus ſupernaturalis,

quà

(qua ens ſupernaturale,) concludi poteſt intra eminentiam paſsiuam, & cauſalitatem ſubſtrati (exquo) vel eductionis entis naturalis; benè tamen ex ratione viuæ operationis, vel actus ſecundi potentiæ vitalis.

Quare ſicut ens ſpirituale, ex ratione illa eleuationis, quam exprimit ſupra ens corporeum, exigit, quòd inquantum ens ſpirituale, non præcontineatur intra virtualitatem entis corporei; quamuis illi non obſtet præcontinentia in agente corporeo ex alia ratione repræſentationis, quæ non exprimit exuperantiam eleuatioris gradus entis ſpiritualis, imo connexa eſt in quarto modo perfectitatis cum obiecto materiali, quod repræſentatur per ſpeciem ſpiritualem; ita ſuppari omnino ratione de vitalitate, & ſupernaturalitate actus ſecundi philoſophandum eſt.

Obijcitur, quòd etiã cõpoſitio actuũ ſupernaturaliũ ad facultates naturas ſit obedientialis.

2o Si autem inſtes vlteriùs; ideò habitus per ſe infuſos creari; quia illorum compoſitio ad potentias vitales non eſt connaturalis, ſed obedientialis. Sed etiam concretio actuum intrinſecè ſupernaturalium cum his facultatibus, à quibus eliciuntur, non eſt connaturalis; aliàs tales actus non eſſent formæ intrinſecè ſupernaturales, ſed naturales: ergo eſt coniunctio obedientialis; ac proinde erunt termini creationis, & non eductionis. Cùm autem actus vitales prodeant effectiuè à potentijs vitalibus; fieret, vt aliquid creatũ eſſet principium inſtrumentale creationis; quod eſt contra Scoti, & communem Theologorum mentem.

Reſp. cõpoſitio operationũ ſupernaturaliũ ad facultates naturas eſt connaturalis

Reſpondetur ex his, quæ in 2. articul. præcedentis ſubdiſtinctionis tradidimus, *ſub numer.* 17. & 20. quòd ad actus vitales, licet ſint intrinſecè ſupernaturales; datur naturalis inclinatio; eò quòd præhabeantur, ob conceptum vitalitatis, intra eminentiam facultatis viuæ, à cuius influxu, & attentione animæ connaturaliter conſeruantur: quò fit, vt compoſitio ad potentias vitales non ſit ſuis actibus præternaturalis, aut obedientialis, ſed connaturalis.

Quod diſcrimen inter actus ſupernaturales, & habitus per ſe infuſos, innititur aſſertioni ab omnibus receptæ; ſicut enim apud omnes in confeſſo eſt, potentias vitales ab intrinſeco conari in actus ſupernaturales, & non in habitus: quid mirum, quòd ob tendentiam iſtam aptitudinalem natiuam, quam potentiæ præſeferunt ad ſuos actus ſupernaturales, talis compoſitio ad naturales potentias ſit ipſis actibus, prout vitalibus, connaturalis: cùm tamen habitibus per ſe infuſis non congruat connaturalis compoſitio ad potentias.

Opponitur abſurdũ cõtra noſtram ſententiam

21 Vltimò tandem oppones ex noſtra ſententia illud abſurdum inferri, quòd omnes Angelicæ ſubſtantiæ eſſent intrinſecè ſupernaturales; eò quòd intra nullius facultatis creatæ eminentiam præcontineantur; nec in genere cauſæ materialis, nec efficientis, ſed à Deo per creationem emanent.

Obtunditur obiectum

Reſpondetur; quòd ſupernaturalitas à naturis Angelicis non remouetur ob incluſionem virtualem in aliquo principio materiali, aut efficienti creato; ſed quia ipſis connaturales ac debitæ ſint naturales formæ appetitionis, & intellectionis obiectorum naturalium, ſicut & animæ rationali: illa autem ſubſtantia intrinſecè ſupernaturalis eſſe non valet, cui debita eſt adiunctio, compoſitio ve, naturalium actuũ, proportionatusque concurſus ordinis naturalis ad producta etiam naturalia.

Alia reſp.

Vel reſpondetur aliter, quòd ideò Angelus non eſt ſubſtantia ſupernaturalis; quia illi debitæ non ſint virtutes operatiuæ, quæ ob ſupernaturalitatẽ intrinſecam, præhaberi nequeũt intra potẽtialitatẽ eductiuã alicuius entis participabilis. Sicut è cõtra, ſi poſsibile eſſet aliqua ſubſtãtia totalis, & cõpleta, cui debitæ eſſent formæ ſupernaturales vel ex cuius potentia eductiua extraherentur formæ ſupernaturales; quæ ſupernaturales; talis ſubſtantia eſſet intrinſecè ſupernaturalis.

Alia oppoſitio

22 Si verò obtrudas; ſaltim ex dictis animæ rationalis ſupernaturalitatẽ inferri; eòquòd ipſa ſit actus potẽtiæ materiali cõpoſitus; & tamẽ nec in genere cauſæ materialis eductiuæ, nec in genere cauſæ efficiẽtis, intra aliquã creatã naturam virtualiter incluſus.

Infringitur

Reſpondetur ex dictis in initio huius articuli *ſub num.* 1. quia hic non proceditur, niſi de formis ſubſtrato

indebitis,anima verò rationalis, & illius creatio debita eſt corpori vltimis diſpoſitionibus affecto,ita vt miraculoſa eſſet non infuſio talis formæ,vt inibi aſſeruimus.

Alia ſolutio valde probabilis

Subiungo etiam; quòd non implicat contradictionem,quòd anima rationalis educatur ex ſubſtrato aliquo vel potentiali ordinis ſpiritualis; ſicut nec obſtat de abſoluta Dei potentia quòd detur ſubſtantia ſpiritualis compoſita ex partibus quaſi integralibus,vel eſſentialibus. De quo nos aliqua ſupra in *controuerſ.2.de Vnitate Dei,artic.4.à num.36.vſque ad 38.inclusiuè.* Quo dato,licet talis animus eductus ex potentialitate ſubſtrati ſpiritualis, eſſet alterius ſpeciei;(eò quòd non conſtitueret aliquod totum, vel compoſitum ſub prædicato corporis, ſed ſub prædicato ſpiritus,)ſed non inferretur inde, quòd ille actus eſſet ſupernaturalis intrinſecè,eò quòd componatur ſpirituali ſubſtrato. Habetur ergo quòd non obſtet animæ rationali,vel alteri actui ſubſtantiali,qui ſit præſtantior quàm anima rationalis, quòd præcontineatur intra cauſalitatem eductiuam alicuius potentialis; ac proinde quòd actio productiua ſit actio cõpoſitiua talis formæ ad potentiam ſpiritualem. Atque adeò talis actus ſubſtantialis non eſſet intrinſecè ſupernaturalis; ſiquidem non exuperaret omnem præcontinentiam eductiuã totius ordinis naturæ.

Sed iam ad expendendã ſubſtantiæ ſupernaturalitatem tranſeamus.

Proponuntur fundamenta neotericorum contendentium poſsibilitatem ſubſtantiæ ſupernaturalis.

An ſit poſsibilis ſubſtantia ſupernaturalis?

23 DIſcuſſa ratione ſupernaturalium formarum accedit expendenda ſubſtantiæ ſupernaturalis poſsibilitas: quam neoterici aliquot defendunt, licet eam typis mandatam non reperiam. Quia Ludouicus Molina, *1.part.*

Molina.

quæſtion.12.art.5.diſput.2. & Maior, *in 4. diſtinct.49.quæſtion.4.* dubij hærent; nec conſtanter rem definiunt.

Maior.

Cui placito ſuffragari videtur Scoti pronuntiatum,quod infra *ſub num.* 45. *tranſcribimus ex 2.ſentent.diſtinction.23.quæſt.vnica,* vbi ait Scotus; quòd magis propter authoritates ſanctorum ſuſtineat;non eſſe producibilem voluntatem impeccabilem per naturã,quæ vnitiuè,vel per realem identitatem,cõtineat formam ſupernaturalem gratiæ, & charitatis.

Non fauet Scotus opinioni affirmatiuæ.

Sed non fauet Scotus opinioni affirmatiuæ;nec eleuat conſtans Scoti iudicium pro parte negatiua, quòd illi ſe adhærere pronuntiet,magis propter authoritates ſanctorum;cum potius negatiuam ſententiam firmet, & fulciat Scotus,dum eam Sanctorum teſtimonijs communitam cenſet,argumenta in oppoſitum diluens.Deinde,quòd prædictam ſententiã de improducibilitate naturæ impeccabilis,vbiq; ſuſtinet Scotus adi loca ex fide tranſcripta *à n.41.vſq; ad 45.& n.etiam 53.*

Referatur titulus quæſiti.

Circa titulum verò quæſiti, illud obſeruandum æſtimo;quòd cum intrinſecæ ſupernaturalitatis conceptum poſitum iri autumauerimus in hoc, quòd intra nullius ſubſtrati eductiuam cauſalitatem præhabeatur; ex quo ſequi videtur,vt omnino conuellatur ratio dubitandi circa poſsibilitatem ſubſtantiæ ſupernaturalis: cùm ſubſtantia, à toto genere, non connotet ſubſtratum eductionis,ſi talis ſubſtantia totalis, & integra ſit. Adhuc tamen eo dato, procedit dubium,patetque diſſertationis campus;an ſit poſsibilis aliqua ſubſtantia vendicans,à ſua ratione intrinſeca,prædicata illa formarum, quæ non præhabentur intra eminentiam eductiuæ cauſalitatis entis creati. Verbi gratia,an ſit poſsibilis ſubſtantia,quæ à ratione intrinſeca,importet virtutem ac energiam ſupernaturalem habituum luminis gloriæ & charitatis, qui ob ſupernaturalitatẽ intrinſecã nullatenus præhabẽtur intra virtualitatem ſubſtrati eductionis alicuius entis participati? vel creabilis?

Quòd autẽ ſit poſsibilis ſubſtãtia,cui ſit cõnaturale lumẽ gloriæ,& alij ſupernaturales habitus:ſuadetur ſic.

Primò:quia non apparet implicatio, cur prædicatum tale ſupernaturalitatis

cocat

1. ratio pro opinione affirmante.

coeat in identitatem cum prædicato accidentis, quod imperfectius eſt prædicato ſubſtantiæ; & cum gradu ſubſtantiæ in coniunctionem identicam conuenire non valeat. Tum vel maximè; quia de facto gradus ſupernaturalitatis formæ ſubſtantialis copulatus extat in modo hypoſtaticæ vnionis ad verbum, qui eſſentialiter eſt ſubſtantialis, & ſupernaturalis.

Cõfirmatur

Deinde; eſto quòd implicatoria eſſet integra, & completa ſubſtantia ſupernaturalis; hucuſque tamen oſtenſum non eſt, non eſſe poſsibilem ſubſtantiam aliquam partialem, ſeu per modũ actus, ſubſtrato alicui naturali partiali cohærentem, licet ſit diuerſi ordinis ab illo; ſicut & anima rationalis, quæ ſpiritualis eſt, materiali ſubſtrato cõponitur; & lumen gloriæ, qui eſt habitus intrinſecè ſupernaturalis, cõiungitur facultati naturæ intellectus.

2. ratio eſt dem nõ implicare contradictionẽ talis ſubſtantiæ poſsibilitatem.

24 Secundò proceditur; quia non perſtat repugnantiæ veſtigium, in hoc, quòd Deus intellectum aliquem immaterialiſsimum, actualiſsimumque producat, in quo tanquam in eminentiori vnitiorique facultate coniungat vim eam agendi, quæ ex intellectu, & lumine gloriæ tanquam ex duplici comprincipio partiali coaleſcit; cùm enim adæquatum illud principium viſionis, quòd ex intellectu, & lumine tanquam ex duobus compartialibus cauſis cointegratur, non præſeferat infinitudinem: non liquet, cur virtutem illam, quaſi in duobus comprincipijs diſperſam, ad cuiuſdam principij eminentiam, & vnitatem colligere non valeat? Non retenta vnitate ſpecifica inter intellectum illum creabilem, & principium iſtud adæquatum viſionis, quod ex lumine, & intellectu, tanquam ex concauſis eſſentia, & ordine diuerſis, componitur.

Quia, ſi ille intellectus nanciſceretur prædicata vitalitatis, & ſupernaturalitatis, eadem ſpecie cum his, quæ ſibi vendicat coniunctum ex intellectu, & lumine; fieri non poſſet, vt eadem diſtinctio, & compoſitio realis, intellectui illi ſupernaturali non accederet, quæ de facto competit principio viſionis. Non tamen repugnaret intellectus eſſentialiter ſupernaturalis, & vitalis; ſi vitalitatis & ſupernaturalitatis prædicata eſſent alia ſecundùm ſpeciem ab his, quæ de facto imbibit adæquatũ principium viſionis.

Fulcitur ratio præcedẽs

At, oſtendi non poteſt, ab illimitatiſsima virtualitate, & eminentia Dei trahi non poſſe alias, & alias, rationes vitalitatis, & ſupernaturalitatis, ſpecie diſsitas; igitur, nec quòd creari non valeat intellectus aliquis eleuatioris gradus, qui ſub vna ſimplicivi, agendique ratione vitali ſupernaturali, non præſeferat, quidquid de facto ſub facultatibus realiter, & ſpecie diſcretis, importat adæquatum principiũ viſionis.

Firmatur probatione Scoti. Scotus

Hæc ratio petitur ab Scoto *in* 2. *ſen. diſt.* 23. *q. vnica ſub num. marzin.* 2. vbi habet ita.

Deus poteſt facere creaturam impeccabilem per gratiam; ergo & per naturam. Antecedens patet de Angelis confirmatis. Conſequentia probatur; quia Deus poteſt facere in creatura quidquid non repugnat limitationi creaturæ: ſed non repugnat naturæ limitatæ, quòd Deus creet aliquam creaturam, in qua vnitiuè contineatur perfectio charitatis vel gratiæ. Charitas enim eſt quid finitum, ſicut & gratia & ideò non poſſunt facere creaturam in finitam, licet vnitiuè contineantur in ea & ita videtur, cùm Deus poſsit, omni creatura data, nobiliorem creare, quòd poſsit creare creaturam in tali gradu entitatis, quòd vnitiuè contineat perfectionem charitatis, & gratia.

Item ex relatis portatis.

Idem habet in Reportatis Parienſibus, *in* 2. *ſen. diſt.* 23. *q. vnica*, argument. 4. *Voluntas per gratiam poteſt fieri impeccabilis; igitur Deus poteſt facere vnam voluntatem æquè nobilem per naturam: quia ſicut poteſt creare voluntatem, & deinde gratiam, ita poteſt gratiam concreare, ita quòd voluntas contineat charitatem vnitiuè: vel aliqua natura creata poteſt continere charitatem, & gratiam vnitiuè; quia Deus poteſt facere, quod non claudit contradictionem; ſed addendo talem perfectionem voluntati, etſi eſſent idem identitate, vel vna natura cõtineret illa duo, adhuc iſta eſſet finita; quia ex finitis perfectionibus non fit aliquid infinitæ perfectionis. Et non eſſet repugnantia, quare non poſſet fieri à Deo, niſi propter infinitatem*

Scotus

igitur poteſt creari voluntas intrinſecè ita perfecta, ſicut eſt voluntas cum gratia.

25 Confirmatur; quia innegabile eſt, quemlibet intellectum creatum inchoatam initialemque vim ſortiri reſpectu Dei, vt clarè vilibilis; aliàs enim Deus, vt clarè viſus, extraheretur à tota latitudine obiecti adæquati intellectus; ac proinde fieret, vt nec de abſoluta Dei potentia Deus inſpici poſſet ab intellectu creato; ſicut & ob eamdem rationem potentia viſiua eleuari non poteſt ad viſionem Dei: quia nec initialiter conatur in obiectum intelligibile.

Cõfirmatio poſſibilitatis ſubſtantiæ ſupernaturalis.

Atqui vis iſta initialis, vt conſtituatur proportionatum principium viſionis, non expectat a Deo virtutem ſeu facultatem aliquam infinitam, ſed ſupplementum quoddam limitatæ perfectionis; quale eſt lumen gloriæ, quod nõ extrahit potentiam naturalem à proprio obiecto, cum intra proprij obiecti terminationem perficiat, & eleuet facultatem natiuam. Ergo cùm Deus potentiam quamlibet intra obiecti ambitum magis, & magis vſque in infinitum perficere poſsit; cur, rogo, obſtabit, vt facultatem aliquam intellectiuam eius actualitatis eliciat, quæ per vim natiuam conferat, quidquid ab aduentitio habitu peti potuiſſet?

Agiturquòd talis ſubſtantia non eſſet actualitatis infinitæ.

26 Arguitur tertiò; quia intellectus humanus poſſet auxilio ſupernaturalis ordinis eleuatus ſupremum Angelum comprehendere; at non contradicit abſolutæ Dei poteſtati producere mentem aliquam humanam æqualis facultatis apprehenſiuæ cum compoſito illo ex intellectu, & auxilio ſupernaturali, quod Angelum vſq; ad comprehenſionẽ percalluit: igitur nec implicabit creatio alicuius intellectus, cuius facultas natiua æquipolleat coniuncto illi, quod ex intellectu, & lumine gloriæ cõſtituitur.

Ratio tertia quod nõ implicet intellectus humanus qui à natiua vi comprehendat Angelum.

Quia ſi obſtaret, maximè ob luminis ſupernaturalitatem, quæ implicet à vi qualibet natiua & intranea exæquari ſed auxilium illud, quod humanum intellectum vſque ad comprehenſionem Angeli ſupremi eueheret, etiam ſupernaturalitatem intrinſecam præferret. Aut igitur aſſerendum eſt, Deum producere non poſſe intellectum aliquem naturalem, qui compoſiti illius ex intellectu, & auxilio ſupernaturali, acumen & pernicitatem adæquet, quod videtur friuolum; aut aſtruenda eſt poſſibilitas alicuius intellectus, qui natiua vi tantum conferat ad viſionem, quãtum intellectus noſter lumini compoſitus.

Accedit deinde; quòd non oſtenditur, quare prædicatum ſubſtantiæ ſupernaturalis, quod in Deo formaliter eminet, minus communicabile ſit, quàm prædicata, ſpiritus, viuentis, & attributa alia, ſcientiæ, charitatis, &c. Quæ licet à creaturis non participentur in ea pienitudine illimitationis, quæ Deo ineſt; communicantur tamen ſub conuenienti, & proportionata contractione.

Roboratur ratio præcedens.

Confutantur inefficaces implicationes impoſſibilitatis ſubſtantiæ ſupernaturalis.

27 ANtequam communem ſententiam, quæ poſſibilitatem ſubſtantiæ ſupernaturalis reijcit, optima Scoti probatione fulciamus; aliquæ implicationes contradictionis expẽdendæ ſunt quæ ignauiter aut inefficaciter oppoſitam opinionem adoriuntur.

Examen rationũ cõtra poſſibilitatẽ ſubſtantiæ ſupernaturalis.

Prima ratio in diſcuſsionem vocanda talis eſt; virtus apprehenſiua ſequitur naturam, cuius eſt affectio, atque adeo antecellere non poteſt modum immaterialitatis ſui ſubiecti; igitur cùm nulla ſit producibilis creatura, quæ ſit actus purus in eſſendo, ita nec in intelligendo. Ergo nequit, à ſe, & à natiua virtute, proportionari infinitæ puritati & immaterialitati Dei, non ſolùm in ratione entis, ſed etiam in ratione intelligibilis; ac proinde per facultatem natiuam nequit Deum connaturaliter intueri. Hæc ratio tribuitur Diuo Thomæ, 1. *part. quæſt.* 12. *art.* 4. quam ſequitur & propugnat Soarius, 1. *p. lib.* 2. *ca.* 9. Arrubal, 1. *p. q.* 12. *diſp.* 21. *capit.* 3. Machinus, *diſp.* 16. *ſect.* 8. §. *Tertia ratio eſt.*

1. *probatio, quæ tribuitur S. Tho.*

Defendunt illam. Soarius. Arrubal. Machinus.

Excutitur ab Scoto.

28 Sed validas patitur expugnationes, in primiſque impetitur ea, quæ producitur à proportione intellectus actuati habitu luminis gloriæ ad intuitionem Dei. Quam nobis ſuppeditat Scotus textui intra apponendo, *ſub numer. margin. 39.*

Scotus

Si hoc eſt verum; tunc nec cum lumine gloriæ, vel quocunque habitu, eſſet poſſibile creaturæ videre Deum. Quia eſſe Dei excedit modum eſſendi ipſius ſimo totum iſtud, intellectum, & habitum, & lumen. Quia ab omni ſchola intellectus lumini ſupernaturali compoſitus aſtruitur proportionatum principium viſionis; at cointegratio illa principij viſionis ex intellectu, & lumine, non adæquat ſimplicitatem, & immaterialitatem intelligibilitatis diuinæ; cùm compoſitius ſit principium iſtud proportionatum viſionis, quod ab omnibus Theologis aſſeritur, quàm ſi renuntiaretur aliquod principium phyſicè ſimplex & irreſolubile in partes realiter diſcretas; quatenùs intra nativam facultatem ambiret principium ſupernaturale, cui de facto reſpondet habitus luminis, tanquam ſupplementum ab extrinſeco principio petitum, cum reali diſcretione talis habitus à facultate intellectus, cui componitur. Ergo exilis, & infirma eſt improbatio poſſibilitatis intellectus intrinſecè ſupernaturalis quæ petitur ab improportionalitate intellectus reſpectu immaterialitatis, & ſimplicitatis Dei.

Defenſio Soarij pro ratione S. Thomæ.

29 Varia comminiſcuntur Thomiſtæ, vt ab his ſe expediant. Reſpondet Franciſcus Soarez *loco citato, numer. margin. 13.* id intercedere diſcriminis inter lumen gloriæ, & intellectum ab intrinſeco ſupernaturalem, quòd intellectus intrinſecè ſupernaturalis eſſet completum principium viſionis ex parte potentiæ: lumen verò gloriæ non eſt adæquatum principium viſionis, ſed additamentum complens initialem, & inchoatam facultatem intellectiuam.

Reſellitur Soarius.

At, quis non videat, Soarium vi oppoſitionis Scoticæ profligatum rationem Sancti Thomæ deſerere, & ad alia effugia declinare? Etenim probatio Sancti Thomæ non contendit impoſsibilitatem intellectus ſupernaturalis ſecundùm eſſentiam, eò quòd eſſet completius, aut incompletius, principium ipſo habitu luminis; ſed quia nequeat proportionari ſimpliciſsimæ & immaterialiſsimæ intelligibilitati diuinæ.

Deficit Soarius à probatione S. Thomæ

Ac magis recedit à ſimplicitate & immaterialitate Dei coniunctum illud, quod conſtituitur ex intellectu, & habitu luminis; quàm intellectus ille, qui per ſuam eſſentiam referret ſupernaturalitatem. Eò quòd intellectus, & lumen, realem, & phyſicam adeant compoſitionem; intellectus verò eſſentialiter ſupernaturalis tantùm eſſet metaphyſicè compoſitus. Ergo (ſpectata formalitate probationis Sancti Thomæ,) minorem improportionem ſortiretur reſpectu puritatis, & ſimplicitatis Dei, intellectus eſſentialiter ſupernaturalis; quàm intellectus ſupernaturalis per acceſſum formæ ab illo realiter diſcretæ; ac proinde & realiter compoſitæ.

2 defenſio fundamenti Thomiſtarum ex Arrubal.

30 Aliter prædictæ oppugnationi occurrit Arrubal *loco citato. cap. 5. numer. margin. 14.* quod proportio ea, quam exigit Diu Thomas inter facultatem cognoſcitiuam, & ipſum obiectum, quoad rationem immaterialitatis, & ſimplicitatis; tantùm procedit inter facultatem apprehenſiuam obiecti, & ipſum obiectum, prout apprehenditur à tali facultate; non tamen inter principium efficiens non cognoſcitiuum, vel non apprehenſiuum, & obiectum illius. Vnde accedit, vt maior proportio exigatur inter intellectum nativa vi apprehendentem Deum, & ipſum Deum apprehenſum; quàm inter lumen gloriæ, & ipſum Deum. Quia lumen gloriæ, licet ſit principium proportionatum elicitiuum viſionis, attamen non eſt ſubſtratum viſionis ab illa denominatum intrinſecè; ſicut enim lumen gloriæ non recipit viſionem, vt cauſa materialis eius, ita nec denominatur à viſione; tanquam à forma intrinſeca; quare nec Deum inſpicit. Quò fit, vt non expoſcat eam proportionem cum Deo in ratione immaterialitatis, & ſimplicitatis, quam exigit facultas intellectiua; quæ non ſolùm eſt principium viſionis in genere cauſæ efficientis, ſed etiam in genere cauſæ materialis, & etiam ſubſtratum denominationis; cùm conſtituatur intellectus, ac denominetur, *videns Deum*, à forma viſionis illi intrinſecè compoſita.

Cellitur iudicium Petri de Arrubal

31 Verùm; ista, licet fucum quemdam ingeniositatis exhibeant; inania tamen apparent & futilia. Quæ certo certius est, intellectum compositum lumini esse proportionatum subiectum denominationis respectu visionis; licet enim intellectus, vt coniunctus lumini, (reduplicatiuè loquendo) non denominetur à visione; seu quòd in idem recidit, licet compositio illa luminis, & intellectus, siue nexus vtriusque concausæ non denominetur, *videns Deum*: cum talis cognitio non sit vitalis, vt potequæ non pendens a conatu, & attentione animæ, ac proinde nequeat esse subiectum operationis viuæ (vt viua est formaliter;) qualis est visio. Attamen, intellectus lumini coniunctus (specificatiuè loquendo, id est natiua facultas, quæ lumini composita exstat, licet non prout subit compositionem,) est proportionatum materiale, & subiectum denominationis formæ visionis: proportionatè enim Deum videt ea facultas, quæ habitui luminis coniungitur. Igitur intellectus lumini compositus, qui est subiectum visionis, a qua denominationem videntis accipit, non est facultas improportionata secundùm rationem simplicitatis, & immaterialitatis cum obiecto visionis.

Impugnatur Arrubal 3.

Sed intellectus est compositum quoddam metaphysicum; ergo ad proportionatum attingentiam Dei in ratione obiecti clarè visi non requiritur, (vt contendebat Sanctus Thomas,) quòd facultas apprehensiua, & quæ est subiectum denominatum a visione, sit in eodem gradu puritatis & immaterialitatis cũ Deo: liquidem Deus, tam in ratione entis, quã in ratione intelligibilis, omnem compositionem ablegat.

Deinde; intellectus, vt compositus visioni, attingit proportionatè immaterialitatem & puritatem Dei, tam in esse entis, quàm in esse intelligibilis, tãquam subiectum denominationis; igitur tendentia apprehensiua, & obiectũ apprehẽsu, nõ debẽt eũdẽ simplicitatis & immaterialitatis gradũ nãcisci. Siquidè intellectus, vt actualiter, & vitaliter tẽdens in Deum per notitiam apprehensiuam, & vt subsistratum denominatum a forma visionis, inuoluit physicã cõpositionem ex actu intellectionis & facultate intelligendi.

Alter placitũ circa implicationem subsistentiæ supernaturalis. Machinus Arrubal.

32 Secunda ratio implicationis possibilitatis subsistentiæ supernaturalis assignatur a Machino, 1. *part. disp. 16 sect. 8. §. Aliter etiam à priori probari potest conclusio.* Quã etiam insinuat Arrubal, *disp. 21. cap. 6. num. 20.* quæ talis est.

Cùm supernaturale referat habitudinem excellentiæ ad naturam; id erit intrinsecè supernaturale, quod euincit, & præcellit totius naturæ conceptum. Sed natura, apud Aristotelem, est principium motus & quietis; igitur id erit ens intrinsecè supernaturale, quod exuperat principium motus & quietis; seu cui repugnat adire operationem realiter distinctam a facultate operatiua; vel quiescere ab influxu etiam realiter distincto à principio agendi.

Quid exprimat natura inquãtũ exuperatur ab ente supernaturali

Atqui, implicat aliquod ens creabile, cui non congruat esse principium motus & quietis; aliàs enim dari posset aliquod ens finitum, cuius essentia esset sua operatio, sicut Deus: cùm ab infinitudine Dei per essentiam trahatur, vt non sint in Deo aliud, & aliud, vis operandi, & actualis operatio; igitur, & contradicit conceptus supernaturalitatis substantialis.

Enervatur præcedens ratiocinandi

34 Sed hæc ratio, dum aperit conceptum supernaturalitatis per habitudinem excessus ad naturam in ea acceptione vsurpatam; manifestè falsum assumit. Fieret enim, vt omnes habitus per se infusi non essent intrinsecè supernaturales; eò quòd, si diffinitio naturæ ad eam latitudinem extenderetur, vt sit principium cuiuslibet operationis reali

ter

atur propositio inter tudinem prehensiuã m lumine gloriæ ipsum eum

ittera cõfutio ostensis proponit inter libertũ de ominatũ à isione & citatem ipsam.

ter conditæ à principio operante: cùm habitus per ſe infuſi ſint vera, & realia principia actuum ſupernaturalium, ſequeretur, quòd eſſent naturales facultates.

Occurſus pro expoſitione naturæ inquãtũ eſt infra eſſentiam entis ſupernaturalis

35 Si autem occurras; ſupernaturale non compararia ad naturam in ea vniuerſalitate, quam vſurpat Machinus: eò quòd profligetur propoſita inſtantia habituum ſupernaturalium: ſed inquantũ accipitur pro principio cuiuſlibet operationis immanentis, ſiue ſpiritualis, ſiue corporeæ, quam diffinitionem tradit Ariſtoteles, 2. *de Anima, cap.* 1. Quò fit, vt ſupernaturale, inquantùm exprimit connotationem naturæ, quam exuperat, accipiendum non ſit in ea contractione, ita vt ſolùm præcellat naturam corpoream; aliàs enim Angeli, & accidentia quælibet ſpiritualia præferrent ſupernaturalitatem intrinſecã. Nec ſupernaturale, vt eſt ens ſupra naturam, etiam accipi debeat, vt comparetur ad ſolam naturam creatã; quia fieret inde, vt quælibet natura creabilis eſſet intrinſecè ſupernaturalis; quod eſt abſurdum.

Natura vt eòdiſtingui turabeat ſupernaturali eſſe principiũ operationis immanentis, apud aliquos recentiores

Quare, reliquum eſt, vt ſupernaturale, (inquantùm inferens habitudinem excellentiæ ſupra naturam) connotet eam in tali communitate & abſtractione; quæ exprimat principium operationis immanentis. Quia tamen dari non poteſt aliqua res creata, quæ non ſit principium alicuius operationis immanentis, ſiue ſpiritualis, ſiue corporeæ; ita implicat aliqua res, quæ non ſit natura. Cùm autem ſupernaturale importet comparationem exceſſus ſupra omne id, quod eſt natura; fit, vt nihil, quod ſit principium actionis immanentis, pronuntiari queat ens ſupernaturale.

Expugnatur ratio naturæ acceptæ vt eſt principium actionis immanentis ſupernaturalis

36 Præcedentem doctrinam diffusè confutat Herice *loco citato, capit.* 2. *numer.* 18. ſe breui hac ratione expugnatur. Quia etiam habitus per ſe infuſi ſunt principia actionum immanentium, cũ aliciant intellectiones, & appetitiones ſupernaturales: igitur nõ erunt formæ ſupernaturales.

Inſ. 1.

Dices, actus vitales nõ attingi ab habitibus per ſe infuſis, quatenus immanentes & vitales; ſed quatenus ſupernaturales.

Excluſio inſtãtiæ

Sed contra; quia ad rationem naturæ, vel principij naturalis in forma accidentali non requiritur, quòd producat actus immanentes, prout vitales ſunt; aliàs enim fieret, vt ratio naturæ non congrueret habitibus naturalibus, qui etiam non attingunt actus, prout referunt conceptum vitalitatis, cùm habitus naturales non ſint qualitates vitales: igitur ad rationem naturæ ſufficit, quòd ſit principium actionum immanentium; ac proinde habitus per ſe infuſi erunt naturales.

Alia oppoſitio

Occurres deinde; diffinitionem naturæ à Philoſopho traditam non expendere rationem accidentis, ſed tantùm naturæ ſubſtantialis; ac proinde à nobis inſcitè ex tali diffinitione produci, habitus per ſe infuſos eſſe ordinis naturalis; eò quòd ſimul cũ potentijs ſint principia motus vitalis.

Diluitur

Reſpondeo; quòd ſi liceat diffinitionem Ariſtotelis, quæ aperit naturam quatenùs eſt principium motus phyſici, & ſenſibilis abſque vllo fundamento ad Theologicas diſſertationes de poſsibilitate entis ſupernaturalis transferre, quæ in Ariſtotelis vel cerebrum, vel ſomnium nec à longè inciderunt, cur integrum etiam nobis non erit, ex eadem diffinitione oppoſitam ſententiam adoriri? Dum agimus, quòd ſi natura (prout opponitur toti ſeriei ordinis ſupernaturalis) eſt principium influxus realiter diſtincti à principio operante; habitus infuſi attinebunt ad ordinem naturæ, eò quòd ſint comprincipia ſimul cum potentijs motuum vitalium.

Inſtatur vltra

Præterea; quòd ſi prædicta ratio, quæ ex naturæ diffinitione producitur, de ſola natura ſubſtantiali procederet: inſufficiens eſſet; ſiquidem nõ redderet rationem, cur implicatoriæ eſſent facultates intellectiuæ & appetitiuæ ſupernaturales? Quæ in communi Thomiſtarum ſchola ſunt potentiæ accidentales, ſeu accidentia de prædicamento qualitatis.

Scoti textus ad firmandam doctrinam præcedentem.

37 SED Libet vice coronidis textum Scoti adijcere; ex quo, tanquam ex locupletissima penu plures alias oppugnationes præmissarum rationū, quas confutauimus; eruere liceat. Sic igitur inquit Scotus *in 4. sententiar. distinct. 49. quæst. 11. § Respondeo, num. marg. 3.*

Scotus

Quidam doctor sic assignat ad hoc talem rationem. Nihil cognoscitur nisi per hoc, quod cognitum est in cognoscente, per modum cognoscentis, vel per modum naturæ suæ; ergo cognitio est in cognoscente per modum cognoscentis. Ex hoc sequitur sic; si modus essendi naturæ cognitæ excedit modum essendi ipsius cognoscentis; necessarium est ipsā cognitionem esse super naturam cognoscentis. Nunc autem modus essendi ipsius Dei excedit omnem creaturam, quia ille non potest esse modus essendi alicuius creaturæ; si ergo alicui creaturæ conueniat cognitio Dei, hoc erit supra modum naturalem cognoscendi creaturæ.

Fundamētū Thomistarū apud Scotum.

Nerues oppositionis Scoti contra fundamētū præmissum

38 *Respondeo ad primam rationem primæ opinionis; quando dicitur; quòd nihil cognoscitur nisi per hoc, quòd cognitum est in cognoscente; concedatur suo modo essendi (in) scilicet per speciem obiecti, vel per habitum secundùm alios, vel per actum, non curo. Quando autem additur, quòd cognitum est in cognoscente per modum naturæ suæ; ex hoc habemus tantùm, quòd cognitio est perfectio proportionata naturæ cognoscentis, & quòd per cognitionem obiectū est proportionatum naturæ cognoscentis.*

Vrgentur vltra.

Et quando dicitur, quòd si modus naturæ cognitæ, &c. Illud argumentum si debet valere, valet in virtute istius propositionis; quòd sicut se habet modus essendi cognoscibilis, ad modum essendi ipsius cognoscentis; sic se habet intelligibilitas cognoscibilis ad cognoscentem. Sed hoc est falsum; quia cognitio potest esse obiecti alicuius habentis in se modū essendi superiorem, quam sit modus essendi ipsius cognoscentis.

Premit in cognitione Angeli superioris

Immo si est verum; oportet secundū hoc concedere; quòd Angelus inferior nō posset cognoscere superiorem; quia modus essendi superioris excedit modum essendi ipsius inferioris.

Valida ratio ad hoc nemo

39 *Præterea. Si hoc est verum, tunc nec cum lumine gloriæ, vel quocunque habitu, esset possibile creaturæ videre Deum. Quia esse Dei excedit modum essendi ipsius; immo totum istud, intellectum, & habitum, & lumen.*

Inter obiectū & potentiā nō exigitur æqualitas, sed proportio

Et ideò dico, quòd inter obiectum, & potentiam non oportet esse æqualitatem; sed quandam proportionem. Talia autem, inter quæ requiritur sola proportionalitas, possunt esse maximè dissimilia; vt patet de materia, & forma: similiter de actiuo, & passiuo.

Proportio obiecti & intellectus est proportio motiui ad mobile

40 *Sic est hic. Non enim requiritur inter obiectum, & intellectum, nisi proportio motiui ad mobile; obiectum enim se habet per modum mouentis potentiam: & inter talia magis requiritur dissimilitudo, quàm similitudo. Potētia enim capax est operationis tantùm respectu huius obiecti; & ideò proportionatur, si potentia est ex se elicitiua, sicut terminus operationis, & operatio: non sicut proportione quantitatiua, æqualia. Hoc similiter patet in alijs, ens ordinatum ad finem suum proximum, habet proportionem immediatam ad illum & tamen distat in infinitum à fine; nec tamen impedit hoc proportionem eius, quod est ad finem. Ad illud genus proportionis pertinet proportio obiecti, & actus.*

Rationes Scoti cōcludūt, & profligant

Hucusque Scotus, eo acumine rem discutiens, vt ad expugnationem modi sentiendi Thomistarum, de æqualitate immaterialitatis, & actualitatis inter cognitionem, & obiectum satis superque præstet; itaut Scoti rationibus nemo prodignitate, satisfecerit.

Op-

Optima Scoti ratione oſtenditur implicatio ſubſtantiæ ſupernaturalis.

Ratio præcipua obqua implicet ſubſtatia ſupernaturalis

41 PErſpicax Scoti ingeniũ eam præſtitit huius implicationis rationem, quæ ab omnibus ferè neotericis præfertur aliis hucvſque excogitatis; ſuppreſſo tamen Scoti nomine. Eam verò nobis tradit Scotus in ſuis collationibus, vndecima collatione, vbi diſquirit: *Vtrum ad hoc, quòd intellectus noſter videat Deum in præſentia, requirat lumẽ infuſum?* Cæterùm; quòd impoſsibilis ſit ſubſtantia, cui ſint connaturales habitus per ſe infuſi; diſertè, breuiter tamen, expenditur à Doctore ſubtili, *in 4. ſentent. diſtinct. 49. quæſt. 11.* vtet que tamen locus lectoris obtutui obijciendus.

Scotus

Sic ergo habet *in collatione vndecima. §. Contra; quòd non requiratur illud lumen ad diſponendum intellectum, ſub numer. 4.* editionis Cauelli.

Scotus

42 *Nec etiam videtur, quòd illud lumen requiratur ad diſponendum intellectum in agendo; quia illud lumen erit totale principium agendi; aut partiale? Non totale; quia facit vnum per accidens cum intellectu, & ſic intellectus diceretur actiuus per illud, quod facit vnum per accidens cum eo: & erit formale principium intellectui ad agendum, quod eſt ſibi accidentale. Et ſic nõ plus dicetur, quòd intellectus intelligit in patria, quã quòd lignum calefaciat; quod verũ eſt per accidens, quia per calorem, qui ſibi accidit.*

Lumẽ nõ eſt totale principium viſionis

Ratio inoppoſitum.

43 *Nec eſt etiam principium partiale reſpectu actus intelligendi in patria; quia tunc requireretur propter imperfectionem actiuitatis intellectus: igitur, ſi fieret intellectus perfectior à Deo, & maioris actiuitatis, ille ſine tali lumine immediatè poſſet videre eſſentiam Dei.*

Aſſeritur expreſſe ſupernaturalitas in charitate

44 *Contra. Charitas eſt perfectio, & forma ſupernaturalis, & tamen voluntas immediatè ſine aliquo diſpoſitiuo recipit eam; ſic de fide reſpectu intellectus; ſic etiam de lumine illo gloriæ, quod ponitur ſupernaturaliter infuſum: ergo, licet actus intelligendi in patria non ſit naturalis, ſed ſupernaturalis; ipſe poterit recipi in intellectu ſine medio diſpoſito.*

Fit in fide, & lumine gloriæ

Ad aliud dico; quod conſequentia illa non valet: ſicut quantumcũq; augmẽtetur virtus etiam voluntatis creatæ nũquam ſupplebit actiuitatem gratiæ, & charitatis: tunc enim eſſet per naturam impeccabilis.

Enodatio quæſti

45 Textus *ex 4. ſent. diſt. 49. q. 11. Vtrùm homo ex puris naturalibus poſſet conſequi beatitudinem? ſub num. marg. 2.* vbi habet.

Ratio aſſertionis.

Præterea: perfectio inferioris poteſt contineri in ſpecie ſuperiori; ſed habitus mediante quo poteſt potentia ad actum beatificum, cùm ſit accidens, dat quamdam perfectionem potentiæ: fiat ergo aliquis intellectus, qui contineat perfectionem intellectus inferioris, & illius habitus, mediante quo poteſt in operationem. Ergo ille poteſt in operationem beatificam ſine habitu; & ſic talis ex puris naturalibus ſaltem attinget beatitudinem.

Scotus

Ratio inoppoſitũ pro poſſibilitate intellectus ſupernaturalis.

Cui obiectioni reſpondet Scotus, *ſub numer. 12. in fine quæſtionis*, in hæc verba. *Ad aliud dico, quòd aliqua perfectio inferioris poteſt contineri in ſuperiori; aliqua verò non. Quia ſi fieret, ſũma voluntas, eodem modo ſe haberet ad beatitudinem, ſicut infima, quia vtraq; eodẽ modo ſe habet ad ſuã beatitudinẽ; licet illa ſit maioris beatitudinis capax. Et tunc, vt ſic conſiderando vtramque, præter habitum illum, tunc ſumma eſt ſimpliciter magis imperfecta, quia quãtò aliquid eſt aptum ad maiorem perfectionem, ſi ea careat, tantò eſt imperfectius.*

Dilatio obiectionis

Vbi mens Scoti eſt; quòd perfectio ea, quæ eſt ſupra naturam, qualis ea exiſtit, quam ſibi vendicant habitus lũminis, & charitatis, per nullam potentiam congruere poteſt connaturaliter alicui intellectui, & voluntati creabili; vnde manifeſtè deducitur, nõ poſſe produci ſubſtantiam aliquam, cui connaturalis ac debita ſit beatitudo: ſic interpretatur Scotũ Hugo Cauellus in margine huius loci.

Elucidatio textus

Ne autem ſcrupulum excitent verba illa Scoti. *Licet illa ſit maioris beatitudinis capax.* Vbi innuere vide-

Scotus

tur

Qualiter voluntas perfectior ſit capax maioris beatitudinis

tur, perfectiorem voluntatem eſſe capacem maioris beatitudinis, quàm imperfectiorem, data ſupparitate habitus ſupernaturalis immiſsi. Ibi nomine *maioris beatitudinis*, non intenſior, ſed immaterialior, & perfectior fruitio vſurpanda eſt: iuxta ea, quæ aſſerimus in fra *in præſenti controuer. diſt. 3. ſubdiſtinct. 1. art. 3.* Vbi; an maior gradualitas & perfectio viſionis petatur ab habitu, vel à potentia? Agimus enim à nobiliori potentia, data paritate habitus immiſsi, efflueret præſtantiorem vel perfectiorem viſionem; ſed non intenſiorem.

Reboratur doctrina præced. per ſpicuo teſtimonio Scoti.

Adde etiam Scotum *in 2. ſentent. diſtinct. 23. quæſt. vnica. §. Item ſecundò arguo ſic, ſub num. mar. 7.* Vbi ait.

Teneo igitur, propter authoritatem magis, quòd Deus non poteſt facere voluntatem rationalem impeccabilem per naturam, ſed per donum ſupernaturale.

Ad primum; verum eſt, quòd Deus poteſt facere corpus, quod non poteſt deordinari in ſuo motu deordinatione culpabili; quia corpus tale non poteſt eſſe ſuſceptibile peccati, vel culpæ ſicut voluntas: non tamen poteſt facere corpus, quod non poſſet moueri difformiter; nec cui repugnet neceſſariò ex principio intrinſeco, difformiter moueri, ſi Deus velit illud ſic mouere.

Qualiter poſſibilis Aug. ſit impeccabilis iuxta hypotheſim Anſelmi

Et per ſimile, voluntas, quæ ex natura ſua creatur libera, non poteſt creari, quin natura ſua dimiſſa, poſſet ſe mouere ſic ordinatè, vel aliter; vel quin poſſit ſic moueri, & contrario modo, quantum eſt de ſe; niſi imaginetur vnus Angelus, ſicut fingit Anſelmus, de caſu diaboli, quòd primò eſſet quæd im natura, & deinde daretur ſibi affectio commodi ſine ratione; tunc iſta voluntas non eſſet capax peccati, niſi daretur ſibi plus: ſicut etiam eſt in freneticis, & in habentibus vſum rationis perpetuò impeditum. Talis enim non eſt capax peccati, nec actus meritorij cum illis circunſtantijs; ſed quæſtio intelligi debet de habente voluntatẽ & ſimul vſum rationis.

Explanatio cuiuſdam obiectionis Scoti.

46 Verùm; præſentis aſſerti probatio petenda eſt ab illo loco collationis vndecimæ; ex quo talem inſtruo rationem. Si eſſet poſsibilis intellectus aliquis, qui intra facultatem natiuam eſſentialiter imbiberet vim ſupernaturalem luminis: etiam poſsibilis eſſet voluntas, quæ, à ſua quidditatiua ratione, nanciſceretur vim operatiuam habitus charitatis; cùm eadem ſit vtriuſque ratio. Ergo poſsibilis eſſet aliqua voluntas creata eſſentialiter impeccabilis; quod merito tanquam implicatorium reſpuit Scotus. Quia ſicut charitati contradicit quilibet influxus peccaminoſus, vt ab habitu ſupernaturali; ita & facultati illi natiuæ, quæ, à ſua quidditate, nacta eſſet vim operandi eiuſdem habitus ſupernaturalis.

Occurſus

Dices; quòd ſicut non implicat habitus charitatis, cui contradicat influxus peccaminoſus, vt a tali principio ſupernaturali effluens; ita nec obſtare videtur productio alicuius facultatis appetitiuæ ſupernaturalis, quæ etiam eſſentialiter explodat omnem obliquitatem, & deuiationem à regula rationis.

Obiicitur

Sed euaſio iſta friuola eſt; euidenterque obſtruitur penſato diſcrimine quod intercedit inter habitum charitatis, & potentiam quamlibet volitiuam ſupernaturalem. Ideò enim non implicat impeccabilitas habitui charitatis, quia charitas non eſt aliqua natura rationalis, ſeu facultas libera, ſed potiùs ſupplementum quoddam appoſitum facultati volitiuæ ad adeundam cauſalitatem reſpectu actuum ſupernaturalium; voluntas verò quidditatiuè ſuper naturalis eſſet impeccabilis; eò quòd in ſua ratione eſſentiali, tanquam in forma eminentiori imbiberet cauſalitatem habitus charitatis, cui repugnat influxus peccaminoſus, vt elicitus a principio ſupernaturali. Et etiam eſſet peccabilis; quatenus eſſet principiũ liberũ realiter cõdiſceretum à regula & dictamine rationis.

Vnde patet defectum impeccabilitatis per naturã.

Quia illa ſola facultas appetitiua eſt impeccabilis per eſſentiam; cuius operatio eſt ipſamet regula operandi, ita vt dictamen rationis ſit eademmet realitas & ſubſtantia cum forma appetendi; quò fit, vt contradictoria ſit deuiatio a regula rationis, ſicut & ſeparatio realis inter dictamen intellectus, & inclinationem voluntatis, ob ſummam identitem.

Atqui, identitas realis inter actum impulſus, & dictamen intellectus, eſt ita propria Deo, vt nulli ſubſtantiæ

crea-

Identitas realis inter iudicium, impulſum volitionem, & ipſum Deum.

creatæ de abſoluta Dei potentia cohærere poſsit: quia ſicut ab infinitudine Deitatis, & à ratione actus puri trahitur, vt facultas volitiua ſit eademmet volitio realiter, ita ab eodem conceptu accipitur, vt actualis volitio, & actualis propoſitio dictaminis intellectus coeant in eamdem Dei ſubſtantiam per ſummam identitatem realem. Sed euidens eſt, implicare contradictionem ens aliquod creatum, quod ſit illimitatum ſecundùm eſſentiam; ergo, & quòd eam adeat volitionis formam, quæ per cõiunctionem identicam ſit ſua regula ſeu dictamen rationis.

Vrgetur ratio in ſententia Scoti.

At, abſque identica coniunctione operationis volitiuæ cum dictamine rationis, non eſt intelligibilis eſſentialis coniunctio, ſeu compoſitio volitionis cum dictamine rationis, ita vt illi contradicat ſeparatio obliquitatis ſeu deuiationis (cum nec viſio beatifica, apud Scotum, inferat neceſſario fruitionem, & repugnantiam ad peccandum) igitur implicat creata voluntas per ſuam eſſentiam ſupernaturalis, & impeccabilis: ſicut & cõtradicit voluntas creata identificata cũ regula rationis, & iudicij practici ad operandum.

Cõfirmatur ex Scoto.

Quam probationem haurimus ex Scoto *loco citato ex 2. ſentent. diſt. 23. quæſt. vnica. §. Dicitur ad quæſtionem n. marg. 6.* vbi ait.

Scotus

» *Omnis voluntas, quæ non eſt ſua regula, nec neceſſariò eſt conformis regulæ ſuæ, poteſt deficere in rectitudine; ſed* » *omnis voluntas creata derelicta naturæ* » *ſuæ eſt talis, vt patet.* Scotus autem vocat voluntatem *ſuæ naturæ relictam*; quamcunque voluntatem creabilem abſque aduentitio habitu ſupernaturali.

Corollarium ex pronuntiato Scoti

Ex quo Scoti pronuntiato producimus, quòd nulla natura libera ſupernaturalis poſsit deficere à ſupernaturali regula rationis; nec quoad peccatum commiſsionis; nec quoad peccatum omiſsionis; eò quòd peccatum omiſsionis omnino incompoſsibile ſit cum poſitiua, & exercita operatione voluntatis ſupernaturalis realiter identificatæ vel neceſſariò connexæ cũ ſupernaturali regula rationis præſcribẽtis ad impletionem præcepti.

Altera etiam noſtræ ſententiæ efficax comprobatio eſt; quòd ſi voluntas ſupernaturalis eſſet peccabilis, peccatum, vt peccatum, eſſet ordinis ſupernaturalis, de quo infra n. 51.

Quid in re Baſolius.

Cæterùm; quòd nec de abſoluta Dei potentia dari queat voluntas creata per naturam impeccabilis; ex antiquis Scoti aſſeclis latè, & ex inſtituto perſequitur Baſolius, *in 2. ſentent. diſt. 23. quæſtion. vnica*, vbi quærit. *Vtrum Deus poſsit facere aliquam voluntatem impeccabilem per naturam?* Quia, ſicut charitas, ſi abſtracta à ſubſtrato ordinis naturalis operari valeret, nil niſi ſupernaturale efficeret: ac proinde nullam peccati labeculam ſuſtinere poſſet, quæ modo ei à liberi arbitrij labilitate accedit; ita ſi poſsibilis eſſet voluntas ſupernaturalis quoad ſubſtantiam, nil illi potentiæ ſpectantis ad ordinem naturæ ſuppeteret, cui deficiens, & peccaminoſa actio adſcribatur.

Occurſus vt potior quòd voluntas ſupernaturalis peccatum ageret influxu ſupernaturali

Nec dici poteſt, quòd voluntas ſupernaturalis, dum labereturin culpam, non ageret influxu ſupernaturali; ſed naturalis ordinis.

Executitur, & expenditur præmiſſum pronuntiatum.

Quia ſicut habitus ſupernaturalis quoad ſubſtantiam, verbi gratia, charitas, non refert potentiam phyſicam ad eliciendum influxum ordinis naturalis, cùm eſſentialiter ſit virtus ſupernaturalis, ſicut vis calefactiua eſt ad calefaciendum; ita licet imperare queat actus naturalis tantùm honeſtatis, eos tamen immediatè elicere nequit, cùm nõ ſit principium nec poteſtas ad actus naturales, ſed ſupernaturales; quod pari ratione pronuntiandum eſſet de ſubſtantia intrinſecè ſupernaturali, cui non congrueret phyſica virtus ad influxum ordinis naturalis; de quo iterum, ſub num. 51.

Præcluſa fuga.

Et licet habitus charitatis quatenus compoſitus voluntati ordinis naturalis elicere valeret influxum ordinis naturalis; id tamen obſtaret principio omnino ſupernaturali, & nullatenus conjuncto alteri comprincipio naturalis ordinis. Nec etiam poteſt quis voluntariè comminiſci, quòd ſubſtantia ſupernaturalis ob eleuatiorem gradum entis poſſet producere effectus ordinis naturalis; quia aliàs habitus charitatis poſſet eſſe connaturale principium albedinis, &c.

Quare ſicut contradicit, quòd à principio naturali, vt naturale eſt, & quatenus non euehitur à comprincipio ſupernaturali; effluat influxus intrinſecè ſu-

per

pernaturalis; ita & implicat, quòd a principio ſupernaturali, vt ſupernaturali quoad ſubſtantiam, & quatenus non coniungitur alicui comprincipio ordinis naturæ, eliciatur influxus naturalis. Aut igitur, peccatum, vt peccatum, eſt quid ſupernaturale; quatenus, vt importat deformitatem moralem, comparabile non eſt ad aliquod principium, quod ex hypotheſi, non ſit merè ſupernaturale; aut natura intellectualis eſt eſſentialiter impeccabilis, ſi ſit ſupernaturalis eſſentialiter.

Alia oppoſitio, quod noſtra ratio nō militet in peccato omiſſionis

Nec etiam præſtat occurrere; quòd hæc ratio procedat tantùm in peccato commiſſionis, non tamen omiſſionis; quod intelligi valet cum ſolo voluntario interpretatiuo & implicito, abſque explicito & formali; quod neceſſariò exigat poſitionem actus incompoſſibilis cum adimpletione præcepti.

Eliditur obiectum

Quia eſto quòd ſuſtineri poſſet interpretatiuum voluntarium in peccato omiſſionis, abſque omni actu poſitiuo voluntatis; adhuc vrgeret obiectio de tali moralitate omniſſionis; quòd refunderetur in principium ſupernaturale vt principium ſupernaturale eſt. Quia licet aliqui autument; actum ſupernaturalem vitiari poſſe; at non per habitudinē ad ipſum principium ſupernaturale, quà ſupernaturale.

Cōfirmatur noſtrū aſſertum Ioa. ep. 1. c. 3.

Quod haud leuiter confirmat illud Ioannis *Epiſtol. 1. capit. 3. Qui natus eſt ex Deo peccatum non facit, quia ſemen ipſius manet in eo, ſed nec peccare poteſt, quoniam eſt ex Deo natus.*

Franc. Titelmanus

Quæ verba eò ſpectant, vt homo ſecundùm natiuitatem, vel generationem ſupernaturalem rectè non operari nequeat, itaut moralis lapſus refundatur in principium ſupernaturale; quod innuit noſtri Titelmani Haſellenſis elucidatio in hunc locum. *Omnis qui ſpirituali generatione eſt filius Dei, quatenus eiuſmodi, peccare non poteſt.* Pēde illa verba; *quatenus eiuſmodi.*

Oppoſitiones contra fundamentum Scoti & amplior elucidatio veræ ſententiæ.

47 SED Obijcies contra prædictam argumentationem; ignauiter inferri ex impeccabilitate voluntatis creatæ ſupernaturalis, illius coniunctionem identicam, inter actum talis facultatis appetitiuæ, & iudicium rationis; cùm poſsibilis ſit impeccabilitas per naturam cum reali diſcretione, tàm actuū facultatis appetitiuæ inter ſe, quā cū dictamine rationis; vt videre eſt in impeccabilitate Chriſti Domini, & beatorum.

Obijcitur 1. contra rationem Scoti.

Reſpondetur; data impeccabilitate Chriſti Domini, ob hypoſtaticam coniunctionem; ſuppoſitaque impeccabilitate beatorum, ob viſionem beatificam; (ne extraneis diſſertationibus implicemur;) adhuc valde diuerſam eſſe huiuſmodi repugnantiam ad peccandum ab ea, quæ voluntati illi congrueret, ſi per ſuam eſſentiam eſſet ſupernaturalis.

Exercitatur expoſitarum abſimilitudinem inter impeccabilitatem Chriſti, & voluntatis ſupernaturalis.

Quia voluntati Chriſti Domini, & beatorum, non contradicit eſſentialiter deordinatio peccati; (ſicut enim diſſolui poſſet hypoſtatica cōiunctio de abſoluta Dei potētia, & tolli etiā viſio beatifica, eiſdē numero voluntatibus ſupertitibus;) ita & illis quidditatiuè ſpectatis non contradiceret deuiatio à regula rationis. Voluntati verò illi, quæ, vi ſuæ quidditatiuæ conſtitutionis, ambiret eam ſupernaturalitatem, quā de facto ſibi vendicat habitus charitatis, ita eſſentialiter obſtaret influxus peccaminoſus; ſicut & de facto aduerſatur quidditatiuæ conſtitutioni talis habitus per ſe infuſi.

48 Oppones ſecundò; quòd potuiſſet Deus aliquam ſubſtantiam ſupernaturalem, non formaliter, ſed tantùm virtualiter ſanctam producere; eā videlicet, quæ vi ſuæ conſtitutionis non referret formalem rationem amicitiæ ſupernaturalis, quam nunc exprimit habitus charitatis; ſed tantùm virtualem, aut fundamentalem quamdam amicitiam ſupernaturalem cum Deo; non verò formalem & exercitam; igitur, in illa hypotheſi, illa voluntas non eſſet eſſentialiter impeccabilis.

Obijcitur 2. in ſubſtantia formaliter ſupernaturali & virtualiter ſancta.

49 Reſpondetur; quòd ad impeccabilitatem quidditatiuè imbibitā in qualibet re creata; præſtaret, quòd ad illius eſſentiam attineret virtualis,

Fit ſatis oppoſitioni.

&

& eminentialis inclusio illius ſanctitatis formalis, quæ in eſſentia ſubſtantiæ virtualiter ſanctæ præcontineretur; ea ratione, qua virtualis inclusio proprietatum eſt de quidditate formali ſubiecti.

Si enim de eſſentia illius ſubſtantiæ eſſet eminentialis continentia ſanctitatis formalis; tali ſubſtantiæ omnino contradiceret influxus in actum obliquum.

Aſſertum Herice.

50 Quare, non placet Herice, *loco citato, diſput.* 48. *capit.* 4. *numer.* 59. autumans; quòd ſi Deus talem ſubſtantiam ſupernaturalem, tantùm virtualiter ſanctam crearet, & ad tempus infuſionem habitus formaliter ſanctificantis differret; ſicut, & immiſsionem luminis gloriæ ad eliciendam viſionem beatificam: tunc talis ſubſtantia aſtrui poſſet peccabilis.

Reſpondetur.

Hoc inquam mihi non probatur; quia ita intrinſeca eſſet illi ſubſtantiæ repugnantia ad influxum peccati, propter ſupernaturalitatem formalem cum eminentiali inclusione formæ iuſtificantis; ſicut & habitui charitatis, quæ eſt ipſa formalis ſanctitas. Velut ſubſtantiæ orbatæ propria ſubſiſtentia ita contradicit inhærentia in ſubiecto, propter virtualem inclusionem modi per ſe exiſtendi; ſicut & ipſimet ſubſtantiæ actu compoſitæ modo ſubſiſtentiali, & hypoſtatico.

Expenditur oppoſitio ſubſtantiæ ſupernaturalis cū peccato, an ſit phyſica, vel moralis

51 Rogabis tertiò; circa oppoſitionem ſubſtantiæ ſupernaturalis cum peccato; an ſit phyſica; vel moralis? Reſpondetur; quòd, ſicut ſuppoſitis principijs Scoti, charitas, & peccatum, non phyſicè, ſed demeritoriè opponuntur; eò quòd peccatum ſit deordinatio quædam moralis, quæ phyſicam cum charitate oppoſitionem non ſubit: ita ſubſtantia illa ſupernaturalis eſſet tantùm moraliter, & demeritoriè oppoſita peccato.

Subſtantia ſupernaturalis nec de abſoluta Dei potentia eſſet cōpoſibilis cum peccato.

Nec tamen inde comminiſci licebit; quòd ſicut de abſoluta Dei potentia non contradiceret ſimultaneus conuentus peccati, & charitatis; ita illa ſubſtantia, & peccatum, ſimultaneam compoſsibilitatem ſuſtinere poſſent.

Quia charitas, (cùm ſit accidens ſubiecto naturali inexiſtens) habet ſubſtratum ab eadem forma ſupernaturali realiter condiſcretum, quod poſſit eſſe ſubiectum peccati; ſubſtantia verò illa ſupernaturalis ſe tota opponitur peccato, nec aliquid naturalis ordinis ſuſtinet, quod deordinationi peccaminoſæ ſubiacere poſsit, tanquam materiale, & ſubſtratum illius; ita enim ſe tota, & ſecundùm adæquatam rationem ſui, opponeretur peccato, ſicut de facto illi opponitur charitas.

Cur aliter de gratia in eſſe habituali, & peccato.

Quare, ſicut charitas, nec de abſoluta Dei potentia, poteſt eſſe ſubſtratum peccati; licet peccatum, & charitas, eidem ſubſtrato voluntatis ſimul de abſoluta Dei potentia coexiſtere queant; ita nec illa ſubſtantia, ob quidditatiuam tranſcendentiam prædicati ſupernaturalitatis, ſubiectum peccati eſſe poſſet. Deinde; cùm nulli alteri ſubſtrato inexiſtat, quod eſſe queat commune ſubiectum peccati, & formæ ſupernaturalis; vt accidit in voluntate reſpectu charitatis, & actus peccaminoſi; fit inde, vt nec diuinitus ſit compoſsibilis cum peccato.

Obijcitur quòd ens ſupernaturale quà tale, nō pugnet cum peccato.

Sed oppones; quòd ens ſupernaturale, ab intrinſeco, & abſtracto ſupernaturalitatis conceptu, non opponitur peccato; cùm habitus fidei, & ſpei, in peccatore eliciant actus ſecundùm ſubſtantiam ſupernaturales: imo & habitus charitatis; licet non ſit compoſsibilis cum peccato mortali, ſuſtinet tamen venialia peccata cum habitu ſupernaturalis amicitiæ compoſsibilia: igitur, inconcinnè aſſeritur repugnantia ſubſtantiæ ſupernaturalis, eò quòd talis ſubſtantia ob ſupernaturalitatis conceptum pronuntietur impeccabilis.

Diluitur, eò quod peccatū pugnet cū ente ſupernaturali in genere cauſæ efficientis, licet nō in genere cauſæ formalis

Reſpondetur; quòd licet ens ſupernaturale non pugnet formaliter cum peccato in genere cauſæ formalis; ita vt à communi, & præciſo ſupernaturalitatis conceptu, ſit forma incompoſsibilis in eodem ſubſtrato cum actione peccaminoſa, vt oſtendit oppoſitio.

Pugnat tamen cum peccato in genere cauſæ efficientis; ita vt aliquod ens ſupernaturale ſit principium pravæ operationis, vt obliqua eſt, & deuia à regula rationis. Quia cùm quodlibet

principium supernaturale secundùm substantiam tendat in actum sub motiuo, & regula honestatis, & rectitudinis supra totius naturæ conatum, fit inde, vt illi contradicat influxus in actũ obliquũ, ita vt obliquitas, & deuiatio illa peccaminosa deferatur principio supernaturali, vt supernaturale est. At verò, si substãtia esset intrinsecè supernaturalis, & pronũtietur peccabilis; nõ intercederet voluntas aliqua naturalis ordinis, cui adscribi posset deformitas peccati, vt principio deficienti, sed defectus in solam supernaturalem volũtatem deferendus iret.

remittatur ratio, quòd peccatũ vt tale queat esse supernaturale.

Ex quo efficacem probationem eruimus ad nostram sententiam firmandam; quia implicat, quòd peccatum, vt peccatum, sit ordinis supernaturalis; cùm operatio supernaturalis, quà talis, essentialiter imbibat coniunctionem cum Deo, & cum regula supernaturali.

Vnde, licet actus secundùm substantiam supernaturalis possit extrinsecè componi alicui deordinationi voluntatis creatæ; repugnat tamen, quòd per comparationem ad habitum supernaturalem, actus sit deformis, & deficiens à Deo. Aliàs peccatum, vt peccatum, esset intrinsecè supernaturale; ac proinde, & cohærens Deo, ob coniunctionem supernaturalitatis; & deficiens à Deo, ob deformitatem ordinis supernaturalis; ac proinde ipsemet conceptus deviationis à Deo imbiberet rationem coniunctionis cum Deo, vt authore supernaturali. At, in substantia supernaturali nullum assignari valeret comprincipium naturalis ordinis, cui deferri posset obliquitas talis operationis; igitur peccatum, vt tale, esset quid supernaturale; siquidem effluueret à libero arbitrio ordinis supernaturalis; nec assignabile sit aliquod naturale comprincipium, cui talis lapsus addici queat.

Responsio ad argumenta, quæ contendunt possibilitatem substantiæ supernaturalis.

Ad fundamẽta opposita.

32 MODO Expendenda, & infringenda est vis oppositionũ contra communem sententiam.

Ad 1. redditur ratio cur accidens sustineat prædicatũ supernaturalitatis nõ tamẽ substantiæ.

Ad primum argumentum; iam ostendimus rationem, quare prædicatum supernaturalitatis trahi queat ad accidens; non verò ad substantiã. Nec firma est oppositio, quæ petitur à coniũctione alicuius prædicati cũ conceptu accidentis; ad adstruendam compositionem eiusdem prædicati cum substantia ob maiorem præstantiam entis substãtialis. Quia ratio imaginis repræsentatiuæ Deitatis trahitur ad speciem impressam possibilem, quæ est accidens; cũ tamen implicet, in communi omniũ sententia, substantia aliqua creata, quæ repræsentet Deum, nec formaliter; nec effectiuè.

Ad instãtiã devenionẽ hypostatica substãtiali, & supernaturali

Ad instantiam; de vnione hypostatica, supernaturali, & substantiali. Respondetur; valde disparem subesse rationem in modo aliquo per suam essentiã composito extremo modificabili; ac in entitate substantiali proprijs facultatibus apprehensiuis, & appetitiuis exornata, cui implicaret peccabilitas; quam ex Scoto astruimus potiorem rationem impossibilitatis substantiæ supernaturalis.

Ad cõfirmationẽ de substãtia incõpleta supernaturali.

Ad cõfirmationem; de substãtia incõpleta supernaturali. Respõdetur; implicare; eôquòd esset natura intellectualis & libera, quãuis partialis, sicut anima rationalis; ac proinde illius possibilitati obstaret eadem implicatio impeccabilitatis, quam expendimus.

Ad arg. 2. responsio

53 Ad secũdũ argumẽtũ; patet ex dictis; ratio enim implicationis, ob quam virtus illa vitalis supernaturalis, (quæ vtriq; cõcausæ partiali, nimirũ intellectui, & lumini cohæret quasi dispersa,) in vnam eminentiorem simpliciorem-que facultatem natiuam intellectus colligi non valet; ea est.

Quòd vitalitas supernaturalis volitiua, quæ voluntati, & habitui

cha-

charitatis, (tanquam duplici facultati compartiali defertur,) in ſimplicem potentiam volitiuam quidditatiuè ſupernaturalem refundi poſſet; ac proinde eſſentialiter impeccabilem: quod eſſe falſum reſeruimus in confirmatione rationis Scoti.

Suffulcitur doctrina præcedens authoritate Scoti.

Cui oppoſitioni, quam etiam contra propriam ſententiam formauit Scotus, (vt liquet ex textu tranſcripto ſub num. 24.) vel ſic occurrit loco citato *ex diſtinct. 23. quæſtione vnica. §. Ad aliud; an Angeli beati, ſub num. marg. 9.*

Scotus

Quantumcunque igitur charitas, ſit perfectio finita, vel gratia; tamen nullus gradus entis, ſiue ſubſtantiæ, quantumcunque maximus, (ex quo tamen finitus eſt,) poteſt eſſe in quo vnitiuè perfectio charitatis contineatur.

Alia cauſa neceſſitans de natura ſua tracta ad bonum & libera.

Si autem contenderet, quis; non eſſe implicatoriam potentiam impeccabilem intrinſecè, ſiue determinatam ad bonum; liberam tamen, ſeu indeterminatam ad eliciendum bonum ſub tali motiuo operandi, & non ſub alio; vel in tanta, aut tanta, intenſione actus; qua ratione plures Theologi conciliant neceſſitatem operandi bonum in Chriſto, cùm indifferentia & libertate operationum illius. Nec enim apparet implicatorium, quòd Deus, de abſoluta potentia, eam præſtet contractionem ad bonum cum libertate compoſitam, quæ de facto Chriſto Domino ſuppetere aſſeritur; quod enim de facto collatum eſt Chriſto per gratiam vnionis; cur implicabit de abſoluta Dei potentia, vt per excellentiſſimũ aliud ſupernaturale donum præſtetur?

Infringitur ratione Scoti

Reſpondetur ex dictis ſub numer. 47. eſſe omnino diuerſam impeccabilitatem Chriſti ab ea, quam expendimus in libero arbitrio ordinis ſupernaturalis. Deinde quòd ſubſtantia intrinſecè ſupernaturalis nequiret elicere actum non ſupernaturalem intrinſecè vt oſtendimus; voluntas autem Chriſti determinata non extitit à principio intrinſeco, vt actus ſolùm ſupernaturalis ordinis elicere valeret. Quoad verò attinet ad Scoti mentem; patet ex textu tranſcripto, *ſub numer. 45. ex 2. ſentent. diſtinct. 23. quæſtion. vnica.* apertè cenſuiſſe, quòd produci nequit à Deo natura *cui repugnet neceſſariò ex principio intrinſeco differenter moueri*, niſi, iuxta hypotheſim, vel fictionem Anſelmi, produceretur ſubſtantia aliqua Angelica cum ſola affectione cõmodi intendens in proprium commodum inclinatione ſpontanea, qualis ea eſt, quæ ſuppetit brutis circa bonum ſenſibile, abſq; libertate & deliberatione.

Scotus

Enodatur confirmatio in oppoſitum

Ad confirmationem, ex numer. 25. quòd tantùm agit; Deum poſſe perficere facultates natiuas per immiſſionem habituum infuſorum perfectiorum, & perfectiorum vſque in infinitum; non tamen, ita vt perfectio illa ſupernaturalis, quæ eſſentialiter eſt aduentitia, vt potequæ ſupponens vim natiuam, quam euehit ad elatiorem ordinem, & gradum eſſendi, fiat natiua & intranea: ac proinde non præmittẽs ſubſtratum, quod eleuet ad excellentiorem gradum eſſendi.

Infringitur 3. oppoſito.

54 Ad tertium argumentum, ex num. 26. reſpondetur; ad comprehenſionem Angeli ſupremi per ſe non exigi auxilium intrinſecè ſupernaturale, ſed tantùm ſupernaturale extrinſecè, & ex parte cauſæ; cùm Angelus non ſit ens intrinſecè ſupernaturale. Quamobrem non implicat creatio alicuius intellectus humani eiuſdem actualitatis, & acuminis apprehenſiui, cum coniuncto illo ex humano intellectu, & auxilio tantùm ſupernaturali ex parte agentis. Si verò ad comprehenſionem ſupremi Angeli per ſe neceſſariũ eſſet auxilium aliquod intrinſecè & eſſentialiter ſupernaturale; implicaret facultas aliqua natiua, quæ eſſentialiter ambiret actualitatẽ & energiam ſupernaturalem illius cõiuncti ex intellectu, & auxilio ſupernaturalis ordinis.

Infſtitur vltra.

55 Si autem obijcias; implicatoriã eſſe productionem alicuius humanæ mentis, cuius obtutus calleat, vſq; ad comprehenſionem, Angelum ſupremũ; eò quòd nulla virtute fieri queat intellectus humanus adæquans Angelicæ ſubſtantiæ actualitatem, & immaterialitatem.

Obtunditur obiectum

Reſpondetur; ad comprehenſionem non exigi æqualitatem in eſſe entis inter obiectum cognitum, & facultatem cognoſcentem; cùm præſtet ſola æqualitas, & adæquatio in eſſe cognoſcibilis; vt in controuerſia de

incomprehenſibilitate Dei latiùs; non tamen liquet, cur Deus mentem humanam eius acuminis producere nequeat quæ adæquet ſupremũ Angelum in ratione intelligibilis?

Ad inſtantiam. Ad inſtantiam; patet ex dictis; iam enim rationem oſtendimus, cur prædicatum ſubſtantiæ ſupernaturalis communicabile non ſit? Quia nimirum etiam participari poſſet identitas dictaminis intellectiui cum actuali impulſu volitionis: ac proinde & illimitatio ſecundùm eſſentiam; vt conſtat ex dictis. Inſuper, & quòd talis ſubſtantia creata eſſet impeccabilis; vel ſi peccare poſſet, talis obliquitas deferretur principio ſupernaturali, vt tali; cùm non adſit liberum arbitrium ordinis naturalis, cui deferatur peccatum.

Duo conſectaria ex doctrina præcedenti; & ſatisfactio ad oppugnationes Soarij.

Corol. 1. contra Vellicatores Scoti. 56 EX Dictis duo corollaria depromuntur. Primum; quam per peram impoſitum ſit Scoto, ipſum inficiatum eſſe intrinſecam ſupernaturalitatem habituum per ſe infuſorum; cùm expreſſè autumet, nec de abſoluta Dei potentia fieri poſſe eam accretionem virtutis naturæ facultati voluntatis, vt ipſa ſupplere queat actiuitatem charitatis: adi textum appoſitum *num. mar.* 44. quod etiam aſſerit de habitu luminis reſpectu intellectus; vt conſtat ex textu *num.* 45.

1. ratio prouindicado Scoto, quæ excludit euidenter. Deinde; quia (vt ex ipſo Scoto aperuimus, *d numer.* 7. & deinceps,) differè pronuntiat; habitus per ſe infuſos non educi ex potentia obedientiali ſubiecti, ſed creari. Si autem eſſent formæ intrinſecè naturales, & tantùm ſupernaturales extrinſecè, ſeu ex parte efficientis; ſicut præcontinerentur intra eminentiam alicuius ſubſtrati naturalis, ita & educi poſſent: ſicut à Deo per actionem eductiuã produceretur viſus reſtitutus cæco qui eſſet ſupernaturalis tãtùm extrinſecè, & ex parte agentis.

Ratio altera obtinẽs, intrinſecã ſupernaturalitatẽ habituũ per ſe infuſ. 57 Secundò ſequitur; implicationem ſubſtantiæ ſupernaturalis petendam eſſe à repugnantia impeccabilitatis, quam expendit Scotus loco citato ex collatione vndecima; non verò ab alia argumentatione, quam format Doctor *in 4. ſenten. diſt. 49. q. 11.* qua abuſus Soarius, illam contra Scotum retorquet; quaſi Scotus inibi contenderit implicationem ſubſtantiæ ſupernaturalis. Vt autem ſenſus Scoti aperiatur, & ipſe ab oppugnatione vindicetur ſubijcienda eſt argumentatio ea, quam inibi attexit *ſub num. 9.* Vbi ſic habet.

Corollariũ alind pro defenſione Scoti contra Soarium.

Scotus

58 *Secundò dico; quòd anima humana non eſt ſufficienter actiua ex puris naturalibus ad conſequendum actũ viſionis; quia impoſsibile eſt, intellectũ eſſe cauſam viſionis, niſi intellectus habeat in ſe obiectum cognitum; vel aliud in quo eminentiùs continetur. Sed natura humana non habet Deum in ſe, ex ſe præſentem ſibi ſub ratione obiecti; nec in alio, in quo eminentiùs continetur, quia in nullo alio poteſt eminentiùs contineri: ergo ex ſe nõ ſufficit ad habendũ cognitionẽ diuinæ naturæ viſiuam.*

Intellectus nequit intueri Deũ ex viribus naturæ

Præterea; viſio eſt cognitio intuitiua rei in ſe; ſed natura humana non poteſt habere ex ſe præſentem Deum in ratione obiecti, licet ſit ſibi præſens per illapſum: ergo non poteſt ex ſe habere viſionem naturæ diuinæ; non ergo ſufficit ex puris naturalibus ad cognoſcendum virtute propria obiectũ beatificum.

Firmatur Scoti aſſertum.

Excurſiones Soarij in Scotum. 59 Quam Scoti argumentationem ſic impetit Soarius, *prima parte, lib. 2. capit. 9. numer. marg. 4.* quòd vel Scotus falſum aſſumat, vel petat principium. Nam quando autumat; *impoſſibile eſſe, intellectum eſſe cauſam viſionis, niſi intellectus habeat obiectum cognitum; vel aliud, in quo eminentiùs continetur.* Vel procedit de ratione communi viſionis intuitiuæ vt ſic; vel de ratione contracta viſionis Dei. Si agat Scotus de ratione abſtracta intuitionis vt ſic; falſum aſſumit; cùm Angelus inſpiciat alterum, licet illum non habeat obiectiuè præſentẽ in ſe; nec in alio eminẽtiori principio, in quo Angelus apprehenſus cõtineatur ſed tantùm per ſpeciem impreſſam repræſentatiuam talis Angeli. In quo

Scotus

Soarij diſcuſſio circa Scoti probationem.

etiam

etiam ſenſu, intellectus Deum præſentem habere poſſet ratione ſpeciei impreſſę creatæ, poſsibilis de mente Scoti; vel ratione ipſiusmet ſubſtantiæ Dei immediatè coniunctæ intellectui creato ad modum ſpeciei intelligibilis.

Obijcit Soarius, quòd Scotus petat principium

Si verò Scoti argumentatio procedat, non de ratione vniuerſali viſionis intuitiuæ vt ſic; ſed de contracto conceptu viſionis Dei. Videtur Scotus petere principium, dum non reddit cauſam, cur viſio beatifica elici non poſsit per ſpeciem, quæ ſit connaturalis intellectui? Quare præterire videtur præcipuum ſuæ argumentationis inſtitutũ.

Agit ad hominem Soarius contra Scotum

60 Deinde Soarius Scotum ad hominem perſtringere videtur; eò quòd connaturalitatem talis ſpeciei productiuæ viſionis inficietur; cùm tamen ipſe expreſsè autumet, Angelum cognoſcere Deum quidditatiuè per ſpeciem naturalem intrinſecè, & tantùm ſupernaturalem ex parte principij.

Fuga.

Nec præſtat reſpondere pro Scoto; quòd ſpecies illa, quã aſtruit naturalẽ, non eſt principium cognitionis intuitiuæ, ſed abſtractiuæ.

Occupatur.

Quia ad claram, & quiditatiuam viſionem Dei, eam nimirum, quæ ſine analogia obiectum percipit, ita neceſſaria eſt ſpecies ſupernaturalis, ſiue notitia ſit abſtractiua, ſiue intuitiua. Quia neceſsitas ſupernaturalitatis in principio notitiæ claræ Dei, non trahitur à conceptu intuitionis, prout intuitio eſt; ſed quà refert quidditatiuam expreſsionem Deitatis, & non per analogiam, & adinſtar entis creati.

An ſpecies quidditatiua abſtractiua Deitatis in Angelo ſit ordinis naturalis?

61 Cæterùm; quòd Scotus tradiderit apertè connaturalitatem illius ſpeciei Angelicæ, quam aſſeuerat principium cognitionis quidditatiuę & abſtractiuę Dei; conſtat ex ipſo Scoto, in 2. *ſent. diſt.* 3. *q.* 9. §. *Secunda declaratio huius diſtinctionis, ſub num. marg.* 7 vbi ait.

Scotus

Hæc diſtinctione præmiſſa, ad quæſtionem reſpondeo; quòd licet ſecũdùm communiter loquentes, non poſſet Angelus ex puris naturalibus, habere cognitionem Dei intuitiuam, de qua in 4. libro; tamen non videtur negandũ, quin poſsit naturaliter habere cognitionem eius abſtractiuam.

Hoc modo intelligendo; quòd ſpecies aliqua diſtincte repræſentet ipſam eſſentiam, licet non repræſentet eam vt in ſe præſentialiter exiſtentem: nè quidem poſsibile eſt habere cognitionem diſtinctam, licet abſtractiuam. Nam abſtractiua diſtinguitur in confuſam, & diſtinctam, penes rationem aliam, & aliam cognoſcendi; & iſtam talem ſpeciem repræſentantem eſſentiam diuinam intellectui Angelico, non videtur inconueniens ponere, intellectui Angeli inditã eſſe a principio.

Ita quòd licet ipſa non ſit naturalis intellectui, hoc modo, quod iſte intellectus poſsit ex naturalibus ſuis, eam acquirere; nec etiam, quòd poſsit eam habere ex actione alicuius obiecti agentis naturaliter, quia non poteſt eam habere præſentialitate alicuius obiecti finiti mouentis: niſi eſſentiæ diuinæ tantùm, quæ nihil aliud à ſe cauſat naturaliter naturali cauſatione.

In quo ſenſu aliquid ſit ſupernaturale

An ſit naturalis in vero aliquo ſenſu.

Tamen ſicut perfectiones data Angelo in ſua prima creatione, licet non neceſſariò ſequãtur naturam eius, dicerẽtur naturales diſtinguẽdo cõtra merè ſupernaturales, ſcilicet gratiã & gloriã; ita iſta perfectio data intellectui angelico, quã eſſentia diuina eſſet vi præſens diſtinctè licet abſtractiuè, poteſt dici naturalis & ad cognitionẽ naturalẽ Angeli pertinere. Vbi perſpicuè vocat Scotus naturalẽ, vt cõdiſtinguitur à mera ſupernaturalitate gratiæ & gloriæ, ſpeciẽ illã, quę in Angelo eſſet principiũ claræ & quidditatiuæ cognitionis Dei, quãtùuis talis notitia eſſet abſtractiua expreſsio Deitatis.

Alia inuaſio Soarij in Scotum.

62 Deinde vlteriùs procedit Soarez cõtra Scotũ; quia quãdo inquit Scotus *quòd natura humana nõ poteſt habere ex ſe præſentẽ Deũ in ratione obiecti; licet ſit ſibi præſens per illapſũ.* Rogat Soarius, quid addat præſentia Dei in ratione obiecti ſupra illapſũ, ſeu indiſtãtiam & cõiũctionẽ entitatiuã Deitatis ad creata? Aut enim talis præſentia in ratione obiecti eſt ipſamet vitalis coniunctio, quæ fit per actũ viſionis; ac proinde, idẽ erit, Deũ nõ eſſe præſentẽ vitaliter intellectui ex viribus naturæ, ac nõ videri ex viribus naturæ; quare manifeſtè petitur principiũ. Vel illa cõiũctio Dei in ratione obiecti, refert præſentiam, quæ præſtatur per ſpeciẽ impreſſã; & tũc etiã abſq; vlla probatione aſſumit Scotus quòd talis coniunctio Dei per ſpeciem

cum intellectu nequeat esse connaturalis intellectui.

Obseruatio ad nodûdirimendum

63 Sed vt obiectiones istas, quæ primo intuitu inextricabiles videntur, breuiter dirimamus; obseruetur, violenter nimis Scoti argumentationem, quæ de facto procedit, ad quæstionem de possibili retorqueri. Scotus enim, (vt apertè constat ex textu apposito num. 58.) tantùm inibi contendit intellectum non beari viribus naturæ; nec enim de possibili quidquam insinuat. Scoticæ verò argumentationis is est sensus.

Illustratur Scoti textus

Vt potentia obiectum aliquod apprehendat, debet claudere obiectum; vel principium, in quo eminentiori ratione virtus ipsius obiecti contineatur. Vbi nomine, *obiecti*, non solùm includit Scotus ipsam obiecti substantiam; sed & virtutem intentionalem, seu semen eius, quod est species, ad similitudinem expressam eliciendam.

Quid intelligat Scotus per virtutē eminēter cōtinentem obiectum

Per virtutem verò eminentiori ratione continentem obiectum; intelligit Scotus potentiam seu facultatem exequutiuam Dei, quæ sicut eminenter præcontinet omne obiectum creatum, & vniuersam causalitatem intentionalem eius, ita & se sola supplere posset cuiuslibet obiecti concursum ad expressionem notitiæ: quo supposito sic producitur Scoti argumentatio.

Cur intellectus ex naturæ viribus nō habeat obiectum beatificum

Sed intellectus ex viribus naturæ non habet in se obiectum beatificum; nimirum, vel substantiam Dei immediatè coniunctam in ratione speciei intelligibilis; vel speciem impressam creatam repræsentatiuam Deitatis; vel potentiam Dei supplentem concursum speciei. Tunc enim potentia aliqua apprehensiua connaturaliter coniungitur obiecto; vel speciei impressæ, quæ est semen vicarium obiecti ad productionem verbi; quando facultas apprehensiua refert vim completam ex parte potentiæ respectu talis obiecti: igitur cùm intellectus ex viribus naturæ respectu obiecti beatifici non sit adæquatè potens ex parte potentiæ, sed tantùm initialiter, & inchoatiuè; fit, vt species impressa, vel quidquid se tenet ex parte obiecti clarè visibilis, non cohæreat connaturaliter intellectui ex viribus naturæ.

Quod verò Scotus agnouerit defectum natiuum, & intrinsecum facultatis intellectiuæ ad obiectum beatificum; & ad actum visionis; patet ex ipso Scoto, in 1. *sententiæ distinct. 3. quæstion. 8. §. Respondeo, quòd pars intellectiua, numer. marg. 2.* Quem textum proposuimus in præcedenti *subdistinctione, art. 1. à n. 10. vsque ad 13.*

Scotus aperte profitetur defectū virtutis intellectiuæ ad clarā Dei visionem

& idcirco obiecta Soarij cōtra Scotū

64 Ex his facilè corruent oppugnationes obiectæ. Ad instantiam de Angelo cognoscente alterum, ex num. 59. dicimus; Angelum cognitum esse præsentem Angelo cognoscenti ratione speciei impressæ; quod insinuauit Scotus sub coniunctione obiecti ad potentiam apprehensiuam.

Eneruatur oppositionis

Eò quòd ad causalitatem cognitionis, quæ se tenet ex parte obiecti, nō solùm attineat immediata causalitas, quæ prodit à substātia obiecti; sed etiam à virtute intentionali; & semine eius ad actionem intellectiuam, quæ est species impressa: quæ solutio euidēter prosternit primam obiectionem Soarez.

Ad cōfirmationē ostenditur, Scotum non petere principium

Ad cōfirmationem sub eodem num. 59. Scotum aperuisse defectum potentiæ intellectiuæ ad claram visionē Dei; quamobrem intellectum minus principalē, seu instrumētalem causam visionis pronūtiauit; quòd cōstat ex ar. 3. subdistinctionis præcedētis. Quia verò id præmisit Scotus tāquā constitutum *ex 1. sen.* ideò in textu, quē opponit Soarez *ex 4. sen.* eū facultatis intellectiuæ defectum ad clarā Dei visionem nō repetit, sed supponit.

Nullus ex priscis theologis ita asseruit defectū virtutis naturalis ad actus supernaturales, sicut Scotus.

Nec reperio authorē aliquē ex priscis theologis qui ita expresserit defectū virtutis intellectiuæ & volitiuę ad act' supernaturales; cū apertè cōstituat, quòd implicat de absoluta Dei potētia, intellectus, qui, à natiua vi, referat virtutē habitus luminis gloriæ; & similiter voluntas aliqua creabilis, quæ quidditatiuè imbibat efficiētiā habitus charitatis; vt ostēdimus *à n. 41. vsq; ad 47. & etiā sub nu. 53.* vbi consonā de hac re Scoti mētem, *ex coll. 11. & ex 4. sent. dist. 49. & in 2. dist. 23. q. vnica*, luce clarius ostendimus.

Ad oppositionē Scoti de specie abstractiua ordinis naturalis.

65 Ad oppositionē ex n. 61. de cōnaturalitate speciei illius Angelicæ; quæ asseritur ab Scoto principiū quidditatiuæ cognitionis abstractiuæ Dei.

Respondetur; tā in assignatione talis

spe-

ſpeciei, quàm in ſupernaturalitate eius, nihil definire Scotum; non enim aſſertiuè, ſed opinatiuè tantùm procedit, vt accuratè obſeruauit Hugo Cauellus in ſcholio, & margine huius loci.

Scotus non aſſerit, ſed diſputat ex Cauello.

Et conſtat ex illis verbis Scoti *ſub numer. 16. Ad vltimum dico, quòd ſi teneatur, quòd Angelus beatus non videt per iſtam ſpeciem, tunc nec alius videns eam in intellectu eius videbit per eam ſupernaturalia*. Vbi tantùm Scotus conditionaliter, & ex hypotheſi procedit, non verò ſimpliciter & abſolutè.

Scotus

Quod amplius liquet ex §. *Contra iſtud obijcitur, ſub eodem num. marg. 16.* vbi cùm ſibi obiecisſet; quòd ſi illa ſpecies Deum abſtractiuè repræſentãs, eſſet tantùm ſupernaturalis ex parte agentis; fieret, vt non diſſideret in conceptu ſupernaturalitatis ab alijs ſpeciebus impreſsis Angelo ab initio ſuæ cõditionis, quæ ſunt ſupernaturales ex parte agentis; eòquòd menti Angelicæ immittãtur à Deo, quas tamen eſſe intrinſecè naturales, aſſeuerat cõmunis doctorum conſenſus.

Scotus nõdum cognouit ſpeciem abſtractiuã angelicã eſſe ordinis naturalis.

Reſpõdet Scotus; aliam eſſe ſupernaturalitatem huiuſmodi ſpecierum peraccidens infuſarum; aliam verò ſpeciei illius per ſe infuſæ, quæ quidditatiuè, (abſtractiuè tamen,) Deũ repræſentaret. Quia ſpecies illæ obiectorum naturalium, quæ à Deo immiſſæ ſunt intellectui Angelico, potuerunt ab obiectis naturalibus imprimi; ſpecies verò repræſentatiua Deitatis à ſolo Deo produci voluit.

Sed, quia hæc diſtinctio & diſparitas videbatur tantùm ſpectare ad ſupernaturalitatem extrinſecam ex parte agentis; ſubdit Scotus, prædictam ſpeciem eam ſupernaturalitatis rationem nanciſci, quæ, non tãtùm à ſolo Deo elici poſsit; (quod attinet ad ſupernaturalitatem ex parte agentis) ſed etiam ab ipſo Deo, non prout operante naturaliter, ſed ſupernaturaliter, ſeu ſupra totius naturæ facultatem, & eminentiam: quod fuit ſupernaturalitatem ex parte formæ in tali ſpecie agnoſcere. Verba Scoti accipito.

Species abſtractiua Deitatis in Angelo nõ eſt ſolã ſupernaturalis ex parte agentis

Scotus

66 Contra iſtud obijcitur; quia Angelus quodlibet etiam aliud à Deo naturaliter cognouit, licet illas alias ſpecies recipiat à Deo ſupernaturaliter imprimente. Poſſet dici, quòd illas alias ſpecies poſſet habere ab illis obiectis in ſe, nullis alijs, ab ipſis agentibus, requiſitis; ſed nullo modo poſſet habere illam ſpeciem diſtinctam reſpectu eſſentiæ diuinæ: niſi ab ipſo imprimente, & hoc, non naturaliter, ſed ſupernaturaliter.

Vbi obſeruanda ſunt illa verba; *ab ipſo imprimente, & hoc, non naturaliter ſed ſupernaturaliter.* Vbi ſuppoſita ſupernaturalitate ſpeciei ex parte agẽtis vel imprimentis; ſtatim ſupernaturalitatem aliam adiungit à ſupernaturalitate ex parte principij diſtinctam; quæ nulla eſſe poteſt, niſi ſupernaturalitas intrinſeca & per comparationem ad ſubſtratum. Vt patet liquidò ex verbis ſequentibus, *& hoc, non naturaliter, ſed ſupernaturaliter.* Si enim in tali ſpecie ſolã ſupernaturalitatem extrinſecam aut ex parte agentis agnouiſſet Scotus, ſat ſuperque fuiſſet, illam in authorem ſupernaturalem reuocare; non appoſita ſupernaturalitate altera formæ impreſſæ, cõdiſtincta à ſupernaturalitate principij imprimentis.

Explanatio ſenſus Scoti

Scotus

67 Ad vltimam inſtantiam ex numer. *62* patet ex dictis; aſſerimus enim de mente Scoti; concurſum Dei in ratione obiecti clarè viſibilis addere ſupra illapſum Deitatis in intellectum, ſeu inſtantiam entitatiuam ab illo, complementum quoddam tenens ſe ex parte obiecti ad partum verbi mentalis, ſeu imaginis expreſsæ ipſius Deitatis. Quæ coniũctio vel compoſitio obiecti viſionis ad intellectum, non eſt illa præſentia vitalis, quã eſſentialiter imbibit & trãſcendit ipſamet viſio vt actus ſecundus & formalis repreſentatio obiecti; ſed eſt intentionalis virtus obiecti beatifici vt potẽtis ſęcũdare intellectũ & vt compoſiti in actu primo in ratione particularis agentis proximè apparati ad intẽtionalem influxum expreſsiuum imaginis Deitatis. Quæ virtus antecedit actum ſecundum viſionis, vt perſpicuum eſt. Tale verò complementum ex parte obiecti præſtari poteſt ab ſpecie impreſſa, vel à voluntate & potentia exequtiua Dei ſupplente vices ſpeciei; vt latiùs infra conſtabit. Ita vt intentionalis virtus in actu primo ſpectata non poſsit eſſet connaturalis facultati intellectiuę; eò quod non ſupponat intellectum completũ in toto ordine

Dilutio vltimæ inſtãtiæ

Quid addat coniũctio Dei in ratione obiecti ſupra viſionis entitatiuã?

dine potentiæ reſpectu actuum ſupernaturalium, vt ex Scoto oſtendimus. Quare intellectui actuato habitu luminis dabitus & connaturalis eſt concurſus obiecti clarè viſibilis ad partum ſupernaturalis notitiæ.

Examen doctrina Ioannis de Rada

68 Ex dictis, manifestè taxatur Ioannes de Rada, *3. part. controuerſ. 9. artic. 2. concluſ. 4.* autumans; quòd licet Deus crearet ſubſtantiam, cui eſſet connaturale lumen gloriæ, adhuc non eſſet connaturalis tali ſubſtantiæ viſio clara Dei. Eò quòd Deus liberè moueat intellectum creatum, & illi voluntariè coniũgatur in ratione obiecti; quatenùs inter intellectum creatum, etiã lumine gloriæ perfulum, & Deum, nulla ſit connexio, vt Deus neceſſariò coniungatur in ratione obiecti.

Confutatur tranſlatitia Ioannis de Rada.

Hoc enim aſſertum falſo fundamento innititur; aliud enim eſt, quòd Deus ſe libere coniungat menti in ratione obiecti elicientis notitiam ſupernaturalem; aliud verò, quod talis fœcunditas non ſit connaturalis intellectui, prout compoſito habitui luminis. Aliàs enim ſi à ſola libertate in adeunda immutatione potentiæ petenda eſſet ſupernaturalitas notitiæ; fieret, vt ſi obiecta creata omnia, non neceſſariò, ſed liberè intellectum immutarent ad partum notitiæ; quòd talis cognitio eſſet ſupernaturalis quoad ſubſtantiam, ſicut clara viſio Dei, quod eſt abſurdum.

Sicut data opinione Aureoli (quem ſequitur Soarius,) autumãtis, cogitationes Angelorum ſubijci volitionibus quoad immittendas ſpecies talium cogitationum in intellectu alterius; ſequeretur quòd talis actio eſſet intrinſecè ſupernaturalis, quia libera. De quovide in *ſequenti diſtinct. de principio viſionis ex parte obiecti art. 2. à num. 6. vſque ad 8.*

Viſio effectiuè naturalis illi ſubſtãtiæ, cui eſſet connaturale lumen gloriæ.

Supernaturalitas igitur cognitionis penſanda non eſt ex eo, quòd obiectum liberè, vel neceſſariò, immutet intellectum; ſed ex eo, quòd præmittat facultatem tantùm inchoatam, & initialem, non verò completam, reſpectu talis obiecti. Ita vt potentia habitui ſupernaturali compoſita exigat completa inclinatione (non verò ſolùm inchoata, & initiali) obiectum, & motionem intẽtionalem eius; ſicut calor exigit à Deo concurſum ad calefaciendum, quãuis integrum ſit Deo ac liberum, talem concurſum denegare.

Cautio pro aliquibus Scotizantibus.

Quæ à pluribus Scotizantibus obſeruanda vellem, qui in hac re ſæpe, ob ſiniſtram Scoti interpretationem, & intelligentiam, allucinantur; quaſi idẽ ſit, quòd viſio ſit connaturalis intellectui compoſito habitui luminis gloriæ; & quòd Deus non concurrat liberè, ſed neceſſariò, ad viſionem; cùm vis calefactiua connaturaliter exigat à Deo cõcurſum ad calefaciendum; & Deus libere, & pro nutu, queat denegare talem influxum.

ARTICVLVS II.

De functionibus luminis gloriæ.

SVMMARIVM.

Opinio autumans lumen gloriæ eſſe adæquatum principium viſionis, ſuadetur. Num. 1.

Expugnatur. Num. 5.

Altera Thomiſtarum ſententia, qui lumen gloriæ eſſe diſpoſitionem viſionis cenſent. Num. 14.

Confutatur. Num. 15.

Thomiſtarum opinio agens, lumen gloriæ eſſe diſpoſitionem intellectus ad receptionem eſſentiæ diuinæ in ratione ſpeciei. Num. 18.

Reijcitur. Num. 19.

Placitum Vazquez exiſtimantis, lumẽ gloriæ tenere ſe ex parte obiecti. Num. 20.

Exploditur. Num. 21.

Item & aliud quorumdam recentiorũ, qui lumen ex parte potentiæ, & obiecti, conſtituunt Num. 24.

Egidij de Præſentatione ratio alia conſtituendi lumen ex parte obiecti, improbatur. Num. 27.

EXarata ſupernaturalitate habitus luminis, modo ſub inueſtigationem cadunt munera & functiones cauſalitatis talis formæ; quæ quia variè à Theologis expenduntur, ſigillatim recenſenda, & in trutinam

nam vocanda eſt ſententia quælibet, ne diſsidiorum occurſus diſputandi ſeriem offuſcet.

Prima opinio, quòd lumen ſit principium adæquatum proximum.

Opinio autumãs, lumen gloriæ eſſe adæquatum principium proximũ viſionis.

1 ET Primò occurrit eâ opinio, quæ lumen gloriæ pronuntiat adæquatum principium proximum viſionis ex parte potentiæ; ex quo placito manifeſtè deduci videtur, intellectum merè materialiter ſe gerere ad inſtar ſubſtrati ſuſtentantis adæquatam cauſam actionis: ſicut aqua ſuſtentat calorem, qui eſt adæquatum principium calefactionis. Hæc opinatio adſcribitur *Soto in 4. diſt. 49 q. 2. ar. 4.* Capreolo *in 4. diſt. 49. ar. 3. ad primum Durandi contra ſecundam concluſionem*, & ex modernis eâ tutatur Aluarez *lib. 7. de auxiliis, diſp 64.* & probatur primò.

Soto. Capreolus

Aluarez.

1. ratio in oppoſitum

Quia vitalitas viſionis eſt eſſentialiter ſupernaturalis; igitur deferri debet lumini gloriæ, tanquam adæquato principio proximo vitali ſupernaturali. Si enim talis vitalitas intellectui tanquam operanti immediato tribui poſſet, ſicut datur diſcretio realis cauſalitatum, iuxta diſtinctionem realem intellectus, & luminis; ita etiam aſsignanda eſſet realis diſtinctio inter prædicatum vitalitatis, quod reſpondet intellectui, & prædicatũ ſupernaturalitatis, quod defertur lumini; quod eſt abſurdum.

Impertitur immediatus influxus intellectus eò quòd nequeat eſſe principalis, vel inſtrumentarius

2 Secundò arguitur, quia intellectus nequit eſſe principium proximum elicitiuum viſionis; ergo ſolum lumen gloriæ concurrit vt adæquata potentia in ordine proximo intelligendi ſupernaturaliter. Antecedens probatur; quia intellectus non concurrit ad viſionem vt cauſa principalis; vt liquet ex dictis; nec etiam vt inſtrumentalis. Quia cauſa vitalis, (vt principium formaliter viuum) debet influere influxu connaturali & debito principio viuenti ſecundùm propriam rationem & ſpeciem vitæ; ſed influxus inſtrumentalis non eſt proprius cauſæ viuentis, vt viua eſt; cùm ſit etiã communis aliis agẽtibus inanimatis: ergo intellectus nõ exhibet immediatum influxum reſpectu viſionis; ac proinde ſolũ lumen gloriæ eſt cauſa adæquata ex parte potentiæ.

Vrgetur ratio in cauſalitate phyſica ſacramentorum

3 Deinde; inſtrumenta diuina non egent qualitate aliqua ſupernaturali ad hoc, quòd eleuentur ad ſupernaturalia producta; præſtat enim initialis virtus illorum, quæ per aſsiſtentiam diuinæ potentiæ compleatur: vt conſtat in efficientia ſacramentorum nouæ legis circa gratiam; quæ in ſententiâ Thomiſtarum ſine impreſsione alicuius qualitatis eleuantis attingunt gratiam.

Inſiſtitur vltra, datis by poteſt quòd ſacramentis ſuppeteret vis obedientialis vltimã circa gratiã

Et vt præſens ratio in omni opinione procedat; ſic conſtruatur. Si per impoſsibile ſacramenta præferrent vim inchoatam ad gratiam; illam attingere poſſent inſtrumentaliter abſque impreſsione alicuius qualitatis ſupernaturalis. Eò quòd non ſit de quidditate inſtrumenti, vt euehatur ad eleuationem cauſalitatem per intrinſecam informationem alicuius comprincipij; vt conſtat de phantaſmate reſpectu ſpeciei intelligibilis. Atqui intellectus ſibi vendicat vim inchoatam inſtrumentalem ad eliciendam viſionem Dei; ergo non eget aliqua qualitate inhærente. Vt ergo iſta inconuenientia vitentur; adæquata virtus effectiua viſionis ex parte potentiæ in ſolum lumen gloriæ refunden da eſt.

Confirmatio ex canone Scidel

Confirmatur; quia ſi tota virtus effectiua viſionis non eſſet in lumine, ſed aliqua etiam partialis tribueretur intellectui; ſequeretur, quòd homo beatificaret ſe per propriã facultatẽ naturalem intellectiuam; quæ videtur falſa loquutio ſauens errori Pelagij.

Arguitur 4. quia ab intellectu peteretur præſtantia viſionis

4 Arguitur quartò; ſi vis natiua intellectus proximè præſtaret ad eliciendam viſionem; fieret, vt intellectus præſtantior, ſuppoſita æqualitate habitus immiſsi, excellentiorem cauſalitatẽ adiret. Quod magis vrget in intellectib⁹ ſpecie diſcretis, quales ſunt humanus & Angelicus: igitur, à natiua perfectione intellectus traheretur inæqualitas viſionis.

Vltimò arguitur; quia vt liquet ex his, quæ ex Scoto tradidimus, *in ſubdiſtinct. præcedenti, in artic. 1. de potentia obediatiali actiua, ſub num. marg. 24.*

Scotus

Nihil potest agere in quocunque ordine agendi nisi propria virtute, vel quòd non potest in virtute alterius plusquam in propria virtute, id est aliquid, ad quod virtus eius nullo modo se extendit in suo ordine causandi.

Vltima ratio; quia effectus supernaturalis præhabet eminentialiter intra physicā virtualitatē naturalem

Quò fit, vt sit implicatoria elevatio alicuius causæ, esto quòd instrumentariæ, ad productionem effectus, nisi præsupponatur cum propria virtute in suo ordine causandi, quæ præcontineat virtualiter talem effectum.

Si ergo habitus luminis gloriæ non esset adæquatum principium proximum visionis, sed etiam immediatè concurreret natiua vis intellectus; fieret, vt intellectus, à natiua vi, vel virtute propria, vt condistinguitur ab aduentitia, & extrinseca comprincipij supernaturalis, præhaberet eminētialiter formā intrinsecè supernaturalē, qualis est visio beatifica.

Vrgetur ratio ex Scoto

Tunc fic; sed virtus propria intellectus est ordinis naturalis, cùm non sit distincta ab ipsamet substantia intellectus; nec enim eminentialis inclusio effectus vlla ratione secernitur à virtute & formali substantia suæ causæ. Igitur, aut intellectus non habet virtutem proximam ad operationem supernaturalem; aut ex viribus naturæ præcōtinet formam supernaturalem.

Fuga.

Nec dici valet; quòd elevatio luminis gloriæ præstet istam continentiam.

Occupatur.

Cùm elevatio sit à principio aduentitio & extrinseco; præcontinentia autem virtualis ista sit à virtute propria & quæ præexigitur præmittitur vt ante elevationem à principio extrinseco.

Expugnatur placitum præmissum.

Assertio cōmunis

5 SED, Dicendum est cum forè communi omniū sententia; lumen gloriæ non esse adæquatum principium proximum visionis. Quam assertionem certam iudico, & oppositam infirmo fundamento subnixam; vt potequæ in doctrina constare non videatur. Quod aperio retorquendo contra aduersarios primarium illorum fundamē tum.

Agitur ad hominē contra aduersarios

Quia, si vitalitas visionis deferretur lumini tanquam adæquato principio proximo ob identitatem cum prædicato supernaturalitatis, quod respondet lumini; fieret, vt nec lumen gloriæ esset proximum principium verbi beatifici. Probatur; quia etiam prædicata vitalitatis, & supernaturalitatis, sunt eadem omnino realitas ante intellectum cum prædicato imaginis expressiuæ ipsius Dei, quæ elucet in verbo beatifico, vt certo certius est; sed ratio imaginis obiecti beatifici deferri non potest lumini gloriæ, cùm lumen gloriæ in cōmuni sententia Thomistarum non sit species impressa tenens se ex parte obiecti, sed ex parte potentiæ: & ratio repræsentationis, & imaginis talis obiecti non respondeat facultati apprehēsiuæ, sed obiecto apprehenso.

Igitur, si ob identitatem supernaturalitatis & vitalitatis, non defertur proximè vitalitas visionis intellectui, quia illi non tribuitur supernaturalitas; ita & ob identitatem repræsentationis, & vitalitatis supernaturalis, respondere non poterit visio lumini; eò quòd lumini non deferatur repræsentatio visionis.

Vrgetur deinde exgeneratione verbi ordinis naturalis

Verùm; quia ex Thomistis quàm plures eunt in ficias; beatos de facto formareverbū; ex physicis principijs ita profligandi sunt. Prædicata vitalitatis & repræsentationis in quolibet verbo mēntali ordinis naturalis inter se identificātur realiter, vt euidens est; sed repræsentatio, & ratio imaginis non tribuitur intellectui, qui est pura potentia in genere intelligibilium: igitur nec ratio vitalitatis; ac proinde fieret, vt nec facultas intellectiua esset principiū proximum vitalitatis intellectionum naturalium.

2. ratio ex proximo cōcursu voluntatis ad impulsum supernaturalem

6 Deinde; aduersarios perstringo ex principijs fidei. Quia, sic se habet habitus charitatis ad facultatem appetitiuam; sicut lumen gloriæ ad intellectum. Quia sicut oppositæ sententiæ asserores astruunt; lumen gloriæ ideò esse adæquatum principium visionis ex parte potentiæ, quia est velut intellectus quidā supernaturalis; ita propter identitatem rationis, asserere coguntur, charitatem esse causam adæquatā impulsus supernaturalis.

Sed

Si charitas eſſet adæquatum principium proximum dilectionis, talis impulſus non eſſet liber.

Sed hoc eſt abſurdum; aliàs enim dilectio ſupernaturalis, nec libera, nec meritoria, eſſe poſſet: eò quòd non prodiret à voluntate creata, quæ tantùm adiret cauſalitatem materialem, non verò elicitiuam impulſus ſupernaturalis. Cùm tamen denominatio libertatis & indifferentiæ non exprimat habitudinem ad principium paſsiuum; ſed effectiuum; quòd nimirum omnium circunſtantiarum appoſito conuentu, influere, & non influere, queat. Atqui charitas, eſtò quòd concipiatur adinſtar voluntatis cuiuſdam ſupernaturalis, nullam præſefert indifferentiam contrarietatis nec contradictionis; ſed eſt principium neceſſarium, & determinatum ab intrinſeco, cui nullatenus adſcribitur indifferentia, niſi quatenus ſubijcitur facultati appetitiuæ, quæ vtitur habitu prout vult: igitur, ſi charitas renuntietur adæquatum principium impulſus ſupernaturalis, tollitur radix libertatis.

Reſpondetur contra Thomiſtas.

7 Sed, vt ab his ſe expediant Thomiſtæ, & facultates vitales non conſtituant meras materialis, & ſubſtrata actuum liberorum & vitalium; ea ratione qua aqua calida ſubſternitur calori, tanquam adæquato principio calefactionis; mira comminiſcuntur. Dicunt enim cum Aluarez *lib. 7. de Auxiliis, diſput. 64. numer. 4.* in actu ſupernaturali vitali aſsignari vitalitatem remotã, quæ tribuitur facultati natiuæ; & vitalitatem proximam, quæ reſpondet habitui per ſe infuſo, tanquam principio proximo adæquato.

Aluarez

Expugnatur diſcrimen vitalitatis in remotæ & proximæ in actu ſupernaturali.

Sed contra; quia, vel rationes iſtæ vitalitatis proximæ, & remotæ, ſunt denominationes quædam extrinſecæ in actu vitali ſupernaturali: & hoc eſt contra conceptum vitæ, qui, ſiue accipiatur in actu primo, ſiue in actu ſecundo, ſiue in ente creato, ſiue increato, eſt de ratione intrinſeca rei viuentis. Vel ſunt prædicata intrinſeca in actu vitali ſupernaturali, talis vitalitas proxima & remota; de quibus ſciſcitor, an vtraque ſit ſupernaturalis? De proxima, quæ tribuitur habitui per ſe infuſo, nulla poteſt eſſe dubitatio; nec etiam de remota. Aliàs enim talis vitalitas nõ eſſet de intrinſeca ratione actus ſupernaturalis; ſiquidem nullum ex prædicatis intrinſecis formæ ſupernaturalis poteſt nõ eſſe ſupernaturale.

Illatio vrgens.

Si igitur remota vitalitas eſt intrinſecè ſupernaturalis, & defertur facultati natiuæ, tanquam elicienti; ergo & illi tribui poterit, tanquam principio proximo, vitalitas ea, quæ appellatur proxima. Cùm proſternatur fundamentum, cui innixi oppoſiti placiti aſſertores autumabant; vitalitatem non tribui potentiæ natiuæ, tanquã proximo principio, eò quòd eſſet ſupernaturalis intrinſecè; ſiquidem vitalitas remota intrinſecè ſupernaturalis defertur facultati natiuæ, vt coniunctæ habitui per ſe infuſo.

Vltima oppoſitio quòd nulla ratio vitalis trahi queat ab habitu infuſo

8 Vltimò; noſtra ſententia firmatur, ea probatione, quæ in ſequenti articulo preſſè expendetur; quòd nulla forma accidentalis ab extrinſeco tantùm principio petita, (cuiuſmodi ſunt omnes habitus per ſe infuſi,) poteſt eſſe vitalis; cùm vitalitas exprimat ordinem eſſentialem ad principium intraneum, à quo effluit; igitur vitalitas viſionis deferri nequit lumini tanquam efficienti adæquato, ſed coniuncto illi, quod ex intellectu, & lumine, cointegratur.

Eliduntur fundamenta aſſerentium adæquatum influxum proximum luminis in viſionem.

Emendatio 1. arg.

9 AD Argumenta oppoſita. Ad primum; non benè produci ab identitate ſupernaturalitatis, & vitalitatis in actu viſionis, identitatem vitalitatis, & ſupernaturalitatis in principio producẽte adæquato; aliàs enim ex identitate vitalitatis, & repræſentationis in verbo mentali inferretur identitas realis facultatis intellectiuæ, & ſpeciei impreſſæ, quibus reſpondet vitalitas, & repræſentatio verbi; quod eſt abſurdum.

Reſp. ad 2. argu.

10 Ad ſecundum argumentum; reſpondetur, quòd nihil probat; quia ob eamdem rationem oſtendi poſſet, intellectum non eſſe cauſam principalem

principium ſupernaturale ſecundùm ſubſtantiam tendat in actum ſub motiuo, & regula honeſtatis, & rectitudinis ſupra totius naturæ conatum, ſit inde, vt illi contradicat influxus in actũ obliquũ, ita vt obliquitas, & deuiatio illa peccaminoſa deferatur principio ſupernaturali, vt ſupernaturale eſt. At verò, ſi ſubſtãtia eſſet intrinſecè ſupernaturalis, & pronũtietur peccabilis; nõ intercederet voluntas aliqua naturalis ordinis, cui adſcribi poſſet deformitas peccati, vt principio deficienti, ſed defectus in ſolam ſupernaturalem volũtatem deferendus iret.

Premiturratio, quòd peccatũ vt tale nequeat eſſe ſupernaturale.

Ex quo efficacem probationem eruimus ad noſtram ſententiam firmandam; quia implicat, quòd peccatum, vt peccatum, ſit ordinis ſupernaturalis; cùm operatio ſupernaturalis, quà talis, eſſentialiter imbibat coniunctionem cum Deo, & cum regula ſupernaturali.

Vnde, licet actus ſecundùm ſubſtantiam ſupernaturalis poſsit extrinſecè componi alicui deordinationi volũtatis creatæ; repugnat tamen, quòd per comparationem ad habitum ſupernaturalem, actus ſit deformis, & deficiens à Deo. Aliàs peccatum, vt peccatum, eſſet intrinſecè ſupernaturale; ac proinde, & cohærens Deo, ob coniunctionem ſupernaturalitatis; & deficiens à Deo, ob deformitatem ordinis ſupernaturalis; ac proinde ipſemet conceptus deviationis à Deo imbiberet rationem coniunctionis cum Deo, vt authore ſupernaturali. At, in ſubſtantia ſupernaturali nullum aſsignari valeret comprincipium naturalis ordinis, cui deferri poſſet obliquitas talis operationis; igitur peccatum, vt tale, eſſet quid ſupernaturale; ſiquidem effflueret à libero arbitrio ordinis ſupernaturalis; nec aſsignabile ſit aliquod naturale comprincipium, cui talis lapſus addici queat.

Reſponſio ad argumenta, quæ contendunt poſsibilitatem ſubſtantiæ ſupernaturalis.

Ad fundamẽta oppoſita.

52 MODO Expendenda, & infringenda eſt vis oppoſitionũ contra communem ſententiam.

Ad 1. redditur ratio cur accidens ſuſtineat prædicatũ ſupernaturalitatis nõ tamẽ ſubſtantiat

Ad primum argumentum; iam oſtendimus rationem, quare prædicatum ſupernaturalitatis trahi queat ad accidens; non verò ad ſubſtantiã. Nec firma eſt oppoſitio, quæ petitur à coniũctione alicuius prædicati cũ conceptu accidentis; ad adſtruendam compoſitionem eiuſdem prædicati cum ſubſtantia ob maiorem præſtantiam entis ſubſtãtialis. Quia ratio imaginis repræſentatiuæ Deitatis trahitur ad ſpeciem impreſſam poſsibilem, quæ eſt accidens; cũ tamen implicet, in communi omniũ ſententia, ſubſtantia aliqua creata, quæ repræſentet Deum, nec formaliter, nec effectiuè.

Ad inſtãtiã de vnione hypoſtatica ſubſtãtiali, & ſupernaturali

Ad inſtantiam; de vnione hypoſtatica, ſupernaturali, & ſubſtantiali. Reſpondetur; valde diſparem ſubeſſe rationem in modo aliquo per ſuam eſſentiã compoſito extremo modificabili; ac in entitate ſubſtantiali proprijs facultatibus apprehenſiuis, & appetitiuis exornata, cui implicaret peccabilitas; quam ex Scoto aſtruimus potiorem rationem impoſsibilitatis ſubſtantiæ ſupernaturalis.

Ad cõfirmationẽ de ſubſtãtia in cõpleta ſupernaturali,

Ad cõfirmationem; de ſubſtãtia incõpleta ſupernaturali. Reſpõdetur impli care; eôquòd eſſet natura intellectualis & libera, quãuis partialis, ſicut anima rationalis; ac proinde illius poſsibilitati obſtaret eadem implicatio impeccabilitatis, quam expendimus.

Ad arg. 2. reſponſio

53 Ad ſecũdũ argumẽtũ; patet ex dictis; ratio enim implicationis, ob quam virtus illa vitalis ſupernaturalis, (quæ vtriq; cõcauſæ partiali, ni mirũ intellectui, & lumini cohæret quaſi diſperſa,) in vnam eminentiorem ſimpliciorem-que facultatem natiuam intellectus colligi non valet; ea eſt.

Quòd vitalitas ſupernaturalis volitiua, quæ voluntati, & habitui cha-

charitatis, (tanquam duplici facultati compartiali defertur,) in ſimplicem potentiam volitiuam quidditatiuè ſupernaturalem refundi poſſet; ac proinde eſſentialiter impeccabilem: quod eſſe falſum reſeruimus in confirmatione rationis Scoti.

Cui oppoſitioni, quam etiam contra propriam ſententiam formauit Scotus, (vt liquet ex textu tranſcripto ſub num. 24.) vel ſic occurrit loco citato *ex diſtinct. 23. quæſtione vnica. §. Ad aliud; an Angeli beati, ſub num. marg. 9.*

Quantumcunque igitur charitas, ſit perfectio finita, vel gratia; tamen nullius gradus entis, ſiue ſubſtantiæ, quantumcunque maximus, (ex quo tamen finitus eſt,) poteſt eſſe in quo vnitiuè perfectio charitatis contineatur.

Si autem contenderet, quis; non eſſe implicatoriam potentiam impeccabilem intrinſecè, ſiue determinatam ad bonum; liberam tamen, ſeu indeterminatam ad eliciendum bonum ſub tali motiuo operandi, & non ſub alio; vel in tanta, aut tanta, intenſione actus; qua ratione plures Theologi conciliant neceſſitatem operandi bonum in Chriſto, cùm indifferentia & libertate operationum illius. Nec enim apparet implicatorium, quòd Deus, de abſoluta potentia, eam præſtet contractionem ad bonum cum libertate compoſitam, quæ de facto Chriſto Domino ſuppetere aſſeritur; quod enim de facto collatum eſt Chriſto per gratiam vnionis; cur implicabit de abſoluta Dei potentia, vt per excellentiſſimum aliud ſupernaturale donum præſtetur?

Reſpondetur: ex dictis ſub numer. 47. eſſe omnino diuerſam impeccabilitatem Chriſti ab ea, quam expendimus in libero arbitrio ordinis ſupernaturalis. Deinde quòd ſubſtantia intrinſecè ſupernaturalis nequiret elicere actum non ſupernaturalem intrinſecè vt oſtendimus; voluntas autem Chriſti determinata non extitit à principio intrinſeco, vt actus ſolùm ſupernaturalis ordinis elicere valeret. Quoad verò attinet ad Scoti mentem; patet ex textu tranſcripto, *ſub numer. 45. ex 2. ſentent. diſtinct. 23. quæſtion. vnica.* apertè cenſuiſſe, quòd produci nequit à Deo natura, *cui repugnet neceſſariò ex principio intrinſecè difformiter moueri*, niſi, iuxta hypotheſim, vel fictionem Anſelmi, produceretur ſubſtantia aliqua Angelica cum ſola affectione commodi intendens in proprium commodum inclinatione ſpontanea, qualis ea eſt, quæ ſuppetit brutis circa bonum ſenſibile, abſq; libertate & deliberatione.

Ad confirmationem, ex numer. 25. quòd tantùm agit; Deum poſſe perficere facultates natiuas per immiſſionem habituum infuſorum perfectiorum, & perfectiorum vſque in infinitum; non tamen, ita vt perfectio illa ſupernaturalis, quæ eſſentialiter eſt aduentitia, vt potequæ ſupponens vim natiuam, quam euehit ad elatiorem ordinem, & gradum eſſendi, fiat natiua & intranea: ac proinde non præmittes ſubſtratum, quod eleuet ad excellentiorem gradum eſſendi.

54 Ad tertium argumentum, ex num. 26. reſpondetur; ad comprehenſionem Angeli ſupremi per ſe non exigi auxilium intrinſecè ſupernaturale, ſed tantùm ſupernaturale extrinſecè, & ex parte cauſæ; cùm Angelus non ſit ens intrinſecè ſupernaturale. Quamobrem non implicat creatio alicuius intellectus humani eiuſdem actualitatis, & acuminis apprehenſiui, cum coniuncto illo ex humano intellectu, & auxilio tantùm ſupernaturali ex parte agentis. Si verò ad comprehenſionem ſupremi Angeli per ſe neceſſariũ eſſet auxilium aliquod intrinſecè & eſſentialiter ſupernaturale; implicaret facultas aliqua natiua, quæ eſſentialiter ambiret actualitatẽ & energiam ſupernaturalem illius cõiuncti ex intellectu, & auxilio ſupernaturalis ordinis.

55 Si autem obijcias; implicatoriã eſſe productionem alicuius humanæ mentis, cuius obtutus calleat, vſq; ad comprehenſionem, Angelum ſupremũ; eò quòd nulla virtute fieri queat intellectus humanus adæquans Angelicæ ſubſtantiæ actualitatem, & immaterialitatem.

Reſpondetur; ad comprehenſionem non exigi æqualitatem in eſſe entis inter obiectum cognitum, & facultatem cognoſcentem; cùm præſtet ſola æqualitas, & adæquatio in eſſe cognoſcibilis; vt in controuerſia de

Scotus

Suffulcitur doctrina præcelens authoritate Scoti.

Scotus

Alia cauſa neceſſitatis circa bonum tracta ad bonum & liberum.

Infringitur ratione Scoti

Enodatur obiectio firmatio in oppoſitum

Infringitur 3. oppoſitio.

Inſiſtitur vltra.

Obtunditur obiectum

incomprehenſibilitate Dei latiùs; non tamen liquet, cur Deus mentem humanam eius acuminis producere nequeat quæ adæquet ſupremũ Angelum in ratione intelligibilis?

Ad inſtantiam. Ad inſtantiam; patet ex dictis; iam enim rationem oſtendimus, cur prædicatum ſubſtantiæ ſupernaturalis communicabile non ſit? Quia nimirum etiam participari poſſet identitas dictaminis intellectiui cum actuali impulſu volitionis: ac proinde & illimitatio ſecundùm eſſentiam; vt conſtat ex dictis. Inſuper, & quòd talis ſubſtantia creata eſſet impeccabilis; vel ſi peccare poſſet, talis obliquitas deferretur principio ſupernaturali, vt tali; cùm non adſit liberum arbitrium ordinis naturalis, cui deferatur peccatum.

Duo conſectaria ex doctrina præcedenti; & ſatisfactio ad oppugnationes Soarij.

Corol. 1. contra Vellicatores Scoti. 56 EX Dictis duo corollaria depromuntur. Primum; quam per eram impoſitum ſit Scoto, ipſum inficiatum eſſe intrinſecam ſupernaturalitatem habituum per ſe infuſorum; cùm expreſſè autumet, nec de abſoluta Dei potentia fieri poſſe eam accretionem virtutis natiuæ facultati voluntatis, vt ipſa ſupplere queat actiuitatem charitatis: adi textum appoſitum *num. mar.* 44. quod etiam aſſerit de habitu luminis reſpectu intellectus; vt conſtat ex textu *num.* 45.

1. ratio pro vindicado Scoto, quæ excludit euidenter.

Ratio altera obtinet, intrinſecã ſupernaturalitatẽ habituũ per ſe infuſi. Deinde; quia (vt ex ipſo Scoto aperuimus, *à numer.* 7. & deinceps,) diſertè pronuntiat; habitus per ſe infuſos non educi ex potentia obedientiali ſubiecti, ſed creari. Si autem eſſent formæ intrinſecè naturales, & tantùm ſupernaturales extrinſecè, ſeu ex parte efficientis; ſicut præcontinerentur intra eminentiam alicuius ſubſtrati naturalis, ita & educi poſſent: ſicut à Deo per actionem eductiuã produceretur viſus reſtitutus cæco qui eſſet ſupernaturalis tãtùm extrinſecè, & ex parte agentis.

Corollariũ aliud pro defenſione Scoti cõtra Soarium. 57 Secundò ſequitur; implicationem ſubſtantiæ ſupernaturalis petendam eſſe à repugnantia impeccabilitatis, quam expendit Scotus loco citato ex collatione vndecima; non verò ab alia argumentatione, quam format Doctor *in 4. ſenten. diſt. 49. q. 11.* qua abuſus Soarius, illam contra Scotum retorquet; quaſi Scotus inibi contenderit implicationem ſubſtantiæ ſupernaturalis. Vt autem ſenſus Scoti aperiatur, & ipſe ab oppugnatione vindicetur ſubijcienda eſt argumentatio ea, quam inibi attexit *ſub num.* 9. Vbi ſic habet.

Scotus 58 *Secundò dico; quòd anima humana non eſt ſufficienter actiua ex puris naturalibus ad conſequendum actũ viſionis; quia impoſsibile eſt, intellectũ eſſe cauſam viſionis, niſi intellectus habeat in ſe obiectum cognitum; vel aliud in quo eminentiùs continetur. Sed natura humana non habet Deum in ſe, ex ſe præſentem ſibi ſub ratione obiecti, nec in alio, in quo eminentiùs continetur, quia in nullo alio poteſt eminentiùs contineri: ergo ex ſe nõ ſufficit ad habendũ cognitionẽ diuinæ naturæ viſiuam.*

Intellectus nequit intueri Deũ ex viribus naturæ.

Firmatur Scoti aſſertum. *Præterea; viſio eſt cognitio intuitiua rei in ſe; ſed natura humana non poteſt habere ex ſe præſentem Deum in ratione obiecti, licet ſit ſibi præſens per illapſum: ergo non poteſt ex ſe habere viſionem naturæ diuinæ; non ergo ſufficit ex puris naturalibus ad cognoſcendum virtute propria obiectũ beatificum.*

Excurſiones Soarij in Scotum. 59 Quam Scoti argumentationem ſic impetit Soarius, *prima parte, lib. 2. capit. 9. numer. marg.* 4. quòd vel Scotus falſum aſſumat, vel petat principium. Nam quando autumat; *impoſſibile eſſe, intellectum eſſe cauſam viſionis, niſi intellectus habeat obiectum cognitum; vel aliud, in quo eminentiùs contineatur.* Vel procedit de ratione communi viſionis intuitiuæ vt ſic; vel de ratione contracta viſionis Dei. Si agat Scotus de ratione abſtracta intuitionis vt ſic; falſum aſſumit; cùm Angelus inſpiciat alterum, licet illum non habeat obiectiuè præſentẽ in ſe; nec in alio eminẽtiori principio, in quo Angelus apprehenſus cõtineatur ſed tantùm per ſpeciem impreſſam repræſentatiuam talis Angeli. In quo

Scotus

Soarij diſcuſſio circa Scoti probationem.

etiam

etiam ſenſu, intellectus Deum præſentem habere poſſet ratione ſpeciei impreſſę creatæ, poſsibilis de mente Scoti; vel ratione ipſiusmet ſubſtantiæ Dei immediatè coniunctæ intellectui creato ad modum ſpeciei intellibilis.

Obijcit Soarius, quòd Scotus petat principium

Si verò Scoti argumentatio procedat, non de ratione vniuerſali viſionis intuitiuæ vt ſic; ſed de contracto conceptu viſionis Dei. Videtur Scotus petere principium, dum non reddit cauſam, cur viſio beatifica elici non poſsit per ſpeciem, quæ ſit connaturalis intellectui? Quare præterire videtur præcipuum ſuæ argumentationis inſtitutũ.

Agit ad hominem Soarius contra Scotum

60 Deinde Soarius Scotum ad hominem perſtringere videtur; eò quòd connaturalitatem talis ſpeciei productiuæ viſionis inficietur; cùm tamen ipſe expreſſè autumet, Angelum cognoſcere Deum quidditatiuè per ſpeciem naturalem intrinſecè, & tantùm ſupernaturalem ex parte principij.

Fugit.

Nec præſtat reſpondere pro Scoto; quòd ſpecies illa, quã aſtruit naturalẽ, non eſt principium cognitionis intuitiuæ, ſed abſtractiuæ.

Occupatur

Quia ad claram, & quiditatiuam viſionem Dei, eam nimirum, quæ ſine analogia obiectum percipit, ita neceſſaria eſt ſpecies ſupernaturalis, ſiue notitia ſit abſtractiua, ſiue intuitiua. Quia neceſsitas ſupernaturalitatis in principio notitiæ claræ Dei, non trahitur à conceptu intuitionis, prout intuitio eſt; ſed quà refert quidditatiuam expreſsionem Deitatis, & non per analogiam, & adinſtar entis creati.

An ſpecies quidditatiua & abſtractiua Deitatis in Angelo ſit ordinis naturalis?

61 Cæterùm; quòd Scotus tradiderit apertè connaturalitatem illius ſpeciei Angelicæ, quam aſſeuerat principium cognitionis quidditatiuę & abſtractiuę Dei; conſtat ex ipſo Scoto, in 2. *ſent. diſt. 3. q. 9. §. Secunda declaratio huius diſtinctionis, ſub num. marg. 7* vbi ait.

Scotus

Hac diſtinctione præmiſſa, ad quæſtionem reſpondeo; quòd licet ſecũdum communiter loquentes, non poſſet Angelus ex puris naturalibus, habere cognitionem Dei intuitiuam, de qua in 4. libro; tamen non videtur negandũ, quin poſsit naturaliter habere cognitionem eius abſtractiuam.

Hoc modo intelligendo; quòd ſpecies aliqua diſtinctè repræſentet iſtam eſſentiam, licet non repræſentet eam, vt in ſe præſentialiter exiſtentem: benè quidem poſsibile eſt habere cognitionem diſtinctam, licet abſtractiuam. Nam abſtractiua diſtinguitur in confuſam, & diſtinctam, penes rationem aliam, & aliam cognoſcendi; & iſtam talem ſpeciem repræſentantem eſſentiam diuinam intellectui Angelico, non videtur inconueniens ponere, in intellectui Angeli inditã eſſe à principio.

Quid de ſpecie citata in Angelo

Ita quòd licet ipſa non ſit naturalis intellectui, hoc modo, quod iſte intellectus poſsit ex naturalibus ſuis eam acquirere; nec etiam, quòd poſsit eam habere ex actione alicuius obiecti agentis naturaliter, quia non poteſt eam habere præſentialitate alicuius obiecti finiti mouentis: niſi eſſentiæ diuinæ tantùm, quæ nihil aliud à ſe cauſat naturaliter naturali cauſatione.

In quo ſenſu dicitur ſpecies ſupernaturalis

Tamen ſicut perfectiones data Angelo in ſua prima creatione, licet non neceſsariò ſequãtur naturam eius, dicerẽtur naturales diſtinguẽdo cõtra merè ſupernaturales, ſcilicet gratiæ & gloriæ; ita iſta perfectio data intellectui angelico, quã eſſentia diuina eſſet ei præſens diſtinctè licet abſtractiuè, poteſt dici naturalis & ad cognitionẽ naturalẽ Angeli pertinere. Vbi perſpicuè vocat Scotus naturalẽ, vt cõdiſtinguitur à mera ſupernaturalitate gratiæ & gloriæ, ſpeciẽ illã, quę in Angelo eſſet principiũ claræ & quiditatiuæ cognitionis Dei, quãtũuis talis notitia eſſet abſtractiua expreſsio Deitatis.

An ſit naturalis inuersi aliquo ſenſu

Alia inuaſio Soarij in Scotum

62 Deinde vlteriùs procedit Soarez cõtra Scotũ; quia quãdo inquit Scotus *quòd natura humana nõ poteſt habere ex ſe præſentẽ Deũ in ratione obiecti; licet ſit ſibi præſens per illapſũ.* Rogat Soarius, quid addat præſentia Dei in ratione obiecti ſupra illapſũ, ſeu indiſtãtiam & cõiũctionẽ entitatiuã Deitatis ad creata? Aut enim talis præſentia in ratione obiecti eſt ipſamet vitalis coniunctio, quæ fit per actũ viſionis; ac proinde, idẽ erit, Deũ nõ eſſe præſentẽ vitaliter intellectui ex viribus naturæ, ac nõ videri ex viribus naturæ; quare manifeſtè petitur principiũ. Vel illa cõiunctio Dei in ratione obiecti, refert præſentiam, quæ præſtatur per ſpeciẽ impreſſã; & tũc etiã abſq; illa probatione aſſumit Scotus quòd talis coniunctio Dei per ſpeciem

cum intellectu nequeat eſſe connaturalis intellectui.

Obſeruatio ad nodũdirimendum

63 Sed vt obiectiones iſtæ, quæ primo intuitu inextricabiles videntur, breuiter dirimamus; obſeruetur, violenter nimis Scoti argumentationem, quæ de facto procedit, ad quæſtionem de poſsibili retorqueri. Scotus enim, (vt apertè conſtat ex textu appoſito num. 58.) tantùm inibi contendit intellectum non beari viribus naturæ; nec enim de poſsibili quidquam inſinuat. Scoticæ verò argumentationis is eſt ſenſus.

Illuſtratur Scoti textus

Vt potentia obiectum aliquod apprehendat, debet claudere obiectum; vel principium, in quo eminentiori ratione virtus ipſius obiecti continetur. Vbi nomine, *obiecti*, non ſolùm includit Scotus ipſam obiecti ſubſtantiam; ſed & virtutem intentionalem, ſeu ſemen eius, quod eſt ſpecies, ad ſimilitudinem expreſſam eliciendam.

Quid intelligat Scotus per virtutẽ eminẽter cõtinentem obiectum

Per virtutem verò eminentiori ratione continentem obiectum; intelligit Scotus potentiam ſeu facultatem exequutiuam Dei, quæ ſicut eminenter præcontinet omne obiectum creatum, & vniuerſam cauſalitatem intentionalem eius, ita & ſe ſola ſupplere poſſet cuiuslibet obiecti concurſum ad expreſsionem notitiæ: quo ſuppoſito ſic producitur Scoti argumentatio.

Cur intellectus ex naturæ viribus nõ habeat obiectum beatificum

Sed intellectus ex viribus naturæ non habet in ſe obiectum beatificum; nimirum, vel ſubſtantiam Dei immediatè coniunctam in ratione ſpeciei intelligibilis; vel ſpeciem impreſſam creatam repræſentatiuam Deitatis; vel potentiam Dei ſupplentem concurſum ſpeciei. Tunc enim potentia aliquæ apprehenſiua connaturaliter coniungitur obiecto; vel ſpeciei impreſſæ, quæ eſt ſemen vicarium obiecti ad productionem verbi; quando facultas apprehenſiua refert vim completam ex parte potentiæ reſpectu talis obiecti: igitur cum intellectus ex viribus naturæ reſpectu obiecti beatifici non ſit adæquatè potens ex parte potentiæ, ſed tantùm initialiter, & inchoatiuè; fit, vt ſpecies impreſſa, vel quidquid ſe tenet ex parte obiecti clarè viſibilis, non cohæreat connaturaliter intellectui ex viribus naturæ.

64 Quod verò Scotus agnouerit defectum natiuum, & intrinſecum facultatis intellectiuæ ad obiectum beatificum; & ad actum viſionis; patet ex ipſo Scoto, in 1 *ſententi diſtinctione 3. quæſtion. 8. §. Reſpondeo, quod pars intellectiua, numer. marg. 2.* Quem textum propoſuimus in præcedenti *ſubdiſtinctione, art. 3. ad n. 10. vſque ad 13.*

Scotus apertè profitetur defectũ virtutis intellectiuæ ad claram Dei viſionem

Oſtenditur obiecta Soarij cõtra Scotũ

64 Ex his facilè corruent oppugnationes obiectæ. Ad inſtantiam de Angelo cognoſcente alterum, ex num. 59. dicimus; Angelum cognitum eſſe præſentem Angelo cognoſcenti ratione ſpeciei impreſſæ; quod inſinuauit Scotus ſub coniunctione obiecti ad potentiam apprehenſiuam.

Enarratio oppoſitionis

Eò quòd ad cauſalitatem cognitionis, quæ ſe tenet ex parte obiecti, nõ ſolum attineat immediata cauſalitas, quæ prodit à ſubſtãtia obiecti; ſed etiam à virtute intentionali, & ſemine eius ad actionem intellectiuam, quæ eſt ſpecies impreſſa: quæ ſolutio euidẽter proſternit primam obiectionem Soarez.

Ad cõfirmationẽ oſtenditur, Scotum non petere principium

Ad cõfirmationem ſub eodem num. 59. Scotum aperuiſſe defectum potentiæ intellectiuæ ad claram viſionẽ Dei; quamobrem intellectum minus principalẽ, ſeu inſtrumẽtalem cauſam viſionis pronũtiauit; quod cõſtat ex ar. 3. ſubdiſtinctionis præcedẽtis. Quia verò id præmiſit Scotus tãquã conſtitutum *ex 1 ſen.* ideò in textu, quẽ opponit Soarez *ex 4. ſen.* eũ facultatis intellectiuæ defectum ad clarã Dei viſionem nõ repetit, ſed ſupponit.

Nullus ex priſcis theologis ita aperuit defectũ virtutis intellectiuæ ad actus ſupernaturales, ſicut Scotus.

Nec reperio authorẽ aliquẽ ex priſcis theologis qui ita expreſſerit defectũ virtutis intellectiuæ & volitiuę ad actus ſupernaturales; cũ apertè cõſtituat, quod implicat de abſoluta Dei potẽtia, intellectus, qui, à natiua vi, referat virtutẽ habitus luminis gloriæ; & ſimiliter voluntas aliqua creabilis, quæ quidditatiuè imbibat efficiẽtiã habitus charitatis; vt oſtẽdimus *à n. 41. vſq; ad 47. & etiã ſub nn. 53.* vbi conſonã de hac re Scoti mẽtem, *ex coll. 11. & ex 4. ſent. diſt. 49. & in 2. diſt. 23. q. vnica*, luce clarius oſtendimus.

Ad oppoſitionẽ Soarij de ſpecie abſtracta diuinæ ordinis naturalis.

65 Ad oppoſitionẽ ex n. 61. de cõnaturalitate ſpeciei illius Angelicæ; quæ aſſeritur ab Scoto principiũ quidditatiuæ cognitionis abſtractiuæ Dei.

Reſpondetur; tã in aſsignatione talis

ſpe-

ſpeciei, quàm in ſupernaturalitate eius, nihil definire Scotum; non enim aſſertiuè, ſed opinatiuè tantùm procedit, vt accuratè obſeruauit Hugo Cauellus in ſcholio, & margine huius loci.

Scotus non aſſerit, ſed diſputat ex Cauello.

Et conſtat ex illis verbis Scoti *ſub numer. 16. Ad vltimum dico, quòd ſi tenea tur, quòd Angelus beatus non videt per iſtam ſpeciem, tunc nec alius videns eam in intellectu eius videbit per eam ſupernaturalia.* Vbi tantùm Scotus conditionaliter, & ex hypotheſi procedit, non verò ſimpliciter & abſolutè.

Scotus

Quod amplius liquet ex §. *Contra iſtud obijcitur, ſub eodem num. mar. gin. 16.* vbi cùm ſibi obiecſiſſet; quòd ſi illa ſpecies Deum abſtractiuè repræſentaret, eſſet tantùm ſupernaturalis ex parte agentis; fieret, vt non diſſideret in conceptu ſupernaturalitatis ab alijs ſpeciebus impreſſis Angelo ab initio ſuæ cõditionis, quæ ſunt ſupernaturales ex parte agentis; eòquòd menti Angelicæ immittãtur à Deo, quas tamen eſſe intrinſecè naturales, alleuerat cõmunis doctorum conſenſus.

Scotus nõduxit ſpeciem abſtractiuã angelicã eſſe ordinis naturalis.

Reſpõdet Scotus; aliam eſſe ſupernaturalitatem huiuſmodi ſpecierum peraccidens infuſarum; aliam verò ſpeciei illius per ſe infuſæ, quæ quidditatiuè, (abſtractiuè tamen,) Deũ repræſentaret. Quia ſpecies illæ obiectorum naturalium, quæ à Deo immiſſæ ſunt intellectui Angelico, potuerunt ab obiectis naturalibus imprimi; ſpecies verò repræſentatiua Deitatis à ſolo Deo produci voluit.

Sed, quia hæc diſtinctio & diſparitas videbatur tantùm ſpectare ad ſupernaturalitatem extrinſecam ex parte agentis; ſubdit Scotus, prædictam ſpeciem eam ſupernaturalitatis rationem nanciſci, quæ, non tãtùm à ſolo Deo elici poſſit; (quod attinet ad ſupernaturalitatem ex parte agentis) ſed etiam ab ipſo Deo, non prout operante naturaliter, ſed ſupernaturaliter, ſeu ſupra totius naturæ facultatem, & eminentiam: quod fuit ſupernaturalitatem ex parte formæ in tali ſpecie agnoſcere. Verba Scoti accipito.

Species abſtractiua Deitatis in Angelo ob eſſe ſolũ ſupernaturalis ex parte agentis

Scotus

66 *Contra iſtud obijcitur, quia Angelus quodlibet etiam aliud à Deo naturaliter cognoſcit, licet illas alias ſpecies recipiat à Deo ſupernaturaliter imprimente. Poſſet dici, quòd illas alias ſpecies poſſet habere ab illis obiectis in ſe, nullis alijs, ab ipſis exentibus, requiſitis; ſed nullo modo poſſet habere illam ſpeciem diſtinctam reſpectu eſſentiæ diuinæ: niſi ab ipſo imprimente, & hoc, non naturaliter, ſed ſupernaturaliter.*

Vbi obſeruanda ſunt illa verba; *ab ipſo imprimente, & hoc, non naturaliter ſed ſupernaturaliter.* Vbi ſuppoſita ſupernaturalitate ſpeciei ex parte agẽtis vel imprimentis; ſtatim ſupernaturalitatem aliam adiungit à ſupernaturalitate ex parte principij diſtinctam; quæ nulla eſſe poteſt, niſi ſupernaturalitas intrinſeca & per comparationem ad ſubſtratum. Vt patet liquidò ex verbis ſequentibus, *& hoc, non naturaliter, ſed ſupernaturaliter.* Si enim in tali ſpecie ſolã ſupernaturalitatem extrinſecam aut ex parte agentis agnouiſſet Scotus, ſat ſuperque fuiſſet, illam in authorem ſupernaturalem reuocare; non appoſita ſupernaturalitate altera formæ impreſſæ, cõdiſtincta à ſupernaturalitate principij imprimentis.

Explanatio ſenſus Scoti.

Scotus

67 Ad vltimam inſtantiam ex numer. 62 patet ex dictis; aſſerimus enim de mente Scoti; concurſum Dei in ratione obiecti clarè viſibilis addere ſupra illapſum Deitatis in intellectum, ſeu indiſtantiam entitatiuam ab illo, complementum quoddam tenens ſe ex parte obiecti ad partum verbi mentalis, ſeu imaginis expreſſæ ipſius Deitatis. Quæ coniũctio vel compoſitio obiecti viſionis ad intellectum, non eſt illa præſentia vitalis, quã eſſentialiter imbibit & trãſcendit ipſamet viſio vt actus ſecundus & formalis repræſentatio obiecti; ſed eſt intentionalis virtus obiecti beatifici vt potẽtis fecũdare intellectũ & vt compoſiti in actu primo in ratione particularis agentis proximè apparati ad intẽtionalem influxum expreſsiuum imaginis Deitatis. Quæ virtus anteuertit actum ſecundum viſionis, vt perſpicuum eſt. Tale verò complementum ex parte obiecti præſtari poteſt ab ſpecie impreſſa, vel à voluntate & potentia exequtiua Dei ſupplente vices ſpeciei; vt latiùs infra conſtabit. Ita vt intentionalis virtus in actu primo ſpectata non poſsit eſſet connaturalis facultati intellectiuę; eò quod non ſupponat intellectum completũ in toto or-

Dilutio vltimæ inſtãtiæ

Quid addat cõcurſus Dei in rationẽ obiecti ſupra cõcurſum entitatiuũ

dine potentiæ respectu actuum supernaturalium, vt ex Scoto ostendimus. Quare intellectui actuato habitu luminis debitus & connaturalis est concursus obiecti clarè visibilis ad partum supernaturalis notitiæ.

Examen doctrinæ Ioan. de Rada

68 Ex dictis, manifestè taxatur Ioannes de Rada, *3. part. controuersi. 9. artic. 2. conclus. 4.* autumans; quòd licet Deus crearet substantiam, cui esset connaturale lumen gloriæ, adhuc non esset connaturalis tali substantiæ visio clara Dei. Eò quòd Deus liberè moneat intellectum creatum, & illi voluntariè coniúgatur in ratione obiecti; quatenùs inter intellectum creatum, etiã lumine gloriæ perfusum, & Deum, nulla sit connexio, vt Deus necessariò coniungatur in ratione obiecti.

Confutatur sententia Ioannis de Rada.

Hoc enim assertum falso fundamento innititur; aliud enim est, quòd Deus se libere coniungat menti in ratione obiecti elicientis notitiam supernaturalem; aliud verò, quod talis fœcunditas non sit connaturalis intellectui, prout composito habitui luminis. Aliàs enim si à sola libertate in adeunda immutatione potentiæ petenda esset supernaturalitas notitiæ; fieret, vt si obiecta creata omnia, non necessariò, sed liberè intellectum immutarent ad partum notitiæ; quòd talis cognitio esset supernaturalis quoad substantiam, sicut clara visio Dei, quod est absurdum.

Sicut data opinione Aureoli (quem sequitur Soarius,) autumãtis, cogitationes Angelorum subijci volitionibus quoad immittendas species talium cogitationum in intellectu alterius; sequeretur quòd talis actio esset intrinsecè supernaturalis, quia libera. De quovide in *sequenti distinct. de principio visionis ex parte obiecti art. 2. à num. 6. vsque ad 8.*

Visio effectiuè naturalis illi substantiæ, cui esset connaturale lumen gloriæ.

Supernaturalitas igitur cognitionis pensanda non est ex eo, quòd obiectum liberè, vel necessariò, immutet intellectum; sed ex eo, quòd præmittat facultatem tantùm inchoatam, & initialem, non verò completam, respectu talis obiecti. Ita vt potentia habitui supernaturali composita exigat completa inclinatione (non verò solùm inchoata, & initiali) obiectum, & motionem intentionalem eius; sicut calor exigit à Deo concursum ad calefaciendum, quãuis integrum sit Deo ac liberum, talem concursum denegare.

Cautio pro aliquibus Scotizantibus.

Quæ à pluribus Scotizantibus obseruanda vellem, qui in hac re sæpe, ob sinistram Scoti interpretationem, & intelligentiam, allucinantur; quasi idẽ sit, quòd visio sit connaturalis intellectui composito habitui luminis gloriæ; & quòd Deus non concurrat liberè, sed necessariò, ad visionem; cùm vis calefactiua connaturaliter exigat à Deo cõcursum ad calefaciendum; & Deus libere, & pro nutu, queat denegare talem influxum.

ARTICVLVS II.

De functionibus luminis gloriæ.

SVMMARIVM.

Opinio autumans lumen gloriæ esse adæquatum principium visionis, suadetur. Num. 1.

Expugnatur. Num. 5.

Altera Thomistarum sententia, qui lumen gloriæ esse dispositionem visionis censent. Num. 14.

Confutatur. Num. 15.

Thomistarum opinio agens, lumen gloriæ esse dispositionem intellectus ad receptionem essentiæ diuinæ in ratione speciei. Num. 18.

Reijcitur. Num. 19.

Placitum Vazquez existimantis, lumẽ gloriæ tenere se ex parte obiecti. Num. 20.

Exploditur. Num. 21.

Item & aliud quorumdam recentiorũ, qui lumen ex parte potentiæ, & obiecti, constituunt Num. 24.

Egidij de Præsentatione ratio alia constituendi lumen ex parte obiecti, improbatur. Num. 27.

EXarata supernaturalitate habitus luminis, modo sub inuestigationem cadunt munera & functiones causalitatis talis formæ, quæ quia variè à Theologis expenduntur, sigillatim recensenda, & in trutinam

nam vocanda eſt ſententia quælibet, ne diſsidiorum occurſus diſputandi ſeriem offuſcet.

Prima opinio, quòd lumen ſit principium adæquatum proximum.

Opinio autumãs, lumen gloriæ eſſe adæquatum principium proximũ viſionis.

1 ET Primò occurrit eã opinio, quæ lumen gloriæ pronuntiat adæquatum principium proximum viſionis ex parte potentiæ; ex quo placito manifeſtè deduci videtur, intellectum merè materialiter ſe gerere ad inſtar ſubſtrati ſuſtentantis adæquatam cauſam actionis: ſicut aqua ſuſtentat calorem, qui eſt adæquatum principium calefactionis. Hæc opinatio adſcribitur Soto *in 4. diſt. 49 q. 2. ar. 4.* Capreolo *in 4. diſt. 49. ar. 3. ad primum Durandi contra ſecundam concluſionem*, & ex modernis eã tutatur Aluarez *lib. 7. de auxilijs, diſp 64.* & probatur primò.

Soto. Capreolus

Aluarez.

1. ratio in oppoſitum

Quia vitalitas viſionis eſt eſſentialiter ſupernaturalis; igitur deferri debet lumini gloriæ, tanquam adæquato principio proximo vitali ſupernaturali. Si enim talis vitalitas intellectui tanquam operanti immediato tribui poſſet, ſicut datur diſcretio realis cauſalitatum, iuxta diſtinctionem realem intellectus, & luminis: ita etiam aſsignanda eſſet realis diſtinctio inter prædicatum vitalitatis, quod reſpõdet intellectui, & prædicatũ ſupernaturalitatis, quod defertur lumini; quod eſt abſurdum.

Impetitur imm diatus influxus intellectus eò quòd neque ab eſſe principali, vel inſtrumentario

2 Secundò arguitur, quia intellectus nequit eſſe principium proximum elicitiuum viſionis; ergo ſolum lumen gloriæ concurrit vt adæquata potentia in ordine proximo intelligendi ſupernaturaliter. Antecedens probatur; quia intellectus non concurrit ad viſionem vt cauſa principalis; vt liquet ex dictis, nec etiam vt inſtrumentalis. Quia cauſa vitalis, (vt principium formaliter vitum) debet influere influxu connaturali & debito principio viuenti ſecundùm propriam rationem & ſpeciem vitæ; ſed influxus inſtrumentalis non eſt proprius cauſæ viuentis, vt viua eſt; cùm ſit etiã communis alijs agẽtibus inanimatis: ergo intellectus nõ exhibet immediatum influxum reſpectu viſionis; ac proinde ſolũ lumen gloriæ eſt cauſa adæquata ex parte potentiæ.

Vegetur ratio in cauſalitate phyſica ſacramẽtorum

3 Deinde; inſtrumenta diuina non ẽgent qualitate aliqua ſupernaturali ad hoc, quòd eleuentur ad ſupernaturalia producta; præſtat enim initialis virtus illorum, quæ per aſsiſtentiam diuinæ potentiæ compleatur: vt conſtat in efficientia ſacramentorum nouæ legis circa gratiam, quæ in ſententia Thomiſtarum ſine impreſsione alicuius qualitatis eleuantis attingunt gratiam.

Inſiſtitur vltra, datur poſſe quòd ſacramentis ſuppeteret vis obedientialis reſpectu gratiæ

Et vt præſens ratio in omni opinione procedat; ſic conſtruatur. Si per impoſsibile ſacramenta præferrent vim inchoatam ad gratiam; illam attingere poſſent inſtrumentaliter abſque impreſsione alicuius qualitatis ſupernaturalis. Eò quòd non ſit de quidditate inſtrumenti, vt euehatur ad eleuatiorem cauſalitatem per intrinſecam informationem alicuius comprincipij; vt conſtat de phantaſmate reſpectu ſpeciei intelligibilis. Atqui intellectus ſibi vendicat vim inchoatam inſtrumentalem ad eliciendam viſionem Dei; ergo non eget aliqua qualitate inhærente. Vt ergo iſta inconuenientia vitentur; adæquata virtus effectiua viſionis ex parte potentiæ in ſolum lumen gloriæ refunden da eſt.

Cõfirmatio ex canone fidei

Confirmatur; quia ſi tota virtus effectiua viſionis non eſſet in lumine, ſed aliqua etiam partialis tribueretur intellectui; ſequeretur, quòd homo beatificaret ſe per propriã facultatẽ naturalem intellectiuam; quæ videtur falſa loquutio fauens errori Pelagij.

Arguitur 4. quia ab intellectu peteretur præſtãtia viſionis

4 Arguitur quartò; ſi vis natiua intellectus proximè præſtaret ad eliciendam viſionem; fieret, vt intellectus præſtantior, ſuppoſita æqualitate habitus immiſsi, excelentiorem cauſalitatẽ adiret. Quod magis vrget in intellectib⁹ ſpecie diſcretis, quales ſunt humanus & Angelicus: igitur, à natiua perfectione intellectus traheretur inæqualitas viſionis.

Vltimò arguitur; quia vt liquet ex his, quæ ex Scoto tradidimus, *in ſubdiſtinct. præcedenti, in artic. 1. de potentia obediẽtiali actiua, ſub num. marg. 24.*

Nihil

Nihil poteſt agere in quocunque ordine agendi niſi propria virtute, vel quòd non poteſt in virtute alterius pluſquam in propria virtute, id eſt aliquid, ad quod virtus eius nullo modo ſe extendit in ſuo ordine cauſandi.

Quò fit, vt ſit implicatoria elevatio alicuius cauſæ, eſto quòd inſtrumentariæ, ad productionem effectus, niſi præſupponatur cum propria virtute in ſuo ordine cauſandi, quæ præcontineat virtualiter talem effectum.

Si ergo habitus luminis gloriæ non eſſet adæquatum principium proximum viſionis, ſed etiam immediatè concurreret natiua vis intellectus; fieret, vt intellectus, à natiua vi, vel virtute propria, vt conditinguitur ab aduentitia, & extrinſeca comprincipij ſupernaturalis, præhaberet eminẽtialiter formã intrinſecè ſupernaturalẽ, qualis eſt viſio beatifica.

Tunc ſic; ſed virtus propria intellectus eſt ordinis naturalis, cùm non ſit diſtincta ab ipſamet ſubſtantia intellectus; nec enim eminentialis incluſio effectus vlla ratione ſecernitur á virtute & formali ſubſtantia ſuæ cauſæ. Igitur, aut intellectus non habet virtutem proximam ad operationem ſupernaturalem; aut ex viribus naturæ præcõtinet formam ſupernaturalem.

Nec dici valet; quòd elevatio luminis gloriæ præſtet iſtam continentiam.

Cùm elevatio ſit á principio aduentitio & extrinſeco; præcontinentia autem virtualis iſta ſit á virtute propria & quæ præexigitur præmittitur vt ante elevationem à principio extrinſeco.

Expugnatur placitum præmiſſum.

5 SED, Dicendum eſt cum ferè communi omniũ ſententia; lumen gloriæ non eſſe adæquatum principium proximum viſionis. Quam aſſertionem certam iudico, & oppoſitam infirmo fundamento ſubnixam; vt pote quæ in doctrina conſtare non videatur. Quod aperio retorquendo contra aduerſarios primarium illorum fundamẽtum.

Quia, ſi vitalitas viſionis deferretur lumini tanquam adæquato principio proximo ob identitatem cum prædicato ſupernaturalitatis, quod reſpondet lumini; fieret, vt nec lumen gloriæ eſſet proximum principium verbi beatifici. Probatur; quia etiam prædicata vitalitatis, & ſupernaturalitatis, ſunt eadem omnino realitas ante intellectum cum prædicato imaginis expreſsiuæ ipſius Dei, quæ elucet in verbo beatifico, vt certo certius eſt; ſed ratio imaginis obiecti beatifici deferri non poteſt lumini gloriæ, cùm lumen gloriæ in cõmuni ſententia Thomiſtarum non ſit ſpecies impreſſa tenens ſe ex parte obiecti, ſed ex parte potentiæ: & ratio repræſentationis, & imaginis talis obiecti non reſpondeat facultati apprehẽſiuæ, ſed obiecto apprehenſo.

Igitur, ſi ob identitatem ſupernaturalitatis & vitalitatis, non defertur proximè vitalitas viſionis intellectui, quia illi non tribuitur ſupernaturalitas; ita & ob identitatem repræſentationis, & vitalitatis ſupernaturalis, reſpondere non poterit viſio lumini; eò quòd lumini non deferatur repræſentatio viſionis.

Verùm; quia ex Thomiſtis quàm plures eunt inficias; beatos de facto formareverbũ; ex phyſicis principijs ita profligandi ſunt. Prædicata vitalitatis & repræſentationis in quolibet verbo mẽtali ordinis naturalis inter ſe identificãtur realiter, vt euidens eſt; ſed repræſentatio, & ratio imaginis non tribuitur intellectui, qui eſt pura potentia in genere intelligibilium: igitur nec ratio vitalitatis; ac proinde fieret, vt nec facultas intellectiua eſſet principiũ proximum vitalitatis intellectionum naturalium.

6 Deinde; aduerſarios perſtringo ex principijs fidei. Quia, ſic ſe habet habitus charitatis ad facultatem appetitiuam; ſicut lumen gloriæ ad intellectum. Quia ſicut oppoſitæ ſententiæ aſſertores aſtruunt; lumen gloriæ ideò eſſe adæquatum principium viſionis ex parte potẽtiæ, quia eſt velut intellectus quidã ſupernaturalis; ita propter identitatem rationis, aſſerere coguntur, charitatem eſſe cauſam adæquatã impulſus ſupernaturalis.

Agitur ad hominẽ contra aduerſarios

Vrgetur de inde ex generatione verbi ordinis naturalis

2. ratio ex proxima cõcurſu voluntatis ad impulſum ſupernaturalem

Sed

Si charitas eſſet adæquatum principium proximum dilectionis, tam impulſus non eſſet liber.

Sed hoc eſt abſurdum; aliàs enim dilectio ſupernaturalis, nec libera, nec meritoria, eſſe poſſet: eò quòd non prodiret à voluntate creata, quæ tantùm adiret cauſalitatem materialem, non verò elicitiuam impulſus ſupernaturalis. Cùm tamen denominatio libertatis & indifferentiæ non exprimat habitudinem ad principium paſsiuum, ſed effectiuum; quòd nimirum omnium circunſtantiarum appoſito conuentu, influere, & non influere, queat. Atqui charitas, eſtò quòd concipiatur adinſtar voluntatis cuiuſdam ſupernaturalis, nullam præſeferet indifferentiam contrarietatis nec contradictionis; ſed eſt principium neceſſarium, & determinatum ab intrinſeco, cui nullatenus adſcribitur indifferentia, niſi quatenus ſubijcitur facultati appetitiuæ, quæ vtitur habitu prout vult: igitur, ſi charitas renuntietur adæquatum principium impulſus ſupernaturalis, tollitur radix libertatis.

Reſp. recentium Thomiſtarum

7 Sed, vt ab his ſe expediant Thomiſtæ, & facultates vitales non conſtituant mera materialis, & ſubſtrata actuum liberorum & vitaliũ; ea ratione qua aqua calida ſubſternitur calori, tanquam adæquato principio calefactionis; mira comminiſcuntur. Dicunt enim cum Aluarez *lib. 7. de Auxiliis, diſput. 64. numer. 4.* in actu ſupernaturali vitali aſsignari vitalitatem remotã, quæ tribuitur facultati natiuæ; & vitalitatem proximam, quæ reſpondet habitui per ſe infuſo, tanquam principio proximo adæquato.

Aluarez

Expugnatur diuerſa vitalitas remotæ & proximæ in actu ſupernaturali.

Sed contra; quia, vel rationes iſtæ vitalitatis proximæ, & remotæ, ſunt denominationes quædam extrinſecæ in actu vitali ſupernaturali: & hoc eſt contra conceptum vitæ, qui, ſiue accipiatur in actu primo, ſiue in actu ſecundo, ſiue in ente creato, ſiue increato, eſt de ratione intrinſeca rei viuentis. Vel ſunt prædicata intrinſeca in actu vitali ſupernaturali, talis vitalitas proxima & remota; de quibus ſciſcitor, an vtraque ſit ſupernaturalis? De proxima, quæ tribuitur habitui per ſe infuſo, nulla poteſt eſſe dubitatio; nec etiam de remota. Aliàs enim talis vitalitas nõ eſſet de intrinſeca ratione actus ſupernaturalis; ſiquidem nullum ex prædicatis intrinſecis formæ ſupernaturalis poteſt nõeſſe ſupernaturale.

Si igitur remota vitalitas eſt intrinſecè ſupernaturalis, & defertur facultati natiuæ, tanquam elicienti; ergo & illi tribui poterit, tanquam principio proximo, vitalitas ea, quæ appellatur proxima. Cùm proſternatur fundamentum, cui innixi oppoſiti placiti aſſertores autumabant; vitaliratem non tribui potentiæ natiuæ, tanquã proximo principio, eò quòd eſſet ſupernaturalis intrinſecè; ſiquidem vitalitas remota intrinſecè ſupernaturalis defertur facultati natiuæ, vt coniunctæ habitui per ſe infuſo.

Illatio vrgens.

Vltima oppoſitio quòd nulla ratio vitæ trahi queat ab habitu infuſo

8 Vltimò; noſtra ſententia firmatur, ea probatione, quæ in ſequenti articulo preſſè expendetur; quòd nulla forma accidentalis ab extrinſeco tantùm principio petita, (cuiuſmodi ſunt omnes habitus per ſe infuſi,) poteſt eſſe vitalis; cùm vitalitas exprimat ordinem eſſentialem ad principium intraneum, à quo effluit; igitur vitalitas viſionis deferri nequit lumini tanquam efficienti adæquato, ſed coniuncto illi, quod ex intellectu, & lumine, cointegratur.

Eliduntur fundamenta aſſerentium adæquatum influxum proximum luminis in viſionem.

Emendatio 1. arg.

9 AD Argumenta oppoſita. Ad primum; non benè produci ab identitate ſupernaturalitatis, & vitalitatis in actu viſionis, identitatem vitalitatis, & ſupernaturalitatis in principio producẽte adæquato; aliàs enim ex identitate vitalitatis, & repræſentationis in verbo mentali inferretur identitas realis facultatis intellectiuæ, & ſpeciei impreſſæ, quibus reſpondet vitalitas, & repræſentatio verbi; quod eſt abſurdum.

Reſp. ad 2. argu.

10 Ad ſecundum argumentum; reſpondetur, quòd nihil probat; quia ob eamdem rationem oſtendi poſſet, intellectum non eſſe cauſam principalem

totus

Nihil potest agere in quocunque ordine agendi nisi propria virtute, vel quòd non potest in virtute alterius plusquam in propria virtute, id est aliquid, ad quod virtus eius nullo modo se extendit in suo ordine causandi.

Ultima ratio quia quidditas supernaturalis præhabetur eminentialiter in ea physica virtualitas & facultatiua

Quò fit, vt sit implicatoria elevatio alicuius causæ, esto quòd instrumentariæ, ad productionem effectus, nisi præsupponatur cum propria virtute in suò ordine causandi, quæ præcontineat virtualiter talem effectum.

Si ergo habitus luminis gloriæ non esset adæquatum principium proximum visionis, sed etiam immediatè concurreret natiua vis intellectus; fieret, vt intellectus, à natiua vi, vel virtute propria, vt condistinguitur ab aduentitia, & extrinseca comprincipij supernaturalis, præhaberet eminentialiter formã intrinsecè supernaturalẽ, qualis est visio beatifica.

Tunc sic; sed virtus propria intellectus est ordinis naturalis, cùm non sit distincta ab ipsamet substantia intellectus; nec enim eminentialis inclusio effectus vlla ratione secernitur á virtute & formali substantia suæ causæ. Igitur, aut intellectus non habet virtutem proximam ad operationem supernaturalem; aut ex viribus naturæ præcõtinet formam supernaturalem.

Nec dici valet; quòd elevatio luminis gloriæ præstet istam continentiam.

Cùm elevatio sit à principio aduentitio & extrinseco; præcontinentia autem virtualis ista sit á virtute propria & quæ præexigitur præmittitur vt ante elevationem à principio extrinseco.

Argetur ratio ex Scoto

ugn.

ccupatur.

Expugnatur placitum præmissum.

assertio cõmunis

5 SED, Dicendum est cum fere communi omniũ sententia; lumen gloriæ non esse adæquatum principium proximum visionis. Quam assertionem certam iudico, & oppositam infirmo fundamento subnixam; vt pote quæ in doctrina constare non videatur. Quod aperio retorquendo contra aduersarios primarium illorum fundamẽtum.

Agitur ad hominem contra aduersarios

Quia, si vitalitas visionis deferretur lumini tanquam adæquato principio proximo ob identitatem cum prædicato supernaturalitatis, quod respondet lumini; fieret, vt nec lumen gloriæ esset proximum principium verbi beatifici. Probatur; quia etiam prædicata vitalitatis, & supernaturalitatis, sunt eadem omnino realitas ante intellectum cum prædicato imaginis expressiuæ ipsius Dei, quæ elucet in verbo beatifico, vt certo certius est; sed ratio imaginis obiecti beatifici deferri non potest lumini gloriæ, cùm lumen gloriæ in cõmuni sententia Thomistarum non sit species impressa tenens se ex parte obiecti, sed ex parte potentiæ: & ratio repræsentationis, & imaginis talis obiecti non respondeat facultati apprehẽsiuæ; sed obiecto apprehenso.

Igitur, si ob identitatem supernaturalitatis & vitalitatis, non defertur proximè vitalitas visionis intellectui, quia illi non tribuitur supernaturalitas; ita & ob identitatem repræsentationis, & vitalitatis supernaturalis, respondere non poterit visio lumini; eò quòd lumini non deferatur repræsentatio visionis.

Vrgetur deinde ex generatione verbi ordinis naturalis

Verùm; quia ex Thomistis quàm plures eunt in ficias; beatos de facto formare verbũ; ex physicis principijs sita profligandi sunt. Prædicata vitalitatis & repræsentationis in quolibet verbo mẽtali ordinis naturalis inter se identificãtur realiter, vt cuidens est; sed repræsentatio, & ratio imaginis non tribuitur intellectui, qui est pura potentia in genere intelligibilium: igitur nec ratio vitalitatis; ac proinde fieret, vt nec facultas intellectiua esset principiũ proximum vitalitatis intellectionum naturalium.

6 Deinde; aduersarios perstringo ex principijs fidei. Quia, sic se habet habitus charitatis ad facultatem appetitiuam; sicut lumen gloriæ ad intellectum. Quia sicut oppositæ sententiæ assertores astruunt; lumen gloriæ ideò esse adæquatum principium visionis ex parte potẽtiæ, quia est velut intellectus quidã supernaturalis; ita propter identitatem rationis, asserere coguntur, charitatem esse causam adæquatã impulsus supernaturalis.

3. ratio ex proxima cõcursu voluntatis ad impulsum supernaturalem

Sed

Si charitas eſſet adæquatum principium proximum dilectionis, ita vt impulſus non eſſet liber.

Sed hoc eſt abſurdum; aliàs enim dilectio ſupernaturalis, nec libera, nec meritoria, eſſe poſſet: eò quòd non prodiret à voluntate creata, quæ tantùm adiret cauſalitatem materialem, non verò elicitiuam impulſus ſupernaturalis. Cùm tamen denominatio libertatis & indifferentiæ non exprimat habitudinem ad principium paſsiuum, ſed effectiuum; quòd nimirum omnium circunſtantiarum appoſito conuentu, influere, & non influere, queat. Atqui charitas, eſtò quòd concipiatur adinſtar voluntatis cuiuſdam ſupernaturalis, nullam præſefert indifferentiam contrarietatis nec contradictionis; ſed eſt principium neceſſarium, & determinatum ab intrinſeco, cui nullatenus adſcribitur indifferentia, niſi quatenus ſubijcitur facultati appetitiuæ, quæ vtitur habitu prout vult: igitur, ſi charitas renuntietur adæquatum principium impulſus ſupernaturalis, tollitur radix libertatis.

Reſp. recentium Thomiſtarum

7 Sed, vt ab his ſe expediant Thomiſtæ, & facultates vitales non conſtituant mera materialia, & ſubſtrata actuum liberorum & vitalium; ea ratione qua aqua calida ſubſternitur calori, tanquam adæquato principio calefactionis; mira comminiſcuntur. Dicunt enim cum Aluarez *lib. 7. de Auxiliis, diſput. 64. numer. 4.* in actu ſupernaturali vitali aſsignari vitalitatem remotã, quæ tribuitur facultati natiuæ; & vitalitatem proximam, quæ reſpondet habitui per ſe infuſo, tanquam principio proximo adæquato.

Aluarez.

Expugnatur diſcretio vitalitatis in remotæ & proximæ inactu ſupernaturali.

Sed contra; quia, vel rationes iſtæ vitalitatis proximæ, & remotæ, ſunt denominationes quædam extrinſecæ in actu vitali ſupernaturali: & hoc eſt contra conceptum vitæ, qui, ſiue accipiatur in actu primo, ſiue in actu ſecundo, ſiue in ente creato, ſiue increato, eſt de ratione intrinſeca rei viuentis. Vel ſunt prædicata intrinſeca in actu vitali ſupernaturali, talis vitalitas proxima & remota; de quibus ſciſcitor, an vtraque ſit ſupernaturalis? De proxima, quæ tribuitur habitui per ſe infuſo, nulla poteſt eſſe dubitatio; nec etiam de remota. Aliàs enim talis vitalitas nõ eſſet de intrinſeca ratione actus ſupernaturalis; ſiquidem nullum ex prædicatis intrinſecis formæ ſupernaturalis poteſt nõeſſe ſupernaturale.

Si igitur remota vitalitas eſt intrinſecè ſupernaturalis, & defertur facultati natiuæ, tanquam elicienti; ergo & illi tribui poterit, tanquam principio proximo, vitalitas ea, quæ appellatur proxima. Cùm proſternatur fundamentum, cui innixi oppoſiti placiti aſſertores autumabant; vitalitatem non tribui potentiæ natiuæ, tanquã proximo principio, eò quòd eſſet ſupernaturalis intrinſecè; ſiquidem vitalitas remota intrinſecè ſupernaturalis defertur facultati natiuæ, vt coniunctæ habitui per ſe infuſo.

Illatio vrgens.

8 Vltimò; noſtra ſententia firmatur, ea probatione, quæ in ſequenti articulo preſſè expendetur; quòd nulla forma accidentalis ab extrinſeco tantùm principio petita, (cuiuſmodi ſunt omnes habitus per ſe infuſi,) poteſt eſſe vitalis; cùm vitalitas exprimat ordinem eſſentialem ad principium intraneum, à quo effluit; igitur vitalitas viſionis deferri nequit lumini tanquam efficienti adæquato, ſed coniuncto illi, quod ex intellectu, & lumine, cointegratur.

Vltima oppoſitio; quòd nulla ratio vitalitatis quæ at ab habitu infuſo

Eliduntur fundamenta aſſerentium adæquatum influxum proximum luminis in viſionem.

9 AD Argumenta oppoſita. Ad primum; non benè produci ab identitate ſupernaturalitatis, & vitalitatis in actu viſionis, identitatem vitalitatis, & ſupernaturalitatis in principio producẽte adæquato; aliàs enim ex idẽtitate vitalitatis, & repræſentationis in verbo mentali inferretur identitas realis facultatis intellectiuæ, & ſpeciei impreſſæ, quibus reſpondet vitalitas, & repræſentatio verbi; quod eſt abſurdum.

Ennodatio 1. arg.

10 Ad ſecundum argumentum; reſpondetur, quòd nihil probat; quia ob eamdem rationem oſtendi poſſet, intellectum non eſſe cauſam principalem

Reſp. ad 2. argu.

eò quòd influxus principalis causæ sit etiam communis agentibus inanimatis.

Influxus instrumentarius à principio viuo.

Dicimus ergo; quòd licet influxus instrumenti in sua vniuersalitate, & abstractione congruere queat causis inanimatis; attamen talis influxus, qui sit à principio à se motum adeunti, (qualis est influxus intellectus, & voluntatis respectu actuum supernaturalium,) est ita proprius principio viuenti, vt causæ inanimatæ cohærere non valeat.

Ad 3. intellectus ex ratione instrumentiui finis nō exigit intrinsecè spiritualē luminis.

11 Ad tertium; respondetur, manifestè obtinere; intellectum, & voluntatem, ob causalitatem instrumentariam præcisè, non exposcere eleuationem, quæ à comprincipijs inhærentibus præstetur.

Eadē enim ratione instrumentali segererent; si Deus suppleret per speciale auxilium talium habituum per se infusorum influxum. Quare asserendū est; Deum pro sua munificentia potentias intellectuales his monilibus exornare voluisse; quod eleganter docuit Basolius *in 3. sent distinct. 14. quæst. 1. art. 2. §. Sed quantum ad istum articulum*, vbi ait.

Scita obseruatio Basolij.

Tertiò dico; quòd licet non sit necessarius simpliciter habitus charitatis ad actum fruitionis, nec habitus luminis ad actum visionis; nihilominus ponuntur, & sunt in mente beata ex ordinatione diuinæ voluntatis ad decorem, & perfectionem mentis. vt anima quasi sponsa his habitibus quasi ornatibus prætiosis adornetur, & etiam præparetur. Nec video aliquam necessitatem ad hoc vt ponātur tales habitus propter actus; sed tantùm congruitatem prædictā diuinæ voluntatis.

Est quòd intellectus effectiue principalior visionis nō exposcat lumen informās expræcisa ratione agētis principalioris inadequati.

12 Addo; nec etiam ex sola ratione causæ instrumentalis trahi, quod intellectus connaturaliùs non operetur visionem, vt compositus lumini informanti; quàm auxilio exterinsecè assistenti. Quia, si intellectus astrueretur causa principalis visionis, & lumen gloriæ suppleretur per auxilium; etiam, in illa hypothesi, intellectus eadem ratione se gereret quoad naturam facultatem operandi; ac proinde operaretur, vt causa principalis; vt benè adnotauit Herice, *tractat. 4. disp. 46. capit. 2. numer. margin. 25.* Eò quòd non sit de ratione causæ principalis partialis vel inadæquatæ, quòd compleatur à comprincipio intrinsecè per inhærentiam affixo; cùm intellectus agens cōpleatur per assistentiam phātasmatis in ratione causæ principalis adæquatæ speciei intelligibilis.

Herict.

Tum verò; quòd quando Angelus intelligit se per suam substantiam coniunctam in ratione speciei intelligibilis, intellectus elicit verbum expressiuum eiusdem Angeli; cùm tamen intellectus possibilis talis verbi eliciti uus, qui operatur vt causa principalis, connaturaliori ratione non fœcundetur per speciem impressam inhærentem intellectui, quàm per substantiam obiecti non inhærentem, sed assistentem: quod magis perspicuum sit in Angelo coniuncto per modum speciei impressæ intellectui alterius Angeli cognoscentis.

Fulciturpræmissā præmissarum.

At verò; licet immissio habituum per se infusorum, qui permanenter insint facultatibus vitalibus, non trahatur à ratione causalitatis principalis, vel instrumentariæ, vt ostendimus; petitur tamen à conditione naturali, & ordine operandi intellectus, & voluntatis, quibus suppeditantur habitus coadiuuantes huiusmodi potentias ad productionem actuum; & quia Deus in ordine gratiæ, & serie iustificationis multum se accōmodat naturæ legibus; ideò eisdem intellectiuis, & appetitiuis facultatibus habitus etiam elargitur ad talium supernaturalium actuum effectionem.

Vnde ergo trahatur intrinseca informatio habitus supernaturalis

13 Ad confirmationem; illam loquutionem veram esse, si tantùm intendat, hominem esse principium effectiuum instrumentale suæ beatificationis; & ita concedenda est. Quia Ecclesia contra Pelagium tantùm damnat actionem ex viribus naturæ elicitam conferentem per modum meriti; seu positiuæ dispositionis moralis, intuitu cuius infundatur gratia, non tamē improbat inchoatā virtutem facultatis nativæ, quæ completa habitu per se infuso attingat physicè actionem supernaturalē quoad substantiam.

Ad confirmationem agētis quod nostra sententia sapiat Pelagianismum

Ad quartum argumentum patebit infrà in 3. *dist.* huius controuersiæ; vbi de hac re specialis articulus excitabitur.

Ad 4. arg.

Ad vltimum argumentum dicimus, quòd si alicuius esset roboris, etiam nu-

litaret contra omnes cauſas partiales partialitate cauſæ, & non partialitate effectus; quæ nimirum non conferunt ad eliciendum influxum niſi inquantum componuntur in vnum principium adæquatum, & illud cointegrant. Sequeretur enim, quòd neque intellectus ex virtute propria & natiua, quæ eſt pura potentia in genere intelligibilium, præhabere poſſet eminentialiter verbum mentale, quod eſſentialiter exprimit imaginem obiecti; nec è contra ſpecies impreſſa, quod eſt agens inanimum, præcontinere valeret idem verbum mentale, quod eſt forma viua. Quod etiam vrget magis in phantaſmate corporeo reſpectu ſpeciei intelligibilis; ſequeretur enim quòd intra virtualitatem, & propriam virtutem materialem non contineat ſpeciem ſpiritualem, quæ eſt eleuatioris ordinis.

Vltimũ argumentũ militat in omni ſchola & pugnat contra omnem philoſophiam

Aſſerimus ergo; quòd ſicut præcontinentia hæc cauſarum partialium eſt ſolùm inadæquata & cum connotatione alterius comprincipij; ita ablato comprincipio altero, ſufficiens cenſenda non eſt, vt effectus extrahi queat ab eminentia illa partiali talis cauſæ. Virtus igitur natiua intellectus non præcontinet viſionem ſupernaturalem niſi tantùm inchoatiuè, & initialiter; quæ inchoatio & initium præcontinentiæ, licet ſit ordinis naturalis, & quæ ſubſiſteret non eleuata natura ad ordinem ſupernaturalẽ; connotat tamen ſupernaturale comprincipium, à quo licet non petat initialem præcontinentiam in proprio ordine principij vitalis, (ſicut nec phantaſma expectat ab intellectu agente aliquid virtutis, vel ſeminis intentionalis tenentis ſe ex parte obiecti) exigit tamen complemẽtum virtutis ad agendum.

Dilutio argumenti

Cum verò inſtat oppoſitio; quòd virtualis præcontinentia formæ ſupernaturalis intra facultatem natiuam intellectus eſt ordinis naturalis; ſicut & ſpectat ad ordinem naturæ ſubſtantia eiuſdem intellectus.

Inſtantia

Reſpondetur; quòd eſt ordinis naturalis cum connotatione comprincipij ſupernaturalis; ſicut præcontinentia ſpeciei intelligibilis intra virtualitatem phantaſmatis corporei eſt materialis cum connotatione comprincipij ſpiritualis.

Infringitur

Suppoſitis præmiſſis, quæ de immediato concurſu facultatis natiuæ in actus ſupernaturales prælibauimus; ambigendi incidit eorum opinatio; qui autumant, vim hanc facultatis natiuæ ad intellectiones, & appetitiones ſupernaturales eſſe realiter, & entitatiuè naturalem, & formaliter ſupernaturalem. Ita Ægidius Luſitanus, & Granadus taxati ab Alarcon, 1. *part. tractatu 1. de Viſione Dei, diſp. 2. ca. 11. §. 7 n. marg. 52.* Ea enim aſſertio, videtur in dictis implicare.

Taxatur opinio autumãs quòd virtus natiua ad actus ſupernaturales eſt realiter & entitatiue naturalis & formaliter ſupernaturalis. Granadus & Ægidius Luſitanus

Quia ſi virtus illa, per quam natiuæ facultates præſtant initialiter & inchoatè ad effectus ſupernaturales, eſt realiter & entitatiuè naturalis, (vt potequæ omnino ante mentis functionẽ indiſtincta à virtute natiua facultatis viuæ,) quo iudicio aſſeri valet ſupernaturalis formaliter? Niſi prædicatum ſupernaturalitatis, non intrinſecè & formaliter ſpectent, ſed terminatiuè, vel ratione connotati; quatenus virtus intellectus (quæ in ſe natiua eſt, & quæ intellectui ſuppeteret, eſto quòd non eleuaretur ad ordinem ſupernaturalem,) concipiatur cum obedientiali connotatione, aut compoſitione alterius comprincipij infuſi, quod euehat vim natiuam inchoatam, & illam compleat intra ordinem adæquati efficientis ex parte potentiæ.

Aliæ ſententiæ de cauſalitate habitus luminis propoſitæ & confutatæ, circa cauſalitatem materialem luminis reſpectu viſionis.

Expenditur functiones habitui luminis gloriæ

14 HVcuſque diſſertatum eſt cum his, qui lumen gloriæ adæquatum principium viſionis pronuntiant; deinde diſputatio habenda, priùs cum illis, qui cum lumen ex parte potentiæ ſe tenere autument; tali habitui functiones in ſchola Scoti minus probatas de-

deferunt : postea cum alijs, qui lumen ad partes obiecti attinere, existimant.

2. opinio, quòd causalitas luminis sit receptiua visionis Maior.

Primum placitum astruit ; lumen gloriæ à Deo infundi, non vt eliciat visionem, sed vt intellectum reddat habilem ad receptionem visionis. Sic Maior in 3. distinction. 14. quæst. 2. dub. 2. & in 4. distinct. 49. quæst. 4. & omnes alij, qui asseuerant, visionem effectiuè ab intellectu non elici, sed à Deo infundi, intellectu merè passiuè se habente; quo supposito consequens est, vt fateantur, lumen gloriæ non subire causalitatem effectiuam circa visionem, sed tantùm materialem, & receptiuam.

Esse dispositionē ad visionē essent Thomistæ aliquot.

Eamdem sententiam, quantùm ad id quòd lumen gloriæ se gerat dispositiuè respectu visionis; sustinent plures Thomistæ antiqui, & neoterici; & probatur.

Fundamentū opinationis præmissæ

Quia vltima dispositio debet esse eiusdem ordinis cum forma introducta in subiecto; vt in formis naturalibus perspicuum est. Atqui actus visionis est intrinsecè supernaturalis; igitur præmittit in intellectu dispositionem eiusdem ordinis. Cùm ergo nulla alia assignari queat præter habitum luminis; consequens est, vt ea astruatur huius formæ supernaturalis functio, quòd intellectum exhibeat idoneum substratum visionis.

15 Sed dicendum est; causalitatem, habitus luminis non esse materialem, nec dispositiuam intellectus ad recipiendam visionem; sic Scotus *in 3. distinction. 14. quæst. 2.* cuius verba proponentur & expendentur in speciali articulo de mente Scoti circa existentiam & necessitatem luminis (de quo adi *art. 4. huius subdistinct. à num.* 20. *vsque ad* 23.) Scoto autem in hac parte adhæret acutiorum Theologorum cōsensus. Et probatur ratione Scoti.

Assertio. lumen neq; est causa materialis nec dispositiua visionis

Ratio nostræ assertionis

Quia si causalitas luminis esset materialis, & receptiua respectu visionis; fieret, intellectum per se non recipere actum vitalem supernaturalis notitiæ, sed tantùm mediatè & per accidens; sicut substantia substernitur colori media superficie ; quod est contra rationem actus vitalis. Quia sicut de ratione motus viui est, quod immediatè, & per suam essentiam effluat à principio viuente; ita & quòd immediatè in illo recipiatur.

Si occurras ; causalitatem materialem luminis circa visionem non ita spectandam esse, vt lumen sit proximum & immediatum substratum notitiæ supernaturalis, sicut quantitas coloris; sed quòd sit dispositio ad hoc, quòd visio in sola intellectus substantia recipiatur. Ea ratione, qua calor disponit materiam ad receptionē formæ ignis, quæ tamen soli substantiali materiæ componitur tanquā susceptiuo subſtrato ; talis formæ; non verò calori præparanti nexum vtriusque substātialis concausæ.

Occurs. quòd lumen non recipiat visionē, sed apparet intellectū ad receptionem visionis

Contra; quia nec ad merum dispositionis munus exigitur lumen gloriæ. Quia vt subiectum recipiat notitiam supernaturalem, non exposcitur tanquam dispositio prævia, alia qualitas supernaturalis; cùm facultas nativa mentis ex se nanciscatur passiuam istam potentialitatem. Aliis enim abiretur in infinitum, si ad suscipiendam aliquam formam supernaturalem præexigeretur alia supernaturalis apparatio; cū eadem vrgeat ratio de forma luminis respectu alterius qualitatis supernaturalis apparantis immissionem luminis gloriæ.

Confutatur manifesta doctrina præcedens.

16 Nec præstat occursus Caietani, *1. part. quæstion. 12. artic. 5. §. Ad primum horum*. Vbi contendit; quòd illud axioma Diui Thomæ : *Omne, quod eleuatur ad id, quod excedit suam naturam, oportet quòd disponatur aliqua dispositione, quæ sit supra suam naturam*; solùm debet intelligi de forma, quæ est terminus generationis supernaturalis; non autem de forma, quæ est via & dispositio ad terminum.

Explicatur promissa Caietani

Ex quo inferunt Thomistæ recentiores; quòd quia gratia est terminus generationis supernaturalis, per quam homo fit consors diuinæ naturæ, & filius per supernaturalem adoptionem; ideò infusio gratiæ exigit dispositionem supernaturalem, nimirum actum contritionis, aut dilectionis Dei super omnia. Quamobrem & visio, quia etiam est terminus generationis supernaturalis, exigit præparationem eiusdem ordinis, scilicet lumen gloriæ ; non verò habitus luminis aliam dispositionem supernaturalem expetit; quia non est ter-

Cur apud recentiores Thomistas visio exigat dispositionē supernaturalem, & similiter gratia sanctificās?

mi-

minus alicuius generationis ſupra naturā, ſed potiùs via ſeu præparatio generationis ſupernaturalis.

Examen & diſcuſſio aſſerti Thomiſtarum.

17 At euaſio iſta pluribus Thomiſtis plauſibilis facillimè proteritur. Quia gratia ex natura rei non expoſcit diſpoſitionem ſupernaturalem; vt conſtat in paruulis, quibus gratia ſine præuia diſpoſitione immittitur. Vnde fit, vt in adultis contritio non ſit diſpoſitio phyſica ex natura rei præſuppoſita ad gratiam: quia aliàs etiam in paruulis præexigeretur, ſed tantùm moralis ex diuina ordinatione. At non conſtat, Deum ordinaſſe lumen gloriæ vt præuiam diſpoſitionem viſionis, nec id ſequitur ex natura rei, vt conſtat; ergo gratis aſſeritur.

Eliditur doctrina præcedens petita inſtantia ex phyſicis.

Tum etiam; quia ex diſpoſitione præuia accidentium, quam expoſcit terminus generationis ſubſtantialis; non benè proceditur ad terminum generationis ſupernaturalis. Ideò enim ſubſtantia præmittit præuia accidentia quia ab illis defenditur ab actione contrariorum. Quamobrem accidentia materialia nō præexigunt alia accidentia diſpoſitiua, niſi quantitatem, non per modum diſpoſitionis, ſed per modum ſubiecti vt quo; ſpiritualia verò nullum aliud præmittunt accidens, vt liquet in habitibus, & ſpeciebus intelligibilibus. Ergo cùm formæ ſupernaturales non habeant contrarium, quod per diſpoſitiones præcedentes expellatur; nec præmittant aliud accidens, quod ſe gerat per modū ſubſtrati; fit, vt nullū accidēs ſupernaturale ſit diſpoſitio per ſe requiſita ad receptionē alterius qualitatis ſupernaturalis.

Nullū accidēs ſpirituale præmittit diſpoſitionem alterius accidentis.

Nec obſtat fundamentum oppoſitum; quia ſicut in naturalibus vltima diſpoſitio, quæ eſt accidens, non eſt eiuſdem ordinis cum forma ſubſtantiali; ita nec exigitur, quòd forma ſupernaturalis præmittat in ſubſtrato alterā eiuſdem ordinis; aliàs enim procedēdū eſſet in infinitum.

Euellitur fundamentū aduerſariorum.

18 Altera opinio eſt; lumen gloriæ diſponere intellectum, vt ipſe recipiat eſſentiam diuinam coniunctā intellectui in ratione ſpeciei impreſſæ fœcundantis facultatem intellectiuam ad eliciendam viſionem. Hoc aſſertum eſt familiare Thomiſtis; ſic enim Capreolus, *in 4. diſtinction. 49. quæſt. 4. art. 1.* Caietanus, *1. part. quæſt. 12. art. 5.* Ferrarienſis, *3 contra gentes, capit. 54.* & alij. Et videtur expreſſa mens Diui Thomæ, *prædicta quæſt. 12 art. 5.* & probatur ratione textuali S. Thomæ.

Altera opinio quod lumē diſponat intellectū ad receptionē eſſentiæ diuinæ in ratione ſpeciei Capreolus Caietanus. Ferrara.

Quia; *omne, quod excedit ſuam naturam, oportet quòd diſponatur aliqua diſpoſitione, quæ ſit ſupra ſuam naturā, ſicut ſi aer debeat recipere formam ignis, oportet quòd diſponatur aliqua diſpoſitione ad talem formam.* Sed intellectus recipit eſſentiam diuinam vnitam facultati intellectiuæ per modum formæ intelligibilis, vi cuius intellectus ſit vnum in eſſe intelligibili cū ipſo Deo; ergo debet apparari ad talem coniunctionem per aliquam formā ordinis ſuperioris & diuini, non aliam; niſi lumē gloriæ: igitur.

Fundamentū S. Thomæ.

19 Dicendum: nec lumen gloriæ immitti intellectui vt diſponat facultatem natiuā ad ſuſceptionē Deitatis cōiunctæ in ratione ſpeciei. Sic etiā Scotus cum ſuis: & probatur.

Lumen gloria nō apparat intellectū ad receptionē Deitatis in ratione ſpeciei

Quia ad recipiendā formam ſupernaturalis ordinis non expoſcitur alia forma ſupernaturalis; vt conſtituimus. Quia licet exigeretur ſupernaturalis diſpoſitio, ea eſſet ad formā inhærentem & quæ cum intellectu propriam compoſitionem ſubire poſſet; ſed Deitas nō coniungitur intellectui in ratione formæ inhærētis, ſed in ratione comprincipij eliciētis notitiā, vt infra cōſtabit; igitur fœcūditas ea, quæ intellectui ab obiecto viſionis accedit, per ſe nō exigit aliquā qualitatem diſpoſitiuā. De quo vide *diſt. 2.* ſequētem de principio viſionis ex parte obiecti, *ar. 1. numer. 28. & 29.*

Ratio præmiſſi aſſerti

Deitas nō cōiungitur intellectui creato ingenere cauſæ formalis.

Ad fundamētum aduerſariorū; quòd Deitas nō coniungitur intellectui in genere cauſę formalis, ſed tātū in ratione principij efficientis viſionē ex parte obiecti; & ideò non exigit aliquā diſpoſitionem, quæ ſpectet coniunctionē formalem Deitatis ad facultatem apprehenſiuā. Licet lumen gloriæ requiratur non tāquam diſpoſitio formalis; ſed tā quā comprincipiū efficiens tenēs ſe ex parte potentiæ, quam complet in ratione principij proportionati viſionis.

Eliditur ratio in oppoſitum.

Improbantur aliæ opiniones quæ constituunt lumen gloriæ ex parte obiecti visionis, contra Vazquium, & alios recentiores.

20 GAbriel Vazquez, 1. *part. disput. 41. capit. 5. nume. 19. &* 20, opinatus est; lumen gloriæ concurrere ad visionem vt imago, & species impressa diuinæ essentiæ fœcundans intellectum ex parte obiecti: & probat.

Opinio Vazquij, quòd lumen suppleret ex parte obiecti

Quia; si lumen gloriæ non vniretur in ratione speciei cum intellectu beati, sed talis coniunctio immediatè præstaretur ab essentia diuina supplente vices speciei impressæ; otiosus esset habitus luminis. Quia causalitas cuiuslibet causæ, & conatus, quem confert in effectum, à posteriori relucet in producto, quatenus aliquid illius per se respondeat tali principio. Sed supposito, quòd Deitas subiret speciei impressæ functionẽ; nihil assignari posset in visione, quod tribueretur habitui luminis quia in visione, aut relucet ratio quasi abstracta intellectionis, & hæc defertur intellectui; aut ratio talis visionis, seu expressæ imaginis essentiæ diuinæ; & hæc immediatè tribuitur Deitati gerenti munus speciei.

Cõtra dit Vazquius, esse otiosã causalitatem luminis, si non suppleat vices obiecti.

Aut resplendet in visione supernaturalitas: & hæc etiam tribuitur essentiæ diuinæ gerenti vices speciei supernaturalis & diuini ordinis; aut tandem eminet in visione claritas, quæ adscribi posset lumini, cuius interest intellectum illustrare; & hoc etiam factum esse responderet tanquam principio essentiæ diuinæ, si coniungeretur immediatè ad instar speciei; quia non esset species vtcunque repræsentatiua, sed clara & quidditatiua; ac proinde elicitiua perspicuæ, & quidditatiuæ intuitionis. Igitur illi deferenda esset claritas, quæ in visione emineret; atque adeo nil occurrit assignabile, quod lumini respondere queat si non sit species tenens se ex parte obiecti.

Nec supernaturalitas visionis respondet lumini, si lumen nõ sit species impressa apud Vazquium.

21 Dicendum; lumen gloriæ non couiniri intellectui in ratione speciei impressæ; sic omnes ferè Theologi. Quòd assertum expressè nobis tradit Scotus in *3. sentent. distinction. 14. quæst. 2. §. In prime quæstione, numer. margin. 2.* vbi loquens de habitu luminis gloriæ subdit. *Per illam formam nõ eliter esset obiectum præsens quàm posset esse sine ea.* Si autem lumen gloriæ esset species & imago obiecti beatificiq; aliter esset præsens obiectum post immissionem luminis. De quo vide *artic. sequentem, sub nu. 2. & 10.*

Cõmunis sententia quòd lumen nõ obeat munia speciei impressæ Probatur ex Scoto

Scotus

Idem apertè tutatur Scotus, in *4. sentent. distinct. 49. quæst. 11. §. Ex hoc sequitur corollarium, sub n. margi. 9.* vbi habet.

Aliud perspicuũ testimonium Scoti, quòd lumen nõ gerat vices obiecti, sed potentiæ Scotus

Cùm nihil requiratur propter receptionem beatitudinis, vt ofensum est sequitur quòd si sit aliqua forma supernaturalis in anima beati prior operationibus, quòd illa requiritur propter operationem eliciendam. Et tunc vltrius, aut requiritur propter obiectum, aut propter potentiam; & cum duplex potentia concurrat in operatione in beato, scilicet intellectus, & voluntas, propter vtramque potest talis forma poni. Si autem ponatur propter hæc tria aliquid prius operatione; erunt tres formæ supernaturales præcedentes. Vna correspondens obiecto, scilicet species intelligibilis in memoria; secunda ex parte intellectus, quæ dicitur lumen gloriæ: tertia ex parte voluntatis, quæ dicitur charitas.

En vbi Scotus, admissa probabilitate speciei impressæ de facto ad claram Dei visionem, adhuc tutatur functionem luminis gloriæ, non ex parte obiecti, sed ex parte potentiæ. Probatur deinde ratione.

1. ratio pro vera sententia.

Quia intellectus creatus ex se non refert completam facultatem ad videndum Deum; ergo exigitur aliqua supernaturalis qualitas, quæ euehat virtutem initialem & inchoatam potentiæ, & illam cointegret in ratione principij proportionati actus supernaturalis. Sed species, quæ gerit vices obiecti, non cointegrat potentiam in ratione potentiæ conferentis proportionata ratione ad actum supernaturalem; cùm hæc vis agendi sit diuersæ rationis essentialis ab ea, quæ se tenet ex parte obiecti: quin potius præmittat

facultatẽ vitalem in toto ordine potẽtiæ ſufficiẽtem, & proportionatam ad actũ, vt ex alijs ſpeciebus facilè liquet.

Species enim intẽtionalis, quæ oculo immittitur, nõ cointegrat virtutem viſiuã, ſed potius illam completam in ordine potẽtiæ cõtrahit ad talem ſpeciem actus eliciẽdam; quod idem de ſpeciebus intelligibilibus, quæ ſunt imagines obiectorum, perſpicuum, & incõtrouerſum eſt: ergo, ſi lumẽ gloriæ eſſet impreſſa imago diuinæ eſſentiæ, ſupponeret virtutem completam ex parte potẽtiæ ad videndum Deum; quod eſt abſurdum.

Fulcitur aſſertũ inductione alioris habituũ ſupernaturalium.

22 Deinde; proceditur à ſimili immiſſione habituum per ſe infuſorũ, quiomnes ſe tenent ex parte potẽtiæ; eòquòd actus ſupernaturales præmittãt potentias vitales, tanquam proportionata principia ex parte potentiæ ad ſubeundam cauſalitatem ſupra impetum, & vires naturæ.

Oſtenditur in habitu charitatis tenente ſe ex parte potentiæ quànam diligibile ſupernaturale cõcurreret in genere cauſæ efficientis.

Nam actus charitatis præter propoſitionem obiecti diligibilis expoſcit habitũ ſupernaturalem, à quo facultas impulſiua compleatur in ratione potẽtiæ reſpectu actus ſupra naturã; immo eſto quòd obiectum ſupernaturale concurreret elicitiuè ad actum dilectionis, vt aliqui autumarunt (& non tantùm in genere cauſæ finalis, vt conſtituit communis ſententia) adhuc hi, qui veram efficientiam deferunt obiecto circa impulſum voluntatis; ingenuè fatentur habitum charitatis ex parte potentiæ neceſſarium, ob potentiam, à natiua virtute, deficientem ad actus ſuperioris ordinis.

Arguitur in habitu fidei eſto quod ſpecies obiectorũ eſſent intrinſecè ſupernaturales.

Similiter; intellectus præter ſpecies neceſſarias ad apprehendenda obiecta credibilia, (quamuis intrinſecè ſupernaturales attruantur tales ſpecies, ſicut & obiecta, à quibus ſpecificantur;) adhuc tamen neceſſariò aſsignandus eſſet habitus fidei eleuans inchoatam virtutem intellectus; ac proinde ex parte potentiæ ſe tenens. Quare nec ſupernaturales ſpecies obiectorum credibiliũ, ſi ex parte obiecti præcisè ſe tenerent, præſtarẽt ad aſſenſum fidei; ſed neceſſariò conſtituendus eſſet habitus ex parte potentiæ.

Cõfirmatur ex abſurdo contra Vazquium

23 Præterea: fieret, vt intellectus Angeli æqualem virtutem natus eſſet, quantùm eſt ex parte potentiæ, ad inſpiciendum Deum, ſicuti ad videndum alium Angelum; ſuppoſito, quòd ad intuitionem Dei non exquirat aliud complementum ſupernaturale initialis, & inchoatæ virtutis, præter compoſitionem ſpeciei impreſſæ repræſentatiuæ Deitatis ſicut etiam ad videndum Angelum nõ exigit, niſi ſolam ſpeciem repræſentatiuam Angeli.

Vrgetur ratio ex Cõcilio Viennenſi

Deinde; quòd cùm in Concilio Viennenſi contra Beguardos, & Beguinas definitum ſit, mentem creatam non beari ex naturæ viribus, (de quo nos *in artic. 4. huius ſubdiſtin. numer. margin. 1.*) Vel id à Concilio ſpectatum non eſt ex parte principij viſionis, quod attineat ad præciſam functionem obiecti. Quia eſto quòd careat intellectus ſpecie impreſſa alicuius obiecti, non eò aſſeritur, à natiua vi non præſtare ad cognitionem illius; quò orbetur concurſu obiecti, qui eſt alterius ordinis agendi intentionaliter. Nec enim opus erat cum hæreticis diſſertare circa id axioma phyſicũ, quod ad notitiæ generationem expoſcit fœcunditatem principij cointegrati ex potentia, & obiecto; cùm indigentia ſpeciei impreſſæ non verificet, quòd intellectus nequeat ex naturæ viribus in obiectum conari, vel illud naturaliter cognoſcere; cũ de rigore phyſico, licet ſpecies aſſeratur fœcundare intellectum, non tamen illum eleuare ſupra vires naturæ.

Reſp. pro Vazquez.

Nec præſtat dicere pro Vazquez; quòd ſpecies impreſſa repræſentatiua Deitatis eſt Angelo indebita; cui cõnaturalis ac debita eſt ſpecies impreſſa repræſentatiua alterius Angeli.

Excutitur eòquòd videatur petere principium

Quia talis euaſio videtur committere principij petitionem; quia vt liquet ex his, quæ in articulo præcedẽti *ſub num. 63.* obſeruauimus ex Scoto; ideò ſpecies repræſentatiua diuinæ eſſentiæ non eſt connaturalis ac debita intellectui ſecundùm ſe ſpectato, quia intellectus patiatur defectum ex parte potentiæ; igitur ſi pronuntietur æqualitas ex parte potentiæ reſpectu obiecti naturalis, & ſupernaturalis, (quatenus non aſſeritur habitus tenens ſe ex parte potentiæ, ſed ex parte obiecti; nec agnoſcit Vazquez, ſupernaturalitatem termini reſpondere debere alicui principio ex parte potentiæ; vt liquet ex

probatione prædicti authoris, quã expendimus, *sub num.* 20.) Manifestè deducitur, speciem supernaturalis obiecti non esse indebitam natiuæ facultati.

Aliud recentiorũ placitũ quod lumen gloriæ se gerat simul ex parte obiecti & potentiæ

24 Huic placito Vazquez accedit aliorum mitigata sententia, quã refert Soarez, 1. *p. lib.* 2 *cap.* 15 *nu.* 18. quæ contendit, lumen gloriæ se gerere tam ex parte potentiæ, quã ex parte obiecti, ita vt vtramq; functionem ambiat, & copulet in sua simplici, & indiuidua causalitate; & promouẽdo vires intellectus; & sub ista ratione est habitus tenẽs se ex parte potẽtiæ, in qua cõuenit cũ charitate, fide, & cæteris habitibus per se infusis: & fœcundãdo intellectum, tãquam imago impressa diuinæ essentiæ; & vt sic se tenet ex parte obiecti. Quæ opinio eidem ferè innititur fundamento, cui & præcedẽs; adiungit tamẽ lumẽ gloriæ etiã ex parte potentiæ se tenere vt effugiat incommoda, quæ ex placito Vazquez producuntur.

Refutatur opinio præcedens

25 Sed; nec mitigata hæc explanatio opinionis Vazquez nobis arridet; quæ sic improbari solet.

Quia eidem indiuisibili qualitati duas rationes agendi defert, non modo diuersas, sed è genere suo oppositas; species enim essentialiter est imago, & semen obiecti, habitus verò non ita; immo facultas quædam attinens ad modum operandi potentiæ. Atqui esse imaginem essentialiter repræsentatiuã obiecti; & non esse imaginem, sed facultatem, seu habilitatem quãdam potentiæ; sunt duæ realitates, quæ in eãdem formam simplicem coire non possunt; ergo.

Oppugnatur aliter.

Adde; argumentum istud magis efficax esse in sententia eorum, qui vitalitatem deferunt habitibus per se infusis: quia sequeretur, quòd eadem qualitas, quà supernaturalis est, vitalitatem præseferret; & quà est imago obiecti; esset mortua quædã qualitas: eòquòd species impressa in nulla sententia sit forma vitalis.

Sed infirmiter.

Verũ; hæc oppugnatio parũ proficit si enim aliquid obtineret, etiã impeteret verbum quodlibet creatum, siue supernaturale, siue naturale; quod refert conceptum vitalitatis, quatenùs prodit à principio intraneo, & coniũcto; & conceptum imaginis, eò quòd sit formalis expressio obiecti.

Vnde sicut species expressa duplicẽ habitudinẽm induit; & quà vitalis ad principium viuum; & quà imago, ad obiectum extrinsecum; ita nec obstare videtur, quòd supernaturalis forma eam exprimat vniuersalitatem, vel communitatem operatiuæ facultatis, vt duplex connotet ambiat ve comprincipium visionis supernaturalis; & quod ex parte potentiæ se gerat; & quod fœcundet ex parte obiecti.

Ratio ebcia nupro nostra sententia

Quare aliter improbatur præcedens opinio, eò quòd absque vllo fundamento concedat de facto speciẽ impressam repræsentatiuã diuinæ essẽtiæ quia species impressa assignatur, vt suppleat absentiam obiecti, & vt substituatur loco eius ad exprimendam intellectionem; sed voluntas Dei, & virtus exequutiua eius est expeditissima, & immediatissima intellectui creato ad fœcundandum illum ad expressionem notitiæ supernaturalis: ergo non exigitur forma creata, quæ suppleat vices obiecti.

Probatio ex Scoto.

Quam probationem nobis suppeditauit Scotus, *in* 4. *sent. dist.* 14. *q.* 2. §. *Ita quæ potest dici, num. marg.* 3. vbi docet. *Quòdin intellectione naturali lumẽ præcedens visionem requiritur propter imperfectionem obiecti, quod vel non est de se actu intelligibile, sed per intellectum agentem, qui est lumen, fit actu intelligibile, quod est in potentia intelligibile; vel si actu est intelligibile, non est per se sufficiens ad mouendum intellectũ ad actum secundum. Neutrum istorum est in proposito, quia essentia diuina est lux summa ex se, & de se intelligibilis, & de se perfectissimè motiua intellectus; ergo nullum lumẽ requiritur cooperatiuum sibi.* Vbi Scotus taxat necessitatẽ luminis gloriæ inquãtũ lumẽ gloriæ vsurpatur pro specie impressa supplẽte vices obiecti ad motionem intentionalẽ; in quo sensu admittitur lumẽ gloriæ à Vazquez & asseritur lumen species impressa diuinæ essentiæ.

Scotus

Cautio pro Scoti effectu.

Vbi caue, non abegisse Scotum in lumine gloriæ nisi munia, & causalitatem speciei impressæ, cuius interst reddere actu, & proximè intelligibile, (quoad vim elicitiuã notitiæ,) id quod est in potentia intelligibile. Qualiter se gerit, vel obiectum materiale respectu generationis verbi mentalis; vel obiectum spirituale, si distans sit à

po-

potentia. Hæc enim officia motionis intẽtionalis ex parte obiecti ſuperuacanea ſunt in vi motiua intẽtionali Dei tatis á ſe expeditiſsima ad productionem verbi beatifici. Nó tamen reijcit Scotus lumẽ gloriæ inquãtùm præſtò exiſtit facultati intellectiuæ ad ſupplẽdũ defectum ex parte potẽtiæ, ſicut & charitas facultati impulſiuæ ad dilectionem ſupernaturalem; vt patet ex præmiſsis, quæ de ſenſu Scoti prælibauimus *in ſub diſt. præcedenti, art. 3.* de minus principali aut inſtrumẽtaria cauſalitate intellectus ad claram Dei viſionem præcipuè *ſub num. marg. 30.* eaadi, & pende.

Proſternitur argumentatio Vazquez.

26 Ad fundamẽtum verò Gab. Vaz quez reſpõdetur: habitui luminis gloriæ tribui claritatem, quæ in viſione relucet. Quia claritas nõ ſolùm ſe tenet ex parte ſpeciei intuitiuè & quidditati uè repræſentãtis, ſed etiam ex parte potẽtiæ; licet enim ſpecies ex ſe eſſet clarè repræſentatiua, ſi potẽtia nõ importaret lumẽ & acumẽ intelligendi, non poſſet partus notitiæ claritatem præferre; imo quòd lumẽ cognitionis etiã principaliter ex perſpicacitate potẽtiæ hauriẽdum eſt. Quia ergo lumẽ naturale intellectus improportionatũ ex tat ad claritatem viſionis, quæ eſt ordinis ſupernaturalis; ideó debet iuuari aliquo lumine ſupra naturã irradiante aciem mentis.

Claritas nõ ſolũ reſpondet ſpeciei ſed etiã lumini ex parte potentiæ.

Deinde; etiá ſupernaturalitas viſionis lumini reſpõdet: quia viſio nõ ſolũ eſt ſupernaturalis prout ab obiecto, ſed etiã prout á potentia paritur, quæ proportionato modo attingere debet actũ ſupernaturalem; ac proinde nãciſci cõpletionem, nõ ſolùm ex parte obiecti, ſed etiã ex parte potẽtiæ. Quia aliàs de facto præter ſpecies intrinſecè ſupernaturales nõ indiguiſſet anima Chriſti Domini habitibus per ſe infuſis ad ſciẽtiã ſupernaturalẽ, ni velimus tales ſpecies vtrumq; effectũ præſtare; & euehendo intellectum Chriſti, ſiue complendo illũ in ratione proportionati principij ſciẽtiæ ſupernaturalis; & fœcundãdo intellectum ex parte obiecti; quod eſt contra omnes theologos, vno excepto Vazquez.

Eſtì ſupernaturalitas debet tribui alicui principio ſupernaturali ex parte potentiæ

Confutatio Aegidij de Præſentatione autumantis, lumen gloriæ attinere ad obiectum formale viſionis beatificæ.

Opinio Aegidij Luſita.

27 VLtimò Ægidius de Præſẽtatione nouã attentãs viã deferendi lumẽ ad partes & vices obiecti; autumauit, ſic ſe habere lumẽ intellectuale reſpectu obiecti intelligibilis, ſicut & lumẽ corporeũ reſpectu obiecti viſibilis. Quò fit, vt ſicut lux attineat ad obiectũ formale viſus, ita & lumẽ ad obiectũ intellectus: ac proinde lumẽ ſupernaturale ad obiectum notitiæ ſupernaturalis. Sic, ille *li. 9. de beatitudine, q. 6 ar. vnico. §. quinto*: exquo etiã principio producit idem author; quòd habitus luminis nec de abſoluta Dei potẽtia ſuppleri valeat; eòquòd attineat ad partes obiecti formalis actus viſionis, & obiectum formale á Deo ſuppleri nequeat.

Analogia luminis gloriæ ad lumẽ corporale

Probatur, autem noua huius authoris excogitatio; ex analogia, quæ intercedit inter corporeã, & intellectualem viſionem; vtraq; enim notitia apprehẽſiua eſt, & intuitiua perceptio obiecti. Atqui, lumẽ in potentia viſiua corporea, non ſolùm ſe tenet ex parte potentiæ, ſed etiam ex parte obiecti, tanquam ratio ſub qua coloratum á facultate viſiua percipitur; quò fit, vt eſto quòd Deus ſuppleret intentionalem cauſalitatem obiecti, in ea hypotheſi, quòd ad merã colorati præſentiam, ſpeciem intentionalem talis colorati repræſentatiuam oculo immitteret: adhuc tamen oculus intueri non poſſet coloratum illud, niſi lumine perfuſum, eó quòd lux ſit ratio formalis, ſub qua coloratum attingatur ab oculo.

Agitur qui lumẽ gloriæ ſe gerat ex parte obiecti

Tunc ſic; ſed non minus expoſcit intellectus lumen ex parte obiecti, quã viſus; nam apprehenſio immediatæ cõnexionis terminorum, quæ tendit in prima principia, non ſolùm expetit lumen ex parte facultatis intellectiuæ, ſed etiã ex parte ipſius obiecti, ſcilicet ex parte principiorũ, quæ apprehẽdũtur

Vrgetur poſitio ex mine primã principiũ, quod tenet ex parte obiecti.

aliàs enim non eſſet aliud lumen principiorum, quæ connexionem immediatam ſibi aſciſcunt, quàm concluſionum quæ copulationem tantùm mediatam ſibi vendicant.

Confirmatur quòd habitus fidei etiã attingat ad illuminationẽ ex parte obiecti

Deinde, in ordine ſupernaturali etiam habitus fidei, non ſolùm eſt lumẽ, quod complet initialem facultatem intellectus ad obiecta ſupernaturalia percipienda, ſed etiam perfundit ipſa obiecta quaſi luce ſupernaturali, vt facultati intellectus acceſsibilia ac peruia eſſe queant: vnde accedit, vt cogitationes ſupernaturales a Deo mẽti noſtræ immiſſæ appellẽtur illuſtrationes. Igitur neceſsitas habitus fidei nõ petitur precisè a cauſalitate elicitiua aſſenſus ſupernaturalis, quæ ſuppleri poſſet, ſed à ratione formali luminis, quæ ſuppleri non valet; eò quòd ſe teneat ex parte obiecti, quod illuminat, tãquam ratio formalis, ſub qua terminatur actus in tale obiectum: ad inſtar luminis corporei gerẽtis ſe ex parte obiecti, velut ratio ſub qua obiectũ terminat conatum vitalem corporeæ viſionis.

Euellitur placitũ Aegidij.

28 Sed hæc omnia, ſicut nouiter excogitata, ſic nec firma; incõcuſſum nihil quæ cõfutat Iacobus Granado, *1. p. tract. 4. de Viſione Dei ſect. 5.* ſed rem nõ premit; ego verò ſic inuehor in talẽ opinandi rationem.

Oſtenditur analogia luminis gloriæ ad lumẽ corporei obtutus

Quia in primis futilis eſt aſsignatio luminis ſupernaturalis, quod ex parte obiecti ſe teneat ob analogiam viſionis intellectualis ad viſionem corpoream; quaſi quælibet facultas apprehẽſiua neceſsariò exigat lumen aliquod ex parte obiecti. Quia ſi in omnibus ſpectanda eſſet talis ſimilitudo, etiam teneret in hoc, quòd lumen, quod ſe gerit ex parte obiecti, deberet eſſe realiter diſtinctum à perſpicuitate & lumine potentiæ vt completæ in ratione potentiæ ſupernaturalis; ſicut lux, quæ eſt ratio ſub qua attingitur coloratũ à facultate viſiua, realiter diſtinguitur à perſpicacitate talis potẽtiæ. Quare aſsignãdũ eſſet duplex lumen gloriæ realiter cõdiſtinctum; aliud ex parte Dei; aliud verò ex parte intellectus.

Aſſiſtitur oppugnationi in cõfirmãdo analogia

De quo lumine rurſus rediret inquiſitio; an eſſet quid intrinſecum ex parte Dei? Et hoc eſt abſurdum; quia iam non eſſet lumen ſupernaturale creatum, de quo procedit diſputatio, ſed ipſamet lux per eſſentiam. Vel tale lumen tenens ſe ex parte obiecti eſſet denominatio extrinſeca petita à coexiſtentia, & terminatione habitus luminis inhærentis intellectui; ita vt obiectum beatificum aſſeratur quaſi extrinſeca illuſtratione perfuſum; eõquòd habitus luminis referat habitudinem ad tale obiectum. Et hoc nihil eſt dictu; immò inepta produceretur cõparatio ſeu analogia ab obiecto facultatis viſiuæ, in quo lux non eſt denominatio extrinſecè accepta à tendentia alicuius qualitatis inexiſtentis ipſi potentiæ, ſed potiùs qualitas intrinſeca.

Vrgetur ratio ex potentijs apprehenſiuis interioribus.

Deinde; quòd nulla potentia apprehenſiua interior, qualis eſt imaginatiua & ſenſus cõmunis, exigit lumẽ aliquod corporeũ tenẽs ſe ex parte obiecti, & realiter diſtinctum à perſpicacitate & acumine talis potentiæ; ergo nec intellectus, cui magis accedunt vicinitate nobilitatis & immaterialitatis in apprehenſione obiecti, potẽtiæ ſenſitiuæ interiores, quàm potentia viſiua.

Cõfirmatur oppoſitio nem Aegidij Luſitani.

29 Nec firmiora ſunt ea, quæ de primis principijs adducuntur; dicimus enim, intellectum natiua vi tenente ſe ex parte potentiæ, non expectato aliquo lumine extrinſeco ex parte obiecti, diſtincto ab ipſamet intelligibilitate intrinſeca talis complexionis, (ſicut lumen realiter ſecernitur ab intrinſeca viſibilitate colorati) percallere illã connexionem terminorum eſſe immediatã; ac proinde illa cõplexa eſſe prima principia, & nõ cõcluſiones ex principijs productas.

A inſtitit de inſupplebilitate lumẽ corporei in potentia viſiua.

Exemplum verò, quod opponitur de lumine, quod ſe tenet ex parte obiecti potẽtiæ viſiuæ; non vrget. Quia licet reſpõdeat Iacobus Granado; de potentia Dei abſoluta non implicare, quòd oculus inſpiciat coloratum nõ perfuſũ luce extrinſeca; adhuc, data iſta implicatione, eſt diſpar ratio de luce, quæ eſt ratio ſub qua obiecti viſibilis, ac de lumine gloriæ, quod nullatenus ſe tenet ex parte obiecti, vt oſtẽdimus: quare ſubſumit Ægidius tãquã certum, id, quod oſtendere debuerat.

Refellitur placitũ præcedẽs ex Scoto.

Nec nouum iſtud Ægidij Luſitani placitum abſque expugnatione prætrijſſe videtur Scotus; quin & expreſſè videtur confutaſſe functionem luminis ex parte obiecti ſe gerentem, petita analogia à lumine obtutus corporei,

ita

ita enim habet Scotus, *in 4.ſen.diſt.49. q.11.ſub num.10.*

Scotus

Lumen autem gloriæ ad viſionem non videtur mihi neceſſe poni, quia quod dicitur de lumine naturali corporali, quod requiritur non ſolùm propter obiectum, ſed propter oculum, videtur mihi eſſe quædam metaphora; quãto enim obiectum eſt magis in ſe lux, tãto minus propter ipſum requiritur de lumine.

Vbi Scotus taxat apertè metaphoram, & analogiam luminis gloriæ tenẽtis ſe ex parte obiecti; eò quòd lumen corporeũ gerat ſe ex parte obiecti corporeæ viſionis.

Obſeruatio pro Scoto vindicãdo à criminatione aduerſariorum.

Sed quòd prædictum teſtimonium non refragetur aſſertioni luminis, vide *in articul. ſequenti ſub numer.30.* Vbi ſpecialiter notanda occurrunt illa verba; *quanto obiectum eſt magis in ſe lux, tanto minus propter ipſum requiritur de lumine.* Ex quibus liquet, Scotum impugnaſſe ſolam cauſalitatem luminis ex parte obiecti. Id enim inſinuant præcipuè illa verba: *propter ipſum.* Id eſt obiectum; non tamen functionem luminis ex parte potentiæ: aliàs in caſſum dixiſſet, quod *propter ipſum*, ſcilicet obiectum non eſt neceſſarium ſupernaturale lumen; ſed abſque diſtinctione vlla exiſtentiam habitus luminis confutaſſet.

Corollarium ex dictis

30 Ex dictis habetur; cauſalitatem habitus luminis tantùm conſiſtere in hoc, quòd euehat facultatem intellectiuam, & illam compleat in ratione potentiæ ſupernaturalis; ſicut fides cõplet intellectum ad credendum; & charitas voluntatem ad impulſum ſupernaturalem.

ARTICVLVS III

Vtrum habitus luminis de abſoluta Dei potentia per extrinſecum auxilium ſuppleri queat?

SVMMARIVM.

Thomiſtarum ſententia improbans ſupplebilitatem luminis ſuadetur. Num.1.

Textus Scoti, & eius explanatio. Numer.8.

Sternuntur fundamenta ad veram ſententiam, vbi de vitalitate agitur. Num.14.

Præfertur ſententia affirmatiua; & optimis probationibus fulcitur. Numer.19.

Fundamenta Thomiſtarum diluuntur Num.25.

Titulus quæſtionis.

REſeratis functionibus luminis inſtat diſquiſitio; an ea ſit talis habitus neceſsitas, vt nec de abſoluta Dei potentia abſque intrinſeca immutatione facultatis vitalis ſuppleri queat? Et licet huius quæſiti titulus inueſtiget ſupplebilitatem luminis etiam procedit de omnibus alijs habitibus per ſe infuſis.

Opinio aſſtructis in ſupplebilitatem luminis.

1 Valde communis Thomiſtarum ſententia tutatur inſupplebilitatem luminis per extrinſecum auxilium; etiam de abſoluta Dei potentia. Sic Capreolus, *in 4 ſen.diſt.49.q.4. ar.3.ad finem.* Ferrarienſis, *3. contra gentes cap.54.* Caietanus *1.p.q.12.ar.5.* Aluarez, *lib.7.de Auxilijs, diſp 64.* Bañez, *1.p.quæſt.12.art.5.dub.3.* Albelda, *diſp.27.ſect.3.& alij.* Et ſuadetur primò.

Capreolus Ferrara. Caietanus Aluarez, Albelda.

Arguitur 1 ex eſſentiali præſuppoſitione actus 1. ſupernaturalis ad actũ 2. ſupernaturalem.

Quia illud, quòd nõ eſt principium proportionatum in actu primo, nequit actualem influxum adire; cũ eſſentialis ſit connexio, & proportio actus ſecundi, & primi. Sed intellectus non valet abſque qualitate aliqua ſupernaturali inhærente cõſtitui proportionatũ principium viſionis in actu primo; eò quòd prorſus ininteligibile ſit, quid referat intellectiua facultas de nouo poſt eleuationẽ, ſi illi nõ fiat accretio alicuius intrinſecæ, & ſupernaturalis virtutis, per quam cõſtituatur potens ad videndum Deum.

Suffulcitur ratio præmiſſa ex Scoto.

Quod firmatur celebri illa doctrina Scoti *in 4.ſen.diſt.1.q.1.§.ad quæſtionẽ ergo*; quã literã tranſcripſimus & eluci dauimꝰ ſupra *in hac vent. de Viſione Dei diſp.1.ſub.1.* de natiua virtute intellectꝰ

ad viſionem ſupernaturalem, *ar. 1. ſub n. 10.* vbi ita habet Scotus.

Scotus

Cùm actus primus ſit principium actus ſecundi, quod nullum actum primum habet in ſe actuum in ſuo ordine, in nullum actum ſecundum poteſt in illo ordine; alioquin quodlibet poſſet poni inſtrumentum reſpectu cuiuslibet; & poſſet dici, quòd Deus per muſcam, vt per inſtrumentum crearet Angelum.

Atqui intellectus á natiua vi non habet actum primum viſionis in ordine ſupernaturali, vt ordo ſupernaturalis eſt; ſed ab habitu infuſo; nec eleuatio quæcunque excogitabilis', dummodo extrinſeca ſit, ponit aliquid ſupernaturalitatis in intellectu; igitur non euehit illum ad rationem proportionati principij in actu primo viſionis, vt ſupernaturalis.

Occurſus pro ſententia affirmante.

Si occurras; quòd voluntas diuina, ſeu facultas exequutiua Dei ſpectari poteſt, inquantùm eſt auxilium in actu primo eminenter præhabens quid quid facultatis, & virtutis operatiuæ exhiberi valet intellectui à lumine gloriæ, vel à qualibet alia qualitate ſupernaturali in ordine ad viſionem; vel poteſt conſiderari in actu ſecundo, prout nimirum à facultate exequutiua Dei prodit actualis influxus attingens actum vitalem ſupernaturalem. Potentia igitur diuina, & virtus exequutiua ſupernaturalis eius, prout in actu primo apprehenſa, afferitur euehés intellectú, & reddés illum habile & proportionatú principiú viſionis abſq; immutatione intrinſeca; quæ anteeat actualem influxum in viſionem.

Excurſus quòd ſit implicatorius trãſitus à cõtradictorio denominationis ad cõtradictorij abſq; mutatione intrinſeca

2 Contra; implicat, quòd duo extrema eodem modo ſe habentia tranſeãt à contradictorio in cõtradictoriũ abſque mutatione aliqua, quæ in altero extremorum fiat; ſed nulla fit poſt eleuationẽ mutatio in volũtate Dei; quia hæc ſemper ſe habuit eadem ratione ante, & poſt eleuationem, vt perſpicuum eſt: nec in intellectu creato; quia hic nihil recipit virtutis de nouo, quod antea non infuerit.

Tergetur ratio trãſitus contradictorio.

Vel aſſignetur, quæ particularis vnio vel ad operãdũ cõpoſitio, intercedat inter volũtatẽ, ſeu facultatẽ exequutiuã Dei, & intellectũ creatũ poſt eleuationẽ, quæ antea nõ præextiterit; vt intellectus trãſire valeat de nõ eſſe potẽtis ad eſſe potentis, ſeu de nõ eſſe proportionati ad eſſe proportionati principij viſionis. Quia ante eleuationẽ erat intellectui creato intimè præſens per entitatiuã indiſtãtiam facultas exequutiua Dei cõtinés eminẽter omnem virtutem agẽdi ſupernaturaliter; & tamẽ vi iſtius præſentiæ, & generalis coniunctionis non concipitur intellectus in ratione principij proportionati influxus ſupernaturalis. Sed non eſt aſſignabilis alia ſpecialior coniunctio, qua euehat intellectũ ad rationẽ principij proportionati viſionis; igitur neceſſario expoſcitur intrinſeca immutatio intellectus per formã ſupernaturalẽ facultati intellectiuæ immiſſam.

Aſſeritur oppoſitum contra Vazquiũ aſſumẽs quòd implicat deum creſſe abſolutũ nõ inferẽtem mutationem

3 Secundò; arguitur ſpecialiter contra Vazquez, & aſſeclas aſſeuerantes; intelligi non poſſe actum liberum diuinæ volitionis, qui nõ inferat mutationem in creatura; quia cõpletio intellectus in ratione proportionati principij viſionis in actu primo ſupponeret abſolutam, efficacemq; voluntatem Dei complentis inchoatam vim intellectus. Atqui voluntas illa abſoluta Dei nullã mutationem inferret in obiecto creato eò quòd, in illa hypotheſi, intellectus non proportionaretur influxui ſupernaturali per aliquam formam intrinſecã: igitur nec concedi poſſet abſoluta volitio Dei intendentis talem eleuationẽ per comprincipium omnino extrinſecum: ac proinde, nec poſsibilis eſſet ſimilis eleuatio in actu primo, cùm hæc à ſolo efficaci beneplacito Dei trahi queat.

Excuſio de mutatione in actu 2

Nec præſtat reſpondere; quòd licet non intercederet mutatio in intellectu prout in actu primo; daretur tamen intrinſeca immutatio ipſius intellectus in actu ſecundo; prout nimirum ſubiacet actuali influxui ſupernaturali.

Impetitur efficaciter, aſſumpta ſuppletiue luminis per potentiã Dei in actum ſuffectãtis vice luminis, & denegato influxu actuali

Quia; ſicut intereſt realis condiſcretio, atque adeo & ſeparabilitas, inter actum primum proportionatum actui ſecundo, & ipſum actum ſecundum; ita potuiſſet Deus conſtituere intellectũ proportionatè valentem ad influxum ſupernaturalem; & poſtea non præbere concurſum ad huiuſmodi influxum. Atqui in iſta ſuppoſitione, voluntas illa Dei, qua elenaret intellectum creatum ad eſſe proportiõnati principij viſionis, (denegato concurſu ad actualem influxũ) nõ inferret mutationẽ

aliquam intrinſecam in intellectu; igitur nec poſsibile eſſet abſolutum decretum Dei citra euectionem intellectus ad rationem agentis, proportionati reſpectu actuum ordinis ſupernaturalis.

3. ratio inoppoſitum.

4 Arguitur tertiò; quia vitalitas viſionis eſt eſſentialiter ſupernaturalis; atque adeo eſſentialiter exigit elici à principio intrinſeco viuo ſupernaturali. Quia motus viſionis, quà vitalis, expoſcit eſſentialiter effluere à principio intraneo; & quà vitalis ſupernaturalis, à principio intrinſeco ſupernaturali. Eo quòd vitalitas, & ſupernaturalitas in viſione non ſint duo ſeparabilia prædicata, vt alterum peti queat à principio coniuncto; alterum verò ab extrinſeco agente hauriri. Igitur ſupernaturalitas viſionis, ob quidditatiuam tranſcendentiam, & inclusionem in prædicato vitalitatis, expoſcit eſſentialiter ab intraneo, & non extrinſeco, principio, emanare.

Confirmatur; ex communi Theologorum axiomate conſtituente; ideò animam Chriſti, nec de abſoluta Dei potentia, poſſe intelligere per intellectum Dei; quia intellectus diuinus non eſt forma intrinſeca animæ Chriſti.

Inſtatur 1.

Deinde; in valde communi ſententia autumante; potentias animæ ab illius ſubſtantia realiter ſecerni; ſi Deus tolleret compoſitionem inhærentiæ, quæ intercedit inter intellectum, & animam, (adhuc relicta intima contiguitate, & aſsiſtentia intellectus ad animam,) non poſſet anima intelligere per huiuſmodi facultatem intellectiuam, ob defectum compoſitionis, & inhærētiæ; eò quòd principium actionis vitalis neceſsariò exigat intraneitatē, & compoſitionem intrinſecam, ſiue mediatam, ſiue immediatam, ad animam, quę eſt radicale principiū vniuerſę operationis viuæ.

Aliainſtatia ex vitalitate luminis.

Ergo ſublata compoſitione inhærentiæ, quæ intereſt inter habitum luminis, & intellectum; quamuis relinqueretur lumen gloriæ intimè aſsiſtens facultati intellectiuæ, non remaneret habile principium viſionis, quæ eſt operatio vitalis; ac proinde nec extrinſecum Dei auxilium valebit ad eliciendum motum vitalem, tanquam agens particulare ſupplens defectum formæ intrinſecæ.

Inſiſtitur data hypotheſi quòd lumen intimè aſsiſteret intellectui abſq; inhærentia.

5 Quartò arguitur; quia viſio per ſuam eſſentiam pendet à lumine gloriæ intrinſecè inhærente; atqui implicat, quòd res ſuperſtes eſſe queat abſque eo, à quo dependet eſſentialiter: igitur & cōtradicit exiſtētia viſionis ablato lumine intrinſecè cōpoſito facultati intellectiuæ. Minor, & cōſequētia patēt maior probatur. Viſio per eādem omnino dependentiam pēdet à lumine, & ab intellectu; quia ſicut in re non ſunt diſtincta prædicata vitalitas, quæ reſpondet intellectui, & ſupernaturalitas, quæ tribuitur lumini, ita eamdem referunt dependentiæ rationem.

4. ratio quòd viſio per ſuā eſſentiā pendeat à lumine

Sed viſio per ſuam eſſentiam pendet à potētia vitali; ſi enim immediatè & per ſuam eſſentiam à principio viuo non penderet, poſſet Deus ſe ſolo elicere motum vitalem, & illum ſine concurſu principij viuētis cōſeruare; quod eſt falſum, & contra ſenſum probatiorum Theologorum, & metaphyſicorū. Ideò enim qualitas vitalis à ſolo Deo produci, & conſeruari valet, intellectu merè paſsiuè ſe habente; quia qualitas vitalis immediatè, & per ſuam eſſentiam non profluit ab intraneo, & coniuncto principio, ſed mediante motu, & influxu vitali: ergo ſi motus vitalis nequit elici à ſolo Deo, ideo eſt, quia huiuſmodi actio per ſuam eſſentiam effluit à principio viuo, & coniuncto.

Si viſio per ſuā eſſentiā pendet ab intellectu, ita ex à lumine

Atqui non datur alia, & alia ratio dependentiæ in motu viſionis; prout refertur ad intellectum, & ad lumen; igitur viſio etiam per ſuam eſſentiam pendet à lumine: aliàs enim non ita quidditatiuum, & immediatum eſſet viſioni prædicatum ſupernaturalitatis, quod tribuitur lumini, ſicut prædicatum vitalitatis, quod reſpondet intellectui.

Arguitur 5. quia ita improportionata eſtimatur virtus intellectus abſq; lumine inhærente, ſicut calor vt vnus ad calorem vt duo.

6 Præterea quintò; quia minus proportionata eſt vis natiua intellectus ad viſionem Dei, quam caloris vt vnum ad calorem vt duo; ſed nec de abſoluta Dei potentia eueniet poſſet calidum vt vnum ad productionem caloris vt duo non appoſita intenſione alicuius formæ intrinſecę: igitur nec intellectus tranſire valet de non eſſe proportionati ad eſſe proportionati principij viſionis per ſolum auxilium extrinſecum.

Sicut enim intellectus à ſe refert adæquatam vim ex parte potentiæ ad formam intellectionis ordinis naturalis, & initialem, & inchoatam reſpectu notitiæ ſupernaturalis; ita calidum vt vnum ſibi aſciſcit adæquatam vim reſpectu caloris vt vnum, & initialem, & incompletam reſpectu caloris vt duo: eò quòd calor vt vnum ſit initium, & inchoatio caloris vt duo. Sed virtus initialis caloris vt vnum non poteſt eleuari ad eliciendũ calorem intenſiorem ſine accretione formæ intrinſecæ; igitur nec intellectus euehi ad influxum ſupernaturalem.

7 Deinde ſextò; lumen gloriæ ſpectat ad principium formale ſpecificatiuum viſionis; eò quòd ſpecies viſionis non accipiatur à facultate intellectiua, ſed ab habitu luminis. Licet enim intellectus humanus, & Angelicus eſſentialiter diſſideant; viſiones tamen ab ipſis elicitæ ſunt eiuſdẽ ſpeciei, quia lumen gloriæ eſt eiuſdem ſpeciei. Sed principium ſpecificatiuũ non poteſt ſuppleri à Deo; eòquòd attineat ad genus cauſæ formalis, quod eſt prorſus inſupplebile; ergo lumẽ gloriæ ſuppleri non poteſt.

Confirmatur; quia licet ſpecies impreſſa concurrat effectiuè ad generationem notitiæ; implicat quòd ſuppleatur talis ſpeciei cauſalitas: ita vt intellectus efficiat cognitionem alicuius obiecti ſine concurſu ſpeciei repræſentatiuæ eiuſdem obiecti. Vel quòd potentia viſiua eliciat viſionem obiecti ſine concurſu ſpeciei intentionalis repræſentatiuæ eiuſdem obiecti: eò quòd ſpecies, non ſolùm ſit principium effectiuum notitiæ, ſed etiam formale, & ſpecificatiuum illius. Sed lumen gloriæ non tantùm eſt principium effectiuum, ſed etiam formale, & ſpecificatiuum viſionis; ergo nequit ſuppleri.

Textus Scoti; & fundamenta ad veram ſententiam; vbi pro ſupplebilitate luminis, oſtenditur, lumen non eſſe formam vitalem.

EX 3. *ſentent. diſt.* 14. *quæſt.* 2. §. *In prima quæſtione, numer. margin.* 2. ſequentem Doctoris textum accipito.

2 *Quantùm ad ſecundum articulum poteſt dici; quòd inquantùm intellectus habet rationem receptiui reſpectu viſionis, non eſt aliqua forma neceſſariò priùs recepta ad hoc, vt viſio recipiatur in intellectu; quia per illam formam non aliter eſſet obiectum præſens, quàm poſſet eſſe ſine eo obiecto antem eodem modo præſente intellectui, poteſt intellectus eodem modo recipere viſionem obiecti.*

Prima propoſitio probatur; quia illa alia forma poſita non eſt obiectum præſens, niſi abſolutè voluntariè ſe repræſentet; quia illa forma non poteſt eſſe neceſſaria ratio, qua obiectum ſit præſens vt viſum: quia ſi vult, videtur ſi non vult, non videtur. Illa etiam non poſita poteſt obiectum voluntariè ſe repræſentare intellectui, & hoc actu cauſando viſionem in intellectu; ergo, &c.

9 *Præterea: ſi aliqua forma eſſet neceſſariò in intellectu prior ipſa viſione, dicatur, A, aut ergo A, ſe haberet ad viſionem in ratione cauſæ efficientis; aut in ratione cauſæ materialis, vt proprium receptiuum; ſicut ſuperficies in ſubſtantia ſe habet ad colorem, quia eſt propria ratio ſuſceptiua coloris.*

Si autem, A, primo modo ſe haberet; ergo ſine A, poſſet viſio ineſſe intellectui. Quidquid enim poteſt Deus per cauſam efficientem mediam, poteſt etiã immediatè; & hoc in quocunque, quod eſt receptiuum illius.

10 In hac litera plura attingit Scotus. Primùm; invehitur contra pronuntiatum aliquorum antiquorum effutientium; habitum luminis gloriæ eſſe diſpoſitionem neceſſariam ad viſionem

Scotus

Lumẽ ab eõ ſtituit Deũ præſentẽ in ratione obiecti.

Agit contra aſſerentes Deũ neceſſariò inſpicere ſito lumine.

Lumen nõ eſt receptiuum viſionis

Deus poteſt ſupplere exiſtentiam luminis.

Breuiarium textus

ſitur 6. od lumẽ ſupplebile taſt ſpeciarũ viſionis.

firmatur inſupplebilitate ſpeciei impreſſæ ad generationem notitiæ.

nem; ita vt compoſitio luminis ad intellectum neceſſariò inferret viſionem.

Obſeruatio quòd Deus liberè influat intentionaliter in viſionem etiã in hãrentiã mãte.

Quos perſtringit Scotus, eò quòd ſuppoſita connunctione intrinſeca luminis ad facultatem intellectiuam; adhuc Deus ſit agens voluntariũ, etiam prout eſt principium actionis intentionalis expreſſiuæ verbi beatifici. Quatenus Deitas non fœcundet intellectum creatum immediatè per ſuam eſſentiam, quæ formaliter non eſt principium liberum, ſed per ſuam voluntatem vt in ſequenti diſtinctione oſtendetur, quò fit, vt præmiſſa informatione luminis, Deo integrum ac liberum ſit, coniungi, vel non coniungi, intellectui in ratione obiecti.

Obſeruatio 2. lumen nõ ſuggerit ex parte obiecti. Scotus.

Secundò conſtituit Scotus; lumen non tenere ſe ex parte obiecti, ſed potentiæ, in illis verbis. *Non eſt aliqua forma neceſſariò prius recepta addita, vt viſio recipiatur in intellectu; quia per illam formam non aliter eſſet obiectum præſens quàm poſſet eſſe ſine ea.* Si autem lumen gloriæ eſſet ſpecies, & imago obiecti, aliter eſſet obiectũ beatificũ præſens intellectui poſt immiſionem luminis, quàm antea.

Obſeruatio 3. Deus poteſt conſtituere in intellectu videntis abſq; elicitiua eò curſu intellectus

Tertiò autumat Scotus; quòd potuiſſet Deus viſionem intellectui beati immittere ſine influxu ipſius intellectus; & quòd in tali hypotheſi non requireretur forma luminis gloriæ antecedens viſionem. Quia nec ad influxum elicitiuum viſionis, (qui tollitur in prædicta ſuppoſitione) nec ad cauſalitatem receptiuam ſeu diſpoſitiuã; eò quòd inficietur Scotus, habitũ luminis ſe gerere materialiter, & diſpoſitiuè ad viſionem.

Quod dequalitate viſionis intelligẽdũ eſt, nõ de fieri qualitatis

Quando verò aſſeuerat; viſionem poſſe produci à Deo, intellectu paſsiuè ſe habente; non procedit de fieri viſionis, ſeu de influxu productiuo verbi beatifici; ſed de ipſa qualitate verbi. At de hoc preſſè in diſtinction. 3. huius controuerſiæ, agentes de vitalitate viſionis.

Obſeruatio 4. de ſupplebilitate luminis.

Deinde quartò; reddit Scotus rationem, cur cauſalitas luminis gloriæ ſit ſupplebilis à Deo? Quia nimirum ſpectet ad genus cauſæ efficientis; & quidquid præſtat Deus per cauſam efficientem mediam; etiam immediatè per ſe ipſum exhibere valeat. Id enim aſtruit celebre illud Scoti axioma.

Scotus

Ergo ſine A (id eſt ſine lumine gloriæ) *poſſet viſio ineſſe intellectui. Quid enim poteſt Deus per cauſam efficientem mediam, poteſt immediatè & hoc in quocunque, quod eſt receptiuum illius.*

Duplex conſideratio luminis, vel ut generecauſæ efficitiuæ, vel formalis

11 Cæterùm; pro elucidatione argumentationis Scoti obſeruandum eſt; quod habitus luminis ſpectari poteſt prout eſt cauſa formalis intrinſecè per inhærentiam intellectui affixa, vel inquantùm eſt cauſa efficiens actionis ſupernaturalis elicitiua. Quæ etiam duo munera in ſpecie impreſſa ſeparatim conſiderantur; etenim & ſpectatur ſpecies, prout eſt forma intrinſeca intellectus; vel quatenus eſt com principium in genere cauſæ efficientis fœcundans intellectum ad partum notitiæ.

Duplex etiã factio ſpectatur in ſpecie in genere cauſæ formalis & cauſæ efficientis.

Primum munus ſpeciei attinens ad genus cauſæ formalis affixæ ſubſtrato, inſupplebile eſt à Deo, qui cauſalitatem formalem ſubire non valet; altera verò functio ſpeciei impreſſæ ſupplebilis eſt, immo & ſeparabilis à prima. Si enim Deus inhærentiam, & compoſitionem ſpeciei cum intellectu tolleret, & ſpeciem non inhærentem menti, illi tamen intimè aſsiſtentem & contiguam conſeruaret, nulla apparet implicatio, ob quam illud accidens de abſoluta Dei potentia intellectum fœcundare non poſſet ad generationem ſpeciei expreſſæ: cùm de ratione ſpeciei, prout eſt ſemen obiecti, & ſuiſectum vice illius, non ſit inhærentialis compoſitio ad potentiam; de quo adi inſignem Scoti textũ à nobis infrà trãſcriptum *in diſt. ſequenti, ar. 1. nu. margin. 25.*

Agitur adhuc contr. Thomiſtas ſpecie impreſſa Deitati data hypoth. quòd eſſet poſſibilis

12 Quod & fateri tenentur Thomiſtæ in eſſentia Dei gerente de facto vices ſpeciei impreſſæ; ſiue poſsibilis; ſiue impoſsibilis. Nec enim, data poſsibilitate ſpeciei impreſſæ, aliter eius functionem elicitiuam reſpectu viſionis præſtare potuiſſet eſſentia diuina, quàm de facto exhibet; quando ſpeciem impreſſam creatam impoſsibilem aſſeuerant. Nec implicaret ſpeciei impreſſæ non inhærenti effectiua cauſalitas ob dependentiam accidentis; cùm accidentia euchariſtica non inhæreant ſubſtantiæ, & ſibeant verum influxum.

Id igitur, quod de duabus ſpeciei

Vegetandæ necessarij à cõsequentiadæ rima

impressæ functionibus constituimus, de habitu luminis gloriæ pari ratione asseuerandum est; eò quòd illi, prout cum principio supernaturalis influxus, omnino accidat compositio formalis ad intellectum; & omnis causalitas, quæ ad genus causæ efficientis extrinsecæ attineat, à Deo immediatè præstari queat.

Euasio obijcienti absimilitudinē speciei & luminis

13 Sed obijcies; valde disparem subesse rationem de specie impressa, ac de lumine; eò quòd species sit quædam qualitas mortua, & lumen gloriæ forma vitalis, quæ nullam causalitatem intrinsecam subire queat, nisi coniungatur animæ per inhærentiam. Vt constat in intellectu realiter distincto à substantia animæ, & illi per veram inhærentiam composito. Cuius inhærentiam, & compositionem ad animam si tolleret Deus; & ipsum intellectū animæ contiguum intimèque assistentem conseruaret: adhuc non posset intellectus elicere influxum vitalē, ob defectum coniunctionis inhærentialis ad radicale principium vitæ.

Præcluditur fuga secta à vitalitate luminis.

Respondetur; ingeniosè opponi prædictam instantiā de intellectu non inhærenti, si ostendi posset habitus per se infusos intrinsecam sibi vitalitatem vendicare; quod vno ore respuunt oppositæ sententiæ assertores, & videtur manifestè repugnans conceptui vitalitatis.

Expensio vitalitatis ad dissertationem cōfopiendam.

Quia tamen vallum & vnicum propugnaculum oppositæ opinionis ad obtrudendam insupplebilitatem habituum per se infusorum id est; huiusmodi formas qualitates vitales pronuntiare, (sicut & immediata, & proxima principia adæquata vitalitatis supernaturalis actuum;) breuiter percurrenda est ratio vitalitatis; quia plenior discussio illius remittitur ad tertiam distinctionem huius controuersiæ, vbi de vitalitate visionis, seriò ac ex instituto differetur.

Vita alia in actu 1. alia in actu 2.

14 Adnotandum est igitur; quòd omnis ratio vitæ potest esse in duplici differentia in actu primo; & in actu secundo.

Vita in actu 1. duplex, alia radicalis, alia formalis.

Similiter vita in actu primo, partitur in vitam radicalem; & in vitam formalem. Vita radicalis est fons, & origo totius vitalitatis, à qua cæteræ facultates, potentiæ, & formæ subiecti, (quibus vita inesse potest,) hauriunt vt viuant; quæ vita radicalis est ipsamet substantia animæ. Vita verò formalis in actu primo, est virtus potentiæ, quæ à vita radicali animæ effluit; cuiusmodi est vitalitas intellectus, & voluntatis, in anima rationali; & potentiarū nutritiuæ, augmentatiuæ, & generatiuæ, in cæteris viuentibus.

Vita radicalis quæ

Quæ vita formalis.

Deinde, vitalitas in actu secundo etiam est duplex; & in fieri; & in facto esse. Vitalitas in fieri est motus ille, per quem potentia vitalis producit qualitatem illam, qua media in obiectum inclinatur, & illi coniungitur; cuiusmodi se habet motus visionis corporeæ, per quem facultas visiua elicit idolum illud sensibile, siue imaginem expressam obiecti: & in intellectu motus dictionis intellectiuæ, per quem producitur verbum mentale; sicut & in voluntate actio spiratiua, per quam efficitur qualitas illa, quæ dicitur impulsus in facto esse, pondus, vel amor, & sic de cæteris.

Vita in actu 2. duplex alia in fieri alia in facto esse.

Quæ vita in fieri?

Motus productiuus idoli sensibilis obturatur per vitā in fieri

Similiter dicendū de genere verbi mentalis.

Ista exspiratio elicienti impulsu appetitiuum.

Alia vitalitas in actu secundo; est qualitas producta per motum vitalem, à quo pendet in esse, fieri & conseruari; cuiusmodi est vitalitas verbi mentalis, & aliorum terminorum potentiarum vitalium.

Vitalitas in facto esse est qualitas producta per influxū vitæ.

15 Nec obstat vitalitati harum qualitatum communis illa diffinitio vitæ, quæ à phylosophis traditur; quod viuere est à se moueri; ex qua sequi videtur, quòd termini motuum vitalium cuiusmodi est verbum mentale, non referat vitalitatem: eò quòd non consistat in motu profluente à principio viuo, sed potius in facto esse; cum non sit motus, aut fieri termini, sed qualitas.

Oppositio cōtra doctrinā præcedentē.

Illa enim diffinitio tantùm expendit vitalitatem in fieri, qualis est vita cuiuslibet motus vitalis; non tamen qualitatis productæ, siue termini motus vitalis. Qualitas enim, (cùm essentialiter consistat in facto esse,) nequit essentialiter imbibere fluxum, & motum à principio viuo, vt perspicuè constat; immo, quòd si id vniuersaliter expeteretur ad conceptum vitæ; nec potentiæ essent vitales intrinsecè, cùm essentialiter non consistant in motu.

Profertur obiectum

16 Quare; id tantùm exigitur ad rationem vitæ actualis, siue per modū actus secundi, in termino motus vita-

lis

Quid exigatur ad rationem vitæ in actu. Quæ litas viuentis?

lis, ſiue in quacunque qualitate, cui vitalitas deferatur: vt ab intrinſeco pendeat ab attentione, & conatu animæ, tãquam à radice vitæ; ita vt ſine tali motu conſeruari nequeat realitas illa, quæ dicitur viua.

Qualitas viua pendet in fieri & conſeruari à principio viuente.

Quòd ſit, vt verbum mentale, ſiue ſpecies expreſſa obiecti, nequeat conſeruari naturaliter in intellectu; ceſſãte actuali motu, & attentione animæ, quæ ſimul cum potentia influit in talem qualitatem viuam; quod idem aſtruitur de qualitate illa impulſus, & amoris, quæ per actionem ſpiratiuam producitur, & de alijs. Quia licet qualitates iſtæ non imbibant eſſentialiter motum vitalem, per quem efficiuntur; pendent tamen ab illo in ſuo fieri, & conſeruari, ſicut Lux à Sole. Quod acutè edocet Scotus *in quodlibet.* 12. §. *Ad iſta. Ad primum, operatio habet duas conditiones, numer. margin.* 27. editionis Cauelli. Vbi tradens rationem actus cognoſcitiui, & appetitiui, ſubdit.

Scotus

Operatio ſemper eſt in fieri, non dico ſucceſſiuo, quia operatio eſt indiuiſibilis; ſed ſic in fieri, quòd in continua dependentia ad cauſam eamdem, & ſecundum idem: ſicut dependentia rei conſeruatæ ad cauſam conſeruantem.

Corollarium ex præmiſſis.

Nullus habitus viuit

17 Quare habitus intellectuales, & appetitiui, licet cauſentur ab actibus vitalibus, & à potentijs etiam vitalibus, non ſunt formæ vitales in communi omnium ſententia; quia non pendent in ſua conſeruatione à conatu, & influxu animæ: ceſſante enim attẽtione animæ, & omni motu vitali, ſuperſunt qualitates illæ. Ob quam etiam rationem, licet ſpecies impreſſæ eliciantur ab intellectu agente, qui eſt potentia vitalis, & recipiantur in ſubiecto viuo, nimirum in eodem intellectu excludantur tamen à ratione vitalitatis, eòquòd nõ pendeant in ſua conſeruatione a motu & influxu vitali.

Nec ſpecies impreſſæ.

Cæſſarius nullum ſuper naturalis habitus eſſe forma viuens.

18 Ex dictis infertur; quid de vitalitate habituum per ſe infuſorum cenſendum ſit. Quia cum qualitates ſupernaturales coniungantur ad vnum conceptum vitæ cum qualitatibus naturalibus; & communis ratio vitæ, quæ a philoſophis traditur pro formis ordinis naturalis, congruat ſecundùm aduerſarios habitibus ſupernaturalibus: (ni velint talem vitalitatem habituum per ſe infuſorum eſſe voluntariam quãdam diuinationem, vel merum figmẽtum;) reliquum eſt, vt vel eò pãtere queat vitalitas, vel non vitalitas luminis; quò intellectus per motum viſionis; prout à lumine gloriæ procedentem, moueatur à ſe ipſo, vel ab intrinſeco principio; quod ſtatim aperiendum eſt.

Vera ſententia ſtatuitur, & rationibus ſtabilitur excuſſis recentiorum occurſibus; tur implicet, Deitatem ſupplere cauſalitatem luminis, per exhibitionem intrinſecam ſui ad intellectum creatum, ſemotis imperfectionibus compoſitionis & inhærentiæ?

Vera ſententia de ſupplibilitate lu minis.

19 LOngè probabilior, & communior eſt ſententia, quæ aſſeuerat; omnes habitus per ſe infuſos à Deo ſupleri poſſe per extrinſecum auxilium. Sic Scotus de habitu luminis expreſſè in textu appoſito, *ſub numer.* 9. & de habitu charitatis, etiam expreſſè, in 3. *ſententiar. diſt.* 13. *quæſt* 4. §. *Ad quartã quæſtionem, numer. margin.* 19. vbi in proprijs terminis ſciſcitatur; *Vtrum voluntas ſine gratia poſsit tantùm agere, quantum eſt ex parte ſui ad ſummã fruitionem quantum cum gratia?* Scoto adhæſere omnes eius antiqui aſſeclæ; & ex neotericis Philippus Faber, *in* 3. *ſentent. diſtinct.* 14. *quæſtion.* 1. *diſput.* 32. *capit.* 3. Franciſcus Aretinus, *in* 3. *ſententiar. diſt.* 14. *quæſt.* 1. *art.* 5. & 6. quibus addè Franciſcum Coriolanum, *in* 1. *part.* Sanct. Bonauenturæ, *quæſtion.* 12. *artic.* 3. §. *In oppoſitum eſt Scotus.* Suffragatur etiam vniuerſa Ieſuitarum ſchola, & omnes moderni ſubtiliores, & ex antiquis Thomiſtis

Scotus

Phil. Fab

Aretinus Coriolan

De-

Deza.

Deza Hispalensis, *in 4. dist. 49. q. 4. ar. 3. notabil. 5.*

Ratio fundamentalis ex Scoto

20 Et probatur ratione illa textus, *sub numer. 9. Quidquid potest Deus per causam efficientem mediam, potest etiam immediatè.* Quia, vt liquet ex communi Theologorum consensu; id tantùm est diuinæ potentiæ denegandum, quòd inuoluit euidentem implicationem contradictionis; sed nulla emergit implicatio ex suppletione luminis per extrinsecũ auxilium, quæ facillimè non diluatur.

Occurritur obiectio fugæ aduersariorũ de vitalitate luminis.

Et quòd non repugnet, ob conceptum vitalitatis; eò quòd lumen gloriæ sit vitalis facultas; ita expenditur. Quia per motum visionis, prout à lumine gloriæ profluit, beatus non mouetur à se ipso; ergo visio, prout procedit a lumine gloriæ, non vinit. Antecedens probatur; moueri à se, est moueri a principio intraneo, & coniuncto; sed lumen gloriæ est participatio quædam solius vitæ extrinsecæ, & increatæ Dei non tamen terminus, vel factum esse conatus. & motus intrinseci effluentis a substantia animæ, quæ est principium radicale, & intraneum cuiuslibet vitæ formalis: eò quòd lumẽ gloriæ, vt ipsi aduersarij fateri cogũtur, nõ pẽdeat ab anima, nisi vt a causa materiali & recepti ua, non verò vt à principio elicitiuo influxus vitalis.

Recipi in subiecto viuo non præstat adrationem formæ vitalis.

Atqui recipi in substrato formaliter viuo, non præstat conceptum vitæ accidenti, siue qualitati receptæ; aliàs enim species impressæ, & habitus naturales formalem vitalitatis conceptũ referrẽt, eòquòd in substratis vitalibus susciperentur: igitur lumen gloriæ, cũ ab anima nõ prodeat tãquam à principio elicitiuo intrinseco, nõ valebit vitalitatem nanciscι.

Respondetur aduersariorũ quod lumẽ viuat esto quod nõ trahat vitalitatẽ ab anima, sed à vita Dei

21 Occurres; rationem vitæ, quæ in lumine gloriæ elucet, non emanare ab anima, vt obtinet argumentum, sed trahi à vita Dei; qui cùm sit lumen viuens per essentiam, valet mẽtibus beatorum immittere aliquam emanationem seu participationem vitæ sui luminis increati, quæ sit lumẽ supernaturale & vitale; ac proinde proximum & proportionatum principium illius prædicati vitalitatis supernaturalis, quod in visione eminet.

Contra sic; tota ratio vitæ, quæ in lumine gloriæ apparet, reducitur ad vitam extrinsecam Dei, tanquam ad proximam, & adæquatam causam; igitur suppleri poterit causalitas luminis creati per ipsum lumen vitale, & increatum Dei intimè assistens mentibus beatorum, semotâ ratione compositionis, & inhærentiæ. Si enim ob aliquam rationem id obstaret, maximè quia vita luminis traheretur a principio intraneo; & ideò cõtradiceret supplemẽtum talis formæ per lumẽ increatum & extrinsecum.

Diuiditur, quia si vita luminis traheretur à principio extrinseco, supleri posset per ipsum lumẽ increatũ

Si lumen increatũ cohæreret intrinsecè obiecto, posset fundire lumẽ luminis.

Atqui, tota ratio vitæ in habitu luminis non est aliter intrinseca, & coniuncta substantiæ animæ, nisi quatenus fit illi propria per nexum, & compositionem inhærentiæ; (cùm non sit intranea per emanationem, & effluxum a principio coniuncto, vt liquet;) igitur suppleri valet per vitam luminis increati, quæ fiat propria, & cohærens intellectui creato, sublata compositione inhærentiæ. Quæ necessaria non est in Deo, vt suppleat causalitatem effectiuam inhærentis formæ; cùm adeat de facto causalitatem speciei impressæ absq; cõpositione & inhærẽtia, quã præstaret per nexum, & cõpositionem formalem species impressa creata, si astruerẽtur posibilis.

Premuntur aduersarij ex vnione Deitatis vt est species

Ex quo vrgeo rationem sic; de facto supplet Deus efficientiam, & causalitatem speciei impressæ per illapsum essentiæ suæ in ratione speciei; quam coniunctionem Deitatis ad intellectum beati autumant Thomistæ, esse formalem, ablegatis imperfectionibus compositionis, & inhærentiæ; igitur & supplere valebit causalitatem luminis gloriæ per coniunctionem substantiæ suæ sub prædicato luminis viui per essentiam, explosâ compositione inhærentiali. Quam iudico efficacissimam instantiam; supposito quòd vitalitas luminis à solo principio extrinseco, nimirum a Deo, petita autumetur.

Fuga, eoquòd species nõ se teneat ex parte potentiæ

22 Dices; speciem nõ esse vitalem ex genere suo; eò quòd non se teneat ex parte potentiæ radicatæ in substantia animæ, sicut lumen gloriæ, sed ex parte obiecti, cuius est imago; & inde fieri, vt species supplebilis sit per extrinsecum comprincipium, non verò habitus luminis.

Sed effugium istud videtur petere principium; id enim est, quod exqui-

ri-

Occupatur, quia petat principium

rimus; cur ſpecies illa non foret vitalis, cùm ſit participatio vitæ Dei eadem prorſus ratione, qua lumen gloriæ; ſi vitalitas habituum per ſe infuſorum à ſolo extrinſeco principio hauriri poſſet? Quia ſpecies impreſſa ità de facto ſuppletur per eſſentiam Dei coniunctam in ratione ſpeciei, (licet aſtruatur impoſsibilis talis ſpecies creata, apud Sanctum Thomam, & aſſeclas) ſicut ſuppleretur talis ſpecies, ſi pronuntiaretur poſsibilis; ſi enim eſſet poſsibilis, nulla alia ratione Deus illius cauſalitatem elicitiuam adire poſſet, quàm per ſubſtantiam Dei coniunctã in ratione ſpeciei. At, ſi aſſeratur poſsibilis, eſſet participatio ſupernaturalis, & extrinſeca vitæ Dei; ergo etiam ſuppleri poteſt ſupernaturalis vitalitas luminis gloriæ per ipſum lumen vitale increatum Dei extrinſecum: cùm tota vitalitas luminis ab extrinſeca tantùm cauſa petatur.

Tenere ſe ex parte potentiæ non obſtat ſupplebilitati luminis

Nec illud diſcrimen eſt alicuius momenti; quòd nimirum lumen ſe teneat ex parte potentiæ; & ſpecies impreſſa ex parte obiecti; ad hauriendam vitalitatem luminis, & non ſpeciei.

Quia tenere ſe ex parte potentiæ non præſtat ad rationem vitæ, ſi alia non ſuppetant; habitus enim naturales attinent ad partes potentiæ, & tamen non viuunt formaliter in communi omnium ſententia; eò quòd illorum cõſeruari non pendeat ab attentione, & influxu animæ.

Supparitas ſupplebilitatis ſpeciei & luminis, ex aduerſario principij

Igitur, ſi lumen gloriæ, & ſpecies impreſſa in eo conueniunt, quòd ab anima non effluant tanquam à radice vitæ formalis; ſed à Deo tantùm tanquam à principio adæquato extrinſeco immittantur intellectui creato; ſicut ſpecies, ſi daretur, non eſſet vitalis licet eſſet participatio quædam vitæ extrinſecę Dei; ità nec lumen gloriæ vitalis forma adſtrui poterit, ex hoc præcisè, quòd ſit additamentum quoddam tenens ſe ex parte potentiæ; ſi ly *ex parte potentiæ*, non exprimat motũ ab intraneo principio effluẽtẽ, ſed meram coniunctionem cauſæ formalis inanimatæ ad ſubſtratum viuum, quod nõ confert ad conceptum vitæ, vt oſtendimus.

Collegium Carmelit.

23 Dices cũ Collegio Salmanticenſi Carmelitano, 1. *part. tract. 2. de Viſione Dei, diſput. 4. dub. 5. §. 2. num. margin. 70.* implicare contradictionem, quòd Deus vniatur in ratione luminis gloriæ cum intellectu creato; quia contradicit, quòd Deus coniungatur in ratione formæ ſupplentis virtutem aliquam creatam, quæ finiatur à ſubſtrato recipiente. Quare, cùm lumen creatum à ratione ſua intrinſeca, exigat recipi in potentia vitali, & contrahi, & finiri ad modum recipientis, eſto quòd eleuet ſubſtratum ad excellentiorem rationem operandi; ideò illius cauſalitas nequit ſuppleri à Deo cõiuncto vice luminis; quia aliàs Deus taliter vnitus eſſet finitus, & infinitus.

Reſp. recentiorũ pro inſupplebilitate luminis

Elliditur ad hominem

Sed contra hoc eſt, primò; quia Deus ſupplet per ſuam exiſtentiam increatam intrinſecè vnitam humanitati Chriſti, abſque finitione, & contractione, eam formam creatæ exiſtentiæ, quæ à ratione ſua intrinſeca conſtituere debebat eſſe actuale, vel exiſtere limitatum per receptionem ſui in eſſentia creata; & tamen præſtat Dei actualitas, illimitatiſsima ratione, eam exiſtendi cauſalitatem formalem, aut quaſi formalem, quam exiſtentia creata exhiberet per limitationem à ſubſtrato recipiente. Igitur eſto quòd cauſalitas, luminis creati neceſſario finiatur à virtute natiua intellectus, ſuppleri valebit, interminatiſsima quadam ratione, & illimitatiſsima; per ipſam Deitatem coniunctam ſub ratione luminis, abſque finitione, aut contractione aliqua, tenente ſe ex parte Dei, licet intercedat finitas ex parte alterius coextremi nimirum intellectus; pari ratione, qua exiſtentia verbi cõiungitur humanitati Chriſti, illimitata ratione ex parte exiſtẽtiæ verbi, & limitata ratione vnionis ex parte naturæ aſſũptæ. Quòd autem exiſtentia creata, à ratione ſua intrinſeca, petat contrahi, & finiri à compoſitione ad eſſentiam; Thomiſtis pro axiomate eſt; vt liquet, *ex contrar. 1. ar. 2. in appendice metaph. n. marg. 2.*

Alia obſcuris præmiſſa doctrina ad hominem

Inſtatur ſecundò; retorquendo contra prædictos authores, aliam rationem, quam adhibent, *ſub numer. 71. & 72.* quia ideò Deus coniungi poteſt intellectui creato in ratione formæ intelligibilis ſupplentis ſpeciem impreſſam; & etiam vnitur intrinſecè in ratio-

ne formæ exiſtentialis cum humanitate creata; quia Deitas ſpectat hæc obiecta ſiue extrema creata, vt ſibi componibilia ſecundariò, præmiſſa coniunctione primaria Deitatis in ratione ſpeciei cum intellectu increato; & etiam præſuppoſita coniunctione exiſtentiæ diuinæ ad naturam increatam, quâ cõſtituit in ratione exiſtentis.

Regitur eadẽ oppugnatio.

Atqui compoſitio Deitatis in ratione luminis gloriæ, vel principij proximi viſionis, vt ſupernaturalis, & ordinis diuini, coharet Deitati reſpectu intellectus increati primariò; igitur poteſt ſecundariò extendi talis compoſitio formalis ad intellectum creatum. Probatur & fulcitur noſtra conſequutio; quia ſicut in viſione increata Dei, non ſolùm concipimus ſupernaturalitatem ex parte obiecti, ſed etiam ex parte potentiæ; ita etiam intelligimus coniungi per ſummam identitatem intellectui increato Deitatem, non ſolùm quâ gerit vicem principij ex parte obiecti, per modum ſpeciei impreſſæ, ſed vt obit munus principij ſupernaturalis ex parte potentiæ. Atqui principium ſupernaturale ex parte potentiæ, eſt lumen gloriæ in creatum; igitur nil obſtat quominus Deitas, ſub tali prædicato luminis gloriæ, ſuppleat habituminfuſum in intellectu creato.

Vltier occurritur quod non detur diſtinctio ex parte rei concep. æ in Deo inter intellec. & diuinũ lumen increatum

Nec præſtat occurrere; in Deo nullam eſſe diſtinctionẽ rationis ex parte rei conceptæ inter intellectum Dei, vt eſt facultas vitalis infinita; & inquantum exprimit virtutem ſupernaturalem ex parte potentiæ ad viſionem; ac proinde non coniungi in ratione formæ cum intellectu increato talem vim ſupernaturalem ex parte potentiæ, quæ vocatur lumen increatũ reſpõdens habitui luminis gloriæ in creatis.

Oppugnatur ad hominem ex doctrina rectorũ ex conſtitutione Dei ſimilia rationis ſpecieiim preſſæ cũ intellectu diuino, quæ eadẽ affectur ex parte rei conceptæ.

Quia nec etiam, apud prædictos authores, coniungitur ex parte rei conceptæ Deitas in ratione ſpeciei impreſſæ, quæ pertinet ad intellectum in actu primo; eò quòd non detur ſcientia per modum actus primi in Deo ex parte rei conceptæ, & intrinſecè, ſed ſolùm per analogiam ad creata: vt liquet ex his, quæ differimus infra, *in controuerſ. 11. de Scientia Dei, diſtin. 1. in diſput. appendice de actualitate attributi voluntatis diuinæ, artic. 1. num. 34.* Vbi tale pronuntiatũ de mente prædictorũ authorum firmamus, ac defendimus.

Alia reſp. pro Collegio Carmelit.

Quare etiam parum è re eſt, ſi pro his authoribus autumes; quòd ex parte rei conceptę non eſt præſcindibilis in Deo virtus apprehenſiua vitalis infinita à virtute ſupernaturali ex parte potentiæ, quæ reſpondet habitui luminis gloriæ in creatis. Eò quòd vis intellectiua in Deo, quâ virtus vitalis, & intranea eſt, ſit etiam proportionata viſioni ordinis diuini, & ſupernaturalis, ac proinde ſit eſſentialiter ſupernaturalis ex parte potentiæ; aliàs enim, ſi vis apprehenſiua, qui intranea, & viua eſt, non eſſet ſupernaturalis, & eiuſdem ordinis cum viſione increata; ſequeretur, quòd virtus apprehenſiua concipi valeret vt improportionata ad viſionem, qualis exiſtit facultas intellectiua creata abſque eleuatione.

Conuellitur

Id enim non obſtat; præmiſſa ſententia inficiante omnem rationem virtutis in actu primo ex parte rei conceptæ in Deo. Quia ſicut concipimus vim intelligendi in actu primo per analogiam ad creata, eſto quòd ex parte rei conceptæ non aſſeratur facultas apprehenſiua in actu primo in Deo; ita & ſuppari ratione, per inadæquatos conceptus, & per analogiam ad creata, intelligi valet mens diuina, inquantum eſt virtus apprehenſiua, & vita intentionalis infinita, non concepta proportione ſupernaturalitatis ex parte potentiæ cum actu ſupernaturali, vt attinet ad ordinem formæ eleuatioris ſupra totum ordinem naturæ. Quo ſuppoſito, etiam per analogiam ad creata concipi valeret Deitas vt vnita intellectui increato, non ſolùm in ratione ſpeciei impreſſæ attinentis ad actum primum intelligendi; ſed etiam in ratione luminis ordinis ſupernaturalis.

Agitur vltra efficaciter ad hominẽ cõtra aduerſarios

Deinde; nec magis firma ſunt, quæ prædicti authores adſtruunt, de coniunctione intrinſeca exiſtentiæ increatæ ad humanitatem Chriſti Domini; eò quòd talis compoſitio ſecundaria ſit, præmittens primariam, quaſi coniunctionem exiſtentiæ increatæ ad eſſentiam increatam. Quia exiſtentia Deitatis, ſicut ex parte rei conceptæ, & ſeclusa analogia ad creata, non ex-

pri-

primit rationem obiectiuam diſtinctam à quidditate Dei, cùm exiſtentia ſit de vltimo, & quidditatiuo conceptu diuinæ naturæ; ita & quælibet coniunctio inter Deitatem, & exiſtentiam tanquam inter duos conceptus explicitos ſe excludentes, omnino improbanda cenſetur; cùm ſe ſe per eſſentialem tranſcendentiam imbibant eſſentia Dei, & actualitas, vel exiſtentia eius.

Altera probatio impetit fundamentum Thomiſtarum

24 Deinde; proceditur ab expugnatione alterius fundamenti Thomiſtarum, qui ideò inſupplebilitatem lumini etiam conſtanter tutantur; quia ſi Deus ſe ipſo ſuppleret lumen gloriæ, intellectus concurreret tanquã inſtrumentum; quod videtur obſtare cauſalitati agentis viui.

Quæ implicatio minus vrget; cùm etiam de facto intellectus lumini compoſitus inſtrumentarium eliciat influxum; vt aperuimus in præcedenti ſubdiſtinctione, *artic. 3. à numer. margin.* 24. cauſa enim inſtrumentalis ea eſt, quæ non adæquat actualitatem producti in illo gradu, & ordine entium ex propria, & intranea virtute, niſi inquantum euehitur à poteſtate ſuperioris agentis; ſed intellectus non commenſuratur actualitati viſionis ſupernaturalis ex proprio, & intraneo conatu, niſi inquãtùm promouetur ab aduẽticia, & extrinſeca virtute luminis; igitur elicit intellectus inſtrumentarium influxum.

Reſp. aduerſariorum

Occurrũt aliqui ex Thomiſtis; adeò intellectum conſtitui à lumine in ratione potentiæ ſupernaturalis; quòd ex lumine, & intellectu, cointegretur vnicum principium ſupernaturale eiuſdem individui influxus ſupernaturalis. Quia tamen intellectus, vt potentia ſupernaturalis, ambit intrinſecè habitum luminis; ideò vt ſic (prout nimirum induit talem facultatem agendi ipſi intellectui compoſitam intrinſecè,) dicitur intellectus propria & intrinſeca virtute operari, & actui ſupernaturali commenſurari in gradu & ordine phyſico formæ ſupernaturalis.

Obtunditur quis laborat in æquiuoco

Sed hoc eſt in æquiuoco vocis, *intrinſecum*, ignauiter hærere. Si enim virtus ab extrinſeco principio immiſſa & alicui concauſæ impreſſa ad illam euehendam ad eleuatiorem gradum operandi, aſtrui poſſet propria, & intrinſeca virtus concauſæ eleuatæ, ea ſolùm ratione, quia illi inhæreret; ſequeretur, nullam dari cauſam inſtrumentalem, quæ inquantùm informata impulſu, & motione primarij agentis, aſſeri non poſſet operans propria virtute; quatenùs virtus principalis agentis fieret propria inſtrumento per inhærentialem compoſitionem: & ita ferrà diceretur operari propria virtute, quia ageret per impulſum intrinſecè compoſitum, licèt ab intraneo conatu non petitum; quæ omnia ſunt abſurda, & à totius Phyloſophiæ principijs exorbitantia.

Fit obuiam oppoſitis fundamentis contra luminis gloriæ ſupplebilitatem.

Prodilutione 1 arg. explanatur cõpoſitio facultatis exequẽtiui Dei cũ intellectu creato ad ſuppliãd cauſalitatem effectiuã luminis.

25 RESTAT Oppoſitas molitiones conterere. Ad primum argumentum, *ex numer.* 1. reſpondetur; quòd diuina voluntas, ſeu facultas exequtiua Dei, vel poteſt ſpectari inquantum eſt cauſa particularis, prout nimirum ſupplet alicuius cauſæ particularis influxum; vel inquantum eſt cauſa vniuerſalis, prout ſcilicet præmittit cauſas ſecundas in ſuo ordine agendi omnino completas, & à Deo tãtùm expectantes vniuerſalem influxũ, quem cuilibet creaturæ exhibet, vt operetur.

Quæ ſit cõpoſitio potẽtiæ exequtiuæ in ratione cauſæ particularis

Quod non ſolùm habet verum intra ordinem, & metas cauſarum naturalium, ſed etiam intra ſeriem ſuperna turalium agentium; tunc enim Deus concurrit ut cauſa vniuerſalis intra ordinem ſupernaturalem, quando ſupponit cauſis omnino completas intra illam ſeriem operandi; verbi gratia, concurrit Deus vniuerſali influxu intra ordinem gratiæ cum voluntate informata, & completa habitu charitatis ad dilectionem Dei ſupernaturalem. Quando verò ſuppl et aliquam cauſam particular em intra ſeriem agendi ſuperna turaliter; non concurrit Deus vt cauſa

vni-

vniuerſalis,ſed tãquam peculiare principium talis producti;vt liquet in hypotheſi præſentis quæſiti,quãdo ſuppleret habitum charitatis, aut luminis gloriæ, per auxilium.

Inſtatur in cõpoſitione Deitatis vt ceſpecieiꝯ intellectu creato

Quod etiam aduerſarij fateri tenentur in eſſentia diuina gerente vices ſpeciei impreſſæ creatæ;tunc enim nõ influit,vt cauſa vniuerſalis,ſicut concurreret,ſi daretur ſpecies impreſſa creata,quando potentia intellectiua eſſet completa ex parte potentiæ,& ex parte obiecti ad partum viſionis ſupernaturalis ; ac proinde à Deo tantùm expectaretur vniuerſale auxilium, ſicut ad quoſlibet ſupernaturales actus, qui à principijs completis prodeunt.

Ad inſtãtiã ſatisfactio

Quo præmiſſo;illi inſtantiæ,*ex numer.margi.*2.quæ vrgere videtur,iam nullo negotio ſatisfacere poſſumus.

Agebat enim,eſſe impoſsibile, quòd intellectui creato, & voluntate ſiue potẽtia diuina,prorſus immutatis poſsint contradictoriæ denominationes emergere : quatenus intellectus tranſeat de non eſſe proportionati ad eſſe proportionati, vel completi principij viſionis.

Enervatur ad hominem diſcurſus aduerſariorum.

Cui oppoſitioni ipſi aduerſarij occurrere tenentur in eſſentia diuina coniuncta ad inſtar ſpeciei impreſſæ ; quia etiam intellectus creatus non immutatur ab aliqua forma inhærente per modum ſpeciei;nec eſſentia diuina, prout eſt peculiare principium viſionis, eſt diuerſa à ſe ipſa quatenus eſt cauſa vniuerſalis:implicaret igitur, quòd eſſentia diuina,& intellectu creato, omnino immutatis , tranſiret creatus intellectus de non eſſe fœcundati,& adæquati principij,ad eſſe fœcundati , & adæquati principij viſionis. Quod autem Deitas in ratione ſpeciei non componatur intellectui intrinſecè; oſtẽdimus *in ſequenti diſt.ar.*1.*à num.* 28. *vſque ad* 30.

Oſtenditur quòd ad elevationẽ cauſæ partialis nõ exigatur cõpoſitio nõ entitatiua.

Dicimus ergo;intellectum eleuari abſque appoſitione aliqua intrinſeca ob ſolam coniunctionem Dei in ratione cauſæ particularis ſupplentis efficaciam luminis ; iſtam verò peculiarem coniunctionem Dei ad intellectum creatum aperiri à poſteriori per ſpecialius auxilium , per quod in actu ſecundo euehit Deus virtutem inchoatam intellectus,quam aſſumit vt inſtrumentum ad viſionem. Ad eleuandam autem,& complendam vim alicuius inſtrumenti non exigitur informatio virtutis eleuantis,cùm præſtet ſola aſſiſtentia extrinſeca;vt patet in phãtaſmate eleuato ab intellectu agente abſque immutatione intrinſeca phantaſmatis.

Firmatur doctrina præcedens

Quare, ſicut præſtat coniunctio extrinſeca cum ſympathia naturali intellectus agentis,& phantaſmatis abſque appoſitione aliqua virtutis intrinſecæ , vt tranſeat phantaſma de non eſſe proportionati , & adæquati principij ad eſſe proportionati,& adæquati principij effectus ſpiritualis , nimirum ſpeciei impreſſæ ; ita ob coniunctionem,& quaſi ſympathiam obedientialem,intellectus,creati,& auxilij ſupernaturalis extrinſeci,completur inſtrumentaria,& inchoata virtus intellectus:ſicut &ob coniunctionẽ Dei in ratione ſpeciei impreſſæ fœcundatur intellectus abſque immutatione intrinſeca.

Inſtatur in ea hypotheſi quòd poſſit exequutiua Dei cõponere in ratione agẽtis particularis cui intellectu agẽte ſuppliꝺ deuicẽ phantaſmatis ad productionẽ ſpeciei impreſſæ

Adde etiam,quòd ſi Deus per potentiam ſuam compoſitam in ratione principij particularis,ſuppleret eleuationem phantaſmatis , quæ ab intellectu agente præſtatur ; tunc phantaſma tranſiret de non eſſe completi ad eſſe completi principij ſpeciei impreſſæ; abſque vlla intrinſeca immutatione phantaſmatis. Quòd autem cauſalitas & eleuatio intellectus agentis ad ſpeciei impreſſæ productionem, ſuppleri queat à Deo , videtur innegabile; cùm cauſalitas intellectus agentis circa eleuationem phantaſmatis non ſit vitalis, nec tenens ſe ex parte principij intrinſeci,ſed ex parte obiecti,cuius materialitatem , & improportionem in phantaſmate corporeo ſupplet aſſiſtentia intellectus , ad productionem ſpeciei impreſſæ , quæ in nulla etiam ſententia , eſt forma vitalis: fit igitur, vt ad eleuationem compartialis cauſæ neceſſaria non ſit intrinſeca, & formalis compoſitio alterius comprincipij eleuantis.

Obſeruatio

Quando autem dicimus ; tranſire phantaſma de non eſſe proportionati principij ſpeciei impreſſæ ad eſſe talis non volumus,quòd phantaſma pro aliquo inſtanti in quo,ſiue durationis, careat aſſiſtentia intellectus agentis,qui cointegrat virtutem phantaſmatis ad

ra-

talem influxum intentionalem; ſed quòd phantaſma, à ſua ratione intrinſeca, & ſecluſa compoſitione intellectus agentis ad phantaſma in ratione actus primi, non eſt principium proportionatum effectus ſpiritualis; adeò vt compleatur, vel cointegretur in ratione principij abſque informatione, vel compoſitione intrinſeca.

Ad 2. argu. reſp.

26 Ad ſecundum argumentum, *ex numer. 3.* dicimus; quòd profligat Vazquium, & eos, qui admiſſa ſupplebilitate luminis per extrinſecum auxilium; autumant, decretum liberum Dei intrinſecam immutationem inferre; nos tamen nulla ratione perſtringit, qui oppoſitum conſtituemus in controuerſia generali de Voluntate Dei. Quòd ſcilicet Deus ſubire queat tranſitum à contradictorio denominationis ad aliud contradictorium, nulla facta in obiecto acceſsione, aut mutatione.

Obiicitur; quod implicet, quòd intellectus habitus ſupernaturaliter perficientis Dei, non influat actualiter.

Si autem inſtes; eſſe incompoſsibilia in Deo illa duo propoſita ſiue decreta; alterum de complenda vi initiali intellectus per extrinſecam apparationem facultatis diuinæ exequentis in ratione principij particularis ſupplentis habitum ſupernaturalem luminis: alterum verò de ſubſtrahendo actuali influxu ad eliciendam actionem ſupernaturalem. Cùm appareant contrariæ voluntates in Deo; complere intellectum in ratione principij ſupernaturalis per extrinſecum auxilium; & denegare intellectui auxilium in actu ſecundo ad ſupernaturalem influxum viſionis beatificæ.

Fit ſatis oppoſitioni

Præcluditur prædictum effugium: eò quòd ſicut non referret contrarietatem decretorum in Deo, conſeruare compoſitionem intrinſecam habitus luminis ad intellectum in actu primo valentem ad cauſalitatem ſupernaturalem; & denegare actualem influxum ad viſionem beatificam. Cùm primum decretum ſiſtat in apparatione virtutis ſupernaturalis intrinſecæ ad agendum in actu primo; & alterum decretum non deſtruat huiuſmodi compoſitionem in actu primo proportionatè præſtantem ad actum, ſed tantùm tollat influxum in actu ſecundo.

Ita & ſuppari ratione, in illa hypotheſi, in qua Deus ſuppleret vim luminis per apparationem virtutis exequutiuæ Dei in ratione principij particularis ſupplentis defectum habitus infuſi; non deſtrueretur talis compoſitio extrinſeca facultatis diuinæ exequentis cum intellectu creato in actu primo, ob denegationem actualis concurſus in actu ſecundo.

Nota valde

Cæterum, qualiter tranſitum adire queat diuina voluntas à contradictorio denominationis ad alterum contradictorium abſque phyſica obiecti mutatione; id perſpicuè ex Scoto oſtendimus infra, *in controuerſ. 11. de Scientia Dei, diſtinction. 3. de Scientia contingentium conditionatorum, articul. 2. numer. marginal 10. & etiam 29.*

Quando ſiat tranſitus è contradictorio in contradictorium abſque mutatione

Vbi perſpicuè oſtendimus; quòd quando comprincipium, à ratione intrinſeca ſui influxus in genere cauſæ efficientis, non vendicat compoſitionem intrinſecam in genere cauſæ formalis ad aliud comprincipium; tunc ſuppletio talis virtutis intendi poteſt à Deo per abſolutum, & efficax decretum, abſque immutatione intrinſeca alterius concauſæ.

Obſeruatio circa de auxilio in actu 2

Pro maiori tamen præmiſſorum elucidatione, illud occurrit obſeruandum; quòd ratio propoſita obtinet contra eos, qui tutantur ſupplebilitatem habitus infuſi per auxilium, quod tantùm obit rationem actionis, vel concurſus actualis, & exerciti; non tamen principij ſupernaturalis in actu primo, ſupplentis virtutem habitus ſupernaturalis, quæ etiam eſt virtus in actu primo. Sicut enim euidens eſt, nullam cauſam fieri potentem ad operandum ſolo ipſo exercitio actionis; ſed quòd debet ſupponi potens ante influxum exercitum, (quod demonſtrat teſtimonium Scoti præmiſſum *ſub n. marg. 1.*) ita etiam & perſpicuum redditur, quod intellectus nequeat cõſtitui potẽs ad influxũ ſupernaturalẽ, ipſomet influxu, qui præmittit potẽtiam, ac proinde illam nõ cõſtituit. Quamobrem rectè cẽſuimus, *ſub n. 25* quòd intellectus non euehitur per influxum ſupernaturalem creatum, & ab intellectu elicitum; ſed per voluntatem, vel potentiam Dei, vt compoſitam in ratione principij particularis. Cùm autem increata voluntas non componatur intrinſecè, vel

in genere cauſæ formalis intellectui creato, vt euidens eſt; fit, vt intellectus creatus, abſque immutatione intrinſeca, conſtituatur potens adæquatè in actu primo ad influxum ſupernaturalem per aſsiſtentiam potentiæ Dei, vel facultatis exequutiuæ ſupplentis vicem habitus in actu primo. Vnde etiam inferimus, quòd poſſet eleuari intellectus creatus per potentiam, vel facultatem exequentem increatam aſsiſtentem intellectui in actu primo; & quòd tali eleuatione per modum actus primi ſuperſtite, poſſet Deus denegare concurſum actualem, & exercitum.

Conſentiunt neoterici

Alarcon

Quod etiam ex his, qui adhærēt Vazquio, fatetur Alarcon, 1. *p. tract.* 1. *de Viſione Dei, diſp.* 3. *cap.* 4. *num. margi.* 8. vbi inquit. *Auxilium ergo iſtud non eſt intrinſecum in potentijs, ſed ſolum extrinſeca aſsiſtentia diuinæ omnipotentiæ, quæ per decretum efficax decernit cum intellectu ſolo efficere viſionem, &c.*

Concluditur 3. arg. principale

27 Ad tertium argumentum, *ex num.* 4. reſpondetur; quòd ex hocquòd prædicata vitalitatis, & ſupernaturalitatis nullatenus diſtinguantur in forma viſionis; non infertur, quòd ſi vitalitas intrinſecè pendeat à facultate vitali, etiam ſupernaturalitas neceſſariò reſpondeat alicui principio ſupernaturali inhærenti.

Inſtitia ad hominem

Nam prædicatum imaginis, ſeu ſpeciei expreſſæ diuinæ eſſentiæ, quod in verbo beatifico eminet, nullatenus eſt diſtinctum à prædicato vitalitatis ſupernaturalis eiuſdem verbi; nec tamē inferre licebit ex cōiunctione identica iſtorum prædicatorum; quòd ſicut vitalitas reſpōdet principio intraneo & coniuncto: ita repræſentatio, & ratio imaginis, quam importat verbum beatificū, etiam expoſcat à principio intraneo procedere. Cùm in communi ſēntia ratio imaginis, & repræſentationis diuinæ eſſentiæ in verbo beatifico deferatur Deitati coniunctæ in ratione ſpeciei impreſſæ; quæ non ſe tenet ex parte potentiæ, ſed ex parte obiecti extrinſeci.

Inſtatur vltra in qualibet ſpecie ex preſſa ordinis naturalis

At, quia Thomiſtæ quàm plures inficiantur, beatos videndo Deum formare verbum, de quo infrà; appoſitiſſimum exemplum aſſumo ex quolibet alio verbo mentali; in quo ratio imaginis talis obiecti non eſt diſtincta à ratione vitalitatis eiuſdem ſpeciei expreſſæ. Nec tamen inde vel ſic comminiſci licebit; quòd vitalitas verbi prorſus indiſtincta eſt à ratione imaginis, & repræſentationis formalis; ſed vitalitas expetit effluere à principio intraneo, & viuo: ergo & repræſentatio.

Quia licet in re obiectum, & potentia ſic conueniant ad partum notitiæ, quòd non ſit aſsignabilis partita cauſalitas, aut effectus, ita vt obiectum exprimat in verbo ſolam repræſentationem, & intellectus vitalitatem; nihilominus per attributionem, & accommodationem quamdam, vitalitas defertur principio intraneo, & coniuncto, repræſentatio verò obiecto extrinſeco, eſto quòd nulla ſit diſcretio inter vitalitatem, & repræſentationem verbi naturalis: ita, licet nulla intercedat diſtinctio inter vitalitatem, & ſupernaturalitatem viſionis, expoſcit vitalitas principium intrinſecum, ſupernaturalitas verò abſtrahit à cōnotatione principij inhærentis.

Ad cōfirmationē humæ creaturē in hærens intellectui poſſet eleuare intellectum ad viſionem de abſoluta Dei potētia

28 Ad confirmationem ex eodem num. 4. quòd in ſententia Scoti facultas intellectiua, & volitiua, non cōponuntur animæ per inhærentiam, ſed per identitatem; data verò opinione Thomiſtarum contendentium, realem diſcretionem intercedere inter animam, & illius potentias; procedit hypotheſis argumenti de contiguitate intellectus ad animā, ſemota inhærentia. In qua ſuppoſitione damus, intellectū nō poſſe elicere actiones vitales; inficiamur tamē, ex eo inferri, etiā habitū luminis menti cōtiguum (non verò inhærentem) nō præſtare ad influxum vitalem: ſupponit enim id, quod oſtendere debuerat, nimirum habitus per ſe infuſos eſſe facultates vitales, ſicut intellectus aſtruitur vitalis.

Ad 4. argu. reſp. 2.

29 Ad quartum argumentum, *ex num.* 5. reſponderi poſſet, negando, viſionem, quæ in qualitate conſiſtit, per ſuā eſſentiam pendere à lumine; & admittēdo influxū, vel motū viſionis (qui eſt fieri eius qualitatis, quæ eſt viſio) per ſuā eſſentiā à facultate vitali pēdētē; nō ſolū in genere cauſæ materialis, ſed etiā in genere cauſæ efficiētis; quod in diſt. 3. huius cōtrouerſiæ, ſerīò expendendum eſt, dum ſub inueſtigationem cadet vitalitas viſionis. Nec tamen

ex

ex omnimoda identitate prædicatorum vitalitatis & ſupernaturalitatis appoſitè inferri autumamus; quòd ſi vitalitas motus vitalis per ſuam eſſentiam pendeat à principio viuo; etiam ſupernaturalitas talis influxus pendeat per ſuam eſſentiam ab habitu luminis. Quia etiam prædicata quælibet effectuum naturalium cum omnimoda eorum indiſcretione, neceſſariò pendent à cauſa prima in fieri & conſeruari, & eadem non eſſentialiter, vel neceſſariò, à cauſa ſecunda. Vnde ex omnimoda identitate prædicatorum vitalitatis, & ſupernaturalitatis, tantùm infertur, quòd ſi vitalitas influxus viui per ſuam eſſentiam pendeat ab intellectu; etiam ſupernaturalitas talis motus viui per ſuam eſſentiam pendeat ab intellectu, ob identitatem cum prædicato vitalitatis: non tamẽ à lumine, à quo per ſuã eſſentiã nec pendet vitalitas, nec ſupernaturalitas viſionis: de quo infra loco citato.

Oppoſitio cũ tra præcedẽ. item ſolutio nem.

Sed his non videtur ſopiri difficultas, quare obijcies; quòd quælibet actio per ſuam eſſentiam pendet ab agente; ſed viſio beatifica eſt vera actio luminis gloriæ, ſicut & habitus luminis eſt verum principium efficiens viſionis: ergo ſicut viſio per ſuam eſſentiam pendet ab intellectu, quia eſt actio intellectus, etiam per ſuã eſſentiã pendet à lumine, quatenus eſt actio luminis gloriæ.

Aptior ſolutio.

Reſpondetur; ſub diſtinctione vitæ actionis, & vitæ qualitatis. Viſio enim beatifica non eſt actio eſſentialiter, ſed qualitas, ſicut nec intellectio vt ſic, conſiſtit formaliter in actione, ſed in qualitate. Si ergo procedat obiectio non de fieri viſionis, ſed de viſione ipſa, quæ formaliter eſt qualitas; hæc nec per ſuam eſſentiam pendet ab intellectu, nec à lumine. Si verò vrgeat oppoſitio de actione elicitiua viſionis; hæc duplex eſt iuxta pluralitatem agentium, ſcilicet, luminis gloriæ, & intellectus; actio enim apud Scotum pluificatur iuxta agentium pluralitatem; cùm actio inexiſtat agenti, & non paſſo.

Actio luminis per ſuam eſſentiã pendet à lumine ab ſque eo tolleretur illa actio lumine ablato

Quo ſuppoſito, dicendum eſt, quòd ſicut actio intellectus per ſuam eſſentiam pendet ab intellectu; ita actio luminis gloriæ pendet à tali habitu & quòd ſicut repugnat, dari actionem intellectus ſine intellectu, ita & actionem luminis ſine habitu luminis. Nec tamen inde inferre licebit luminis inſupplebilitatem; quia exiſteret viſio, (quæ eſſentialiter in qualitate poſita eſt,) non data actione luminis creati, ſed ſuffecta vice illius actionis, actione altera, quam adiret Deus ſupplens ſe ipſo immediatè vicem, & functionẽ habitus luminis.

Quid obſtet oppoſitio?

Quamobrem tantùm euincit oppoſitio, quòd in qualitate viſionis beatificæ ſit diſtincta habitudo dependentiæ ad intellectum, & ad habitum luminis; & quòd ablato lumine creato, tolleretur dependentia qualitatis viſionis ab habitu, & accederet qualitati dependentia alia ad Deum vt agens particulare ſupplens actiuitatem luminis. De quo vide ea, quæ ex inſtituto diſcutimus, in *hac controu. diſt. 3. de actu viſionis, ſubdiſt. 1. artic. 1. ſub numer.* 28.

Ad 5. argu. ſatisfactio.

30 Ad quintum argumentum, ex n. 6. reſpondetur cum Vazquez, 1. *p. diſput. 76. ca. 5. n. marg.* 31. & cũ Ioan. de Cartagena, in 4. *diſp. 3. ca. 8. in reſponſione ad tertiũ argumentũ*; omnino diſparem ſubeſſe rationem de intellectu reſpectu viſionis ſupernaturalis, ac de calore vt vnum reſpectu caloris vt duo quia intellectus habet vim inchoatã ad actũ ſupernaturalem; eò quòd quilibet actus notitiæ ſupernaturalis expoſcat elici, & conſeruari ab intellectu, ob prædicatum vitalitatis. Calor verò vt duo nulla ratione clauditur intra eminentiam caloris vt vnũ, nec completã, vt liquet; nec initialem; quia virtus caloris vt vnum omnino completur & exhauritur circa calidum vt vnum, ità vt vltra pòtens non ſit. Si quis verò vellet commiſceri, quòd calor vt vnum referat vim inchoatam ad calorem vt duo; nõ video cur abſq; appoſitione formæ intrinſecę per ſolum extrinſecum auxilium non poſſet euehi ad producendum calorem vt octo.

Reſp. ad 6. arg.

31 Ad ſextum argumentum, *ſub n. marg.* 7. falſum ſupponere, quòd ſcilicet viſiones hominis & Angeli non differant ſpecie, de quo in diſtinct. 3. huius controuerſiæ; at eſto quòd ob identitatem ſpecificam habitus luminis viſiones humanæ, & Angelicæ non diſiderent ſecundùm ſpeciem,

adhuc nõ oſtenderetur inſupplebilitas luminis; eò quòd lumen non ſpecificaret viſionem in genere cauſæ formalis intrinſecæ, ſed in genere cauſæ efficientis. Illud verò ſpecificatiuum, quod nõ ſubintrat conſtitutionem rei, ſed illam ſpecificat elicitiuè, ſeu contrahẽdo per modum comprincipij efficientis ad talem ſpeciem entis, (ſicut ſe habet ſpecies impreſſa obiecti reſpectu cognitionis, ſeu ſpeciei expreſſæ, quam elicit) hoc inquam ſpecificatiuum à Deo ſuppleri poſſe non implicat, ita vt intellectus efficiat cognitionem Petri ſine concurſu ſpeciei impreſſæ talis obiecti; eò quòd per ſpeciale auxilium ſpeciei impreſſæ cauſalitas ſuppleatur.

Quare, licet lumen gloriæ eſſet ſpecificatiuum viſionis, ita vt propter illius vnitatem ſpecificam, actus à potentijs eſſentialiter diſtinctis eliciti eſſent eiuſdem ſpeciei; adhuc ſuppleri poſſet habitus luminis per auxilium, eò quòd illius ſpecificare reſpectu viſionis ſit merum elicere attinens ad genus cauſæ efficientis.

Ad confirmat Et per hoc patet ad confirmationem argumenti: non enim æſtimamus implicatorium, quòd Deus ſuppleat per potentiam ſuam ſpecialiter compoſitam in ratione agentis particularis, omnem concurſum cauſæ intentionalis ſupplendo munus elicitiuum, ſpeciei impreſſæ.

ARTICVLVS IIII

Qua ratione exiſtentia luminis ſit dogma fidei? & quid in hac re ſentiat Scotus?

SVMMARIVM.

Error Beguardorum, & Beguinarum damnatus. Num. 1.

Legitima interpretatio Clementinæ ad noſtrum de hæreticis; præcipuè ex Cardinali Aureolo. Numer. 3.

Taxatur Duranus pronuntiatum de Viſione Dei ob ſolam expeditionem intellectus à lege ſenſuum. Numer. 10.

Oppoſitiones eorum, qui Scotum ad improbatum ſenſum trahere ſatagunt. Num. 12.

Sententia Scoti expenditur; ipſeque ab impoſtorum ictibus vindicatus. Numer. 19.

Reſponſio ad obiecta. Num. 29.

Error Beguardorũ Beguinarũ. 1 QVidam hæretici in Germania appellati Beguardi, & Beguinæ, autumarunt, creatam mentem naturæ viribus beari poſſe abſq; vllo gratiæ auxilio; quæ hæreſis damnata eſt in Cõcilio 15. Viennẽſi, ſub Clemẽte V. anno Domini 1311. vt accuratè obſeruauit Franc. Coriolanus in ſuo Breuiario Chronologico Pontificum & Cõciliorũ ad prædictum annum. De qua damnatione extat Clementina *ad noſtrum, de hæreticis*; vbi cõſtituitur, quòd ſine lumine gloriæ intellectus creatus Deum intueri non valeat.

Concilium Viennenſe damnat Beguardorũ hæreſim.

Ratio Canonis. Cuius canonis rationem aperiens gloſſa ſubdit; quòd natura inferior non valet aſſequi id, quod eſt proprium naturæ ſuperioris, niſi à natura ſuperiori promoueatur ad eleuatiorem actionem: ſicut aer non poteſt illuminare, niſi prius adiuuetur à Sole; & aqua nequit calefacere, niſi ei immittatur virtus ignis.

Referatur ſenſus Clementinæ ad noſtrũ, de hæreticis. 2 Cæterùm: nec inter orthodoxos authores conſtat de ſcopo præſentis canonis; an tantum Beguardorũ hæreſim taxauerit; an etiam diſſertationem illã dirimere intenderit, quæ ea tempeſtate apud Catholicos autores de exiſtentia luminis vigebat? Qui licet vno ore aſſeuerarent, intellectum creatum ex viribus naturæ beari non poſſe; nutabãt tamen circa exiſtentiam luminis per modum habitus permanenter menti creatæ immiſſi, & anteuertentis vitalem tendentiam motus viſionis: vt conſtabit ex locis Scoti infra citandis editis ante Concilium Viennenſe.

Thomiſtæ ad ſtruendã definitã obpoſitionẽ habit⁹ luminis ad intellectum Thomiſtæ enim aliquot, pro ſua in Scotum affectione, definitionem Concilij ad aſſertionem habitus luminis extẽdentes; Scoti mentem damnatam pronuntiarunt. Sic Caietanus, 1. *p. q.* 12. *Caietanus*

art.

arti, 5. ad quartum argumentum Scoti.

Ferrara. Ferrariensis, *4. contra gentes cap. 54.*

Capreolus Capreolus *in 2. dist. 49. q. 4. ar. 3.* & noui ssimè Valentinus de Herice *tract. 4. disp. 45. c. 1.*

Herice Quod sic probat Herice. Quia Concilium definit, exigi lumen gloriæ ad videndum Deum; sed concursus ille supernaturalis, quo producitur visio, non est lumen, sed via & fieri quoddam attingens visionem; sicut actio per quam producitur charitas, non est charitas, sed fieri illius. Sic Herice, sub num. 9. ita ut mirer, quid sibi velit in tam leui, & infirma probatione; vt eidem innixus non vereatur pronuntiare mentem Concilij appositè non exponi admisso concursu supernaturalis ordinis.

Argnitur ex Herice

Fit fictio oppositioni. Vnde talis oppositio voluntariè assumit id, quod illi ostendendum erat; cur scilicet, fieri visionis nequeat appellari lumen? Vel quare fieri impulsus, vel appetitionis supernaturalis vocari nequeat amor, dilectio, vel charitas? Præcipuè stante placito Thomistarum autumantium, verbum creatum produci per intellectionem, & etiã pondus elicitum, vel amorem, effici per dilectionem.

Assertũ reseruãs fidei canonem 3 Quare dicendum est; ad dogma fidei tantùm attinere, quod intellectus proprijs viribus sine speciali auxilio beari nequeat; sub apicibusq; scholasticæ disputationis relictam esse assertionem habitus, qui appelletur lumen gloriæ.

Corollarij vindicãs à nota opinionis antiquorum scholasticorum Ac proinde decreto fidei concinnè satisfieri ab antiquis Theologis, qui nullam causalitatem elicitiuam intellectui creato deferebant respectu visionis; sed eam à Deo infundi asserebant intellectui merè passiuè se habenti. In tali enim hypothesi, ipsamet immissio visionis, quæ fieret à Deo sine influxu intellectus creati, esset lumen gloriæ in illa sermonis proprietate, quam exposcit mens, & intentio Concilij Viennensis. Sic Cardinal. Aureolus, qui eadem tempestate floruit, mentemque & sensum canonis ebibit; *in quodlibeto 9.* vbi quærit, *vtrum ad visionem beatificam requiratur aliquis habitus, vel lumen creatum?* ir. 3. vbi de mente plurimum eius temporis auctorum, subdit.

Car. Aureo.

4 *Dixerunt alij; quòd de facto non est ibi lumen aliud, nisi visio ipsa clara & facialis, quæ dicitur habitus ratione propriæ permanentiæ; & dicitur lumen ratione manifestationis obiecti, quia manifestat essentiam diuinã nec authoritates coguut, vt aliud lumẽ in actu ponatur. Illud enim quod dicitur in Psalmo 35. (in lumine tuo videbimus lumen,) sic potest intelligi, quòd in lumine, qui est actus, lumen obiectiuum videbimus, quod est Deus. Illa etiam authoritas Apocalyp. 21. (quòd ciuitas illa non eget Sole, & Luna, sed claritas Dei illuminabit eam;) intelligitur de claritate actus beatifici, qua vniuersa ciuitas beatorum illuminabitur. Et illa Isaiæ 6. (Hierusalem, non erit tibi amplius Sol ad lucendum, & splendor Luna non illuminabit te, sed erit tibi Deus in lucem sempiternã) intelligitur secundùm glossam interlinealem de visione Deitatis; & ita non de habitu, sed de actu.*

Optima interpretatio Clementinæ nostræ de verettere ex Aureolo.

Psalm. 35

Apocal. 21.

Isa. ca 6.

5 *Et illa 1. ad Thimot. (lucem habitat inaccessibilem, quam nemo hominum vidit;) secundùm glossam August. exponitur, quòd nemo eum videt, nisi ex dono eius: actus autem, cùm sit supernaturalis, est donum Dei. Similiter, & illa primæ Ioannis, 3. (similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est) non potest intelligi sicut aliqui exponunt, quòd exigatur habitus, vt faciat istam similitudinem: quoniam expressè authoritas dicit, quòd visio facit eã. Illa etiam saluatoris Matthæi 5. (beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt;) non cogit ponere talem habitũ qui sit lumen gloriæ: quia ista cordis munditia habet se per modum meriti, cui repromittitur visio Dei, tale autem lumen si poneretur, non esset principiũ merendi.*

1. ad Thim.

1. Ioan. c. 3.

Matth. c. 5

Interpretatio concinna Aureoli.

6 *Decretalis etiam libri septimi, capit. ad nostrum extra de hæreticis, quod dicit inter alios errores errorem illum qui ponit, quòd anima rationalis per naturam potest esse beata, quodque non indigemus luce eleuante ad videndum Deum, & beatè fruendum; non concludit habitum, quia sicut habitus eleuat potentiam effectiuè, sic actus formaliter eleuat.*

Aureolo subscripsit Vazquez, *1. p. q. 42. cap. 2. nu. marg. 4.* Philip. Faber, *in 3. sent. dist. 14. q. 1. disp. 32. cap. 2. concluſ. 3.*

Subscribunt Vazquius Faber.

Petrus Pomanienſis, *in 1. ſen. diſt. 16. q. 3. ar. 3. dub. 2. concl. 4.*

7 Quare dicendum ſecundò; Catholicè ſuſtineri poſſe, lumen gloriæ, quod requiritur ad viſionem, non eſſe habitum; ſed auxilium ſupernaturale ſecundùm ſubſtantiam. Sic Authores citati, quibus adde Franciſcum Aretinũ, *in 3. ſentent. diſt. 14 q. 1. art. 5. §. Ad illud, quod adducitur ex Clementina.* Franciſcum Coriolanum, *in 1. part.* S. Bonauenturæ, *quæſt. 12. ar. 1. §. Ex quibus patet quàm abſque fundamento impoſtatur Scoto.* Theodorum Siniſingium profeſſorem louanienſem, *in ſuo opere de Deo uno, tractat. 2 diſput. 6. de inuiſibilitate Dei. quæſtion. 4. num. margin. 93.* Iacobum Granado, *1. part. tractat. 4. de Viſione Dei, diſput. 5. ſect. 2.* qui refert Molinam, Valenciam, & alios.

Noſtrum verò aſſertum fulcit Faber loco citato; eo quod de more Concilium ſit (cùm controuerſias ſcholaſticorum dirimunt) authores improbatarũ aſſertionum recenſere, immo & deceptionum cauſas, & progreſſus; quod & præſtat Viennenſe Concilium, dum cõtra Beguardos, & Beguinas agit. Atqui dum neceſsitatem luminis gloriæ conſtituit, nunquam meminit Concilium prædictum diſſertationum, quæ apud ſcholaſticos vigebant: igitur præter intentionem Concilij fuit Scholaſticas contentiones de exiſtentia luminis conſopire.

8 Sed obijcit Herice loco citato, *ſub num. 8.* non ſaluari verba definitionis, ſi lumen pro auxilio, etiam ſecundùm ſubſtantiam ſupernaturali, vlurpetur; & non pro qualitate aliqua realiter diſtincta ab actu viſionis, & quæ ſit principiũ elicitiuum illius. Eò quòd error à canone damnatus, & relatus is fuerit. *Animam non indigere lumine gloriæ ipſam eleuante ad videndum Deum, eòque beatè fruendum:* cui pronuntiato erroneo oppoſuit Concilium neceſsitatem luminis gloriæ ad videndum Deum. Igitur conſtituit diſcretionem realem inter formam eleuantem intellectum ad viſionem; & viſionem ipſam elicitã; aliàs enim inconcinnè proceſsiſſet.

Sicut ineptæ eſſent loquutiones iſtæ: *ſpecies eſt neceſſaria facultati cognoſcenti ad viſionem; vel equus eſt neceſſarius ad equitationem: ſi ſpecies vſurparetur pro ipſo actu cognoſcendi; & equus pro equitatione.*

Reſpondetur; non eſſe abuſiuam, & impropriam aſſertionem eam, quæ pronuntiaret, ſpeciem expreſſam eſſe neceſſariam facultati apprehenſiuæ ad cognoſcendum, ſed viſitatiſsimam; cùm tamen in communiori ſententia, quam tutatur Scotus, certo certius ſit ſpeciem expreſſam non eſſe diſtinctam ab actu cognitionis. Quæ inſtantia ſufficit (vt potequæ ab eadem forma viſionis petita) ad luce clarius oſtendendã proprietatem illius enuntiationis, quę aſſeueraret neceſsitatem luminis ad videndum, accepto lumine pro eadẽ forma videndi.

Nec de inſtantia equitationis curandum eſt; vt pote valde materiali, & obtuſa, & ad aperiendam cauſalitatem formarum intelligibilium inappoſita.

9 Oppones deinde; non minus neceſſarium eſſe habitum luminis ad viſionem, quàm habitum fidei ad aſſenſum credendi; & habitum ſpei ad actum ſperandi, vt perſpicuè conſtat. Sed habituum fidei, & ſpei infuſio eſt de fide; vt liquet ex Concilio Tridentino, quod poſtquam *ſeſſione 6.* egerat de actibus fidei, & ſpei, ſubdit, *in cap. 7. Hanc diſpoſitionem ſuſtificatio ipſa conſequitur, in qua nimirũ, hæc omnia ſimul infuſa accipit homo fidem, ſpem, & charitatem.*

Reſpondetur; (dato quòd eſſet de fide infuſio habituum fidei, & ſpei, in adultis ad productionem actuum ſupernaturalium; de quo vide Soarium, *de Fide, diſput. 7. ſectione 1. numer. margin. 2.* vbi varia circa hoc placita recenſet,) aliud eſſe, quod vi illationis hauritur; aliud verò quod decreto, & definitione Eccleſiæ firmatur. Fatemur enim, non eſſe maiorem neceſsitatem habituum, fidei, & ſpei, ſpectata tãtùm ratione comprincipij actus ſupernaturalis. Quare nobis pro certo eſt, habitũ luminis creatæ mẽti infundi; reſpuimus tamẽ, id eſſe dogma fidei, eòquòd expreſſè ex Eccleſiæ definitione nobis nõ cõſtet. Potuiſſet enim Deus pro ſuo nutu habitũ luminis nõ immittere, ſed per auxiliũ extrinſecũ mẽtem beati ad viſionem euehere: ſicut & per formam inhærentem non adit fun-

ctio-

Petr. Pomanienſis

Lumen gloriæ exercitatio fidei ſupponere non eſt pro ſolo auxilio ſupernaturali

Aretinus. Coriolanus

Smiſingius

Granadus Molina. Valentia

Optima probatio ex Fabro

Oppoſitio Pomp. de Herice, quòd ſolũ auxilium non ſufficiat ad verificandũ canonem fidei

Antia trice

Reſelluntur & aperitur proprietas loquutionũ ad amuſſim canonis.

Abſurditas concinna in ſtantia

Oppoſitionis gentior ex eleuatione in infinitũ aliorum habituum.

Enerſatio obiecti præmiſſi.

ctiones ſpeciei impreſſæ, quæ per formam creatam intrinſecè compoſitam exercere potuiſſet. Quia vt oſtendimus, *in ar. 2. huius ſubdiſtinctionis à num. 11. vſque ad 13.* impreſsio habituum non petitur à connaturaliori ratione operandi agentis principalis, vel inſtrumentarij; ſed ex eo quòd Deus ſe accõmodare velit conditioni potentiarũ appetitiuarum, & intellectiuarum. Quę cum etiam intra ordinem & metas naturæ habitibus perficiãtur; cõgruũ etiã erit, vt intra ſeriẽ ſupernaturalis actionis habitibus exornentur. Attamen potuiſſet Deus pro libito talem ordinẽ in immiſsione luminis non obſeruare; quare de fide non erit quouſque accedat Eccleſiæ definitio, cui ex animo ſubijcimur.

Liberatur Scotus à calumnia

Ex quo ſequitur, ideò Scotum aliosque claſsicos Authores circa impreſsionem habitus luminis nutaſſe; eò quòd nondum acceſsiſſet Eccleſiæ ſtatutum circa habitus fidei, & ſpei: cur verò ex immiſsione habitus charitatis (quæ ſemper de fide extitit,) venatus non fuerit Scotus habitum luminis? infra conſtabit *ſub numer. 32. præſentis articuli.*

Alia reſp. ex doctrina Petri de Arruval.

Reſponderi etiam poſſet ſecundò; ex doctrina Petri de Arrubal, *1. part. diſp. 20. cap. 5. numer. margi. 25. & 26.* vbi ſupponit, quòd licet Deus ſupplere queat per auxilium extrinſecum habitus infuſos; ſed in illa hypotheſi, potentiæ vitales non agerent liberè; cùm illis non inexiſtat principium ſupernaturale intrinſecum, quod ſubiaceat, vel ſubijciatur nutui facultatis naturæ pro libito vtentis, vel non vtentis virtute ſibi intrinſecè compoſita; ſed neceſsitarentur ab auxilio extrinſeco.

Non tenet in via Scoti

Quæ igitur doctrina ſuppoſita, dici poſſet; quòd licet ſuſtineatur infuſio habituum ſupernaturalium, ob liberã operandi rationem in via; non tamen eſſet neceſſarius habitus luminis intrinſeci, ad viſionem beatificã; eòquòd viſio nõ ſit libera operatio.

Verùm pronuntiata iſta ſuſtinenda non ſunt de mente & ſenſu Scoti; tũ quia ſi Deus ſuppleret habitum charitatis per potentiam ſuam taliter compoſitam in ratione principij particularis non minus attemperaret ſuam cauſalitatem ad liberam operationem, quam habitus charitatis, cuius effectiuam cauſalitatem ſupleret. Tum, quia fieret, quòd ſaltim ex vi huius principij, non exigeretur intrinſeca compoſitio habitus charitatis in patria; ſi beatifica fruitio eſſet operatio neceſſaria, & non libera; vt communis tutatur ſchola Thomiſtarum; & habitus ſupernaturalis aſſeratur ob liberam operationem, itavt hac ratione præciſa ſupleatur eius cauſalitatis per ſupernaturale auxilium.

Lapſus Durandi.

10 Ex dictis taxatur placitum Durandi merito ab omnibus reprehenſum, qui *in 4. diſtinction. 49. quæſt. 2.* effutiuit; intellectum creatum valere ad intuitionẽ Dei ſicuti eſt; ex eo ſolùm quòd Deus remoueat quaſi obſtaculũ caliginis manifeſtando ſe ipſum intellectui. Amoto enim impedimento, quod nil aliud eſt quàm alligatio intellectus ad phantaſmata; comminiſcitur Durandus, ſubeſſe natiuam poteſtatem in intellectu, vt Deum inſpicere poſsit ſicuti eſt.

Taxatur, eò quòd male audiat

Cæterùm; opinatio iſta Durandi iure ab omnibus Theologis explodituꝛ, & à pluribus ei nota erroris invritur; eòquòd aduerſari videatur definitioni Clementinæ ad noſtrũ de hæreticis; quod breuiter ſic aperio.

1. expugnatio Durandi

11 Quia ſi ad videndum Deum ſicuti eſt, nil aliud exigeretur, quàm remotio impedimenti, quæ apud Durandum nil aliud inſinuat, quàm quòd intellectus ſit expeditus à lege ſenſuum, & à dependentia, quam ab illis importat, pro iſto immerſionis ſtatu ad phantaſmata; ſequeretur, quòd anima ſeparata propriis viribus beari poſſet; quod eſt erroneum in fide.

Pugnatur præterea ex principijs fidei.

Deinde, inintelligibile eſt ſuppoſitis principijs fidei, quid ſibi velit Durandus, dum aſſeuerat; quòd data ſeparatione intellectus à ſenſibus, & appoſita præſentia, ſeu manifeſtatione Dei; abſque alio dono ſupernaturali intellectus referat poteſtatem vt beetur. Rogo enim de manifeſtatione iſta, & præſentia Dei, quænam ſit? Nam vel eſt præſentialitas ſeu indiſtantia entitatiua Dei ab intellectu creato; & hanc adit Deus de facto in quolibet intellectu; & tamen non præſtat ad pariendam claram intuitionem Deitatis.

Aut eſt cõiũctio Dei in ratione ſpeciei

Cauillatio. Datis vice speciei importat influxū supernaturalem.

fœcundantis intellectum ad cognitionem diuinæ essentiæ; & hæc immotiua concursum supra totius naturæ ordinem; eò quòd non sit debita talis vnio diuinæ substantiæ cum intellectu creato, spectata ratione causalitatis naturalis, vtin superioribus ostendimus.

Imbibit ergo ista coniunctio Dei in ratione obiecti beatifici, influxum aliquem, qui sit supra totius naturæ impetum; quare aut Durandus in doctrina non constat, aut à fidei principijs aberrare apparet.

Nō cōstat si bi Durādus aut aberrat à canone fidei

Oppositiones eorum, qui imponunt Scoto, impugnasse habitum luminis.

Crimination es aduersariorum in Scotum.

12 HIS Præsibatis; modò dissertatio habenda est cum his authoribus, qui spiritu contentionis acti Scotum ad improbatos sensus circa existentiam luminis trahere moliuntur.

1. oppositio

Et probant primò; ex Scoto *in 4. sent. distinct. 49. quæst. 11. §. Ex hoc sequitur corollarium, sub nimarg. 9.* vbi docet.

Scotus

Cùm nihil requiratur propter receptionem beatitudinis, vt ostensum est; sequitur, quòd si sit aliqua forma supernaturalis in anima beati prior operationibus, quòd illa requiritur propter operationem eliciendam. Et tunc vlterius, aut requiritur propter obiectum, aut propter potentiam; & cùm duplex potentia concurrat in operatione in beato, scilicet intellectus, & voluntas, propter vtramque potest talis forma poni.

Distinguitur lumen à forma tenente se ex parte obiecti

Si autem ponatur propter hæc tria aliquid prius operatione; erunt tres formæ supernaturales præcedentes. Vna correspondens obiecto, scilicet species intelligibilis in memoria; secunda ex parte intellectus, quæ dicitur lumen gloriæ: tertia ex parte voluntatis, quæ dicitur charitas.

Si autem obiectum in se præsens sufficit ad actionem visionis causandam quantùm ad illud, quod requiritur ex parte obiecti; tunc non requiritur species. Si autem intellectus sit merè passiuus, habens se solùm in ratione susceptiui ad actum visionis; tunc non requiratur propter receptionem solam aliqua forma ex parte intellectus, vt supra ostensum est: tunc non requiritur lumen gloriæ.

Si etiam voluntas sit merè potentia passiua respectu fruitionis; tunc ex parte voluntatis non requiritur charitas. Vnde ponentes voluntatem merè passiuam respectu fruitionis, tollunt charitatem; quia ex parte voluntatis non requiritur aliqua forma ad recipiendum fruitionem; quia ipsa secundùm se est summè dispesita ad recipiendum eam.

Si voluntas & intellect merè passiuè se haberent, nō darentur lumen & charitas

Ex quibus Scoti verbis sequens instruitur probatio. Apud Scotum probabile est, visionem non elici ab intellectiua facultate, sed à Deo immitti creatæ menti, ipsa merè passiuè se habente; atqui etiam apud Scotum perspicuum est, (vt liquet ex præmissis verbis,) lumen gloriæ non exigi ad receptionem visionis: igitur apud Scotum etiam est probabile, intellectum posse inspicere Deum absque lumine gloriæ, ac proinde ex puris naturalibus. Eò quòd sublato munere recipiendi visionem nulla alia functio supersit lumini respectu visionis; in ea hypothesi, quòd intellectus merè passiuè se gereret respectu visionis.

Cauillum aduersariorum in Scotum

2. oppositio urgentior

13 Secundam oppugnationem adoriuntur aduersarij ex verbis sequentis contextus, *sub num.* 10. vbi subditur.

Scotus

Sed quia secundùm scripturam, & fidem habemus ponere charitatem; saltem necesse est eam ponere in beato propter operationem eliciendam. Lumen autem gloriæ ad visionem non videtur mihi necesse poni. Quia quod dicitur de lumine naturali corporali, quod requiritur non solùm propter obiectum, sed propter oculum, videtur mihi esse quædam metaphora; quanto enim obiectum est magis in se lux, tanto minus propter ipsum requiritur de lumine. Nec requiritur propter receptionem, vt dictū est vnde minus videtur mihi necesse ponere lumen, quàm speciem.

Hoc est expressius testimonium

Taxatus Scotus in duabus pronūtiatis

quod ex Scoto illius effectis obijcitur, vbi duo cōstituere videtur Scotus probatæ doctrinæ aduersa.

Primum, minus necessarium esse lumen gloriæ ad videndum Deum, quàm speciem impressam creatam; atque speciem creatam communiori theologorū cœtu reijciunt igitur & ab Scoto lumen gloriæ.

2. pronūtiatū quòd lumen sit minus necessarium quàm species impressa creata

Alterum quòd non solùm impugnat Scotus assertionem luminis gloriæ, sed & probationem impetit, quæ subnixa communi doctrinæ astruit necessitatem luminis gloriæ; scilicet ob defectum potentiæ intellectiuæ ad claram intuitionem Dei. Dum pronuntiat; obiectum illud, quod est lux per essentiam, non egere lumine vt apprehēdiqueat; explodítque analogiam potētiæ visiuæ indigentis lumine ad percipiendum obiectum.

2. pronūtiatū quòd impetat Scotus fundamentū sanæ Theologiæ

3. oppositio in Scotum

14 Tertium testimonium hauritur *ex 3. sent. dist. 14. q. 2. §. Et si obijciatur contra istud, numer. margin. 4.* vbi ait.

Scotus

Et si obijciatur contra istud, quia tunc posset intellectus ex puris naturalibus videre verbum; quia sine lumine gloriæ & sine habitu præcedente visionem.

Respondet Scotus

Respondeo & dico: quòd conclusio videtur aliquomodo sequi, ponendo lumen, vel habitum præcedentem visionem; ita quòd sit necessaria, vel sufficiens ratio respectu visionis. Si enim cœcus miraculosè illuminatur, tamen illuminatus naturaliter videt; quia habet formam creatam, qua naturaliter potest vti ad operationem illam.

Hic videtur Scotus admittere, quòd lumen esset ita supernaturale ex parte agentis sicut visus restitutus cæco.

Ita si detur intellectui supernaturaliter aliquis habitus, quo dato tanquam per formam sufficientem, intellectus potest videre Deum; & cum ipse habitus sit aliquid creatum, & naturaliter perficiens intellectum: sequeretur, quòd per aliquam formam creatam possibile esset naturaliter videre Deum.

In dubius absurdis exprædicti textus traducitur Scotus

Ex quibus verbis duo absurda producí videntur. Primum; quòd supposito lumine gloriæ supernaturalis ordinis, intellectus aliquomodo alterius posset ex puris naturalibus Deum inspiciens. Alterum; quòd lumen gloriæ non esset intrinsecè supernaturale, sed tantùm extrinsecè, & per habitudinem ad agens; sicut visus restitutus cæco, qui solùm supernaturalitatem extrinsecam sibi vendicaret ex parte efficientis, quòd infunderetur à Deo præter naturæ ordinem; attamen supposita immutatione talis facultatis visiuæ, ita connaturaliter obiectum apprehenderet, ac si ex naturæ viribus effluxisset; ergò similiter, supposito lumine gloriæ ita connaturaliter intueretur mēs creata Deum, ac si talis forma esset naturalis ordinis.

15 Quartò arguitur ex verbis sequentis contextus fundentis, *sub eodem numero margin. 4.* in hæc verba.

4. oppositio in Scotum Scotus

Quia in quocunque instanti prioris naturaliter ipsi visioni, nulla est causa naturaliter prioris ipsi visioni, vsque enim ad illud instans naturæ, quo intellectus videt, non habet intellectus vnde posset in istam visionem. Sed tantùm præcedit naturaliter ipse intellectus in se, & obiectum, quod potest elicere ipsam visionem; quia non est motiuum naturaliter proportionatum huic passo, nec natum naturaliter mouere ipsum.

Vbi Scotus expressè constituit: non dari aliquid per modum actus primi ad visionem eliciendam, nisi nudam substantiam intellectus in se: & obiectum visionis, nimirum essentiam diuinam; igitur respuit aliam qualitatem supernaturalem constituentem intellectum in actu primo.

Videtur improbare aliquod cōprincipiū supernaturale ex parte potentiæ.

16 Quintò, procedítur ex eadem quæstione. §. *Similiter ad recipiendum ipsam visionem, sub num. marg. 3.* vbi ait.

5. oppositio Scotus

Tamen habitus acquisitus in nobis habet hanc perfectionem, quia est immanens in anima transeunte actu; vt sic intellectus, qui non potest habere perfectā notitiam plurium obiectorum simul, quia nō in actu habeat saltem notitiam eorum permanentem, sicut potest, & ita in habitu. Sed si aliquis actus esset ex natura sua ita permanens in actu, sicut ponitur habitus respectu illius, non oporteret ponere habitum; quia actus talis haberet perfectionem actus primi, & secundi. Sed visio beata ex natura sua est forma ita permanens in intellectu, sicut habitus, qui ponitur prior; vterq; enim permanet semper ex præsentia perpetua obiecti beatificí, & neuter posset aliter permanere.

Ex quibus verbis manifestè de-

pro-

promitur, non dari habitum luminis gloriæ, eò quòd habitus constituatur, vt supersit transeunte actu; sed visio beatifica est ab intrinseco permanens: ergo sibi vendicat coniunctas in sua causalitate functiones actus primi, & secundi, ac proinde otiosum esset lumen gloriæ, quod ad actum primum videndi attineret.

Videtur impetere lumē gloriæ tōquod visio exprimat perfectionē actus 1. & 2

Præterea; quòd etiam fieret, vt ablegaretur habitus charitatis in beatis propter eamdem Scoti argumentationem; si illa futilis non esset. Quia actus fruitionis etiam est ab intrinseco permanens sicut visio; ergo ambiret causalitatem actus primi, & secundi, atque adeò otiosus esset habitus charitatis antecedēs actum fruitionis; quod est contra fidem.

Retorquetur Scoti textui, vt oppugnet infusionē habitus charitatis

17 Sextò; arguitur ex Scoto in *eadem distinction. 14. quæstion. 2. §. Itaque potest dici numer. margin. 3.* vbi sic habet.

6. oppositio.

Potest dici; quòd intellectus animæ Christi potest passiuè recipere visionem verbi primò & immediatè; & hoc ita, quòd non perficiatur priùs aliquo lumine, tanquam forma absoluta alia à visione.

Scotus

Tum, quia ipsa visio est lumen perfectiū. Tum; quia in intellectione naturali lumen præcedens visionem requiritur propter imperfectionem obiecti; quod vel non est de se actu intelligibile; sed per intellectum agentem, qui est lumen, fit actu intelligibile, quod est potentia intelligibile: vel si actu est intelligibile, non est per se sufficiens ad mouendum intellectum ad actum secundum.

Videtur inscitiari necessitatē luminis

Neutrum istorum est in proposito. quia essentia diuina est lux summa ex se, & de se intelligibilis, & de se perfectissime motiua intellectus: ergo nullum lumen requiritur cooperatiuum sibi. Quanto enim obiectum magis habet de se rationem, & perfectionem luminis, quod posset cooperari sibi, tanto minus coexigit ipsum; ergo obiectum omnino perfectè habens in se lumen natum cooperari obiecto, omnino non coexigit lumen.

Solavisio est sufficiens lumen.

Quæ sit necessitas luminis in intellectione naturali?

Agit ab analogia luminis naturalis, vt impetrat lumen supernaturale

Vbi Scotus, non tantùm abnuit assertionem luminis, sed etiam reddit rationem, cur tale lumen sustinendum non sit? Eò quòd Deitas, à sua quidditate, referat luminositatem expeditissimam ad immutationem mentis creatæ. Ducta enim, analogia à lumine intelligibili ordinis naturalis ad lumē intelligibile, quod exigeretur ad supernaturalem intuitionem; abigit tale lumē creatum supernaturalis tanquam superuacaneum.

Elucidatio textus

18 Septimò; arguitur, *ex eadem distinction. 14. quæstio. 2. §. Ad tertium dico, num. marg. 3.* vbi ait: *Quòd lumen requiritur, sed non aliud lumen ab ipso obiecto, quando obiectum supplet sufficienter vicem luminis; quòd enim in intellectione naturali, lumen sit aliud ab obiecto, hoc est ex imperfectione obiecti.*

Oppositio 7.

Scotus

En Scotum assignantem discrimen inter obiectum cognitionis naturalis, quod exposcit lumen ab ipsomet obiecto distinctum; & obiectum notitiæ supernaturalis, quod nullum aliud lumen exigit ab ipsomet obiecto condiscretum.

Videtur nescire lumē gloriæ

Mens Scoti de existentia, & functionibus luminis statuitur.

ANtequam aduersariorum in Scotum molitiones conuellamus, textualibus Scoti testimonijs vera sententia firmanda erit; quod per sequentia asserta præstabimus.

1. assertio intellectus nequit beari ex viribus naturæ

19 Quare dicendum primò; quòd actus visionis claræ Dei nequit ex naturæ viribus erumpere; ita expressè Scotus *in 4. sentent. distinction. 49. quæstione 11. § Secundo dicò, numer. margin. 9.* vbi docet.

Expressa prononciata Scoti pro canone fidei

Scotus

Secundò dico; quòd anima humana non est sufficienter actiua ex puris naturalibus ad consequendum actum visionis. Et in eadem quæstione. §. *Contra, ad Roman. 6. Gratia Dei vita æterna, num. 2.* subdit. *Item hoc est perfectionis in natura humana, vt dictum est in 1. q. 1. prologi, scilicet quòd naturalia non sufficiant ad vltimam eius perfectionē, quæ est anima rationalis; igitur nec ad perfectionem, quæ est gratia, & gloria.*

Damnatur Pelagij hæresis

Præterea; hæc est maior hæresis, quā hæresis Pelagij, qui posuit, quòd homo sine gratia posset iustificari. Nescio

quid

quid loculentius exhiberi poſsit ad Catholicã doctrinã de neceſsitate auxilij ſupernaturalis ad clarã Dei viſionem aſſerendam?

Aſſer. 2. lumen gloriæ nõ eſt cauſa materialis reſpectu viſionis

20 Aſſertum ſecundum. Lumen gloriæ non eſt neceſſarium ad recipiendam viſionem. Sic expreſsè Scotus in pluribus ſuæ doctrinæ locis; libet tamen huius probationem petere, *ex 3. ſent. diſt. 14. q. 2. §. quantùm ad ſecundum articulum, ſub n. margin. 2.* vbi inquit.

Scotus

Abſolutum, quod eſt ratio recipiendæ aliquam formam, ſi per ſe eſt, per ſe poteſt recipere; ſicut ſuperficies per ſe exiſtens, poteſt per ſe recipere colorem.

Ratio Scoti

Ergo ipſum, A, (intellige lumen gloriæ) ſi eſt abſolutum, & aliud à viſione, & ratio recipiendi viſionem: ſi per ſe eſſet, per ſe poſſet recipere viſionem: & ita, A, per ſe exiſtens poſſet beatificari viſione, & perconſequens etiam modo immediatè beatificaretur.

Confirmatur

Et etiam ſequitur, quod intellectus non beatificaretur modo niſi per accidens; ſicut ſubſtantia quantùm ad potentiam paſsiuam eius quietaretur per accidens, per colorem poſsibilem ineſſe ſuperficiei.

Elucidatio probationis Scoti contra eos, qui aſſerunt, lumen eſſe adæquatum principium proximũ viſionis.

21 Hæc ratio valde vrget illos Thomiſtas, (ſi qui ſint) qui aſſeuerent; lumen gloriæ eſſe adæquatum principium viſionis ex parte potentiæ; ita vt intellectus non dicatur agere niſi ob denominationem à forma luminis peti tam; ſicut aqua aſſeritur calefaciens præcisè à forma caloris ſuperaddita. Si enim lumen gloriæ eſſet adæquatum principium viſionis ex parte potentiæ quod ideò vocitant ſupernaturalem quemdam intellectum, ita vt anima, & intellectiua facultas, nulla alia ratione aſtruantur elicere viſionem, niſi quatenus ſubſternuntur habitui luminis; ſi Deus de potentia abſoluta ſuppleret cauſalitatem materialem animæ, & intellectus, circa lumen, conſeruando illud extra ſubiectum; & coniungeretur eſſentia diuina lumini in ratione ſpeciei, etiam extra ſubiectum beatificaretur lumen gloriæ. Quatenus in lumine ita abſtracto reperiretur quidquid vitalitatis, & ſupernaturalitatis expeti poſſet ad rationem principij elicitiui viſionis; ſicut ſi Deus calorem extra ſubiectum conſeruaret ſupplendo cauſalitatẽ ſubſtrati, calor proprium influxum adire poſſet.

Oppoſitio Soarij in Scotũ

22 Sed obijcit Soarius, 1. *part. lib. 2. de Attributis negatiuis Dei, cap. 15. §. Tertio modo poſſet intelligi, numer. 27* argumentationem præmiſſam Scoti non procedere cõtra eos, qui autumant immediatũ ſubſtratũ viſionis non eſſe ſolũ lumen, ſed coniunctum ex lumine, & intellectu.

Defenditur ratio Scoti.

Verùm manifeſtè oſtendit Soarius ſe Scotũ non legiſſe; qui eundem ictum ſibi obijciens; ita illum infringit; ſubdens in eodem contextũ

Scotus

Quod ſi dicatur; totum, ſcilicet intellectum informatum, A, per ſe beatificari viſione. Contra; vnius actus per ſe eſt vna potentia per ſe, & vnum per ſe receptiuum; ergo iſtius viſionis, quæ eſt vnus actus per ſe, non eſt totum per accidens per ſe potentia.

Fugacandi vim probationis Scoti.

Si verò vlteriùs occurratur Scoticæ oppoſitioni; per ſe ſubſtratũ viſionis nõ eſſe intellectũ, & lumen, vt multa ſunt; ſed quatenus vnũ cointegrant condiſtinctum ab intellectu, & lumine, ſine vnione ſpectatis.

Explicatur acumen probationis Scoti

Contra; quòd ſubiectum proximum actus vitalis debet eſſe formaliter viuum; atqui illud vnum, quod conſtituitur ex intellectu, & lumine, non viuit formaliter: ſicut nec compoſitio luminis, ſiue coniitio eius cum intellectu vitalis eſſe valet, cùm per ſe non pendeat à conatu, & influxu animæ; vt liquet ex præmiſſis in præcedenti articulo.

Aſſer. 3. datur habitus luminis à mente Scoti

23 Aſſertio tertia; Scotus in multis ſuæ doctrinę locis habitum luminis gloriæ ſuſtinuit. Sic expreſsè *in 1. ſen. diſt. 17. q. 3 §. ad vltimum dico, n. mar. 36.* vbi ait.

Scotus

Et ſi arguitur; quòd ſine habitu informante poteſt eſſe viſio perfecta; ergo & fruitio perfectiſsima.

Scoti oppoſitio.

Reſpondeo; nullus negat communiter in gloria habitum luminis gloriæ in intellectu; & iſte ex parte intellectus poteſt poni correſpondere charitati ex parte voluntatis.

Diluitur planè admiſſo lumine

Vbi non tantùm candidè profitetur Scotus immiſsionem habitus luminis; ſed illam æquiparare videtur impreſſioni habitus charitatis, quæ eſt de fide.

Vrgetur ratio ex text.

24 Alterum teſtimonium nobis ſuppeditat liber, 4. *ſententiarũ in diſt.*

2. probat ex Scoto.

49. quæst. 11. §. *Ad argumenta, numer. margin.* 12. in responsione ad 3. cùm enim sibi obiecisset in initio quæstionis *sub numer.* 1. quòd homo posset ex naturalibus consequi suam beatitudinem; subdit.

Scotus

Oppositio

Præterea: si non habet naturalem potentiã ad beatitudinẽ, non potest attingere per aliquem habitũ ad eã; habitus enim est principiũ sic agendi, non autem agẽdi, sed potẽtia est principiũ simpliciter agendi. Sed homo naturaliter habet potentiam; ergo simpliciter potest in operationem beatificam, licet non sic, si non detur habitus sibi. Cui obiectioni occurrit Scotus loco citato in fine quæstionis, *sub numer. marg.* 12. in hæc verba.

Diluitio.

Ad aliud, secundùm illam opinionem, quæ ponit intellectum esse causam actiuam; dico, quòd modo habet potentiam remotam, tunc autem propinquam. Vnde sicut intellectus est hic, & ibi, eadem natura; ita posse videre hic, & ibi, est eadem potentia; sed modo est remota, tũc erit propinqua. Si autem est potentia passiua, & receptiua, tũc nõ requiritur lumen gloriæ.

Potest intellectus sine lumine esse potentia remota, nõ proxima

Nõ requiritur lumen gloriæ ad recipiendam visionem

Vbi Scotus duo constituit secundùm duplicem sentiendi viam, quam vtramque probabilem opinatur; nimirum quòd intellectus se gerat actiuè respectu visionis; vel merè passiuè. Suppositio quòd intellectus sit merum substratum visionis à Deo immisse absque elicitiua cooperatione facultatis viuæ; autumat Scotus, non esse necessarium habitum luminis; eò quòd in illa hypothesi non exigatur, nec ad elicitiuum influxum visionis, qui non congrueret intellectui in illa suppositione: nec ad causalitatem materialem, siue dispositiuam, siue receptiuam visionis, quam seriò explosimus in præcedentibus.

Scotus admittit probabiliter, quòd intellectus se gerat merè passiuè respectu visionis.

Sed ista sentiendi via admissa, adhuc Scotus nihil contra fidem pronuntiasset; tum, quia scripta edidit ante Clementinam *ad nostrum, de hæreticis* vt obseruauit Coriolanus loco citato.

Data tali assertione adhuc perstaret canon fidei

Tum vel maximè; quia ipsamet immissio visionis, quæ fieret à Deo sine concursu intellectus, diceretur lumen gloriæ in eo sensu, quem contendit prædicta decretalis, agens contra hæreticos effutientes, intellectum ex naturæ viribus beari. In illa enim suppositione tantùm abesset, vt intellectus ex proprio conatu elicitiuo beatetur, quòd potiùs nil actiuum in visionem conferret; sed sola gratia, & munificentia largitoris videret, ipso actu visionis à Deo donatus, dum merè passiuè se gereret intellectus. Et quòd talis interpretatio concinna sit menti Scoti; liquet ex textu, quem apposuimus *nu. marg.* 17. vbi vocat visionem lumen quoddam perfectum.

Ipsa met visio reputaretur lumen gloriæ in illa hypothesi

25 Si verò teneatur altera opinandi ratio, quæ defert vim actiuam intellectui respectu visionis; quamque Scotus vt probabiliorem sæpe sustinuit. Tunc Scotus apertissimè asseueraret; intellectum orbatum habitu luminis, tantùm nanciscì facultatem remotã seu initialem ad visionem; propinquam verò, seu completã ab habitu impresso luminis mendicare.

Legitima interpretatio Scoti.

Constituit enim in via, & in patria eãdem subesse facultatem natiuam intellectui ad inspiciendum Deum; ea tamen disparitate intercedente, quòd in via sit remota, seu inchoata tantùm facultas; in patria verò completa, & adæquata, ob habitum complentem defectum potentiæ respectu obiecti supernaturalis: sic interpretatur Scotum Hugo Cauellus in margine huius loci.

Intellectus orbatus lumine nãcisciturpotẽtiã remotã proximã, sed remotã ad videndum Deum.

Hugo Cauellus

26 Tertiam Scoticæ mentis enodationem mihi assumo, *ex 3. sent. dist.* 14. *q.* 2 §. *Si autem quæratur, n. marg.* 5 vbi docet.

3. probatio ex Scoto

Si autem quæratur, vtrùm sine tali habitu, vel lumine, quod dicatur (A) possit intellectus creatus, nõ tãtùm passiue, se habere ad talem visionem; sed etiã actiuè ad eliciendum tantam visionem, & hoc æquè perfectam, sicut cum, (A?)

Scotus

Hic supponendo vnum, quòd intellectus possit se habere actiuè respectu visionis verbi, sicut & actiuè se habet respectu intellectionis naturalis; inquantùm scilicet eadem potentia beatificatur, quæ est principiũ intellectionis naturalis, & ita inquãtum habens eamdem rationem operandi circa vtrumq; obiectum.

Placitã Scoti suppositio influxu intellectus efficientis visionem

Tunc potest dici, sicut adquartam quæstionem distinctionis præcedentis dictũ est, quòd si est necessaria cõnexio causarum, &c.

Remittit se ad concursum habitus charitatis cum voluntate

Sed quantum ad receptionem, de

qua

Scotus

Eſſe quod intellectus eſt ſemper cauſa materialis viſionis, aſſeritur lumen de congruo.

quæ eſt quæſtio modo propoſita, non videtur ſimpliciter neceſſarium concedere (A) prius perficere intellectum, quàm viſionem; ſed (ſi intellectus poteſt recipere duas perfectiones ordinatas, ſcilicet (A,) vt actum primum, & viſionem, vt actum ſecundum,) congruum eſt, vt illis perfectionibus ordinatè perficiatur: ſed vtraque abſolutè poſſet ineſſe ſine alia.

Obſervatio 1. ex textu.

Vbi duo ex Scoto in præſenti litera obſeruanda occurrunt. Primum; inibi Scotum de congruo ſuſtinuiſſe habitum luminis, etiam ex hypotheſi, quòd intellectus merè paſſiuè ſe haberet reſpectu viſionis; quamuis talem habitum luminis non neceſſarium iudicauerit.

Altera obſervatio ex Scoto

Alterum; in prædicto textu Scotum idem de habitu luminis aſtruere, quod de habitu charitatis autumarat *in quæſtion. 4. præcedentis diſtinctionis 13. eiuſdem libri tertij*, §. *Ad quartam quæſtionem dico, num. marg. 19.* Quæ verba exaranda ſunt, dum neceſsitatem habitus charitatis explanat reſpectu actus fruitionis; ſi quidem ab eis haurit Scotus, quid de neceſsitate luminis cenſendum ſit. Sic igitur habet textus.

Scotus

Deus ſupplere valet influxum charitatis

27 *Ad quartam quæſtionem dico; quòd ſine ſumma gratia poſſet Deus conferre ſummam fruitionem creabilem huic animæ, ſicut procedit argumentum ad oppoſitum; quia gratia reſpectu fruitionis habet tantùm rationem cauſæ efficientis ſecundæ, & ita ſine ea poteſt fieri.*

Ratio dubitandi

Vtrum tamen voluntas iſta ſine gratia poſſit tantum agere, quantum eſt ex parte ſui ad ſummam fruitionem, quantum cum gratia? Dubium eſt. Suppoſito enim quòd obiectum fruibile ſit præſens intellectui, & voluntas, ſine omni habitu, præſente tali obiecto, poſſit actum fruendi elicere; ita quòd gratia non requiratur, niſi ad aliquam perfectionem fruitionis eliciendæ; ſicut aliqua cauſa partialis dans aliquam perfectionem effectui, non tamen dans voluntati aliquam cauſalitatem propriâ ſibi, (immo voluntas cauſalitatem ſuâ quàtùm ad potentiâ propinquâ, ſiue remotam, habet ex ſe.)

Reſpondet Scotus dupliciter.

Tunc, aut ponitur neceſſaria connexio cauſarum ſecundarum, vt quòd aliqua cauſa principalis non poſsit cauſare determinatum effectum, ſine cauſa ſecunda determinata: ſicut quòd pater nõ poſsit agere ad eſſe filij vt pater, abſque hoc, quòd mater ageret vt cauſa ſecunda.

1. ratio ſenſitiuè

Vel ponitur, quòd Deus poſsit ſupplere cauſalitatem cuiuſcunque cauſæ ſecũdæ non ſupplendo cauſalitatem alterius cauſæ; & tunc poſſet ſupplere cauſalitatem matris, & relinquere patri cauſalitatem ſibi competentem, vt verè eſſet pater filij, licet nulla eſſet eius mater.

Altera via ſuſtinẽdi neceſſitatẽ habitus ſuper naturalis

Si primum iſtorum teneatur; tunc dicendum eſt; quòd ad fruitionem tãtam, quãta poſſet elici à volũtate cũ ſumma gratia, nõ poteſt volũtas agere ſine ſumma gratia, licet poſſet illam recipere ſine ea.

Reſp. iuxta 1. viam

Si autem ſecundum teneatur; tũc dicendum eſt, quòd Deus poſſet ſupplere actionem ſummæ gratiæ, vt volũtas ſine illa poſſet ſecũdùm cauſalitatem ſuã agere ad ſummam fruitionem; Deo ſupplente actionem gratiæ, vt cauſa ſecundæ.

Satisfactio iuxta 2. modũ dicendi

Tamen de potentia ordinata non poſſet voluntas Chriſti frui actiuè, ſiue elicitiuè ſummè, ſine ſumma gratia; quia ordinatũ eſt, vt cauſa prima, quæ nata eſt habere aliquã cauſam ſecũdam, non poſsit in effectũ ſummum illarum cauſarum, ſine tali actione cauſæ ſecũdæ. Similiter ordinatum eſt, vt nulla volũtas ſummè perficiatur actu ſecũdo ſummo, etiam vt recipiens, niſi habeat ſummũ actũ primũ; & ita nec poſsibile eſt de potentia ordinata, quod ſummè fruatur ſine ſumma gratia.

Aſſeritur quòd de lege ordinaria ſit impoſsibile ſũmã fruitionẽ ſine ſumma gratia

28 Hactenus Scotus; ex cuius verbis pronuntiata aliquot aruere licebit, quæ apprimè mentem eius, ac ſenſum referent. Primum; quod, æquiparat neceſsitatem luminis reſpectu viſionis, cum neceſsitate habitus charitatis reſpectu fruitionis; & ideò remittit ſe ad id, quod de habitu charitatis in præſenti textu conſtituit: cùm igitur Scotus Catholicè fateatur habitus charitatis exiſtentiam; fit inde, vt habitus luminis gloriæ aſſertionẽ apertiſsimè tueretur.

Cõmentarij textus præcedentis.

Pronũtiatũ 1. Scoti

Conſiderandum ſecundò; comparaſſe habitum, & potentiam, prout inter ſe connectuntur ad cauſalitatem ſupernaturalem, cum patre, & matre, ad generationem prolis; quo præmiſſo

Alterũ pronũtiatũ æquiparans cõpoſitionẽ habitũ infuſũ cũ coitione maris, & fœminæ.

duas

duas opinandi rationes inſinuat.

1. ratio ſentiendi

Prima eſt; quòd in cauſis per ſe ſubordinatis nequeat altera concauſa ſine alia operari; vt quod pater non poſſit agere ad eſſe filij ſine concurſu matris. Et iuxta placitum iſtud conſequenter pronuntiat; quòd potentia ſine habitu nequeat ſupernaturalem influxũ adire; ac proinde, quòd voluntas non poſſit agere ſine charitate, nec intellectus ſine lumine gloriæ.

Altera ſentiendi via aſſeuerat; quòd Deus ſupplere valeat cauſalitatem cuiuſcunque cauſæ ſecundæ, non ſupplendo influxum alterius concauſæ; verbi gratia, quòd præſtet ſe ipſo Deus cauſalitatem matris relinquendo patri neceſſarium influxum, vt verè, & propriè filij pater habeatur. Et iuxta iſtud placitum, poſſet Deus ſupplere influxum habituum charitatis, & luminis gloriæ; ſuperſtitibus cauſalitatibus facultatis intellectiuæ, & voliciuæ.

Altera opinio pro aſſertione habitus luminis de facto.

Ne tamen aliquid faceſſant negotij, vel excitent ſcrupulum. Illa pronuntiata Scoti. *Suppoſito quòd obiectum fruibile ſit præſens intellectui, & voluntas ſine omni habitu (præſente tali obiecto) poſſit actum fruendi elicere; ita quòd gratia non requiratur, niſi ad aliquam perfectionem fruitionis eliciendæ.*

Scotus

Obſeruetur. Quòd, vt liquet ex ſequenti contextu, (vbi neceſsitatem charitatis ad fruitionem eliciendam non ad melius eſſe, ſed neceſsitatem ſimpliciter æſtimauit; dum compoſitionẽ voluntatis, & charitatis ad impulſum ſupernaturalem æquiparat coitioni maris, & fœminæ ad generationem prolis) manifeſtè colligitur, quòd, quando aſſeuerauit; quòd voluntas habeat vim propinquam ad fruendum, non tamen ad aliquam perfectionem fruitionis eliciendæ; ibi nomine huius perfectionis totum gradum intrinſecum ſupernaturalitatis inſinuet, quem, pro tota ſubſtantia actus, voluntas à ſupernaturali comprincipio mendicat. Ita vt volũtati ſolùm adſcribat vim initialem proximam in ordine proprio principij vitalis; id enim ſonant illa verba. *Non tamen dans volũtati aliquã cauſalitatem propriam ſibi.* Inficiatur ergo Scotus, quòd virtus, quæ propria, & natiua eſt, (nimirum facultas viuens) trahatur ab habitu; non tamen, quòd voluntas non egeat virtute aduentitia ſupernaturali ad ſimpliciter, & adæquatè poſſe intra ſeriem agentis ſupra totum ordinem naturæ; licet naturæ ſuppetat vis initialis ad actum ſupernaturalem. In quo ſenſu Scotus à nobis explanatus, in *præcedenti ſubdiſt. ar. 1.* de potentia obedientiali actiua, *ſub n. marg. 24.* docuit; *quòd nihil poteſt agere in quocũq; ordine agendi, niſi propria virtute.*

Scotus

Ex dictis liquet; nunquam in Scoti mentem aduenisſe, quòd voluntas queat ſine charitatis habitu, fruitionis actum elicere, aut ſine habitu luminis intellectus Deum intueri; cùm potiùs aſſeueret, neceſſariũ eſſe, ſupplere Deũ influxum habitus per ſpeciale auxilium, vt potentia ſine habitu actum ſupernaturalem attingere valeat: quod exemplo Scoti luculenter aperitur. Quia ſicut pater ſine concurſu matris non poſſet generare filium, niſi per ſpeciale auxilium Dei ſupplentis cauſalitatem matris; ita abſque peculiari auxilio præſtante cauſalitatem habitus, non valeret potentia elicere actum ſupernaturalem.

Corollariũ expromiſſi.

At, expreſſiſsimum teſtimonium de exiſtentia luminis pete ab Scoto in *q. 3. prologi, §. ſed dubiũ eſt. ſub n. margi. 24.* vbi inquit.

Ex preſſiſsimũ Scoti pro habitu pro aſſertione habitus luminis de facto Scotus

Hìc diſtinguendũ eſt, de Theologia in ſe; & vt eſt habitus perficiens intellectum creatum beatum. Primo modo eſt de omnibus ſcibilibus; quia omnia alia nata ſunt ſciri virtute primi obiecti Theologici. Secũdo modo dico; quòd poſsibile eſt, eam eſſe de quocũq; immò & de omnibus ſcibilibus, quia ſcibilia nõ ſunt infinita, de facto autem non habet limitationem, niſi ex volũtate Dei oſtendentis aliquid in eſſentia ſua; & ideò actualiter Theologia eorũ eſt de tot quot voluntariè Deus oſtendit eis, in eſſentia ſua.

Scotus

Imò enim Scotus exiſtentiam habitus luminis candidè recipit; eum habitum Theologiæ beatorum indigitans, per quem beati creaturas in eſſentia Dei inſpiciant. Quem textum expendimus infrà in hac controuer. 9. de *Viſione Dei, diſt. 3. ſubdiſt. 2. art. 4. ſub numer. 38.* & magis ex inſtituto, in *68 trouerſ. 11. de ſcientia Dei, diſt. 1. ar. 2. à numer. marg. 10. vſque ad 15. incluſiuè.*

Et ne cauſeris; habitum illum, quem

Sco-

Cauſa præ-aſſertis Scoti

Scotus appellat habitum Theologiæ beatorum, alium eſſe ab habitu luminis. Reconueniri poteris ex illis expreſsis verbis Scoti pronuntiantis, huiusmodi habitum elicere viſionem creaturarum in eſſentia Dei; cùm habitus producens intuitionem creaturarum, non in ſe ipſis, ſed in eſſentia Dei, alius eſſe nequeat ab habitu luminis gloriæ. Adi loca citata; vbi eadem Theologiæ phraſi vſus Scotus; eò pronuntiat, contradicere Deo ſcientiam creaturarum quæ Theologica non ſit; quò iuxta familiarem loquutionem Scoti, eam vocitet Theologicam ſcientiam creaturarum, quæ ſpectet creaturas in eſſentia Dei, & ex intentionali motione Deitatis, & non in ſe ipſis.

Scotus ab aduerſariorum vellicationibus circa exiſtentiam luminis vindicatus.

29 NEC Operoſum erit Thomiſtarum oppoſitiones proſternere.

Dilutio oppoſitionis 1.

Ad primam *ex num.* 12. reſpondetur; quòd etiam ſuppoſita opinione, quæ denegat intellectui, influxum elicitiuum viſionis, non ſequitur, intellectum ex puris naturalibus Deum inſpicere poſſe; ſed ex ſupernaturali dono, nimirum immiſsione formæ, quæ à Deo ſine naturæ influxu præſtaretur, vt ſatis ſuperq; oſtendimus.

Alia reſp.

Adde; ſuppoſita prædicta opinione tantùm inferri, lumen gloriæ non eſſe neceſſarium, non verò de facto non dari; potuiſſet enim Deus hoc dono naturam intellectualem ditare, eſto quòd illud nõ exigeretur ad viſionem elicié dam; vt obſeruauimus, *num.* 26. ex Scoto, *in 3. ſen. diſt.* 14. *quæſt.* 2. §. *Si autem quæratur.*

Ad 2. oppoſitionem reſpondetur

30 Ad ſecundam oppoſitionem, *ex numer.* 13. reſpondetur, quòd inibi Scotus vnum definiuit; & alterum ſub problemate reliquit. Aſſertiuè enim conſtituit; intellectum non poſſe ex naturæ viribus beari; & ſub problemate inſinuauit; an donũ illud, quod ad claram Dei intuitionẽ expoſcitur, permanẽter inſideat mẽti in actu primo intrinſeco? Vel ſit quid extrinſecũ ad actuale exercitiũ viſionis collatum? Licet autem in loco illo, quem refert oppoſitio, Scotus habitum luminis apertè nõ tradiderit: eum tamen expreſsè aſſerit paulò infra in textu, quem expendimus, *n. margin.* 24. & 25.

Vrgens replica contra Scotum Scotus

Sed inſtabis; non liberari Scotum à nota, quam illi inurere videntur illa verba. *Nec requiritur lumen propter receptionem viſionis, vt dictum eſt; vnde minus mihi videtur neceſſe ponere lumen, quàm ſpeciem.* Cùm tamen conſtans, & indubitatum ſit, Scotum non admiſiſſe ſpeciem impreſſam, quæ fœcundet intellectum ad viſionem beatificam, aut intuitiuam; licet eam probabiliter ſuſtineat ad claram viſionem abſtractiuam, quam concedit Angelis.

Enervatur

Reſpondetur; quòd inibi, dum Scotus neceſsitatem ſpeciei impreſſę præfert neceſsitati luminis; procedit in eo Theologorum ſenſu, qui autumarunt, intellectum merè paſsiuè beari. Qua opinione data, minus neceſſarium eſt lumen gloriæ diſtinctum ab ipſo actu viſionis (imò nullatenus eſſet neceſſariũ) quàm neceſſaria eſſe poſſet ſpecies impreſſa, (non in eadem opinatione, quæ tutaretur, intellectum merè paſsiuè beari; quia in iſta via ſentiendi, ita otioſa eſſet cauſalitas ſpeciei impreſſæ, ſicut & immiſsio luminis diſtincti ab actu viſionis,) ſed in communi ſententia, quæ aſſeuerat, beatum effectiuè concurrere ad viſionem. Qualiter autem, data opinione, quòd beatus merè paſsiuè ſe gerens beetur; adhuc ſuſtineatur Catholica aſſertio de exiſtentia luminis gloriæ, ſumpto lumine pro eodem actu viſionis; oſtendimus ſupra ex Aureolo, *in art. præſenti ſub num.* 4. à nobis tranſcripto.

Infringitur altera pars oppoſitionis

Ad alteram verò partem oppoſitionis, quæ contendit; Scotum oppugnaſſe probationem, cui innititur communis ſententia ad conſtituendum habitum luminis. Reſpondetur, tantùm reſpuiſſe neceſsitatem luminis ex parte obiecti; ea ratione, qua potentia viſiua expoſcit lumen ex parte obiecti; nõ verò iuiſſe inficias neceſsitatem luminis gloriæ ex parte potentiæ, ob potentię defectum: talem enim potentiæ in-

te-

tellectiuæ defectum respectu obiecti beatifici expressè agnouit, *in 1. sentenc. distinct. 3. quæst. 8. §. Respondeo quòd pars intellectiua, numer. margin. 2* quem textum expendimus in præcedenti subdistinctione, *ar. 3. à num. 10. vsque ad 13.*

Resp. ad 3 oppositionē.

31 Ad tertium testimonium Scoti transcriptum *sub numer. 14.* respondetur; quòd tantùm inibi agit; quòd supposita immissione habitus luminis, intellectus connaturaliter videret Deū eò quòd visio sit connaturalis intellectui informato habitu luminis. Cæterùm quod Scotus professus sit intrinsecam supernaturalitatem habituum per se infusorum; enucleatè ostendimus, *in præcedenti subdistinctione, ar. 2. n marg. 16.*

Alia resp. ad mittendo in lumine sui supernaturalitatē expatiate agentis

Si autem in testimonio opposito, tanquam probabilem admisisset opinationem eorum, qui adscribunt habitibus infusis solam supernaturalitatem ex parte agentis, nil à fide dissentiens docuisset; vt liquet ex obseruatis supra in citato *ar. 2 n. 16.*

Resp. ad 4 arg.

32 Ad quartum argumentum; quòd ibi non procedit ex propria sententia; quia paulò inferius. §. *Si autem quaratur, numer. margin. 5.* ex propria mente se remittit *ad quæst. 4. distinct. 13.* vbi de charitate agit, ostenditque, idem sentiendum esse de habitu luminis gloriæ; vt liquet ex dictis, *numer. marg. 26.*

Ad arg. si satisfactio

Ad quintum testimonium, *sub numer. 16.* patet similiter; quia sumitur ex eodem loco, vbi solùm Scotus procedit disputando; & paulò infra in eadem quæstione, §. *Si autem quaratur.* pronuntiat idem sentiendum esse de lumine ac de charitate.

Ad instantiā petitā ex cōsequentia doctrinæ in habitū charitatis.

Ad instantiam verò de habitu charitatis, quæ Scotum vrget, eò quòd in doctrina constare non videatur; dum Catholicè habitum charitatis constituens, circa habitum luminis nutare appareat; cùm tamen eadem sit vtriusque habitus supernaturalis necessitas.

Theodorus Smising.

Respondetur cum Theodoro Smisingio professore Louanienſi, *in suo opere citato de Deo vno, tractat. 2. disp. 6. de Inuisibilitate Dei, quæstion. 4. numer. margin. 97. in fine*: vbi expendit rationem, cur voluntati concedatur habitus intrinsecus, nimirum charitas; intellectui verò non ita, sed solùm auxilij concursus, & eleuatio, supernaturalis tamen quoad substantiam?

Cur immissio habitus charitatis nō cōtineat existentiam habitus luminis?

Cuius ratio est; quia charitas non immittitur præcisè propter eleuationem potentiæ appetitiuæ, sed vt sit forma iustificans: ac proinde debet esse habitus qualificans subiectum. Illo tamen habitu ad munus iustificandi cōposito vtitur Deus tanquā principio beatifici amoris, qui tamen vi solius cōcursus supernaturalis elici potuisset; sicut & de facto absque vlla temeritatis nota asseuerari potest, visionem ab habitu luminis non prodire. Quare spectata tātùm ratione principij actus supernaturalis in charitate, & præcisa causalitate formæ iustificātis; non esset magis necessaria impressio habitus charitatis, quàm habitus luminis; quòd demonstrat apertè Scotum à doctrinæ consequentia nō deficientem.

Exceptiuæ 6. oppositio.

33 Ad sextum argumētum; quòd ibi Scotus tantùm explodit necessitatem luminis ex parte obiecti; sicut in obiectis materialibus exposcitur lumen intellectus agentis realiter distinctum ab ipsamet vi motiua obiecti, quæ ex se improportionata est ad immittendam speciem, & imaginem sui in intellectu. Non tamen ex eo colligitur, respuisse Scotum lumen ex parte potētiæ supplens defectum intellectus respectu actus visionis, quem expressè agnouit; vt ostendimus supra.

Ad vltimā oppositionē.

34 Ad vltimam obiectionem, *ex numer. 15.* patet similiter; inibi enim Scotus abigit in obiecto beatifico eam rationem luminis, quæ respondeat intellectui agenti, qui supplet improportionem obiecti materialis; quatenus id, quod non est in actu, sed solùm in potentia intelligibile, fit actu intelligibile per lumen intellectus agentis, qui immediatè euehit phantasma ad productionem speciei impressæ. Non tamen explodit Scotus necessitatem luminis, (non inquantùm supplet materialitatem, vel improportionem obiecti ad motionem intentionalem;) sed inquantum suppeditat principium supernaturale ex parte potentiæ.

Scotus

Vnde ille textus qui nobis opponitur: *Quòd non requiritur aliud lumen ab ipso obiecto, quando obiectum sup-*

Scotus

Abigit Scot. necessitatem luminis gloriæ in quib. respondet functioni intellectus agentis in natura

ples sufficienter vicem luminis, quod enim in intellectione naturali lumen sit aliud ab obiecto, hoc est ex imperfectione obiecti. Manifestè ostendit, confutasse Scotum necessitatem luminis, quæ respondeat functioni intellectus agentis, dum tollit improportionem obiectiquon vel ò vt eleuat potentiam ad seriem principij proportionati supernaturalis; ablegat igitur Scotus necessitatem luminis, per quod constituatur Deus proximè visibilis intelligibilitate actuali teneute se ex parte obiecti, itaut lumen suppleat motionem intentionalem ipsius Dei.

Quod liquet ex verbis eiusdem contextus transcriptis, *sub n. 17. In intellectione naturali; lumen præcedens visionem requiritur propter imperfectionem obiecti, quod vel non est de se actu intelligibile, sed per intellectum agentē, qui est lumen, fit actu intelligibile, quod est potentia intelligibile; vel si actu est intelligibile nō est per se sufficiēs ad mouēdū intellectum ad actū secūdū. Neutrū istorū est in proposito; quia essentia diuina est tua summa ex se, & de se intelligibilis, & de se perfectissimè motiua intellectus; ergo nullum lumen requiritur cooperatiuum sibi.* Quæ verba euidēter meo iudicio demonstrant, Scotum expugnasse actualē existētiam, vel necessitatem illius luminis, quod fingerit ex parte obiecti tanquam species impressa; qua ratione asseritur à Vazquio & alijs.

Scotus

DISTINCTIO SECVNDA

DE PRINCIPIO VISIONIS ex parte obiecti.

Processio tractationis.

SERIE, Et ordine doctrinæ, præcedenti distinctioni de principio visionis ex parte potentiæ annectitur discussio de principio notitiæ istius supernaturalis, quod spectatur ex parte obiecti; de quo primò occurrit.

ARTICVLVS I.

Vtrùm de facto detur species impressa creata? An verò Deus se ipso suppleat vices speciei impressæ?

SVMMARIVM.

Præmittitur ex Scoto, esse impossibile medium in quo diuinæ intuitionis. Num. 1.

Opinio eorū, qui de facto speciē impressam creatam asseuerant. Num. 4.

Quorūdam Thomistarum sententia, qui causalitatem essentiæ diuinæ supplentis creatam speciem non esse effectiuā pronuntiant. Num. 10.

Aliorū placitū, qui autumant, essentiā diuinā ita creatæ speciei vices adire vt creatæ mīti illabatur in vtroq; genere causæ efficiētis & formalis. N. 11.

Speciei impressæ functiones ex Scoto aperimus, & apparamus fundamenta ad veram sententiam. Nu. 13.

Authoris mens stabilitur, & suadetur. Num. 26.

Imus obuiā oppositis fundamētis. N. 32

Titulus quæſtii.

1 ANtequam ad præcipuũ diſſertationis inſtitutum accedamus; præmittendum eſt, non procedere præſens quæſitum de medio viſionis Dei in quo cùm conſtitutum ſit apud omnes Theologos, impoſsibile eſſe aliquod mediũ creatum in quo Deus quidditatiuè inſpici poſsit. Quare tantùm procedit cõtrouerſia de medio viſionis vt quo; an de facto detur?

Duplex mediũ cognitionis.

Duplex enim eſſe poteſt medium alicuius rei apprehendendæ; aut (*in quo*) quod etiam dicitur medium cognitum; quãdo nimirum cauſa apprehenſa, cognoſcitur in illa effectus, in qua præcõtinetur. Aut quãdo res exprimitur per aliquam imaginem, & ſimilitudinem obiectiuam, in qua priùs percepta apprehẽditur obiectum, ſeu exemplar; ſicut imago Petri eſt medium, in quo Petrus cognoſcitur.

Aliud 1 in quo, & cognitum.

Aliud medium cognitionis dicitur, (*vt quo*) ſiue medium nõ cognitũ; quod nimirũ ſine præuia cognitione ſui præſtat cognitionẽ obiecti. Huiuſmodi ſũt ſpecies intẽtionales, & intelligibiles, impreſſæ, & expreſſæ, quæ abſq; præmiſſa ſui cognitione exprimũt obiecta, à quibus intentionaliter, ſeu intelligibiliter exiduntur; & ideò non appellãtur ſimilitudines obiectiuæ, quia non ſunt media cognoſcendi aliam rem, terminando priùs notitiam ſui, tanquam obiecta.

Aliud; vt quo, & non cognitum

Implicat mediũ in quo clarè & quidditatiuè viſionis Dei

2 De primo igitur medio cognoſcendi, certum eſt apud omnes Theologos, inuoluere contradictionem, quòd detur aliqua creatura in qua, vt in ſimilitudine obiectiua, vel medio priùs cognito, Deus clarè, & quidditatiuè inſpici queat.

Ratio euidens proxſſerto præcedenti.

Quod hac vel ſola ratione euidenter demõſtratur; quia omnis notitia, quæ terminatur ad rem, vt contentam in alia, non valet exuperare præciſãtiã cognitionis illius rei, in qua altera apprehẽditur, prout præcisè cõtinetur in illa ſicut cognitio Petri in ſua imagine nequit antecellere apprehẽſionẽ imaginis. Sed implicat cõtradictionem, quòd Deus in aliqua creatura cõtinerivaleat ſecũdum illimitatam actualitatem ſuã cũ à quolibet ente creato diſtare debeat in infinitũ, vt Deus ſit: igitur quælibet cognitio Dei in aliqua creatura, tanquam in medio in quo, non poteſt eſſe clara & quidditatiua.

3 Quã doctrinam accipio ab Scoto, *in 4. quodlib. 14. §. Ad iſta; aliquid eſſe medium cognoſcendi, n. marg. 86.* editionis Hug. Cauelli, vbi ſic habet.

Scotus

Aliquid eſſe medium cognoſcendi, vel in cognoſcendo, poteſt intelligi dupliciter. Vno modo quòd ſit mediũ cognitũ; ſic quòd per ipſum cognitum cognoſcatur aliud; ſicut cognoſcitur cõcluſio per principia. Alio modo, quòd non ſit medium cognitum, ſed ratio cognoſcendi ſolùm; ſicut ſpecies ſenſibilis in ſenſu eſt ratio ſentiendi.

Medium cognoſcendi ſumi dupliciter.

Primo modo; nihil poteſt eſſe mediũ cognoſcendi obiectum aliud, niſi contineat in ſe cognoſcibilitatem illius obiecti, ſecũdùm quam illud cognoſcitur per illud; quia ſi iſtud excedat illud in cognoſcibilitate, tunc illud qualitercunq; perfectè cognitum, deficiet ab iſto cognito in cognoſcibilitate.

Aliud mediũ cognitũ, ſicut principia reſpectu cõcluſionis.

Aliud mediũ nõ cognitũ, ſicut ſpecies ſenſibilis.

Secundo modo, benè poteſt aliquid eſſe medium cognoſcendi aliud, licet cognoſcibilitas ſua propria deficiat a cognoſcibilitate illius; dũ tamen ſit natum ducere in illud vt cognoſcibile.

Quid exigatur ad mediũ cognitũ.

Quid exigat medium non cognitũ

Opinio Vazquij & aliorum, qui, receniſitis ſpeciei impreſſæ functionibus; aſſeuerant ſpeciem impreſſam creatam de facto.

4 HIs itaq; prælibatis de medio diuinæ intuitionis in quo, circa mediũ, *vt quo* aliqui theologi aſſeuerãt; de facto dari ſpeciẽ impreſſam creatã diuinæ ſubſtãtiæ repræſentatiuã. Sic Gab. Vazquez *1. p. diſp. 43. c. 7. n. 32. 33. & 34.* Egidius de Præſentatione, *to. 2. li. 8 p. 2. q. 3.*

Opinio aſſeuerãs de facto ſpeciem impreſſã diuinæ eſſentiæ

Vazquez & egid. Luſitanus.

Et ſuaderi poſſet rationibus, quas pro iſto placito infruit Vazquez; quia tamen præcipuæ illius argumentationes agere ſatagũt, quòd lumẽ gloriæ ſit ipſamet ſpecies impreſſa; (exiſtimauit enim, habitũ luminis neceſſarium non eſſe, ſuppoſito quòd eſſentia diuina immediatè ſuppleat vices ſpeciei) & placitũ iſtud in præcedentibus articulis ex inſtituto confutatũ eſt; ideò opinio cõ-

Suaderi poteſt illis rationibus quæ agit, lumen gloriæ eſſe ſpeciẽ impreſſã Deitatis quas ſupra excuſſimus.

ti-

tituens de facto ſpeciem impreſſã creatam, aliis eiuſdem Vazquez probationibus, ſuadetur ſic.

1. ratio, ex cõnaturaliori ratione agendi per ſpecie creatam.

Quia, eſtò quòd Deus ſe ipſo functiones creatæ ſpeciei ſupplere poſſet; ſemper tamen accommodat ſe cõnaturaliori cauſalitati cuiuſlibet agẽtis creati, ſiue intra, ſiue ſupra totius naturæ metas. Sed cõnaturaliùs elicit actionẽ quodlibet agẽs, ſiue naturale, ſiue ſupernaturale, dũ intrinſecè cõponitur alteri comprincipio, ſiue cõcauſæ: quàm dũ extrinſecè tãtùm completur in ratione adæquati principij illius influxus, quẽ elicit. Ob id enim immiſſionem habitus luminis aſtruimus propter connaturaliorem operandi rationem; aliàs enim æqua libra, & habitus luminis per Dei facultatem exequentem ſupernaturalem ſuppleretur de facto; quod eſt aduerſum ſeriei agendi, & ordinariæ diſpoſitioni diuinæ prouidentiæ, quæ exigit, vt Deus ſe ipſum vice creati agentis non ſufficiat, ſi agenti creato vires ſuppetant ad talia producta.

Occurſus, de connaturaliori fœcũditate potentiæ per ſubſtãtiã obiecti expediti ad influxũ intentionalem

5 Si verò occurras; connaturaliori ratione fœcundari intellectum à ſubſtãtia obiecti, quando ex ſe expedita eſt ad cauſalitatem intentionalem adeundam, quàm ab ſpecie, quæ eſt ſemen vicarium obiecti; quamobrem intellectum Angeli ad apprehenſionem propriæ ſubſtantiæ non vti miniſterio ſpeciei.

Impetitur offenſa abſimilitudine in influxu intentionali Deitatis, & ſubſtantiæ Angelicæ

Contra; quia licet ſubſtantiæ Angeli, quatenùs quidditas illius eſt, deferri queat immediatè vis ad immutandum proprium intellectum, & ad exprimendam notitiam eiuſdem Angeli; attamen ſubſtantiæ Dei, quà Deitas eſt formaliter, tribui nequit vis illa ad pariẽdam imaginem ſui in intellectu creato: eò quòd nihil influat ad extra Deus, qui eſt, ſed quà vult; ſeu (quod in idem recidit,) non operetur prout refert formam Deitatis, quæ in Deo non eſt conceptus liber, ſed prædicatum neceſſarium, quare tantùm producit ad extra quatenus ſubit decretum liberum, quod Deo ineſſe, aut abeſſe, queat.

Vrgetur, eòquod obſtet Deitati quà Deitas eſt, influxus intentionalis.

Atqui ſi Deus ſe ipſo gereret vices ſpeciei, non operaretur quatenùs vult ſed quatenùs eſt; eòquòd nulla actio intentionalis excidatur ab obiecto liberè ſed marè naturaliter & neceſſariò; igitur aut cõcedẽda eſt actio neceſſaria Dei ad extra; aut aſſignanda ſpecies impreſſa creata.

2. rat. exp. dens, omnia ſpeciei impreſſæ min' cõnaturaliter ab obiecto exhiberi

6 Secũdò arguitur; ex functionibus quas obit ſpecies impreſſa; quæ minus cõnaturaliter exhibẽtur ab obiecto ſuffectovice ſpeciei. Quia in primis ad partes ſpeciei ſpectat aſſimilare intentionaliter potẽtiam ipſi obiecto: intellectus enim antequã actu pariat notitiam, ſiue ſpeciem expreſſam, præſupponitur aſſimilatus intelligibiliter obiecto, ſeu in gradu unitatis & ſicuitatis intelligibilis cũ obiecto. Quã vnitatẽ ſeu cõueniẽtiã intẽtionalem inter potẽtiã apprehẽſiuã & obiectum, quæ ante it productionem verbi, ſeu ſpeciei expreſſæ, immediatè præſtat ſpecies intelligibilis, quàm obiectum; cùm obiectum conuenientiam intentionalem tantùm remotè, & mediatè nanciſcatur, propter ſpeciem quam virtualiter præhabet, ſpecies verò intelligibilis immediatè & proximè, vt potequæ à ſua ratione formali.

Satisfactio pro cõmuni ſententia

7 Si autem reſpõdeas; id eſſe verũ in obiectis materialibus, quæ non habent vim adæquatam, ſed tantùm initialem & inchoatam ad cauſalitatem intelligibilem; non verò in obiectis immaterialibus, quibus per ſuam ſubſtãtiam adeſt adæquata & expedita vis ad immutandum intellectum.

Subtilis excurſio cõtra præmiſſa.

Cõtra; quia cõiũctio intẽtionalis inter potẽtiam & obiectũ, quã præſtat ſpecies impreſſa, magis immediata eſt ſpeciei, quæ eſt ipſamet forma, qua media intellectus trahit ad ſe res, ſiue obiecta & ſit idem cũ obiectis in eſſe repreſentatiuo, quã obiecto ipſi; cuius ſubſtãtia tãtũ præſtare poteſt immediatè coniũctionẽ entitatiuã, nõ verò intẽtionalẽ. Quò fit; vt licet Deitas, á ſe ipſa, ratione ſuæ immenſitatis, nanciſcatur coniũctionem entitatiuam cum intellectu; cõiunctionem verò intẽtionalem præſtet media illa forma creata, quæ, à ſua quidditatiua ratione, ſit ipſamet expreſſio, vel imago intentionalis, inter potentiam apprehendentem, & obiectum apprehenſum intercedens.

Ita connaturalius contrahi cõmunitatẽ perfectiæ per formam inhærentem

8 Nec connaturaliùs præſtat obiectũ aliud munus ſpeciei; quòd eſt cõtrahere vniuerſalitatẽ & indeterminationẽ potẽtiæ ex ſe valẽtis ad plura obiecta, ab intrinſecoq; indifferẽtis ad pariendã notitiam huius, vel illius obiecti.

Quia quæcunq; potentialitas, & inde

terminatio connaturalius contrahitur à forma intrinſeca: quàm extrinſeca. Sed ſpecies creata componeretur menti per intrinſecam inhærentiam; eſſe verò Dei tantùm per extrinſecam aſſiſtentiam, ſeu indiſtantiam entitatiuam; igitur;

Vltima ratio, eò quòd ſpecies intelligibilis recipi debeat in intellectu

9 Vltimò arguitur; quia ſpecies intelligibilis ex ſua ratione expoſcit recipi in intellectu, vt ex illa & intellectu fiat vnum ſimpliciter, tanquam ex materia, & forma intelligibili. Sed eſſentiæ diuinæ contradicit quodlibet genus vnionis per quod ex ipſa, & ex aliqua potentia creata conſtituatur vnum ſimpliciter, aliàs enim ſuppleret genus cauſæ formalis, & componeretur cum aliqua potentia creati, quod eſt implicatorium igitur eſſentia diuina non gerit vices ſpeciei intelligibilis.

Duæ aliæ ſententiæ oppoſitæ circa immediatum influxum Deitatis in viſionem beatificam.

10 CÆterùm, nec inter Theologos, qui eſſentiam diuinam immediatè coniũgi beatorum mentibus, opinãtur; adhuc conſtat concurſus, & cauſalitas, quam adeat circa viſionem.

Opinio Bañez, quod Deitas cõcurrat ad viſionẽ in genere cauſæ efficientis

Prima enim opinio aſſeuerat; cauſalitatem eſſentiæ diuinæ reſpectu viſionis non eſſe effectiuam, ſed tãtùm formalẽ ac proinde conſiſtere in quadam coniũctione ineffabili, qua ſubſtantia Dei tãquam forma quædam à ſe ipſa ſummè intelligibilis, beatorum mẽtibus illabatur ſemotis tamẽ imperfectionibus cõpoſitionis, & inhærẽtiæ Ita Domin. Bañez, 1 *p. q.* 12. *ar.* 2. *dub.* 2. *Circa tertiã concluſionem*, quam etiam tribuit D. Thomæ, & probatur ſic.

Bañez

Arg. Bañez. quia ſi eſſet Deus ut eſſet principium quod (ut quo)

Quia, ſi eſſentia diuina concurreret in genere cauſæ efficientis ad viſionem ſupplendo munus ſpeciei intelligibilis influeret vt principium (*quo*) nimirum per modum formæ intentionalis fœcundantis intellectum, & complentis illum in ratione principij (*quod.*) Sed eſſe principium (*quo*) minus tum imperfectionem repugnantem diuinæ naturæ; principium enim formale (*vt quo*) alicuius actionis refert ſubordinationem & dependentiam à principio (*quod*) tãquam à principali agente, quod per ipſum principium (*quo*) operatur, tanquam per formam habitam. Igitur cùm intellectus actuatus eſſentia diuina ſit principium (*quod*) ſi eſſentia Dei eſſet principium formale (*quo,*) ſubijceretur intellectui: quod nullatenus ſuſtinendum eſt cùm maximam redoleat imperfectionem.

Communis Thomiſtarum ſententia de cauſalitate Deitatis ad intellectum creatũ in genere cauſæ formalis terminata. S. Thomas. Capreolus Soto. Ferrara. Raph. Auerſa.

11 Altera opinio aſſtruit; eſſe Dei coniungi intellectui creato in vtroque genere cauſæ, efficientis nimirum, & formalis S. D. Thomas, 1 *p. q.* 12. *ar.* 2. *præcipuè ad tertium*, quem ſequuntur Capreolus, *in* 4. *diſt.* 49. *q.* 5. *concluſione* 2 Soto *ibidem quæſt.* 2. *art.* 3. Ferrara, 3 *contra gentes, capit.* 51. & alij Thomiſtæ communiter. Et ex recentibus Scholaſticis tutatur prædictam ſententiam Raphael Auerſa de qua infra *ſub numer. margin.* 30. quæ opinio, quantùm ad vnam partem de cauſalitate effectiua, infra firmanda eſt rationibus noſtræ concluſionis; quoad alteram verò de cauſalitate formali, ſuadetur ſic.

1. ratio pro ſententia Thomiſtarũ

Primò; quia eſſentia diuina, vt ſupplet munus ſpeciei intelligibilis, conſtituit intellectum beati proximè valentem ad videndum Deum; ſed nequit conſtituere illum proximè, & adæquatè potentem ad viſionem, niſi veniatur in ratione formæ intelligibilis, ſublatis imperfectionibus compoſitionis, & dependentiæ, quæ forma creata inuoluit; eò quòd omnino inintelligibile ſit, quòd per comprincipium aſſiſtẽs extrinſecè, valeat conſtitui intellectus potens, ſine tranſiens de non eſſe potentis ad eſſe potentis videre Deum Tranſiret enim à contradictorio denominationis ad contradictorium, non facta mutatione intrinſeca in intellectu in actu primo completo ex parte obiecti ad viſionem beatificam.

Inſtatur vltra.

Nec valet dicere, quòd datur mutatio in actu ſecundo viſionis, quæ reſpondeat ſpeciali compoſitioni Deitatis cum intellectu in genere cauſæ efficiẽtis; ſcilicet repræſentatio Deitatis, quæ cõnexa eſt in quarto modo per

ſei-

seitatis, cum Deitate gerente munus speciei.

Quia, sicut interest realis discretio, ac proinde & separabilitas inter actum primum, (vt refert virtutem obiecti, proximè apparatam actioni,) & inter actum secundum; ita potuisset Deus, de absoluta potentia, complere intellectum in actu primo per essentiam suam coniunctam vice speciei; & denegare influxum ad actum videndi. Si ergo actus primus tenens se ex parte obiecti non importaret vnionem intrinsecam Deitatis supplentis munia speciei; fieret, vt intellectus absque additione formæ intrinsecæ, transiret à contradictorio ad contradictorium denominationis ex parte virtutis obiecti in actu primo.

Confirmatur eiquòd absque vnione formali inter se substat vnio effectiua Deitatis in ratione principij particularis

Præterea; quia si essentia diuina tantùm coniungeretur mentibus beatorum in genere causæ efficientis; non appareret aliqua peculiaris ratio influxus, vel ad operandum compositio cum intellectu creato, ob quam astrueretur, obire per se ipsam munus speciei intelligibilis. Sequela probatur; quia vnionem siue assistentiam effectiuam adit Deus respectu cuiuslibet agentis creati: igitur, si non apponat coniunctionem formalem, inquantùm peculiare comprincipium visionis beatificæ, non apparebit ea cõpositio ad influxum, ob quam valeat gerere vices speciei impressæ.

2. ratio, eòquid vnio formalis de pararique at ab imperfectionibus

12 Secundò; quia si obstaret essentiæ diuinæ huiusmodi causalitas formalis; maximè quia imbibit essentialem imperfectionem. Atqui ab isto modo causandi imperfectio remoueri valet, ita vt Deo non obstet; sicut de facto personalitas verbi diuini terminat naturam humanam, semotis imperfectionibus compositionis, & dependentiæ: ergo similiter esse Dei valet, sublatis imperfectionibus, illabi mentibus beatorum in genere causæ formalis.

Functiones speciei impressæ ex Scoto enodantur; & substernuntur fundamenta ad veram sententiam.

13 VT Constare queat, qua ratione subeat Deus munia speciei; illius causalitas breuiter referanda est; quod præstat fœliciter Scotus, *in 1 sen. dist. 3. q. 7. §. concurrunt ergo ista duo, num. marg.* 22. vbi sic habet.

Scotus

Si arguitur contra istud; quòd in causis talibus essentialiter ordinatis, neutra est perfectio alterius; ergo species intelligibilis non erit forma ipsius intellectus.

Oppositionis contra influxum essentialem speciei impressæ

Similiter ad idem; si sit perfectio intellectus, & totum hoc sit ratio agendi; ergo vna operatio, vt potè intellectio, non habebit vnam formalem rationem agendi, sed erit ab ente per accidens, quale est hoc totum, intellectus habens speciem. Quod est inconueniens; quia quidquid non est per se ens, non per se est ratio formalis agendi.

Diluitur 1. obiectionis.

14 *Respondeo ad primam; accidit speciei, (inquantum est causa partialis respectu actus intelligendi cum intellectu, vt cum alia causa partiali,) quòd ipsa perficiat intellectum, quia & si perficiat eum, nõ dat tamẽ intellectui aliquã actualitatem pertinentem ad causalitatem intellectus.*

Institia Scoti aperitur, quodaccidit speciei impressæ vt principio cognitionis, quòd cõponatur intellectui in genere causæ formalis.

Exemplum; potentia motiua in manu potest vti cultello, inquantum acutiã est, ad diuidendum aliquod corpus; ista acuties, si esset in manu, vt in subiecto, posset manus vti ea ad eãdem operationem. Et tamẽ accideret manui, inquãtùm in ea est potentia motiua, quòd in ea acuties esset, & è conuerso; quia acuties nullam perfectionem daret manui pertinentem ad potẽtiam motiuã. Quod apparet, quia æquè perfecta est potentia motiua sine tali acutie, & ita eodem modo vtitur ea quando est in alio coniuncto manui, vt cultello, sicut vteretur ea, si esset in manu.

Si species inhæreret, posset agere intentionaliter.

15 *Ita in proposito, si species posset esse inexistens intellectui absque inhærentia per modum formæ; si isto modo*

Videtur impetere lumē gloriæ eò quod viſio exprimat perfectionē actus 1. & 2

promitur, non dari habitum luminis gloriæ, eò quòd habitus conſtituatur, vt ſuperſit tranſeunte actu; ſed viſio beatifica eſt ab intrinſeco permanens: ergo ſibi vendicat coniunctas in ſua cauſalitate functiones actus primi, & ſecundi, ac proinde otioſum eſſet lumen gloriæ, quod ad actum primum videndi attineret.

Retorquetur Scoti textus, vt oppugnet infuſionē habitus charitatis

Præterea; quòd etiam fieret, vt ablegaretur habitus charitatis in beatis propter eamdem Scoti argumentationem; ſi illa futilis non eſſet. Quia actus fruitionis etiam eſt ab intrinſeco permanens ſicut viſio; ergo ambiret cauſalitatem actus primi, & ſecundi, atque adeò otioſus eſſet habitus charitatis anteuertēs actum fruitionis; quod eſt contra fidem.

6. oppoſitio.

17 Sextò; arguitur ex Scoto in *eadem diſtinction. 14. queſtion. 2. §. Itaque poteſt dici numer. margin. 3.* vbi ſic habet.

Scotus

Poteſt dici, quòd intellectus anima Chriſti poteſt paſſiuè recipere viſionem verbi primò & immediatè; & hoc ita, quòd non perficiatur priùs aliquo lumine, tanquam forma abſoluta alia à viſione.

Videtur inſinuari neceſſitas luminis

Tum, quia ipſa viſio eſt lumen perfectū. Tum; quia in intellectione naturali lumen præcedens viſionem requiritur propter imperfectionem obiecti; quod vel non eſt de ſe actu intelligibile; ſed per intellectum agentem, qui eſt lumen, fit actu intelligibile, quod eſt potentia intelligibile: vel ſi actu eſt intelligibile, non eſt per ſe ſufficiens ad mouendum intellectum ad actum ſecundum.

Solaviſio eſt ſufficiens lumen.

Quæ ſit neceſſitas luminis in intellectione naturali?

Neutrum iſtorum eſt in propoſito. quia eſſentia diuina eſt lux ſumma ex ſe, & de ſe intelligibilis, & de ſe perfectiſſime motiua intellectus: ergo nullum lumen requiritur cooperatiuum ſibi. Quanto enim obiectum magis habet de ſe rationem, & perfectionem luminis, quod poſſet cooperari ſibi, tanto minus coexigit ipſum; ergo obiectum omnino perfectè habens in ſe lumen natum cooperari obiecto, omnino non coexigit lumen.

Agit ab analogia luminis naturalis, vt impetrat lumen ſupernaturale

Vbi Scotus, non tantùm abnuit aſſertionem luminis, ſed etiam reddit rationem, cur tale lumen ſuſtinendum non ſit? Eò quòd Deitas, à ſua quidditate, referat luminoſitatem expeditiſſimam ad immutationem mentis creatæ. Ducta enim, analogia à lumine intelligibili ordinis naturalis ad lumē intelligibile, quod exigeretur ad ſupernaturalem intuitionem; abigit tale lumē creatum ſupernaturale, tanquam ſupermacaneum.

Elucidatio textus

18 Septimò; arguitur, *ex eadem diſtinction. 14. queſtio. 2. §. Ad tertium dico, num. marg. 8.* vbi ait: *Quòd lumen requiritur, ſed non aliud lumen ab ipſo obiecto, quando obiectum ſupplet ſufficienter vicem luminis; quòd enim in intellectione naturali, lumen ſit aliud ab obiecto, hoc eſt ex imperfectione obiecti.*

Oppoſitio 7.

Scotus

Videtur tollere lumē gloriæ

En Scotum aſſignantem diſcrimen inter obiectum cognitionis naturalis, quod expoſcit lumen ab ipſomet obiecto diſtinctum; & obiectum notitiæ ſupernaturalis, quod nullum aliud lumen exigit ab ipſomet obiecto condiſcretum.

Mens Scoti de exiſtentia, & functionibus luminis ſtatuitur.

1. aſſertio intellectus nequit beari ex viribus naturæ

ANtequam aduerſariorum in Scotum molitiones conuellamus, textualibus Scoti teſtimonijs vera ſententia firmanda erit; quod per ſequentia aſſerta præſtabimus.

Expreſſa pronūtiata Scoti pro canone fidei

19 Quare dicendum primò; quòd actus viſionis claræ Dei nequit ex naturæ viribus erumpere; ita expreſſè Scotus *in 4. ſentent. diſtinction. 49. quaſtione 11. § Secundo dico, numer. margin. 9.* vbi docet.

Scotus

Secundò dico; quòd anima humana non eſt ſufficienter actiua ex puris naturalibus ad conſequendum actum viſionis. Et in eadem quæſtione. *§. Contra, ad Roman. 6. Gratia Dei vita æterna, num. 2.* ſubdit. *Item hoc eſt perfectionis in natura humana, vt dictum eſt in 1. q. 1. prologi, ſcilicet quòd naturalia non ſufficiant ad vltimam eius perfectionē, quæ eſt anima rationalis; igitur nec ad perfectionem, quæ eſt gratia, & gloria.*

Damnatur Pelagij hæreſis

Præterea; hæc eſt maior hæreſis, quā hæreſis Pelagij, qui poſuit, quòd homo ſine gratia poſſet iuſtificari. Neſcio

quid

quid loculentius exhiberi poſsit ad Catholicã doctrinã de neceſsitate auxilij ſupernaturalis ad clarã Dei viſionem aſſerendam?

Aſſer. 1. lumen gloriæ non eſt cauſa materialis reſpectu viſionis

10 Aſſertum ſecundum. Lumen gloriæ non eſt neceſſarium ad recipiendam viſionem. Sic expreſſè Scotus in pluribus ſuæ doctrinæ locis; libet tamen huius probationem petere, *ex 3. ſent. diſt. 14. q. 2. §. quantùm ad ſecundum articulum, ſub n. margin. 2.* vbi inquit.

Abſolutum, quod eſt ratio recipiendi aliquam formam, ſi per ſe eſt, per ſe poteſt recipere; ſicut ſuperficies per ſe exiſtens, poteſt per ſe recipere colorem.

Scotus

Ratio Scoti

Ergo ipſum, A, (intellige lumen gloriæ) ſi eſt abſolutum, & aliud à viſione, & ratio recipiendi viſionem: ſi per ſe eſſet, per ſe poſſet recipere viſionem: & ita a, A, per ſe exiſtens poſſet beatificari viſione, & perconſequens etiam modo immediatè beatificaretur.

Confirmatur

Et etiam ſequitur, quod intellectus non beatificaretur modo niſi per accidens; ſicut ſubſtantia quantùm ad potentiam paſſiuam eius quietaretur per accidens, per colorem poſsibilem ineſſe ſuperficiei.

Elucidatio probationis Scoti contra eos, qui aſſerunt, lumen eſſe adæquatum principium proximũ viſionis.

11 Hæc ratio valde vrget illos Thomiſtas, (ſi qui ſint) qui aſſeuerent; lumen gloriæ eſſe adæquatum principium viſionis ex parte potentiæ; ita vt intellectus non dicatur agere niſi ob denominationem à forma luminis peritam; ſicut aqua aſſeritur calefaciens præcisè à forma caloris ſuperaddita. Si enim lumen gloriæ eſſet adæquatum principium viſionis ex parte potentiæ quod ideò vocitant ſupernaturalem quendam intellectum, ita vt anima, & intellectiua facultas, nulla alia ratione aſtruantur elicere viſionem, niſi quatenus ſubſternuntur habitui luminis; ſi Deus de potentia abſoluta ſuppleret cauſalitatem materialem animæ, & intellectus, circa lumen, conſeruando illud extra ſubiectum; & coniungeretur eſſentia diuina lumini in ratione ſpeciei, etiam extra ſubiectum beatificaretur lumen gloriæ. Quatenus in lumine ita abſtracto reperiretur quidquid vitalitatis, & ſupernaturalitatis expeti poſſet ad rationem principij elicitiui viſionis; ſicut ſi Deus calorem extra ſubiectum conſeruaret ſupplendo cauſalitatẽ ſubſtrati, calor proprium influxum adire poſſet.

Oppoſitio Soarij in Scotũ

22 Sed obijcit Soarius, 1. *part. lib. 2. de Attributis negatiuis Dei, cap. 15. §. Tertio modo poſſet intelligi, numer. 27* argumentationem præmiſſam Scoti non procedere cõtra eos, qui aſſumant immediatũ ſubſtratũ viſionis non eſſe ſolũ lumen, ſed coniunctum ex lumine, & intellectu.

Defenditur ratio Scoti.

Verùm manifeſtè oſtendit Soarius ſe Scotũ non legiſſe; qui eundem ictum ſibi obijciens; ita illum infringit; ſubdens in eodem contextũ

Scotus

Quod ſi dicatur; totum, ſcilicet intellectum informatum, A, per ſe beatificari viſione. Contra; vnius actus per ſe eſt vna potentia per ſe, & vnum per ſe receptiuum; ergo iſtius viſionis, quæ eſt vnus actus per ſe, non eſt totum per accidens per ſe potentia.

Fugæ ad 2. vim probationis Scoti.

Si verò vlteriùs occurratur Scoticæ oppoſitioni; per ſe ſubſtratũ viſionis nõ eſſe intellectũ, & lumen, vt multa ſunt; ſed quatenus vnũ cointegrant conditinctum ab intellectu, & lumine, ſine vnione ſpectatis.

Explicatur ſecundo probationis Scoti

Contra; quòd ſubiectum proximum actus vitalis debet eſſe formaliter viuum; atqui illud vnum, quod conſtituitur ex intellectu, & lumine, non viuit formaliter: ſicut nec compoſitio luminis, ſiue coniunctio eius cum intellectu vitalis eſſe valet, cùm per ſe non pendeat à conatu, & influxu animæ; vt liquet ex præmiſſis in præcedenti articulo.

Aſſer. 3. datur habitus luminis à mente Scoti

23 Aſſertio tertia; Scotus in multis ſuæ doctrinę locis habitum luminis gloriæ ſuſtinuit. Sic expreſſè *in 1. ſen. diſt. 17. q. 3 §. ad vltimum dico, n. mar. 36.* vbi ait.

Scotus

Et ſi arguitur; quòd ſine habitu informante poteſt eſſe viſio perfecta; ergo & fruitio perfectiſsima.

Scoti oppoſitio.

Reſpondeo; nullus negat communiter in gloria habitum luminis gloriæ in intellectu; & iſte ex parte intellectus poteſt poni correſpondere charitati ex parte voluntatis.

Diluitur planè admiſſo lumine

Vbi non tantùm candidè profitetur Scotus immiſsionem habitus luminis; ſed illam æquiparare videtur impreſſioni habitus charitatis, quæ eſt de fide.

Vrgetur ratio ex textu

24 Alterum teſtimonium nobis ſuppeditat liber, 4. *ſententiarum in diſt.*

1. probatur ex Scoto.

49. *quæſt.* 11. §. *Ad argumenta, numer. margin.* 12. in reſponſione ad 3. cùm enim ſibi obieciſſet in initio quæſtionis *ſub numer.* 1. quòd homo poſſet ex naturalibus conſequi ſuam beatitudinem; ſubdit.

Scotus

Oppoſitio

Præterea: ſi non habet naturalem potentiã ad beatitudinẽ, non poteſt attingere per aliquem habitũ ad eã; habitus enim eſt principiũ ſic agendi, non autem agẽdi, ſed potẽtia eſt principiũ ſimpliciter agendi. Sed homo naturaliter habet potentiam; ergo ſimpliciter poteſt in operationem beatificam, licet non ſic, ſi non detur habitus ſibi. Cui obiectioni occurrit Scotus loco citato in fine quæſtionis, *ſub numer. marg.* 12. in hæc verba.

Dilutio.

Ad aliud, ſecundum illam opinionem, quæ ponit intellectum eſſe eaſdem actiuam; dico, quòd modo habet potentiam remotam, tunc autem propinquam. Vnde ſicut intellectus eſt hic, & ibi, eadem natura; ita poſſe videre hic, & ibi, eſt eadem potentia: ſed modo eſt remota, tũc erit propinqua. Si autem eſt potentia paſſiua, & receptiua, tũc nõ requiritur lumen gloriæ.

Potẽtia intellectiua ſine lumine eſt potẽtia remota, nõ proxima

Nõ requiritur lumẽ gloriæ ad recipiendam viſionem

Vbi Scotus duo conſtituit ſecundùm duplicem ſentiendi viam, quam vtramque probabilem opinatur; nimirum quòd intellectus ſe gerat actiuè reſpectu viſionis; vel merè paſſiuè. Supposito quòd intellectus ſit merum ſubſtratum viſionis à Deo immiſſæ abſque elicitiua cooperatione facultatis viuæ; autumat Scotus, non eſſe neceſſarium habitum luminis; eò quòd in illa hypotheſi non exigatur, nec ad elicitiuum influxum viſionis, qui non congrueret intellectui in illâ ſuppoſitione: nec ad cauſalitatem materialem, ſiue diſpoſitiuam, ſiue receptiuam viſionis, quam ſeriò exploſimus in præcedentibus.

Scotus admittit probabiliter, quòd intellectus ſe gerat merè paſſiuè reſpectu viſionis.

Sed iſta ſentiendi via admiſſa, adhuc Scotus nihil contra fidem pronuntiaſſet; tum, quia ſcripta edidit ante Clementinam *ad noſtrum, de hæreticis* vt obſeruauit Coriolanus loco citato.

Dẽ ta li aſſertione adhuc perſtaret canon fidei

Tum vel maximè; quia ipſamet immiſsio viſionis, quæ fieret à Deo ſine concurſu intellectus, diceretur lumen gloriæ in eo ſenſu, quem contendit prædicta decretalis, agens contra hæreticos effutientes, intellectum ex naturæ viribus beari. In illa enim ſuppoſitione tantùm abeſſet, vt intellectus ex proprio conatu elicitiuo bearetur, quòd potiùs nil actiuum in viſionem conferret; ſed ſola gratia, & munificentia largitoris videret, ipſo actu viſionis à Deo donatus, dum merè paſsiuè ſe gereret intellectus. Et quòd talis interpretatio concinna ſit menti Scoti; liquet ex textu, quem appoſuimus *nu. marg.* 17. vbi vocat viſionem lumen quoddam perfectum.

Ipſa met viſio reſtringitur lumen gloriæ in illa hypotheſi

25 Si verò teneatur altera opinandi ratio, quæ defert vim actiuam intellectui reſpectu viſionis; quamque Scotus vt probabiliorem ſæpe ſuſtinuit. Tunc Scotus apertiſsimè aſſeueraret; intellectum orbatum habitu luminis, tantùm nanciſci facultatem remotã ſeu initialem ad viſionem; propinquam verò, ſeu completã ab habitu impreſſo luminis mendicare.

Legitima interpretatio Scoti.

Conſtituit enim in via, & in patria eãdem ſubeſſe facultatem natiuam intellectui ad inſpiciendum Deum; ea tamen diſparitate intercedente, quòd in via ſit remota, ſeu inchoata tantùm facultas; in patria verò completa, & adæquata, ob habitum complentem defectum potentiæ reſpectu obiecti ſupernaturalis: ſic interpretatur Scotum Hugo Cauellus in margine huius loci.

Intellectus orbatus lumine nãciſcitur poteſtatẽ nõ proximã, ſed remotã ad videndum Deum.

Hugo Cauellus

26 Tertiam Scoticæ mentis enodationem mihi aſſumo, *ex 3. ſent. diſt.* 14. *q.* 2 §. *Si autem quæratur, n. marg.* 5 vbi docet.

3. probatio ex Scoto

Si autem quæratur, vtrùm ſine tali habitu, vel lumine, quod dicatur (A) poſſit intellectus creatus, nõ tãtùm paſſiuè ſe habere ad talem viſionem; ſed etiã actiuè ad eliciendum tantam viſionem, & hoc æquè perfectam, ſicut eum, (A?)

Scotus

Hic ſupponendo vnum, quòd intellectus poſsit ſe habere actiuè reſpectu viſionis verbi, ſicut & actiuè ſe habet reſpectu intellectionis naturalis; inquantùm ſcilicet eadem potentia beatificatur, quæ eſt principiũ intellectionis naturalis, & ita inquãtum habens eandem rationem operandi circa vtrumq; obiectum.

Placitũ Scoti ſuppoſito influxu intellectus efficientis viſionem

Tunc poteſt dici, ſicut ad quartam quæſtionem diſtinctionis præcedentis dictũ eſt, quòd ſi eſt neceſſaria cõnexio cauſarum, &c.

Remittit ſe ad concurſum habitus charitatis cum voluntate

Sed quantum ad receptionem, de

qua

Scotus

Eſſe quod intellectus eſt ſemper a cauſa materiali viſionis, aſſeritur lumen de congruo.

Obſervatio 1. ex textu.

Altera obſervatio ex Scoto

Scotus

Deus ſupplere valet influxum charitatis

Ratio dubitandi

Reſpondet Scotus duplici ter.

qua eſt quæſtio modo propoſita, non videtur ſimpliciter neceſſarium concedere (A) prius perficere intellectum, quàm viſionem; ſed (ſi intellectus poteſt recipere duas perfectiones ordinatas, ſcilicet (A,) vt actum primum, & viſionem, vt actum ſecundum,) congruum eſt, vt illis perfectionibus ordinatè perficiatur: ſed vtraque abſolutè poſſet ineſſe ſine alia.

Vbi duo ex Scoto in præſenti litera obſeruanda occurrunt. Primum; inibi Scotum de congruo ſuſtinuiſſe habitum luminis, etiam ex hypotheſi, quòd intellectus merè paſsiuè ſe haberet reſpectu viſionis; quamuis talem habitum luminis non neceſſarium iudicauerit.

Alterum; in prædicto textu Scotum idem de habitu luminis aſtruere, quod de habitu charitatis autumarat *in quæſtion. 4. præcedentis diſtinctionis 13. eiuſdem libri tertij*, §. *Ad quartam quæſtionem dico, num. marg. 19.* Quæ verba exaranda ſunt, dum neceſsitatem habitus charitatis explanat reſpectu actus fruitionis; ſi quidem ab eis haurit Scotus, quid de neceſsitate luminis cenſendum ſit. Sic igitur habet textus.

27 *Ad quartam quæſtionem dico; quòd ſine ſumma gratia poſſet Deus conferre ſummam fruitionem creabilem huic animæ, ſicut procedit argumentum ad oppoſitum: quia gratia reſpectu fruitionis habet tantùm rationem cauſæ efficientis ſecundæ, & ita ſine ea poteſt fieri.*

Vtrum tamen voluntas iſta ſine gratia poſſit tantum agere, quantum eſt ex parte ſui ad ſummam fruitionem, quantum cum gratia? Dubium eſt. Suppoſito enim enim quòd obiectum fruibile ſit præſens intellectui, & voluntas, ſine omni habitu, præſente tali obiecto, poſſit actum fruendi elicere; ita quòd gratia non requiratur, niſi ad aliquam perfectionem fruitionis elicienda; ſicut aliqua cauſa partialis dans aliquam perfectionem effectui, non tamen dans voluntati aliquam cauſalitatem propriã ſibi, (immo volũtas cauſalitatem ſuã quãtùm ad potentiã propinquã, ſiue remotam, habet ex ſe.)

Tunc, aut ponitur neceſſaria connexio cauſarum ſecundarum, vt quòd aliqua cauſa principalis non poſſit cauſare determinatum effectum, ſine cauſa ſecunda determinata: ſicut quòd pater nõ poſſit agere ad eſſe filij vt pater, abſque hoc, quòd mater ageret vt cauſa ſecunda.

Vel ponitur, quòd Deus poſſit ſupplere cauſalitatem cuiuſcunque cauſæ ſecũdæ non ſupplendo cauſalitatem alterius cauſæ; & tunc poſſet ſupplere cauſalitatem matris, & relinquere patri cauſalitatem ſibi competentem, vt verè eſſet pater filij, licet nulla eſſet eius mater.

Si primum iſtorum teneatur; tunc dicendum eſt; quòd ad fruitionem tãtam, quãta poſſet elici à volũtate cũ ſumma gratia, nõ poteſt volũtas agere ſine ſumma gratia, licet poſſet illam recipere ſine ea.

Si autem ſecundum teneatur; tũc dicendum eſt, quòd Deus poſſet ſupplere actionem ſummæ gratiæ, vt volũtas ſine illa poſſet ſecũdùm cauſalitatem ſuã agere ad ſummam fruitionem; Deo ſupplente actionem gratiæ, vt cauſæ ſecundæ.

Tamen de potentia ordinata non poſſet voluntas Chriſti frui actiuè, ſiue elicitiuè ſummè, ſine ſumma gratia; quia ordinatũ eſt, vt cauſa prima, quæ nata eſt habere aliquã cauſam ſecũdam, non poſſit in effectũ ſummum illarum cauſarum, ſine tali actione cauſæ ſecũdæ. Similiter ordinatum eſt, vt nulla volũtas ſummè perficiatur actu ſecũdo ſummo, etiam vt recipiens, niſi habeat ſummũ actũ primũ; & ita nec poſsibile eſt de potentia ordinata, quod ſummè fruatur ſine ſumma gratia.

28 Hactenus Scotus; ex cuius verbis pronuntiata aliquot aruere licebit, quæ apprimè mentem eius, ac ſenſum referent. Primum; quod, æquiparat neceſsitatem luminis reſpectu viſionis, cum neceſsitate habitus charitatis reſpectu fruitionis; & ideò remittit ſe ad id, quod de habitu charitatis in præſenti textu conſtituit: cùm igitur Scotus Catholicè fateatur habitus charitatis exiſtentiam; fit inde, vt habitus luminis gloriæ aſſertionẽ apertiſsimè tueatur.

Conſiderandum ſecundò; comparaſſe habitum, & potentiam, prout inter ſe connectuntur ad cauſalitatem ſupernaturalem, cum patre, & matre, ad generationem prolis; quo præmiſſo

1. ratio ſentiendi

Altera via ſuſtinendi neceſſitatē habitus ſupernaturalis

Reſp. iuxta 1. viam

Satisfactio iuxta 2. modũ dicendi

Aſſeritquòd de lege ordinaria ſit impoſsibile ſũma fruitio eſſe ſine ſumma gratia

Cõmentarij textus præcedentis.

Pronũtiatũ Scoti

Alterũ pronũtiatũ æquiparat cõpoſitionẽ habit⁹ infuſi cũ coitione maris, & fœminæ.

duas

duas opinandi rationes inſinuat.

2. ratio ſentiendi

Prima eſt; quòd in cauſis per ſe ſubordinatis nequeat altera concauſa ſine alia operari; vt quod pater non poſſit agere ad eſſe filij ſine concurſu matris. Et iuxta placitum iſtud conſequenter pronuntiat; quòd potentia ſine habitu nequeat ſupernaturalem influxũ adire; ac proinde, quòd voluntas non poſſit agere ſine charitate, nec intellectus ſine lumine gloriæ.

Altera opinio pro aſſertione habitus luminis de facto.

Altera ſentiendi via aſſeuerat; quòd Deus ſupplere valeat cauſalitatem cuiuſcunque cauſæ ſecundæ, non ſupplendo influxum alterius concauſæ; verbi gratia, quòd præſtet ſe ipſo Deus cauſalitatem matris relinquendo patri neceſſarium influxum, vt verè, & propriè filij pater habeatur. Et iuxta iſtud placitum, poſſet Deus ſupplere influxum habituum charitatis, & luminis gloriæ; ſuperſtitibus cauſalitatibus facultatis intellectiuæ, & volitiuæ.

Ne tamen aliquid faceſſant negotij, vel excitent ſcrupulum. Illa pronuntiata Scoti. *Scotus*

Suppoſito quòd obiectum fruibile ſit præſens intellectui, & voluntas ſine omni habitu (præſente tali obiecto) poſſit actum fruendi elicere; ita quòd gratia non requiratur, niſi ad aliquam perfectionem fruitionis eliciendæ.

Fruitio abſtracto, addit elicendi vt explicare videatur ex textu Scoti

Obſeruetur. Quòd, vt liquet ex ſequenti contextu, (vbi neceſsitatem charitatis ad fruitionem eliciendam non ad melius eſſe, ſed neceſsitatem ſimpliciter æſtimauit; dum compoſitionẽ voluntatis, & charitatis ad impulſum ſupernaturalem æquiparat coitioni maris, & fœminæ ad generationem prolis) manifeſtè colligitur, quòd, quando aſſeuerauit; quòd voluntas habeat vim propinquam ad fruendum, non tamen ad aliquam perfectionem fruitionis eliciendæ; ibi nomine huius perfectionis totum gradum intrinſecum ſuperna turalitatis inſinuet, quem, pro tota ſubſtantia actus, voluntas à ſupernaturali comprincipio mendicat. Ita vt volũtati ſolùm adſcribat vim initialem proximam in ordine proprio principij vitalis; id enim ſonant illa verba. *Non tamen dans volũtati aliquã cauſalitatem propriam ſibi.* Inficiatur ergo Scotus, *Scotus* quòd virtus, quæ propria, & natiua eſt, (nimirum facultas viuens) trahatur ab habitu; non tamen, quòd voluntas non egeat virtute aduentitia ſupernaturali ad ſimpliciter, & adæquatè poſſe intra ſeriem agentis ſupra totum ordinem naturæ; licet naturæ ſuppetat vis initialis ad actum ſupernaturalem. In quo ſenſu Scotus à nobis explanatus, in *præcedenti ſubdiſt. ar. 1.* de potentia obedientiali actiua, *ſub n. marg. 24.* docuit; *quòd nihil poteſt agere in quocũq; ordine agendi, niſi propria virtute.* *Scotus*

Ex dictis liquet; nunquam in Scoti mentem aduenisſe, quòd voluntas queat ſine charitatis habitu, fruitionis actum elicere, aut ſine habitu luminis intellectus Deum intueri; cùm potiùs aſſeueret, neceſſariũ eſſe, ſupplere Deũ influxum habitus per ſpeciale auxilium, vt potentia ſine habitu actum ſupernaturalem attingere valeat: quod exemplo Scoti luculenter aperitur. Quia ſicut pater ſine concurſu matris non poſſet generare filium, niſi per ſpeciale auxilium Dei ſupplentis cauſalitatem matris; ita abſque peculiari auxilio præſtante cauſalitatem habitus, non valeret potentia elicere actum ſupernaturalem. *Corollarium expromiſſi*

Ex preſſiſſimis Scoti pro adiutariũ pro aſſertione habitus luminis de facto Scotus

At, expreſſiſsimum teſtimonium de exiſtentia luminis pete ab Scoto in *q. 3. prologi, §. ſed dubiũ eſt. ſub n. marg. 24.* vbi inquit.

His diſtinguendũ eſt, de Theologia in ſe; & vt eſt habitus perficiens intellectum creatum beatum. Primo modo eſt de omnibus ſcibilibus; quia omnia alia nata ſunt ſciri virtute primi obiecti Theologici. Secũdo modo dico; quòd poſsibile eſt, eam eſſe de quocũq; immò & de omnibus ſcibilibus, quia ſcibilia nõ ſunt infinita, de facto autem non habet limitationem, niſi ex volũtate Dei oſtendentis aliquid in eſſentia ſua; & ideò actualiter Theologia eorũ eſt de tot quot voluntariè Deus oſtendit eis, in eſſentia ſua.

Inibi enim Scotus exiſtentiam habitus luminis candidè recipit; eum habitum Theologiæ beatorum indigitans, per quem beati creaturas in eſſentia Dei inſpiciant. Quem textum expendimus infra in hac controuer. 9. de *Viſione Dei, diſt. 3. ſubdiſt. 2. art. 4. ſub numer. 38.* & magis ex inſtituto, in *eõtrouerſ. 11. de ſcientia Dei, diſt. 1. ar. 2. à numer. marg. 10. vſque ad 15. incluſiuè.*

Et ne cauſeris; habitum illum, quem

Sco-

Cauſa præ-aſſeritis Scoti

Scotus appellat habitum Theologiæ beatorum, alium eſſe ab habitu luminis. Reconueniri poteris ex illis expreſsis verbis Scoti pronuntiantis, huiusmodi habitum elicere viſionem creaturarum in eſſentia Dei; cùm habitus producens intuitionem creaturarum, non in ſe ipſis, ſed in eſſentia Dei, alius eſſe nequeat ab habitu luminis gloriæ. Adi loca citata; vbi eadem Theologiæ phraſi vſus Scotus; eò pronuntiat, contradicere Deo ſcientiam creaturarum quæ Theologica non ſit; quò iuxta familiarem loquutionem Scoti, eam vociter Theologicam ſcientiam creaturarum, quæ ſpectet creaturas in eſſentia Dei, & ex intentionali motione Deitatis, & non in ſe ipſis.

Scotus ab aduerſariorum vellicationibus circa exiſtentiam luminis vindicatus.

29 NEC Operoſum erit Thomiſtarum oppoſitiones proſternere. Ad primam *ex num.* 12. reſpondetur, quòd etiam ſuppoſita opinione, quæ denegat intellectui, influxum elicitiuum viſionis, non ſequitur, intellectum ex puris naturalibus Deum inſpicere poſſe, ſed ex ſupernaturali dono, nimirum immiſsione formæ, quæ à Deo ſine naturæ influxu præſtaretur, vt ſatis ſuperq; oſtendimus.

Dilutio oppoſitionis 1.

Adde; ſuppoſita prædicta opinione tantùm inferri, lumen gloriæ non eſſe neceſſarium, non verò de facto non dari; potuiſſet enim Deus hoc dono naturam intellectualem ditare, eſto quòd illud nõ exigeretur ad viſionem elicié dam; vt obſeruauimus, *num.* 26. ex Scoto, *in 3 ſen. diſt.* 14. *quæſt.* 2. §. *Si autem quæratur.*

Aliare ſp.

30 Ad ſecundam oppoſitionem, *ex numer.* 13. reſpondetur, quòd inibi Scotus vnum definiuit; & alterum ſub problemate reliquit. Aſſertiuè enim conſtituit; intellectum non poſſe ex naturæ viribus beari; & ſub problemate inſinuauit; an donũ illud, quod ad clarã Dei intuitionẽ expoſcitur, permanẽter inſideat mẽti in actu primo intrinſeco? Vel ſit quid extrinſecũ ad actuale exercitiũ viſionis collatum? Licet autem in loco illo, quem refert oppoſitio, Scotus habitum luminis apertè nõ tradiderit: eum tamen expreſsè aſſerit paulò infra in textu, quem expendimus, *n. margin.* 24. & 25.

Ad 2. oppoſitionem reſpondetur

Sed inſtabis; non liberari Scotum à nota, quam illi inurere videntur illa verba. *Nec requiritur lumen propter receptionem viſionis, vt dictum eſt; vnde minus mihi videtur neceſſe ponere lumen, quàm ſpeciem.* Cùm tamen conſtans, & indubitatum ſit, Scotum non admiſiſſe ſpeciem impreſſam, quæ fœcundet intellectum ad viſionem beatificam, aut intuitiuam; licet eam probabiliter ſuſtineat ad claram viſionem abſtractiuam, quam concedit Angelis.

Vrgent rationes contra Scotum

Scotus

Reſpondetur; quòd inibi, dum Scotus neceſsitatem ſpeciei impreſſę præfert neceſsitati luminis; procedit in eo Theologorum ſenſu, qui autumarunt, intellectum merè paſsiuè beari. Qua opinione data, minus neceſſarium eſt lumen gloriæ diſtinctum ab ipſo actu viſionis. (imò nullatenus eſſet neceſſariũ) quàm neceſſaria eſſe poſſet ſpecies impreſſa, (non in eadem opinatione, quæ tutaretur, intellectum merè paſsiuè beari; quia in iſta via ſentiendi, ita otioſa eſſet cauſalitas ſpeciei impreſſæ, ſicut & immiſsio luminis diſtincti ab actu viſionis,) ſed in communi ſententia, quæ aſſeuerat, beatum effectiuè concurrere ad viſionem. Qualiter autem, data opinione, quòd beatus merè paſsiuè ſe gerens beetur; adhuc ſuſtineatur Catholica aſſertio de exiſtentia luminis gloriæ, ſumpto lumine pro eodem actu viſionis; oſtendimus ſuprà ex Aureolo, *in art. præſenti ſub num.* 4. à nobis tranſcripto.

Eatenus

Infringitur altera pars oppoſitionis

Ad alteram verò partem oppoſitionis, quæ contendit; Scotum oppugnaſſe probationem, cui imititur communis ſententia ad conſtituendum habitum luminis. Reſpondetur, tantùm reſpuiſſe neceſsitatem luminis ex parte obiecti; ea ratione, qua potentia viſiua expoſcit lumen ex parte obiecti; nõ verò iuiſſe inficias neceſsitatem luminis gloriæ ex parte potentiæ, ob potentię defectum: talem enim potentiæ in-

te-

tellectiuæ defectum reſpectu obiecti beatifici expreſsè agnouit, *in 1 ſenten. diſtinct. 3 quæſt. 8. §. Reſpondeo quòd pars intellectiua, numer. margin. 2* quem textum expendimus in præcedenti ſubdiſtinctione, *ar. 3. à num. 10. vſque ad 13.*

Reſp. ad 3 oppoſitionē. 31 Ad tertium teſtimonium Scoti tranſcriptum *ſub numer. 14.* reſpondetur; quòd tantùm inibi agit; quòd ſuppoſita immiſsione habitus luminis, intellectus connaturaliter videret Deū eò quòd viſio ſit connaturalis intellectui informato habitu luminis. Cæterùm quod Scotus profeſſus ſit intrinſecam ſupernaturalitatem habituum per ſe infuſorum; enucleatè oſtendimus, *in præcedenti ſubdiſtinctione, ar. 2. n marg. 16.*

Alia reſp. ad mittenda in ſupernatura litate expa te agentis Si autem in teſtimonio oppoſito, tanquam probabilem admiſiſſet opinationem eorum, qui adſcribunt habitibus infuſis ſolam ſupernaturalitatem ex parte agentis, nil à fide diſſentiens docuiſſet; vt liquet ex obſeruatis ſupra in citato *ar. 2 n 16.*

Reſp. ad 4 vz. 32 Ad quartum argumentum; quòd ibi non procedit ex propria ſententia; quia paulò inferius. §. *Si autem quæratur, numer. margin. 5.* ex propria mente ſe remittit *ad quæſt. 4. diſtinct. 43.* vbi de charitate agit, oſtenditque, idem ſentiendum eſſe de habitu luminis gloriæ; vt liquet ex dictis, *numer. marg. 26.*

Ad arg. 5: atisfatio Ad quintum teſtimonium, *ſub numer. 16.* patet ſimiliter; quia ſumitur ex eodem loco, vbi ſolùm Scotus procedit diſputando; & paulò infra in eadem quæſtione, §. *Si autem quæratur.* pronuntiat idem ſentiendum eſſe de lumine ac de charitate.

Ad inſtātia tetitā ex cō equētia ad rine in bi ſitu charit li. Ad inſtantiam verò de habitu charitatis, quæ Scotum vrget, eò quòd in doctrina conſtare non videatur; dum Catholicè habitum charitatis conſtituens, circa habitum luminis nutare appareat; cùm tamen eadem ſit vtriuſque habitus ſupernaturalis neceſſitas.

Theodorus Smiſing. Reſpondetur cum Theodoro Smiſingio profeſſore Louanienſi, *in ſuo opere citato de Deo vno, tractat. 2. diſp. 6. de Inuiſibilitate Dei, quæſtion. 4 numer. margin. 97 in fine*: vbi expendit rationem, cur voluntati concedatur habitus intrinſecus, nimirum charitas; intellectui verò non ita, ſed ſolùm auxilij concurſus, & eleuatio, ſupernaturalis tamen quoad ſubſtantiam?

Cur immiſſio habitus charitatis nō cēſeatur exiſtentiam habitus luminis Cuius ratio eſt; quia charitas non immittitur præcisè propter eleuationem potentiæ appetitiuæ, ſed vt ſit forma iuſtificans: ac proinde debet eſſe habitus qualificans ſubiectum. Illo tamen habitu ad munus iuſtificandi cōpoſito vtitur Deus tanquā principio beatifici amoris, qui tamen vi ſolius cōcurſus ſupernaturalis elici potuiſſet; ſicut & de facto abſque vlla temeritatis nota aſſeuerari poteſt, viſionem ab habitu luminis non prodire. Quare ſpectata tātùm ratione principij actus ſupernaturalis in charitate, & præciſa cauſalitate formæ iuſtificātis; non eſſet magis neceſſaria impreſsio habitus charitatis, quàm habitus luminis; quòd demonſtrat apertè Scotum à doctrinæ conſequentia nō deficientem.

Excutitur 6. oppoſitio. 33 Ad ſextum argumētum; quòd ibi Scotus tantùm explodit neceſſitatem luminis ex parte obiecti; ſicut in obiectis materialibus expoſcitur lumen intellectus agentis realiter diſtinctum ab ipſamet vi motiua obiecti, quæ ex ſe improportiōnata eſt ad immittendam ſpeciem, & imaginem ſui in intellectu. Non tamen ex eo colligitur, reſpuiſſe Scotum lumen ex parte potētiæ ſupplens defectum intellectus reſpectu actus viſionis, quem expreſsè agnouit; vt oſtendimus ſupra.

Ad vltimā oppoſitionē. 34 Ad vltimam obiectionem, *ex numer. 18.* patet ſimiliter; inibi enim Scotus agit in obiecto beatifico eam rationem luminis, quæ reſpondeat intellectui agenti, qui ſupplet improportionem obiecti materialis; quatenus id, quod non eſt in actu, ſed ſolùm in potentia intelligibile, fit actu intelligibile per lumen intellectus agentis, qui immediatè euehit phantaſma ad productionem ſpeciei impreſſæ. Non tamen explodit Scotus neceſſitatem luminis, (non inquantùm ſupplet materialitatem, vel improportionem obiecti ad motionem intentionalem;) ſed inquantùm ſuppeditat principium ſupernaturale ex parte potentiæ.

Scotus Vnde ille textus qui nobis opponitur: *Quòd non requiritur aliud lumen ab ipſo obiecto, quando obiectum ſup-*

Scotus

ples ſufficienter vicem luminis; quod enim in intellectione naturali lumen ſit aliud ab obiecto, hoc eſt ex imperfectione obiecti. Manifeſtè oſtendit, confutaſſe Scotum neceſsitatem luminis, quæ reſpondeat functioni intellectus agentis. dum tollit improportionem obiecti, non verò vt eleuat potentiam ad ſeriem principij proportionati ſupernaturalis; ablegat igitur Scotus neceſsitatem luminis, per quod conſtituatur Deus proximè viſibilis intelligibilitate actuali tenente ſe ex parte obiecti, itaut lumen ſuppleat motionem intentionalem ipſius Dei.

Abigit Scotus neceſsitatem luminis gloriæ ingnaturalis reſpondet functioni intellectus agentis in natura

Quod liquet ex verbis eiuſdem cõtextus tranſcriptis, *ſub n. 17. In intellectione naturali lumen præcedens viſionem requiritur propter imperfectionẽ obiecti, quod vel non eſt de ſe actu intelligibile, ſed per intellectum agentẽ, qui eſt lumen, fit actu intelligibile, quod eſt potentia intelligibile, vel ſe actu eſt intelligibile nõ eſt per ſe ſufficiẽs ad mouẽdũ intellectum ad actũ ſecũdũ. Neutrũ iſtorũ eſt in propoſito, quia eſſentia diuina eſt tuæ ſummæ ex ſe, & de ſe intelligibilis, & de ſe perfectiſſimè motiua intellectus; ergo nullum lumen requiritur cooperatiuum ſibi.* Quæ verba euidẽter meo iudicio demonſtrant, Scotum expugnaſſe actualẽ exiſtẽtiam, vel neceſsitatem illius luminis, quod ſe gerit ex parte obiecti tanquam ſpecies impreſſa; qua ratione aſſeritur à Vazquio & alijs.

Scotus

DISTINCTIO SECVNDA

DE PRINCIPIO VISIONIS ex parte obiecti.

Proceſſio tractationis.

SERIE, Et ordine doctrinæ, præcedenti diſtinctioni de principio viſionis ex parte potentiæ annectitur diſcuſsio de principio notitiæ iſtius ſupernaturalis, quod ſpectatur ex parte obiecti; de quo primò occurrit.

ARTICVLVS I.

Vtrùm de facto detur ſpecies impreſſa creata? An verò Deus ſe ipſo ſuppleat vices ſpeciei impreſſæ?

SVMMARIVM.

Præmittitur ex Scoto, eſſe impoſsibile medium in quo diuinæ intuitionis. Num. 1.

Opinio eorũ, qui de facto ſpeciẽ impreſſam creatam aſſeuerant. Num. 4.

Quorũdam Thomiſtarum ſententia, qui cauſalitatem eſſentiæ diuinæ ſupplentis creatam ſpeciem non eſſe effectiuã pronuntiant. Num. 10.

Aliorũ placitũ, qui autumant, eſſentiã diuinã ita creatæ ſpeciei vices adire vt creatæ mẽti illabatur in vtroq; genere cauſæ efficientis & formalis. N. 11.

Speciei impreſſæ functiones ex Scoto aperimus, & apparamus fundamenta ad veram ſententiam. Nu. 13.

Authoris mens ſtabilitur, & ſuadetur. Num. 26.

Imus obuiã oppoſitis fundamẽtis. N. 32

tituens de facto ſpeciem impreſſã creatam, aliis eiuſdem Vazquez probationibus, ſuadetur ſic.

1. ratio, ex connaturalio ri ratione agendi per ſpecie creatam.

Quia, eſtò quòd Deus ſe ipſo functiones creatæ ſpeciei ſupplere poſſet; ſemper tamen accommodat ſe cõnaturaliori cauſalitati cuiuſlibet agẽtis creati, ſiue intra, ſiue ſupra totius naturæ metas. Sed cõnaturaliùs elicit actionẽ quodlibet agẽs, ſiue naturale, ſiue ſupernaturale; dũ intrinſecè cõponitur alteri comprincipio, ſiue cõcauſæ: quàm dũ extrinſecè tãtùm completur in ratione adæquati principij illius influxus, quẽ elicit. Ob id enim immiſsionem habitus luminis aſtruimus propter connaturaliorem operandi rationem; aliàs enim æqua libra, & habitus luminis per Dei facultatem exequentem ſupernaturalem ſuppleretur de facto; quod eſt aduerſum ſeriei agendi, & ordinariæ diſpoſitioni diuinæ prouidentiæ, quæ exigit, vt Deus ſe ipſum vice creati agentis non ſufficiat, ſi agenti creato vires ſuppetant ad talia producta.

Obiicitur, de connaturaliori fœcũditate potentiæ per ſubſtãtiã obiecti expediti ad influxũ intentionalem

5 Si verò occurras; connaturaliori ratione fœcundari intellectum à ſubſtãtia obiecti, quando ex ſe expedita eſt ad cauſalitatem intentionalem adeundam, quàm ab ſpecie, quæ eſt ſemen vicarium obiecti: quamobrem intellectum Angeli ad apprehenſionem propriæ ſubſtantiæ non vti miniſterio ſpeciei.

Inuretitur eſſentia abſimilitudine in influxu intentionali Deitatis, & ſubſtantiæ Angelicæ

Contra; quia licet ſubſtantiæ Angeli, quatenùs quidditas illius eſt, deferri queat immediatè vis ad immutandum proprium intellectum, & ad exprimendam notitiam eiuſdem Angeli; attamen ſubſtantiæ Dei, quã Deitas eſt formaliter, tribui nequit vis illa ad pariẽdam imaginem ſui in intellectu creato: eò quòd nihil influat ad extra Deus, quia eſt, ſed quà vult; ſeu (quod in idem recidit,) non operetur prout refert formam Deitatis, quæ in Deo non eſt conceptus liber, ſed prædicatum neceſſarium, quare tantùm producit ad extra quatenus ſubit decretum liberum, quod Deo ineſſe, aut abeſſe, queat.

Negatur, ei quod obſtet Deitati quà Deitas eſt, influxus intentionalis.

Atqui ſi Deus ſe ipſo gereret vices ſpeciei, non operaretur quatenùs vult ſed quatenùs eſt; eòquòd nulla actio intentionalis excidatur ab obiecto liberè ſed marè naturaliter & neceſſariò; igitur aut cõcedẽda eſt actio neceſſaria Dei ad extra; aut aſſignanda ſpecies impreſſa creata.

2. ratio expõdens, munia ſpeciei impreſſæ minùs naturaliter ab obiecto exhiberi

6 Secũdò arguitur; ex functionibus quas obit ſpecies impreſſa; quæ minus cõnaturaliter exhibẽtur ab obiecto ſubfectovice ſpeciei. Quia in primis ad partes ſpeciei ſpectat aſſimilare intentionaliter potẽtiam ipſi obiecto: intellectus enim antequãlactu pariat notitiam, ſiue ſpeciem expreſſam, præſupponitur aſſimilatus intelligibiliter obiecto, ſeu in gradu unitatis & ſicuitatis intelligibilis cũ obiecto. Quã vnicatẽ ſeu cõueniẽtiã intẽtionalem inter potẽtiã apprehẽſiuã & obiectum, quæ ante it productionem verbi, ſeu ſpeciei expreſſæ, immediatè præſtat ſpecies intelligibilis, quàm obiectum; cùm obiectum conuenientiam intentionalem tantùm remotè, & mediatè nanciſcatur, propter ſpeciem quam virtualiter præhabet, ſpecies verò intelligibilis immediatè & proximè, vt potequæ à ſua ratione formali.

Satisfactio pro cõmuni ſententia

7 Si autem reſpõdeas; id eſſe verũ in obiectis materialibus, quæ non habent vim adæquatam, ſed tantùm initialem & inchoatam ad cauſalitatem intelligibilem; non verò in obiectis immaterialibus, quibus per ſuam ſubſtãtiam adeſt adæquata & expedita vis ad immutandum intellectum.

Subtilis excurſio cõtra præmiſſa.

Cõtra; quia cõiũctio intẽtionalis inter potẽtiam & obiectũ, quã præſtat ſpecies impreſſa, magis immediata eſt ſpeciei, quæ eſt ipſamet forma, qua media intellectus trahit ad ſe res, ſiue obiecta & fit idem cũ obiectis in eſſe repreſentatiuo, quã obiecto ipſi; cuius ſubſtãtia tãtũ præſtare poteſt immediatè coniũctionẽ entitatiuã, nõ verò intẽtionalẽ. Quò fit; vt licet Deitas, á ſe ipſa, ratione ſuæ immenſitatis, nanciſcatur coniũctionem entitatiuam cum intellectu; cõiunctionem verò intẽtionalem præſtet media illa forma creata, quæ, à ſua quidditatiua ratione, ſit ipſamet expreſsio, vel imago intentionalis, inter potentiam apprehendentem, & obiectum apprehenſum intercedens.

Ita connaturalius contrahi cõmunitatẽ partic. per formam inhærentem

8 Nec connaturaliùs præſtat obiectũ aliud munus ſpeciei; quòd eſt cõtrahere vniuerſalitatẽ & indeterminationẽ potẽtiæ ex ſe valẽtis ad plura obiecta, ab intrinſeco q; indifferẽtis ad pariendã notitiam huius, vel illius obiecti.

Quia quæcunq; potentialitas, & inde

terminatio connaturalius contrahitur à forma intrinseca: quàm extrinseca. Sed species creata componentum per intrinsecam inhærentiam; esse verò Dei tantùm per extrinsecam assistentiam, seu indistantiam entitativam; igitur,

Vltima ratio, eò quod species intelligibilis recipi debeat in intellectu

9 Vltimò arguitur; quia species intelligibilis ex sua ratione exposcit recipi in intellectu, vt ex illa & intellectu fiat vnum simpliciter, tanquam ex materia, & forma intelligibili. Sed essentiæ diuinæ contradicit quodlibet genus vnionis per quod ex ipsa, & ex aliqua potentia creata constituatur vnum simpliciter; aliàs enim suppleret genus causæ formalis, & componeretur cum aliqua potentia creata, quod est implicatorium igitur essentia diuina non gerit vices speciei intelligibilis.

Duæ aliæ sententiæ oppositæ circa immediatum influxum Deitatis in visionem beatificam.

10 CÆterùm; nec inter Theologos, qui essentiam diuinam immediatè coniungi beatorum mentibus, opinatur; adhuc constat concursus, & causalitas, quam adeat circa visionem.

Opinio Bañez, quod Deitas cõcurrat ad visionem in genere causæ efficientis

Prima enim opinio asseuerat; causalitatem essentiæ diuinæ respectu visionis non esse effectiuam, sed tantùm formalẽ ac proinde consistere in quadam coniunctione ineffabili, qua substantia Dei tãquam forma quædam à se ipsa summè intelligibilis, beatorum mẽtibus illabatur semotis tamẽ imperfectionibus cõpositionis, & inhæret. Ita Domin. Bañez, *1 p. q. 12. ar. 2. dub. 2. Circa tertiã conclusionem*, quam etiam tribuit D. Thomæ, & probatur sic.

Bañez

Arg. Bañez. quod obiect. Deitas est principium quasi a (vt quo)

Quia, si essentia diuina concurreret in genere causæ efficientis ad visionem impendendo munus speciei intelligibilis influeret vt principium (*quo*) nimirum per modum formæ intentionalis fecundantis intellectum, & complentis illum in ratione principij (*quod.*) Sed esse principium (*quo*) inuoluit imperfectionem repugnantem diuinæ naturæ; principium enim formale (*vt quo*) alicuius actionis refert subordinationem & dependentiam à principio (*quod*) tanquam à principali agente, quod per ipsum principium (*quo*) operatur, tanquam per formam habitam. Igitur cùm intellectus actuatus essentia diuina sit principium (*quod*) si essentia Dei esset principium formale (*quo,*) subijceretur intellectui: quod nullatenus sustinendum est cùm maximam redoleat imperfectionem.

Sententia D. Thomæ, & communis de indistantia Deitatis ad intellectum creatum in genere causæ formalis intrinsecæ. S. Thomas. Capreolus. Soto. Ferrariensis. Raph. Auers. &c.

11 Altera opinio astruit; esse Dei coniungi intellectui creato in vtroque genere causæ, efficientis nimirum, & formalis. S. et D. Thomas, *1. p. q. 12. ar. 2. præcipuè ad tertium*, quem sequuntur Capreolus, *in 4. dist. 49. q. 5. conclusione 2.* Soto *ibidem quæst. 2. art. 3.* Ferrara, *3 contra gentes, capit. 51.* & alij Thomistæ communiter. Et ex recentibus Scholasticis tutatur prædictam sententiam Raphael Auersa de qua infra *sub numer. margin. 30.* quæ opinio, quantùm ad vnam partem de causalitate effectiua, infra firmanda est rationibus nostræ conclusionis; quoad alteram verò de causalitate formali, suadetur sic.

1. ratio pro sententia Thomistarum

Primò; quia essentia diuina, vt supplet munus speciei intelligibilis, constituit intellectum beati proximè valentem ad videndum Deum; sed nequit constituere illum proximè, & adæquatè potentem ad visionem, nisi veniatur in ratione formæ intelligibilis, sublatis imperfectionibus compositionis, & dependentiæ, quas forma creata inuoluit; eò quòd omnino inintelligibile sit, quòd per comprincipium absolutè extrinsecè, valeat constitui intellectus potens, siue transiens de non esse potentis ad esse potentis videre Deum. Transiret enim à contradictorio denominationis ad contradictorium, non facta mutatione intrinseca in intellectu in actu primo completo ex parte obiecti ad visionem beatificam.

Instatur vltra.

Nec valet dicere, quòd datur mutatio in actu secundo visionis, quæ respondeat speciali compositioni Deitatis cum intellectu in genere causæ efficiẽtis; scilicet repræsentatio Deitatis, quæ cõnexa est in quarto modo per-

sei-

ſeitatis, cum Deitate gerente munus ſpeciei.

Quia, ſicut intereſt realis diſcretio, ac proinde & ſeparabilitas inter actum primum, (vt referę virtutem obiecti, proximè apparatam actioni,) & inter actum ſecundum; ita potuiſſet Deus, de abſoluta potentia, complere intellectum in actu primo per eſſentiam ſuam coniunctam vice ſpeciei; & denegare influxum ad actum videndi. Si ergo actus primus tenens ſe ex parte obiecti non importaret vnionem intrinſecam Deitatis ſupplentis munia ſpeciei; fieret, vt intellectus abſque additione formæ intrinſecæ, tranſiret à contradictorio ad contradictorium denominationis ex parte virtutis obiecti in actu primo.

Affirmatur eòquòd abſque vnione formali inſubſtat vnio efficiua Deitatis in ratione principij particularis

Præterea; quia ſi eſſentia diuina tantùm coniungeretur mentibus beatorum in genere cauſæ efficientis; non appareret aliqua peculiaris ratio influxus, vel ad operandum compoſitio cum intellectu creato, ob quam aſtrueretur, obire per ſe ipſam munus ſpeciei intelligibilis. Sequela probatur; quia vnionem ſiue aſſiſtentiam effectiuam adit Deus reſpectu cuiuſlibet agentis creati: igitur, ſi non apponat coniunctionem formalem, inquantùm peculiare comprincipium viſionis beatificæ, non apparebit ea cõpoſitio ad influxum, ob quam valeat gerere vices ſpeciei impreſſæ.

a. ratio, eòquòd vnio formalis de puarriqueat ab imperfectionibus.

12 Secundò; quia ſi obſtaret eſſentiæ diuinæ huiuſmodi cauſalitas formalis; maximè quia imbibit eſſentialem imperfectionem. Atqui ab iſto modo cauſandi imperfectio remoueri valet, ita vt Deo non obſtet; ſicut de facto perſonalitas verbi diuini terminat naturam humanam, ſemotis imperfectionibus compoſitionis, & dependentiæ: ergo ſimiliter eſſe Dei valet, ſublatis imperfectionibus, illabi mentibus beatorum in genere cauſæ formalis.

Functiones ſpeciei impreſſæ ex Scoto enodantur; & ſubſternuntur fundamenta ad veram ſententiam.

13 VT Conſtare queat, qua ratione ſubeat Deus munia ſpeciei; illius cauſalitas breuiter referanda eſt; quod præſtat fœliciter Scotus, *in 1 ſen. diſt. 3. q. 7. §. concurrunt ergo iſta duo, num. marg. 22.* vbi ſic habet.

Scotus

Si arguitur contra iſtud; quòd in cauſis talibus eſſentialiter ordinatis, neutra eſt perfectio alterius; ergo ſpecies intelligibilis non erit forma ipſius intellectus.

Oppoſitionis cõtra influxum intentionalem ſpeciei impreſſæ

Similiter ad idem, ſi ſit perfectio intellectus, & totum hoc ſit ratio agendi; ergo vna operatio, vt pote intellectio, non habebit vnam formalem rationem agendi, ſed erit ab ente per accidens, quale eſt hoc totum, intellectus habens ſpeciem. Quod eſt inconueniens; quia quidquid non eſt per ſe ens, non per ſe eſt ratio formalis agendi.

14 *Reſpondeo ad primam; accidit ſpeciei, (inquantum eſt cauſa partialis reſpectu actus intelligendi cum intellectu, vt cum alia cauſa partiali,) quòd ipſa perficiat intellectum, quia & ſi perficiat eum, nõ dat tamẽ intellectui aliquã affluxilitatem pertinentem ad cauſalitatem intellectus.*

Diuiſio 1. obiectionis.

Exemplum; potentia motiua in manu poteſt vti cultello, inquantum acutã eſt, ad diuidendum aliquod corpus; iſta acuties, ſi eſſet in manu, vt in ſubiecto, poſſet manus vti ea ad cãdem operationem. Et tamẽ accideret manui, inquãtùm in ea eſt potentia motiua, quòd in ea acuties eſſet, & è conuerſo; quia acuties nullam perfectionem daret manui pertinentem ad potẽtiam motiuã. Quod apparet, quia æquè perfecta eſt potentia motiua ſine tali acutie; & ita eodem modo vtitur ea quando eſt in alio coniuncto manui, vt cultello, ſicut vteretur ea, ſi eſſet in manu.

Inſtãs. Si ſpecies ſit inhærentiæ, quæ accidit ſpeciei impreſſæ vt principio cognitionis, quòd eponatur intellectui in genere cauſæ formalis.

Si ſpecies ſit inhærentiæ, poſſet agere intentionaliter.

15 *Ita in propoſito, ſi ſpecies poſſet eſſe inexiſtens intellectui abſque inhærentia per modum formæ; ſi iſto modo*

Scotus

inexiſtens eſſet ſufficienter coniuncta intellectui, poſſēt iſtæ duæ cauſæ partiales, intellectus, & ſpecies, coniunctæ ſibi inuicem, in eandem operationem, in quam modo poſſunt quando ſpecies informat intellectum.

Cū formatur in cauſalitate obiecti abſque inhærentia.

Quod etiam apparet; ponendo aliquod intelligibile præſens ſine ſpecie. Illud enim obiectum eſt cauſa partialis, & non informat intellectum, qui eſt altera cauſa partialis; ſed iſtæ duæ cauſæ partiales approximatæ abſq; informatione alterius ab altera, per ſolā approximationem debitam, cauſant vnū effectum communem.

Ad 2. obiectionem ſatisfactio.

16 *Per idem patet ad ſecūdū; quia in vnoquoq; ordine cauſæ oportet ponere reſpectu vnius effectus vnam per ſe cauſam; & vnam per ſe rationem cauſādi. Ita intellectus in ſuo ordine cauſalitatis eſt vnus, & habet vnam formalem rationem cauſandi; & ſpecies, vel obiectum, in ſuo ordine cauſandi eſt vna cauſa, & habet vnam rationem cauſandi.*

In cauſis eſſentialibus non requiritur alia vnitas, quā ſympathia ad agendum.

Sed non oportet talē cauſam, prout complectitur omnes cauſas partiales, habere vnam rationem cauſandi, niſi vnitatem ordinis; quia ſi cum vnitate ordinis concurrat vnitas præcedens, hoc accidit: ſed vnitas ordinis eſt per ſe.

Fulcitur appoſita inſtantia cōpoſitionis ad agendū in Sole & patre, reſpectu prolis.

Exemplum; Sol in ſuo ordine cauſandi habet vnā rationē cauſandi reſpectu prolis; & pater in ſuo ordine cauſandi eſt vna cauſa vnius rationis; ſed cauſa totalis, quæ complectitur patrem, & Solem, non habet aliquam vnam rationem formalem cauſandi, ſicut nō eſt vna cauſa, niſi vnitate ordinis.

Si autē ſupponat cōpoſitio inhærentia, nō exigitur ex vi illationis.

Et ſi contingat cauſas ſic ordinatas præter vnitatem ordinis, habere vnitatē per accidens, inquātum ſcilicet vna accidit alteri; hoc non conuenit eis per ſe inquantum cauſæ ſic ordinatæ.

Elementaria ratio

17 In quem textum aliqua occurrunt de natura ſpeciei impreſſæ expendenda. Primum eſt; quod licet virtus illa, quæ ſuppetit ſpeciei ad exprimendam notitiam obiecti, prout talis vis trahitur ad formam accidētalem & vicariam obiecti in ſubeunda cauſalitate intentionali, ſit eſſentialiter accidēs, cū ſit ipſamet natura ſpeciei impreſſę; attamē ſi virtus illa ſecūdùm ſe, & abſtractè ſpectetur, prout tātùm exprimit vim obiecti ad pariēdam notitiam ſui, vt ſic omnino præcindit à cōceptu accidentis cū obiecto ſubſtantiali immediatè cohærere queat. Quod ſatis aperiunt illa Scoti verba appoſita *ſub nu. 15. Quod etiam apparet, ponendo aliquod intelligibile præſens ſine ſpecie; illud enim obiectum eſt cauſa partialis, & non informat intellectum, qui eſt altera cauſa partialis, ſed iſtæ duæ cauſæ abſq; informatione, &c.*

Scotus

Veritas tranſcendentalis eſt vis ad immutādū intellectum

18 Deinde, in memoriam reuocanda ſunt ea, quæ *in controu. 3. de Veritate Dei in eſſendo, art. 1. nu. 11 arg. 35.* latiùs exaruimus; nimirum cuilibet enti adeſſe vim ad immutādum intellectum ad generationem propriæ imaginis, ſiue expreſſæ ſpeciei; quam facultatem autumauimus eſſe illam proprietatem entis, quæ appellatur veritas tranſcendentalis. Cæterùm, quia hæc virtus, quæ cuilibet rei inſidet, omnino expedita non eſt ad generationem notitiæ intellectiuæ; vel ob materialitatem obiecti, vel ob diſtantiam; ideò loco illius ſufficitur (emē quoddam intentionale à tali virtute excīſum, quod dicitur ſpecies impreſſa.

Aliqua obiecta nō referunt vim omnino expeditā ad influxum intentionalē & gerunt vicaria ſibi ſpecies

19 Ex quo ſequitur; nullam dari ſpeciem impreſſam, quæ nō referat vicariā poteſtatem, quam ab obiecto haurit, à quo exciditur. Quod aduertēdum eſt cōtra Herice, qui *tract. 4. diſp. 40. cap. 6. præcipuè a. marg. 63.* inficiatur, ſpeciē impreſſam vicariā poteſtatem ſibi aſciſcere, ſed primariam.

Omnis ſpecies imbibit vicariā poteſtatem.

Herice

Eoquod nullum ſubſtitutum ſufficiat vice alterius principalis ad exercitiū alicuius cauſalitatis, quæ ipſi principali repugnet; & cōtradicat materialibus obiectis vis, ſeu facultas immediatè immutatiua intellectus: igitur, ſpecies impreſſa nequit aſtrui vicaria obiecti materialis, cui nō cōgruit poteſtas immediata ad immutādam facultatem intellectiuam, quæ eſt ſpiritualis.

Pōdus rationis Herice contra vicariū influxum ſpeciei.

Reſpondetur enim ex mihi cōſtitutis; quodlibet obiectum materiale ſortiri vim initialem & inchoatam ad producēdam ſpeciem impreſſam; quā initialem facultatem obiecti per aſſiſtētiā intellectus agētis euehi ad productionē ſpeciei intelligibilis aſſeruimus. Sicut enim nō obſtat materialitas phātaſmatis ad hoc, quod ab intellectu agēte eleuari queat ad productionē ſpeciei ſpiritualis; ita nec materialitas obiecti. Quod certū eſt in ſententia Scoti & aliorū

Eidem tra cedens obiectum.

qui

qui aſſeuerant, Angelum abſtrahere ſpecies à rebus; quod etiam conſequenter de anima in ſtatu ſeparationis aſtruere tenentur.

Sicut ſemen viuentis refert facultatē vicariam ad generationē realē, ita ſpecies ad prolē intentionalem

Quare, ſicut in generatione realī, ſemen dicitur vicarium generantis, eò quòd ab illo excīſum ſit, & à natura inſtitūtum ad exprimendam imaginem realem ipſius generantis, quæ elucet in genito; quamuis generans immediatè non producat genitum ſed medio ſemine. Ita in generatione intentionali, ſpecies eò aſtruēda eſt ſemē vicariū obiecti; quò excīſum ſit ad exprimendam ſimilitudinem intentionalem ipſius obiecti, quæ eſt ſpecies expreſſa.

Aliis obiectio Herice

20 Nec alicuius eſt ponderis alia eiuſdē Herice oppoſitio, qua agit, ſpeciem non eſſe vicariam obiecti; eòquòd à Deo infundi queat abſque elicitiuo eiuſdem obiecti influxu.

Infringitur ex analogia ſeminis generationis realis ſi generationi intentionalis.

Quia ſi hæc ratio vrgeret, etiam oſtenderet, ſemen generationis realis non ſubſtitui vice generantis; eòquòd à Deo produci queat, abſque vlla elicitiua ipſius generantis cooperatione. Quam obrem, ſicut ſemen generationis realis aſſereretur vicarium agēs ipſius generantis, quamuis ab illo non excideretur; eò quòd ex natura ſua intra eminentiam talis generantis præhabeatur, ordineturque ad exprimendam ſimilitudinem, & imaginem realem ipſius generantis. Ita & ſpecies impreſſa, quamuis à Deo produceretur obiecto merè paſsinè ſe habēte; adhuc eſſet ſemē vicariū intentionale obiecti; eòquod intra illius virtualitatē elicitiuā præcontineatur, & ex natura ſua ordinetur ad exprimēdam imaginem intentionalem talis obiecti.

Corollariū, ſpecies impreſſa non eſt imago formalis, ſed effectiua.

21 Ex dictis infero id, quod in communiori ſententia probatiſsimum eſt; ſpeciem impreſſam non eſſe ſimilitudinem formalem obiecti, ſed tantùm effectiuam; ſicut & ſemen generationis realis non præſeferre ſimilitudinē formalem, ſed tantùm virtualem, & effectiuam.

Ratio efficax propoſitę aſſertio

Quia ſi ſpecies impreſſa importaret imaginem, & ſimilitudinem formalem obiecti, omnino otioſa eſſet actio elicitiua ſpeciei expreſſæ, quæ eſt ipſamet ſimilitudo formalis; ac proinde fieret, vt mera immiſsio ſpeciei impreſſæ eſſet apprehenſio, & perceptio obiecti, cum obiectum apprehendatur intelligibiliter per repræſentationem formalem illius: quæ omnia tā quam abſurda à communi Theologorum, ac Phyloſophorū cœtu reſpuūtur.

Cōfirmatio vrgens ex analogia ſeminis generationis in viuente.

Quia ſicut otioſa prorſus ac inutilis eſſet generatio realis, ſi ſemen referret imaginem, & ſimilitudinem formalem generantis; eò quòd generatio ex ſe ordinetur ad exprimendam hanc ſimilitudinem, cum ſit origo viuentis à viuēte coniuncto in ſimilitudinem naturæ: ita ſi ſpecies impreſſa ſibi aſciſceret formalem, & actualem obiecti repræſentationem, omnino inutilis eſſet expreſſa ſpecies, ac proinde & intentionalis generatio eius.

Oppoſitio ex ſpecie intentionali refracta aut reflexa in ſpeculo

22 Sed oppōnes; non contemnendum illud experimentum ſpeciei impreſſæ intentionalis refractæ, ſeu reflexæ in ſpeculo, in qua ſpecie inſpicimus actualem imaginem eiuſdem obiecti. Atqui non eſt potior ratio de ſpecie impreſſa ſenſibili, quām intelligibili; igitur & ſpecies impreſſa intelligibilis non tantùm eſt imago virtualis, ſed formalis.

Hanc obiectionem ſibi oppoſuit Scotus in quodlibetis, *in additamento ad quæſtionem* 14. quod reperitur in fine quæſtionum quodlibetalium, in hæc verba.

Scotus

23 *Sed contra licet hoc ſit ibi, in viſione tamen reflexa videtur, quòd ipſa ſpecies videatur; quia hoc, quod videtur apparet videri in ſpeculo; & tamen in tali viſione reflexa, ſpecies eſt ratio ſentiendi obiectum in ratione ſua propria quia obiectum videtur ſub propria ratione viſibilitatis ſuæ: ergo à ſimili in propoſito, poſſet Deus videri per mediū quaſi ſpeculatum, & tamen ſub ratione propria obiectiua.*

Opponitur, quòd ſpecies ſenſibilis referat ſimilitudinem formalem

Cui obiectioni ſic reſpondet Scotus. *Dico ergo; quòd in viſione tali ſpeculari, ſpecies nō eſt viſa, ſed tātùm ratio videndi obiectū illud, cuius eſt ſpecies; nō tamen per lineā rectā, ſed per lineam reflexā. Vnde obiectum quidē non eſt præſens oculo per lineam rectam, ſed reflexam concurrentem cum recta in pūcto, vbi eſt concurſus radij viſualis &c.* Multa alia addit Scotus ex Alace in ſua Perſpectiua *lib.* 4. *capit.* 4. quæ apprimè demonſtrant, in ſpeculo non videri ſpeciem ipſam reflexam; ſed ob refractionē ſpeciei fieri, vt ſpecies

Satisfactio ex Scoto.

in ſpeculo nō videtur ſpecies, ſed obiectum

in oculum deriuetur, qua inſpici queat res ipſa, quæ à tergo exiſtit.

Ratio perſpicua.

Quod vel hac ratione phyloſophica manifeſtè demonſtratur; quia nihil terminare poteſt facultatis viſiuæ obtutum, quod coloratum non ſit; ſpecies autem intentionalis colorata non eſt; vt perſpicuè liquet ex ipſis ſpeciebus per medium diffuſis. Scotum ſequitur, ac eruditè elucidat Vazquez, 1. *p. diſp.* 38. *n.* 26. 27. & 28.

Vazquius

24 Obſeruandum præterea; ita interpretandam eſſe communem eam phyloſophorum loquutionem, quæ aſſeuerat, intellectum fieri ipſum obiectum in eſſe repræſentatiuo; ſeu trahere ad ſe obiecta in eſſe intelligibili, antequam obeat dictionem intellectiuam productiuam ſpeciei expreſſæ.

Cõmune phyloſophorum proloquium qualiter interpretãdũ

Nec enim pronuntiatum illud, quod omnibus Animaſticis pro axiomate eſt, intelligi debet de ſimilitudine, aut conuenientia formali intellectus cum obiecto; ſed de conuenientia tantùm elicitiua, & virtuali. Ita vt eò ſpectet prædictæ loquutionis ſenſus; quòd eatenùs intellectus, prout anteit actum intellectionis, dicatur fieri ipſum obiectum in eſſe repræſentatiuo; quatenùs illi coniungatur per aſsiſtentiam, & ſympathiam naturalem, ipſum obiectum, quod præhabet intra eminentiam ſuam, imaginem ſeu repræſentationem formalem, quæ eſt ipſa ſpecies expreſſa.

Intellectus fit ita cũ obiecto anteintellectionem per ſimilitudinẽ virtualem

Cùm autem obiectum præhabeat virtualiter imaginem formalem tanquam primarium, & principale agens; ſpecies verò impreſſa tanquam agens miniſteriale, quod ſufficitur vice obiecti ad ſupplendam abſentiam eius; fit inde, vt connaturaliùs fit notitiæ, ſiue imagini formali, elici immediatè ab obiecto, quàm ab ſpecie media generari.

Corollariũ ex præmiſſis

25 Vltimò adnotandum; quòd quãdo petimus, vtrum Deus per ſuam ſubſtantiam concurrat ad viſionem ſupplendo vices ſpeciei intelligibilis? Nõ quærimus, an id contradictionem non inuoluat? Quia conſtitutum eſt apud omnes ferè Theologos, Deum ſupplere poſſe, non ſolùm vices ſpeciei repræſentatiuæ eſſentiæ ſuæ, quin & per ſuam omnipotentiam præſtare poſſe cauſalitatem effectiuam omnium obiectorum tam intelligibilium, quàm ſenſibilium. Quia cùm omnis iſte concurſus extrinſecus ſit, non apparet contradictio aliqua in hoc, quòd à Deo ſuppleatur per ſpeciale quoddam auxilium; vnde poſſet Petrus inſpicere Paulum abſque aliquo elicitiuo concurſu Pauli, qui eſt obiectum talis viſionis: & ſimiliter in præſenti Deus fœcundare poſſet intellectum, non ſolùm abſque coniunctione ſubſtantiæ ſuæ in ratione ſpeciei, ſed etiam abſque ſpeciei compoſitione, exhibendo efficacitatem, & cauſalitatem ſpeciei per peculiare auxilium. Quia tamen id eſſet miracula abſque neceſsitate cumulare immutando naturalem rationem cauſandi obiectorum; ideò expoſcit tantùm præſens quæſitum; an ſeruato ordine connaturali concipiendi verbum ex obiecto, & potentia, præſtet Deus ſe ipſo vices ſpeciei; ita vt magis naturale, & concinnum ſit rationi concipiendi notitiã ex obiecto, immediatè fœcũdari à Deo quàm ab aliqua ſpecie creata? Eòquòd intra ſupernaturalem ſeriem agẽdi ſeruãdus ſit, quoad fieri poſsit, cõnaturalior modus operandi.

Vltima obſeruatio præcedentis cõtrouerſiæ

Tandem pro aſſerto Scoti autumantis, quòd ad actionem intentionalem illius facultatis operatiuæ, quæ ſe teneat ex parte obiecti, non exigatur inhærentialis compoſitio; accipe celebre aliud Scoti teſtimonium, *ex 4. ſentent. diſtinct.* 12. *quæſtion.* 3. §. *Reſpondeo hoc non ſequitur, ſub nu. marg.* 41. vbi ſubijcit.

Celebre Scoti teſtimonium quòd ad actionem intentionalem non exigatur cõpoſitio ingenerecauſæ formalis intrinſecæ

Videtur ergo, ſi ſeparata eſſet, (ſpeciem intellige.) *præſens intellectui nõ per inhærẽtiã, ſed per ſimplicem præſentiam; poſſet eodem modo ſufficere ad cauſandum intellectionem in intellectu ſicut quando inharet. Et hoc concedo, quia dixi ſupra, quòd intellectus nihil perfectionis pertinentis ad ipſum recipit ab ſpecie informante; ſed tantummodo oportet ſpeciem, vt aliam cauſam partialem effectus, concurrere cum intellectu. Sed quòd aliquando cauſa partialis alteri coinhæreat, hoc eſt omnino accidentale; quia æquè perfectè poſſet cauſare effectum ſine inhærentia propter ordinem eſſentialem, ſcilicet ſubordinationis virtutis actiuæ ad virtutem actiuam, cui accidit ordo ſubiecti, & accidentis.*

Et ita breuiter dico, quod charitas

Scotus

Scotus

tas in patria immediatè cauſabit intellectionem intuitiuam ſui in intellectu, & tamen non erit præſens intellectui inhærendo, ſed voluntati; & tamen iſta præſentia ſufficit ad hoc quòd ipſa, vt cauſa partialis, concurrat cum alia cauſa.

Vbi non ſolùm oſtendit Scotus, non eſſe de ratione comprincipij ex parte obiecti compoſitionem in genere cauſæ formalis cum potentia, quam complet ad generationem notitiæ; vt etiam aſſeueret, quòd habitus charitatis, qui inhæret voluntati, valeat in patria elicere notitiam intuitiuam ſui fœcundãdo intellectum ad partum talis notitiæ, quantumuis charitas non componatur intellectui in genere cauſæ formalis, ſed ſolùm ingenere cõcauſæ efficiẽcis per aſsiſtẽtiam intimam abſque informatione.

Vera ſententia ſtatuitur, & ſuadetur, pro concurſu effectiuo Deitatis in ratione ſpeciei impreſſæ abſque coniunctione in ratione concauſæ formalis intrinſecæ.

Aſſertio 1. de facto non datur ſpecies impreſſa creata ad viſionem D.i

26 ASSertio prima; Deus non concurrit de facto ad viſionem beatificam per ſpeciem creatam, ſed per ſuam ſubſtantiam; ita communiter omnes ferè Theologi, illis tantùm paucis exceptis, quos pro placito oppoſito citauimus. In præſenti tamen pronuntiato tantùm agimus, Deum ſe ipſo ſupplere vices ſpeciei impreſſæ; an verò illius functiones exhibeat immediatè per ſuam eſſentiam; vel per aliquam affectionem ſuam, nimirum per voluntatem; in ſequenti articulo exarabitur.

Probatio aſſerti.

Et probatur noſtra concluſio; quia ſpecies ſufficitur loco obiecti, quando obiectum omnino expeditum non eſt ad generationem notitiæ, vel propter abſentiam, vel ob materialitatem; ſed diuina ſubſtantia nequit eſſe diſtans â mente creata, cum contactu entitatiſuæ, & illapſu propriæ infinitudinis omnia contingat: Nec etiam ob materialitatem eſt minus expedita ad partum notitiæ exprimendum; cùm enim non ſolùm in ratione entis ſit ipſum eſſe per ſe, ac proinde nõ egens alio vt ſit; ſed etiam in genere intelligibiliũ ſit ipſum eſſe per ſe, ita nõ eget alia forma intelligibili, vt in ratione obiecti cõiungi queat facultati, ſeu potentiæ apprehenſiuæ.

Subſtantia Dei eſt expeditiſſima ad motionẽ intentionalem

Præterea; quia Angelus non vtitur ſpecie impreſſa ad exprimendam cognitionem propriæ ſubſtantiæ; vt cõmuniter aſſeuerãt omnes ferè Theologi; ob vicinitatem ſubſtãtiæ Angelicæ, & indiſtãtiam illius á proprio intellectu quem fœcundat.

Probatur in Angelo cõpoſito vice ſpeciei reſpectu ſui intellectui

Immò quòd, etiam in probabiliori ſententia; Angelus ab alio ſecundùm locum indiſtans, non ſubſtituit ſpeciem in intellectu alterius, ſed per ſuam ſubſtantiam ſe ſe illi adiungit. Atqui, intimiùs illabitur Deus mentibus beatis, quàm ſubſtantia vnius Angeli vnitur intellectui alterius; ergo.

Ita reſpectu alterius Angeli

Verùm; firmior noſtræ ſententiæ comprobatio petenda eſt á diſcutione oppoſitionum cõtrariæ ſentẽtiæ; quæ moliũtur, cõnaturaliùs elici viſionem ab ſpecie creata, quam à ſubſtãtia Dei gerente vices ſpeciei.

NOTA

Aſſertio 2. Deus influit ingenere cauſæ efficientis in viſionem Bañez.

27 Aſſertio ſecunda: falsò aſtruitur, eſſentiam Dei, prout gerentem vices ſpeciei intelligibilis, non ſubire elicitiuum influxum. Hæc eſt cõmunis ſentẽtia omnium Thologorum contra Bañez: & probatur.

Ratio aſſerti, ſequeretur, quòd lumen ſegeret ex parte obiecti

Quia ſi eſſentia Dei non concurreret effectiuè ad viſionem; fieret vt lumen gloriæ non tantùm eſſet de ordine potentiæ ſupernaturalis, vt Thomiſtæ aſſeuerant, ſed etiam de ordine obiecti; ac proinde cõiungeret in ſua cauſalitate duo officia, aut munia obiecti, & potẽtiæ; quod eſſe falſum aperuimus expugnantes ſingularem opinationem Vazquez.

Si Deitas cõcurreret in genere cauſæ efficientis, attribueretur illi prædicatum imaginit. Detractis in viſione

Sequela patet; quia in viſione tria prædicata eminent, quæ tribus etiam comprincipijs reſpondere debent; nimirum vitalitas, quæ defertur intellectui; ſupernaturalitas lumini; & quòd

ſit notitia expreſsiua talis obiecti. De qua ratione ſciſcitor; an reſpondeat eſſentiæ diuinæ, inquantum concurrit vt obiectum huius viſionis; vel non? Si tribuitur eſſentiæ diuinæ; habemus intentum, nimirum ſubſtãtiam Dei influere in genere cauſæ efficiẽtis in viſionẽ: ſiquidem in viſione reſpondet illi aliquod productum.

Vrgetur Baſſez, quòd lumen gloriæ ſit ſpecies impreſſa.

Si verò tale prædicatum viſionis non deferatur eſſentiæ diuinæ, tanquam principio elicienti; tribuendum eſſet neceſſariò potentiæ intellectiuæ, vt compoſitæ habitui luminis; ac proinde lumen gloriæ teneret ſe ex parte obiecti, ſiquidem illi reſponderet viſio, vt eſt imago, & ſpecies expreſſa obiecti beatifici. Igitur lumen gloriæ non tantùm eſſet de ordine potentiæ ſuper naturalis, ſed etiam de ordine obiecti; atq; adeo eſſet ſpecies impreſſa, cũ ſpecies nil aliud ſit quã inſtrumẽtũ quoddam vicarium obiecti ad pariendam notitiam illius.

Aſſertio 3.

28 Aſſertio tertia; ſubſtantia Dei nullatenùs coniungitur menti creatæ in ratione cauſæ formalis; ſed tantùm in genere cauſæ efficiẽtis. Hæc eſt contra omnes ferè Thomiſtas; ſed noſtra ſententia apud acutiores Theologos modernos receptior: quam expreſsè tradidit Scotus in textu citato, *ſub numer.* 15. præcipuè in illis verbis.

Scotus

Quod apparet ponendo aliquod intelligibile præſens ſine ſpecie; illud enim obiectum eſt cauſa partialis, & non informat intellectum, qui eſt altera cauſa partialis; ſed iſta duæ cauſæ partiales; approximatæ abſque informatione cauſant vnum effectum communem. Et in illis, *ſub numer.* 25. tranſcriptis: *charitas in patria immediatè cauſabit intellectionem intuitiuam ſui in intellectu; & tamen non erit præſens intellectui inhærendo.* Et probatur.

Repugnatur formalis vnio Deitatis à intellectu creato

Quia hæc vnio eſſentiæ diuinæ cum intellectibus beatorum in ratione formæ intelligibilis; vel eſt coniunctio propria & realis; vel tantùm tranſlatitia, & metaphorica? Si ſit metaphorica tantùm, & impropria vnio; nil oppoſitum aſtruunt. Quia etiam noſtræ ſententiæ aſſertores aliquod etiam genus phyſicæ coniunctionis tuentur inter eſſentiam diuinam, & intellectum, illam nimirum intimam aſſiſtentiam duorũ comprincipiorum, potentiæ, & obiecti cum ſubordinatione ad agendum: & in hoc ſenſu quælibet inſinuatio, & intimatio comprincipij determinantis aliud comprincipium, & illud complẽtis ad talem ſpeciem actionis, poteſt appellari coniunctio adinſtar formæ; eòquòd quaſi cõtrahat alteram cõcauſam per modum comprincipij ſe habentis vt quo.

Quod verò nequeat eſſe propria coniunctio formalis in ratione actus intrinſeci; oſtenditur ſic.

Implicat vnio formalis præmiſſa, ei quòd implicet cõpoſitũ reſultãri ex Deitate, & intellectu creato

Quia vbi intercedit vera, & propria vnio ante conſiderationem intellectus, ſemotis etiam imperfectionibus compoſitionis, & inhærentiæ; debet reperiri aliquod vnum realiter diſtinctum ab illis realitatibus, quæ inter ſe coniunguntur, ſi præciſè, & abſque vnione ſpectentur. Quia vnio eſt ratio formalis vnius, ſeu via eſſentialis ad vnum, ita vt implicatorium ſit apprehẽdere vnionem ſine vno, quod ex coniunctis coaleſcat, ſicut & compoſitionem ſine compoſito; aliàs talis nexus intrinſecus non eſſet compoſitio, aut vnitio partium; ſed aggregatio, aut cumulus entitatum, aceruatim conuenientium. De quo vide infra *num.* 31. Quare, licet perſonalitas verbi diuini copuletur humanæ naturæ, ſublatis imperfectionibus inhærentiæ, & dependentiæ; cointegratur aliquod vnum diſtinctum à perſonalitate, & humanitate ſeorſum acceptis, ſcilicet Chriſtus, qui ex illis cõſtituitur. Sed ex eſſentia Dei, & mente creata, non reſultat aliquod vnum diſtinctum ab intellectu creato, & eſſe Dei, ſimul abſque vnione apprehenſis; igitur implicatorium eſt tale genus coniunctionis formalis.

Fuga.

29 Occurres; ex eſſentia Dei & intellectu creato, cointegrari vnũ principium (*quod*) viſionis.

Præcluſio fugæ

Contra; illud vnum principium (*quod*) non eſt aliqua realitas diſtincta, ab eſſentia Dei, & intellectu creato, quæ ſunt comprincipia viſionis; quia aliàs illud vnum, quod ex tali coniunctione formali emergeret, clauderet Deitatem, vt compartem formalem intrinſecam; quod, niſi cõfugiatur ad metaphoricam loquutionẽ, eſt prorſus falſum, & abſurdum.

Altera cauſio

Nec præſtat dicere; quòd non obſtat, quòd illud vnum, quod ex Deitate & intellectu creato conſtituitur, ſit eſſentia-

tialiter Deus in eſſe intelligibili; repugnaret tamen, quòd eſſet Deus in eſſe reali.

Occupatur.

Quia, eſſe intelligibile eſt quoddam eſſe proprium ac verum, prout diſtat à ficto, ſeu ente rationis; licet aſſeratur intentionale, aut intelligibile, prout opponitur obiecto ſecundùm eſſe entitatiuum, quod extra intellectum ſibi vendicat. Atqui, abſurdum eſt, quòd ex cõiunctione eſſentiæ diuinæ cum mente creata, cointegretur aliquod vnum diſtinctum à Deitate, & intellectu creato ſeorſum acceptis; quòd verè & rigoroſè, abſque recurſu ad tropos, vocari poſsit Deus.

Vrgentur ad ueſarij

Quia vel illud vnum eſt ſubſtantia; vel accidens? Non ſubſtantia; quia intellectus, qui ſubintrat huius totius conſtitutionem, eſt accidentalis facultas, in communi Thomiſtarum ſententia: nec accidens; quia claudit Deum, tanquam cauſam formalem: igitur eſſẽtia diuina non connectitur propria vnione, & cauſalitate formali, cum mente creata.

Reſpondetur aliqua ex hæretico pro formali vnione Deitatis cũ intellectu creato

30 Dices cum Raphaele Auerſa, 1. *part. quæſt.* 12. *ſectio.* 18 §. *Quintò denum* Voi autumat; talem vnionem eſſentiæ diuinæ eſſe modum quemdam ſupernaturalem, non realiter, ſed modaliter diſsitum, & receptum non in complexo ex intellectu, & habitu luminis, ſed in ſola intellectiuæ facultatis ſubſtantia; illud enim aſſeritur ſubſtratum talis modi vnionis, vel compoſitionis diuinæ eſſentiæ in ratione ſpeciei, quod denominatur videns Deum; cum autem ſolus intellectus ſit ſubiectum inhæſionis, & denominationis reſpectu formæ vitalis ſupernaturalis viſionis, ita & nuda ſubſtantia intellectus eſt ſubſtratum intrinſecæ inhæſionis præmiſsi modi ſupernaturalis.

Cõfutatur rectus placitum

Verùm prædictus modus dicendi præterquam quòd efficaciter perſtringatur ex dictis, quatenus ſit implicatoria ratio vnionis ante intellectus functionem, vel fictionem exiſtens, quæ nõ inferat aliquod compoſitum, vel vnum realiter conditinctum, tam abipſiſmet compartibus diuiſim ſpectatis, quàm ab ipſo modo vnionis, vel compoſitionis, ſi præcisè ſpectetur; adhuc præmitur ratione petita à ſubſtrato vel ſubiecto talis modi.

Pramitu vltra

Quia, cum idem numero accidens nequeat pluribus ſubſtratis inesſe; aut fieret, vt ille modus vnionis componeretur intrinſecè vtrique concauſe ſcilicet intellectui, & lumini. Aut eſſet ſuſtinendus duplex modus intrinſecus compoſitionis eſſentiæ diuinæ in ratione ſpeciei; alter, qui intellectui, alter verò, qui lumini inexiſteret. Quia Deitas non fœcundat intellectum inquantum principium initiale, & inchoatum viſionis ſupernaturalis, ſed vt principium compleuum ex parte potentiæ ad actum ſupernaturalem intrinſecè, & quoad ſubſtantiam; itaut, ſi per impoſsibile, Deitas componeretur intellectui in ratione ſpeciei, & non ſupleret per ſpeciale auxilium actiuitatem luminis, intellectus non inſpiceret Deum quidditatiuè, & ſupernaturaliter. Igitur Deitas non componitur ad intentionalem influxum in ratione ſpeciei impreſſæ cum ſolo intellectu, ſed etiam cum habitu luminis; quamuis ſolus intellectus ſit ſubſtratum denominatum à forma viſionis, ſicut & ſolus intellectus eſt ſubiectum inhæſionis; nec enim forma vitalis, qualis eſt vitio poteſt inhærere ſubſtrato non viuo, quale eſt lumen, ac proinde nec lumen valet eſſe ſubſtratum denominationis formæ viſionis. Quod aliter ſe habet in modo illo vnionis eſſentiæ diuinæ in ratione ſpeciei; qui ſicut vitalis non eſt, (ſicut nec viuens adſtruitur compoſitio ſpeciei impreſſæ,) ita & coniungi valeret lumini, non ſolùm tanquam ſubiecto inhæſionis, ſed etiam denominationis; cùm non ſolùm intellectus fœcundetur ſiue denominetur fœcundatus ad elicientium actum viſionis, ſed etiã lumen gloriæ fœcundetur ab eſſentia coniuncta vice ſpeciei.

Ponde ad militudin

Oppoſitio Scoto, q data vni intrinſec formali ter Dei ſi intelle ns reſult quid vna

31 Oppones; obiectionem eam, qua egimus contra Thomiſtas, (ex comunitione Deitatis cum intellectu creato in genere cauſæ formalis, inferri aliquod vnum à Deitate, & intellectu creato condiſtinctum,) non eſſe firmam in ſenſu Scoti. Vt liquet *ex textio ſenten. diſtinct.* 2. *quæſt.* 2. §. *De ſecundo dico, ſub numer. marg.* 8. vbi conſtituere apparet Scotus; quòd id interſit diſcrimen inter totum, vel vnum per ſe, quòd referat entitatem abſolutam aliam à partibus, totum autem per accidens non ita. Ex Deitate verò, & ex

in-

intellectu creato, (qui apud Thomiſtas eſt facultas accidentalis,) nequit conſtitui vnum ens ſimpliciter, ſicut nec ſubſtantiale totum, etiam intentionale; ac proinde, ſuppoſitis Scoti principijs, non infertur, quòd reſultet aliquod vnum diſtinctum à partibus.

Scotus

Sed de hoc verba Scoti accipito: *De ſecundo dico, quòd totum eſt aliud ens, & illud entitate abſoluta, quia ſolus reſpectus non ſufficeret ad hoc, quòd totum diceretur per ſe vnum; quia in toto vno per accidens eſt per ſe reſpectus & eſſentialis partis ad partem, vt patet de pedditia accidentis ad ſubiectum.* Vbi inficiari apparet Scotus; quòd ens per accidens addat aliquid ſupra partes.

Diluitur obiectio.

Sed hæc non obſtant; proſternuntur enim vno ictu textus eiuſdem quæſtionis, *ſub num. margin. 7. §. Quantum ad primum oſtendo.* Vbi aſſignans Scotus eam (quæ intereſt) abſimilitudinem inter vnum per accidens, & vnum per aggregationem, ſubijcit. *Tum, quia etiam vnum per accidens eſt magis vnum quàm illud aggregatione; & minus vnum quàm totum vnum per ſe; & tamen vnum totum per accidens non eſt ſua partes. Quia ſecundum Philoſophum 7. Metaph. (cap. de Vnitate diffinitionis.) In hoc, homo albus eſt vnum aliquid, quia albedo ineſt homini, non autem eſſet tale totum, ſi non informaret.*

Scotus

Vbi perſpicuè vult Scotus ex Ariſtotele; vnitatem totius accidentalis ex coniunctione aut inhærentia peti; quatenus ſit intelligibilis compoſitio abſque compoſito, ſeu vno per compoſitionem. Quamobrem totum aut vnum accidentarium, (quale eſt omne concretum ex ſubſtrato ſubſtantiali, & forma accidentali, coalescens) licet ſit minus vnum quàm ens per ſe ſubſtantiale; eſt tamen propriè vnum inquantum diſtat ab ente merò per accidens quod conſtat ex partibus aceruatim coeuntibus abſque nexu, & compoſitione intrinſeca; ac proinde importare neceſſariò debet aliquod vnum, aut totum diſtinctum à partibus abſque nexu intrinſeco ſpectatis. Id enim volùt aperta illa verba Scoti. *Totum vnum per accidens non eſt ſua partes.* Et ita intelligenda ſunt, quæ ſeriò verſamus ſupra *in controuerſ. 2. de Vnitate Dei, art. 3. de Principio phyſico vnitatis numerica à numer. marginali 14. vſque ad 16.*

Vnũ per accidens diſtinguitur à partibus.

Scotus

Dilutio oppoſitarum rationum pro exiſtentia ſpeciei impreſſæ de facto.

Reſpondetur ad fundamenta pro ſpecie impreſſa creata.

32 PRimò; occurrunt infringendi illi ictus, qui impetunt actualem coniunctionem ſubſtantiæ Dei in ratione ſpeciei impreſſæ. Quare ad primum; quòd licet connaturaliori ratione operaretur intellectus compoſitus illis facultatibus agendi, quæ attinent partes potentiæ, de quo latiùs in ſuperioribus; id tamen verum non habet de virtute illa, quæ ſe tenet ex parte obiecti vt manifeſta comprobatur inſtantia ſubſtantiæ Angeli ſubeuntis miniſteria ſpeciei impreſſæ.

Satisfactio ad 1.

Ad oppoſitionem.

Ad illam verò oppoſitionem; quæ vrget, ſubſtantiam Dei; eò non obire functiones ſpeciei impreſſæ; quò nullam exerceat ad extra cauſalitatem, quatenùs neceſſariò eſt, ſed prout liberè vult; patebit in articulo ſequenti. Illam enim oppugnationem mutuatus eſt Vazquez ab Scoto; qua ſubnixus Scotus pronuntiauit, eſſentiam Dei non gerere immediatè vices ſpeciei impreſſæ, ſed media facultate appetitiua libera.

Vazquez mutuatur probationem ab Scoto.

33 Ad ſecundum argumentum petitum à functionibus ſpeciei impreſſæ creatæ; dicimus, ex prælibatis in annotationibus ad literam Scoti, *ſub numer. 21.* ad partes ſpeciei impreſſæ tantùm attinere aſſimilationem virtualem, & effectiuam potentiæ cum obiecto; non verò actualem, & formalem.

Ad arg. 2. procedens à functionibus ſpeciei impreſſæ

Quare conſequenter imus inficias; ſimilitudinem iſtam intentionalem effectiuam, ſeu virtualem, connaturaliùs præſtari ab ſpecie impreſſa, quàm ab obiecto immateriali non egente eleuatione intellectus agentis ad productionem notitiæ. Quia ſicut ſpecies im-

Conuenientia intentionalis connaturaliùs præſtatur ab obiecto ſpirituali quàm ab ſpecie.

pre

pressa, ea tantùm ratione præstat conuenientiam intentionalem potentiæ cum obiecto, quatenùs nata est elicere formalem assimilationem intelligibilem notitiæ cum obiecto, quæ est ipsa species expressa; eamdem conuenientiam intentionalem effectiuam importat immediatè ipsamet substantiæ obiectis hoc tantùm discrimine intercedente, quòd obiectum illam referat pro modum primarij ac principalis operantis; species verò per modum agentis sufficienti vice alterius.

Ad instantiam sati factio

Ad instantiam respondetur similiter; quòd illa intelligibilis, seu intentionalis tractio obiecti ad potentiam apprehendentem, quæ medijs speciebus impressis fit; interpretanda tantùm est de sympathia, & conuenientia naturali, quæ inter potentiam, & obiectum intercedit, ob quam obiectum, & semen intentionale eius, quod est species, natum est simul cum potentia generare notitiam, sine similitudinem formalem, quæ nullatenùs deferri debet intellectui, prout ipse anteit actum secundum intellectionis.

Ad alterã instãtiã, quòd species vt principiũ cognitionis, nõ exigit cõpositionem intrinsecam

Ad aliam instantiam; de contractione potentiæ intellectiuæ, quam præstat species. Respondetur; quòd species, (prout importat facultatem fœcundantem potentiam ex parte obiecti) non expetit compositionem formalem, & intrinsecam, sed tãtùm effectiuam & extrinsecam; vt liquet ex dictis; quare nec potẽtia exigit cõtractionem intrinsecam & formalem, sed solũ eam quæ spectat ad genus comprincipij elicientis notitiam.

Enodatio vltimi arg.

34 Ad vltimum argumentum; dicimus, in specie impressa duo considerãda esse; vel rationem formæ accidentalis, & hæc intrinsecè imbibit inhærentiam; vel virtutem obiecti ad illius cognitionem exprimendam. Quæ, licet contractè sumpta, & prout trahitur ad speciem, sit essentialiter accidens, quia est ipsa essentia speciei, quæ etiam est accidens essentialiter; attamen in suo conceptu abstractè sumpto (prout importat facultatem elicitiuam cognitionis ex parte obiecti,) non imbibit quod litatiuè accidentalitatem; cùm substantiale obiectum præfatam virtutem immediatè præferre queat. Vt liquet in substantia Angeli, quæ est immediatum principiũ suæ cognitionis; & in Angelo, qui alterum localiter coniunctum immediatè fœcundat per suam substantiam sine ministerio speciei.

Eneruantur duo alia Thomistarum placita circa compositionem Deitatis in ratione speciei.

Ad fundam. Bañez.

35 AD Fundamentum Dominici Bañez; respondetur; quòd licet principium (*quo*) in creatis referat imperfectionem subordinationis, & dependentiæ, eò quòd exprimat rationem partis respectu principij (*quod*) it essentia Dei influit absque tali subordinatione immo subijciendo, & subordinando sibi tanquam principaliori, & eminentiori principio, intellectum cum lumine.

Alia resp.

Deinde; quòd licet in specie impressa creata esset imperfectionis, quod subijciatur tãquam forma habit. (qua vtitur intellectus) vel per modum principij (*vt quo*) ipsimet intellectui, qui ageret per modum substantiæ viuę, siue facultatis substantialis vitalis operantis (*vt quod.*) Attamen non dedeceret supremam nobilitatem Deitatis, si ex voluntaria condescensione, sic attemperaret suam virtutem intentionalem conditioni operandi intellectu, vt intellectus concurreret cum essentia Dei coniuncta per modum speciei vtẽs tali vnione iuxta exigentiam facultatis vitaliter apprehensiuæ.

Ad fund. Thomistarũ circa vnion. Deitatis in genere causæ formalis.

36 Ad probationes eorum, qui contendunt; essentiam diuinam coniungi menti creatæ in ratione causæ formalis. Ad primam; quod vt aliqua conuenit cum causa componat aliam, & reddat illam potentem in genere causæ efficientis, non expostulatur informatio; sed præstat assistentia cum tali sympathia, & subordinatione in agendo. Vt patet in phantasmate, quod transit de non esse potentis completa vi ad esse potentis attingere vi adæquata speciem intelligibilem, ob solam assistentiam, & compositio-

Ad 1. arg. 1 sp.

tionem effectiuam extrinsecam intellectus agentis. Quò fit, vt intellectus creatus non exquirat vnionem formalem essentiæ diuinæ, vt reddatur proximè potens in ratione principij elicitiui visionis.

Ad instantiã quæ agit ab inconuenienti

Quare ad instãtiã illam, quæ agit ab absurdo; quòd posset Deus vniri vice speciei in actu primo, denegato actuali influxu ad exercitium videndi Dicimus, id non contradicere; quod similiter tradidimus, *in art. de Supplebilitate luminis gloriæ*, in ea hypothesi, quòd Deus componeret potentiam suam; vel facultatem exequentem supernaturalem intellectui in actu primo; & postea denegaret influxum exercitum, seu in actu secũdo. Imo nec repugnare, quòd liberum statutum Dei de taliter componenda potentia sua, vel facultate exequente, vice alicuius principij particularis, non inferat mutationem physicam intrinsecam ad extra. Quia si virtus concausæ eleuantis, non exigit à sua ratione influxus, quòd sit virtus intrinseca; sicut suppleri potest per cõprincipium extrinsecum; ita & tale supplementum potest esse obiectum decreti absoluti absque immutatione intrinseca natiuæ facultatis in actu primo. De quo adi ea, quæ inibi latiùs versamus.

Ad confirmationem

Ad confirmationem. Quòd intra causalitatem vnionis, vel compositionis effectiuæ, siue concursus in genere causæ efficientis, datur latitudo: vnde diuerso modo influit Deus in ratione obiecti beatifici supplendo se ipso defectum speciei impressæ, quàm concurreret si intellectus esset completus ex parte obiecti per creatam speciẽ: quia istud esset auxilium generale intra ordinem gratiæ, illud verò speciale, de quo latiùs in articulo de supplebilitate luminis gloriæ.

Ad arg. 2. Redditur ab similitudo intervnionis, vbi adhuc humanitas ex ordinatis ad intellectiuã speciẽ

37 Ad secundum argumentum; esse diuersissimam rationem de personalitate verbi coniuncta humanitati Christi; ac de essentia Dei vnita mentibus beatis. Quia ex coniunctione personalitatis verbi cum natura creata cointegratur vnum simpliciter, & ideò causalitas eius spectat ad genus causæ formalis, semotis imperfectionibus ex essentia verò diuina, & mente creata, non coalescit aliquid vnum distinctũ à partibus absque vnione spectatis; quod demonstrat non intercedere propriam vnionem formalem, sed solùm effectiuam.

ARTICVLVS II.

An Deus obeat functiones speciei per suam essentiam immediatè; vel per facultatem appetitiuam? Vbi an causalitas agentis intentionalis subijci queat nutui voluntatis?

SVMMARIVM.

Enodatio quæsiti. Num. 1. & 2.

Opinio astruens, Deum immediatè per suam essentiam supplere vices speciei Num. 3.

Quòd facultas obiecti subiaceat imperio voluntatis in Angelo, volunt Aureolus, & Soarius; ita vt agens intentionale queat ab impressione speciei impressæ pro nutu Angeli cohiberi. Num. 6.

Textus Scoti, & confirmatio veræ sententiæ; vbi agimus, nullam vim intentionalem obiecti subijci imperio voluntatis in ente creato. Num. 9.

Scoti sententia rationibus stabilitur. Num. 22.

Dilutio oppositarum rationum. Num. 27.

Exaratio tituli quæstionis.

1 PRO Reseratione tituli huius articuli præmitto; quòd vt procedat differtatio, quæ inter Thomistas, & Scotum, in præsenti exagitatur, necessarium nõ est recurrere ad distinctionem formalem ex natura rei inter essentiam, & volũtatẽ Dei, quæ est facultas exequutiua eius; quia habitudo seu comparatio mediati, aut immediati, principij, cum sola virtuali distinctione stare potest apud Thomistas. Quia in illorum sententia, essentia diuina tantùm virtualiter

Ad differtationis processũ exposcitur distinctio formalis ex natura rei inter Deitatẽ, & voluntatem

se-

ſecernitur à perſonalitate verbi; & ſola iſta diſtinctio præſtat, vt perſonalitas aſſetatur immediatè terminare naturam humanam, & non eſſentia. Petimus ergo, vtrum ſuppoſito quòd Deus ſe ipſo gerat vices ſpeciei intelligibilis, iſtud ſupplementum exhibeat immediatè per ſuam eſſentiam; an verò per facultatem appetitiuam?

Alia obſeruatio

2 Deinde; etiam ſuppono, præſentem controuerſiam ſpecialiter non militare, ſuppoſita ea Theologorum ſententia, quæ aſſeuerat; facultatem exequentem Dei non importare aliquam rationem obiectiuam intrinſecam diſtinctam ab ipſamet quidditate Dei, ſed ſolum extrinſecum connotatum. Itaque Deitas, prout comparatur ad Deum tanquam ratio, & quidditas eius, ſit ipſum eſſe Dei; & prout refertur ad creaturas, quas intra eſſentialem eminentiã præhabet, ſit potẽtia Dei, ſeu facultas exequens illius.

Opinio quæ aſſerit, poſſe Dei eſſe ipſammet formalitatẽ Deitatis cũ connotato extrinſeco.

Nõ procedit ſpecialiter quæſtiõ in tali ſententiã

In iſta enim opinandi ratione (quã ex inſtituto confutabimus, *in controuerſia generali de Omnipotentia,*) procedere nequit ſpecialiter præſens diſputatio; cùm vniuerſaliter conſtituat; Deum immediatè per ſuam eſſentiam omnem externam actionem adire; & non per ſuam voluntatem tanquam per facultatem exequentem.

Opinio aſtruens; quòd Deitas per ſe ipſam obeat munia ſpeciei; & non per attributum voluntatis.

Opinio aſſerens Deitatẽ ſubire vices ſpeciei

3 HIS Prælibatis; aliqui Thomiſtæ recentiores tutãtur; Deum immediatè per ſuam eſſentiam, & non per ſuam voluntatem, ſupplere vices ſpeciei. Ita Franciſcus Soarez, *1. part. lib. 2. de attributis negatiuis Dei, cap. 12. numer. 22. & in tomo de Angelis, lib. 2. capit. 28.* Quærens, qua ratione fieri queat, vt cogitationes Angelorum ſint occultæ, ſi ſpeciem ſui imprimant? *numer. marg. 4.* Ludouicus Molina, *1. part. quæſt. 12. ar. 2. diſp. 2.* Ambroſius Machinus, *1. part. quæſt. 12 diſput. 15. ſect. 1. §. Alij Thomiſtæ concedunt.* Iacobus Granado, *1. part tract. 4. diſp. 5. ſection. 4. numer. margin. 17. 18. & 24.* Quam ſententiam ex antiquis Theologis expreſſè ſuſtinet Cardin. Aureolus, *in 2. ſent. diſtin. 9 quæſtion. 1. articul. 2. §. Quartum dubium eſt.*

Soarius

Molina. Machinus

Granadus

Card. Aureolus

Et probatur primò; ratione noſtri Doctoris, quam contra propriam doctrinam ſibi obiecit, quodli. 14. §. *Ad tertium dici poteſt, quòd eſſentia non habet rationem motiui ad viſionem ſui ab intellectu creato, ſub numer. marginal* 18 editionis Cauelli. Vbi ſic arguit.

Ratio in oppoſitũ ex Scoto.

Voluntas, vt voluntas, non poteſt mouere, niſi ad videndum voluntatem vt voluntas eſt; non autem ad videndũ eſſentiam, vt eſſentiam: nunc autem videre voluntatem, vt voluntas eſt, & non eſſentiam, vt eſſentia eſt, non eſt videre obiectum beatificum.

Scotus

Probatio minoris; quia idem eſt obiectum beatificum intellectus creati, & intellectus diuini; intellectus autem diuinus non beatificatur in videndo volũtatem, vt voluntas eſt, quia volũtas nõ eſt primum obiectum intellectus ſui, & non beatificatur, niſi attingendo primũ obiectum.

Probatio minoris.

Probatio maioris; quia tũ volũtas ſit quaſi poſterior ipſa natura, quia eſt proprietas, ideò non poteſt eſſe principiũ cauſandi perfectam viſionem eſſentiæ, vt eſſentia eſt; qua quodãmodo eſt prior & perfectior.

Probatio maioris ex Scoto

Ex qua ratione Scoti talis inſtruitur argumentatio; actio intentionalis emanat ab obiecto ſecundùm rationem formalem obiecti; coloratum enim, quà formaliter viſibile, immutat facultatem viſiuam. Sed Deus non eſt obiectum formale beatificum, prout volens eſt, ſed quà Deus eſt, vt omnes Theologi communiter conſtituunt: igitur nec Deus ſubit actionem intentionalem, quà volens, ſed quà refert immediatum Deitatis conceptum.

Ratio Scoti pro ſententia oppoſita, quòd actio intentionalis emanet ab obiecto ſecundùm rationem formalem obiecti.

Confirmatur; ab eadem facultate Dei trahitur concurſus intentionalis ad viſionem, à qua emanaret ſpecies

Confirmatur quia si daretur species impressa nè produceretur immediatè à voluntate Dei, sed ab illius essentia

impressa, si daretur. Atqui species impressa prodiret à natura Dei, quà importat quid dictatiuum conceptum Deitatis: & prout antecit quasi emanationem facultatis appetitiuæ; quia species quæ est semen intentionale obiecti ad exprimendam similitudinem intentionalem, ita naturaliter exciditur ab obiecto, sicut & à quolibet viuente formatur semen generationis ad exprimendam similitudinem realem. Sed semen generationis necessariò, & non liberè producitur; igitur nec semen intentionale: ac proinde nec concursus, qui à Deo præstatur in ratione obiecti liber esse valet, sed omnino necessarius. Sic arguit Granadus, *loco citato, num. 19.*

1 sic Grana.

4 Secundò arguitur; quia licet Deus supplere possit per auxilium, & efficacem concursum suæ voluntatis causalitatem essentiæ suæ; & causalitatem etiam speciei impressæ repræsentatiuæ Dei; hoc tamen videtur esse præter naturalem seriem operandi obiectorum, quæ fœcundare debent potentiam intellectiuam, vel immediatè per se ipsa, vel per suas species; igitur si supp'eret Deus per concursum suæ voluntatis influxum essentiæ suæ, & speciei impressæ repræsentatiuæ Deitatis, immutaret naturalem ordinem agendi obiecti beatifici.

2. ratio quia voluntas supplens concursū Deitatis in ratione speciei mutaret legem ordinariam partus notitiæ ex potentia & obiecto

5 Tertiò arguitur; quia non est minus sufficiens essentia Dei, nec minus coniuncta menti beatæ, vt illam fœcundare queat immediatè, quàm substantia vnius Angeli fœcundantis aliũ localiter coniunctum; sed substantia vnius Angeli immediatè fœcundat intellectum alterius non semoti localiter, vt ex Scoto sæpe ostendimus: ergo.

Argui. 3 quia Deitas quà talis, sit expeditissima ad influxū intentionalem.

Placitum Aureoli, & Soarij, quòd agens intentionale subijci queat nutui voluntatis, ita vt possit cohiberi, ne immittat speciem.

6 QVærò arguitur; quia si ob aliquam rationem Deitati non supperet immediatè facultas ad immutandum intellectum; maximè quia fieret, vt talis intentionalis causalitas esset prorsus naturalis, & necessaria, & nullatenùs libera, sicut Deitas, prout præscindit à facultate appetitiua, est forma essentialiter necessaria, & nullatenùs indifferens ad operandum, & non operandum.

Efficacior ratio ex Aureolo.

Atqui nulla apparet implicatio in hoc, quod Deitas in causalitate intentionali adeunda se se subijciat suæ liberæ volitioni; cum in satis probabili sententia, cogitationes Angeli subordinentur nutui Angelico, quantùm ad causalitatem intentionalem, quam respectu alterius Angeli exercere possunt.

Licet Deitas agat immediatè per se ipsa vel per suas species & qualiter?

Vnde efficitur, vt licet cogitatio Michaelis ex se nata sit producere speciem impressam sui in intellectu Gabrielis, sit tamen ab intrinseco occulta Gabrieli; eò quòd vis illa intentionalis, quæ congruit cogitationi Michaelis, subdatur nutui eiusdem Michaelis, quantum ad id, quòd imprimat, vel non speciem in intellectu alterius Angeli. Sed accipe Aureolum acutè rem istam prementem loco citato, vbi ait.

Inflatur ex cognitionis Angeli quæ subdatur libero arbitrio quoad impressionem speciei.

Nunc antequam soluam dubia, ponam propter quid istius conclusionis; quare scilicet Angelus vnus non potest cognoscere cogitationes alterius, vel nostras? Et pono aliam propositionem; quòd volitio, & cogitatio, siue intellectio, subsunt voluntati ipsius Angeli; quantùm ad hoc, quòd est mouere intellectum suum, vel quemcumque alium.

Aureolus.

Et quod dico de Angelo, dico etiam de nobis; eadem enim ratio est hic, & ibi. Ita quòd prædicta, licet quantùm ad actum primum, ex quo sunt in intellectu non subsunt imperio voluntatis; subsunt tamen quantùm ad actum secundum, qui est gignere sui similem in mente alterius actuatæ quòd nullo modo volitio, siue cogitatio, siue intellectio Angeli possunt gignere sui similem in aliquo intellectu, nisi mediante imperio voluntatis.

Expendes singulare mentem Aureoli subtilitatem, quam sectatur Soarius.

Intellectio Angeli subijcitur suæ voluntati quoad influxū intentionalem

7 Et deinde paulò infra, §. *Tertia ratio.* Sic procedit Aureolus.

Si cogitationi repugnat subesse impe-

rio

Deitas etiã ſubditur imperio voluntatis quoad imitationẽ intentionalem in intellectu creato

rio volũtatis, quoad mouere; aut hoc eſt quia repugnat omni obiecto intelligibili ſic ſubeſſe; (*quaſi omne tale habeat, quòd de neceſſitate immutet intellectum præſentem;*) aut quia repugnat ſolùm obiecto intelligibili creato. *Sed non repugnat omni obiecto intelligibili; eſſentia enim diuina contingenter, & nõ neceſſitate naturæ mouet intellectũ Angelicũ ad intellectionem ſui; & hoc quia ſuũ mouere ſubeſt imperio volũtatis.*

Nõ repugnat obiecto creato ex ſe tollibra

Non repugnat etiam obiecto creato inquantùm creatum eſt; quia creatum eſſe non addit ſuper eſſe intelligibile, niſi limitationem; non tollitur autem ab eo limitatio, dato quòd ponatur ſubeſſe imperio volũtatis. Sic ergo non omnia mutant neceſſitate naturæ; ſed quædam ſic, vt ſubſtantia Angeli; quædã nõ, vt cogitatio volitio, & huiuſmodi.

Obiectũ motiuum ſi debet à terminatiuo.

8 *Tunc ad formam argumenti concedo; quòd omne ens eſt obiectum, & ideò contentum omne ſub ente poteſt terminare actum intellectus; nec tamẽ oportet, quòd omne contentum ſub ente moueat ex ſe intellectum ſine alio: aliàs eſſentia diuina moueret de neceſſitate intellectum Angeli, & non poſſet non mouere. Aliud enim eſt, eſſe obiectum motiuum; aliud obiectum terminatiuum; illam enim duplicem habitudinem habet obiectum in ordine ad potentiam, & illa ſeparantur ad inuicem ex facto, maximè ſecũdum illos, qui ponunt, quòd Angelus intelligit omnia per ſpecies concreatas; tunc enim obiectum non mouet, ſed tantũmodo habet terminare.*

Corollarium ex prælibatis.

Sic in propoſito dico; quòd cogitationes Angeli, licet terminent actum intellectus; non tamen mouent totaliter, ſed concurrit ibi volũtas, vt determinãs, & illa cogitatio ſe habet poſtquam determinata eſt, vt ſimilitudinẽ ſuã gignens. Hucuſque Aureolus, cuius doctrinam probat, & ſequitur Soarez loco citato ex tomo de Angelis.

Expreſſa mens Aureoli circa liberã motionem obiectorum

Mens autem Aureoli eò it; quòd ideò operationes immanentes Angeli nempe appetitiones, & cogitationes eius ſubiaceant imperio voluntatis eiuſdem Angeli quoad hoc, quod eſt immittere ſpeciem ſui in intellectu alterius; quò etiam Deitas ſe ſe ſubijciat proposito libero ſuæ voluntatis quoad immutationem intentionalem intellectus creati ad expreſſionem viſionis beatificæ, quæ eſt formalis imago Deitatis. Quia, vt ſubtiliter inſtat Aureolus, cùm id ſubijcit vim intentionalem agendi arbitratui voluntatis, non expoſcat illimitationem in facultate intentionali ſe ſe ſubdente libero proposito eiuſdem ſuppoſiti operantis; ſicut è contra nec tolleretur infinitudo à Deitate, quamuis non ſubijceret ſe ſtatuto libero circa intentionalem influxum in intellectu creato. Ita nec quòd operationes immanentes Angeli ſubdantur libero arbitratui eiuſdem Angeli, poteſt extrahere Angelum à ratione agentis finiti; nec ipſũ euehere ad illimitationẽ agentis intẽtionalis infiniti.

Scita colle-ctio Aureoli

Quam obrem & ſcitè colligit Aureolus, quòd licet cogitationes Angeli ſint adæquatum obiectum terminatiuum cognitionis alterius Angeli; ſed non ſint obiectum adæquatè motiuum Quatenus, licet cogitatio Gabrielis valeat terminare intuitionem Michaelis, abſque eo quòd volitio Gabrielis inſpiciatur vi illius obtutus à Michaele; at cogitatio Gabrielis nequit immutare intentionaliter mentem Michaelis imprimendo ſpeciem intelligibilem talis cogitationis in intellectu Michaelis; niſi concurrat volitio Gabrielis ad talem motionem intentionalem.

Nota de obiecto motiuo & terminatiuo apud Aureolum.

Vnde & infert Aureolus, *quòd cogitationes Angeli, licet terminent actum intellectus, non tamen mouẽt totaliter, ſed concurrit ibi voluntas vt determinans; & illa cogitatio ſe habet poſtquam determinata eſt, vt ſimilitudinem ſuam gignens.* Cui corollario illa præmiſit & ſubſtrauit pronuntiata? *Quòd nõ omnia mutant neceſſitate naturæ; ſed quædam ſic, vt ſubſtãtia Angeli. Quædam non, vt cogitatio volitio, & huiuſmodi.* Deinde, *quòd omne ens eſt obiectum; nec tamen oportet, quòd omne contentũ ſub ente moueat ex ſe intellectum ſine alio: aliàs eſſentia diuina moueret de neceſſitate intellectũ Angeli, & nõ poſſet non mouere.*

Si autẽ exquiras ab Aureolo, quid immittat imprimat ve volitio Gabrielis cogitationi eiuſdẽ vt illã cõtrahat in ratione obiecti actu mouẽtis & immutantis intellectum Michaelis per productionem ſpeciei intelligibilis in intellectu Michaelis.

Reſpondebit Aureolus, talem determinationem intercedere, ob naturalem ſympathiam inter cogitationẽ, & volitionem Gabrielis abſque eo quòd volitio aliquid imprimat cogitationi.

Litera textus, & confirmatio veræ ſententiæ; pro qua contra Aureolum, & Soarium ſtatuitur; nullum ens creatum ſubijci imperio voluntatis quoad cauſalitatem intentionalem, ita vt pro nutu voluntatis imprimat ſpeciem ſui, aut non.

9 Scotus in quodlib. 14. §. Completo igitur toto ordine motionis neceſſariæ, ſub num. marg. 10. editionis Cauelli, ſequentia nobis propinat axiomata. Scotus

Omnis motio ad extra eſt à voluntate vice ſpeciei

Completa verò motione ad intra ſequitur motio ad extra. Illa igitur tota eſt contingens, & per conſequens immediatè ipſius voluntatis, vt principij; nullum igitur intellectum creatum mouet eſſentia, vt eſſentia, tanquam motiuum per modum naturæ: ſed omnem intellectionem illius eſſentiæ, quam non cauſat aliquid creatum, cauſat immediatè voluntas diuina.

Deitas mouet immediatè ſolũ intellectum diuinum

10 *Per hoc patet ad argumenta iam facta in contrarium. Maior enim primi argumenti debet ſic intelligi; quamcunque potentiam immediatè mobilem à tali obiecto, ipſum obiectum vniformiter mouet. Nunc autem quantùm ad primã minorem; eſſentia diuina eſt motiua immediatè ſui intellectus; ſed non intellectus creati: quia intellectus diuinus eſt primũ mobile omnino, & ideò primò mouetur à prima forma motiua; & nihil aliud eſt immediatè mobile à prima forma motiua, quia nõ poteſt immediatè mouere, niſi primo modo motionis, & nihil aliud natum eſt ſic moueri.*

Si igitur cõcludas, quòd eſſentia diuina eodem modo mouet omnem intellectum; cõcedatur, quem immediatè mouet ſed ille eſt ſolus intellectus diuinus, vt patet ex dictis. Alia autem minor, ſcilicet quòd obiectum creatum naturaliter mouet; vera eſt de intellectu, quem immediatè mouet; falſa autem eſſet, ſi aliquem intellectum moueret mediante actu voluntatis, quia illum non naturaliter moueret: ſic, ſi voluntas mea poſſet liberè cauſare intellectionem eſſentiæ meæ in te.

Qualiter obiectum creatum immutet intellectũ creatum?

11 *Sed iſto modo fortè non eſt de aliqua eſſentia; & volũtate creata; quia qualibet eſſentia eſt immediatè motiua intellectus creati; & ideò motione naturali. Nulla autẽ volũtas creata eſt motiua ad intellectionem perfectã alicuius eſſentiæ, vt eſſentia eſt; quia nec perfectè eam cõtinet eminenter, vel vnitiuè. Et qualitercunque ſit de obiecto creato mouente intellectum naturaliter; patet primus, quòd non eſt eadem ratio de eſſentia diuina; quia ipſa non eſt immediatè motiua alicuius intellectus, niſi primi.*

Nullũ obiectũ creatum immutat intellectũ creatum abſque voluntate, & curſu

Motio intellectus creati præſtatur immediatè à volitione libera Dei

12 *Ad aliud dico, quòd mouere ad actum beatificum, non eſt proprius actus eſſentiæ diuinæ, nec eſt primus actu volũtatis, immo eſt propriè actus illius volũtatis; eſſentia enim, vt quodammodo prior voluntate, licèt ſit obiectum primũ & immediatum illius viſionis in ratione terminãtis; tamen nõ eſt obiectum immediatum in ratione mouentis, ſed tantùm mouens remotum; pro quanto mouet intellectum diuinum ad viſionem præcedentem illud velle, quo mouetur intellectus Michaelis ad viſionem.*

Aliud obiectũ mouens, aliud terminans viſionẽ creatam

13 *Et per hoc patet ad confirmationem ibi poſitam. Quia, ſi illa eſſentia nõ eſſet formaliter volens, nihil omnino poſſet cauſare ad extra; quia nihil poſſet cauſare, niſi naturaliter, & quodcũque extrinſecum (cum ſit formaliter poſſibile,) non poſſet eſſe à neceſſario, niſi contingenter.*

Si Deus non eſſet formaliter volẽs, nihil poſſet cõponi intellectui creato vice ſpeciei

14 *Ad tertium dicitur poteſt; quòd eſſentia non habet rationem motiui ad viſionẽ ſui ab intellectu creato; niſi in quãtùm præſupponitur, ipſam mouiſſe intellectũ diuinum ad viſionem, qua præſupponitur ipſi velle diuino motiuo intellectus creati.*

Qualiter Deitas moueat intellectũ creatum mediatè

Nõ igitur ſe habet eſſentia, & volũtas

Deciſio quæſtionis.

vt

Scotus

vt mouêt ſuperius, & inferius, propriè loquendo, (ſic intelligendo, quòd vtrũque attingat ipſum motum;) ſed tantùm voluntas attingit intellectum creatum tamen præſupponit motionem intellectus diuini ab ipſa eſſentia, ſine qua ipſa voluntas non haberet illud velle, quo mouet.

15 In quem textum hæc occurrunt adnotanda. Primum; in illa verba, *nu.* 11. *Quælibet eſſentia creata eſt immediatè motiua intellectus creati, & ideò motione naturali.* Quod in prædicto textu expreſſè cõfirmat Scotus eã, quam tradidimus, ſentẽtiam, *in controu. 3. de veritate Dei in eſſendo, ar.* 1. nimirum; quamlibet entitatem creatam nãciſci vim ad immutãdum intellectum creatum, & ad exprimendam imaginem intentionalem ſui. Quãdo verò Scotus autumat, quamlibet eſſentiam creatã eſſe immediatè immutatiuam intellectus; *ly immediatè*, nõ ſonat, talem facultatẽ motiuam intellectus nõ eſſe formalitatem aliquam ex natura rei diſtinctã ab illa eſſentia, quæ immutat potẽtiam apprehenſiuam; ſed nõ eſſe aliquam naturam mediam ab eſſẽtia obiecti realiter diſsitam, & ſeparabilem.

Obſeruat. 1. præmentario textui Scoti

In quo ſenſu pronuntiet Scotus quãlibet eſſentiã creatã eſſe immediatè motiuã intellectus creati

De quo adi locum citatum, vbi ſeriò natura iſtius facultatis motiuæ intellectus enodatur, quã eſſe ipſammet veritatem trãſcendẽtalem entis pronuntiauimus; oſtẽdẽtes, cuilibet enti ſiue materiali, ſiue ſpirituali, adeſſe vim ad immutãdũ intellectũ per productionem ſpeciei impreſſæ. Hoc tãtùm diſcrimine intercedẽte, quòd obiectũ ſpirituale adæquatã referat vim ad productionẽ ſpeciei impreſſæ, ita vt nulla intellectus agẽtis euectione egeat; obiectũ verò materiale inadæquatam tãtùm & initialem virtutẽ ad ſpeciei impreſſæ productionem ſibi aſciſcat.

Virtus hæc motiua eſt ipſammet veritas trãſcẽdentalis entis

Quod verò Scotus, (quãdo aſſeruit, quãlibet eſſentiam creatam eſſe immediatè motiuã creati intellectus) nõ remoueat mediationem formalitatis, ſeu cõceptibilitatis tãtùm ex natura rei diſtinctæ, ſed alicuius formæ reali diſcretione ſeparabilis; liquet ex cõtextu præcedẽti *ſub n.* 10. vbi appellat obiectum creatum mediatè motiuum intellectus in ea hypotheſi, quòd immutaret intellectum medio actu volitionis; forma verò volitionis creatæ in cõmuni ſententia eſt realitas quædam omnino conditincta à natura rationali, licet facultas volitiua, apud Scotum tantùm formaliter ex natura rei diſsideat à natura intellectiua.

Legitima interpretatio mentis Scoti

16 Secundò adnotandum in illa verba, *num.* 12. *Licet eſſentia diuina ſit obiectum primum, & immediatum viſionis in ratione terminantis, tamen non eſt obiectum immediatum in ratione mouentis.* Hoc Scoti textu eam ſtabiliri doctrinam, quam aperuimus, *in eadem controuerſ. 3. de Veritate Dei, ar.* 1. *num. marg.* 51. & 52. vbi oſtendimus, aliam eſſe rationem formalẽ terminandi in obiecto intellectus, nimirũ ens ſub ratione entis; aliam verò rationem mouendi, ſeu immutandi facultatem apprehenſiuam; quam eſſe ipſammet veritatem tranſcendentalem aſſeuerauimus.

2. obſeruatio textus Scotus

Diſcretio inter obiectũ mouẽs vt terminãs intellectum creatũ

Quod idem inibi conſtituimus de ratione formali terminandi, & mouendi potentiam viſiuam; aſſeruimus enim coloratum ſub ratione colorati percipi ab oculo, & terminare viſiui acuminis obtutum: ſub ratione verò viſibilis ſeu quatenùs induit vim ad immutãdũ oculum intentionaliter, ſubire formalitatem obiecti motiui.

Idẽ oſtenditur in obiecto terminatiue tantùm viſus.

Vis autem intentionalis ad immutandum oculum, nec viſibilis, nec colorata eſt; ſicut nec coloratus eſt influxus intentionalis, nec terminus talis influxus, qui eſt ſpecies intentionalis impreſſa.

Obiectio.

Nec valet dicere; quòd vis intentionalis in obiecto terminet viſionem, eòquòd ſit eadem formalitas ex natura rei cũ colore, qui eſt obiectũ terminatiuum idoli viſiui.

Infringitur

Quia vis intentionalis ad immutandum oculum non eſt eadem formalitas ex natura rei cum colore; quia, ſi per impoſsibile, non daretur facultas viſiua, & euaneſceret tanquam inutilis vis illa immutatiua oculi, quæ comparatam exprimit facultatem, ſiue relatam in ordine ad potentiam viſiuam; adhuc tamen non tolleretur abſoluta formæ coloris exiſtentia, quæ non conceditur naturæ, vt ſit obiectum viſus, ſed quia talis ſecunda qualitas ſit ex tali coitione, vel attemperatione primarum qualitatum emergens.

17 Adnotandum tertiò in illa verba, *nu.* 11. *Nulla voluntas creata eſt,*

Obſeruat.

Scotus

motiua ad intellectionem perfectam alicuius essentiæ, vt essentia est; quia nec perfectè eam continet eminenter, vel vnitiuè. Hoc esse discriminis inter actum volitionis diuinæ, & volitionis creatæ; quòd volitio creata nullatenùs valet esse principium supplẽs vices obiecti, nec motiuum intellectus ad generandam notitiam talis obiecti. Verbi gratia; volitio Angeli nullatenus præstat ad immittendam imaginem repræsentatiuã substãtiæ eiusdem Angeli; licet valeat ad producendam speciem repræsentatiuam eiusdem volitionis.

Cur volitio libera Dei vnitiuè queat vice speciei nõ ita volitio creata. quæ repræsentatiuã substãtiã obiecti

Cuius rationem acutè suppeditat Scotus in verbis citatis; quia cùm species impressa sit imago, & semen obiecti, nequit elici, nisi à causa prima, quæ intra virtualitatem suam præhabet substãtiam obiecti, & omnem vim seu facultatem intentionalem eius; vel à virtute obiecti cum illo vnitiuè coniũcta, ob realem identitatem. Sicut liquet in volitione diuina; quæ licet apud Scotũ sit proprietas quædam attributalis ex natura rei distincta à quidditate Dei, quia tamen est ipsemet Deus vnitiuè, seu per summã idẽtitatem realẽ; ideò fit, vt volitio diuina esse queat cõnaturale principium cuiuscũq; immutationis intẽtionalis, quæ à Deo expectari possit ad exprimẽdam imaginem Dei in intellectu creato. Quia tamen certo certius est, omnem volitionem creatã à substãtia proprij substrati realiter dissidere; accedit inde, vt ipsa nequeat esse principium elicitiuũ formæ intẽtionalis repræsentatiuæ illius substantiæ, quæ talem volitionem elicit.

Optima ratio differimini ex Scoto

Oppositiones pro Aureolo, & Soario ad elucidationem doctrinæ præcedentis.

Oppositio cõtra doctrinã Scoti ex Aureolo.

18 SEd oppones ex doctrina Aureoli, *sub num.* 8. probationem Scoti obtinere actum creatæ volitionis, qui realiter secernitur à substantia volente, non posse esse principium adæquatum imaginis repræsentatiuæ talis substantiæ; non tamen Scoti argumentationem aperire, quare implicet quòd propter naturalẽ coniunctionem, & sympathiam substantiæ volentis cum actu suæ volitionis, nequeat ipsa substantia se se subijcere suæ volitioni in actione intẽtionali adeũda? ea ratione, vt volitio se gerat tãtùm adinstar determinãtis ipsam substãtiam in ratione agentis intentionalis, vt pro nutu impulsus imperantis substantia obiecti immutet facultatem intellectiuam, vel non immutet.

Diluitur id quòd nulli agenti intentionaliter tractũ subijciatur motiuũ liberæ itaut possit cohiberi pro nutu voluntatis.

19 At Scotum non perstringit præsẽs oppositio à doctrina Aureoli petita; cũ id volũtariè assumat, quod ostẽdere debuerat. Refragatur enim manifestis experimẽtis, quæ occurrũt in influxu obiectorum vniuersarũ apprehẽsiuarũ facultatum; quæ in imaginibus intẽtionaliter excidẽdis ita necessariam obeunt causalitatem, vt nulli appetitus impulsui, aut imperio, se subijciãt. Licet enim integrũ sit obiecto facultatis visiuæ, se nõ approximare tali potẽtiæ; attamẽ præmissa requisita vicinitate potẽtiæ, & obiecti, illi liberum nõ est, facultatem visiuam nõ impeditam nõ immutare intẽtionaliter. Quod est vniuersaliter verum de omnibus obiectis materialium facultatum apprehensiuarũ internarum; verbi gratia, sensus cõmunis, imaginatiuæ, &c. Adeò vt id nunquam ab aliquo in controuersiam vocatum sit.

Cur Aureol⁹ & Soarius obiectũ intentionale subijciant arbitratus voluntatis

Quare illa Aureoli doctrina de subijcibilitate & subordinatione obiecti, nimirum cogitationis angelicæ ad suã volitionem in exerenda actione intẽtionali; tãtùm videtur ab Aureolo excogitata, & probata à Frãc. Soarez, ad eludẽdam illam difficultatem, quæ erumpit ex vi, quã deferunt actibus immanentibus angelicis ad immittandas species impressas repræsentatiuas talium actuũ in intellectu alterius Angeli, quo supposito, dum vrget inquisitio; qua ratione interna Gabrielis cogitatio Michaeli occulta esse queat, si talis cogitatio ex se nata sit imprimere speciem sui in mẽte Michaelis? hanc euadendæ difficultatis ansam arripiunt, vt vim illam intentionalem cogitationum ad immittendam speciem, libero nutui Angeli cogitãtis submittãt. Aureolo nemo ex antiquis, nec ex neotericis, in hac re suffragatur est præter Soariũ; quod manifestè detegit, tale assertũ esse merũ effu-

gium

giũ ad eludẽdam difficultatem de naturali propalatione internatum Angelicogitationum, quæ inde erumpebat.

Impugnatur Soarij placitum.

20 Deinde cõtra Soarium ſic inſurgo. Quia prædictus author defert actibus internis Angeli vim intẽtionalẽ ad immutãdum intellectum alterius; eòquòd ſine iſta intẽtionali efficientia ingenuè fateatur (contra communem Thomiſtarũ claſsim) non eſſe intelligibilem collocutionem Angelorum. Cũ ergo hæc ratio de collocutione iuſtet in animabus ſeparatis; etiam internis earum cogitationibus eadem vis intentionalis neceſſariò adſcribenda eſſet.

Nota ſenſus Aureoli in hac re

Quod videtur admiſiſſe Aureolus trãſcriptus, *ſub n. marg. 6. Voluntio, & cogitatio, ſiue intellectio, ſubſunt voluntati ipſius Angeli, quantum ad hoc, quod eſt mouere intellectum ſuum, vel quemcunque alium, & quod dico de Angelo, dico etiam de nobis, eadem enim ratio eſt hic, & ibi. Ita quòd prædicta, licet quantũ ad actum primum, ex quo ſunt in intellectu, non ſubſunt imperio voluntatis; ſubſunt tamen quantum ad actum ſecundũ qui eſt gignere ſui ſimilem in mente alterius actiuè.*

Premitur ratio cõtra Aureolum, & Soarium

Igitur, aut occulti animarum cogitatus peruij eſſent omnibus animabus; aut ſubijcienda iret vis illa intẽtionalis appetitioni liberæ cuiuslibet animæ; ita vt approximatis obiecto, & potentia, poſſet obiectum, pro libero nutu animæ ab intentionali actione cohiberi.

Cùm autem in ſtatu ſeparationis actus intellectionis non magis ſubmittantur nutui animæ, quàm in ſtatu compoſitionis ad corpus, quãtùm ad cauſalitatẽ & influxum intẽtionalem (nec enim ob ſeparationem corporis aſſerenda eſt mutatio naturalis ſubijcibilitatis, & ſympathiæ inter actus immateriales cogitationis, & volitionis, non inquãtum referuntur ad phãtaſmata, ſed vt comparantur inter ſe) etiam liberum eſſet cuilibet cõminiſci, quòd actus intellectionis in ſtatu coniunctionis ad corpus ſubijcerẽtur imperio voluntatis, in generatione, vel nõ generatione, habituũ. Vel quòd phantaſma ſubderetur volũtati in producẽda ſpecie impreſſa intelligibili; & ſic de alijs, quæ videntur ab experimentis, & ab omni philoſophia aberrare: relinquitur ergo, vt nullus intentionalis influxus entis creati liberæ illius appetitioni ſubmittendus ſit.

Cõfutatur vltra eccur ſus Aureoli.

Nec nodum dirimit Aureolus, dum vult, non omne agens intẽtionale immutare neceſſariò ſuum paſſum eſtò quòd debitè apparatum, vel approximatum ad intentionalem influxum: *Non ergo omnia* (inquit) *mutant neceſſitate naturæ, ſed quædam ſic, vt ſubſtantia Angeli; quædam non, vt cogitatio volitio, & huiuſmodi.* Petit enim principium Aureolus non reddens cauſam abſimilitudinis influxus intentionalis neceſſarij in his agentibus; & liberi in alijs, ſuppoſito enim, quòd liceat, alicui principio intentionali influxum adſcribere pleno iure ſubiacentem imperio voluntatis; patebit via, vt cuilibet integrum ſit voluntariè comminiſci, quòd omnis cauſalitas intentionalis renuntietur ſubdita arbitratui voluntatis; ſaltim quoad productiones agentium ſpiritualium.

Corollarium ad dirimẽdã controuerſiã

21 Ex quo vltimò tandem eruimus id eſſe proprium Dei, vt neceſſariã cauſalitatem intentionalem ad extra obire nequeat; ob præſtantiam enim diuinæ naturæ illi obſtat, vt neceſſario influxui ad extra addicatur. Si verò quidditas Dei, (prout forma omnino neceſſariæ apprehenditur, & quatenùs anteit quaſi pullulationem affectionis appetitiuæ,) aſtrueretur principium influxus intentionalis; iſte eſſet ab intrinſeco neceſſarius, ac proinde illimitatus, ſeu infinitus ſaltim ſynchategorematicè, vt in probatione noſtræ ſententiæ oſtendimus.

Vera ſententia rationibus ſtabilitur, pro immediato concurſu in ratione ſpeciei facultatis exequentis, vel potentiæ diuinæ.

Paulo Scoti ſententiæ Thomiſtæ aſſentiũtur implicationẽ ſpeciei impreſſæ, eo quod prodiret à Deitate neceſſario influente

22 QVARE. Longè probabilior eſt Scoti ſententia, quam in ſuperioribus referauimus; cui meo videri manifeſtè ſuffragantur omnes hi Thomiſtæ, qui ideò impoſsibilitatem ſpeciei impreſſæ tutãtur, eò quòd autu-

ment; talē ſpeciē à Deo neceſſaria emanatione proceſſurā; & abſurdum æſtimēt quēcūq; influxum neceſſarium Dei ad extra. Quare cōſequēter etiā aſtruere coguntur, eſſentiam Dei de facto ſubeūtē functiones ſpeciei impreſſæ creatæ, non adire influxum neceſſarium, ſed omnino liberum; ac proinde non reſpondentem quidditati Dei immediatè, ſed illius facultati appetitiuæ.

Scoto ſubſcribunt. Herice Rada Poſſanien.

Cæterū, Scoti ſententiam apertè ſuſtinet Valen de Herice, *tract. 4. diſp. 42 c. 4.* & ex Neotericis Scotiſtis Rada, *1. p. controu. 10. ar. 2. concl. 2.* Petrus Poſſnanienſis, *in 1. ſen. diſt. 27 art. 3. dubio 2. concluſ. 2.*

Scotus

Et probatur rātione Scoti, quā propoſuimus, *n. mar. 13. Si eſſentia diuina non eſſet formaliter volita, nihil omnino poſſet cauſare ad extra, quia nihil poſſet cauſare, niſi naturaliter, & quodcunq; extrinſecum, cùm ſit formaliter poſſibile, non poſſet eſſe à neceſſario, niſi contingenter.*

Ratio fūdamentalis ex Scoto, quòd nullū ens poſſibile cōtrahatur ad futuritionē, & exiſtentiā ab æterno volle libero Dei.

Ex quibus verbis talem inſtruo probationem. Quilibet influxus intētionalis, quē Deus elicere poſſit ad extra, nō eſt ens ab intrinſeco neceſſariū, ſed ens poſſibile; quod refert potētiam obiectiuā ad eſſendum cū nō repugnātia ad nō eſſendum. Atqui, nullum ens extrahitur à potētia obiectiua ad actum entitatiuū ſeu exiſtētialem, niſi cōtingēter & libere, vt perſpicuū eſt; cū nullū ens creatū neceſſariò exiſtat: igitur trahitur hæc exiſtentia à principio contingenter operante; ſi enim agens aliquod neceſſariò & inimpēdibiliter influeret in effectum, effectus non contingenter, ſed neceſſariò exiſteret.

Idem de influxu intentionali Deitatis in intellectu creato

Sed Deitas (vt anteuertit quaſi emanationem facultatis liberæ appetitiuæ) non concipitur vt principium indifferens ad agendū, & non agendum; igitur nec vt anteit ſuam voluntatem, concipitur vt formaliter potens ad influxum intentionalem.

Vrgetur ratio, quod voluntas libera cōponatur intellectui creato vice ſpeciei aduenientis ad ſignificandum.

Vel formo rationem ſic; potētia & virtus exequutiua Dei ad extra eſt illi⁹ voluntas formaliter; ſed actio, quā elicit Deus, etiam in ratione obiecti beatificātis mētem creatā, eſt ad extra, vt de ſe patet: ergo debet immediatè ab illius volūtate effluere. Si enim procederet immediatè ab eſſētia, vt formaliter eſſētia eſt, eſſet actio formaliter, & intrinſecè neceſſaria; eò quòd eſſentia, vt talis, nō concipiatur cū libera indeterminatione ad poſitionem influxus, & negationem eius; atque adeò Deus aliquid ad extra neceſſariò operaretur.

Reſp. Soarē quòd influxus Deitatis in ratione ſpeciei eſt neceſſarius elicitiuè, & liberè denominatiuè

23 Occurrit Soarez *loco citato ex 1. p. tib. 2 de attributis negatiuis Dei, c. 12. n 22* quòd, licet cauſalitas eſſentiæ diuinæ circa viſionem non ſit libera elicitiuè; eſt tamen libera denominatiuè: quatenūs ſubijcitur decreto ſuæ volūtatis. Sicut actus productus à potētia exteriori, eſt neceſſarius elicitiuè, vt potequi à potētia neceſſaria emanet; attamē eſt liber denominatiuè, eòquòd potentia exterior, quæ formaliter eſt agens neceſſarium, ſubmittat ſe in operādo liberæ voluntatis motioni; qua ratione autumat, Soarius, creationem eſſe liberam denominatiuè, non verò elicitiuè.

Creatio eſt libera elicitiuè contra Soarium.

Sed cōtra; quia in primis gratis aſſeritur, creationē cārum eſſe liberām denominatiuè ad inſtar actus exterioris, qui immediatè à principio neceſſario elicitur, & ſolùm imperatiuè à volūtate procedit; quia creatio immediatè emanat à voluntate Dei, quæ eſt facultas formaliter libera.

Quòd autem ſubditur; influxum eſſentiæ diuinæ in viſionem eſſe liberū denominatiuè, & neceſſarium intrinſecè, & elicitiuè; improbatur ſic.

Excutitur doctrina Soarij eoquòd licet non poſſit Deitatis vi ceſſ ſpecie ipſa mittat decretū, ſed influat neceſſariò

Quia eſſentia diuina, inquātū eſt principium huius actionis intentionalis, tantùm ſubijcitur diuinæ volūtati, vt applicāti eſſentiam diuinam in ratione comprincipij viſionis; qua applicatione præmiſſa, eſſentia neceſſariò, & naturaliter influit. Sed Deum neceſſariò concurrere ad extra, etiam ſuppoſita applicatione libera, eſt prorſus impoſſibile; aliàs enim ageret ſecundùm vltimū potentiæ ſuæ, nec adeſſet comprincipium aliquod, à quo contrahi ac finiri valeret influxus Deitatis, quaſi ex naturæ neceſſitate operantis. De quo vide infra *ſub n 31.*

Cōfirmatur ex potentia neceſſaria præmittente liberā applicationem paſſi.

Illuſtratur, & firmatur argumentatio præcedens; exemplo actus potentiæ exterioris neceſſariæ, quæ liberam applicationē præexigit ad ſuū influxū. Quia potētia nutritiua in homine eſt agēs ſimpliciter neceſſariū exercēs cauſalitatē ſimpliciter neceſſariā; licet pēdeat à libera applicatione cibi, qui ſuppoſita, neceſſariò agit. Ergo, licet eſſētia diuina præmittat liberam applicationem ſui decreti, id nō tollit, quominùs applicatio-

ne

ne præmiſſa, operetur vt agēs omnino neceſſarium; ac proinde influat ſecūdū vltimum potētiæ ſuæ, eliciatq; influxum intentionalem ſaltim ſynchategorematicè infinitum.

Altera reſp. quòd cōtrahatur influxus Deitatis à cōprincipio ex parte potentiæ

Nec præſtat dicere, quòd limitaretur immediatus ille Deitatis influxus ab alio comprincipio, quod ſe tenet ex parte potentiæ; nimirum ab intellectu informato lumine gloriæ.

Refellitur cōtradictio à cōprincipio viſionis ex parte potentiæ

Quia ſi Deus neceſſariò operaretur, etiā iuxta vltimū potētiæ ſuæ eueheret mētem creatam, ſupplēdo ſe ipſo in genere cauſæ efficiētis influxū luminis gloriæ; cū eū præſtare valeat, vt in ſuperioribus oſtēdimus. Quia, cū intellectus eleuari queat à Deo in viſionē perfectiorem vſq; in infinitū, vt cōmunior fert Thomiſtarum ſentētia; ſi eſſentia diuina neceſſariò influeret, prodiret viſio illimitatæ actualitatis, ſaltim ſynchategorematicè loquendo.

Ampliorelucidatio doctrinæ præcedentis.

Deinde, quòd quāuis Deus attēperet virtutē ſuam exequētem dū cooperatur ad extra cū agēte creato, quod exerit influxū ſecūdùm facultatem natiuā; verbi gratia cū igne igneficiēte & calore calefaciēte. At cū influit cū agēte, quod expectat obediētiale comprincipiū; ſicut huius cōprincipij ſupernaturalis cauſalitas ſuſcipit limitationē ex ſolo nutu Dei immittētis illud intellectui ſecūdū potētiā obediētialem eius: ita & potētia obediētialis cōnotās comprincipiū ſupernaturale eſt limitata, & contracta ad tātā intēſionem formæ actus ex ſolo Dei arbitratu. Si autē Deitas nō ageret intētionaliter, quà eſt, ſed quà vult; talis motio nō ſubiiceretur nutui libero, ac proinde nec liberè cōtraheretur influxus Deitatis ſupplētis munia tā ſpeciei impreſſæ, quàm habitus luminis gloriæ.

Inſtatur vltra

Præterea; quia ſi Deus neceſſariò cōcurreret cū igne, eleuaret illū ad omnē eū influxū, ad quē præhaberet vim initialē & inchoatam; nec enim meta influxus præſcribi valet agēti infinito; dū nō exerit influxum, quà vult, ſed quà eſt, ex toto impetu neceſſitatis naturæ.

Reſp. aliorū

Occurres, quòd Deus inquātū aſſeritur ſupplēs vices ſpeciei (& quatenus influit immediatè ſub prædicato quidditatiuo Deitatis, & nō ſub proprietate voluntionis liberæ) nō ſupplet cauſalitatē luminis gloriæ. Cùm lumē gloriæ nō gerat vices obiecti, vt ſuppleri debeat ab obiecto, vt refert rationem formalem obiecti; quod eſt ipſamet Deitas.

Refellitur efficaciter

Cōtra ſic; quia nō implicat cōtradictionē forma aliqua creabilis, quæ vnitiuè vel per cōiūctionem idēticam copulet ambiat ve, munia & functiones vtriuſq; formæ, nimirū luminis gloriæ, & ſpeciei impreſſæ Deitatis; imo quòd de facto aliqui neoterici aſſeruūt, lumē gloriæ præſtare vtrāq; cauſalitatem; vt liquet ex præmiſſis in præcedēti, *ſubdiſt. ar. 2 ſub n. mar. 24.* ſi ergo Deitas immediatè per ſuā eſſentiā ſupplere poſſet vices ſpeciei, etiā & obire valeret functionem illius ſpeciei poſsibilis, quæ eſſet ſimul imago Deitatis, & lumē gloriæ; igitur influxus Deitatis vt gerētis munus talis ſpeciei cōtrahi nequiret ab influxu luminis; qui in iſta hypotheſi non eſſet diſtinctus ab influxu ſpeciei, ſed omnino idem & indiuiduus.

Si Deitas ſupploret vicem ſpeciei & lumis nō daretur cōprincipiū cōtrahens.

Ergo nō daretur aliquod cōprincipiū ſupernaturale, à quo cōtrahi poſſet intētionalis influxus Deitatis, vt gerit vices illius formæ poſsibilis, quæ ſimul eſſet lumē gloriæ, & ſpecies impreſſa: ſiquidem nec cōtrahi valeret talis influxus à natiua virtute intellectus (hæc enim, cū initialis ſit, & inchoata, procreſceret iuxta accremētū eleuationis.) Igitur, ſi ſit poſſibilis, apud cōmunē Thomiſtarū ſententiā intēſio vſq; in infinitum in formis ſupernaturalibus operatiuis, ſeu habitibus infuſis; prodiret viſio ſaltim ſynchategorematicè infinita, à principio infinita ex parte luminis, & ex parte obiecti; ſi tale principiū nō influeret per facultatem exequentem liberam, ſed per neceſſariā formam Deitatis.

Ratio reſpondentium ſuſtinetur influxū neceſſariū in Deitate gerit vicem ſpeciei

24 Quare reſpōdēt alij; nō eſſe incongruū, quòd ſuppoſita libera cōiūctione eſſentiæ diuinæ cū intellectu beati, prodeat influxus intrinſecè neceſſarius; ſicut licet vnio perſonalitatis verbi cū humanitate liberè à Deo fiat; illa tamē vnione præmiſſa, neceſſariò influit perſonalitas verbi in omnes actiones illius ſuppoſiti, ita vt nequeat nō influere. Quia ſicut perſonalitas creata, ſi daretur in Chriſto, nō liberè, ſed neceſſariò eliceret omnes actiones ſuppoſiti, ita de facto perſonalitas verbi neceſſariò influit in omnes Chriſti actiones; nec tamē inde licebit cōminiſci, huiuſmodi actiones eſſe phyſicè infinitas, eſto quòd moralis infinitudo illis deferri queat.

Inſtatia ex neceſſario influxu perſonalitatis verbi in actiones Chriſti

Sed cōtra; quòd ſuppoſitalitas nō eſt principium actiuum, ſed potius for-

Cluellitur, referata ab ſimilitudine inter influxū intentionalē Deitatis, & influxū perſonalitatis verbi in actionem Chriſti

mate conſtitutiuum naturæ in ratione ſuppoſiti; quia actiones non dicuntur eſſe ſuppoſitorum, eò quòd conſtitutū ex natura, & hypoſtaſi (prout da materiali importat naturam, & de formali ſubſiſtentiam,) eliciat influxum; ſed quia prius eſt vt natura ſuſtentetur, & terminetur intrinſecè per ſuppoſitalitatem, quàm quòd extrinſecum adeat influxum. Denominatur tamen ſuppoſitum operans (licet actio non emanet ab hypoſtaſi) quia antequam natura influat in extrinſecum, elicit prius ſuppoſitalitatis formam à qua completur vt in ſe & per ſe exiſtat. Sed perſonalitas diuina gerit vices hypoſtaſis creatæ; & perſonalitas creata non eſt principium (*vt quo*) cauſalitatis à ſubſiſtentia effluentis in genere cauſæ efficientis; igitur nec perſonalitas diuina, quæ ſupplet vices creatæ hypoſtaſis. Ac proinde inconcinna producitur argumentatio ab influxu perſonalitatis diuinæ in Chriſto, ad influxum eſſentiæ diuinæ gerentis vices ſpeciei impreſſæ; cū ille attineat ad genus proprij principij efficientis, ille verò non.

Perſonalitas non eſt principiū elicitiuū actionis.

Quod vel ex eo liquet; quia ſi Deus naturam humanam diuinitus ſine vlla ſubſiſtentia, nec propria, nec aliena, cōſeruaret, (quod eſſe poſsibile oſtendimus in appendice metaphyſica de ſubſiſtentia creata;) eliceret actiones diſcurſiuas eiuſdem prorſus ſpecici cum his, quas de facto producit, quando compoſita eſt formæ hypoſtaſis; ergo ſuppoſitalitas non eſt ratio & forma agendi, ac proinde, friuolè arguitur ab influxu perſonalitatis verbi coniuncti humanæ naturæ, ad influxum intentionalem Deitatis in ratione ſpeciei.

Alter ratio pro noſtra ſententia.

25 Secundò probatur noſtra ſententia; ad eamdem facultatem Dei, intra ſeriem operandi intentionaliter, attinet influxus ille, qui à Deo præſtatur, dum ſe ipſo ſupplet vices ſpeciei intelligibilis; à qua eliceretur ſpecies impreſſa creata, ſi eſſet poſsibilis. Hoc pronuntiatum ab omnibus Thomiſtis communiter vſurpatum video; quod & aperta firmatur inſtantia obiecti creati ſe ipſo gerentis vices ſpeciei impreſſæ, dum localiter indiſtat à potentia; & ſufficientis ſpeciem impreſſam vice ſui, quando diſtat ſecundum locum ab eadem potentia, quam fœcundat, vterque enim influxus obiecti, ſiue medij ſpecie impreſſa, ſiue quem præſtat obiectum immediatè ſe ipſo; ſpectat ad eamdem facultatem intētionaliter operantem.

Ab eodē principio proximo ex parte obiecti effluit influxus inuiſionē, à quo prodiret ſpecies impreſſa

Atqui, ſi ſpecies impreſſa diuinæ eſſentiæ non eſſet repugnans, (cuius poſsibilitatem aſſeuerat acutiorum Theologorum cœtus,) illa ſpecies non excideretur immediatè ab eſſentia Dei, quà quidditas Dei eſt, ſed à facultate exequente, quæ eſt voluntas, igitur nec de facto intentionalis influxus in viſionem elicitur immediatè ab eſſentia Dei, ſed ab illius voluntate.

Species impreſſa nō elicetur a Deitate immediatè.

Cæterùm; quòd nec ſpecies impreſſa, nec aliud productum creatum, immediatè hauriri queat à quidditate Dei, ſed à vi appetitiua eius, quæ eſt illius facultas exequens; ſeriò firmandum erit in controuerſia de omnipotētia Dei; pro nunc verò ſic breuiter, ſuadetur, ſupponendo; quòd Deus de facto producat talem ſpeciem impreſſam poſsibilem; quo præmiſſo ſic argumentor.

Nullū ens creatum poſſe produci valet immediatè à principio neceſſario in Deo

Exiſtentia actualis huiuſmodi ſpeciei impreſſæ eſſentialiter præſupponit eſſe obiectiuum eiuſdem ſpeciei importans futuritionem cum habitudine ad exiſtendum pro tali differentia temporis; quod idem aſtruimus de qualibet alia creatura futura, vt futura. Creatura enim, quæ erit, ſupra poſſibilitatem apponit mutationem obiectiuam; quatenùs tranſit de non eſſe entis determinati ad exiſtendum, ad eſſe entis determinati ad exiſtendum pro tali differentia temporis. Igitur ab eadem facultate operatiua trahitur exiſtentia entis creati, à qua hauritur mutatio obiectiua eius cum habitudine ad exiſtendum; cùm eſſentialis ſit præſuppoſitio entis futuri ad exiſtens.

Ab eodē principio immediato trahitur exiſtentia entis creabilis, à quo petitur mutatio obiectiua ad futuritionem

Atqui, ratio illa obiectiuæ immutationis cum ordine ad exiſtentiam pro aliqua differentia temporis, in qua conſiſtit futuritio, non accipitur ab eſſentia Dei, prout quidditas Dei eſt, & forma omnino neceſſaria: quia hæc ſecundùm ſe ſpectata, ſicut libera non eſt, ita nec radix eſſe valet, à qua peti queat contingens ea determinatio, quę accedit enti poſsibili, prout ad futuritionem tranſit. igitur tota ratio futuri

tio-

tionis entis accipitur à facultate volitiua, ac proinde, & exiſtentia entis actualis, quæ futuritionem præmittit eſſentialiter. Quare optimè aſſeruit Scotus loco citato, & à nobis tranſcripto *ſub num.* 13. *Si eſſentia diuina non eſſet formaliter volens, nihil omnino poſſet cauſare ad extra.* Sed de his infra preſſè in controuerſia citata de Omnipotentia, ſeu facultate exequutiua Dei.

Scotus

26 Si verò cauſeris; quòd licet id verum habeat de alijs omnibus productis, quæ immediatè à voluntate diuina efficiantur; improbandum tamen ſit de ſpecie impreſſa, quæ ob rationem imaginis, ab obiecto naturaliter excidi expoſtulet. Sic reconueniri poteris.

Fuga, quòd id nō habeat verū in naturali imagine Deitatis, quæ eſt ſpecies impreſſa

Etiam exiſtentia ſpeciei impreſſæ eſſentialiter præexigit mutationem obiectiuam cum habitudine ad exiſtendum, in qua illius futuritio poſita eſt; atqui immutatio obiectiua, quæ eſt denominatio contingenter accedens poſſibilitati entis, apud nullum Theologū immediatè petitur, niſi à decreto libero; igitur nec exiſtentia ſpeciei impreſſæ ab alio principio immediatè hauriri valebit, quàm à libera volitione Dei.

Occupatio effugij; eo quòd eadem ſit ratio de ſpecie impreſſa ac de alijs effectibus

Quam rationem etiam ſuffulciunt aurea illa Scoti verba tranſcripta, *ſub numer.* 13. *Quodcunque extrinſecum, (cum ſit formaliter poſſibile,) non poſſet eſſe à neceſſario, niſi contingenter.* Vbi vniuerſaliter conſtituit Scotus; quòd implicet, quòd ab ente neceſſario, ſeu ente per eſſentiam, quod eſt Deus, effluere queat ens immutatū obiectiuè, & quaſi extractum ab ſtatu poſſibilitatis ad ſtatum futuritionis & exiſtentiæ, niſi intercedente facultate libera operandi ad extra; qualiter ſe geritur, non neceſſarius Deitatis conceptus, ſed libera motio voluntatis. Ratio autem Scoti ita vrget in ſpecie impreſſa Deitatis, quā creabilē tutamur, (eſto quòd ſit ſemē intentionale Deitatis & à Deitate ſpecificatū) ſicut in tota collectione poſſibiliū, quæ immutatur obiectiuè ad ſeriem futurorū; quam obrem, & vniuerſalem probationem de ſenſu Scoti conſtruximus.

Vrgetur ad aduerſarij ſubtili excurſione Scoti.

Scotus

Imus obuiam oppoſitis rationibus, pro immediato influxu Deitatis in viſionem beatificam.

Resp. ad fundamenta oppoſita

27 PRimum argumentum, quod ſibi oppoſuerat Scotus, ſic ipſe illud diluit in eodem quodlibeto 14. *ſub numer. marg.* 18. & 19. ſubdens.

Scotus

Ad iſtud dico, quòd quia voluntas eſt perfectè idem cum eſſentia; ideò poteſt eſſe principium motiuum ad videndum eſſentiam, vt eſſentia eſt. Negandus eſt igitur illa maior; verum quidem eſt, quod ibi affirmatur, ſcilicet, quòd voluntas poteſt eſſe principium motiuum ad videndum voluntatem, vt voluntas eſt; falſum autem eſt, quod ibi negatur, ſcilicet, quòd non poteſt eſſe principium ad videndum eſſentiam, vt eſſentia eſt.

Ad 1. arg. ſolutio ex Scoto

Ad probationem maioris reſpondeo: quòd prioritas illa eſt quaſi prioritas fundamenti, ſed illud fundamentum non ſolùm eſt perfectè idem cum illo, quod intelligitur fundari in eo, ſed etiam illud habet perfectionem formalem formaliter infinitam; propter quod perfectè, identicè, & vnitiuè, continet perfectionem fundamenti: & propter iſtam rationem poteſt voluntas eſſe principium communicandi eſſentiam, quia ipſa eſt identicè omnino eiuſdem perfectionis cum eſſentia. Hæc eſt ſolutio Scoti, quæ expoſitione, aut confirmatione non eget.

Cur voluntas diuina moueat intellectum creatū ad inſpectionē Deitatis

Ad arg. Scoti in oppoſitum

Motio intellectualis emanat ab obiecto ſecundum rationē formalē obiecti in ratione mouentis.

Ad cōfirmationem reſpōſ.

Ad probationem ex Scoti argumentatione petitam conſtat ex adnotatis, numer. 16. fatemur enim; actionem intentionalem prodire ab obiecto ſecundùm rationem formalem obiecti quà motiuum eſt potentiæ; non verò quà terminatiuum eſt eiuſdem potentiæ. Quia, vt liquet ex inibi obſeruatis, alia eſt ratio formalis obiecti, prout motiui, ſeu immutatiui potētiæ, alia verò prout terminatiui.

28 Ad confirmationem; concedimus, influxum intentionalem Dei in viſionem attinere ad eamdem facultatem

tem operatiuam, à quæ emanaret ſpecies impreſſa, ſi daretur; vt liquet ex probatione noſtræ ſententiæ ſub n. 25. inficiamur verò, ſpeciē immediatè proceſſuram à quidditate Dei, & nō à potentia volitiua.

Diluitur in ſtantia

Quando verò opponitur; ſpeciem impreſſam ſemper neceſſariò excidi ab obiecto. Reſpondetur; id eſſe verum de obiecto finito, & creato, ſecùs de obiecto increato, quod ob naturæ illimitationem, & præſtantiam nequit prorumpere in actionem neceſſariam ad extra etiam intentionalem; ſed cū ſit ſpeculū voluntarium pro ſuo nutu creatæ mēti illabitur in ratione principij intentionalis; ac proinde talis influxus Dei, prout obiecti, in ſolam illius volitionem, tanquam in principium immediatum deferendus eſt.

Ad Argu. 2. ſolditur influxus intentionalis voluntatis ſit magis ob naturali, quàm ſpecies impreſſa creatæ

29 Ad ſecundum argumentum; quòd licet in alijs obiectis connaturalior modus operandi ſit per ſpeciem, aut per ſe ipſa immediatè; vnde, ſi ſuppleretur a Deo influxus obiecti vel ſpeciei, per ſpecialem concurſum diuinæ voluntatis, id fieret præter naturam, & conditionem agendi obiectorum. Quia tamen ea eſt perfectio, & excellentia diuinæ ſubſtantiæ; vt illi obſtet, eamque dedeceat immutare neceſſariò aliquam mentem creatam; ideò fit, vt eſſentia diuina, quæ eſt principium naturale, & neceſſarium, tantùm poſsit fœcundare intellectum diuinum immediatè, quia Deus neceſſariò, & naturaliter eſt beatus; & intellectui creato cōtingenter illabatur, & ideò coniungitur illi per voluntatem contingenter ad extra operantem, quæ eſt connaturalior ratio agendi Dei, vt principij intētionalis ad extra.

Imediatio arg. 3.

Ad tertium argumentum; ex inſufficientia Deitatis non colligi, quòd immediatè non moueat intellectum creatum, ſi expeditiſſima eſt ad fœcundandum immediatè intellectum diuinum; quin potiùs ad ſupereminentem Deitatis præſtantiam attinere, vt creatā mētem non immutet immediatè; eoquòd neceſſarium influxum ad extra obire nō valeat.

Obiectio contra immediatio nem motionis Deitatis ref ſectu intellectus diuini

Sed obijcies; quòd Deitas non exercet munus quaſi ſpeciei impreſſæ creaturarum per ſe ipſam immediatè, ſed medio attributo potentiæ ſuæ, quod à facultate impulſiua, ſeu appetitiua non diſtinguit Scotus; ſicut enim Deitas ſe ipſa immediatè non præhabet intra eminentiam ſuam creaturas, ſed medio attributo potentiæ ſuæ, ſic nec mouet ad intuitionem creaturarum, niſi mediante omnipotentia, quæ non ſecernitur à facultate appetitiua.

Diluitur

Reſpondetur; quòd quando aſtruimus, Deitatem immediatè mouere intellectum diuinum ad *inſpectionem* creaturarum, ibi, *ly immediatè*, non remouet medium attributum potentiæ, ſeu facultatis appetitiuæ in actu primo conſideratæ, quæ eſt affectio neceſſaria Deitatis, ſed excludit mediam cauſalitatem intentionalem liberam, quam exercet Deus reſpectu intellectus creati; eò quòd creata mens liberè, & contingenter beetur à Deo, ac proinde medio influxu, & decreto libero; intellectus verò diuinus neceſſariò, & naturaliter. Sed de hoc *in controu. 11. de ſcientia Dei, diſt. 1. ar. 2. numer. marg. 21.*

Reſp. ad argum 4

30 Ad quartum argumentum conſtat ex dictis num. 23. quia, licet Deitas ſubijci poſſet ſuæ volitioni, vt applicanti; ea tamen libera coniunctione præmiſſa Deitatis, & intellectus creati, Deitas neceſſariò influeret; atque adeo neceſſariò etiam ſuppleret defectum luminis gloriæ, euehens intellectum ex parte potentiæ; ac proinde viſio prodiret omnino exuperans intēſionē luminis de facto immiſſi menti creatæ; quòd eſt abſurdū, & contra communem ſententiam.

Vrgetur Soarius ad hominē ex doctrina Aureoli

31 Inſtantia verò de cogitationibus Angelicis, quas ſubmittit Aureolus volitioni liberæ quantùm ad cauſalitatem intentionalem; reiecta eſt, *nu. marg. 19. & 29.*

Imo ex doctrina Aureoli, quam recipit Soarius, de cogitationibus Angeli, quæ ſubijciantur arbitratui Angeli quò ad ſpeciei impreſſæ effectionem; vel ſic Soarium reconuenio. Quia ſicut eſto quòd cogitatio Gabrielis ſubiaceat nutui, & proposito libero eiuſdem, quoad hoc quod contrahatur in vltimo procinctu ad influxum intentionalem; at poteſtate facta cogitationi Angeli à volitione eius, intellectio, aut cogitatio influit intentionaliter, vt agens merè naturale, & non liberū; ac proinde ſecundùm vltimum virtutis operatiuæ.

Ita vt licet cogitationi Angeli integrum non ſit agere intentionaliter, niſi accedente libero proposito voluntatis eiuſdem Angeli; at data libera volitione, non poteſt virtus agentis intentionalis cohiberi à tota ea intenſione influxus, quæ ab eo elici queat circa tale ſubſtratum Angeli audientis, aut excipientis loquutionem; nec ei meta intenſionis circa influxum intentionalem præſcribi.

Optima collectio.

Ergo à paritate, & identitate rationis, quamuis Deitas ſe ſubijceret ſtatuto libero circa immutationem intentionalem intellectus creati; attamen, ſi Deitas immediatè agere poſſet ad extra, accedente libera applicatione, influeret vt agens neceſſarium ſecundùm omnem poteſtatem illimitationis ſuæ ſiquidem, Deitas, vt Deitas, non eſt principium formaliter liberũ ſed omnino neceſſarium.

ARTICVLVS III.

Vtrùm ſit poſsibilis ſpecies impreſſa diuinæ eſſentiæ?

SVMMARIVM.

Fundamenta antiquorum Thomiſtarũ contra ſpeciei impreſſæ poſsibilitatẽ, Num 1.

Veterũ Thomiſtarum implicationes poſsibilitatis ſpeciei impreſſæ, eliduntur Num.4.

Oſtenditur, ſpeciem quidditatiuam, à ſua ratione, comprehenſiuam non eſſe. Vbi etiam agimus, dari accrementum intenſiuum in ſpeciebus intentionalibus, Num.19.

Recentiorum Thomiſtarum oppugnationes ſpeciei impreſſæ, expugnantur. Num.23.

Refelluntur aliæ molitiones retentiorum, & expenditur, an implicet ſpecies impreſſa in Angelo ad intuitionem propriæ ſubſtantiæ? Numer. 30.

Baſolij implicatio ſpeciei impreſſæ propoſitæ, & reiecta ex Aureolo. Numer 34.

Textus Scoti, & explanatio veræ ſententiæ. Num.42.

Aſſeritur poſsibilitas ſpeciei repræſentantis abſtractiuè Deitatem; & expenditur comparatio adæquationis inter ſpeciem, & obiectum, de ſenſu Scoti. Num.49.

1 VAlde diſsident Thomiſtæ in aperienda ratione implicationis ſpeciei impreſſæ creatæ, quæ Deum quidditatiuè, & ſemota analogia, repræſentare queat; ne tamen multiplicium opinionum contentus ſeriem diſputationis inuertat, ſigillatim proponenduseſt quilibet modus dicendi, iſq; in iudicij rutinam vocandus.

Omnis S Thomæ de implicatione ſpeciei impreſſæ

Sanctus Thomas, 1. *par. quæſt.* 12. *art.* 2. autumat; implicationem inuoluere, quòd à Deo produci valeat ſpecies impreſſa claræ repræſentatiua diuinæ eſſentiæ. Sic enim illum interpretantur, & ſequuntur omnes antiqui Thomiſtæ. Caietanus, 1 *par. quæſtio.* 12. *art.* 2. Capreolus, *in* 4. *diſt.* 49. *quæſtion.* 5. Sotus, *quæſt.* 2. *art.* 3. Ferrara, 3. *contra gentes, cap.* 49. quibus ex recentioribus ſubſcribunt, Bañez, Nauarretus, Zumel, Nazarius, Albelda, *omnes*, 1. *par. q.* 12. his etiam acceſſere Ambroſius Machinus 1. *part. diſp.* 15. Petrus Arrubal, *diſp.* 16. *cap.* 4. & 5. Iacobus Granado, 1. *part. tract.* 4 *diſp.* 5 *ſect.* 3. licet hi omnes authores nõ cohæreant in reddenda ratione implicationis talis ſpeciei.

Caietanus Capreolus Soti Ferrara Bañez Nauarretus Zumel Nazarius Albelda. Machinus Arrubal. Granadus

Prima ratio eſt Caietani loco citato, quam obuijs vlnis excipiunt omnes authores Dominicanæ familiæ; quæ aliqua præmittit de conuenientia ſpeciei, & identitate illius cum obiecto in eſſe intelligibili, ex qua depromere ſatagit quòd ſpecies impreſſa diuinæ eſſentiæ ſi daretur, foret Deus in eſſe intelligibili: ac proinde infinitam perfectionem intelligibilem ſibi aſciſceret.

1. ratio ex Caietano

Præmittit igitur, quòd cum ad pariendam cuiuſlibet obiecti notitiam exigatur obiecti concurſus, & coniunctio cum potentia intellectiua; & ob materialitatem obiecti non valeat per ſe ipſum immediatè coniungi potentiæ, quam fœcundat; ideò fit, vt vniatur illi per ſpeciem, quæ licet ſit di-

Quid deſupparitate ſpeciei cũ obiecto quãtũad eſſe repræſentatiuum.

uerſa ab obiecto in eſſe rei, eſt tamen omnino ſimilis in eſſe repræſentatiuo, quod ſic oſtendunt.

Probatur identitas obiecti & ſpecies in eſſe repræſentatiuo ex ſimilitudine influxus intentionalis.

Quia ſimilitudo in operando apprimè demonſtrat ſimilitudinem in eſſendo; cùm igitur in operando talis ſimilitudo inter obiectum, & ſpeciem intercedat, vt eiuſdem omnino quidditatiuæ rationis erumpat intentionalis influxus obiecti, ſi ab illo emanaret immediatè, cum eo, qui ab ſpecie eiuſdē obiecti effluit. fit inde, vt eſſe intelligibile ſpeciei ſit eiuſdem omnino quidditatis in eſſe repræſentatiuo cum eſſe intelligibili obiecti.

Reſp. communis

2 Nec præſtat occurrere; talem conuenientiam in cauſando non obtinere omnimodam ſimilitudinem in eſſendo inter ſpeciem, & obiectum; ſed tantùm inferri, ſpeciem eſſe inſtrumentariam quamdam virtutem, & intentionale ſemen ab obiecto intelligibiliter exciſum: vnde illi ſuppetit, vt omnino ſimilem intentionalem cauſalitatem obire queat.

Firmatur ex analogia ſeminis generationi rei viuentis

Sicut quia ſemen generationis ab animali realiter exciditur, tanquam inſtrumentum illius; inde habet productū eiuſdē ſpeciei elicere cū eo, quod viuens ipſum produceret, ſi generatio ab illo prodiret immediatè; nec tamen ex tali ſimilitudine in cauſando peti poteſt ſimilitudo in eſſendo inter viuens, & ſemen illius, cum plus quàm ſpecie differant, tanquam animatum, & inanimatum.

Impugnatur 1. quod ſpecies non ſit inſtrumentū in generatione rei intentionalis, ſicut ſemen in generatione viuentis.

Hoc enim effugium friuolum videtur; eò quòd ſpecies intelligibilis nocū currat vt cauſa inſtrumentalis ad cognitionem, ſicut ſemen ad generationem viuentis; aliàs enim obiectum tanquam principale agens influeret, (quod eſt improbabile in obiectis materialibus, quæ cùm ſint inferioris ordinis, non præſtant tanquam principalia principia ad generationem notitiæ ſpiritualis.) Ergo iſta ſimilitudo in operādo nō coharet ſpeciei impreſſæ, eo quòd ſit inſtrumentum obiecti, ſed ex identitate, & omnimoda potius ſimilitudine illius cum obiecto in eſſe intelligibili.

3 Talibus principijs phyſicis præmiſſis; de conuenientia ſpeciei cum obiecto in eſſe repræſentatiuo; ad ſupernaturalis ſpeciei Deum ſine analogia repræſentantis oppugnationem, ita accedunt. Implicat contradictionem quòd per ſimilitudines inferioris ordinis res eminentioris, & ſuperioris gradus apprehendi valeant claræ, & quidditatiuæ notitiæ; ſicut enim contradicit, quòd ſimilitudines inferioris ordinis contineant res gradus ſuperioris in eſſe intelligibili, ita vt nanciſcantur eamdem omnino intelligibilitatem cū eis; ſic obſtat, vt poſſint claram, & quidditatiuam apprehenſionem eminentiorum naturarum exprimere. Ideo enim per ſpeciem corporalem nequit percipi res incorporea; quia non poteſt eſſe eadem illi, intelligibili, & repræſentatiua ratione. Sed implicat, quòd quælibet ſpecies creabilis non ſit inferioris ordinis ipſo Deo, non ſolùm in eſſe reali, ſed etiam in eſſe intelligibili; aliàs enim imbiberet ſpecies illimitatā intelligibilitatem obiectiuam, ac proinde eſſet ipſemet Deus.

Improbatur poſſibilitas ſpeciei impreſſæ Deitatis, quia ſit inferioris ordinis.

Arguitur impoſſibilitas ſpecierum ſpiritualium quidditatiuā expreſſiuam obiecti ſpiritualis

Tum etiam; quia magis diſtaret Deus à tali ſpecie, quàm ens ſpirituale ab ſpecie corporali; diſſideret enim actualiſſima, & illimitatiſſima intelligibilitas Dei ab ſpecie creata infinitè. Ergo ſolùm conueniret ſpecies illa cū Deo ſecundùm analogiam quandam in eſſe repræſentatiuo; & perconſequens tantùm poſſet eſſe principium alicuius cognitionis analogicæ, adinſtar illius, quæ ex analogica Dei, & creaturarū conuenientia accipitur, non tamen intuitiuæ, & quidditatiuæ notitiæ.

Inſtatur vltra

Si autem dicas; quòd licet ſpecies non conueniat ſimpliciter cum Deo in eſſe entis; eſt tamen eiuſdem ordinis in eſſe intelligibili, & repræſentatiuo, in quo propriè, & perfectè aſsimilatur Deo.

Satisfactio pro conuenientia Deitatis & ſpeciei impreſſæ

Contra ſic; eſſe repræſentatiuum, ſiue formale, ſiue virtuale, nimirum ſiue in genere cauſæ efficientis, ſiue formalis, fundatur in reali conuenientia rei repræſentantis cum re repræſentata; quia repræſentatio formalis, & effectiua, nil aliud eſt quàm ſimilitudo formalis, & effectiua. Sed ſimilitudo fundatur in vnitate reali rerum ſibi ſimilium; igitur conuenientia repræſentatiua innititur conuenientiæ reali.

Replica Thomiſtarum

Præterea; quia ideò albedo in imagine Petri veroi gratia, eſt ſimilis in eſſe repræſentatiuo albedini Petri, quam exprimit, quia eſt ſimilis illi in eſſe re-

Alia oppugnatio

li; ergo si species impressa esset similis Deo in esse repræsentatiuo, etiam prorsus assimilaretur, & ad æquaretur illi in esse reali, ac proinde esset ipse Deus.

Confutatio præmissæ opinationis Caietani.

Executitur fundamentū Caietani

4 VErùm, probatio ista Caietani eneruis est, & falso subnixa fundamento; quia nulla species est eiusdem ordinis, & perfectionis cum obiecto in esse repræsentatiuo, ita vt respondeat obiecto secundùm æqualitatem actualitatis, & perfectionis; igitur nec species impressa Dei implicabit contradictionem, quia foret eiusdem ordinis & perfectionis cum Deo in esse repræsentatiuo.

Quelibet species etiā in esse repræsentatiuo nō adequat actualitatem obiecti

Antecedens probatur: quia quælibet species, etiam in esse repræsentatiuo, essentialiter imbibit in se rationem accidentis; atque adeò non potest esse eiusdem perfectionis, & actualitatis cum obiecto substantiali, etiam in esse repræsentatiuo. Repræsentatio enim non est extra quidditatiuum conceptum speciei impressæ; igitur, si species in esse entis claudit essentialiter prædicatum accidentis, etiam in esse repræsentationis, seu in esse repræsentatiuo, non commensuratur obiecto ad æqualitatem quantitatis virtutis.

Cōfirmatio efficax ex specie expressa

Confirmatur efficaciter in qualibet specie expressa, siue verbo mentali, à quo validum producitur argumentum ad speciem impressam, quæ tantùm est similitudo effectiua. Quia verbum mentale, non solùm in genere qualitatis, sed etiam prout formaliter induit vltimum repræsentationis conceptum amòit prædicatum formæ vitalis; aliàs in esse repræsentatiuo non distingneretur, quantùm ad conceptum vitę, ab specie impressa, quæ est inanimis quædam qualitas per se nō pendens ab influxu & attentione animæ.

Atqui, illud, quod claudit in se rationem vitæ per modum actus secundi exprimit dependentiam ab anima tanquam à radice omnis influxus vitalis, & à potentia tanquam à proximo substrato, & principio vitali; ergo importat essentialiter prædicatum accidentis, cum substantia non referat dependentiam à subiecto: atque adeo species impressa est inferioris actualitatis substantiali obiecto, etiam in esse repræsentatiuo. Quam rationem petimus ab Scoto, vt liquet ex textu infra transcripto *sub nu.* 47. & ex Aureolo, *sub n.* 54.

Species expressa vitā in esse repræsentatiuo nō cōmensuratur obiecto secūdū æqualitatem perfectionis

Scotus

5 Dices; quòd in verbo mentis, siue specie expressa, (etiam in esse repræsentatiuo spectata,) duplex habitudo cōsiderari potest; vel habitudo ad subiectū viuū; & sub hac ratione est accidēs per se pēdēs à subiecto vitali, atque adeo inferioris perfectionis ipso substātiali obiecto. Vel spectari potest, prout refert habitudinem ad obiectum quod exprimit; & sub hac comparatione non importat formaliter, quòd viuat, nec quòd ab anima pendeat, sed quòd sit ipsummet obiectum in esse intelligibili.

Euasio Thomistarū ex duplici comparatione speciei expressæ

Sed contra. Quia si habitudo ad intellectum, & ad animā, vt ad radicale principium vitæ, separari posset intelligibiliter ab specie expressa in esse repræsentatiuo; sequeretur, nō distingui in esse repræsentatiuo speciē expressā ab specie impressa.

Cōparatio nexionis ad principiū vitæ nō potest separari intelligibiliter ab specie expressa adæquatè concepta.

Quod magis vrget in illo Thomistarum placito asseuerante; beatos videndo Deum non formare verbum; sed essentiam diuinam, immediatè vniri per actionem intellectiuam in ratione verbi obeuntis functiones verbi creati (ne à doctrinæ consequētia deficiāt dum rationes, quæ moliūtur æqualitatem & idētitatem in esse repræsentatiuo speciei impressæ cū obiecto, à fortiori cōcludunt de specie expressa) quo supposito sic argumentor.

Ratio ad hominem contra Thomistas.

Si à verbo in esse repræsentatiuo præscindi posset vnio cum subiecto formaliter viuo, ita vt ista vitalis dependentia non attineret ad rationem intrinsecam verbi, vt est imago formalis obiecti; essentia diuina, vt supplens vices verbi creati, & prout gerens munus imaginis formalis eiusdem essentiæ, non importaret coniunctionem cum potentia vitali, vt viuit formaliter.

Igitur non esset aliqua differentia

inter

Nō esset alia abſimilitudo inter vnionē Deitatis dū supplet vicem ſpeciei impreſſæ, & verbi.

inter vnionem eſſentiæ diuinæ in ratione verbi ſiue imaginis formalis, & inter vnionem eiuſdem eſſentiæ in ratione ſpeciei impreſſæ, ſeu imaginis virtualis, quantùm ad rationem vitæ intentionalis, ac proinde ita inanimata ratione illaberetur Deus menti creatę in ratione ſpeciei expreſſæ, ſicut & in ratione ſpeciei impreſſæ.

Vnde diſparitatem formæ viuētis, & inanimæ in ſpecie impreſſa, & expreſſa.

Aſtruere autem, eſſe eiuſdem rationis quantùm ad prædicatum viuæ expreſſionis obiecti; & coniunctionē cum principio coniuncto, & viuente; vnionem eſſentiæ diuinæ in ratione ſpeciei, impreſſæ, & expreſſæ, eſt toti rationi abſonum; ſicut & abſurdum æſtimo, autumare, eiuſdem eſſe rationis quantùm ad dependentiam, & coniunctionem ad ſubiectum viuum, ſpeciem impreſſam creatam, & ſpeciem expreſſam, ſeu eſſe intentionale ſpeciei impreſſæ, & expreſſæ, quarum functiones apud hos authores, Deus immediatè ſupplet ſubſtantia ſua: cùm ſpecies impreſſa, à toto genere ſuo, ſit inanima quædam qualitas independens in ſua conſeruatione à conatu, & influxu principij viuentis, ſpecies verò expreſſa ſit qualitas viua.

Vrgetur ratio.

Igitur, ſi eſſe repræſentatiuum formale, & in actu ſecundo, (inquantum diſſidet ab eſſe repræſentatiuo virtuali, & per modum actus primi in ſpecie impreſſa,) imbibit conceptum vitæ intentionalis, quæ eſt accidens exprimens habitudinem formæ ad ſubiectū, & principium viuum; nequit commenſurari ad æqualitatem perfectionis cū obiecto ſubſtantiali in eſſe repræſentatiuo; cùm eſſe repræſentatiuum ſpeciei expreſſæ, inquantum repræſentatiuum formale, & in actu ſecundo importet compoſitionem ad animam vt accidens vitale.

Secunda ratio ab abſurdo; quid omnis ſpecies quidditatiua eſſet comprehenſiua.

6 Secundò arguitur; quia ſequeretur, quòd quælibet ſpecies propria, & quidditatiua obiecti, (quæ nimirum ipſum quidditatiuè repræſentaret ſicuti eſt, abſque analogia,) eſſet comprehenſiua ipſius obiecti; ſi quidem ambiret totam rationem obiectiuam eius, & exhauriret illam intelligibiliter, non tantùm extenſiuè, quatenus apprehenderet vniuerſa prædicata ſui obiecti; ſed etiam intenſiuè, ita vt calleret illa ſecundum omnem modùm ſuæ intelligibilitatis.

Probatur ſequela.

Sequela iſta certa videtur, ſuppoſito præmiſſo Thomiſtarum placito; quia quælibet ſpecies, quæ ſine analogia, & quidditatiuè repræſentat obiectum, circuit totam obiecti intelligibilitatem, & eſt eiuſdem præſtantiæ, & actualitatis cum illo in eſſe intelligibili; ergò adæquatur illi ſecūdùm omnē rationem obiectiuam eius, ac proinde comprehendit illud.

Vrgetur ratio cōtra aduerſarios.

Præterea; quia, aliàs non repugnaret ſpecies impreſſa diuinæ eſſentiæ, ſi ipſa ex ſe non eſſet comprehenſiua Dei; petitur autem iſta vis comprehenſiua ſpeciei impreſſæ ex hoc, quòd in eſſe repræſentatiuo ambiat omnē obiecti intelligibilitatem, quatenùs eſſet eiuſdem quātitatis virtutis cum Deo, immo & Deus ipſe in eſſē intelligibili; igitur quælibet ſpecies clarè, & quidditatiuè repræſentatiua alicuius obiecti, deberet eſſe comprehenſiua illius.

Nullatenus, ſuſtineri poteſt, quòd qualibet ſpecies quidditatiua ſit ēā prehenſiua.

7 Cæterùm; quòd prædicta ſequela admitti non debeat, manifeſta aperitur inſtantia ſpeciei repræſentatiuæ Angeli ſuperioris, quę à Deo immittitur inferiori Angelo; quæ eſtò quòd quidditatiua ſit, nō tamen eſt comprehenſiua, cū Angelus inferior nequeat ſuperiorem comprehendere.

Obiectio Thomiſtarū pro ſpecie impreſſa ſuperioris Angeli in Angelo inferiori.

Si autem occurras; prædictam ſpeciem eò comprehenſiuam eſſe, quòd quidditatiua ſit; per accidens tamen inferiorem Angelum non poſſe comprehendere ſuperiorem, ob defectum virtutis intellectiuæ. Cùm enim ad pariendam notitiam duplex concurrat comprincipium, aliud ex parte obiecti, & aliud ex parte potentiæ; licet principium ex parte obiecti, nimirūm ſpecies impreſſa, expeditum ſit ad comprehenſionem Angeli ſuperioris; principium verò ex parte potentiæ non eſt ſufficiens, ſcilicet intellectus inferioris Angeli; & ideò ſuperior, non comprehenditur.

Eliditur ea doctrina Scoti.

Contra hic; quòd illa ſpecies eſt producta à Deo cum commenſuratione, & proportione ad ſubſtratum, ex cuius potentialitate educitur, & ad actum cognitionis eliciendum; ergo ſi eſt impoſsibilis actus cognitionis comprehenſiuæ, etiam ſuperfluè, & impertinenter immitteretur à Deo ad comprehenſiuam cognitionem; cùm ſpecies impreſſa ſit virtus, ſeu facultas

eſſe-

effectiua ex ſe ordinata ad actum. De quo vide infra ſub num. 52. Scoti doctrinam de adæquatione, & commenſuratione ſpeciei impreſſæ cũ ſpecie expreſſa, & cum obiecto, vt attingitur ab ſpecie expreſſa.

Inſtatur cõtra ſpeciẽ quidditatiuam non cõprehenſiuã.

Præterea: ſpecies expreſſa, ſiue verbum repræſentatiuum ſuperioris Angeli, eſt quidditatiua, & clara imago illius in inferiori Angelo, & tamen non eſt comprehenſiua; ergo à fortiori, nec ſpecies impreſſa, cùm non ſit imago formalis ſicut verbum, ſed tantùm effectiua, & virtualis.

Agimur ex verbo mẽtali repræſentatiuo ſuperioris Angeli in Angelo inferiori

Deinde ſic vrgeo rationem; verbum Angeli ſuperioris, quod format inferior Angelus, eſt clara, & quidditatiua imago obiecti; & tamen non eſt eiuſdem perfectionis, & ordinis in eſſe repræſentatiuo cum Angelo ſuperiori, vt volunt aduerſarij, & in acceptione æqualitatis ab ipſis intenta; quia actus non circuit totam intelligibilitatem obiecti, ſecundùm omnem modũ ſuæ rationis obiectiuæ, aliàs Angelus ſuperior comprehenderetur. Igitur voluntariè, ac friuolè aſſumitur, quòd ſpecies impreſſa ſit æqualis perfectionis cum diuina eſſentia in ordine intentionali; ex hoc quod attribuatur clara, & quidditatiua imago diuinæ eſſentiæ.

Obſeruatio pro ſcrutinio præcedentis rationis eludentis cõtra Caietanum, & aſſeclas

Hæc argumentatio meo videri cõcludit contra prædictum modum dicendi Caietani, & aſſeclarum; eò quod prorſus conuellat illorum fundamentum de intentionali ſupparitate ſpeciei cum obiecto, in eo ſenſu, quem intendunt aduerſarij de æqualitate actualitatis, & perfectionis inter formam repræſentantem obiectum quidditatiuè & ipſum obiectum repræſentatum; licet aſſeratur ſpecies quidditatiua obiecti, eiuſdem ordinis cum illo, ob proportionem imaginis intentionalis, quæ commenſuratur obiecto tanquam ſemen intentionale eius, abique vlla æqualitate quantitatis virtutis inter formam exprimentem, & rem expreſſam; de quo vide Scotum egregiè philoſophantem à nobis infra tranſcriptũ, *ſub n. marg. 44.*

Quam doctrinam demonſtrantem ſpeciem quidditatiuam, non eò comprehenſiuam exiſtere, quo clara & quidditatiua ſit imago obiecti; quo ictu tota moles fundamenti aduerſariorum proſternitur, recentiores ab Scoto ſufſtrati ſunt; quare licebit Doctori ſubtili eam aſſerere, & vendicare. Alij textum à nobis infra tranſcriptum in præſenti art *ſub n. 47.* & elucidatum, *ſub num. 53.*

Reſpondetur ad fundamenta, quæ moliuntur æqualitatem perfectionis inter obiectum, & ſpeciem in eſſe repræſentatiuo.

Examen propoſiti loqui phyſici Thomiſtæ de identitate ſpeciei & obiecti in eſſe repræſentatiuo

8 MODO Fundamenta Caietani, & aſſeclarum diluenda ſunt antequã ad diſcutiendos alios ſentiendi modos properemus; & prius illa, quæ præmittunt aduerſarij de conuenientia ſpeciei cum obiecto in eſſe intelligibili; vt poſtea inferant, ſpeciem impreſſam Dei eſſe infinitam, quia eſſet ipſemet Deus intelligibiliter. Dicimus ergo; ſimilitudinem ſpeciei cum obiecto in cauſalitate intentionali, non obtinere identitatem, & omnimodam æqualitatem in eſſe repræſentatiuo; ita vt quælibet ſpecies, eò quòd quidditatiua ſit, ambire debeat obiectum ſecundùm omnem modum ſuæ intelligibilitatis.

Conuincere tamen proportionem quãdam ſeminis intentionalis cum realitate, à qua exciditur; quæ proportio præſtat, vt ſpecies adire queat influxum eiuſdem omnino quidditatis cum cauſalitate intentionali obiecti.

Impetitur doctrina Thomiſtarũ ex analogia ſeminis ad generationem realem.

Quod aperitur propoſito exemplo, quod ſatis concinnum eſt, de ſemine generationis, quod exciditur à viuente ad exprimendam ſimilitudinem realem in genito; ſibi enim vendicat ſemen, quà ſemen viuentis eſt, eamdem omnino actionem elicere, quam viuẽs ipſum adire potuiſſet, ſi operaretur generationem immediatè. Nec tamen inde fas erit comminiſci identitatẽ in eſſendo inter ſemẽ, & viuẽs; igitur nec produci debet idẽtitas inter ſpeciẽ impreſſam, quæ eſt ſemẽ intẽtionale obiecti, & ipſum obiectũ, ex omnimoda ſimilitudine actionis intentionalis.

Nec

Instantia oppugnãs analogiã præmissã quatenus species impressa nõ cõcurrat vt instrumentũ ad generationem speciei expressæ

Nec instantia, quæ nobis opponitur, est alicuius momenti; quòd nimirum semen, eò talem similitudinem in generando sibi asciscat, quo instrumentum sit viuentis; quam similitudinem cum obiecto (ob instrumentariam causalitatem,) cum adscribere non possimus impressæ speciei: eò quòd species impressa non influat vt instrumentum obiecti, sed vt causa principalis notitiæ; fit igitur, vt similitudo illa intẽtionalis influxus inter speciem, & obiectum à similitudine in essendo peti debeat, siquidem non colligitur ex causalitate instrumenti.

Infringitur obiectum

9 Hæc enim obiectio supponere videtur, speciem intelligibilem impressam esse causam principalem notitiæ, siue speciei expressæ; quod adeò certum non est, vt cum magna prõbabilitate negari non possit; eò quòd species impressa non videatur adæquare actualitatem, & perfectionem speciei expressæ, quatenus species impressa nõ sit qualitas vitalis, sicut species expressa: hæc proindè dici posset, quòd egeret eductione, seu elevatione potentiæ vitalis ad attingendam speciem expressam.

Quid Scotus in hac re?

Nec refragatur Scotus, *in 1. dist. 3. quæst. 8. §. Respondeo, quòd pars intellectiua, num. marg. 2.* vbi inquit:

Scotus

Videtur intelligibilium naturaliter à nobis intellectorum species in intellectu esse, quasi instrumentum ipsius intellectus, non motum ab intellectu vt agit quasi scilicet aliquid recipiat ab intellectu, sed quo intellectus vtitur ad suam actionem; vt puta quando intellectus agit, species illa tanquam minus principale agens cogit ad idem, vt ad effectum communem. Vbi Scotus ait, speciem impressam esse quasi instrumẽtum, & minus principale operãs, respectu notitiæ.

Elucidatio textus præmissi

Nec tali modo sentiendi admisso, (vbi minus principale agens, & principium instrumentarium, pro eodem vsurpantur in phrasi Scoti, de qua nos latè, *in hac controuers. de Visione, d. 1. subdistinct. 1. art. 1. de potentia obedientiali activa, & artic. 3. de Virtute instrumentaria intellectus ad visionem,*) adhuc esto quòd species impressa esset causa principalis cognitionis; est alicuius momenti ratio illa, quam prætexit prædicti oppositio. Quòd, si species impressa astrui posset causa instrumentalis notitiæ; fieret, vt obiectum materiale esset principalis causa intellectionis, quæ est forma spiritualis.

Obiectũ materiale nõ est causa immediata neque principalis, nec instrumẽtaria speciei expressæ.

Negatur enim, obiectum esse causam immediatam cognitionis, vel principalem, vel instrumentalem, sed tantùm mediatam; quatenus ab obiecto exciduntur species externæ, à quibus internæ sensationes producuntur, & medijs ipsis phantasma, quod concurrit vt instrumentum eleuatum ab intellectu agente ad productionem speciei impressæ.

Species impressa est semi obiectũ aut instrumentum simile.

Quare species impressa, licet attingat intellectionem, seu speciem expressam, vt semen obiecti, & vt facultas vicaria eius; attamen non tanquam instrumentum ab obiecto immediatè eleuatum, (cum obiecto materiali immediatus non adscribatur influxus in notitiam spiritualem,) sed tantùm appellari debet species impressa instrumentum intellectus possibilis euehentis huiusmodi qualitatẽ inanimem ad productionẽ intellectionis, quæ est forma vitalis.

Phantasma est instrumentũ intellectus agentis, & species impressa instrumentũ intellectus possibilis.

Sicut materiale phantasma concurrit vt semen obiecti, & vicarium eius ad productionem speciei impressæ spiritualis; & tamen non influit tanquam instrumentum obiecti; vel immediatè assumptum ab obiecto ad actionem intentionalem (quamuis sit semen obiecti, & gerat vices eius) cum obiectum materiale, pro hoc statu coniunctionis animæ ad corpus, non fit immediatè elicitiuum speciei impressæ spiritualis. Quo fit, vt phantasma pronuntietur instrumentum intellectus agentis abillo eleuatum ad productionem speciei impressæ; sicut & species impressa est instrumentum intellectus possibilis, à quo euehitur ad productionẽ speciei expressæ.

Species intentionalis est instrumentũ facultatis visiuæ ad productionẽ idoli vitalis.

Quod idem de specie intentionali respectu idoli, seu sensationis visiuæ tradidimus, *in controuers. 6. de Immensitate Dei, art. 1. numer. margin. 49.* asserentes; speciem intentionalem esse instrumentum facultatis visiuæ, à qua eleuatur species, quæ est qualitas inanimis, ad productionem sensationis visiuæ, seu visionis, quæ est forma vitalis.

10 Sed age; estò quod species im-

pre-

Et ſiquòd ſpecies impreſſa eſſet cauſa principalis notitiæ ignauiter procederet inſtantia aduerſariorũ

preſſa non influeret in ſpeciem expreſſam, tanquam cauſa inſtrumentalis, ſed principalis. Reſponderi poſſet; quòd ſpecies impreſſa non nanciſcitur ſimilitudinem iſtam in operando cum obiecto, quia inſtrumentum illius ſit; ſed quia ſemen à natura inſtitutum, vt eliciat ſimilitudinem obiecti in eſſe intelligibili; ſicut ſemen reale generationis non importat ſimilitudinem in operando, quia præcisè ſit inſtrumentum viuentis; (aliàs enim de ratione cauſæ inſtrumentalis eſſet, quòd elicere poſſet cauſalitatem eiuſdem rationis quidditatiuæ cum ea, quæ à cauſa principali efflueret,) ſed quia eſt ſemen à natura inſtitutum, vt cauſet ſimilitudinem realem viuentis, & exprimat illam in genito; quia generatio nihil aliud eſt, quàm origo viuentis à viuente coniuncto in ſimilitudinem naturæ.

Cautio pro affectis Scoti

Hæc de efficientia ſeminis, & cauſalitate ipſius circa generationem viuentis ſuppoſita Thomiſtarum opinione, conſtituta ſunt, quos adorimur; Scotus enim inficiatur, ſemen immediatè attingere generationem; vel quia ſit imperfectius forma viuentis, quæ gignitur; vel quia non exiſtat ſemen in inſtanti generationis, vt ipſum viuens producere queat. adi Scotum in 2. diſt. 18. quæſt. vnica, §. *ad quid eſt ſemen, eſt ne propter generationem, ita quod ſit principium generationis actiuum? num. marg.* 9.

Scotus

Cõcluditur fũdamentũ Theologici aduerſariorũ circa poſſibilitatem ſpeciei Deitatis.

11 His prælibatis de examine pronuntiati phyſici, quod Thomiſtis pro axiomate eſt; iam ad præcipuæ rationis reſponſionem accedendo, dicimus; quòd licet per ſpeciem corporalem non poſsit repræſentari res ſpiritualis; eò quòd obiectum ſpirituale ſit omnino improportionatum phantaſmati materiali, & extra latitudinem potentiæ ſuæ; non tamen ſequitur, quòd per ſpeciem creatam non poſsit inſpici Deus. Quia licet magis diſtet in ratione entis ab ſpecie creata, quàm ſubſtantia ſpiritualis à phantaſmate materiali, ſed non ita diſsidet in eſſe repræſentatiuo; quia non eſſet Deus extra latitudinem facultatis repræſentatiuæ talis ſpeciei, ſicut obiectum ſpirituale eſt extra omnem latitudinem virtutis ſpeciei materialis.

Quare ad illam propoſitionem; quòd per ſimilitudines rerum inferiorum nequeunt apprehendi naturæ ſuperiores. Reſpondetur; quòd per ſimilitudines inferiores ſuis obiectis in eſſe entis, poſſunt cognoſci res ſuperiores; dummodo ſint eiuſdem ordinis in eſſe intelligibili. Attamen eſſe eiuſdem ordinis in eſſe repræſentatiuo, non conſiſtit in omnimoda æqualitate ſpeciei cum obiecto, ita vt concludat illud ſecundum omnẽ modum ſuæ rationis obiectiuæ; ſed in proportione quadam ſpeciei cum obiecto, quatenùs ſpecies eſt ſemen intentionale obiecti.

Amplior elucidatio præmiſſorũ

Reſp. aliand proloquium Dionyſij.

Vel reſpondetur aliter; & expenditur axioma illud, quod à Dionyſio petitum eſt de diuinis nominibus, *cap. 1. nõ longè à principio.* Concedendo, per ſpecies repræſentatiuas obiectorum inferiorum non poſſe cognoſci ſuperiora obiecta; quia ſpecies illæ ſunt ſpecificatæ, & contractæ ad rationem imaginis inferioris obiectiuæ: nec enim per ſpeciẽ repræſẽtatiuam inferioris Angeli valet quidditatiuè apprehendi ſuperior Angelus; ſed ex hoc non ſequitur, quòd per ſpeciem inferiorem in ratione entis, eiuſdem tamen ordinis cum obiecto ſecundùm eſſe repræſentatiuum, non poſſit, res clarè, & quidditatiuè inſpici.

Acuta interpretatio Dionyſij ex Aureolo.

Hæc ſolutio accipitur ab Aureolo, *in quodlib. 8. art. 1. §. ad tria verò motiua patet.* vbi ſic habet.

Car. Aureo.

12 *Ad primum quidem, quòd ſimilitudinẽ eſſe inferioris ordinis, quàm ſint cognitæ; dupliciter intelligi poteſt; eſſentialiter, quaſi ipſa ſit per eſſentiam ſuam inferior. Et ſic conſtat, quòd ſimilitudo omnis exiſtentis in intellectu, vel de Angelo, vel de quauis ſubſtantia, eſt ordinis inferioris; cùm accidens inferius ſit ſubſtantia; nec ſic intelligit Dionyſius. Vel poteſt intelligi obiectiuè, & ſic Dionyſius intendit, quòd per ſimilitudinem inferioris ordinis rerum, hoc eſt, quæ repræſentat inferiora, non poſſunt ſuperiora cognoſci.*

Dupliciter intelligitur ſimilitudines eſſe inferioris ordinis quæ ſint cognitæ.

Vnde in argumẽto committitur falſa figura dictionis, vel amphibologiæ, cum dicitur; per ſpeciem rei inferioris ordinis non poſſunt ſuperiora cognoſci. Quia vel poteſt intelligi intranſitiuè; per ſpeciem, quæ eſt per eſſentiã inferior in ordine; & ſic eſt falſa: vel tranſitiuè, id eſt per ſpeciẽ, quæ eſt de re inferioris ordinis ad cognitionẽ rei ſuperioris: quia per ſpeciẽ hominis nõ poteſt Angelus cognoſci. Vbi ſubtiliter Aureolus; licet fateatur, non repræſentari naturã ſuperio

Cõmittitur ad uerſarij falſa figura dictionis

Quid inferius intranſitiuè

Quid tranſitiuè

rem per ſpeciem inferioris ordinis, *tranſitiuè* loquendo; ſeu prout tranſit talis ſpecies ad exprimendum obiectum inferius, à quo ſpecificationem trahat; ſecus verò *intranſitiuè*; quatenus nimirum inferioritas ſpeciei non ſpectet, tranſeat ve ad inferius obiectum, ſed ipſa ſola ſpecies in ſe ſit inferior reſpectu excellentioris naturæ obiecti ſuperioris. Quod Aureoli acumen feliciter aduerſariorum cauillum protexerit; ita vt illud apud Aureolum inueniſſe plurimum è re ſit.

Cõmentari⁹ Aureoli.

Inſtãtia ad aduerſarios.

13 Ad inſtantiam, quæ agebat; ex ſimilitudine ſpeciei cum obiecto in eſſe intelligibili, inferri ſimilitudinẽ in eſſe entis; quatenùs ſimilitudo & cõuenientia repræſentatiua imitatur cõuenientiæ reali, ſiue entitatiuæ.

Infringitur

Reſpõdetur; ſimilitudinẽ repræſentatiuã, quæ inter ſpeciẽ, & obiectũ intercedit, fundari in cõueniẽtia reali proportionali ſpeciei cũ obiecto, quæ eſt ſicuitas quædã ſeminis intẽtionalis cũ obiecto, à quo exciditur; nõ tamẽ in cõueniẽtia omnimoda, & ſpecifica. Alias enim ſi maior cõuenientia repræſentatiua inniteretur maiori cõueniẽtiæ entitatiuæ; realitates illæ, quæ magis vnirẽtur in aliquo prædicato eſſentiali, perfectiùs ſe repræſentarent: ac proinde perfectiùs repræſentaretur Petrus per quãlibet aliam ſubſtãtiam, verbigratia per lapidem, quia cõuenit cum illo in cõceptu ſubſtantiæ, quàm per propriã, & quidditatiuam ſpeciem, cũ qua minus cõuenit materialiter, ſiue in ratione entis, eòquòd ſpecies Petri nõ ſit ſubſtantia, ſed accidens.

Ad replicã ſatisfactio

Ad replicam illam de albedine imaginis Petri, quæ propter omnimodam cõueniẽtiam in eſſe rei cũ albedine Petri illam perfectius repræſentat. Reſpõdetur; inappoſitè argumẽtari ab imagine externa, quæ eſt medium *in quo* notitiæ (atq; adeò debet importare totã illam rationem obiecti, quã exprimit) ad ſpeciem impreſſam, quæ non eſt medium cognitum, ſed inſtrumẽtum cognitionis *vt quo*.

Inſiſtit vltra aduerſarij.

Si verò vrgeas; quòd ſpecies clara & quidditatiua obiecti cõtinet tantam intelligibilitatem intra rationem imaginis, ſicut obiectum in ratione obiecti; igitur debet illud ambire ſecundùm omnem modum ſuæ intelligibilitatis; ſicut imago obiectiua, & medium in quo, omnino adæquatur obiecto.

Sed infirmi ter

Reſpõdetur; quòd ſpecies importat tantã intelligibilitatem ſicut obiectum extẽſiuè loquendo, ſed nõ intẽſiuè; eò quòd intra ambitum nõ concludat obiectum ſecũdùm omnem modum ſuæ rationis obiectiuæ; aliàs enim quælibet ſpecies quidditatiua foret comprehẽſiua, quod eſſe falſum oſtendimus, & infra penitiùs aperiemus. Et ita in propoſito: ſpecies repræſentatiua diuinæ eſſentiæ apprehenderet quidquid eſt in Deo, extẽſiuè loquẽdo; eòquòd extẽderetur illius virtus ad repræſentãda omnia prædicata Dei; ſed nõ intenſiuè, aut ſecũdùm omnem modum ſuæ rationis obiectiuæ: vel, vt alij loquuntur, repræſentaret infinitum, ſed nõ infinitè; ſicut de facto repræſentat ſpecies expreſſa, quam formant beati.

Speciei impreſſæ repræſentare omnia prædicata Dei extẽſiuè, non intenſiuè

Aliæ antiquorum Thomiſtarum implicationes ſpeciei impreſſæ, propoſitæ, & confutatæ.

Alia ratio Soti pro implicatione ſpeciei impreſſæ

14 Altera implicationis ratio eſt, quam nobis obijcit Sotus loco citato, autumãs; ideò implicare cõtradictionẽ ſpeciem impreſſam, & nõ expreſſã, quia ſpecies impreſſa debet eſſe purior, & immaterialior ſuo obiecto, non autem ſpecies expreſſa; cũ igitur contradictionem inuoluat, aliquam creaturã Deo actualiorem eſſe, fit inde, vt cõtradicat ſpecies impreſſa.

Expugnatur apertè

Sed hæc ratio inanis prorſus eſt ac infirma; in primis enim gratis aſſumit, quòd ſpecies impreſſa debeat eſſe immaterialior, quã expreſſa; cũ expreſſa perfectiùs propriũ obiectũ apprehẽdat quã impreſſa; attingit enim illud vt imago formalis vitalis, ſpecies verò impreſſa tãquã imago virtualis & effectiua in animata ratione obiectũ repræſentãs.

Aliud Soti prontiatũ elidit.

Deinde; falſũ eſt, aſtruere, quamlibet ſpeciẽ eſſe proprio obiecto immaterialioreẽ. Species enim repræsẽtatiua Angeli ſuperioris, quæ à Deo immittitur inferiori Angelo, nõ modo non exuperat actualitatem & puritatẽ ſuperioris

An-

Angeli, quem repræsentat, immo nec adæquatur illi; quia Angelus superior est immaterialior inferiori; ergo & actualior sua specie, quæ in inferiori Angelo recipitur; actus enim cuiuslibet potentiæ proportionatur illi, cum qua componitur, & commensuratur modo essendi illius substrati, ex cuius passiua eminentialitate extrahitur.

Ratio differentiæ inter speciē obiectiū materialis & obiecti spiritualis

Quare licet species obiectorum materialiū sint immaterialiores obiectis eòquòd obiecta materialia nō sint intelligibilia in actu, sed tātū in potentia propter illorum improportionē, & per species fiāt intelligibilia in actu; species tamē obiectorū spiritualium nunquam sunt immaterialiores proprijs obiectis quia non dantur vt euehant obiecta ad alium excellentiorem ordinem in esse intelligibilis; sed vt sufficiantur vice obiectorum, vt illorum absentiam suppleant.

3. ratio obijciens implicationem speciei impressæ.

15 Tertia implicationis ratio est; quòd species impressa necessariò & naturaliter exciditur ab obiecto; quamobrem species impressa Dei ab illo naturali necessitate efflueret; ac proinde esset illimitata & comprehēsiua. Hæc ratio fuit antiquis Thomistis valde familiaris; quā ex neotericis propugnat Iacobus Granado loco citato *num.* 17. & Albelda 1 *par. disp* 15. *section.* 3. *in 2. conclus.*

Granadus Albelda.

Obseruatio Herice

Notandum tamen quòd Valenti. de Herice, *tract.* 4. *disp.* 40 *n.* 41. eam tribuit Basolio, *in 3. dist.* 14. *q.* 1. *artic.* 1. sed falsò vt infra aperiam, dum Basolij fundamenta proponam; sicut & perspicua est eiusdē Herice allucinatio, quā insinuat loco citato *n. marg.* 40. vbi ait Thomistas huiusmodi rationē ab Scotistis mutuatos esse.

Præcedens ratio ab exordio exclusa Scoti putauit Herice

Cuius pronuntiati falsitas manifesta est ex his, quæ in articulo præcedēti stabiliuimus; ostendentes, de expressa mente Scoti, actionem intentionalem, qua intellectum creatum immutat, non prodire ab essentia Dei immediatè; sed à facultate appetitiua libera eius. Præmissū verò ratio, quæ à sola Thomistarum schola erupit; vrgetur sic.

Fūdamentū aduersariorū, quod fida

Essentia Dei pro illa præsuppositione rationis, qua anteit quasi emanationem facultatis appetitiuæ liberæ, sicut præmittitur illimitatissima in ratione entis, immo & immensum pelagus essendi, à quo quasi pullulare intelliguntur affectiones attributales, ita & supponitur intelligibilis; cùm ens, & intelligibile, conuertantur.

retur specie impressa prodiret à Deo tāquā à principio necessario.

Atqui actio intentionalis immutatiua intellectus effluit ab obiecto, quà importat rationem intelligibilis; igitur & Deus, prout refert intelligibilitatem anteuertentem facultatis appetitiuæ emanationem, concipitur in ratione principij intentionalis omnino expediti ad causalitatem intentionalem obeundam. Sed, vt præcedit Deitas voluntatem liberè ad extra operantem; est principium omnino necessarium; igitur essentia, vt elicitiua speciei impressæ, est agens necessarium; ac proinde ab ea traheretur species, nō solùm illimitata obiectiuè, sed etiam formaliter.

Actio intentionalis effluit ab obiecto, quà intelligibile est.

16 Verùm; prædicta oppositio corruit & proteritur ex his, quæ in toto præcedenti articulo enucleata sunt de immediata facultate operandi intentionaliter in Deo. Quare nunc breuiter dicimus; quòd licet Deitas prout antecedit quasi emanationem appetitiuæ facultatis, induat rationē intelligibilitatis terminatiuæ; eòquòd Deitas sub quidditatiua Deitatis ratione terminet & specificet actum visionis; at, vt præit quasi pullulationem volitiuæ potentiæ quæ est facultas exequens Dei, non importat rationem intelligibilitatis motiuæ: siue eam obiecti formam, quæ spectat ad functiones obiecti, prout est motiuū intellectus creati: sed de hoc adicitatum articulum.

Refellitur ratio præcedens distinctione intelligibilitatis motiuæ, & terminatiuæ

4. ratio implicationis; quod Deus sit à se intelligibilis sicut substantia Angeli respectu sui intellectus

17 Quarta implicationis ratio ea est, quæ ab intelligibilitate Dei per suam essentiam hauritur; quæ sic instrui potest. Quia, Angelus est per suam essentiam intelligibilis à proprio intellectu ideò non eget alia forma intentionali realiter discreta, à qua eliciatur forma intellectionis repræsentatiua eiusdem Angeli; sed Deus non est minus intelligibilis per suam essentiam, nec minus vicina & intima Deo facultas illa, qua quemlibet creatum intellectum immutare valeat intentionaliter, quàm intrinseca est Angelo vis illa intentionalis ad immutandum proprium intellectum: igitur, sicut impossibilis est species repræsentatiua

ſubſtantiæ Angeli reſpectu intellectus eiuſdem Angeli, cui intimè coniuncta eſt ſubſtantia eiuſdem Angeli vice ſpeciei; ita implicatoria eſt ſpecies diuinæ eſſentiæ reſpectu cuiuslibet intellectus creati.

Examen & diſcuſſio rationis præcedentis

18 Sed hæc ratio etiam non obſtat: immo amphibologiam committit, quãdo Deum per ſuam eſſentiam intelligibilẽ pronuntiat. Si enim intendat, intelligibilitatem Dei, illi per eſſentiam cõgruere ea ratione, vt illam à nullo extraneo principio efficiente mendicet; in iſta acceptione, Deus eſt intelligibilis per eſſentiam, ſicut & volens per eſſentiã, iuſtus per eſſentiam, & ſic de alijs attributalibus perfectionibus. Si verò prædictæ enũtiationis ſenſus expetat, intelligibilitatem Deo ineſſe in primo modo dicendi per ſe; tũc expediẽdus eſt diſtinctione illa intelligibilitatis motiuæ, & terminatiuæ, quã aperuimus in ſolutione præcedentis implicationis: quia Deitas ſub ratione quidditatiua Deitatis importat intelligibilitatẽ terminatiuam, non verò motiuam.

In quo ſenſu ſit Deus intelligibilis per ſuã eſſentiã?

Intelligibilitas motiua & terminatiua actiuè ſic dicta conuenit Deo.

Intelligibilitas motiua & terminatiua actiuè ſic dicta non eſt de quidditate Dei.

Quæ etiam diſtinctio habet locũ in Angelo per ſuã eſſentiã cõiuncto proprio intellectui in ratione ſpeciei; eoquòd eſſentia Angeli, prout quidditas illius eſt, referat rationẽ obiecti terminatiui ſuæ cognitionis, ſed nõ rationẽ motiui; quia vis illa ad immutãdum proprium intellectum nõ eſt de quidditate Angeli, ſed proprietas quædam, & affectio illius, quam eſſe ipſammet veritatem tranſcendentalem eius ſæpe oſtendimus.

Ad aliam inſtantiam

Ad illud verò, quod vltimò nobis opponit prædicta argumentatio; quòd impoſsibilis ſit ſpecies impreſſa repræſentatiua eſſentiæ Angeli reſpectu proprij intellectus eiuſdem Angeli, licet reſpectu aliorum intellectuum ſit poſſibilis, & de facto detur; patebit infra in diſcuſsione argumentationis Petri Arrubal, quæ ferè ſimili fundamento innititur.

Oſtenditur, ſpeciem quidditatiuam, à ſua ratione, comprehenſiuã non eſſe; vbi etiã agimus dari accrementum intenſiuum in ſpeciebus intentionalibus.

5. ratio implicationis acceptãdi prehenſam Deitatis.

19 QVinta implicatio ſpeciei impreſſæ eſt; quę accipitur à vi comprehenſiua Deitatis, quæ tali ſpeciei impreſſæ creatæ ſuppeteret, quantùm eſt ex ſe; licet ab extrinſeco, & peraccidens, nimirum ob defectum alterius comprincipij viſionis, quod ſe tenet ex parte potentiæ, Deum non comprehẽderet, ſcilicet ob finitatem, & limitationem intellectus, & luminis gloriæ. Atqui aſtruere ſpeciem creatam à ſe valentem ad comprehenſionem Dei, eſt abſurdum; cùm omnis vis, ſeu facultas, quæ illimitationem Dei intelligibiliter exhaurire poſsit, debeat eſſe, non ſolùm obiectiuè infinita, vt contendunt aduerſarij, ſed etiam formaliter.

Volũt Thomiſtæ, quod ſpecies impreſſa nõ cõprehenderet Deitatem peraccidens ob limitationem ſubſtrati

Cæterùm, quòd ſpecies impreſſa clarè repræſentatiua Deitatis, quantũ eſt ex ſe, foret comprehenſiua; oſtendunt Thomiſtæ inſtantia ſpecierum materialium intentionalium, quæ perſpicaciorib⁹ facultatibus apprehenſiuis immiſſæ perfectiorem ſenſationem eliciunt. Species enim viſibiles æqualis perfectionis, & actiuitatis intentionalis (cũ effluant ab eodem obiecto, æqualiterq; approximato) in potẽtia præſtãtioris acuminis viſiui, ex cellẽtiorẽ efficiũt ſẽſationẽ, quã in potẽtia minus perſpicaci; quod manifeſtè demõſtrat, ſpeciem impreſſam, quãtũ eſt à ſe, conari in actũ perfectiſsimũ & cõprehenſiuũ obiecti, in ea ratione percipiendi. Sed ſpecies impreſſæ ſpirituales nõ ſũt imperfectiores ſpeciebus materialibus; igitur & ſpirituales ſpecies quãtũ eſt ex ſe importãt vim actiuam intentionalem ad comprehendendum obiectum.

Agitur à ſimili ex vi repræſentatiua ſpeciei obiecti viſibilis

Cõfutatio rationis præcedentis

20 At nec præmiſſa argumentatio aliquid præſtat, quæ ex parte expugnata relinquitur ex dictis numer. 7. tum in ſpecie impreſſa ſuperioris Angeli

im-

iminissa Angelo inferiori ; tum efficaciùs in specie expressa repræsentatiua superioris Angeli in intellectu Angeli inferioris, quæ extra omnem controuersiam non est comprehensiua, & tamen quidditatiuè exprimit superiorem Angelum: igitur oscitanter adscribitur speciei impressæ vis cõprehensiua obiecti ob claram repræsentationem virtualem, seu effectiuam, cùm excellentior sit repræsentatio, & simili tudo formalis, quam importat species expressa, & tamen non est necessariò cõprehensiua.

Cõfirmatur ex Scoto

Qualiter verò species impressa adæquationem referat in esse repræsentatiuo cum obiecto in se ; & quatenus obiectum terminat tendentiam speciei expressæ, quæ ab impressa elicitur ; & qualiter species impressa, (à præcisa, & abstracta ratione speciei impressæ quidditatiuè, & absque analogia exprimentis obiectum,) non referat, quòd sit comprehensiua; vide infra apud Scotum *in artical. præsenti, à num. 44. vsque ad 53.* vbi suppeditat neruosa Scoti subtilitas quidquid ad conuellenda neotericorum commenta de æqualitate speciei & obiecti desiderari queat.

Disquiritur an species intentionalis intensionem susti neat?

Sed vt penitiùs quasi ex imo hoc fundamentum aduersariorum conuellatur ; etiam illius expugnatio ex physicis principijs eruenda erit in speciebus naturalibus ; in quibus manifesta demonstrant experimenta, tales species intensiuam latitudinem sustinere.

Species intentionalis susceptir magis & minus

Comperimus enim, obiectum eminùs imperfectè inspici, cominùs verò exactè perçipi ; cùm autem vbique ex parte potentiæ eadem intercedat pernicitas videndi, seu perspicacitas visiua; fit, vt talis accretio, vel decretio visionis in solam speciem impressã necessariò eat deferenda, quæ obiectũ distans imperfectè apprehendat ob speciei remissionem; proximum verò obiectum exactè percalleat ob intensiorem speciem.

Roboratur assertũ experimento visibili.

Deinde ; si paulatim intendatur obiectum, verbi gratia dealbetur paries ; ita & sensim percipitur intensio illius obiecti, quæ antea non apprehendebatur ; sed huius alia ratio non est, nisi quòd species impressa repræsentatiua albi intensionis incrementa adiuit ad ipsius obiecti intensionem; igitur.

Præmissa in assertione speciei, liquet apertè, speciẽ quidditatiuã nõ eò cõprehensiuã existere

Ex his ergo talis producitur ratio. Omnis facultas operatiua, quæ est capax intensionis, nata non est, (dum est remissa,) eumdem effectum elicere, quem intensa producit ; cũ intensio operatiuæ virtutis sit propter intensiorem effectum, vt perspicuũ est. Sed species impressa est qualitas capax intensionis, & remissionis, vt liquet ex dictis; igitur ex se nata nõ est, dum intẽsionem non suscipit, eam notitiæ perfectionem exerere, quam, adita intensione, exerit.

Quid exigatur ad cõprehensionem?

Atqui ad comprehensionem obiecti exposcitur, vt obiectum tota ea notitiæ intensione percipiatur, quæ nata est ab obiecto elici secundùm vltimum facultatis motiuæ eius ; vt de mente Scoti statuemus in controuersia de incomprehensibilitate Dei; ergo species illa, quæ remissè ab obiecto effluit, estò quòd quidditatiua sit, non est comprehensiua; ac proinde non est de quidditate speciei, vt quælibet species conetur ad perfectissimã perceptionẽ obiecti, cũ cõnaturaliter ab obiecto excidi queat ad remissiorem notitiã. Sed de his adi Petrum Arrubal doctè rem versantem, & absoluẽtem, *loco citato cap. 4. nu. 12. 13. & 14.*

Pet. Arrubal

Intensior est illa species impressa quæ est principij apprehensionis intensioris

Nec vrget obiectio illa ; de inæquali sensatione prodeunte ab æquali specie impressa ob inæqualitatem potentiæ. Inficiamur enim, ab eodẽ obiecto, equaliterq; approximato emitti æqualẽ speciem in potẽtia inæqualiter disposita; ac proinde autumamus, intẽsiorẽ esse eã speciem, quæ intẽsioris sensationis principiũ astruitur; perspicaciorẽq; facultatem visiuam haurire ab obiecto intensiorem speciem, quàm potentiã hebetem & obtusam.

Obiectio recensiorũ cõtra accremẽtũ intensiuũ speciei impressæ

21 Sed obijciunt Thomistæ neoterici huius implicationis propugnatores; impossibile esse intensiuum accrementum speciei; eò quòd species adeat incrementa in ordine ad obiectum, & intẽsio non congruat qualitati, nisi penes ordinem ad subiectum.

Species impressa inteditur per additi ũnẽ partis ad partem in eodẽ subiecto, additæ tiã nouæ cõparatione imaginis ad obiectum

Sed hæc oppositio debilis est; inficiamur enim, intensionem speciei impressæ, illi penes ordinem ad subiectũ nõ competere; intẽditur enim species per additionẽ gradus intentionalis ad gradum in eadem parte subiecti.

Licet enim gradus intentionalis, qui de nouo accedit, ſemper ſpectet obiectum propter relationem tranſcendentalem imaginis ad obiectum, quod repræſentat ſpecies, quæ intenditur; attamen intenſio illa ſit in ordine ad ſubiectum, quatenùs ſubiectum conſtituitur magis præſtans ad cauſalitatem intentionalem, ob additionem vlterioris, & vlterioris gradus formæ intentionalis in eodem ſubſtrato.

Vltima oppugnatio ſpeci impreſſ. ex veteri bomiſtarũ bola.

22 Vltimò tandem ignauiter adoritur ſpeciei impreſſæ poſsibilitatem illa antiquorum Thomiſtarum oppugnatio; quòd ad repræſentandum obiectum tantæ perfectionis expoſcitur in ſpecie tanta perfectio, & ad repræſentationem obiecti perfectioris maior perfectio, & proceditur aſcendendo per graduationẽ vlterioris, & vlterioris perfectionis obiecti: igitur ad repræſentandum obiectum infinitum exigitur ſpecies infinita. Eò quòd tantum excedat vna ſpecies alteram, quantum exuperat ſuum obiectum alterius ſpeciei obiectum; ſed Deus infinitè excellit obiecta creata, & creabilia; igitur ſpecies quidditatiuè repræſentatiua Dei ſuperat infinitè omnes ſpecies creabiles.

Nulla negatio corruit ob ſitio præcedens

Hæc enim oppoſitio nihil præſtat; quia ille proceſſus gradualis tantùm obtinet, ſpeciem diuinæ eſſentiæ eminentiorem fore qualibet alia ſpecie obiecti creati; ſicut de facto ſpecies expreſſa, & verbum, quod de Deo formant beati, excellentius eſt quolibet alio verbo expreſsiuo obiecti creati. Falſum enim eſt, quòd aſſumit oppoſitio; ſcilicet tantum excedere vnam ſpeciem alteram, quantum obiectum vnius excellit obiectum alterius; quia ſubſtantia magis præcellit accidens, quàm ſpecies ſubſtantiæ ſuperat nobilitatem ſpeciei repræſentatiuæ accidentis; cùm vtraque ſpecies, ſubſtantiæ, & accidentis, ad communem accidentis conceptum colligatur.

Recentiorum fundamenta contra poſsibilitatem ſpeciei impreſſæ demoliuntur.

Recentiorũ ſtudiũ inſufficientia implicationis ſpeciei impreſſæ

23 NEoterici aliquot Sancti Thomæ ſectatores preſſè meditati imbecillitatem rationum, quibus ſubnixa antiqua Thomiſtarum ſchola ſpeciem impreſſam impoſsibilem moliebatur; alia excogitarũt fundamẽta ad præſentem implicationem quoquomodo ſubleuandam, quæ validis ictibus impetita vel ſuccumbebat oneri, vel ruinam minitabatur.

Fũdamentũ Petri de Arrubal.

Sic Petrus Arrubal, *loco citato, diſput. 16. cap. 5. per totum*: qui talem ingeniosè inſtruit ſpeciei impreſſæ oppugnationem.

Deo, ob puritatẽ & immaterialitatẽ in eſſe intelligibili, repugnat ſpecies impreſſa

Deus, non ſolùm eſt actus purus in ratione entis, ſed etiam in ratione intelligibilis; quare, ſicut ratione ſuæ puritatis, & immaterialitatis in eſſendo remouet acceſſum alicuius perfectionis realis; ita ob puritatem ſuam in ratione intelligibilis excludit formã intẽtionalem, à qua reddatur proximè intelligibilis. Tũc ſic; ſed functio, quam ſpecies impreſſa obit, à ratione & quidditate ſua, eſt exhibere obiectũ proximè, intelligibile; igitur eſt impoſsibilis talis forma intẽtionalis reſpectu illius obiecti, quod per ſuã eſſentiam eſt proximè intelligibile cũ habitudine ad omnem intellectum creatum.

Cõfirmatur ex abſimilitudine intelligibilitatis proximæ reſpectu omnis intellectus, & reſpectu ſolius proprii intellectus in Angelo

Cõfirmatur ratio hæc; ex diſcrimine, quod intercedit inter obiectum, quod per ſuã eſſentiã refert intelligibilitatẽ proximã per habitudinem ad ſolũ proprium intellectum; & obiectũ illud, quod importat intelligibilitatẽ proximã reſpectu cuiuslibet intellectus creati, & creabilis. Quia obiectũ, quodcõparatione proprij intellectus tantùm vẽdicat intelligibilitatem proximã, nõ reſpuit formam aliam intentionalem, à qua cõſtituatur proximè intelligibile reſpectu alterius intellectus extranei; vt liquet in Angelo per ſuã eſſẽtiã vice ſpeciei cõpoſito proprio intellectui, & eodem Angelo coniuncto extraneis mentibus per medias ſpecies.

Chimærica eſſet cauſalitas ſpeciei impreſſæ Deitatis, ſicut, & fictitia abſentia Dei ab intellectu creato

. . . Atqui Deitas per ſuam eſſentiam eſt proximè intelligibilis reſpectu cuiuslibet intellectus creati, & creabilis; cùm à nulla creabili mente diſtare queat, vt loco illius ſuffici poſſit ſpecies ſupplens abſentiam obiecti; igitur impoſsibilis eſt ſpecies, ſicut & implicatoria neceſsitas cauſalitatis talis ſpecici, quæ eſt ſuppletio abſentię obiecti. Sicut enim eſt impoſsibilis facultas efficiens realis per habitudinem ad effectum fictitium; ita implicatoria eſt poſsibilitas formæ realis per comparationem, ad chimæricam cauſalitatem; ſed abſentia Dei eſt omnino fictitia, & impoſsibilis; igitur, & chimærica eſt poſsibilitas formæ, quæ ex ſua quidditatiua ratione obeat functionem vicariam obiecti ad ſupplendã abſentiam eius.

Iaſtãtiæ extrapoſsibilitatẽ ſpeciei impreſſæ.

24 Deinde vrgetur ratio; quia implicat, quod aliqua forma ex ſe ordinetur ad conferendum aliquem effectum formalem alicui rei, quem res ſibi vendicet à quidditate ſua. Sicut, ſi omnes potentiæ intellectiuæ, & appetitiuæ, quæ de facto habitibus ſubſternuntur, eam in operando facilitatem præferrent, quam de facto nanciſcuntur coniuncta, ſiue compoſita ex potentia, & habitu; impoſsibilis eſſet habituum realiter diſtinctorum acceſsio.

Roboratur eadẽ oppoſitio

Vel, ſi ſubſtantia à ſe ipſa referret vim immediatam ad producendam alteram ſubſtantiam: implicarent accidentia ex ſe ordinata ad ſubſtantiæ generationem, vel, ſi natura intellectualis, verbi gratia Angelus, aut anima rationalis, per ſuam eſſentiam importarent vim intellectiuam, & volitiuam; implicatoriæ eſſent facultates appetendi, & intelligendi realiter diſcretæ. Sed Deitas à ſe ipſa eſt proximè intelligibilis; igitur implicationem inuoluit poſsibilitas alicuius formæ intentionalis, per quam reddatur Deus proximè intelligibilis.

Inſiſtitur vltra, ex hypothęſi quod eſſet impoſsibilis ſimilitudo ſubſtãtiæ angelicæ.

25 Præterea; ſi vnicus tantùm Angelus eſſet poſsibilis, & contradictionem inuolueret exiſtentia cuiuſlibet alterius intellectualis ſubſtantiæ; tunc impoſsibilis eſſet ſpecies repræſentatiua eiuſdem Angeli; eò quòd non eſſet aſsignabilis extraneus intellectus, à quo talis Angelus diſtare poſſet ſecundùm locum, & reſpectu cuius conciperetur abſentia obiecti, quæ ſuppleri poſſet per ſpeciem. Sed, ita implicatoria eſt abſentia Dei reſpectu cuiuslibet intellectus creati, & creabilis, immo & magis impoſsilis, quàm diſtantia ſubſtantiæ Angeli à proprio intellectu illi intrinſecè compoſito; igitur, ſicut implicat ſpecies repræſentatiua ſubſtantiæ Angeli reſpectu intellectus eiuſdem Angeli, ita & ſpecies repræſentatiua Dei reſpectu cuiuslibet intellectus creati, & creabilis.

Vltima ratio ab abſurdo agens, quòd ſpecies impreſſa ageret connaturaliter vel non connaturaliter

26 Vltimò; ſi eſſet poſsibilis talis ſpecies, ſuppoſito quòd vicariam ſibi aſcilcat facultatem reſpectu obiecti; fieret, vt talis ſpecies connaturaliter, & non connaturaliter, eliceret viſionem; quod inuoluit euidentem contradictionem. Sequela quoad primam partem eius, (quod nimirum ſi daretur ſpecies impreſſa, influeret connaturaliter in viſionem,) admittitur ab oppoſitæ ſententiæ aſſertoribus; eò quòd ſpecies impreſſa ſupernaturalis connaturaliter fœcundet intellectum habitui ſupernaturali luminis compoſitum ad partum notitiæ ſupernaturalis. Quod verò non operaretur connaturaliter, quæ eſt altera pars ſequelæ; ſic oſtenditur. Quia in præſentia principalis non agit connaturaliter ſubſtitutum, quod ſufficitur vice primarij agentis ad ſupplendam abſentiam illius; atqui immiſſa ſpecie impreſſa, adeſſet Deus intimè preſens in ratione obiecti; igitur non poſſet eſſe connaturalis influxus, qui ab ſpecie præſtaretur; ac proinde eſſet connaturalis, & non connaturalis.

Fit ſatis fundamentis recentiorum pro implicatione ſpeciei impreſſæ Dei.

27 VErùm dum inſudat Arrubal vt collapſam fulciat Thomiſtarum ſententiam; adhuc nihil exhibet, quod facili negotio non corruat.

Ad 1. oppoſitionē Petri de Arrubal

Quare ad primam rationem; dicimus, quòd cum Deum, per ſuam eſſentiam, intelligibilem aſſumit; eam amphibologiam inſinuat, quam in ſuperioribus aperuimus; oſtendentes; *ly intelligibile per eſſentiam*, in ſchola Scoti vſurpatum iri pro intelligibili per ſuam ſubſtantiam; eò quod eſſentia Dei, prout quidditas illius eſt, ſeu ratio eſſentialis anteuertens quaſi facultatis appetitiuæ pullulationem, non ſit obiectum motiuum intellectus creati.

Enerſatur oppoſitio, quatenus intelligibilitas Dei contingenter ſe ponatur ad motionē cū intellectu creato

Dici ergo poteſt, vt vitetur æquiuocatio; quòd Deus eſt per ſuam ſubſtantiam immediatè, & proximè intelligibilis; eò quòd facultas volitiua libera ſit de ſubſtantia Dei, quamuis nō ſubintret quidditatiuum conceptum illius. Quo ſenſu præmiſſo, vt argumentum abſque offendiculo procedat; cū aſſumit Arrubal; Deum per ſuam ſubſtantiam eſſe proximè intelligibilem Prædictum pronuntiatum ſub diſtinctione diluitur; de proxima intelligibilitate neceſſariò motiua intellectus creati, quam improbamus: vel de intelligibilitate contingenter motiua, quam aſtruimus. Quia, vt oſtendimus in articulo præcedenti, Deus nullū neceſſarium influxum intentionalem ſubit ad extra, ſed omnino contingentem ac liberū; vnde efficitur, vt ſicut Deus liberè coniungitur menti creatæ in ratione obiecti motiui, ita & liberè nō cōiungi poſſit: atque adeo & abeſſe ab intellectu creato in ratione obiecti motiui viſionis.

Expeditur abſentia obiecti beatitua ſupplenda per vicariā poteſtatem ſpeciei.

Quo admiſſo; iam non eſſet neceſſaria, ſed contingens præſentia Dei in ratione talis obiecti motiui; ac proinde eſſet poſsibilis abſentia Dei, vt obiecti viſionis, quæ per vicariam facultatem ſpeciei impreſſæ ſuppleri poſſet.

Ex quo liquet ad confirmationem dato enim, quòd implicaret ſpecies impreſſa vicaria illius obiecti, quod neceſſariam referret præſentiam reſpectu cuiuſcunque intellectus, de quo ſtatim; adhuc tamen non poſſet implicationem inuoluere poſsibilitas ſpeciei reſpectu illius obiecti, quod contingentem importat coniunctionem ad potentiam in ratione obiecti motiui.

Ad cōfirmationem ſatisfactio.

Licet enim Deus nequeat non eſſe præſens menti creatæ per entitatiuam indiſtantiam, qua etiam ratione eſt intimè præſens intellectui viatori; at præſentia in ratione obiecti motiui ad viſionem, omnino contingens eſt, ac proinde ea, quæ abſentiam ſuſtineat ſupplebilem à poteſtate vicaria ſpeciei impreſſæ.

Oppoſitio Collegij Carmelit. contra præmiſſam doctrinam.

28 Ex quibus etiam conuellitur oppoſitio Collegij Carmelitarum Excalceatorum, 1. *part. tractatu* 2. *de Viſione Dei, diſp.* 2. *dubio* 4. §. 2. *numer.* 123. quæ eò tendit; quòd id, quod eſt ratio formalis alicuius, nequit fieri tale per aliud; ſicut quia vnio eſt ipſamet ratio compoſitionis vnitiuæ, nequit componi extremis counibilibus per aliam vnionem; aliàs in vltimis formis non reperiretur ſtatus, ſed abiretur in infinitum. Igitur cùm Deitas ſit ipſamet intelligibilitas per ſe ipſam intelligibilis; reliquum eſt, vt reddi nequeat proximè intelligibilis per aliud à ſe realiter diſtinctum, nimirum per ſpeciem impreſſam creatam; pari ratione, qua Deus non poteſt conſtitui ſapiens, aut potens per ſapientiā, & potētiam creatam; quia eſt ſapiens & potēs per eſſentiam.

Infringitur omnino

Hæc enim omnia ex dictis enaneſcunt. Si enim pronuntiatum illud familiare Thomiſtis, ita vſurpari poſſet, vt intelligibilitas per eſſentiam intelligibilis abigeret omnem formam creatam, per quam componeretur intellectui in ratione intelligibilis; ſequeretur, quantùm eſt ex vi illius aſſerti, quòd non ſolùm eſſet implicatoria ſpecies expreſſa diuinæ eſſentiæ, vel verbum, vt aſtruunt Thomiſtæ recentiores, ſed etiam inuolueret implicationem ipſamet actio intellectiua, vel actio intelligendi, in qua apud ipſos cōſtituitur formalis ratio beatificæ viſio-

nis

nis; cùm talis actio ſit realiter diſtincta ab intelligibilitate per eſſentiã, & per eam componatur Deitas cũ intellectu creato in ratione intelligibilis in actu ſecundo.

Dilatis inſtantia

Vnde, cum obijcitur; quòd intelligibilitas per eſſentiam intelligibilis explodat omnem formam, quæ ſit principium intellectionis ex parte obiecti. Eneruatur obiectio ex prælibatis; ſi intelligibilitas per eſſentiam eſſet neceſſariò compoſita quoad motionem intentionalem, cum facultate intellectiua, qualiter comparatur ad intellectum increatum; damus talem comparationem neceſſariæ motionis omnino tollere munus ſpeciei impreſſæ, quod vicarium eſt, & ad ſupplẽdam abſentiam primarij agentis inſtitutum. Si verò intelligibilitas per eſſentiam componatur contingenter, & liberè ad intentionalem motionem; qualiter gerit ſe reſpectu mentis creatæ; ſicut & cum intelligibilitate per eſſentiam compoſsibilis eſt abſentia intelligibilis illimitati quoad motionem intentionalem; ita nec reſpuit formam eã, quæ præſtare valeat talem præſentiã in ratione obiecti mouentis; vt diximus.

Ad replicã; de vnione perſuã eſſentiã exercita & cõpoſita extremis vnibilibus.

Nec inſtantia illa vnionis realis, quæ per ſuam eſſentiam exercetur, & componitur coextremis vnibilibus, alicuius eſt roboris. Quia vnio realis per ſuam eſſentiam connectit extrema & componitur coextremis; intelligibilitas verò Dei non componitur eſſentialiter, & neceſſariò menti creatæ, ſed merè liberè, & contingenter; itaut ſi eſſet impoſsibilis intellectus creatus, adhuc ſubſiſteret intelligibilitas Dei per ſuam eſſentiam intelligibilis, cũ cõnotatione intellectus increati.

Quòd immutet mentem creatã ſpecies impreſſa, aliterquã Deitas

29 Ad aliam oppoſitionem num. 24. reſpondetur; implicare, quòd aliqua forma ex ſe ordinetur ad conferendum effectum formalem, quem alia res ſibi vendicet à ſua quidditate, ſi forma accedens eadem ratione exhibeat effectum illum; ſecùs verò ſi alia ratione. Quare, licet ſpecies impreſſa diuinæ eſſentiæ conſtituat Deum proximè intelligibilem in ratione obiecti motiui & ſubſtantia ipſa Dei, ratione facultatis appetitiuæ liberæ, (quam per identicam coniunctionem ſibi aſciſcit,) ſit etiam intelligibilis immediatè: attamen aliam rationem intelligibilitatis motiuæ importat Deitas, & aliam ſpecies impreſſa Deitatis; eò quòd iſta ſit accidentalis, & vicaria facultas, illa verò primaria, & ſubſtantialis.

Ad inſtãtiã de potentia imbibente vim agendi habitus.

Nec inſtantiæ Petri Arrubal multum faceſſunt operis, candidè enim admittimus, quòd quamuis potentiæ appetitiuæ, & apprehenſiuæ, eam in operando facilitatem nanciſcerentur, quã de facto referunt coniuncta ex potentijs, & habitibus; adhuc non eſſet impoſsibilis immiſsio habituum de abſoluta Dei potentia. Quia licet habitus illi præſtarent facilitatem ad operãdũ quam potentiæ, vi ſuæ intraneæ facultatis, importabant, non tamen eſſet eiuſdem rationis; eò quòd facilitas potentiæ eſſet vitalis, & intranea, facilitas verò habitus aduentitia, & inanima.

Quid de accidẽte ad generationẽ ſubſtantiæ?

Ad alteram inſtantiam de facultate accidentium ad generationem ſubſtantiæ; dicimus, ideò accidentia, nec de abſoluta Dei potentia euehi poſſe ad generationem ſubſtantiæ; eò quòd non referant vim initialem ſeu inchoatam ad huiuſmodi actionem: de quo in *ſubdiſtinctione* 1. *huius controuerſiæ, art.* 1. *num. margin.* 21. vbi ex inſtituto actum eſt de potentia obedientiali actiua.

Ad vltimã inſtantiam.

Ad vltimam inſtantiam; de natura intellectuali, quæ per ſuam eſſentiam eſſet intellectiua, & appetitiua. Reſpondeo; quòd nullam inueni o contradictionem, quæ in tali hypotheſi cõuincat implicationem poſsibilitatis intellectus, & voluntatis, cum reali diſcretione huiuſmodi potentiarum ab anima; eò quòd diuerſa ratione conferrent animæ facultatem appetendi, & intelligendi, ab ea, quam anima, vi ſuæ ſubſtantialis cõſtitutionis, talem facultatem intelligendi, & appetendi nacta importaret; quia anima, à ſua ſubſtantia, eſſet taliter potens, vi ſubſtantiali, & à potentijs realiter diſcretis, vi accidentali.

Ad argum.

Data implicatione ſpeciei impreſſæ ex hypotheſi quod implicarent duo Angeli non ſtare de ſpecie Dei

Ad argumentationem numer. 25. quòd quamuis implicaret ſpecies Angelica in ea hypotheſi, quod eſſet impoſsibilis alia natura intellectualis præter Angelum ſe intelligentem per ſuam ſubſtantiam; adhuc non inferretur impoſsibilitas ſpeciei impreſſæ repræſentatiuæ diuinæ naturæ. Eò quòd ſubſtantia Angeli reſpectu proprij in-

re-

tellectus neceſſariam adeat cauſalitatem intentionalem, & præſentiam in ratione obiecti motiui; Deus verò non ita, ſed influxum liberum, vt oſtendimus.

Nulla entitas creata eſt libere influxiua intentionalis

Quælibet enim entitas creata non obit cauſalitatem intentionalem liberè, ſed neceſſariò; vt contra Aureolum egimus *in articulo præcedenti, numer. margin.* 18 *vſque ad* 21. & contra Soarium adhærentem Aureolo, quibus ſubſcribit Herice *loco citato ex tract.* 4. *diſput.* 40. *capit.* 7. *numer. margin.* 70. dum contra vniuerſam Thomiſtarum ſchola pronuntiat; Angelum non neceſſariò ſe intueri, eò quòd influxus intentionalis, quem immediatè præſtet ſubſtantia Angeli vice ſpeciei, non ſit neceſſarius, ſed liber. Sed Thomiſtæ in hunc ſenſum cum Scotiſtis conſpirarunt vnanimes contra Aureolum; cuius placitum iam antiquatum nouiſſimè ſuſcitare ſatagunt Soarez, & Herice.

Refelluntur aliæ molitiones recentiorum; & expenditur, an implicet ſpecies impreſſa in Angelo ad intuitionem propriæ ſubſtantiæ?

30 CÆterùm; ſuppoſita cõmuni Thomiſtarum, & Scotiſtarum ſententia, de neceſſaria cauſalitate intentionali cuiuslibet entis creati; adhuc tamen non video, cur implicatoria ſit poſsibilitas ſpeciei impreſſæ Angelicæ reſpectu intuitionis propriæ ſubſtantiæ?

Tantùm enim infertur, quòd illa ſpecies impreſſa non operaretur connaturaliter (eò quòd connaturalis non ſit cauſalitas agentis vicarij, & ſuffecti vice alterius, adſtante agente primario) non tamen oſtenditur, quòd ſit implicatoria huiuſmodi cauſalitas vicarij agentis.

Sed vrgebis; ſuppoſito, quòd ſubſtantia Angeli neceſſariò moueat proprium intellectum, non poteſt dari abſentia eiuſdem ſubſtantiæ in ratione obiecti motiui reſpectu proprij intellectus; ob id enim aſtruimus, eſſe poſsibilem abſentiam Dei in ratione obiecti motiui reſpectu intellectus creati, quia non neceſſariò, ſed contingenter, & liberè immutet mentem creatam: igitur implicatoria erit ſpecies angelica reſpectu intuitionis propriæ ſubſtantiæ, ſicut impoſsibilis autumatur abſentia ſubſtantiæ Angeli in ratione obiecti motiui reſpectu proprij intellectus.

Obijcitur quòd ſit implicatoria abſentia ſubſtantiæ Angeli reſpectu proprij intellectus

Reſpondetur; quòd data impoſsibilitate abſentiæ agentis principalis in ratione obiecti motiui; tantùm producitur, quòd ſpeciei impreſſæ cauſalitas eſſet præternaturalis; non verò, quòd eſſet implicatoria. Eò quòd de potentia Dei abſoluta ſupplebilis ſit cauſalitas ſecundaria cuiuslibet formæ; licet ſupplebilitas primariæ cauſalitatis prorſus contradicat. Sicut implicat contradictionem, quòd ſuppleat Deus cauſalitatem primariam formæ ignis, quæ eſt intrinſeca exhibitio ipſius ad materiam; ſed non obſtat, quòd ſuppleat cauſalitatem ſecũdariam, quę eſt expulſio formę aquę naturaliter incompoſsibilis cum forma ignis.

Reſp. tamè obrimitquid influxui ſpeciei in tali hypotheſi eſſet præternaturalis

Sic in propoſito; primaria cauſalitas ſpeciei impreſſæ non eſt ſuppletio abſentiæ obiecti, ſed quòd ſit ſemen intentionale, & virtualis ſimilitudo obiecti; & quia ſemen intentionale connotat abſentiam primarij operantis, & vicariam poteſtatem; fit inde, vt connaturalis influxus ſpeciei impreſſæ innuat ſecundariò abſentiã obiecti in ratione motiui.

Primaria cauſalitas ſpeciei impreſſæ nõ eſſoiatur vicaria obiecti

Quia verò ſecundaria cauſalitas ſupplebilis eſt de abſoluta potentia; (qualis eſt incompoſsibilitas vtriuſque formæ ſubſtantialis in eodem ſubſtrato,) ita cùm incompoſsibilitas ſpeciei & obiecti, (prout immediatè mouentis intellectum,) non attineat ad primariam cauſalitatem ſpeciei, quæ eſt virtualis ſimilitudo obiecti; ſed ad connotationem, quam refert ſpecies, prout eſt virtus vicaria obiecti; ideo talis compoſsibilitas ſpeciei impreſſæ, & obiecti proximè, & immediatè motiui, non eſt implicatoria de abſoluta Dei potentia.

Ideò ſpecies & præſentia obiecti non implicant

Sed age; eſtò quòd eſſet impoſsibi-

lis

Dato quòd repugnaret ſpecies impreſſa, obimplicationem diſtantiæ obiecti, nõ implicaret ſpeciem impreſſam Deitatis

lis conuentus obiecti neceſſariò mouẽtis potentiam, & ſpeciei impreſſæ eiuſdem obiecti, in ente creato; ob conditionem intentionalis agentis neceſſariò immutantis potentiam, ſuppoſita indiſtantia entitatiua potentiæ & obiecti. In Deo tamen non procedit oppoſitio; eò quòd præmiſſa indiſtantia entitatiua Deitatis à mente creata, eã non moueat neceſſariò, ſed contingẽter; ac proinde & abeſſe poſsit in ratione obiecti motiui ab intellectu creato.

Ad vltimã oppoſitionẽ, deſpecieque operaretur cõnaturaliter, & nõ cõnaturaliter

31 Ad vltimam oppoſitionem, *ſub numer. margin.* 26. reſpondetur; connaturaliùs prodire viſionem immediatè à ſubſtantia Dei, quàm ab ſpecie impreſſa; quia præmiſſa coniunctione entitatiua Deitatis cum mente creata, connaturalius eſt, quòd eliciatur actio intẽtionalis ab ipſomet obiecto immediatè (quod eſt primariũ agens) quã ab ſpecie impreſſa, quæ eſt virtus ſuffecta vice obiecti.

Licet cõnaturaliùs eliciatur viſio à Deitate quã ab ſpecie, adducõ naturaliter eliceretur ab ſpecie.

Verùm ex hoc, quòd viſio eliciatur connaturaliùs à ſubſtantia Dei gerente vices ſpeciei; non infertur, quòd non prodiret connaturaliter in ea hypotheſi, quòd Deus vellet immittere ſpeciem creatam; quia tunc non influeret ſpecies, præſẽte, & coniuncta ſubſtantia Dei in ratione obiecti motiui, ſed tantùm in ratione obiecti terminatiui.

Ratio præmiſſi aſſerti

Quia Deus in illa ſuppoſitione, eſſet coniunctus menti creatæ per entitatiuam indiſtantiam, & etiam in ratione obiecti terminatiui viſionis; ſed nõ in ratione motiui; tunc enim ſpecies impreſſa creata exiſteret, quæ immediatè fœcundaret intellectum cõpletũ ex parte potentiæ, ad partum notitiæ ſupernaturalis.

Obiectio contra doctrinã præcedentẽ

Si verò inſtes; Deum, etiam ſuppoſita immiſsione ſpeciei impreſſæ, poſſe ſe ipſo ſubire functiones ſpeciei, cohibendo influxum ſpeciei impreſſæ creatæ.

Diluitur 1.

Reſpondeo poſſe; id tamen eſſe præternaturale, & miraculoſum; cùm ſit præter naturam cuiuslibet facultatis operatiuæ, illi non impertiri influxum quem expoſcit ad operandum.

Alia reſp. in opinione probabili

Vel dic; poſſe Deum immediatè ſe ipſo obire functiones ſpeciei impreſſæ; exhibendo etiam ſpeciei creatæ concurſum ad propriam cauſalitatem adeundam. In qua hypotheſi, viſio, prout refert imaginem expreſſam Deitatis, duplici principio adæquato ex parte obiecti reſponderet; quod non implicat diuinitùs in probabili ſententia.

Vltima implicatio ſpeciei

32 Alius author, (cui quia minus arrident antiquæ Thomiſtarum oppugnationes ſpeciei impreſſæ,) nouam huius implicationis attentauit viam; eſt Ambroſius Machinus, *loco citato, ex 1. part. diſput. 15. ſect. 1. §. Fundamentum, & mens authoris declaratur.* Cuius ratio ſic ſe habet.

Amb. Machinus

Probatur; quia viſio ſit ex illis effectibus, qui nõ poſſint elici à creatura ſaltẽ ab inſtrumẽto connaturali

Illius effectus, qui à natura ſua, expoſcit elici à Deo, tanquam à cauſa proxima, & immediata; non poteſt dari aliquod inſtrumentum connaturale; licet aſsignari queat obediẽtiale principium creatum. Sed viſio Dei, prout aſtruitur ſpecies expreſſa Deitatis, & imago formalis illius, petit connaturaliter effluere à Deo, tanquam à cauſa proxima, & immediata ex parte obiecti; igitur implicat aliquod connaturale inſtrumentum creatum, à quo emanet viſio.

Firmatur ratio inſtãtis petitis à trãſubſtãtiatione, creatione & infuſione gratiæ

Atqui, ſi eſſet poſsibilis ſpecies impreſſa, non eſſet obediẽtiale, ſed connaturale inſtrumentum, cui deberetur connaturaliter influxus ſupernaturalis elicitiuus viſionis ex parte obiecti; ergo implicat ſpecies impreſſa creata. Maiorem ſuadet Machinus inſtantia plurium effectuum, qui ob neceſſariam connexionem, & habitudinem, quam important ad Deum, vt ad cauſam immediatam, & proximam, à nullo creato agente elici queunt, tanquam à connaturali principio inſtrumentali; licet ab eo tanquam ab obediẽtiali inſtrumento pendere poſsint; cuiuſmodi ſunt, *tranſubſtantiatio, creatio, infuſio gratiæ,* (licet ſit actio eductiua ex potentia obediẽtiali ſubſtrati;) & ſic de alijs.

Refutatur ratio Machini.

33 Cæterùm; talis probatio, & petitionem principij committit; & falſo innititur fundamento. Quòd autem petat principium; liquet apertè, dum aſſumit, viſionem expoſcere, à natura, & quidditate ſua, vt pendeat à Deo, tanquam à cauſa proxima, & immediata; præmittit enim tanquam certum, & inconcuſſum id, in quo verſatur totius controuerſiæ apex. Id enim eſt, quod oppoſitæ ſententiæ aſſertores vno ore inficiantur; quòd nimirum exi-

Petit principium Machini

gat

Visio beatifica, cui vis exigat effici à sola substantia Dei

gat visio elici à sola substantia Dei, tanquam à causa proxima, & immediata; ita vt vice Dei tanquam agentis intentionalis, suffici nequeat aliqua qualitas, quæ sit virtualis imago Dei præhabés intra eminentiam suam similitudinem formalem, quæst actus visionis & species expressa.

Probatio 2. assumpti

Deinde; si fundamentum prædicti authoris aliquid obtineret, etiam expugnaret, non tantùm existentiam habitus luminis gloriæ, sed & possibilitatem eius; cùm lumen gloriæ non sit principium obedientiale, sed connaturale elicitiuum visionis. Si enim verum haberet, implicare quodlibet principium connaturale illius effectus, qui exigat effici à Deo, tanquam à causa proxima, & immediata, (cuiusmodi sē gerit visio beatifica, apud Machinum) etiam contradiceret possibilitas luminis cum causalitate effectiua visionis: quod exorbitat à communi sensu totius Theologiæ; cùm lumen sit connaturale principium visionis; nec enim causalitas elicitiua luminis respectu visionis est obedientialis, sed debita lumini, & iuxta exigentiam eius inquantum visio est forma supernaturalis.

Quæritur implicatio luminis gloriæ

Nec alicuius sunt ponderis instantiæ; quibus proprium assertum firmare satagit Machinus. Fatemur enim, respectu infusionis gratiæ, creationis, transubstantiationis, non esse possibile, non modo instrumentum connaturale; sed nec obedientiale.

Euertuntur instantiæ Machini.

Non tamen propter regulam prædicti authoris; sed quia nulla creatura referat vim initialem actiuam obedientialem, quæ euehi queat ad similes causalitates; de quo latiùs, *in prima distinctione huius controuersiæ, subdist. 1. art. 1.* vbi exactè de potentia obedientiali actiua.

Cur repugnet vis initialis actiua non obedientialis ad effectus præmissos?

Ioannis Basolij modus dicendi propositus; quem ex Aureolo conuellimus, pro notitia intuitiua Deitatis, esto quòd daretur species impressa creata.

Basolius tantùm tangitur implicationi speciei adoptatiuæ.

34 VNum tantùm ex Scoti assectis reperio Ioannem Basolium, aliàs acutum Theologum, qui à castris Magistri ad Thomistarum scholam in hac re quodammodo defecisse videatur. Dixi quodammodo, quia licet speciem impressam intuitiuæ, & facilis visionis principium respuat; fundamentis tamen Thomistarum nullatenùs subscribit. Cuius rationes libenter transcribo; eò quòd ab Herice minus fideliter citetur; vt constat ex dictis num. 15. sic igitur habet Basolius, in *3. dist. 14. q. 1. art. 1. §. Dico igitur quòd absolutè loquendo.*

Male citatur Basolius ab Herice

Omnis notitia intellectiua per speciem est mediata, saltim representatiua mediatione, vt patet; quia species ipsa representatiuum quoddam est. Sed impossibile est, quòd visio diuina sit mediata, quia est notitia intuitiua, cui repugnat hoc, sicut sibi repugnat esse notitiam abstractiuam. Per hoc enim distinguuntur istæ notitiæ, sicut dictum est, quòd notitia abstractiua est mediata, sed intuitiua immediata eo modo, quo dictum est; ergo impossibile est, quòd visio Dei beatifica sit per speciem.

1. ratio ex Basol. quòd visio esset mediata imago Dei

Abstim illtuo de inter notitiã intuitiuã & abstractiuam

35 *Secunda ratio.* Omnis notitia, *quæ fit per speciem representatiuam obiecti, quantùm est ex se non concernit essentiam, vel præsentiam obiecti, præsentia reali, sed tantùm in esse representatiuo; patet de notitia nostra abstractiua, quam habemus, & in intellectu, & in phantasia. Sed visio beatifica est notitia concernens quantùm est ex se, & vt beatifica est, præsentiam realem obiecti beatifici, & existentiam eius, quia impossibile est, & implicat cõtradictionem, quòd aliquis beatificetur in aliquo absente, vel non existente: et*

2. ratio quòd notitia quæ elicitur ab specie habitu ab existẽtia obiecti

go non est per speciem aliquam representatiuam.

Assertio Basolij

36 Dico igitur, quòd impossibile est, quòd species concurrat ad actum visionis diuinæ, sed immediatè videtur Deus sicuti est, & assimilatur sibi intellectus, non per aliquam speciem, sed per actum ipsum beatificum, qui est multò perfectior, & expressior similitudo, quàm quæcunq; species, quæ poneretur. Et ita debet exponi illud Canonicæ Ioannis, similes ei erimus, & videbimus eum sicuti est; propter quod Apostolus 1. ad Chorint. videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.

Præterlitur fundamenta Basolij ab Aureo.

Hæc sunt fundamenta Basolij exilia sanè, ac omni solida probatione vacua; quæ impetunt speciem impressam; eò quòd existimet Basolius, omnem notitiam, quæ ab impressa specie efficitur, facialem non esse, nec intuitiuam, sed abstractiuam, & ænigmaticam.

Verùm Basolij argumentationes penitùs infringit Aureolus, *quodlibet.* 8. *art.* 1. vbi cum sibi opposuisset Basolij fundamentum §. *Secundam rationẽ assignat*, subiungit.

Obiectio Basolij apud Aureolum

Prout Augustinus ait (15. *de Trin.* ca. 9) *cũ Apostolus ait; videmus nũc per speculũ in ænigmate; speculi & ænigmatis nomine, quæcũq; similitudines significata ab Apostolo intelligi possunt, quæ accommodata sunt ad intelligendũ Deũ. Sed videre Deum per essentiam, non est cognitio ænigmatica & specularis, immo clara, & facialis; igitur nõ videtur per speciẽ, immo hoc dicere est dicere, quòd Deus in se non videatur.*

Plena satisfactio ex Aureolo

Tali obiectioni ex doctrina Basolij concinnatæ sic occurrit Aureolus loco citato. §. *Secundò probo propositionem.* Vbi sic habet.

Eliditur prætiatiũ Basolij ex intuitione corporea obtutui

37 *Constat, quòd notitia rei præsentis per visam corporeum apprehensæ est clara, & facialis notitia, non impeditur per hoc, quòd ponitur species tanquam ratio videndi; & per consequens non est verum, quòd qui poneret diuinã essentiam per speciem cognosci tanquam per rationem videndi, poneret diuinam essentiam non videri, aut in ænigmate cognosci.*

Species non intercedit vt medium cognitum

38 *Præterea. Illud, quod ponit ænigma, est medium creatum se tenens ex parte obiecti, quasi actus attingat illud medium, & non diuinam essentiam per se; non autem tollet facialem notitiam medium, quod est ratio cognoscendi; quia in illã non fertur actus, sed immediatè in obiectũ, quãuis ratio ferendi sit species: ergo non tollitur facialis notitia, si species poneretur isto vltimo modo.*

Ad oppositũ fundamenti resp.

39 *Quod autem de Augustino induciter: patet quòd intelligit de quacunq; creata similitudine, quæ adhibetur ad intelligendum per modum cuiusdã medij obiecti: secundùm quod dicitur ad Rom. 1. Quòd inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Et sic ponere, quòd diuina essentia videtur per speciem mediã, esset erroneũ; vnde patet, quòd committitur æquiuocatio de medio in toto isto processu.*

Breuiarium doctrinæ Aureoli.

40 Ex qua doctrina Aureoli omnino proteruntur fundamenta Basolij. Ad primum enim dicimus; intuitionem Dei ab specie impressa elicitam, non esse mediatam, sed immediatam apprehensionem Deitatis, cuius est expressa, & formalis imago; eò quòd non mediet species impressa, tanquam obiectum cognitum, seu medium in quo diuinæ intuitionis, sed tanquam medium vt quo apprehensionis Dei. Sicut & mediata non est intuitio corporalis visiua, quamuis eliciatur ab specie impressa intentionali; eò quòd species non terminet obtutum idoli visiui tanquam obiectum illius, sed sit medium non apprehensum, seu medium vt quo, corporalis perceptionis.

Ad fund. Basolij resp.

41 Ad aliam oppositionem Basolij etiam liquet ex Aureolo; manifesta enim instantia corporalis intuitionis visiuæ demonstrat, non omnem notitiam, quæ media specie efficitur, abstractiuam esse, à realique præsentia obiecti præscindentem, intentionalique tantùm obiecti præsentia contentã; cũ visio corporalis sit notitia intuitiua, & prodeat ab obiecto media specie. In quo verò dissideat species impressa quidditatiua Deitatis illã abstractiuè repræsentans ab specie impressa, quæ esset principiũ intuitiuæ apprehensionis Dei; aperiemus statim in reseratione textus Scoti.

Tex-

Textus Scoti, & illius explanatio ad firmandam veram sententiam pro speciei impressæ possibilitate.

Scotus non egit de possibilitate speciei ad notitiã intuentẽ

42 VT Autem præmissam doctrinam firmo vallo communiamus, restat Scoti textum subijcere, ex quo tanquam ex penario locupleti, & sufferto licuit omnes eas probationes capessere, quibus oppositas opinationes adorimur. Licet enim Scotus apertè possibilitatem speciei impressæ principij visionis intuitiuæ non tradiderit, quia de hoc ex instituto non egit; eius tamen speciei impressæ possibilitatem autumauit, quam esse principium claræ notitiæ abstractiuæ De iratis pronuntiauit. De qua est eadem ratio, cùm dissertatio præsens posita non sit in hoc, quòd talis species implicet, eò quòd sit abstractiuæ, vel intuitiuæ notitiæ principium; sed quia esset clara & quidditatiua imago Deitatis.

Præstat tamen inebriusa fundamẽta ex specie abstractiua

Et licet plures ex authoribus, qui in præsenti speciem impressam tutantur, eam speciem reijciant, quæ sit principium claræ notitiæ abstractiuæ Dei; at tamen alijs fundamentis subnituntur, quę ad præsentem controuersiã nõ spectant, quæ infra pro doctrinæ cõplemẽto etiam attingemus.

De specie verò impressa claræ Dei repræsentationis abstractiuæ principio, sic habet Scotus, in 2. *distinct. 3. quæstion. 9. §. Dico igitur, numer. margin. 11.*

Scotus

43 *Dico igitur breuiter ad quæstionem; quia non habemus regulam de intellectu Angelico, nec enim possumus attribuere illi omnem perfectionem, quæ est in intellectu simpliciter, nec tantam imperfectionem, quantam experimur in intellectu nostro; quia rationabile est illi attribuere omnem perfectionem quæ conuenit intellectui creato: & nulla repugnantia occurrit, quòd intellectus creatus habeat talem cognitionem per speciem distinctè repræsentantem diuinam essentiam, dum tamen non intuitiuè; ideò hoc videtur rationabile concedere.*

Iudicium probabile Scoti circa speciẽ abstractiuã in Angelo.

44 *Ad rationes pro prima opinione, quæ improbant istam speciem. Ad primam dico; quòd non videtur esse proprium vocabulum, loquendo de Deo hoc vocabulum effigies; fortè enim effigiatũ nõ dicitur aliquid propriè, nisi quod est figuratum.*

An species vocari queat effigies Dei

Sed vtendo propriis verbis, sic accipiatur ista propositio; omnis propria ratio intelligendi aliquod obiectum, per adæquationem repræsentat illud obiectum. Dico, quòd hic potest intelligi adæquatio simpliciter entitatis ad entitatem; vel adæquatio secundùm proportionem repræsentãtis ad repræsentatũ absolutè; vel tertio modo, per adæquationem secundùm proportionem, non absolutè, sed per comparationem ad actum talem.

Triplex cõparatio adæquationis Scoto

Sicut materia dicitur adæquari formæ secundùm proportionem, licet non secundùm entitatem, pro eò quòd eorum entitates sunt inæquales; tamen ista est ita perfectibilis, sicut illa est perfectiua, hoc est, quòd tantùm ista repræsentat, quantùm illa est repræsentabilis: puta, quòd istud repræsentat obiectum ita perfectum, & ita perfectè, sicut ipsum apprehenditur à potentia per talem actum, per quem repræsentatur.

Explic de adæquatione materiæ respectu formæ

Quid de 1. modo adæquationis

45 *Primo modo; vniuersaliter nullum per se repræsentans (quod est ratio repræsentandi, & non cognitum,) adæquatur illi, quod repræsentat; sed deficit, sicut patet de albedine, & specie albi. Secundo modo; aliqua ratio repræsentat per adæquationem; sicut species perfectissima albi repræsentat illud album; & ipsa est ratio quasi comprehensiuè videndi album illud.*

Quid de 2.

Quid de 3. ratione adæquationis

Tertio modo; quæcunque albi species (etiam in oculo cæcutiente,) licet non ita perfectè repræsentet album, sicut esset repræsentabile; tamen perfectè repræsentat illud per comparationem ad actum sequentem: quia ita perfectè repræsentat, sicut requiritur ad habendum talem actum circa obiectum.

Nulla species potest exprimere Deitatẽ in 1. & 2. acceptione adæquationis

46 *Ad propositum igitur dico; quòd nulla species per adæquationem potest repræsentare essentiam diuinam, secundo modo; nec etiam primo modo. Quia illa essentia, quæ comprehensibilis est*

Scotus

ab intellectu ſuo; non poteſt comprehendi, niſi per eſſentiam, vt per rationem.

Benè tamen in tertia.

Sed tertio modo; comparando ad intellectum creatum, aliquomodo poteſt habere ſpeciem, quæ ſcilicet ita perfectè illam eſſentiam repræſentat, ſicut actus talis intellectus attingit.

Elidítur oppoſitio de infinitate repræſentationis

47 Cùm probatur minor primò per illam infinitatem; dico, quòd ſicut actus finitus poteſt habere obiectum ex parte ſui infinitum, & tamen actus immediatiùs attingit obiectum, quam ſpecies, ita ſpecies poteſt repræſentare obiectum, infinitum ſub ratione infinita: non tamen ipſa eſt adæquata in eſſendo, nec in cognoſcendo ſimpliciter, quia ipſa nõ eſt principium comprehendendi.

Similitudo repræſentationis non exigit ſimilitudinem in eſſendo.

48 Ad aliam probationem, de ſpecie vnius creaturæ reſpectu alterius. Dico; quòd ſimilitudo naturalis in eſſendo, non eſt per ſe ratio repræſentandi vnius reſpectu alterius; quia hoc album quantumcunque ſimile ſit alteri albo non eſt ratio repræſentandi illud; ſpecies autem, quæ multo minus eſt in entitate naturali ſimilis huic, eſt repræſentatiua.

Inſtatur ex ſimilitudine vnius albi ad aliud.

Ita hic; licet ſpecies propter ſuam finitatem in entitate, & in eſſendo, plus conueniat cum eſſentia creata, quàm cum eſſentia diuina; non tamen plus conuenit cum ea conuenientia proportionis, quæ eſt repræſentantis ad repræſentatum.

Is ade ſpecie Deitatis

Aſſeritur poſsibilitas ſpeciei repræſentantis abſtractiuè Deitatem; & expenditur adæquationis comparatio inter ſpeciem & obiectum de ſenſu Scoti.

Cauillari⁹ textui Scoti

49 CIrca literam textus numer. 43. ſupponendum eſt; Scotum concedere Angelis ſpeciem impreſſam elicitiuam clarę, abſtractiuæ tamen, cognitionis diuinæ eſſentiæ. Quam doctrinam improbat Vazquez, 1. *par. diſp.* 134. *capit.* 2. & *capit.* 3. *numer. margin.* 6. & Franciſcus Zuñiga, *in ſuo opere de Trinitat. quæſt.* 32. *diſput.* 7. *dub.* 2. *num. margin.* 2. & 3. qui opinantur; eſſe impoſsibilem ſpeciem, & notitiam quidditatiuam Deitatis, quæ abſtractiua eſſe poſsit.

Vazquez.

Zuñiga.

Fundamentũ eorũ, qui improbãt ſpeciẽ abſtractiuã Deitatis

Eò quòd nulla quidditatiua apprehenſio Dei attingat illum, niſi ſecundùm prædicata propria diuinæ quaſi conſtitutionis, quæ Deum à tota latitudine entis creati condiſtinguant; ſed Deus, prout differt à tota collectione omnis entis participati, imbibit eſſentiale prædicatum actualitatis, ſeu exiſtentiæ: igitur, ſi quidditatiuè cognoſcitur, nequit abſtractiuè apprehendi; cùm notitia intuitiua in hoc formaliter ab abſtractiua diſsideat, quòd intuitiua concernat exiſtentiam obiecti; abſtractiua verò præſcindat ab illa.

Aſſeritur Scoti ſenſus

50 Sed Scoti ſententiam præter illius aſſeclas, plures ex Thomiſtis defendunt; adi Ludouicum Molinam, 1. *part. quæſtion.* 1. *artic.* 2. *diſp.* 4. §. *Ex his duabus ſententijs prior mihi probabilior videtur, & quæſt.* 56. *art.* 3. *concluſion.* 1.

Molina.

Nec oppoſitio Vazquez vrget; fatemur enim, notitiam quidditatiuam Dei neceſſariò apprehendere exiſtentiam illius, tanquam proprium, & quaſi ſpecificatiuum prædicatum Deitatis; inficiamur verò, notitiam eam, quæ exiſtentiam obiecti callet, intuitiuam eſſe; ſed eam, quæ attingit exiſtentiam rei præſentis, vt præſens eſt. Poſſet enim quis exiſtentiam rei abſentis contemplari; nec tamen eam dicere tur intueri.

Enervatio oppoſitionis Vazquez, circa ſpeciem abſtractiuã

Quare ſpecies illa impreſſa, (quæ de mente Scoti aſtruitur principium abſtractiuæ notitiæ Deitatis) apprehenderet exiſtentiam Dei, & illius infinitudinem in ratione entis; non verò infinitudinem ſecundùm connotationem loci, vel immenſitatem, à qua habet Deus, vt ſit localiter, ſeu præſentialiter coniunctus cuilibet enti creato.

Species abſtractiua apprehenderet exiſtentiam Dei, ſed non infinitudinẽ ſiue connotatione loci

Nec enim ad hoc quòd infinitas ſecundùm eſſentiam apprehendi queat quidditatiuè, non percepta infinitudine ſecundùm locum, ſeu immenſitate; neceſſaria eſt diſcretio ex natura rei inter attributa infinitatis, & immenſita-

Ad hãc præcipiendã nõ expoſcitur actualis diſtinctio inter infinitatem, & immenſitatem.

tis; vt ostendimus, *in controuers. 2. de Vnitate Dei, in appendice Metaph. de dist. ar. 2. n. marg. 31.* & aperiemus latiùs in sequenti distinctione de actu visionis, expendentes, videri posse essentiam sine attributis.

Vindicatur Scotus à criminationibus aduersariorum. Vazquius. Zuniga.

51 Obseruandum præterea; hanc speciem impressam abstractiuam acriter impeti à Vazquez, & Zuñiga locis citatis; quatenùs Scoto tribuunt, talem speciem esse intrinsecè naturalem & tantùm supernaturalem extrinsecè, seu ex parte principij. Quam obiectionem expugnauimus agentes contra Soarium in hac controuersia de Visione Dei, *dist. 1. subdist. 2. artic. 1. num. marg. 65. & 66.* adi transcriptum ibi, & exaratum expressum Scoti testimonium deferens supernaturalitatem intrinsecam tali speciei impressæ; illiusq; supernaturalitatē condistinguens à supernaturalitate specierū peraccidēs infusarū, nec enim eadē vacat sæpiùs repetere.

Soarius.

Elucidatio adæquationis speciei ad obiectum

52 Notandum deinde; circa textum, *num. 44. 45. & 46.* ab illis satis superque nobis suppeditari quidquid ad conuellendum antiquorum Thomistarum fundamentum expeti queat; qui adoriuntur speciem impressam clarè repræsentatiuam Deitatis, ob æqualitatem, quam asseuerant, inter ipsam speciem, & Deum. Quam doctrinam euertit Scotus, expendens triplicem adæquationis rationem inter speciem claram, seu quidditatiuam, & obiectum illius.

Reiicitur prima ratio adæquationis

Quia vel potest esse adęquatio entitatis ad entitatem; & hanc penitus explodit in specie respectu proprij obiecti; eò quòd esse reale præcellat esse intentionale. Vel potest esse commensuratio adæquata, vel ad omnimodam supparitatem in esse repræsentatiuo speciei repræsentantis cum obiecto repræsentato; quatenùs species quidditatiua obiecti exprimat prædicata, quæ attinent ad quidditatinam constitutionem eius; tota ea intensione repræsentationis, quæ nata est ab obiecto elici. Et in ista acceptione adæquationis, species clara diuinæ essentiæ, siue abstractiua, siue intuitiua, quam possibilem adstruimus, licet importaret commensurationem repræsentationis cū proprio obiecto, sed non adæquationem; eò quòd licet exprimeret prædicata Dei,

ecunda æquatiei in licat in intellectu crea respectu ei.

quæ spectant ad essentialem quasi constitutionem eius; sed non ea intensione quæ potest elici à vi motiua intentionali ipsius Dei, quæ quantùm est ex se valet elicere actionem intentionalem simpliciter & intensiuè infinitam. Quam obrem talis species nullatenùs esset cōprehensiua; de quo latiùs in controuersia de incomprehensibilitate Dei.

Tertia consideratio adæquationis speciei impressæ cū obiecto per habitudinē ad speciē expressā

Vel vltimò considerari potest adæquatio speciei impressæ per habitudinem, & commensurationem ad speciem expressam, siue ad actum intellectionis, quem efficit; & in isto sensu quælibet species dicitur adæquatè commensurari obiecto, vt attingitur ab specie expressa, quam producit species impressa, tanquam actū secundum, & imaginem formalem obiecti. Quia licet obiectum quatenùs refert facultatem motiuam absolutè, & secundùm se spectatam, exuperet vim repræsentatiuam talis speciei impressæ; attamen inquantùm obiectum apprehenditur ab specie expressa in tali gradu intensionis, dicitur species impressa adæquari obiecto, vt habetur ab intellectu per talem speciem expressam, & sub tali meta intensiuæ gradualitatis imaginis formalis.

Ostenditur ex Scoto

Quia ita perfectè repræsentat species impressa, sicut requiritur ad habendum actum speciei expressæ circa tale obiectum, vt inquit Scotus in textu sub numero 45. Eò quòd species impressa repræsentet effectiuè cum commensuratione ad repræsentationem speciei expressæ, quæ est imago formalis; de quo vide *in hac art. num. 7.* & illustratur perspicua Scoti instantia de specie albi cæcutienti oculo immissa, sub num. 45. quæ licet non repræsentet album in tota ea intensione repræsentationis, quæ ab albo nata est elici; repræsentat tamē cum adæquatione ad speciem expressam quæ à cæcutienti oculo haberi queat.

Ex imagine formali expressa speciei procedi turvalidè ad speciem impressam.

53 Adnotandum vltimò in textum *numeri* 47. quòd expossibilitate actus secundi ab specie impressa eliciti, qui est species expressa, inconcussum hauritur principium ad ostendendam speciei impressæ possibilitatem; cùm omnes rationes, quæ contra speciem impressam militant, à fortiori speciem expressam impetant. Quia sicut ex hoc, quod species expressa attineat ad eumdem ordinem seu gradum essendi obiecti in esse repræsentatiuo; non colligi-

tur,

tur, quòd talis ſpecies ſit adæquata toti facultati immutatiuæ obiecti ſecũdũ omnem intẽſionem virtutis operatiuæ intentionalis, ac proinde & quòd ſit cõprehenſiua; ita nec ſpecies impreſſa debet eſſe comprehenſiua, eòquòd quidditatiua ſit.

Habemus ab Scoto.

Accipe auream Scoti elucidationem ex loco citato. *Sicut actus finitus poteſt habere obiectum ex parte ſui infinitum, & tamen actus immediatiùs attingit obiectum quàm ſpecies, ita ſpecies poteſt repræſentare obiectum infinitum ſub ratione infinita; non tamen ipſa eſt adæquata in eſſendo, nec in cognoſcendo ſimpliciter, quia ipſa non eſt principium cõprehendẽdi.* Vbi ſubtiliter Scotus fundamenta oppoſita conuellit, aperiens, quòd non omnis ſpecies quidditatiua, ſit adæquata in ea acceptione adæquationis, quæ præſtet ad cõprehenſionem.

Scotus

Eadẽ ratio de aſſertione ſpeciei expreſſæ abſurdè ſuſtulit.

Nec committam, vt prætereã Aureolum premẽtem argumentationẽ iſtã; loco citato *ex quodl. 8. ar. 1. §. Sed his non obſtantibus, probo propoſitionem.* Vbi inquit.

Aureolus expreſſè tutatur poſsibilitatẽ ſpeciei impreſſæ

54 *Limitatio non impedit ſpeciem impreſſam, quia actus, quo videtur Dei eſſentia, eſt expreſſa ſimilitudo ipſius; ſed actus, quo videtur Dei eſſentia, limitatum quid eſt, & finitum: ergo aliqua res limitata, & finita poteſt eſſe expreſſa ſimilitudo Dei eſſentiam repræſentans.*

Oſtenditur ſpecies expreſſa ſubeſſe beatis

Maior patet per Auguſtinum 5. de Trinit. cap. 11. qui ait (quòd ſimillima eſt viſio cogitationis rei illi, vnde formatur, & ex qua gignitur) & 14. de Trinit. cap. 17. (tunc perfecta erit Dei ſimilitudo in mente, quando Dei perfecta, eſt viſio; Apoſtolus enim Ioannes ait: ſcimus quoniam cùm apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Hinc apparet tunc in iſta imagine Dei plenam ſimilitudinem fieri, quãdo eius plenam percipit viſionem.) Hoc ille. Et cap. 6. dicit, (cogitationem, qua formatur mentis obtutus, imaginem rei eſſe.) Similiter, & Anſelmus dicit Monolog. 33. (Nulla ratione poteſt negari, cogitationem rei eſſe imaginem eius ac ſimilitudinem, tanquam ex eius impreſſione formatam.) Hæc Aureolus, vbi non tantùm ratione ſuadet; ſed etiam ſanctorum authoritatibus ſtabilit, limitationem non obſtare imagini obiecti ſimpliciter infiniti.

Auguſtinus

Idẽ Auguſt.

Anſelmus.

Rationes, quas pro ſpecie impreſſa formauimus, adeò acriter, & nemo sè oppoſita fundamenta concutiunt; vt ea prorſus cõuellant; quare Scoto in hac re omnis acutiorum Theologorum adhæſit coetus. Sic Aureolus loco citato, omnes diſcipuli antiqui Scoti, & ex neotericis Faber, in 3. *ſentent. diſt. 14. quæſt. 1. diſput. 3 4 præcipuè cap. 3.* Ioannes de Rada, 1. *parte, controuerſ. 10. art. 1.* Et ex exteris, Soarez, 1. *par. lib. 2. de Attributis negatiuis, cap. 13.* Molina, 1. *par. quæſt. 12. artic. 2. diſp. 1. concluſione 4.* Herice. *tract. 4. diſp. 40.* mitto Vazquez, 1. *par. diſp. 38. cap. 2.* & Ægidium de Præſentatione *tom. 2 lib 8. p. 2. quæſt. 2. art. 2.* aſtruentes, de facto dari talem ſpeciem impreſſam. Sed iam ad alia properemus.

Oppoſita opinio abſtilioribus ſcholaſticis deſeritur

Speciei poſſibilitatem amplectuntur. Scotus Aureolus Faber Rada. Suarius. Molina Herice Vazquius Ægidius Lu ſitanus

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm ſit poſsibilis ſpecies expreſſa diuinæ eſſentiæ?

SVMMARIVM.

Opinio Thomiſtarum improbantium exiſtentiam, & poſsibilitatem ſpeciei expreſſæ Dei. Num. 1.

Aliquorum Scotizantium ſententia, qui ſimilitudinem formalem Dei in beatis recipiunt, & verbum negãt Num. 4.

Similitudinem expreſſam, ſine verbum eſſe de quidditate formæ intellectionis, ex Scoto aperimus. Sumpto verbo pro imagine obiecti, & non pro reſpectu ad memoriam dicentem. Num. 6.

Mens Scoti de exiſtentia verbi beatifici optimis rationibus fulcitur. Num. 20.

Aduerſariorum fundamenta expugnãtur. Num. 24.

Conciliatio diſsidij Scotiſtarũ, de verbo beatifico. Num. 31.

Cõnexio tractationis hic de specie expressa Deitatis

1 LIcet præsens quæsitum ad sequentem distinctionem de actu visionis attinere videatur, eòquòd Scoti schola non distinguat actũ visionis ab specie expressa, seu verbo mẽtali; propter materiæ tamẽ affinitatem, id in præsenti discutimus; eòquòd omnia ferè classicorum Thomistarum fundamenta, quæ speciẽ impressam adoriuntur, expressam etiã oppugnent.

Opinio ferè cõmunis Thomistarũ de implicatione speciei expressæ

Capreolus
Caietanus
Banez
Zumel

Quia enim reperiũt, cõsequenter pro pugnari nõ posse illorum sententiã de impossibilitate speciei impressæ, si verbi beatifici seu speciei expressæ possibilitatem pronũtiẽt; ideò eam respuunt ex Thomistis quàm plures. Sic Capreolus *in 4. dist. 49. q. 5. ar. 1. ad 1.* Caietanus, 1. *p. q. 12. ar. 2.* Bañez *ibidem dub. 1. ad 3.* Zumel *q. 2. concl. 3.* opinantur enim, essentiam diuinam, prout vnitam mẽti creatæ per actionem intellectiuã, obire functiones verbi, seu speciei expressæ creatæ.

Præmittit aliqua physicũ quæ substernunt aduersarij.

Quare ex libris de anima præmittũt actũ intellectionis nõ cõsistere in facto esse, seu in qualitate aliqua imaginis productæ; sed in motu & actione esse productiua talis imaginis, quãdo obiectum nõ sit intelligibile per suam essentiam. Quamobrem mõtum vitalem visionis, non productiuum alicuius creatæ imaginis asseuerant; sed tantùm vnitiuum Deitatis in ratione verbi se ipsa præstantis verbi creati functiones, dum per vitalem vnitionem actionis intellectiuæ intimatur menti creatæ in ratione formæ in actu secundo intelligibilis per suam essentiam.

Visio beatifica est actio vnitiua & quasi cõpositiua Deitatis in ratione speciei expressæ

2 Et probatur primò. Quia Deus in gradu intelligibili, non solum est perfectissimus in ratione actus primi, & nõ vltimi, sed etiam in ratione actus secundi & vltimi; quia importat omnem actualitatem imaginabilem in illo gradu intelligibilitatis à se. Sed ex eo, quòd Deus sit illimitatissimus in ratione actus primi, vnitur immediatè per suam essentiam in ratione speciei impressæ mentibus beatis; igitur ex illimitatione eius in ratione intelligibilis in actu secundo, etiam peti debet, vt coniungatur in ratione actualis & expressæ imaginis exhibentis per suam essentiam munus speciei expressæ, & imaginis formalis creatæ.

Arguitur 1. eò quod sit Deus intelligibilis, à se, etiã in actu secundo

Præterea intelligibilitas Dei à se est qua maior excogitari vlla nequeat in gradu intelligibili; sed in ratione intelligibilitatis à se maior est illa, quæ remouet quamlibet aliam formam repræsentatiuam, siue per modum actus primi, siue per modum actus secundi, nimirum speciem impressam, & expressam quàm illa, quæ tantùm excludit impressam speciem; igitur Deus vtrãque speciem respuit.

Cõfirmatio, quia intelligibile per essentiã abigit omnẽ imaginem creatã.

3 Arguitur secundò; quia ideò per intellectionem essentialem, seu communem tribus diuinis suppositis, non producitur verbum; quia Deitas, quæ est primarium obiectum illius cognitionis est intimè præsens per suam essentiam apprehensioni illi inelicitæ; tam in ratione entis, quàm in ratione obiecti, seu rei intellectæ. Sed etiam essentia Dei est intimè cohærens intellectui creato, non tãtùm in ratione entis per illapsum, seu indistantiam entitatiuã, sed etiam in ratione obiecti terminantis, & mouentis; igitur otiosa est, & impossibilis accessio formæ creatæ, per quam Deitas fiat intelligibilis in actu secundo.

Arguit 2. ex ratione, ob quã per intellectionẽ increatã absolutã nõ generetur verbũ

Instatur; eòquòd productio verbi creati suppleat imperfectionem speciei impressæ

Deinde; quòd cum species expressa referatur ad impressam, tanquam complemẽtum virtutis repræsentatiuæ speciei impressæ, quæ tãtùm virtualiter, & in actu primo, nõ tamẽ formaliter & in actu secũdo, exprimit obiectũ; fit inde, vt egeat forma alia quasi cõtrahẽte potẽtialitatẽ & indeterminationem illi ad rationem actualis, & expressæ imaginis obiecti. Sed à Deo omnis potẽtialitas, & indeterminatio prorsus abigẽda est; igitur ipsamet Deitas per suam essentiam importat intelligibilitatem actualem in actu secundo; ac proinde impossibilis est appositio formæ creatæ à qua fiat Deitas intelligibilis in actu secundo.

Alteram opinio Scotizãtiũ quòd visio beatifica fit speciei expressa, & non verbum. Rada. Posnanienſis

4 Altera in hac re quorumdã Scotizantium sententia, licet autumet; dari speciem expressam, & similitudinẽ formalem Dei in beatis; negat tamen propriam verbi rationem. Sic Ioannes de Rada, 1. *part. controuers. 19. articul. 2. conclusion. 2.* Petrus Posnanien sis, *in 1 sentent. distinct. 27. articu. 3. dub. 2.*

Et probatur primò authoritate Scoti, qui *in quæstione quodlibeta. 14 §. Ad aliud posset dici, quòd Augustinus*

loquitur de notitia, quæ eſt verbum ſub n. marg. 19. editionis Cauelli, inquit in hæc verba.

Scotus

Non quæcunq; notitia actualis obiecti eſt verbum eius, ſed illa ſola, quæ de ipſo naſcitur tanquam proles; hoc eſt, nõ tãtùm eſt naturalis ſimilitudo eius, ſed naturaliter gignitur ab ipſo naſcendo. Notitia igitur actualis, quæ producitur immediatè per voluntatem, non eſt verbum obiecti; quia etſi ſit ſimilitudo naturalis obiecti, non tamen eſt naturaliter genita.

Vt notitia actualis debet eſſe proles memoriæ.

Et propter iſtud poſſet dici; quòd beatus non habet verbum de Deo; quia etſi illa viſio ſit imago diuinæ eſſentiæ ipſã naturaliter repræſentans; non tamẽ eſt imago naturalis naturaliter ab ipſa procedens: ſed illius eſſentiæ eſt tantùm vnicum verbum, & hoc in ſolo intellectu increato, in quo ſolo poteſt eſſe notitia ipſius obiecti naturaliter genita.

Poſſet dici quòd beatus nõ habeat verbũ de Deo

5 Deinde, ſic arguit Rada. Sicut productio verbi eſt quædã generatio intẽtionalis; ita & verbum eſt quædã proles mentis ab illa intelligibiliter genita; ſed viſio (cũ nõ procedat ab obiecto beatifico naturaliter, & neceſſariò, ſed liberè; eòquòd Deitas, prout eſt quidditas Dei, & ratio neceſſaria ſuæ quaſi cõſtitutionis, non ſit principium elicitiuũ viſionis, ſed facultas appetitiua libera, vt oſtendimus in *ar. 2. huius diſt.*) nõ poteſt induere rationẽ prolis intellectualis; cũ id, quod per voluntatem procedit, nequeat eſſe terminus generationis. Aliàs enim ſi quis per volitionẽ liberam alium hominem produceret; ille effectus impulſiuæ facultatis appellari poſſet vera & propria proles illius, quod eſt falſum.

2. ratio ex Rada.

Viſio beatifica nequit eſſe verbũ quia producitur per voluntatem obiecti

Fieret enim, vt Spiritus Sanctus eſſet filius patris, cum accipiat à patre diuinam ſubſtantiam per actionem ſpiratiuam; igitur nec viſio beatifica, quæ immediatè, non ab eſſentia Dei, ſed ab illius voluntate procedit, poteſt eſſe verbum.

Inſtatur, ex proceſſione ſpiritus ſancti.

Oſtendimus ex Scoto; intellectionem creatam eſſentialiter imbibere rationem verbi, ſeu ſpeciei expreſſæ; ſumpto verbo pro imagine obiecti, & non pro reſpectu ad memoriam dicentem.

6 QVia Thomiſtæ, qui ſpeciem expreſſam Deitatis in viſione beatifica inficiantur; phyſico illi principio innituntur, quod rationem formalem intellectionis creatæ à verbo, ſeu ſpecie expreſſa ſecernit; vrget diſcuſsio iſtius aſſerti, quod pro axiomate inſerũt. Si enim quidditatem cuiuslibet creatæ intellectionis nullatenùs à verbo, ſeu ſpecie expreſſa diſtingui patefecerimus; oppoſitæ ſententiæ fundamenta omnino corruent.

Cur Thomiſtæ ſeparent viſionem à verbo beatificõ

De eſſentia ergo creatæ intellectionis hæc cõſtituit Scotus *in q. quodl.* 13 §. *ad iſta; ad primum*, vbi ait, *ſub n. margine* 27. editionis Cauelli.

Scotus

7 *Operatio habet duas cõditiones, in quibus cõuenit cum actione. Prima eſt; quòd ſemper eſt in fieri, nõ dico, ſucceſſiuũ, quia operatio eſt indiuiſibilis; ſed ſic in fieri, quòd in cõtinua dependentia ad cauſam eamdem, & ſecundum idem; ſicut dependentia rei conſeruatæ ad cauſam conſeruantem.*

De operationis conditionibus ex ſerua acutã philoſophiã

Quæ 1. cõditio

Secũda cõditio eſt; quòd operatio trãſit in obiectũ, ſicut in terminũ, licet non accipiat eſſe per ipſam, quia præſuppoſitũ in ſuo eſſe; & propter iſtas duas conditiones poteſt operatio dici actio, ſicut propter iſtas ſignificatur grãmaticè per verbum actiuum, & propter eaſdem dicitur operatio actus ſecundus.

2. condit. operationi vitali

Vſurpatio actionis in manẽtis in ſenſum Scoti.

Et ita iſta diſtinctio actionis ſic intellecta, in tranſeũtem, & immanentẽ, nõ eſt generis in ſpecies, ſed vocis in ſignificationes; nam actio tranſiens eſt vera actio de genere actionis, actio immanens eſt qualitas, ſed æquiuocè dicitur actio propter conditiones prædictas.

Aliaparti actionis p dicamẽta in immanẽ & trãſeu

8 *Alio modo poteſt actio de genere actionis diuidi in actionem immanen-*

Scotus

tem, & transeuntem, sicut supersus in inferiora; nam non solùm ad formã inductam per motum in passum aliud ab agente, est actio de genere actionis; sed etiam ad formam inductam per mutationem in ipsomet agente: illã enim forma absoluta, cùm sit noua, est terminus alicuius actionis propriæ, per quam accipit esse. Quando igitur forma terminãs actionem, est extra ipsum agens, tunc actio, illa transit; quando verò forma illa est in ipso agente, tunc actio est immanens.

Actio transiens explicatur per fieri verbum, intelligitur

Elucidatio doctrinæ præmissæ.

9 Distinctio istorum duorum modorũ intelligẽdi actionem immanẽtem, patet quia aliud, quod secundùm primum intellectum dicitur actio immanens; hic dicitur terminus actionis immanentis secundùm alium intellectum. Et quod in alio secũdo intellectu dicitur actio, communiter intelligimus per hoc, quod est elicere; quãdo dicimus, quòd potentia elicit operationem. Et per hoc, quod est dicere, quãdo dicimus; quòd memoria, siue suppositum per memoriam, dicit verbum; & per spirare, quando dicimus; quòd per voluntatem spirat quis amorem.

Quid de mente Aristotelis apud Scotũ

10 Iste secundus intellectus de ista distinctione actionis immanentis, & trãseuntis, licet sit verus, non tamẽ est de intentione Philosophi, sicut primus; ut patet ex eo, quod dicit 9. Metaph. (non est aliud opus præter actionem) opus vocat operatum; præter autem illã actionem, qua inducitur, vel educitur operatio, est aliquod opus, hoc est terminus operantis, puta, ipsamet operatio, (& sequitur ibi, in istis existit actio, vt visio in vidente.) Vbi satis exprimit, quòd visionem vocat actionem immanentem; non autem aliquam aliam, cuius visio sit terminus.

In quo consistat operatio vitalis

11 Ad secundum potest dici; quòd sicut esse album est habere albedinem tanquã formam; sic sentire, vel esse sentientem est habere sensationem sicut formam: vnde si obiectum, vel Deus causaret esse actiue sensationem, non diceretur sentire sed ipse sensus, in quo subiectiue recipitur sensatio.

Operatio est sola qualitas

Est igitur sentire recipere, vel habere sensationem; & sic intelligere recipere intellectionem; quia licet intellectus secũdũ aliquam opinionem causaret in se intellectionem, tamen nõ diceretur intelligens in hoc quod causat: sed benè dicitur intelligens, quia recipit intellectionem causatam. Et sic nominaretur aliquomodo a verbo significante talem actionem, vel causationẽ: vt pote, si esset impositum tale verbum intelligifico.

Quod igitur dicitur; intelligere est pati, non probat, quòd sit per se de genere passionis; sed quòd formaliter denominat per hoc, quod recipitur in aliquo subiectiuè; vt sit sensus, intelligere est recipere intellectionem, & recipere est quoddam pati.

Qualiter intelligere sit pati

12 Circa quam literam obseruandũ est primò in textum appositũ sub n. 7. id, quod alibi nos de mente Scoti asseruimus, & ex instituto in ar. 1 sequenti distinct. enodabimus expendentes vitalitatem actus visionis. Nimirum vitalitatem operationis, siue qualitatis viuæ, positam nõ esse in fieri, seu emanatione ab anima (aliàs enim nõ esset operatio sed actio) consistere tamen in connexione, & dependentia intrinseca talis qualitatis ab actione, & motu vitali in esse fieri, & conseruari, sine quo talis qualitas naturaliter supersites esse non posset sicut nec sine Sole lux.

Obseruatio in Textum

In quo assimuletur operatio actioni

Et ideò Scotus autumat; in hoc assimilari qualitatẽ illam actioni, & motui à quo efficitur, quòd semper sit in fieri nõ successionis, siue extẽsionis successiuæ partiũ, quæ producãtur in tẽpore, cũ operationes intelligẽdi, & amandi spirituales sint; quæ nõ successiuè decurrãt, ita vt in tẽpore producãtur; (quãuis intẽdantur per additionem partis ad partem) tũ in instãti fiant; sed propter sugem dependentiam ab influxu causæ conseruãtis; qui licet intrinsecè permanens sit, & totus simul, coexistit tamen durationi successiuæ temporis, propter quam influxus ille spiritualis, & permanens, appellari potest successiuus extrinsecè, ratione commorati.

Scotus

Quãdo autẽ Scotus asseuerauit; quòd operatio semper est in fieri, nõ successiuo, quia operatio est indiuisibilis; sed sic in fieri quòd in cõtinua dependentia ad causam eãdem, & secũdũ idem; sicut de penaëtia rei cõseruata ad causam cõseruãtem. Nõ voluit refragari celebri illi suo asserto physico (quod ab omnibus acutioribus Theologis, & Philosophis, sustinetur) de intẽsione formæ, nõ solum materialis, sed etiã spiritualis, per additionẽ partis ad partẽ formæ, seu additionem gradus ad gradum; sed censuit, gradum formæ spiritualis, qui

Nõ cõtradicit Scotus intẽsioni operationis per additionẽ gradus ad gradũ

ad-

adiungitur alteri gradui intenſionis, nõ producr in tempore; ſed in inſtanti, vt adnotauimus.

Alia expoſitio Sceti.

Vel loquitur Scotus de conſeruatione operationis vitalis, quãdiu durat abſque accremẽto intẽſiuo, per ſolã coexiſtẽtiam & compoſitionem eiuſdẽ formæ ad ſucceſsiuum decurſum temporis; verbi gratia, vt quãdo verbum mẽtale, aut appetitio abſq; intenſione noua durat per vnam horam. In qua hypotheſi, licet operatio viuens in actu ſecundo, nõ pendeat à facultate vitali, vt à principio adaugente intenſionem formæ; expectat tamen conſeruationem ab attentione animæ, & ab influxu facultatis vitalis. Quod exprimunt illa verba Scoti.

Scotus

Sed ſic in fieri, quòd in continua dependentia ad cauſam eamdem, & ſecundùm idem: ſicut dependentia rei conſeruatæ ad cauſam conſeruantem. Vbi pende illa verba. *Ad cauſam eamdem, & ſecundùm idem.* Vbi docere apparet Doctor, quòd eſto quòd non fiat accretio nouæ intenſionis; adhuc neceſſariò ſuſtinenda ſit conſeruatio operationis à ſuo principio; etiam, *ſecundum idem*, quod effluxerat à principio in prima productione formæ; aliàs enim forma viuã ſtatim abiret in nihilum.

Obſeruat. 2. in textum Sceti.

13 Obſeruãdum ſecũdò in textum n. 7. 8. & 9. Scotum qualitates vitales vocare operationes, prout operatio diſsidet ab actione de prædicamẽto actionis quæ trãſit in terminũ, illum efficiendo quia tamen qualitates illæ non ſunt motus productiui terminorum, ideò dici poſſunt actiones Grammaticales, eò quòd ſignificentur Grammaticè per verba actiua, à quibus deriuantur, quæ actionem ſignificant; vt dilectio, quæ trahitur à diligo, intellectio ab intelligo: appellantur etiam huiuſmodi formæ actiones immanentes, quia in ſe ipſis maneant, & non tranſeant ad terminos per veram, & realem illorum efficientiam.

Corollariũ ex præmiſſis

Vnde accipiendo actionem immanẽtem in iſto ſenſu, nullatenùs colligitur ad vnitatem cõceptus præciſi cũ actione immanente ſumpta pro actione productiua termini intra ipſum agẽs; quia operatio immanẽs nõ eſt actio de prædicamẽto actionis, ſi vſurpetur pro qualitate apprehẽſiua obiecti, vel impulſiua in obiectum, actio verò illa, quæ elicit terminũ intra ipſum agẽs, eſt actio de prædicamento actionis; cuiuſmodi ſunt dictio productiua intellectionis & ſpiratio elicitiua impulſus. Vnde accedit, vt quælibet actio, quæ ſit productiua termini, dici debeat trãſiẽs; prout cõdiſtinguitur à qualitate, ſiue operatione immanente, quæ tantùm eſt Grammaticalis actio, ſeu operatio.

Ita vt apud Scotum, (*intelligens,*) in quantum exprimit effectum formalem intellectionis, non imbibat eſſentialiter formam, quæ ſit de prædicamẽto actionis; ſi autem dictio, per quam producitur illa qualitas, quæ eſt operatio, aut intellectio, nominari poſſet voce aliqua, quæ exprimeret quid proximum, vel affine intellectioni; id non eſſet verbum (*intelligo*) à quo trahitur intellectio; ſed verbum fictum (*intelligifico*) ſeu faciens intellectionem, & illam eliciens. Qualiter dictio facit nos intelligere, quatenus eſt fieri intellectionis; vnde nec etiam impropriè vocari poterit intellectio in fieri, prout condiſtinguitur à qualitate, quæ eſt formalis intellectio, & in facto eſſe; dictio autem ſolum fieri, & motus ad intellectionem. Accipe verba Scoti, ex

In quo ſenſu dictio vocari queat intellectio

Scotus

nu. 11. Nõ diceretur intelligens in hoc quòd cauſat, ſed benè denominaretur aliquomodo à verbo ſignificãte talẽ actionẽ vel cauſationem; vt pote, ſi eſſet impoſitũ tale verbũ (intelligifico) de quo vide infra n. 18.

14 Addẽdũ præterea ex textu n. 10. quòd licet ſit propria vtraq; acceptio actionis immanẽtis, ſiue pro illa, quæ maneat intra merã tẽdẽtiam formæ in obiectũ, quod apprehẽdit, ſiue appetit nec trãſeat ad termini efficiẽtiam; ſiue pro actione elicitiua qualitatis intra ipſum agẽs; apud Ariſtotelem verò tãtũ vſitata eſt ea actionis immanẽtis vſurpatio, quæ qualitatẽ indicet in obiectũ terminatam, non verò actionem alicuius qualitatis productiuam.

Demitte Ariſtoteli quòd ſit productiua eſt actio immanens

Probatur aſſertũ præcedens.

Ariſtoteles

Quod oſtendit Scotus à nobis trãſcriptus ſub n. 10. ex illis verbis Philoſ. 9 *Metaph* autumãtis; *quorũ nõ eſt aliquod aliud opus præter actionẽ, in iſtis exiſtit actio; vt viſio in videre, & ſpeculatio in ſpeculãte.* Vbi agit, viſionẽ eſſe eã actionis ſpeciẽ, in qua ipſũ opus operatũ (vt interpretatur Scotus) nõ ſit aliud ab actione. Si autẽ viſio, aut intellectio, attinerent ad prædicamentum

Scotus

hæc operatio eſt perfectio, &c.

Elucidatio fundamenti Scoti.

Ex qua Scoti doctrina talis erumpit argumẽtatio oſtẽdẽs, intellectionem & appetitionem, ſeu actus intelligẽdi, & appetẽdi, non eſſe actiones de prædicamẽto actionis; ſed operationes, autqualitates eſſentialiter. Quia agẽs actione de genore actionis nũquam eſt ſimpliciter & vltimò perfectius per illam; cũ influxus elicitiuus termini cõſtituat ſubſtratum in potẽtia proxima ad terminum; eſt enim actus entis in potentia, ſecũdùm quod in potentia. Sed operatio intelligendi, & appetendi, eſt perfectio ſimpliciter & vltima ipſius operantis; relinquitur ergo, vt illud abſolutum, quod eſt in operatione, ſit aliquid de genere qualitatis.

Effugit Thomiſtarum ſubtilitatem Scoti.

17 Sed, quia Thomiſtæ oppoſiti placiti aſſertores cõſequẽter negare debent quòd appetitio & intellectio ſint vltimę perfectiones facultatis intelligẽtis, & appetẽtis, ſuppoſito quòd autumãt, eſſe actiones & fieri qualitatum; inficiantur igitur id, quod Scotus præmittere videtur, tãquam certum; quòd nimirũ ſint vltimæ perfectiones facultatum vitalium.

Præcluſa fuga ex Aureolo

Quare vrgẽda eſt ratio ex inclusione eſſentiali repræſentationis, & ſimilitudinis formalis, in cõceptu apprehẽſionis quò fit, vt ſicut ab aduerſarijs repræſentatio, ſeu ratio imaginis formalis & verbi, non in actione, ſed in qualitate cõſtituatur; ita & quidditas intellectionis non in fieri, ſed in facto eſſe poſita eſſe debeat.

Quod nobis acutè ſuppeditat Aureolus, *loco citato ex quodlib. 8. ar. 2. §. Se cũdò patet idẽ ratione dicente propter quid.* Vbi ita aduerſarios adoritur.

Ratio intellectionis imbibit imaginem repræſentationem obiecti, ex Aureolo.

Illud, quod exiſtens in potentia cogitatiua eſt ſibi formaliter ratio, vt res ſibi appareat, & præſentetur obiectiue, eſt formaliter actus cognoſcendi; cõſtat enim, quòd actus cognoſcendi non eſt niſi quædam formalis apparentia, vnde eã Græci vocant phantaſiam, id eſt apparitionem. Et propter hoc Auguſtinus 9. de Trinitat. vt ſupra allegatum eſt, dicit; quòd iſta eſt vis cognitionis, quòd faciat rem in proſpectu; vnde & conſpici nihil aliud eſt, quàm in conſpectu habere, cognoſcere autem, & conſpicere idẽ ſunt. Hucuſque Aureolus, cuius mens eò ſpectat.

Quòd intellectio eſſentialiter claudit præſentiam obiecti in eſſe intelligibilis in actu ſecundo; quia vt ipſius etiãnominis etymologia præſefert, intelligere nihil aliud eſt, quàm legere obiectum, prout intra mentem exiſtit. Sed repræſentatio nihil aliud eſt quàm exhibere obiectum præſens intellectui; ergo ratio intellectionis, & ratio repræſentationis ſe inuicem tranſcendunt eſſentialiter.

Vrgetur ratio præcedens in repræſentatione in actu intelligendi

Minor certa videtur, niſi proprietas huius vocis intellectio ad extraneũ ſenſum extorqueatur; intellectio enim importat inſinuationẽ, ſeu præſentiã vitalẽ obiecti cum intellectu, ideò enim obiectum intelligit, quia illud legit quaſi intra ipſam potentiam exiſtens.

Probatio minoris.

Quod expreſsiſsimis verbis aperit Anſelmus *in Monologio c. 31.* dicẽs. *Cũ cogito notum mihi hominem abſentem, formatur acies cogitationis meæ in talem imaginem eius, qualem illam per viſum oculorum in memoriam attraxi; quæ imago in cogitatione verbum eſt.* Et idem Anſelmus *in eodem capite* loquẽs de quolibet actu creatæ cognitionis; ſubdit. *Quamcunque rem mens, ſeu per corporis imaginationem, ſeu per rationem capit veraciter cogitare, eius vtique ſimilitudinem, quantùm valet, in ipſa ſua cogitatione conatur exprimere, quod quantò verius facit, tantò rem ipſam verius cogitat.*

Saffulcitur ex Anſelmo.

S. Anſelmus

At egregiam aliam Aureoli probationem, Patrum etiam doctrina ſuffultam, vide *in articul. præcedenti, ſub numer.* 54. vbi agit, viſionem beatificam eſſentialiter tranſcendere vltimum conceptum imaginis & repræſentationis Deitatis.

Obiectarij; intellectio in facto eſſendi diſtinguitur ab ſpecie expreſſa, ſicut nec dictio ab intellectione in fieri

18 Ex dictis ſequitur; verbum, & ſpeciem expreſſam, nullatenùs ſecerni ab intellectione in facto eſſe: nec intellectionem in fieri (quæ dictio intellectiua appellatur,) diſtinctam eſſe à repræſentatione ſiue ſimilitudine in fieri.

Inſtantia optima.

Vnde ſicut calefactio non eſt calor, ſed fieri caloris; ita dictio intellectiua non eſt intellectio, ſed intellectio in fieri, aut fieri intellectionis. Quæ dictio intellectiua, iuxta phraſim Ariſtotelis, & Scoti, appellanda eſt actio tranſiens; eò quòd tranſeat per veram efficientiam in formam

intellectionis, quæ eſt qualitas à dictione producta, quæ qualitas appellatur ab Scoto actio immanens; vt liquet ex dictis *num.* 14.

Obſeruatio notanda

Hæc autem, quæ de verbo aſſerimus, quod nullatenus ab intellectione ſecerni, pronuntiamus; procedunt de verbo mentis abſolutè ſpectato pro intentionali imagine obiecti, & quatenus eſt idem quòd ſpecies expreſſa. Secus ſi verbum accipiatur pro relatione prolis ad memoriam dicentem, quæ realiter diſsidet ab intellectione ſicut & ab ea ſeparari poſſet; ſi Deus produceret ſe ſolo intellectionem creatam, & illam menti componeret abſque vllo elicitiuo influxu illius. De quo vide infra *n. marg.* 31.

Oſtenditur, quòd dictio nō ſit formaliter intellectio

Quòd autem dictio intellectiua non ſit eſſentialiter intellectio; vel ex dictis conſtat. Quia prædicatum intellectionis ſubintrat quidditatiuè conſtitutionem ſpeciei expreſſæ, & verbi, quod eſt vera & propria qualitas; igitur nequit attinere ad quidditatem actionis productiuæ verbi, ſeu ſpeciei expreſſæ: aliàs enim actio, & qualitas, quæ ſpectant ad diuerſa prædicamenta, referrent eumdem conceptum eſſentialem explicitum in ratione expreſſionis obiecti; ſicut ſi calefactio eſſet eſſentialiter calor; actio productiua qualitatis caloris eſſet eiuſdem omnino ſpeciei cum calore producto.

Scrupuli emergētes ex textu Scoti

19 Sed adhuc graues emergunt ſcrupuli contra textum *numer.* 11. quatenùs pronuntiat Doctor; quòd ſi Deus immitteret menti creatæ qualitatem illam, quæ eſt intellectio, merè paſsiuè ſe habente intellectu creato; adhuc intelligeret.

Sequeretur quòd intellectus mere passiuè se habens intelligeret.

Quod pronuntiatum reſpuunt plures Theologi ex his, qui cum Scoto formam intellectionis non in fieri, ſed in facto eſſe conſtituunt; eò quòd abſurdum, immo implicatorium, æſtiment, ſine attentione animæ poſſe formam intellectionis animam intelligentem conſtituere; & attentionē animæ aſtruant, eſſe influxum ab ea, vt à radice vitæ, effluentem.

It, quòd immediatè ſua ſola actualitas proſequatur obiectū per volitionē à Deo immiſſam

Deinde; quòd ſi intellectus poſſet vitaliter apprehendere obiectum per formam à Deo ſolo immiſſam, intellectu creato merè paſsiuè ſe gerente; etiam voluntas poſſet appetere abſque aliquo influxu elicitiuo voluntatis. Quod videtur abſurdum; cùm quilibet actus voluntatis ſit eſſentialiter voluntarius; & voluntarium ſit à principio intrinſeco cognoſcēte ſingula, vt omnes ſupponunt.

Reſpond. ex ar. ſequenti.

Verùm obiectiones iſtæ diluentur *loco citato in articul.* 1. *ſequentis ſubdiſtinction.* vbi late de vitalitate viſionis.

Scoti ſententia de exiſtentia verbi beatifici optimis rationibus ſuffulta.

Scoti ſententia de exiſtentia verbi beatifici certa, & cōmunis

20 LOngè probabilior eſt Scoti ſententia, (ne eā omnino certam appellem), ſic enim eam vocitat communis Theologorum conſenſus; ex Thomiſtis enim ei ſuffragantur quàm plures, qui quamuis ſpeciem impreſſam explodant, expreſſam tamē, & verbū candidè recipiunt.

Conſentiunt plures ex Thomiſtis

Nec ferè in re diſſentiunt Scotiſtæ illi, quos pro ſecunda ſententia oppoſuimus, cùm de facto admittant, beatos ſimilitudinem expreſſam Deitatis formare; ac proinde de ſolo verbi vocabulo diſſertare videantur, eò quòd viſio beatifica non eliciatur à Deo in ratione obiecti neceſſariò, & naturaliter mouentis, ſed contingenter, & liberè: ſed neque in eo Scotum patronum habent, vt in ſolutione argumentorum conſtabit.

Diſſidiū Scotiſtarum ſtimulū habet vocis non rei

Noſtra ergo, & communis ſententia probatur; tū ex dictis de identitate intellectionis creatæ, & verbi; quò fit, vt implicet creata intellectio, quæ verbū non ſit, ſi producatur ab intellectu.

1. ratio ex præmiſſis de identitate intellectionis, & verbi.

Deinde; quia beati videntes Deum faciunt illum ſibi præſentem præſentia vitali, & intelligibili; ſed iſta præſentia non præſtatur ab eſſentia Dei vnita in ratione formæ intelligibilis in actu ſecundo: ergo ab aliqua qualitate creata. Maior certa eſt, quòd ſcilicet beati inſpicientes Deum illum faciant ſibi intelligibiliter præſentē; quia controuerſia tantùm conſiſtit, an talis præſentia Dei in eſſe intelligibi-

Arguit. 2. quia beatus faciat Deū præſentē vitali præſentia

li exhibeatur ab aliqua forma creata, vel ab eſſentia Dei cõiuncta in ratione verbi? Quòd enim Deus ſit intelligibiliter præſens menti beatæ, ab aduerſarijs admittitur.

Præſentia intẽtionalis viuẽs in actu 2. nõ ſuppletur per Deitatẽ vni ta vice verbi

Maiori igitur ſuppoſita; ſuadetur minor; quòd nimirum præſentia iſta Dei non prodeat immediatè ab illius eſſentia; ſed quòd exhiberi debeat ab ſpecie creata. Quia vnio iſta, & præſentia obiecti in ratione formæ intelligibilis in actu ſecundo, quam comminiſcuntur aduerſarij, debet eſſe vitalis; cùm obiectum beatificum obeat functiones ſpeciei expreſſæ, quæ eſt qualitas viuiuens exhibens obiectum præſens vitaliter; aliàs enim non diſsideret huiuſmodi cõiunctio à præſentia obiecti in actu primo, quæ fit per ſpeciẽ impreſſam, & vitalis non eſt, ſed prorſus inanima, & ab extrinſeco petita.

Premitur ratio.

Sed, ſi Deus fieret præſens in actu ſecundo per ſuam ſubſtantiam adeuntem vices verbi, ita non vitaliter vnirẽtur in actu ſecundo, ſicut in actu primo, quia ita aduenticia ratione, & ab extrinſeco coniungeretur eſſentia Dei in ratione ſpeciei impreſſæ, ſiuè formæ intelligibilis in actu primo, ſicut in ratione ſpeciei expreſſæ, vel formæ intelligibilis in actu ſecundo.

Fuga aduerſariorum

Occurres; ſubſtãtiam Dei vitaliter vniri in ratione verbi; quia illabitur menti, vt terminat influxum vitalem.

Occupatur

Contra ſic; quòd ex tali vnitione inter Deum, & mentem creatam, quæ defertur actioni intellectiuæ, non relinquitur per modum facti eſſe aliqua alia præſentia Deitatis cum intellectu creato, quæ in coniunctio quædam entitatiua, ſeu indiſtantia entitatum, quæ anteiuit intellectiuam actionem, & hæc vitalis non eſt; nec explicabilis ſuperſt alia vnio in facto eſſe, quæ ſit terminus talis vnionis in fieri.

Argitur 3. eò quod implicet motus ſine termino

21 Præterea; implicat dari motum ſine termino, quia eſſentialiter eſt actus entis in potentia, cuius potentialitas completur per actualitatem termini, qui efficitur. Quia ſicut vnio eſt ratio vnius per compoſitionem, & vbicatio eſt ratio vbicati, & relatio ratio relati; ita tota eſſentia influxus poſita eſt in hoc, quòd ſit actualis effectio terminiquare nec minus contradicit influxus ſine termino, qui ab illo elicitur, quàm relatio ſine relato, vbicatio ſine vbicato, & ſic de cæteris.

Itaq; inſtruus viſionis ab ſqueterm no vitali.

Atqui intellectio eſſentialiter eſt motus vitalis; igitur debet nanciſci aliquod factum eſſe formaliter viuum, & per ſe reſpondens tali influxui; ſed factum eſſe actionis, ſiue motus, nequit eſſe alius motus, alia ve actio: igitur eſt aliqua qualitas apprehenſiua obiecti, ac proinde & verbum ſeu imago formalis.

Effigiãtur manſtarũ fieri vnitiũ

Dices; viſionem non eſſe motũ productiuum, ſed vnitiuum; & ideò à ſe nõ vendicare vt aliquid producat de nouo ſed vt coniungat Deum menti creatæ in ratione verbi.

Occluditur euaſio

Contra; motus, ſeu influxus vnitiuus, elicit de nouo aliquod factum eſſe vnionis, licet non producat extremum vnibile; ſicut generatio hominis dicitur actio vnitiua, quia licet non efficiat materiam, & formam, quæ ſunt extrema vnibilia, attingit tamen vnionem in facto eſſe, quæ eſt aliquid de nouo.

Et ſi inſtruus vnitiuus producit vnion

Ergo motus viſionis, eſto quòd ſit vnitiuus; elicit aliquam vnionem de nouo, quæ terminet motum, ſeu influxum nouæ vnionis in fieri; aliàs enim ſi actionis, ſeu influxus noui, non daretur terminus de nouo productus, talis influxus non eſſet effectio rei, ſed res effecta.

Non datur actio alicuius

Quod eſt contra quidditatem cuiuſlibet fieri; de cuius conceptu non eſt, quòd fiat, (*vt quod*) ſed (*vt quo*,) tanquam ratio per ſuam eſſentiam pendens ab agente, vt medio tali influxu terminus ab agente pendeat, (*vt quod.*)

Si viſio produceret actionẽ, actio produceretur vt quod.

Sed talis vnio, quæ induit rationem facti eſſe, non attinet ad genus actionis aut motus; aliàs enim actionis daretur actio, ac proinde talis actio effecta produceretur (*vt quod.*) Igitur ſpectat ad genus qualitatis; ſed omnis qualitas, quæ importat præſentiam, & formalẽ inſinuationem obiecti in actu ſecundo, eſt verbum; ergo.

Aliaeuaſio recentiorum

Si autem cum alijs recentioribus autumes; quod ideò per viſionem beatificam non producatur verbum; quia ſit participatio quædam beatificæ viſionis increatæ, in qua non datur verbum, quod exigit diſcretionem realem inter dicens & dictum, generans, & generatum: qualis intercedere nequit

quit inter viſionem, & aliquem terminum ab illa productum; cùm in abſolutis non interſit realis diſcretio in diuinis.

Refellitur. Hoc effugium parui ponderis apparet; fieret enim, vt nec beatus per impulſum ſupernaturalem fruitiuum produceret illam qualitatē fruitionis, quæ vocatur pondus elicitum vel amor; ſiquidem fruitio beatifica etiam ob ſuppar rationem eſt participatio fruitionis abſolutæ increatæ, in qua non datur vera productio, ſicut nec realis diſcretio inter producens, & productum.

Refert neotericorū quidā per viſionē produci vnionē vitalē in facto eſſe 22 Tandem neoterici Thomiſtæ vi prædictarum oppugnationum expugnati, & meliora ſapientes; terminum aliquem beatificæ viſioni, (quam veram actionem tuātur,) aſſignant; illumq; eſſe modum quemdam vnitionis vitalis in facto eſſe inter Deitatem, & mētē creatam pronuntiant.

Oppugnatur quia ludat verbis, aut admittat verbum Attamen, aut hi vocibus controuerſiæ illudunt, dum, ſub fuco vnitionis vitalis, imaginem formalē Deitatis recipiunt; aut abſurdam nobis doctrinā obtrudunt; quod ſic aperio.

Implicat vnio abſque vno. Illa vnio in facto eſſe, quæ accedit ex viſione, prout eſt actio vnitiua in fieri; vel eſt vnio realis; vel intentionalis? Non realis; quia non minus implicatoria eſt forma vnionis abſque vno, quod ex compoſitione partium cointegretur, quàm motus vnitiu' ſine termino. Quare ſicut abſurdum æſtimant motum ſine termino ſaltim vnionis; ita & toti rationi abſonam non pronuntiare non poſſunt vnionem ſiue compoſitionem realem abſque vno, vel compoſito reali; eſt enim vnio, ſiue compoſitio ratio formalis vnius per compoſitionē, ſicut albedo ratio formalis albi. Quare ſicut implicat nō exhibitio effectus formalis albi, præmiſſa intrinſeca coniunctione formæ ad ſubſtratum; ita & contradicit non conſtitutio vnius per cōpoſitionem, exhibita forma vnionis, vel compoſitionis. Igitur daretur aliquod vnum reale ex intellectu creato & Deitate, coalescens, tanquam ex ſubſtrato, & forma adeunte vices verbi, quod eſt abſurdiſsimum. Illud enim vnū eſſet tertia quædam realitas cōdiſtincta à Deitate, & intellectu creato diuiſim ſumptis, tāquam totum à partibus ſine vnione ſpectatis; de qua entitate tertia, rediret diſquiſitio; an eſſet quid creatum, vel increatum? cùm claudat Deitatem vt compartem intrinſecā. De quo vide ea, quæ expendimus ſupra in hac *diſt. ar.* 1. *ſub n. marg* 28. *& 29. & etiam ſub num.* 31. Reliquum ergo eſt, vt illa vnio, quæ producitur per viſionem, ſit intentionalis; de qua ſic vrgeo rationem.

Vnio intentionalis in facto eſſe eſt formalis repræſentatio obiecti Ergo eſt apprehenſio obiecti, ac proinde claudit obiectum præſens intelligibiliter; vel eſt prorſus commentitia hæc noua coniunctionis forma, cuius inexplicabilis ſit nouus effectus formalis. Quia talis coniunctio importat aliquod genus inſinuationis, & præſentiæ inter creaturam, & Deum, quod non præerat ante viſionem; ſed hæc nō poteſt eſſe indiſtantia entitatiua, quæ ſuppetit Deo ab infinitudine ſecūdum locum, ſeu immenſitate ſua: ergo eſt alia præſentia in eſſe repræſentationis.

Vltima ratio contra Thomiſtas ad hominem 23 Deinde; non ignauiter impeto ad hominem Thomiſtas aſſerentes; actum fruitionis non eſſe beatitudinem formaliter; quia voluntas vi ſui actus impulſiui non exhibeat obiectum præſens; ac proinde à ſua quidditatiua inclinatione in obiectum non ſit adeptio & poſſeſsio illius. Sed ſi beatus videdo Deum non exprimeret verbum, etiam non clauderet eſſentialiter ipſum obiectum beatificum, vt præſens intelligibiliter; quia repræſentatio formalis, nihil aliud eſt, quàm formalis expreſſio præſentiæ obiecti in eſſe intelligibili. Igitur, ſi viſio non eſt formaliter repræſentatio, nec imago diuinæ eſſentiæ, non poſſet vi viſionis Deus præſens fieri; ac proinde nec viſio eſſet adeptio, & poſſeſsio Dei; cùm non claudat Deum præſentem vi huius actionis, ſed ſolū eſſet motus vitalis in Deū non habitum præſentialiter vi huius tēdentiæ.

Vrgetur ratio ex fruitione beatifica Adde; quòd ferri in obiectum non habitum, ſeu poſſeſſum; eſt ferri in obiectum non præſens intentionaliter vi huius tendentiæ, licet ſit præſens in eſſe reali, & per indiſtātiā entitatiuam; ideò enim fruitio fertur in Deū, vt in obiectū nō præſens in oppoſita ſentētia quæ nō tendit in Deum vt habitum vi huius inclinationis, & impulſus, licet ſit præſens per indiſtantiam & coniūctionem entitatum.

Fit

Fit ſatis oppoſitis fundamentis, pro implicatione ſpeciei expreſſæ Deitatis; vbi agimus, quòd nec de abſoluta Dei potentia ſuppleri queat verbum creatum.

Ad fundamẽta Thomiſtarũ improbatiũ verbum beatificum.

24 AD Fundamenta Thomiſtarum reſpõdetur. Ad primum; dicimus, Deum omnem actualitatem formaliter præſeferre, tam in ratione actus primi, quàm ſecundi, quæ ſe teneat ex parte obiecti, non verò ex parte apprehenſionis potentiæ intraneæ & vitalis; quare extra omnem diſſertationem eſt, intelligibilitatem Dei, non potentialem ſed actualiſsimam eſſe ex parte obiecti cognitioni (non enim eget Deitas forma aliqua creata, à qua reddatur proximè & in actu ſecundo intelligibilis ex parte obiecti) attamen hæc ſumma obiecti actualitas nõ reſpuit acceſſum notitiæ apprehendentis.

Fũdamentũ aduerſariorum falſitas

Si enim illud aduerſariorum pronuntiatum in ea amphibologia & indeterminatione vſurpari poſſet; etiam obtineret, non ſolùm impoſsibilitatem verbi expreſsiui Deitatis, ſed etiam actionis intellectiuæ implicationem; ac proinde beatum non ſe gerere actiuè in viſione Dei; quod eſt falſum.

Corollariũ, de inſuppleibilitate verbi creati, etiã de abſoluta Dei potentia.

25 Ex dictis id habeto corollarium; implicare contradictionem, quòd Deus ſe ipſo gerat vices verbi creati. Quia contradictionem inuoluit in communi ſententia, quòd Deus ſe ipſo ſuppleat cauſalitatem formalem; aliàs enim componeretur cum potentia creata; ſed verbum eſt cauſa formalis cognitionis, ſeu præſentiæ intelligibilis rei quam exprimit: ergo implicat, quòd ſuppleatur à Deo obeunte vices verbi, & ſimilitudinis creatæ.

De abſimilitudine quæ ſuppleri nequit in ſpeciẽ impreſſã & expreſſã

Deinde; quòd cum ſpeciei impreſſæ, prout principio cognitionis, omnino accidat, quòd ſit forma intrinſeca intellectus (quia vt art. 1. huius diſtinctionis oſtenſum eſt, comprincipio cognitionis ex parte obiecti per accidens accedit, quòd ſit forma intrinſeca intellectus) ideò fit, vt Deus gerens vices ſpeciei impreſſæ non ſuppleat cauſam formalem intrinſecam, ſed comprincipium efficiens extrinſecum. Si autem exhiberet ſpeciei expreſſæ, aut verbi creati, functionem; componeretur Deitas menti creatæ in genere cauſæ formalis intrinſecæ; cũ cauſalitas ſpeciei expreſſę non ſit effectiua, ſed intrinſeca & formalis.

Vrgetur ratio

Ac proinde & ſuppari ratione concedendum eſſet, quòd natura humana poſſet conſtitui formaliter intelligens in actu primo, per intellectum Dei naturæ humanæ coniunctum, in ratione facultatis intellectiuæ; ſicut & reddi intelligens in actu ſecundo per increatam ſcientiam compoſitam in ratione intellectionis exercitæ: quod etiam ſuſtineri poſſet de facultate impulſiua increata, & volitione increata; quòd natura creata cõſtitui valeret potens velle, & actu volens per voluntatem Dei.

Aliud effugium.

Nec euaditur vis rationis; eò quòd illæ formæ ſint vitales; quæ ſuppleri nequeant per compoſitionem alicuius formæ, quæ non effluat à principio viuo & intraneo.

Præcluditur

Quia etiam ſpecies expreſſa & verbum, non eſt forma inanima, ſed viuens in actu ſecundo; ac proinde, & quæ ſupplebilis non ſit per aliquam realitatem ſiue creatam, ſiue increatam, quæ non habeat connexionem cum ſubſtantia, quæ eſt radicale principium cunctæ operationis, & motionis intraneæ, & vitalis.

Ad cõfirmationem ſuæ factæ.

26 Ad confirmationem ex num. 2. diſparem eſſe rationem de cauſalitate ſpeciei impreſſæ, & expreſſæ; quare, licet Deus, ob illimitationem, & infinitudinem ſecundùm locum, ob quam ſibi vendicet coniunctionem entitatiuam cum qualibet mente creata, reſpuat neceſsitatem ſpeciei impreſſæ, quæ ſuppleat abſentiam obiecti; functionem tamen ſpeciei expreſſæ adire nequit, cuius neceſsitas non petitur ab improportione, diſtantia, aut defectu actualitatis obiecti, ſed à quidditatiua ratione effectus formalis intelligentis, qui præſtari nequit à potentia apprehendente ſine forma, quæ ſit ipſamet actualis apprehenſio; ſicut nec paries,

qui

qui substernitur albedini, exhibere potest effectum formalem albi, non adita compositione formæ, quæ sit ratio formalis albi.

Enervatur arg. 2.

27 Ad secũdum argumẽtum ex n. 3. dicimus; potiùs nobis vires suppeditare, quã infringere; si enim alicuius esset põderis, etiam ageret, per intellectionem notionalem, seu dictionem nõ produci verbum diuinum; cũ essentia Dei sit intimè præsens memoriæ fœcundæ patris.

Obiicitur ad hominẽ indistinctionem patris generantis verbũ diuinum.

Quare, sicut non obstante intima cõiunctione Deitatis ad intellectũ paternum, pater producit verbũ; sic nec præsentia obiecti beatifici præpediet verbi creati effectionem. Nõ igitur repugnat productio verbi increati per essentialẽ, seu communem intellectionẽ, ob præsentiam obiecti; sed quia inter producens, & productum reale necessaria interest realis discretio; & hæc omnino repugnet inter absolutas Dei proprietates; cũ à relatiuis tantum hypostasibus pluralitas in diuinis expectetur.

Ad cõfirmationis expenditur, qualiter species impressa cõpleatur ab expressa

28 Ad confirmationem sub eodẽ n. 3 speciem expressam nõ esse complementum speciei impressæ in genere causæ formalis intrinsecæ, sed efficientis & extrinsecæ; nec enim species impressa substernitur speciei expressæ tãquam actui informãti. Sed ea tãtùm ratione dicitur species expressa complere impressam: sicut actus secũdus in genere causæ efficientis, seu productũ quodlibet asseritur cõplere propriũ efficiẽs; quatenùs ab illo erumpit actio per quã trahitur de esse agẽtis in potentia ad esse agentis in actu. In qua acceptione, quodammodo species expressa asseritur cõplere virtutẽ motiuã, seu effectiuã Dei in ratione termini; sicut & quilibet alius effectus, qui à Deo emanat dicitur quadam ratione cõplere vim efficientem, quatenus terminat suam actionem. At ideò ob nullius creaturæ productionem Deo aliquid actualitatis accedit, quia nihil ad extra producit, quod eminentiori ratione non præhabeat.

Diluuntur fundamenta secundæ opinionis, & conciliatur ea Scotizantium dissertatio, quæ ad quid nominis spectare videatur.

Ad 1. arg. Sententia respondetur ex Scoto

29 AD Fundãmenta secundæ sententiæ. Ad authoritatem Scoti, quòd illum non benè percepisse videntur; cùm *in eodem quodlibeto 14. §. Aliter posset dici.* Hæc ex interpretatione Augustini subiũgat Scotus, *sub n. marg. 20* editionis Cauelli.

Vel si hoc, quod ait Augustinus (omnis res) extendatur etiam ad essentiam diuinam: tunc illud, quod sequitur (scilicet congenerat notitiam sui) debet intelligi, vel formaliter pro obiecto naturaliter motiuo; vel æquiualenter, pro obiecto increato. Quia ipsum, vel per se, vel per aliquid sibi idem, causat in nobis notitiam sui, quæ æquiualet in perficiendo intellectum, ac si esset proles naturaliter genita: quia est similitudo naturaliter ducens in obiectum, sicut si esset ab obiecto naturaliter expressa. Scotus

Vbi contendit Scotus, quòd licet Deitas immediatè per suam quidditatem, inquantum est ratio necessaria quasi quidditatiuæ constitutionis Dei, non eliciat visionem beatificam; eam tamen efficit per aliquid sibi idem, & substantialiter illi identificatum, nimirum per facultatem appetitiuam liberam; quæ facultas exequens Dei ita propriam & naturalem exprimit similitudinem sui, ac proinde verbum, ac si talis notitia ab huiusmodi principio nõ liberè, sed necessariò, effluxisset.

Elucidatio textus Scoti

30 Ad rationem Ioannis de Rada dicimus; minus proficere; quia estò quòd homo per affectiuam seu impulsiuam facultatem ab alio productus, non esset filius illius; eò quòd non hauiret naturam similem suo principio, spectata ratione formali illius actionis, quæ non est assimilatiua, sed impulsiua; vt nos latiùs agentes de processione spiritus sancti exodabimus.

Ad fundamentũ Ioann. de Rada.

Atta-

Eſſe quòd viſio beatifica producatur liberè ex parte obiecti, eſt verbũ ob naturale influxum intellectus.

Attamen in præſenti eſt omnino diſpar ratio; eò quòd, licet voluntas Dei concurrat ex parte obiecti beatifici ad viſionem; ex parte tamen potentiæ influit intellectus, qui eſt aſsimilatiua facultas; & ideò producitur actus ita naturaliter exprimens diuinam ſubſtantiam, ac ſi naturaliter ab ea proceſsiſſet; vt inquit Scotus.

Obſeruatio pro cõcilian dis affectis Scoti.

31 Vltimò pro quali quali in hac re Scotiſtarũ diſsidio, quod potius ad quid vocis quã rei, attinere videatur, vel id obſeruatũ volo; quòd Guiliel. de Rubione exiſtimauit, quòd etſi viſio efficeretur abſq; vllo cõcurſu intellectus, adhuc eſſet verè & propriè verbũ ſic ille, *in 1. ſen. diſt. 27. q. 2. §. Ex dictis apparet. ſub concluſione 3.* ſed Baſolius, *in eadem diſt. 27. q. 2. §. Quantum ad ſecundum articulum.* Cui ſuffragatur Antonius Andreas, *in eadem diſt. quæſtio. vnica*, cenſet, viſionẽ beatificam eſſe verè & propriè verbum.

Rubionus

Baſolius

Ant. Andre. as.

Si Deus produceret viſionẽ abſque effectiuo influxu intellectus, viſionẽ eſſe verbum relatè acceptum.

32 Quare licet æſtimem, quòd ſi Deus ſe ſolo efficeret viſionem beatificam, nullo adhibito concurſu intellectus; tunc viſio non exprimeret relationem verbi, aut dicti ad memoriam dicentem; quam habitudinem cenſeo non eſſe aliam relationem ab ea, quam viſio, vel quælibet alia cognitio tanquam effectus intentionalis exprimit ad intellectum. Ac proinde, cùm relatio ad memoriam dicentem ſit de intrinſeca ratione verbi, vt dicti, vel quatenus relatè ſpectati; ſi viſio beatifica produceretur à Deo abſque vllo elicitiuo influxu intellectus, tunc viſio non eſſet verbum; ſi verbum ſonet meram relationem effectus intẽtionalis prolati aut dicti ad memoriam dicentem; ſecus ſi accipiatur pro imagine expreſſa obiecti.

De ſſo tamẽ viſio beatifica eſt verbum.

Si autem intellectus creatus concurrat ſimul cum voluntate diuina obeunte vices ſpeciei impreſſæ; ſicut intellectus creatus eſt propria memoria & parens verè fœcunda prolis illius intelligibilis; ita & viſio beatifica aſſeritur verè & propriè verbum naturaliter exprimens prolem, & imaginem obiecti, quamuis comprincipium tenens ſe ex parte obiecti concurrat liberè.

Concinna interpretatio Scoti.

In quo ſenſu interpretandus eſt Scotus tranſcriptus, ſub n. 4. vbi ait.

Notitia igitur actualis, quæ producitur immediatè per voluntatem, non eſt verbum obiecti; quia etſi ſit naturalis ſimilitudo obiecti, non tamen, eſt naturaliter genita. Itaut quando Scotus inficiari appareat vocem verbi in viſione beatifica; non procedat de viſione, quæ elicitur naturaliter à memoria creata dicente; ſed à ſola voluntate Dei, mente creata merè paſsiuè ſe gerente.

DISTINCTIO TERTIA
de actu viſionis, & obiecto illius.

Diſtinctio hæc de notitia beatifica partitur in duas ſubdiſtinctiones.

PRÆMISSIS Duobus comprincipijs viſionis, nimirum potentia, & obiecto, expeditè attexitur diſſertatio de actu ipſo, in quo & duo ſpectanda ſunt; & id, quod ad ſubſtantiam, & rationem formalem actus attineat: & quod ad obiectum talis actus. Quare bipartita erit diſtinctio præſens in ſubdiſtinctiones duas; prima diſſeret de ſubſtantia & ratione formali actus viſionis; ſecunda de obiecto illius.

SVBDISTINCTIO PRIMA
de his, quæ attinent ad ſubſtantiam, & rationem formalem actus viſionis.

Tria expẽnda in præſenti ſubdiſtinctione.

TRIA Circa ſubſtantiam actus viſionis nobis occurrunt ſeriò verſanda; primum; de ratione prædicati vitalitatis in viſione beatifica. Secundũ; de inæqualitate ſpecifica viſionis. Tertium; de inæqualitate intenſiua eiuſdem viſionis; vtrũ ſtãte ſuppari gradualitate intenſiua habitus infuſi ſcilicet luminis gloriæ, erumpat actus intenſior ob inæqualitatẽ potentiæ natiuæ? Deinde in ſequenti ſubdiſtinctione viſionem beatificam ad ſua obiecta comparabimus.

ARTICVLVS I.

An visio sit vitalis apprehensio obiecti beatifici? Vbi latè de viua terminatione actionis Grammaticalis, vel immanentis, in obiectum.

SVMMARIVM.

Oppugnatur vitalitas visionis, præmissis Scoti principijs de producibilitate visionis absque elicitiuo influxu intellectus. Num 1. vsque ad 7.

Varia vitæ acceptio enodatur. Numero 7.

De vita Dei specialiter, an referat prædicatum adinstar actionis? Numer. 18.

Influxum vitalem, qui est fieri qualitatis viuæ, per suam essentiam à principio vitali effluere, ostendimus. Numer. 27.

Comparatio qualitatis viuæ ad principium efficiens vitale discutitur; illamque per suam essentiam à facultate vitali non pendere. Num. 28.

Ob doctrinæ consequentiam expenditur, qualiter creatio passiua differat à termino creationis? Numer. 34.

Refertur qualitas vitalis ad potentiã passiuam; vbi qualitatem viuam per suam essentiam proprio subſtrato non componi, aperimus. Numer. 35.

Quòd voluntas creata ferri queat in incognitum, non per impulsum ab illa elicitum, sed à Deo immissum. Num. 45.

Dilutio oppositarum rationum contra vitalitatem operationum, vel actionum immanentium, aut Grammaticalium, suppositis principijs Scoti. Num. 46.

Pronũtiatũ familiare Scoto, esse probabile quòd intellectus merè passiuè se gerẽs beari queat

1 QVIA In articulo præcedenti *sub num.* 11. & in multis alijs locis, quæ ex Scoti textu transcripsimus; liquet, ipsum censuisse; esse probabile, posse Deum immittere menti beatæ visionem beatificam, intellectu creato merè passiuè se gerente. In qua hypothesi autumat Scotus; mentem creatam beari, quod à multis Animasticis, & Theologis respuitur, eò quòd huiusmodi assertum prædicato vitalitatis aduersari videatur; ideò antequam alia prædicata actus visionis inuestigemus, expendẽdum est; an visio sit vitalis apprehensio obiecti beatifici? & ratio vitalitatis prosse exaranda.

Hoc assertũ in examẽ vocatur.

2 Videtur autem primò; quòd verum habere non possit prædictum assertum Scoti de productione visionis, quæ à Deo fiat intellectu creato merè passiuè se habente. Quia motus vitalis per suam essentiam pendet à vitali principio; sicut vnio per suam essentiam pendet ab extremis vnibilibus, & inhærentia per suam essentiam inhæret, existentia per suam essentiam existit, & actio per suam essentiam fit; quòd verum est de omnibus vltimis formis, in quibus fit status, aliás abiretur in infinitum; ita actio, seu influxus vitalis per suã essentiã pendet à principio vitali. Si enim vitalis influxus immediatè & per suam essentiã nõ effluere t à principio viuo, penderet medio alio influxu; ac proinde actionis vitalis daretur alia actio vitalis; quod ita absonum est, sicut si existentiæ daretur alia existentia, vnionis alia vnio, & sic de cæteris.

1 fundamẽtũ aduersariorũ quòd visio queat produci à solo Deo.

Tunc sic; ergo sicut implicat, quòd producatur à Deo vnio non composita extremis vnibilibus; vel existentia non actualis & exercita; seu inhærentia non inhærens per suam essentiam proprio subſtrato; ita & contradicit, quòd producatur actio vitalis sine principio viuo, eòquòd per suam essentiam, nulla alia forma mediante, à tali principio effluat.

Visio per suã quidditatem pendet ab intellectu.

Sed visio essentialiter ambit in sua quidditatiua ratione non solùm qualitatem productam, quæ est species expressa, & verbum, sed etiam actionem, seu fieri productiuum talis qualitatis; igitur sicut contradicit existentia influxus vitalis sine principio intraneo, & vitali, ita existentia visionis, cuius quidditatiua ratio coalescit ex actione, & qualitate.

Visio includit nõ solum qualitatem sed etiam actionem.

In

Aſſumunt Lorca

In quod placitum inclinare videtur Petrus Lorca primarius Complutenſis, 1 2. *tomo* 1. *diſput.* 16. *membr.* 8 §. *Tertia ſententia, quæ mihi omnino probatur*. Id tamen omnino ſequitur Petrus Hurtado, *diſput.* 6. *de Anima, ſect.* 1 *ſubſect.* 1. §. 4. Sic etiam Machinus, 1. *part. quæſt.* 12. *art.* 2. *diſput.* 15. *ſect.* 2. §. *Secundò principaliter probatur*. Et apertiùs, *diſput.* 16. *ſectione* 2. §. *Addo, quod licet huiuſmodi actus*.

Hurtadus Machinus

Oppugnatio aſſertionis Scoti: cognitio intuitiua ſtraipſius, & bonum beatum

3 Deinde oppugnatur aſſertio Scoti autumantis, quòd data hypotheſi productionis viſionis, intellectu merè paſsiuè ſe habente; intellectus bearetur. Quia ſi viſio poſſet cõſtituere mẽtẽ creatã videntem abſq; aliquo influxu elicitiuo illius, etiã voluntas poſſet beari per fruitionẽ à Deo voluntati immiſſam; & ſimiliter poſſet diligere Deum per impulſum ſupernaturalem impreſſum à Deo ſine influxu voluntatis. Quod videtur eſſe contra rationem voluntarij, quam imbibit quilibet actus voluntatis; cùm voluntarium eſſentialem ſibi vendicet emanationem à principio intrinſeco cum cognitione.

Vrgetur ratio in pravis appetitionibus.

4 Deinde vrgetur ratio in actibus naturæ ſuæ prauis; fieret enim, vt voluntas poſſet voluntariè odio habere Deum abſque elicitiuo voluntatis concurſu, ſi Deus immitteret huiuſmodi actum odij voluntati ſe paſsiuè gerenti. Ac proinde fieret, vt Deus author peccati haberi poſſet, cum appetitus voluntariè Deum odio proſequens induat peccaminoſam obliquitatem; quæ cum adſcribit nequeat creatæ voluntati, quæ nihil confert actiuè in huiuſmodi deformitatem; conſequens eſt, vt ſoli Deo tantùm deferatur.

Arguit. 3. òd intellectus imbibat fluxũ actũ animæ obiectum

5 Tertiò oſtenditur; intellectionem, prout eſt cauſa intrinſeca exhibens effectum formalem intelligentis, ex actione & qualitate eſſentialiter cointegrari. Quia intelligens eſſentialiter claudit conatum, & attentionem animæ, tanquam principij radicalis totius motus viui; aliàs enim ita inanimata ratione componeretur intellectus ſpeciei expreſſæ, ſicut & impreſſa, quæ non ſpectat animæ conatũ, ſed ſolam vim intẽtionalem obiecti immittentis talem formam.

Attentio nequit eſſe ſola qualitas, & quare?

Sed attentio eſt influxus vitalis diſtinctus à qualitate illa, quæ eſt ſpecies ſeu verbum; quod vel ex eo liquet. Quia potuiſſet Deus verbum, quod menti creatæ, abſque vllo illius influxu immittit, ſine ſubiecto creare; in qua hypotheſi, verbum non importaret attentionem animæ, ſicut nec cõpoſitionem ad animam: igitur intellectio, vt forma intelligentis, non eſt ſolum verbum, ſed compoſitum quoddã ex verbo, & ex influxu attentionis, & conatus vitalis animæ in obiectũ, quod apprehendit.

Vrgetur ratio in impulſu producto extra ſubiectum.

Quæ ratio à fortiori vrget de actu voluntatis; quia impulſum illum amoris, quem Deus imprimit voluntati paſsiuè ſe habenti, potuiſſet Deus extra ſubiectum creare; ſed in tali ſuppoſitione, ille actus non compoſitus ſubſtrato cognoſcenti, & appetenti, non eſſet voluntarius; igitur prædicatum voluntarij vltra qualitatem à Deo extra ſubiectum producibilem importat conatum, & influxum voluntatis: ac proinde volitio, vt ratio & forma volentis, conſtituitur ex qualitate & actione.

Vltima ratio ex Hurtado quæ accipitur à cõmuni conceptu operationis viuæ.

6 Vltimò arguit Hurtado, ex communi conceptu formæ vitalis ſic. Quia viuens creatum importat eſſentialiter actionem, & paſsionem in actu primo, eò quòd ſit facultas ſui ipſius ab intrinſeco immutatiua; id enim eſt viuere in actu primo, & à ſe moueri in actu primo. Igitur viuens creatum, vt trahitur ad vitam actualem, ſiue per modum actus ſecundi, imbibit actionem & paſsionem, & qualitatem; cùm enim actus ſecundus ſit exercitium actus primi; conſequens eſt, vt ſi viuens in actu primo exprimat eſſentialiter potentiam ad actionem, & paſsionem; ita actus ſecundus eſſentialiter importet actionem, ſeu influxum vitalem, & paſsionem ſeu receptionem, tum ipſius influxus, qui eſt fieri qualitatis, tum & qualitatis productæ, quæ appellatur actio immanens.

Operatio apud Hurtadũ videtur ſapere naturam modi.

Vnde videtur Hurtadus adſtruere, quòd operatio vitalis ſapiat rationem modi, in ea formæ modalis vſurpatione, quæ imbibit eſſentialiter compoſitionem ſui ad ſubſtratum; qualiter relatio & vbicatio ſeipſis exprimunt coniunctionem ad ſubiecta, itavt inhærentia non ſit realiter diſsita à talibus formis; vt de ſenſu Scoti obſeruauimus

ſupra

ſupra *in controuerſ.* 2. *de Vnitate Dei*, | *in appendice de diſtinct. art.* 3. *de diſt. modali, ſub numer. marg.* 20. 23. & 24 Vbi vult Scotus; *quòd ſimilitudo eſt ſua accidentalitas ad fundamentũ; & ſe ipſa accidit fundamento, ſicut ſe ipſa eſt ad oppoſitum.*

Scotus

Illatio ex dictis.

Igitur ſi apud Hurtadum operatio viuens eſſentialiter imbiberet paſsionem, aut receptionem ſui in ſubſtrato viuo; operatio vitalis ſaperet rationem modi in ea formæ modalis conſideratione, quæ exprimit formam à ſe compoſitam ſubſtrato; de quo vide ea, quæ agimus infra contra Zunigam, *ſub nu. margin.* 35.

Traditur multiplex acceptio vitæ; expenditurque vita ſubſtantialis, prout circuit creatam, & increatam.

7 OPpoſitiones propoſitæ iure exigunt, vt illis vitæ acceptionibus præliberatis, quas tradidimus, *diſtinctio* 1. *huius controuerſiæ, ſubdiſtinct.* 2. *art.* 3. *num. margin.* 14. vitam ſubſtantialem in tota ſua vniuerſalitate, prout creatam & increatam colligit ad vnitatem cõceptus, ſeriò expendamus; ita enim à varijs vitæ deſcriptionibus nos extricabimus quibus ſe intricant, & intercludunt neoterici authores.

Varia acceptio formæ vitalis.

Omnis ergo ratio vitæ, vt inibi aſtruimus, eſt in duplici differentia, aut in actu primo, vel in actu ſecundo; vita in actu primo partitur in vitam radicalem, & vitam formalem. Vita radicalis eſt ipſamet anima, & ſubſtantia viuentis; à qua tanquam à fonte pullulant facultates vitales, quæ ſunt principia proxima actionum vitalium. Quæ non appellatur vita radicalis eò quod ſubſtantia ſpiritualis, inquantum in priori ſigno naturæ anteuenit emanationem facultatum vitalium, non viuat formaliter; cùm Angelus ſit eſſentialiter, & formaliter viuens, & etiam rationalis anima (cùm tamen prædicata vitalitatis, quæ ſubſtantiæ ſpirituali acceduntab effluxu facultatum vitalium, in nulla ſententia ſint de quidditatiua ratione ſubſtantiæ ſpiritualis;) vocatur tamen virtualis vita illa, quæ ſuppetit ſubſtantiæ ſpirituali antè pullulationem facultatum vitalium, quatenus ſit radix, & principium ſuarum proprietatum viuentium. Vita formalis in actu primo eſt illa, quæ congruit potẽtijs vitalibus; cuiuſmodi eſt intellectus, & voluntas in anima rationali.

Vita in actu primo, & in actu 2.

Vita in actu primo alia radicalis, alia formalis.

De qua vita formali potẽtiarum, an ſubſtãtialis, vel accidentalis ſit? Viget diſſertatio inter Scotum & aſſeclas, & S. Th. & ſuos. Hi enim, ſicut potentias realiter a ſubſtantia viuentis ſecerni aſſeuerant; ita & conſequenter autumãt, accidentales facultates eſſe, accidẽtariamque vitalitatem nanciſci.

Diſſidet Thomiſtæ & Scotiſtæ de vita formali potẽtiarũ, an ſit ſubſtantialis vel accidentalis?

E contra verò Scotus cum ſuis, qui viuenti identicam coniunctionem cũ ſuis potentijs adſcribunt, etiam huiuſmodi facultates intrinſecè ſubſtantiales pronuntiant.

Opinio Thomiſtarum prodit accidens.

Quæ opinio, eò vel maxime præferri debet, quòd immediatum deferat influxum ipſi animæ in vitales actiones ob identitatem realem, quam importat cũ ſuis facultatibus operatiuis vitalibus; qui immediatus influxus in ſententia Sancti Thomæ incongruè defenditur, ſuppoſito quòd animã nõ immediatè, ſed medijs tantum accidentalibus virtutibus operatiuam, aſtruat.

Probabilior ſententia Scoti

Fũdamentũ Scoti de immediato influxu animæ in operationem viuam

8 Cæterũ; animam autumare immediatũ viuæ operationis principiũ, magis philoſophicum eſt; cũ attẽcio cuiuſlibet agentis, & conatus eiuſdẽ in productum, immediatè ab agente eliciatur & attentionem animæ circa omne opus vitale communis aſſeueret phyſicorum conſenſus.

Suadetur immediatus influxus animæ in operationes vitales.

Quod & illo perſpicuo, ni fallor, experimento aperitur; quòd cum anima diſcurſiuis operationibus vehementer inſiſtit, vegetatiuas exiliter ac infirmiter exercet; ſi autem non aſtrueretur aliquod immediatum, & commune harum operationum principium, non appareret ratio, cur incõpoſsibile eſſet vehemẽs vtriuſque facultatis imaginatiuæ, & nutritiuę exercitium? Suppoſito verò immediato influxu animæ, ratio in promptu eſt;

Probatur ex experientia.

eò quòd pluribus intentus minor sit ad singula animæ conatus; de quo adi Soarium, *tomo primo, suæ Metaphysic. dispat. 18. de Causa efficiente, sectio. 5. numer. margin. 2. & 3.* hæc de vita in actu primo.

Soarius

9 Vita etiam in actu secundo duplex est; vel influxus, seu actionis transeuntis in terminum; illius nimirum, quæ est productio qualitatis viuæ; vel ipsiusmet qualitatis productæ; quam ex Scoto, & Aristotele appellauimus operationem immanentem, eò quòd intra se ipsam maneat, nec transeat in veram termini efficientiam. Vitalitas motus viui perspicua est, cùm sit emanatio, seu effluxus à principio mouente se; vitalitas verò qualitatis posita est in hoc, quòd naturaliter pendeat inferi, & conseruari à principio viuo: de qua maior viget difficultas, & quæ infra ex instituto enodanda erit iuxta duplicé comparationem dependentiæ, quã importat qualitas viua ad facultatem vitalem; vel in genere causæ efficientis; vel in genere causæ materialis.

Vita in actu 2. duplex.

Alia; actionis trãseũtis

Alia; actionis immanẽtis

Quæ vita actionis immanentis

10 His igitur præmissis; discutienda occurrit ratio vitæ substantialis in tota ea abstractione, qua creatã, & increatam substãtiam complectitur; cũ prædicatum viuentis Deo & creaturis commune sit.

Obseruatio ad processũ cõtrouersiæ

Vt autem cõtrouersia expeditè procedat, præmitto, quòd quãdo philosophi constituunt rationem facultatis viuæ in hoc, quòd à se ipsa motum intraneum adire possit; *ly à se moueri*, non in ea extensione seu communitate accipiendum est, vt complectatur quẽlibet motum in eodem principio receptum à quo emanat. Aliàs enim omnes illæ naturæ viuerent, quę sunt intranea principia earum affectionum, quæ ad cõnaturalem statum, & conseruationem huiusmodi naturarum spectẽt; aqua enim dum se ad pristinam frigiditatem reducit, influit à se in huiusmodi formam, cùm tamen inanimatam obeat causalitatem.

Qualiter moueri à se pertineat ad principiũ viuens

Punctus quæsiti

Procedunt ergo philosophi de conatu, quem præstat causa iam in suo statu naturali completa, nec orbata proprietatibus, quæ illi in instanti suæ generationis debeantur; ita vt illa facultas viua censenda sit, quæ constituta in statu connaturali ac debito tali naturæ in instanti suæ productionis, suppositoque integro omnium suarum proprietatum cõuentu, intraneam exerceat operationem.

11 Ex quo infertur; manifestè lapsos esse neotericos, qui conceptum vitæ propriè, & pressè acceptæ ad gradum sensitiuum, & intellectiuum ita contrahunt; vt vegetatiuo translatitiam tantùm, & metaphoricam vitam adscribant; quod præter quàm quòd sit pronuntiatum à toto philosophorum cœtu exorbitans, qui plantis proprium, & vniuocum vitæ conceptum vno ore ac sensu defert: illius falsitas prorsus detegitur ex ipsa diffinitione facultatis viuæ, quę est princip. ũ motus à se, præmisso affectionũ, seu proprietatum accessu, qui in instanti generationis debeatur.

Corollarij; ens vegetatiuũ est proprie viuens

Atqui ens vegetatiuum, suppositis debitarum facultatum conuentu, ab in stanti suæ generationis conatur intraneè in sui nutritionem, & incrementũ; igitur propriè viuit.

Ratio asserti

Diluimus oppositiones eorum, qui volunt, vitam per modum actus secundi imbibere actionem de prædicamento actionis.

12 QVIBVS Prælibatis; vrget dissertatio de conceptu vitæ, an in sua ratione obiectiua essentialiter claudat effluxum ab ipso viuente? Hurtadus enim, *loco citato* multis contendit; esse impossibilem vitam in actu secundo, quæ essentialem emanationem à principio viuo non imbibat; quod vel sic suadet.

Placitũ Hurtadi; quòd vita in actu 2. imbibat influxũ de prædicamento actionis.

Probatur, quòd vita in actu 1 imbibat actiuũ, & passiuũ signatam

Quia vita per modum actus secundi commensuratur facultati vitali tanquam proprio principio adæquato; sed quodlibet principiũ vitale essẽtialiter clau-

claudit actionem, & passionem in actu primo; cùm sit virtus ad comandum à se, & in se. Aliàs enim fieri posset, vt Deus producere valeret facultatem intellectiuam, quæ tantùm præstaret ad receptionem formæ, seu qualitatis illius, quæ asseritur intellectio; absque eò quòd conferre posset actiuè ad productionem illius.

Ergo vita in actu 2. includit quidditatiuas actionē & passionem exercitam

Quia sicut actus adæquatus intelligendi remouet à sua ratione essentiali actionem; ita & virtus Intelligendi, qua talis formaliter, superstes esse posset cum sola causalitate materiali, & receptiua talis formæ intelligendi, absque elicitiua emanatione eius.

Partitio vitæ in actu 2. in vitā physicā & intentionalē, apud recentiores.

13 Nec arridet ipsi Hurtado illorum opinatio, quæ partitur viuens, in rationem viuendi physicam, seu per effluxum physicè à propria facultate pullulantem; qualiter dictio emanat à facultate intellectiua producente verbum, & spiratio à facultate impulsiua eliciente qualitatem impulsus; & in rationem viuendi intentionaliter, quæ posita non est in hoc, quòd facultas viua aliquid propriè efficiat, sed quòd per formam sibi immanentem in obiectum tendat, vel per modum apprehensionis, vel per modum inclinationis, & impulsus.

Excutit Hurtadus præmissam partitionem vitæ in actu secundo.

Hanc enim duplicem vitæ acceptionem, vel eò respuit author præditus; quò commentitia appareat hæc vitæ physicæ, & intentionalis, partitio in actibus facultatum apprehensiuarum, & appetitiuarum; cùm nil in illis physicum, siue verè elicitum à principio intraneo assignari valeat, quod intentionale non sit; nimirum per modum expressionis obiecti, aut inclinationis, & impulsus in illud.

Obsecharim.

Quare, estò quòd vita vegetatiua, & omnis motus, & conatus eius, qui nulla ratione tendit in obiectum vocitetur physicus, prout opponitur vitæ apprehensiuæ, & appetitiuæ, quæ intentionali ratione conatur in obiectum; at intra vitam apprehensionis, & impulsus, (quæ, à quidditate sua, intentionalis est,) non elucet illa separationis ratio vitæ physicæ, & intentionalis; ita vt intellectus, quà elicitius dictionis, astruatur viuens physicum, & quà substratum verbi, seu qualitatis productæ, cùm sola & mera causalitate materiali, pronuntietur intentionale viuens.

Refellitur Hurtadi assertum.

14 Verùm; licet talis vitæ partitio in physicam, & intentionalem, sicut & à neotericis ad effugium excogitata, ita & parum necessaria à nobis iudicetur; attamen nec argumentatio ipsius Hurtado aliquid obtinet, vt potequæ infirmo illo fundamento subnixa. Quod agit, ex ratione actionis, & passionis per modum actus primi, quæ in facultate vitali elucet; necessariò produci, quamlibet vitam per modum actus secundi actionem & passionem essentialiter importare.

Opportuna excursiuncula Pet. Hurtadum

Quod esse prorsus inane vel ex eo liquet, quòd sicut actus primus, & secundus vitalis non coeunt in eamdem rationem obiectiuam prædicati accidentis; tum, quia apud Scotum facultas vitalis non est accidens, sed substantia.

Vita in actu primo, & 2. nō coeunt in eādē coordinationem prædicamētalem.

Tum vel maximè; quia estò quòd esset accidens, (vt sustinet Sancti Thomæ Schola) adhuc intellectus, verbi gratia, & dictio intellectiua, ad idem prædicamentum accidentis non attinerent; cùm intellectus spectet ad seriem qualitatis, dictio verò ad coordinationem actionis; ita nec appareat ratio, cur facultas vitalis, & terminus ad eamdem vitæ rationem colligi debeant?

Illatio conclusiua.

Ac proinde, nec ex hoc, quòd facultas viua importet aptitudinalem influxum; depromere licebit, vitam qualitatis productæ etiam influxum actualem præseferre. Quia, vt sæpè ostendimus, vitalitas qualitatis viuæ posita non est in quidditatiua inclusione influxus, seu emanationis à principio vitali; sed in hoc, quòd connaturaliter, nec fieri, nec conseruari queat sine facultatis vitalis influxu.

Oppositio Hurtadi, quòd si vita in actu 2. nō imbiberet actionē, dari posset principium viuens merè passiuum

15 Nec etiam verum habet id, quod assumit Hurtado; quòd suppositò, quòd forma intellectionis in sua ratione essentiali emanationē à principio viuo nō ambiat, nō implicaret, quòd à Deo produci posset intellectiua facultas, quæ materialē tātùm causalitatē, nō tamē effectiuam, circa verbū mētale exhibere posset.

Obtunditur obiectũ præmissum

Quia, licet qualitas vitalis quidditatiuè non imbibat effluxum à principio viuo, essentialiter tamen exposcit, vt cõ naturaliter non nisi principio intraneo componi, & ab illo elici, & conseruari queat. Quò fit, vt virtus illa, quæ ex se sufficiens non esset ad eliciendam intellectionem, nec habile subſtratum formæ intellectionis esse posset: ac proinde nec intellectio esset actus formalis referens vim informatiuam respectu talis potentiæ.

Voluntariũ pronũtiatũ, quòd intellectio trãscendat omnẽ vitã in actu secundo

Vnde; & voluntariè præmittit Hurtado id, quod ostendere debuerat; nimirum intellectionem in suo quidditatiuo conceptu ambire totam rationem vitæ in actu secundo. Quia Authores, qui inficiantur, influxum productiuum verbi spectare ad essentiam intellectionis, fatentur ingenuè, motum illum dictionis vitalem esse in actu secundo: igitur supponunt vt falsum id, quod Hurtado tanquam inconcussum, & stabilitum assumit, nimirum formam intellectionis nanciſci totam rationem vitæ actualis, seu in actu secundo.

Vrgẽs ratio ex virtute calefactiua, quæ est potentia ad actionẽ & qualitatẽ.

16 Præterea; sic contra Hurtadum retorqueo fundamentalem eius probationem. Vis calefactiua, essentialiter, non solùm est potestas ad actionem calefaciendi, sed etiam ad formam caloris, quam media actione elicit; igitur actus secundus adæquatè respondens tali virtuti, essentialiter coalescit ex actione, & termino: ac proinde calidum in actu secundo, & in facto esse, non solùm erit habere formam caloris, sed etiam actionem calefactionis. Atque adeo calor esset ens per accidens ex prædicamento actionis, & qualitatis cointegratum; quod est falsum & absurdum.

Premitur ratio in principio viuo

Sicut ergo ex hoc quòd vis agendi in actu primo sit facultas ad actionem, & terminum; ocitanter producitur, terminum respondentem tali virtuti agendi ex actione, & qualitate essentialiter constitui; ita nec ex hoc, quòd facultas vitalis sit virtus ad actionem, & qualitatem; producitur, terminum ex actione, & qualitate essentialiter coalescere. De quo vide infra *sub numer. marginal* 31. perspicuum Scoti textum, cuius acumine nostram argumentationem communimus.

Opponitur absimilitudo inter formã calidi & formã intelligẽtis in actu.

17 Oppones disparitatem de caloris, & intellectionis forma; calor enim tantùm exprimit qualitatem, vt per se notum est; intellectio verò præsefert attentionem intelligentis à se conantis in obiectum; ac proinde aliquid effectiuè præstantis.

Elicitur, quæ petat principium.

Sed id est principium petere; seu pro constituto id assumere, de quo viget disſidium. Inficiamur enim, intellectionem aliud esse præter habere formam illius qualitatis, quæ est intellectio; sicut & calidum aliud esse quàm importare qualitatem caloris: atque adeò intellectionem sucum quemdam actionis tantùm præsefferre, ob quem actio Grammaticalis asseritur, non tamen veram rationem influxus, quæ ad prædicamentum actionis attineat.

Intelligere est habere qualitatẽ, sicut calidum est habẽs calorem.

Apud antiquos Theologos fuit certũ, intellectionẽ & appetitionẽ esse ens per se.

Deinde; quòd antiquis Theologis nunquam venit in mentem, habitum esse magis ens per se quàm actum cognitionis. Quare Scotus (vt ex textu apposito in articulo præcedenti, *sub numer.* 16. liquet) id tanquam certum, & de communi totius antiquitatis consensu, insinuat illis verbis, *ex quæstion.* 13 *quodlib.* §. *Sed quæratur, sub num. marg.* 25. editionis Caueli. Vbi ait.

Probatur ex Scoto

Supponendo operationem esse per se vnam, & per consequens vnius generis; ad quod genus pertinebit? Potest dici; quòd per se est in genere qualitatis, &c.

Scotus

At euidens est, non posse esse ens per se operationem; (sic enim appellat Scotus qualitatem vitalem,) si ex qualitate, & actione essentialiter conintegretur.

De vita Dei ſpecialiter, an referat prædicatum adinſtar actionis?

Corollarium, vitam vt ſicnò imbibit actionē producti ad terminum

18 EX his depromitur; vitã vt ſic in ea cõmunitate, quę vitã creatã, & increatã cõplectitur, eſſentialiter nõ importare motũ à ſe, qui ſit adinſtar actionis trãſeũtis in terminũ, vel productiuæ termini. Si enim vita actualis qualitatũ, quæ terminãt influxus facultatum apprehẽſiuarũ & appetitiuarum, nõ imbibit influxũ illum, quo mediãte à principio vitali effluit; igitur nec vita vt ſic eſſentialiter motum à principio viuo importabit.

Oſtenditur in vita Dei ſecũdũ abſolutũ prædicatum viuentis

Quod in vita increata luculẽtiùs apparitur. Quia prædicatum viuẽtis quidditatiuum eſt Deo, prout anteit omniũ relatiuarum hypoſtaſum quaſi emanationem, à quibus pluralitas ſuppoſitorum petitur; cùm autẽ influxus, ſeu vera productio, neceſſariò exigat diſcretionẽ producẽtis & producti: fit inde, vt nullus influxus, ſicut nec vera productio, Deo cõgruere queat ante formarum hypoſtaticarum acceſſum.

Cùm autem Deus ſecundùm eſſe abſolutum, vt anteuertit omnium relationum diuinarum conuẽtum, ſit eſſentialiter viuens, vt per ſe notum eſt; manifeſtè deducitur, prædicatũ vitæ, vt colligit Deum & creaturas ad vnitatem conceptus, non importare effluxum à principio intraneo.

Demonſtratur in perſona Spiritus ſancti.

Quod & planè demonſtrat inſtantia perſonæ Spiritus Sancti, quæ nihil producit ad intra; nec enim amat, aut intelligit per formam apprehenſionis, & impulſus, quæ verè elicita ſit; & tamen eſt perſona eſſentialiter viuens; igitur.

In quo cõſiſtat ratio vitæ vt præſcindit ab ente creato & increato?

19 Quare, dicendum eſt; viuens vt ſic, prout ad vnitatem conceptus, ſeu rationis obiectiuæ colligit viuens creatum, & increatum, eſſe illud, quod præſefert facultatem intraneam ad conandum à ſe, & operandum in ſe per eam formam, quæ abſtrahit ab immanente, & tranſeunte, à producta, & improducta.

Quare Deus abſolutè ſpectatus ante generationem verbi, & ſpirationem Spiritus Sancti, licet nullam productionem exerceat; conatur tamen, & operatur à ſe intelligendo, & amando per formam inelicitam intellectionis, & amoris eſſentialis, quæ ſe gerit adinſtar operationis, ſeu actionis immanentis.

Cõfirmatur ex operatione immanẽte iuxta aſſẽſũ Ariſtotelis

Quia, vt ex Scoti, & Ariſtotelis phraſi ſatis vſitatã aperuimus, actio immanens non eſt motus, ſeu influxus productiuus qualitatis intra ipſum viuens; ſed potiùs qualitas illa producta, quæ eſt Grammaticalis actio, & dicitur immanens; eò quòd intra ſe ipſam maneat, nec per veram efficientiam ad termini productionem protendatur.

Obiectio, ſequeretur, quòd ſpiritus ſanctus operaretur ad intra

20 Sed obijcies; ex dictis ſequi, Spiritum Sanctum ad intra operari, ſicut & propriè viuere; cùm ſit de ratione viuentis vt ſic, quòd à ſe tanquã à principio intraneo conetur per formam operationis.

Enervatur obiectio; admiſſa operatione immanẽte & Grãmaticali.

Reſpondetur; quòd ſicut in communi Theologorum ſententia intellectio, & volitio inelicita Dei ſe gerit adinſtar qualitatis conſtituentis Deum in eſſe intelligentis, & volentis notitia, & impulſu eſſentiali; & ſicut in creatis qualitas intellectionis, & volitionis, licet non ſit proprius influxus, & actio tranſiens, eſt tamen operatio, ſeu actio immanens, quia ſe habet adinſtar actionis Grammaticalis: ita intellectio inelicita, quatenùs eſt tendentia Dei à ſe conantis in obiectum, dici poteſt operatio ſeu actio Grammaticalis, & immanens, non verò tranſiens, vel productiua termini.

Alia oppoſitio quòd vegetabilia nõ eſſent propriè viuẽtia

Vltimò; contra hanc vitæ diffinitionem aliqui inſtant; ex ea produci, vegetabilia propriè non viuere; eò quòd, ſi omnia viuentia ad vnum vitæ prædicatum trahi queant; cùm nulla aſsignari valeat ratio vitæ in plantis, quæ colligi poſsit cum Deo ad vnitatem conceptus; fiet inde, vt vegetatiua propriè viuentia aſſeri non debeant.

Sed hæc obiectio nullo negotio corruit; aſſerimus enim, plantam cum Deo conuenire in abſtractiſsima,

Obrunditur obiectũ præmiſſum

Quia, licet qualitas vitalis quidditatiuè non imbibat effluxum à principio viuo, eſſentialiter tamen expoſcit, vt cõ naturaliter non niſi principio intraneo componi, & ab illo elici, & conſeruari queat. Quò fit, vt virtus illa, quæ ex ſe ſufficiens non eſſet ad eliciendam intellectionem, nec habile ſubſtratum formæ intellectionis eſſe poſſet: ac proinde nec intellectio eſſet actus formalis referens vim informatiuam reſpectu talis potentiæ.

Voluntariũ prontitatẽ, quòd intellectio trãſcendat omnẽ vitã in actu ſecundo

Vnde; & voluntariè præmittit Hurtado id, quod oſtendere debuerat; nimirum intellectionem in ſuo quidditatiuo conceptu ambire totam rationem vitæ in actu ſecundo. Quia Authores, qui inficiantur, influxum productiuum verbi ſpectare ad eſſentiam intellectionis, fatentur ingenuè, motum illum dictionis vitalem eſſe in actu ſecundo; igitur ſupponunt vt falſum id, quod Hurtado tanquam inconcuſſum, & ſtabilitum aſſumit, nimirum formam intellectionis nanciſci totam rationem vitæ actualis, ſeu in actu ſecundo.

Negatur ratio ex virtute calefactiua, quæ eſt potentia ad actionẽ & qualitatẽ.

16 Præterea: ſic contra Hurtadum retorqueo fundamentalem eius probationem. Vis calefactiua, eſſentialiter, non ſolùm eſt poteſtas ad actionem calefaciendi, ſed etiam ad formam caloris, quam media actione elicit; igitur actus ſecundus adæquatè reſpondens tali virtuti, eſſentialiter coaleſcit ex actione, & termino: ac proinde calidum in actu ſecundo, & in facto eſſe, non ſolùm erit habere formam caloris, ſed etiam actionem calefactionis. Atque adeo calor eſſet ens per accidens ex prædicamento actionis, & qualitatis cointegratum; quod eſt falſum & abſurdum.

Premitur ratio in principio viuo

Sicut ergo ex hoc quòd vis agendi in actu primo ſit facultas ad actionem, & terminum; oſcitanter producitur, terminum reſpondentem tali virtuti agendi ex actione, & qualitate eſſentialiter conſtitui; ita nec ex hoc, quòd facultas vitalis ſit virtus ad actionem, & qualitatem; producitur, terminum ex actione, & qualitate eſſentialiter coaleſcere. De quo vide infra *ſub numer. marginal* 31. perſpicuum Scoti textum, cuius acumine noſtram argumentationem communimus.

Opponitur abſimilitudo inter formã calidi & formã intelligẽtis in actu

17 Oppones diſparitatem de caloris, & intellectionis forma; calor enim tantùm exprimit qualitatem, vt per ſe notum eſt; intellectio verò præfert attentionem intelligentis à ſe conantis in obiectum; ac proinde aliquid effectiuè præſtantis.

Eliditur, quia petat principium.

Sed id eſt principium petere; ſeu pro conſtituto id aſſumere, de quo viget diſſidium. Inficiamur enim, intellectionem aliud eſſe præter habere formam illius qualitatis, quæ eſt intellectio; ſicut & calidum aliud eſſe quàm importare qualitatem caloris: atque adeò intellectionem fucum quemdam actionis tantùm præferre, ob quem actio Grammaticalis aſſeritur, non tamen veram rationem influxus, quæ ad prædicamentum actionis attineat.

Intelligere eſt habere qualitatẽ, ſicut calidum eſt habere calorem.

Apud antiquos Theologos fuit certũ, intellectionẽ & appetitionẽ eſſe ens per ſe.

Deinde; quòd antiquis Theologis nunquam venit in mentem, habitum eſſe magis ens per ſe quàm actum cognitionis. Quare Scotus (vt ex textu appoſito in articulo præcedenti, *ſub numer.* 16. liquet) id tanquam certum, & de communi totius antiquitatis conſenſu, inſinuat illis verbis, *ex quæſtion.* 13 *quodlib.* §. *Sed quæratur, ſub num. marg.* 25. editionis Cauelli. Vbi ait.

Probatur ex Scoto

Scotus

Supponendo operationem eſſe per ſe vnam, & per conſequens vnius generis; ad quod genus pertinebit? Poteſt dici; quòd per ſe eſt in genere qualitatis, &c.

Ac euidens eſt, non poſſe eſſe ens per ſe operationem; (ſic enim appellat Scotus qualitatem vitalem,) ſi ex qualitate, & actione eſſentialiter coniintegretur.

De vita Dei ſpecialiter, an referat prædicatum adinſtar actionis?

Corollarium vitam ſicnè imbibit actione produ ctiuam termini

18 EX his depromitur; vitã vt ſic in ea cõmunitate, quę vitã creatã, & increatã cõplectitur, eſſentialiter nõ importare motũ à ſe, qui ſit adinſtar actionis trãſeũtis in terminũ, vel productiuæ termini. Si enim vita actualis qualitatũ, quæ terminãt influxus facultatum apprehẽſiuarũ & appetitiuarum, nõ imbibit influxũ illum, quo mediãte à principio vitali effluit; igitur nec vita vt ſic eſſentialiter motum à principio viuo importabit.

Oſtenditur in vita Dei ſecũdũ ab ſoluũ prædicatum viuẽtis.

Quod in vita increata luculẽtiùs apparitur. Quia prædicatum viuẽtis quidditatiuum eſt Deo, prout anteit omniũ relatiuarum hypoſtaſum quaſi emanationem, à quibus pluralitas ſuppoſitorum petitur; cùm autẽ influxus, ſeu vera productio, neceſſariò exigat diſcretioné producẽtis & producti: fit inde, vt nullus influxus, ſicut nec vera productio, Deo cõgruere queat ante formarum hypoſtaticarum acceſſum.

Cùm autem Deus ſecundùm eſſe abſolutum, vt anteuertit omnium relationum diuinarum conuẽtum, ſit eſſentialiter viuens, vt per ſe notum eſt; manifeſtè deducitur, prædicatũ vitæ, vt colligit Deum & creaturas ad vnitatem conceptus, non importare effluxum à principio intraneo.

Demonſtratur in perſona Spiritus ſancti.

Quod & planè demonſtrat inſtantia perſonæ Spiritus Sancti, quæ nihil producit ad intra; nec enim amat, aut intelligit per formam apprehenſionis, & impulſus, quæ verè elicita ſit; & tamen eſt perſona eſſentialiter viuens; igitur.

In quo cõſiſtat ratio vitæ, vt præſcindit ab ente creato & increato?

19 Quare, dicendum eſt; viuens vt ſic, prout ad vnitatem conceptus, ſeu rationis obiectiuæ colligit viuens creatum, & increatum, eſſe illud, quod præſefert facultatem intraneam ad conandum à ſe, & operandum in ſe per eam formam, quæ abſtrahit ab immanente, & tranſeunte, à producta, & improducta.

Quare Deus abſolutè ſpectatus ante generationem verbi, & ſpirationem Spiritus Sancti, licet nullam productionem exerceat; conatur tamen, & operatur à ſe intelligendo, & amando per formam inelicitam intellectionis, & amoris eſſentialis, quæ ſe gerit adinſtar operationis, ſeu actionis immanentis.

Quia, vt ex Scoti, & Ariſtotelis phraſi ſatis vſitatã aperuimus, actio immanens non eſt motus, ſeu influxus productiuus qualitatis intra ipſum viuens; ſed potiùs qualitas illa producta, quæ eſt Grammaticalis actio, & dicitur immanens; eò quòd intra ſe ipſam maneat, nec per veram efficientiam ad termini productionem protendatur.

20 Sed obijcies; ex dictis ſequi, Spiritum Sanctum ad intra operari, ſicut & propriè viuere; cùm ſit de ratione viuentis vt ſic, quòd à ſe tanquã à principio intraneo conetur per formam operationis.

Reſpondetur; quòd ſicut in communi Theologorum ſententia intellectio, & volitio inelicita Dei ſe gerit adinſtar qualitatis conſtituentis Deum in eſſe intelligentis, & volentis notitia, & impulſu eſſentiali; & ſicut in creatis qualitas intellectionis, & volitionis, licet non ſit proprius influxus, & actio tranſiens, eſt tamen operatio, ſeu actio immanens, quia ſe habet adinſtar actionis Grammaticalis: ita intellectio inelicita, quatenùs eſt tendentia Dei à ſe conantis in obiectum, dici poteſt operatio ſeu actio Grammaticalis, & immanens, non verò tranſiens, vel productiua termini.

Vltimò; contra hanc vitæ diffinitionem aliqui inſtant; ex ea produci, vegetabilia propriè non viuere; eò quòd, ſi omnia viuentia ad vnum vitæ prædicatum trahi queant; cùm nulla aſſignari valeat ratio vitæ in plantis, quæ colligi poſſit cum Deo ad vnitatem conceptus; fiet inde, vt vegetatiua propriè viuentia aſſeri non debeant.

Sed hæc obiectio nullo negotio corruit; aſſerimus enim, plantam cum Deo conuenire in abſtractiſſima,

Excutitur; cõuenit enim vegetabilis cũ D. o in abſtracto prædicato viuentis vt ſic.

quam aperuimus, ratione, operandi à ſe, & in ſe; cùm quodlibet vegetatiuum à ſe, & in ſe operetur, dum intraneè proprium incrementum molitur.

21 Ex prælibatis infertur, ad vitam radicalem non exigi: quòd quidditatiuè imbibat eam formam, per quam conetur à ſe & in ſe, ſiue per actionem immanentem, ſiue tranſeuntem; cùm ſatis ſuperque ſit, vt illam præhabeat eminentialiter. Vt patet in Angelo, & anima rationali, qui ſpiritus inquantum anteueniunt emanationem phyſicam, aut pullulationem quaſi metaphyſicam ſuarum facultatum vitalium, ſunt ſubſtantiæ eſſentialiter viuentes; ob incluſionem virtualem operationum, & facultatum vitalium. Dixi autem, ſubſtantias ſpirituales eſſe viuas formaliter, inquãtum anteuertũt phyſicam aut metaphyſicam emanationẽ vitalium facultatum; vt vtramq; ſentẽtiã comprehenderem, ſiue S. Th. aſſeuerãtis, intellectum, & volũtatem eſſe potẽtias accidẽtales à ſubſtãtia ſpirituali realiter diſsitas, quo dato, quaſi per phyſicã actionem effluũt à ſubſtãtia; ſiue Scoti, pronuntiãtis, eſſe ſolum formaliter, & metaphyſicè diſcretas, iuxta eã diſcretionis rationem, quæ intercedit inter gradus metaphyſicos; quo ſuppoſito, reliquum eſt, vt potẽtiarũ vitalium emanatio, nõ phyſica (quæ realẽ expoſcit diſcretionem principij à principiato) ſed ſolùm metaphyſica & formalis quaſi pullulatio æſtimanda ſit.

Corollariũ; advitã radicalẽ nõ expoſcitur, quod referat formaliter principium motionis vitalis.

Quod à fortiori vrget in vita increata, ad cuius rationẽ ſufficit etiã quaſicõceptibilis, & logica emanatio facultatũ vitaliũ à Deitate; vt Deitas ſit cõceptè formaliter viuus; quidquid reclamet Aureolus *in 1. ſen. diſt. 35. ar. 3. §. Tertia quoq; inquiſitio eſt, pag. 765.* Vaticanæ editionis. Vbi ita habet.

Idẽ oſtẽditur in vita increata cõtra Aureolũ

Aut ratio Deitatis eſt formaliter viuificatiua; & per cõſequens erit intelligere cũ non ſit in Deo alia vita quã intellectualis; nec de intellectualitate aliquid aliud ſit in eo quã purum intelligere. Aut nõ erit formaliter viuificatiua: ſed hoc nõ poteſt dari, quia tũc Deus, ſub ratione qua Deus, nõ eſſet formaliter viuus, niſi eſſet vita per rationem Deitatis, quod omnino abſonum eſt. Ergo neceſſe eſt, dari primũ; ſcilicet quòd intelligere non eſt alta ratio à ratione Deitatis.

Car. Aureo.

Refellitur Aureolus

Vbi Aureolus, ideò autumat, intellectionem & volitionem nil addere intrinſecũ ex parte rei cõceptæ ſupra Deitatẽ, ſed eſſe ipſummet cõceptũ explicitum Deitatis, cũ adiũctione cõnotati extrinſeci; quòd æſtimet, eſſe inintelligibile prædicatũ vitæ in Deo, ſi quidditatiuè nõ imbibat intellectionẽ, & appetitionem, qui ſunt conceptus vitales.

At videtur à vero aberraſſe Aureolus dũ Deitati denegat rationẽ vitæ, ſi nõ imbibat quidditatiuè formas intelligẽdi, & appetẽdi; cũ in creaturis ſubſtãtia ſpiritualis inquãtũ aſſeit, vel phyſicã, vel metaphyſicã pullulationẽ ſuarũ facultatũ intelligẽdi, & appetẽdi, ſit formaliter viuẽs, ob virtualẽ præcõtinẽtiã facultatũ vitaliũ, vel eòquòd ſit principiũ intraneũ, & cõiũctum, à quo trahitur omnis vita, vel actus primi, vel ſecũdi, quæ ſuppetit ipſi viuenti; quod à fortiori magis vrget in Deo.

Præoccupatio fuga.

Nec præſtat dicere; quòd vita ſubſtãtiæ intellectualis ſit tãtũ virtualis & nõ formalis; ſi formaliter nõ imbibat facultates viuas per quas proximè valeat à ſe & in ſe conari in obiecta.

Quia, licet illa vita ſit radicalis inquãtũ refertur ad vitã facultatũ vitaliũ; eò quòd ſit radix & principiũ omnis vitæ formalis; ſed eſt formalis in ſe, cũ prædicatũ viuẽtis cõgruat formaliter Angelo; quia ad vitã formalẽ in radicali principio nõ expoſcitur, niſi quòd illi formaliter ſuppetat ea virtus, à qua effluãt potentiæ viuæ, ſiue per effluxum phyſicum, ſiue metaphyſicum.

Oppoſitio ex Scoto.

Nec etiã aduerſatur Scotus *in 1. ſen. diſt. 26. q. vnica. §. ad iſta. Ad primũ dico, ſub nu. marg. 55.* vbi videtur velle, quòd intellectus & volũtas nõ ſint attributa Dei, eòquòd attinere appareãt ad cõceptũ Deitatis, quà viuẽtis; quaſi ad vitã Dei cõducat quòd trãſcẽdat potẽtias appetendi & intelligẽdi; ſic enim habet. *Cõcedo igitur, quòd propriè vocãdo attributa illa ſola, quæ quaſi qualitates perficiũt in eſſe ſecũdo rẽ præſuppoſitã in perfecto eſſe primo, ſcilicet quãtũ ad omnẽ perfectionẽ, quæ cõuenit rei, vt eſt ſubſtãtia; hoc modo intellectus, & volũtas, non ſunt attributa, imo ſunt quædã perfectiones intrinſecæ in eſſentia, vt præintelligitur omni quantitati, & quaſi qualitati.*

Scotus

Videturquod intellectus & voluntas nõ ſint attributa

Iſtud declaratur, quia ſicut ab alſ-

qui-

Scotus

quibus conceditur, quòd vita vel viuere non sit attributum, quia dicit tale esse; non talitate quasi accidentali, sed quasi per se contrahente rem; sicut homo est animal tale, quia est rationale; eodem modo, cum intellectus sit quædam vita, & voluntas quædam vita, non erunt propriè attributa.

Probatur ex ratione vitæ

Vel aliter declaratur, & melius. Quia hæc essentia, vt hæc essentia, præcedens omnem quasi qualitatem, est intellectualis & volitiua essentia: ita quòd sicut rationalitas non est attributum homini, sic nec intellectualitas huic essentiæ.

Sed in prædicto textu, solùm intendit Scotus; quòd intellectus & voluntas inquantum per analogiam ad creata apprehenduntur ad instar facultatum substantialium, (sicut & in creaturis apud Scotum sunt proprietates substantiales,) nequeant in Deo esse attributa ad instar qualitatis, vt misericordia & iustitia, &c. Non tamen asserit Doctor, quòd vita formalis facultatis intellectiuæ, & volitiuæ sit de quidditate diuinæ naturæ; aliàs enim intellectus, & voluntas essent idem formaliter inter se, ceu per quidditatiuam transcendentiam imbiberent se; eò quòd ea, quæ identificantur in eodem tertio formali adæquato, inter se formaliter identificari necesse sit. De quo latè agimus infra *in controuers.* 11. *de Scientia Dei, distinction.* 1. *in dispu. appendice de actualitate attributi voluntatis, in articul.* 1. vbi propositum hunc Scoti textum presse versamus, & exaramus; quæ omnino videnda sunt ad præsentem literam capessendam, quæ difficilis est, & quæ captiosis vellicatoribus Scoti ansam præbeat.

Cõmentarij Scoti, & satisfactio ad obiectum

Expenditur conceptus vitæ in actu secundo per comparationem ad principium efficiens; vbi etiam versatur seriò multiplicitas actionum iuxta pluralitatem comprincipiorum operationis vitalis.

Expensio vitæ in actu secundo per cõparationẽ ad principium efficiens

DIscussa ratione vitæ in ea præcisione, quæ creatam, & increatam complectitur; cùm de vita creata in actu primo nil restet seriò expendendum; de sola vita actuali seu per modum actus secundi vrget dissertatio. In qua, vt expeditè procedamus, priùs expendenda est comparatio vitæ actualis ad efficientem; deinde ad materialem causam.

Opinio eorũ, qui putant qualitatẽ vitalẽ per suã essentiã effluere à principio viuo.

22 Circa quod; aliqui Authores, quos referunt Soarius, in *sua Metaphysic. tomo secundo, disput.* 48. *quæ est de prædicamento actionis, sectione secunda, numer. marginal* 10. & deinceps. Et Vazquez, 1. 2. *disput.* 9. *capite* 7. *numer. margin.* 39. asserunt; adeò quidditatiuam esse vitæ actuali, seu per modum actus secundi comparationem ad principium efficiens; vt qualitas viua per suam essentiam effluat à principio vitali.

Valt. Herice

Quam opinionem tanquam probabilem sustinet Valentinus de Herice, *tractatu quarto de Visione Dei, disput.* 49. *capite quarto, numer. margin.* 60. eam verò absolutè defendit Ripalda, *de ente supernaturali, tibr.* 2. *disput.* 36. *sect.* 3. *num. margin.* 10.

Ripalda.

Probatur quòd qualitas per suã essentiã emanet à principio viuo, quia per suã essentiã pendeat ab illo

Quod suadent primò; quia fieri qualitatis viuæ nihil aliud est quàm dependentia talis formæ a principio coniuncto, & viuenti; sicut & actio vt sic est dependentia effectus ab agente. Sed dependentia a principio intrinseco non est extra quidditatem formæ vitalis, prout viua

est; igitur qualitas vitalis per suam essentiam emanat à principio viuẽte. Maior tãquam certa præmittitur; minor verò sic ostenditur.

Cõfirmatur, quia ita id. tificetur cũ forma vitali dependẽtia à principio vi. uo, sicut crea tio passiua cum ente cre ato.

Non minus essentialis est qualitati viuæ productio passiua eius; per quam à facultate vitali pendet, quàm creaturæ passiua creatio; sicut enim ideò creatio passiua non est extra quidditatem creaturæ, quia dependentia à Deo est de essentia entis participati; ita & productio, seu emanatio passiua formæ vitalis à principio viuente, non quidditatiua esse nequibit propter essentialem dependentiam formæ vitalis à principio coniuncto.

Tollitur vltra.

Atqui dependentia vitæ actualis ab agente intraneo est ipsamet productio passiua qualitatis vitalis; igitur & emanatio talis formæ à facultate vitali erit de quidditate qualitatis viuæ: ac proinde vita actualis per suam essentiam effluet à principio intraneo & viuenti.

Argui. quòd si qualitas per suã essentiã nõ effluet à principio viuo, nõ esset vitalis proximè.

23 Deinde; si qualitas vitalis essentialiter non imbiberet emanationem à principio vitali; nec essentialem immediatamque dependentiam ab huiusmodi principio importaret; sed tantùm accidentalem, & mediatam, eam nimirum, quæ qualitati accederet ab emanatione realiter condiscreta. Igitur qualitas non esset immediatè viuens, sed mediatè; sicut nec pronuntiatur immediatè, sed mediatè dependens à principio vitali; medio nimirum, aut intercedente eo influxu realiter distincto, qui productio passiua appellatur.

Premitur op positio exmediata dependentia

Quia cum tota ratio vitæ actualis hauriatur à radicali principio viuenti; eatenùs trahitur ab illo ratio vitæ, quatenus astruitur depẽtia à principio cõiuncto: igitur forma illa, quæ mediatè tãtùm dependet, per se ipsam & immediatè non viuit.

Inflatur vita ex creatione passiua

24 Adde; quòd si creatio passiua esset realiter distincta à creatura; ens creatum non esset immediatè, & per suam essentiam pendẽs à Deo; sed medio influxu á creatura realiter distincto; igitur, si emanatio passiua est extra quidditatem qualitatis viuæ; ita & dependentia erit extra essentiam talis qualitatis.

Ac proinde non repugnaret produci á Deo aliqua qualitas vitalis, quæ non præseferret habitudinem ad principium efficiens intraneum, sed tantùm ad causam extrinsecam, videlicet ad Deum: quod probabile esse contendit Franciscus de Zuñiga, *in suo tractatu de Trinit. disp. 1. de verbo & amore creato, dub. 7. memb. 4. numer. marg. 2.*

Sequeretur quòd esse possibiliqualitas vitalis, quæ nõ referret habitudinẽ ad principiũ efficiens intraneum Zuñiga

25 Vt autem rem paucis absoluamus; præmitto ex doctrina, & schola Scoti; actionem non esse dependentiam effectus ab agente; vt Thomistæ contendunt, qui actionem in passo constituunt, tanquam formam, per quam terminus actualiter ab agente pendeat. Quia (vt apud Scotum est indubitatum.) *Actio nil aliud est quàm forma ea, per quam contrahitur potentialitas, & indeterminatio agentis, vt transeat de esse principij potentialis, seu in actu primo, ad esse agentis in actu secũdo*; quæ contractio, cùm sit effectus formalis intrinsecus, nec à virtute agendi præstari queat, siue à facultate agentis in actu primo spectata; consequens est, vt aliam formam intrinsecam exposcat.

1. obseruat. ère

Quis sit effectus formalis actionis de sensu Scoti

Quare, cum ab aliquibus philosophis asseritur actio quòd sit dependentia effectus ab agente; non formaliter sed illatiuè & causaliter interpretandi sunt; de depẽdẽtia nimirũ effectus, quæ ad actionem consequatur; non tamen ea ratione, vt actio sit causa formalis intrinseca huiusmodi dependentiæ in effectu.

Actio est depẽdẽtia effectus ab agẽte, in sensu causalis, nõ formalitatis intrinseco.

Quia sicut actio nec in passo, nec in termino recipitur apud Scotum; ita nec ratio intrinseca, & formalis esse valet huiusmodi habitudinis dependentiæ, quam effectus importat ad suum principium.

Ratio præmissi asserti

His igitur de actione in tota communitate sua stabilitis; ad vitalem actionem descendendo consequenter pronuntiamus; actionem productiuam qualitatis viuæ non esse eam, quæ ab aduersarijs productio passiua appellatur, & quæ sit intrinseca ratio dependentiæ effectus vitalis à principio viuente; cùm actio vitalis non constituatur vt sit forma termini producti, sed vt contrahat indeterminationem & potentialitatem agentis vitalis; vt liquet ex dictis.

Cõsectarium de actione vitali.

26 Secundò; suppono id, quòd

2. obſeruat. pluriſicatur actionem iuxta pluralitatẽ agentium

ex præmiſſo manifeſta conſequutione depromitur; quod cùm actio ſit forma intrinſeca agentis, & conſtitutiua eius in eſſe actualiter cauſantis; quoties multiplicantur agentia inter ſe ſubordinata, & connexa ad eiuſdem actus vitalis productionem, etiam diuerſificatur actio. Exempli gratia: ad viſionem ſupernaturalem Dei concurrũt intellectus, & lumen gloriæ ex parte potentiæ, & concurrere etiam poſſet ſpecies impreſſa creata, ſi Deus eam menti immittere vellet; in qua hypotheſi, ſicut dantur tria agentia, etiam & tres actiones neceſſariò aſtruendæ eſſent. Cùm autem actio inferat dependentiam in effectu, quem elicit; etiam tres habitudines dependentiæ in actu viſionis reſpectu comprincipij triplicis aſſignandæ forent. Sed de his latiùs in controuerſia de omnipotentia agẽtes de actu facultatis exequentis, an ſit quid creatum, vel increatum?

Impugnatur doctrinæ præcedens

Sed oppones contra præmiſſa, quòd ſi iuxta pluralitatem agentium multiplicarentur actiones ipſis agentibus intrinſecè compoſitæ; ſequeretur quòd phantaſma concurreret ad effectionem ſpeciei intelligibilis per actionem diſtinctam ab actione intellectus agentis; quo ſuppoſito arguta hæc contra noſtram ſententiam inſtruitur oppoſitio.

Quia aut concurrit actione ſpirituali? Et hoc implicat ſuppoſitis principijs Scoti de intrinſeca compoſitione actionis ad ipſum agens; aliàs enim actio ſpiritualis inhæreret agenti corporeo; inſuper & otioſa euaderet actio alia ſpiritualis ſubiectata in intellectu agente; ſiquidem actio phantaſmatis eſſet intrinſecè ſpiritualis, & repræſentatiua (*vt quo*) ac proinde illi reſpondere poſſent omnia prædicata ſpiritualitatis, & repræſentationis, quæ ſpectantur in ſpecie impreſſa. Aut actio phantaſmatis in illo intrinſecè ſubiectata eſſet materialis? Et ſequeretur id abſurdi, quòd agens corporeum, vt ſubſtratum actioni corporeæ, attingeret effectum merè ſpiritualem; quod videtur toto cœlo aberrare ab omni philoſophia.

Dilutio oppoſitionis

Sed ictus facili negotio corruit præmiſſis his, quæ de cauſalitate actionis obſeruauimus: eius functionem nõ eſſe, quòd ſit fieri termini, vel actus paſſi inquantum eſt in potentia ad terminum; ſed contrahere potentialitatem agentis, vt tranſeat à ratione agentis potentialis ad rationem agentis in actu ſecundo; qua contractione præſuppoſita in agente, ex vi actionis intrinſecè compoſitæ; in ſequenti ſigno naturæ erumpit ab agente, influxus vel motus, qui eſt fieri termini, & actus paſſi, vt eſt in potentia ad terminum.

Influxus debet adæquare gradũ phyſicũ effectus non actio eius?

Quo prælibato dicimus; quòd actio phantaſmatis compoſita intrinſecè phantaſmati, eſt corporea; influxus autem productiuus ſpeciei intelligibilis, & actus ſubſtrati ſpiritualis, nimirum facultatis intellectiuæ, eſt ſpiritualis; cùm motus recipiatur in eodem ſubſtrato, in quo recipitur terminus.

Nil autem obſtat, quòd agens corporeum compoſitum actioni materiali eliciat influxum ſpiritualem, inquantum euehitur ab agente, vel comprincipio ſpirituali; ſicut nec reputarem inconueniens, quòd facultas natiua, etiam per actionem, quæ non eſſet intrinſecè ſupernaturalis, eliceret influxum intrinſecè ſupernaturalem, vel fieri ſupernaturale qualitatis ſupernaturalis; inquantum vis natiua eleuatur ab habitu infuſo intrinſecè ſupernaturali. Quia non expoſcitur, quòd actio ſit eiuſdem ordinis, & gradus phyſici cum termino; dummodo influxus, vel fieri termini, adæquet phyſicum gradum formæ productæ; eò quòd actio, (cùm non ſit actus paſſi, nec fieri termini, ſed ſola contractio agentis in actu ſecundo) non debeat exæquare ordinem, & gradum phyſicum formę productæ; ſed proportionari agenti, dum illud contrahit, ſeu trahit à ratione entis in potentia ad rationem entis in actu.

Alia excurſio obtrapræmiſſa.

Cæterum, vrgebis; talem contractionem agentis per actionem realiter diſtam ab ipſo fieri termini, omnino otioſam exiſtere, cum potentialitas agentis expeditè contrahatur per ipſum fieri termini, vt effluit ab agente; igitur commentitia eſt ea appoſitio formæ intrinſecæ in agente, quæ vocatur actio ab Scoto, & relatio extrinſecus aduenies; ſiquidem ab influxu recepto in paſſo contrahitur indeterminatio, & potentialitas agentis in actu primo, & repugnet philoſophiæ

in

in casum entitates multiplicare.

Obtunditur obiectio

Respondeo; quòd cùm contractio principij ad rationem agentis in actu secundo non sit denominatio extrinseca, non debet exhiberi per formam extrinsecam; qualis est agenti motus, qui existit in passo. Quòd autem talis contractio adstruatur intrinseca, apparet magis philosophicum; sicut & consonum communi sententiæ adstruenti, principiũ efficiensnõ referri ad effectũ per denominationẽ extrinsecã, sedper intrinsecã habitudinẽ. Si ergo habitudo causæ ad effectum importat cõpositionem formæ intrinsecæ, quidni contractio agentis, & illius constitutio in ratione principij in actu secundo imbibat formam intrinsecam?

Vera sententia; & satisfactio ad quædam obiecta.

Asser. 1 actionem ipsius vitalis per suã essentiã pẽdet à principio viuo

27 Dicendum primò; vitam influxus, seu actionis vitalis, per suam essentiam à proprio principio pendere. Hanc opinor communem sententiam; quia sicut actio cuiuslibet agentis se ipsà fit; aliàs enim, si actionis daretur actio, in vltimis formis non reperiretur status; ita actio vitalis per suã essentiam effluit, ac immediatè, ab intraneo & vitali principio.

Asser. 2. qualitas vitalis nõ pendet per suã essentiam à principio viuo

Soarius. Vazquius Machinus Zuniga

28 Dicendum secundò, qualitatem vitalem essentialiter non esse effluxum, seu emanationem immediatam ipsius à principio viuo. Sic Soarez, & Vazquez locis citatis; quibus adde Machinum, 1. *p. disp.* 15 *sect.* 2 §. *Quod verò visio beatifica non sit terminus sine actione.* Et Zuñigam, *in suo opere de Trinitat. disput.* 1. *dub.* 7. *memb.* 2.

1. ratio ineficax.

Quæ assertio probatur à Soarez, Vazquez, & Machino; eò quòd fieri qualitatis viuæ, vel productio passiua eius, sit dependentia huiusmodi qualitatis à principio viuente; atqui talis dependentia realiter secernitur à qualitate, sicut & separabilis est ab illa; eò quòd qualitas ea, quæ modo pendet à principio vitali composito habitui supernaturali, posit de absoluta Dei potentia elici sine habitu supernaturali. Sed mutato principio etiam mutatur habitudo dependentiæ effectus à tali principio, adhuc superstite substantia actus vitalis; igitur talis dependentia, quæ est fieri seu productio passiua qualitatis viuæ, ab ea realiter secernitur; ac proinde per suam essentiam à principio vitali non effluit.

Refellitur ratio Soarij & Vazquez.

Verùm; prædicta ratio firma non apparet, immo & manifestè conuellitur ex his, quę num. 26. obseruauimus. Quia sicut in comprincipijs eiusdem actus vitalis datur multiplicitas actionum propter pluralitatem agentium; ita & pluralitas habitudinum dependẽtiæ necessario autumanda est ad diuersa cõprincipia, salua identitate eiusdẽ actus vitalis.

Data pluralitate actionũ in cõprincipijs qualitatis vitalis corruit ratio præcedẽs

Igitur responderi posset ab aduersarijs; quòd in ea hypothesi, quòd Deus auferret aliquod comprincipium extrinsecum visionis, nimirum habitum, aut speciem (voco principium extrinsecum, prout opponitur intraneo & vitali) licet tolleretur modus dependentiæ ab illo principio extrinseco; adhuc relinqueretur substantia actus vitalis per suam essentiam pendens à principio intraneo; quatenùs ex vicissitudine, & mutatione habitudinum, quæ respondent non vitalibus principijs, non tollitur realis identificatio actus vitalis cum illo modo dependentiæ, qui spectat principium intraneum. Sed hæc dependentia est, quæ ab aduersarijs appellatur productio passiua huiusmodi qualitatis; igitur qualitas, à quidditate sua, importat actionem seu effluxum à principio vitali.

Firma ratio ex cõmuniori sententia astruente quòd qualitas vitalis produci queat à solo Deo

29 Quare; aliter nostra sententia fulcienda est. Quia qualitas vitalis de potentia Dei absoluta produci valet sine concursu facultatis intraneæ, vt astruit ferè communis Theologorum consensus; licet enim subdubiret, an in ea hypothesi sine elicitiuo influxu principij vitalis posset per qualitatem à Deo immissam vitalis potentia in obiectum conari? constanter tamen recipit, talem qualitatem à Deo produci posse. Atqui, si immediatè, & per suam essentiam efflueret à principio vitali, elici non posset a solo Deo; sicut ob eamdem rationem actio vitalis a

Deo

Deo produci nequit, eò quòd, à quidditate ſua, ſit pullulatio quædam à principio intraneo: igitur qualitas vitalis eſſentialiter non eſt actio, ſiue immediatè non effluit à principio viuo, ſed mediante influxu à tali qualitate realiter condiſcreto.

Nec forma modalis pendet per ſuã eſſentiam a principio, exepta ſola actione

30 Deinde; quòd actus vitalis non eſt forma modalis, ſed entitatiua, & actualiſsima, vt ferè omnes ſupponunt communiter; & eſtò quòd eſſet forma modalis, nullus aſsignari valet modus, qui eſſentialiter ſit ſuum fieri; vel qui per ſuam eſſentiam pullulet ab agente, nulla actione, vel cauſalitate media, præter actionem ipſam, in qua ſit ſtatus tanquam in vltima forma, ne in infinitum procedatur. Vbicatio enim, vnio, & ſic de alijs modis realitatis modiciſsimæ, mediis veris influxibus realiter diſsitis ab efficiẽte eliciũtur; igitur irrationabiliter aſtruitur qualitas vitalis, quæ per ſuam eſſentiã, nulla alia realitate media, à ſuo principio emanet.

Probatio, quia ſalvetur vitalitas qualitatis, quãuis nõ pẽdeat per ſuã eſſentiã à principio viuentis.

Præterea; quòd ſi oppoſitum placitum excogitatum videatur ad ſtabiliendam iugem dependentiam qualitatis viuæ à principio animato; hæc aſtrui poteſt abſque eo quòd talis qualitas eſſencialiter ſit ſuum fieri; cùm lux per ſuam eſſentiam non effluat à corpore luminoſo, ſed media actione illuminatiua, à qua dependet in eſſe fieri, & conſeruari. Igitur, cum qualitas vitalis in tota abſtractione ſua ab inanimatis formis diſsideat in hoc, quòd abſque influxu principij viuentis nec fieri, nec conſeruari, queat connaturaliter, ſed tantùm præter naturaliter, & de abſoluta Dei potentia; voluntariè commini ſcuntur oppoſitæ opinionis aſſertores, quòd qualitas vitalis eſſentialiter ſit ſuũ fieri, vt dependentiam huiuſmodi vitalis formæ à ſuo principio ſtabiliant. De quo vide infra, *ſub n. marg.* 39. Sed noſtra ſententia luculentiùs ſit manifeſtabitur ex oppoſitarum rationum diſſolutione.

Oſtenditur ex Scoto quòd operatio vitalis nõ imbibit actionẽ de prædicamẽto actionis Scotus

31 Quod vltra confirmatur ex Scoto, *in 1. ſentent. diſtinct. 6. quæſtion. vnica, §. Aliter reſpondeo ſic, ſub numer. marginal.* 4. editionis Cauelli. Vbi ſubijcit.

Quòd actio in creaturis vno modo accipitur pro actione de genere actionis alio modo pro actu ſecundo, qui eſt qualitas abſoluta: ſicut expoſitum eſt prius diſtinctione 3. quæſtion. vltima, in reſponſione ad tertium argumentum principale. Vnius ergo potentiæ tantùm eſt vnus actus, loquendo de hoc actu tantùm, vel illo tantùm; vnius tamen potentiæ poteſt bene eſſe duplex actus, quorum vnus ſit de genere actionis, alius de genere qualitatis: ſicut intellectus noſter pro actione de genere actionis habet gignere verbum, habet tamen alium actum de genere qualitatis, ſcilicet illam notitiam genitam. Ita in propoſito, intellectus diuinus habet vnum actum correſpondentem intellectioni noſtræ, quæ eſt qualitas, quo ſcilicet actu intellectus patris formaliter intelligit: habet etiam actũ correſpondentem actui de genere actionis, quo ſcilicet exprimit verbum.

Probatio ex Scoto cõtra Hurtadum.

Quæ Scoti doctrina proſternit fundamentum Petri Hurtadi, quo ſuffultus molieˊbatur, omnem vitam in actu ſecundo tranſcendere actionem; eò quòd reſpondeat virtuti, ſeu facultati vitali, quæ eſt poteſtas in actu primo ad actionem, & qualitatem. Cùm oſtendat Scotus, eidem principio elicienti adſcribi duos actus ſe ſe non tranſcendentes; alium de prædicamento actionis alium de ſolo prædicamento qualitatis; quod & in potentia calefactiua oſtẽdimus perſpicuè agentes contra Hurtadum *ſupra ſub numer. margin.* 16. neque enim ex eo quòd vis calefactiua eſſentialiter exprimat poteſtatem effectiuam circa calefactionem, & calorem ſequitur quòd calor ſit calefactio, aut quod vterque actus ſecundus, de genere actionis, & de genere qualitatis ſe ſe tranſcendant, aut imbibant eſſentialiter.

Ad 1. oppoſitionem magis pẽdet creatura à Deo, quã qualitas vitalis à principio viuo

32 Ad primam oppoſitionem, ex numer 22. data maiori illa, quæ præmittit actionem eſſe dependentiam effectus ab agente; quam interpretandam in ſenſu illatiuo, ſeu cauſali, non verò formali docuimus ſub numer. 25. Inficiamur paritatem inter dependentiam qualitatis vitalis à principio viuente; & dependentiam creaturæ à creatore. Creaturæ enim ita eſſentialis eſt dependentia actualis a Deo, vt ſine creatoris influxu nec eſſe, nec conſeruari, valeat, quod ſecùs ſit in dependẽtia qualitatis viuæ, quã ſaltim præternaturaliter, ſeu in præternaturali ſtatu, ſine elicitiuo

prin

principij vitalis influxu diuinitùs ſubſiſtere poſſe, aſſeueramus; de quo vide infra n. 34.

Obſerua ordo comprincipijs operationis vitalis

Ex quo principio, quod apud Scotum, & eius ſcholam eſt omnino indubitatum; quòd actio non ſit forma intrinſeca paſsi, nec ratio formalis, & intrinſeca dependentiæ termini ab agente (licet agens compoſitum actioni, ſicut exerit influxum receptum in paſſo ita eſt ratio dependentiæ paſsi, & termini ab agente, in ſenſu illatiuo & causali) manifeſtè colligi cenſuimus, quòd iuxta pluralitatem comprincipiorum operationis vitalis, plurificantur actiones.

Cõſectarius actio effluit à ſolo cõprincipio; ſeu influxus ab omni cõprincipio operationis vitalis

Vnde etiam infertur; quòd licet influxus productiuus qualitatis vitalis ſit vnicus, & indiuiduus elicitus ab omnibus comprincipijs operationis viuæ, (ſicut & qualitas vitalis tota, & ſecundùm omnẽ gradum ſui profluit ab omnibus comprincipijs, quæ non ſunt partialia partialitate effectus, ſed partialitate cauſæ, vt appellant,) attamen actio, quæ diſtincta eſt in quolibet comprincipio, à ſolo ſuo principio elicitur cui & ſoli componitur tanquam forma intrinſeca.

Ex quo ſequitur, quòd actio phantaſmatis cùm ſit corporalis (vt potequæ corporeo agenti inhærens) à ſolo phantaſmate elicitur; quod aliter ſit de influxu, vel fieri ſpeciei inteligibilis; ſicut enim ens ſpirituale eſt, & in intellectu receptum, ita ab vtroque comprincipio efficitur, ſcilicet à phantaſmate vt eleuato ab intellectu agente. Quamobrem *& ſub numer.* 26. aſſeruimus, non requiri ad actionem quòd adæquet gradum, & ordinem ſui producti; quod tamen exigi ad rationem fieri vel motus, pronuntiauimus; imo & id concinnum, & cohærens cenſeo doctrinæ Phyloſophi, apud quem actio ſubſtantialis eſt accidẽs de prædicamẽto actionis; cùm tamen aliter ſentiendum ſit de fieri productiuo ſubſtantiæ, quod reducitur ad gradum & ordinem ſubſtantiæ.

Ad cõfirmationẽ; licet qualitas per ſuã eſſentiã ſi effluat à principio viuẽte, eſt immediatè viuens.

33 Ad confirmationem *ex numer* 23. dicimus, quòd licet qualitas vitalis non ſit immediatè dependens à principio viuo, ſeu immediatè effluens ab illo, ſed mediante actione realiter conſecreta; adhuc eam non mediatè, & extrinſecè vitalem, ſed immediatè & intrinſecè viuam pronuntiamus: eò quòd ad vitam qualitatis haud neceſſaria ſit ea immediata affixio & coniunctio ad vitale principium, quam expoſcit vita actionis.

Excutitur argutia oppoſitio

Si verò inſtes; quòd vitalitas congruit qualitati mediante actione; ergo non immediatè & intrinſecè. Diſtinguo; mediatè in genere cauſæ efficientis concedo; in genere cauſæ formalis nego. Quatenus in genere cauſæ efficientis intercedit influxus, quo medio hauritur vitalitas qualitatis à principio viuo; ſed hæc non eſt mediatio in genere cauſæ formalis; eò quòd qualitas vitalis, à propria ratione formali, & quidditate ſua, vitalitatem nanciſcatur, ſicut & habitudinẽ dependentiæ in eſſe fieri, & conſeruari à principio intraneo.

Optima inſtantia

Si autem aliquid præſtaret obiectio; etiam obtineret, Petrum eſſe hominem mediatè, eò quòd humanitatem à generante, medio influxu realiter diſcreto, trahat in genere cauſæ efficientis; quam tamen, à quidditate ſua præſefert & immediatè in genere cauſæ formalis.

Pro dilutione vltimæ oppoſitionis diſcutitur, qualiter creatio paſsiua ſecernatur à termino creationis?

Ad alterã obiectionem ſæpiſſime

34 AD Alteram oppoſitionem *ex numer.* 24. diſparem eſſe rationem de creatione paſsiua, ſiue de habitudine actualis dependentiæ, quam importat ens creatum; ac de dependentia actuali qualitatis vitalis à principio viuo. Quia creatio paſsiua, ſeu actualis dependentia creaturæ à Deo tanquam à principio actualiter influente, & conſeruante eſt inſeparabilis ab ente participato; actualis verò habitudo dependentiæ à principio, & facultate vitali tanquam ab influente, & conſeruante, ſeparabilis eſt à qualitate vitali; vt liquet in ea hypotheſi, quòd Deus

qua-

qualitatem vitalem ſine vllo influxu elicitiuo principij viuentis produceret & conſeruaret.

Implicat qualitas vitas, quæ non exigat elici à principio intrinſeco

Quod verò opponitur de poſsibilitate alicuius formæ vitalis ſine vlla exigentia connaturali principij viui; & cum ſola connotatione, & habitudine ad principium extrinſecum, ſcilicet Deum; eſt alienum ab omni philoſophia. Aliàs corrueret tota vitæ diffinitio, & ratio diſcernendi inter viuas, & inanimas formas; quare abijci debet ſingularis illa opinatio Franciſci de Zuñiga, quem citauimus *ſub numer.* 24. fieret enim, vt omnes habitus per ſe infuſi aſtrui poſſent qualitates vitales.

Zuniga

In quo ſenſu ſit verũ quòd creatio paſſiua identificetur cũ ente creato?

Illud tamen obiter reſtat expendendum; quòd quando aſſerimus, creationem paſsiuam, ſiue dependentiam creaturæ à Deo, eſſe in ſeparabilem ab ente creato, dependentiam verò qualitatis vitalis à principio viuo ſeparabilem eſſe; tantùm intendimus, quòd nulla creatura conſeruari queat, etiam de abſoluta Dei potentia, abſque aliquo influxu creatoris in genere cauſæ efficientis, ſicut qualitas viua ſuperſtes eſſe valet, nõ intercedẽte aliqua actione principij vitalis.

Dependentia fundamentalis nõ diſtinguitur à termino creationis.

Non tamen autumamus, dependentiam formalem à creatore, quæ appellari ſolet creatio paſsiua, identificari cum ſubſtantia cuiuslibet termini creationis; cũ ſeparari queat ens creatũ à modo illo, per quẽ actu, & formaliter pẽdet a Deo. Vt in opinione aliquorũ ſi Angelusqui de facto per actionẽ creatiuã ſubſiſtit, produceretur à Deo per actionẽ aliquam tranſubſtantiatiuam, qua ſubſtantia panis conuerteretur in Angelum, tunc alia eſſet dependentia in Angelo; euidens enim diſcretionis realis ſignum aſſeritur, quod ſeparationem ſuſtinet extremorum.

Elucidatur doctrina præcedens

Quare, axioma pronuntians; ens participatum per ſuam eſſentiam pendere à Deo, itaut dependentia à creatore non ſit extra ſubſtantiam entis participati; tantùm procedit de depẽtia fundamentali, quæ inſeparabilis eſt à ſubſtãtia termini, & quæ eſt ſubſtratũ dependentiæ formalis.

Cõfirmatur à ſimili.

Simili ratione, qua Petrus per ſuam ſubſtantiam exprimit conuenientiam, & identitatem fundamentalem cum Paulo in ratione hominis; formalem verò per relationem prædicamentalem realiter diſtinctam à ſubſtantia ſubſtrati. Neque ex hoc, quòd creatura eſſẽtialiter ſit ens ab alio; ſequitur quòd per ſuam eſſentiam tranſcendat modum dependentiæ formalis; ſed quòd ſit ſubſtratum talis modi dependentiæ, iuxta ſpeciem actionis diuinæ, quam terminat. Sicut nec ex hoc quòd Petrus referat conuenientiam eſſentialem cum Paulo ſequitur, quòd conuenientia formalis, quam præſtat relatio, congruat coextremis per ſuam ſubſtantiam ante pullulationem relationum; cùm à quidditate ſua conuenientiam fundamentalem tantùm exprimant. Sed de diſtinctione reali modi dependentiæ entis creati, à ſubſtantia termini creationis; adi Soarium, *in ſua Metaphyſica, tom.* 1. *diſp.* 20. *de creatione. ſect.* 5 §. *Dico tertiò, numer. marg.* 15.

Soarius

Obijcitur quòd terminus creationis ſit eſſentialiter ens ab alio

Nec nos perſtringit illa oppoſitio; quòd terminus creationis, ſecluſo quolibet alio ante intellectum diſtincto, eſt ens ab alio, vel participatum; ergo ante intellectum non ſecernitur à modo illo formalis & actualis dependentiæ à Deo.

Iãrũ obtinet quòd entitas immediatè termi net actionẽ creatiuam.

Quia, ad hoc quòd creatura eſſentialiter ſit ens ab alio, vel participatum, nil aliud exigitur, niſi quòd immediatè, & per ſuam eſſentiam terminet creationem actiuam, quæ eſt ipſamet volitio increata, vt obit munus cauſalitatis ad extra facultatis diuinæ exequentis; non tamen expoſcitur, quòd modus dependentiæ formalis, qui ſeparari poteſt à ſubſtantia creaturæ (dum aliter produci valet,) identificetur realiter cum ſubſtantia termini creationis.

Oppoſitio vrgẽs in termino creationis ſecundũ potentiam obedientialẽ

Si autem obijciat quis; quòd creatio paſsiua inſeparabilis ſit à natura, quæ à ratione ſua intrinſeca exigat, quòd ſit terminus creationis, vt patet in Angelo; quò fit, vt eſto quòd Angelus produceretur per actionem tranſſubſtantiatiuam conuertentem ſubſtantiam panis in Angelum; adhuc Angelus penderet a Deo per creationem paſsiuam illi identificatã realiter. Siquidem, etiam vt terminus illius tranſubſtantiationis, producere tur ex nihilo, addita tantùm connotatione, vel ordine ad ſubſtantiam panis deſinentem eſſe, vel deſtructã; quæ

habi

habitudo ad non eſſe paris ſicut extrinſeca eſt productioni Angeli ex nullo ſubiecto præſuppoſito; ita nec tollit, quòd dependentia intrinſeca Angeli à Deo, & identificata ipſimet Angelo, vocetur & ſit creatio paſsiua; addita tantùm relatione ordinis ad ſubſtantiã conuerſam in Angelum.

Inſtatur in tranſubſtantiatione paris in Angelum.

Sed dato quòd actio illa, qua produceretur Angelus per tranſubſtantiationem, non eſſet diſtincta à creatione actiua; nec creatio paſsiua Angeli, ſeu dependentia illa, qua Angelus, vt terminus creationis, pendet à Deo, non eſſet realiter diſtincta à dependentia eiuſdem Angeli à Deo inquantùm eſſet terminus actionis tranſubſtantiatiuæ; adhuc tamen vitari nequit realis diſcretio inter formalem dependentiam illius naturæ, quæ à ratione ſua connaturali, & intrinſeca, non exigat produci per creationem, ſed per eductionem.

Dependentia albedinis à Deo diſtinguitur realiter ab albedine.

Quia de facto dependet albedo à Deo per dependentiam eductiuam, & tamen ſalua identitate numerica eiuſdem formæ, potuit à Deo pendere per creationẽ; ſed in illa hypotheſi ammitteret dependentiã formalẽ eductiuã & ſufficeretur loco, & vice eius illa dependentia formalis creatiua, quæ appellatur creatio paſsiua; igitur dependentia illa formalis, per quam actu dependet à Deo terminus eductionis, realiter diſtinguitur ab ipſa re; dum ſalua identitate numerica talis formæ, poteſt eſſe terminus creationis; licet nõ exigat talem dependẽtiã, à ratione ſua intrinſeca.

Legitima interpretatio textus Scoti de creatione paſsiua

Sicque intelligendum, & interpretandum æſtimo Scotum, dum vult; quòd creatio paſsiua, dependentia formalis entis creati à Deo creante, vel relatio ad creatorem, non diſtinguatur realiter a termino creationis. Procedit enim Scotus in ea creatura, quæ à ſua ratione intrinſeca vendicat quòd ſit terminus creationis, itaut nullatenus effici queat niſi ex nihilo; (cuius modi ſe gerunt Angelus, & habitus ſupernaturales eſto quòd ſint formæ accidentariæ, ſi quidem illis obſtat ob prædicatum ſupernaturalitatis, quòd fiant niſi per creationem,) in quibus non eſt diſtincta, ſicut nec ſeparabilis dependentia à Deo per actionem creationis.

Nota præcreationeforma materialis

Quod ſecùs ſit in ente quod terminat creationem pro mera obedientialitate paſsiua ad Deum, non tamen iuxta ſuæ naturæ exigentiam; vt liquet in creatione præternaturali, & miraculoſa formarum, quæ à ratione ſua intrinſeca expoſcunt, quòd ſint termini eductionis; eò quòd intra paſsiuam ſubſtrati poteſtatem præhabeantur. De quo nos aliquid *in controuerſ. 6. de immenſitate Dei, art. 1. numer. margin. 5.* In præmiſſa enim hypotheſi creationis albedinis, verbi gratia; ſicut poſſet albedo, ſalua identitate numerica formæ, produci per eductionem, taliter exigente natura eius; ita & ſepararetur realiter à creatione paſsiua, ceu dependentia per creationem.

Si autem alicubi appareat aſtruere, quòd dependentia à Deo creante non ſit realiter diſsita a natura entis, quod iuxta exigentiam connaturalem non expoſcebat fieri per creationem; interpretationem excipit Scotus de dependentia fundamentali, quæ nullatenus ſecernitur à ſubſtantia termini producti; (& quæ etiam vocari poteſt creatio paſsiua, quatenus immediatè efficitur à creatione actiua,) non tamen de dependentia formali, quæ ſeparari poteſt à ſubſtantia termini, dum aliam terminat actionẽ pro nutu Dei, imo & ſecundùm potentiam naturalem.

Comparatio vitæ actualis ad ſubſtratum, ſeu ad cauſam materialem diſcutitur.

Opinio autumãtium, qualitatem vitalẽ per ſuã eſſentiã cõponi ſubſtrato viuenti

QVIA Vita actualis, vt ex dictis conſtat, partitur in vitam actionis, & qualitatis; de vtraque diſſerendum eſt, qualiter ad ſubſtratum referatur; an per ſuam eſſentiam, & immediatè; an verò mediatè?

Zuñiga

35 In qua re; Zuñiga *in ſuo opere de Trinitate, diſput. 1. dub. 9. membr. 2.* autumat; omnem qualitatem vitalem per ſuam eſſentiam proprio ſubſtrato componi; ita vt actualis coniun-

ctio qualitatis viuæ cùm potentia ſit de quidditate eius. Et ex parte fauent huic placito, illi qui autumant, qualitatem vitalem per ſuam eſſentiam pendere à facultate vitali in genere cauſæ efficientis; quia non minor videtur connexio formæ vitalis cum principio viuo in genere cauſæ materialis, quã efficientis.

Adhæret etiã Hurtado.

Et expreſſè eam videtur ſuſtinere Petrus Hurtadus, vt liquet ex prælibatis *ſub numer. 6.* dum vult, quòd tam paſsio, & receptio motus viui, quàm paſsio ſeu receptio qualitatis vitalis, ſit de eſſentia operationis viuæ, vt viuæ exiſtit.

Probatur eò quod attentio vitalis per ſuam quidditatem componatur ſubſtrato viuo.

Et probatur; quia qualitas vitalis, à quidditate ſua, eſt attentio facultatis viuæ in obiectum; ſed attentio ita eſſentialiter affixa eſt facultati attendenti; ſicut vbicatio vbicato; vnio extremo vnibili, & ſic de cæteris formis modalibus, quarum concretio ſeu compoſitio ad ſubſtrata eſt de quidditate illarum; igitur.

Minor probatur; quia ſi attentio per ſuam eſſentiam non eſſet compoſita facultati attendenti; poſſet dari attentio vitalis extra animam, quæ eſt radicale principium totius conatus viui, & extra omnem facultatem vitalem ſaltim de potentia Dei abſoluta. Sicut ſi vnio, etiam à quidditate ſua, non eſſet concreta extremo vnibili; ſeparari poſſet diuinitùs ab illo. At prorſus inintelligibilis apparet attentio, quæ importat terminationem actualem potentiæ tendentis in obiectum, quod attingit intentionaliter, ſine ipſa potentia, & ſine anima, quæ eſt fons omnis vitalis terminationis in obiectum; igitur actus vitalis per ſuã eſſentiam principio vitali cohæret.

Aliæ ratio ex inſeparabilitate impulſus à facultate impulſiua.

36 Deinde; prædictum placitum ſpecialiter ſuadetur de qualitate impulſiua ſic. Si qualitas appetitionis, ſeu impulſiua inclinationis in obiectum, à quidditate ſua, non eſſet compoſita principio intraneo; fieret, vt Deus poſſet huiuſmodi qualitatem extra ſubiectum creare, (quod dant ingenuè oppoſitæ ſententiæ aſſertores;) igitur poſſet etiam Deus talem impulſum volitionis Petri, verbi gratia, immittere voluntati, nulla præmiſſa cognitione eiuſdem Petri. Sed cauſa formalis proprio ſubſtrato compoſita nequit non exhibere illi ſuum effectum formalem; igitur poſſet voluntas in obiectum ferri per inclinationem proſequutionis appetitiuæ, nulla exiſtente cognitione obiecti; quod videtur prorſus falſum, & ab omni philoſophia alienum. Vt ergò inconuenientia iſta vitentur, aſſerendum erit; formam appetitionis ita, á quidditate ſua, intraneo principio cognoſcitiuo cohærere, à quo effluit; vt nequeat a Deo nec extra ſubiectum produci; nec principio non operãti ex cognitione coniungi.

37 Attamen, in re iſta enodanda expreſſum habemus patronum Scotum, *in quæſt 13 quodlibet. §. De quarto principali dici poteſt.* Paulò ante reſponſionem ad argumentum principale, *ſub numer. marginal 32.* Vbi ſic habet.

Illa qualitas, quæ vel eſt operatio, vel includitur in operatione, non habet relationem ad ſubiectum magis eſſentialem, quàm aliæ qualitates, & ideò ſi ponatur, alias non eſſe eſſentialiter relatas ad ſubiectum, de quo non eſt modo quæſtio, nec iſta ponetur eſſentialiter relata ad ſubiectum.

Quòd ſi dicatur, iſtam eſſe in fieri; & per hoc eſſentialiùs dependere à ſubiecto quã alia quæ ſunt in facto eſſe, vel in quieto eſſe.

Reſpondeo, iſtud non variat dependentiam ad ſubiectum: ſed tantùm variat modum eſſendi ipſius formæ in ſe, vel ſaltim in comparatione ad cauſam dantem eſſe.

38 In quem textum hæc accipe obſeruanda. Primum; in illa verba. *Qualitas, quæ vel eſt operatio vel includitur in operatione, non habet relationem ad ſubiectum magis eſſentialem quàm aliæ qualitates.* Quòd ibi illas qualitates vocat operationes, quæ ſunt actiones Grammaticales; eòquòd referant modum quemdam actionis propter intentionalem tendentiam in obiectum, non tamen ſunt actiones de prædicamento actionis, ſed meræ qualitates, vt ſæpe ſæpius alibi obſeruauimus. Cuiuſmodi ſunt omnes terminationes potentiarum apprehenſiuarum, & appetitiuarum, ſiue materialium, ſiue ſpiritualium; quæ qualitates appellantur actiones immanentes, eò quòd intrà ipſarum qualitatum metas contentæ non ſint veri influxus productiui termi-

no-

norum, ſicut actiones, quæ huiuſmodi terminos eliciunt; quas de Ariſtotelis, & Scoti ſenſu actiones tranſeuntes nominauimꝰ. De quo latè in præcedéti articulo, agentes de verbo beatifico, *numar. 13. & 14.*

Scotus

Secundò adnotandũ in illa verba. *Non habet relationem ad ſubiectum magis eſſentialem, quàm aliæ qualitates.*

Qualitas vitalis nõ cõparatur magis eſſentialiter ſuo ſubſtrato quã aliæ formæ inanim.

Quòd apertè Scotus oſtendit, qualitatem vitalem non magis per ſuam eſſentiam ſubſtrato componi, quàm reliquæ aliæ qualitates entitatiuæ, quarum actualis compoſitio ad ſubiecta non eſt de quidditate illarum; cùm in hoc forma entitatiua in tota ſua vniuerſalitate à forma modali, in tota etiam abſtractione ſua, diſſideat; quòd actualis modificatio ſubſtrati ſit de eſſentiali conſtitutione modi. Sed de his adi, quæ ex inſtituto exarauimus, *in appendice Metaphyſica de diſtinctione, articul. 3. à numer. margin. 5. vſque ad 19.*

oſtenditur à vltra ex Scoto.

Quod etiam liquet ex Scoto, *in eodem quodlibeto* 13. quem textum tranſcripſimus ſupra *in articulo præcedenti* de exiſtentia ſpeciei expreſſæ Deitatis *ſub num. marg.* 11. Vbi habet ita.

Scotus

Quod igitur dicitur, intelligere eſt pati non probat, quòd ſit per ſe de genere paſſionis; ſed quòd formaliter denominat per hoc, quòd recipitur in aliquo ſubiectiuè. Vt ſit ſenſus; intelligere eſt recipere intellectionem, & recipere eſt quoddam pati.

docet Scotus paſſiones vel receptionem qualitatiuæ à in ſubiecto eſſe accidentia qualitatis

Vbi apertè docet Scotus, intellectionem per ſuam eſſentiam non componi ſubſtrato; ſi enim compoſitio ad ſubiectum viuens non eſſet realiter diſtincta ab ipſa forma intelligendi, intellectio imbiberet paſſionem, ſeu receptionem ſui in ſubiecto, itaut ſua accidentalitas ad ſubiectum non eſſet alia ab intellectione; qualiter accidentalitas relationis non eſt alia à relatione, vt oſtendimus in hoc *ar. ſub n. mar.* 6. de ſenſu Scoti.

enſtitutiũ actiõis

Fit igitur, vt licet intelligens importet formam receptam, & vnitam intellectui, non ita intellectio; itaut per ſuam quidditatem, abſque alia realitate diſtincta, componatur ſubſtrato. Quia poteſt ſeparari diuinitus intellectio ab intelligente, ſicut albedo ab albo; qualiter implicat exiſtentia relationis abſque relato.

Scotus

39 Tertiò obſerua in illa verba textus; *Quòd ſi dicatur operationem eſſe in fieri, & per hoc eſſentialiùs dependere à ſubiecto, quam aliæ, quæ ſunt in facto eſſe, vel quaſi facto eſſe.* Quòd Scotus autumat, qualitatem vitalem eſſe in fieri, non ea ratione quòd qualitas per ſuam eſſentiam effluat à principio viuo, vel quòd cointegretur ex actione & paſſione, quod de mente Scoti improbauimus *in præcedenti artic. ſub n. 16.* Doctor enim in eadẽ quæſtione *quodlib. 13. §. Sed queratur, ſub n. 25.* ſic habet.

In quo ſenſu autumet Scotus, operationẽ eſſe in fieri

Scotus

Supponendo, operationem eſſe per ſe vnam, & perconſequens vnius generis ad quod genus pertinebit? Poteſt dici, quòd per ſe eſt in genere qualitatis. Hoc probatur diſcurrendo per ſingula patet quòd non in genere ſubſtantiæ, & ſimiliter de omnibus alijs generibus, relationẽ, actione, & paſſione, præterquam de qualitate, &c. Vbi Scotus preſſè elucidat; qualitatem vitalem, quam vocitat operationem, nulla ratione importare conceptum actionis prædicamentalis; in quo autem ſenſu in præſenti textu autumarit, operationem eſſe in fieri; liquet ex his, quæ tradit in eadem quæſtione. §. *Adiſta, ad primum ſub nu.* 27. editionis Cauelli. Vbi docet in hæc verba.

Scotus

Quæ dependentia operationis à cauſa conſeruãte

Operatio habet duas conditiones in quibus conuenit cum actione. Prima eſt; quòd ſemper eſt in fieri, non dico, ſucceſſiuo, quia operatio eſt indiuiſibilis; ſed ſic in fieri, quòd in continua dependẽtia ad cauſam eandem, & ſecũdũ idem ſicut dependentia rei conſeruatæ ad cauſam conſeruantem.

Cur qualitas vitalis vocetur actio immanens?

Secunda conditio eſt; quòd operatio tranſit in obiectum ſicut in terminum, licet non accipiat eſſe per ipſam, quia præſuppoſitum in ſuo eſſe; & propter iſtas duas conditiones, poteſt operatio dici actio, ſicut propter iſtas ſignificatur Grammaticè per verbum actiuum, & propter eaſdem dicitur operatio actus ſecundus.

Breuiarẽ textus præmiſſi.

En Scotum diſertiſsimè enodantem; operationem, ſeu tendentiam qualitatis viuæ, eſſe in fieri; non quia per ſuam eſſentiam effluat à principio vitali; ſed quia pendeat in eſſe fieri, & conſeruari à principio viuo, ſicut lux a corpore luminoſo. Ita vt ſi influxus cõſeruatiuus huiuſmodi qualitatis ceſſa-

ret

ret, qualitas statim in nihilum rediderit; in quo consistit vita huiusmodi formarum, & discretio qualitatis viuæ, vt viua est, à tota collectione formarum inanimatarum, quę non pendent in esse fieri, & conseruari à principio vitali.

Corollarium de qualitate qualitatis vitalis

Quò fit, vt essentialis ratio vitæ in qualitatibus vitalibus posita non sit in dependentia actuali à principio viuo, ita vt per suas essentias pullulent à principijs viuentibus; sed in aptitudinali connexione cum principio vitali, seu in exigentia influxus vitalis ad naturalem statum & conseruationem qualitatis viuæ.

Ita vt, si diuinitus producerentur, aut conseruarentur sine influxu principij coniuncti, & vitalis; id præstaretur secundum potentiam obedientialem talis formæ; non tamen iuxta connaturalem statum eius. Quibus præmissis.

Assertiones duæ pro comparatione vitæ in actu secundo ad causam materialem; & satisfactio ad obiecta.

Assertio 1. actio vitalis per suã essentiã pendet à suo principio

40 Dicendum primò; actionem, seu influxum vitalem, per suam essentiam componi vitali, & intraneo principio. Hoc existimo commune omnium doctorum pronuntiatum; quia actio vitalis essentialiter est modus, sicut & actio, vt sic est forma modalis, & non entitatiua; modus verò, prout à forma entitatiua disidet in tota latitudine eius, per suam essentiam proprio substrato cohæret: igitur.

Assertio 2. qualitas viua per suam essentiã non componitur substrato.

41 Dicendum secundò; qualitatem vitalem per suam essentiam non componi potentiæ vitali; sic expressè Scotus loco citato. Quam existimo communem sententiam; nec enim oppositam alicui aperte probatam reperio nisi Francisco Zunigæ, & Petro Hurtado.

Zuniga Hurtadus

Quod assertum probari posset ex eo; quòd formæ apprehensionis, & appetitionis sunt perfectissimæ, & actualissimæ; sed entitas, à tota ratione, & abstractione sua, est perfectior modo: igitur formæ istæ non sunt modales, sed entitatiuæ. Atqui in communi Theologorum sensu, forma modalis, prout ab entitatiua disidet, est quę per suam essentiam proprio substrato cohæret; ergo compositio ad subiectum non est de quidditate qualitatis vitalis.

Infirma ratio pro nostra sententia.

Verùm, hæc probatio firma non est; posset enim quis inficiari, formam entitatiuam in tota abstractione sua exuperare excellentiam modalis formæ in tota etiam communitate modi vt sic; eò quòd tenacior illa affixio ad subiectum non trahatur semper à modicitate, aut tenuitate formæ; sed potiùs à quidditatiua connexione formæ cum substrato, ob quam implicet tali subiecto non coniungi.

Refellitur

Quia, sicut apud Authores, qui qualitates vitales per suas essentias à principijs vitalibus effluere, pronuntiant; talis maior connexio in genere causæ efficientis non indicat minorem huiusmodi qualitatum præstantiam, quin potiùs illarum vitalitatem demonstrat; ita quidditatiua concretio substrati vitalis nobilitatem illarum formarum prodere videtur, quam à conceptu vitalitatis trahunt.

Ratiocinatio à simili.

42 Quare nostra sententia firmanda erit ex illis Scoti verbis.

Firmior probatio Scoti

Quòd si dicatur, istam qualitatem esse in fieri, & per hoc essentialiùs dependere à subiecto quàm alia, quæ sunt in facto esse, vel quieto esse.

Respondeo; istud non variat dependentiam ad subiectum; sed tantùm variat modum essendi ipsius formæ in se, vel saltim in comparatione ad causam dantem esse.

Ex quibus talis nostræ sententiæ erumpit comprobatio.

Non est magis intima qualitati viuæ dependentia à substrato, quã ab efficiente

Non est intimior qualitati vitali habitudo ad principium viuens, vt induit causalitatem materialem, quàm effectiuam; imo coniunctior videtur formæ

vitali dependentia à viuente in genere cauſæ efficientis, quatenùs importat effluxum à principio coniuncto, quã dependentia ab eodem principio intraneo in ratione ſubſtrati & cauſæ materialis. Cùm dependencia à viuente in genere cauſæ materialis, etiam inanimatis formis congruat; habitus enim & ſpecies impreſſæ, quæ ſunt formæ inanimæ, à potentia intellectiua in genere cauſæ materialis ſuſtentantur: ſpecificus verò vitæ conceptus eluceat in hoc, quod forma vitalis in eſſe fieri, & conſeruari à principio viuo, & coniuncto pẽdeat, quod nulli formæ inanimę ineſſe valet.

Apta illatio

At, apud Zunigam, & communem ſententiam, qualitas vitalis per ſuam eſſentiam non pullulat à facultate viua; igitur nec per ſuam quidditatem facultati vitali tanquam ſubſtrato componitur. Nec enim vicinior rationabiliter æſtimari debet comparatio formæ vitalis ad ſubſtratum, quam ad efficiens; cùm hæc habitudo ſpectet ad rationem ſpecificandi, & diſtinguendi formam vitalem ab omni latitudine actuum inanimatorum.

Alia probatio ab oppoſito, ex dependentia actiua.

Deinde; quòd ideò actionem ſeu influxum vitalem per ſuam eſſentiam potentiæ vitali tanquam ſubſtrato coniungi pronuntiamus, quia eamdem actionem per ſuam etiam eſſentiam à principio vitali in genere cauſæ efficientis emanare contendimus; nec enim coniunctiorem habitudinem ad cauſam materialem, quàm ad efficientem æſtimamus; igitur, ſi qualitas per ſuam eſſentiam non effluit à facultate viua; ita nec per ſuam quidditatem illi tanquam ſubſtrato cohæret.

Satisfit vrgentiori, quia qualitas viua fit cauſa habitus non videntis per ſuam eſſentiam à ſubſtrato.

43 Vltimo, & vrgentiùs; quia nulla eſt aſſignabilis forma modalis, quæ ſit cauſa æquiuoca formæ entitatiuæ; vt patebit diſcurrenti per vniuerſam modorum collectionem. Nec enim figura, vbicatio, relatio, vnio, & ſic de aliis, entitatiuas formas eliciunt, ſed habitudines modales inferunt; nec enim ſuppetit ratio, cur effectus independentior eſſe debeat à cauſalitate ſubſtrati, quàm cauſa?

Igitur, ſi cauſa efficiens eſt modus, à quidditate ſua, ſubſtrato affixus; effectus talis modi eſſe nequibit entitas per ſuam eſſentiam non cohærens ſubiecto. Atqui intellectio actualis eſt cauſa æquiuoca habitus, quem nullus modalem formam, ſed entitatiuam aſſeuerauit; igitur intellectio nequit eſſe modus, ſed entitas; ac proinde per ſuam eſſentiam non concreta ſubiecto.

Modus nequit eſſe cauſa æquiuoca entitatis.

44 Nec oppoſitiones premunt. Ad primam *ex numer. 35.* inus inficias, ita compoſitam eſſe attentionem vitalem facultati attendenti, ſicut vbicationem vbicato, relationem relato. & ſic de cæteris; quare, & fatemur ingenuè, dari poſſe attentionem in facto eſſe, ſiue eam attentionem, quæ eſt qualitas intellectionis, ſine facultate attendente.

Satisfactio ad obiecta

Ad 1 attento nõ cõponitur ſubſtrato per ſuam eſſentiam.

Quia cum attentio ſit tendentia vitalis in obiectum, ſicut talis tendentia eſt duplex, alia in fieri, & alia in facto eſſe, nimirum, & actionis vitalis, & termini producti per ipſam; ita etiam eſt duplex attentio, alia in fieri, & alia in facto eſſe. Et ſicut tendentia vitalis actionis per ſuam eſſentiam componitur principio intraneo, à quo eſt inſeparabilis de potentia Dei abſoluta; ita & attentio actionis, à quidditate ſua, cohæret ſubſtrato. Similiter ſicut tendentiam qualitatis eſſentialiter compoſitam ſubiecto non aſtruimus, ita attentionem huiusmodi qualitatis quidditatiuè concretam potentiæ vitali probare non poſſumus.

Attentio duplex; alia in fieri, alia in facto eſſe

Quando verò vrget obiectio agens; terminationem actualem eſſe de eſſentia qualitatis viuæ; ſed actualis terminatio potentiæ in obiectum eſſentialiter actualiterque concernit potentiam; igitur qualitas viua quidditatiuè coniungitur potentiæ vitali.

Inſtatur contra noſtrum aſſertum

Reſpondetur; terminationem actualem eſſe de eſſentia actus vitalis, ſecundùm quòd actualis terminatio importat formalem ſufficientiam illius qualitatis, vt in obiectum conetur; ſiue per modum apprehenſionis, ſiue per modum inclinationis, & impulſus.

Eliditur inſtantia

Quare actualis terminatio eſt de eſſẽtia intellectionis, verbi gratia, inquãtũ

oppo-

oppositur virtuali terminationi; qualis est ea, quæ cõgruit principio actus intelligẽdi, quod nõ præfert actu formam intellectionis, sed vim ad productionem illius.

In quo sensu actualis terminatio ad obiectum sit de quidditate operationis intellectualis.

Verùm: si intellectio astruatur actualis terminatio essentialiter; prout, (*ly actualè*) non solùm exprimit actualem sufficientiam formæ, sed etiam actualẽ coniunctionem illius ad potentiam; in isto sensu intellectio non est essentialiter terminatio tendentia ve actualis potentiæ in obiectum, sicut nec concretio & compositio subiecti est de quidditate talis formæ.

Instantiæ res

Simili ratione, qua calor actu, & formaliter est calor, eo quòd talis forma, à quidditate sua, vim sufficientiamque formalem sibi vendicet ad constituendum calidum in actu, & non in potentia; attamen de quidditate talis formę non est quòd actu constituat calidum, sicut nec coniunctio illius formæ ad subiectum; similiter albedo abstracta à subiecto actu est albedo, sed non actu constituit album. Sic igitur intellectio actu est intellectio, vt potequæ nanciscatur vim potestatemque formalem ad constituendam potentiam in esse intelligentis; sed non est de quidditate illius, quòd actu constituat intelligens in actu secundo.

Corollaria ex præmissis

Quare, vt vno verbo dicatur; vitalitas operationis, seu qualitatis viuæ posita non est, nec in actuali dependentia in genere causæ efficientis, neque in genere causæ materialis, à principio viuente; sed in connexione signata siue connaturali exigentia, qua operatio exposcat elici à principio viuo, & illi componi; itavt, si aliter fiat, id præstet Deus, non iuxta exigentiam connaturalem qualitatis vitalis, sed præternaturaliter, & secundùm potentiam obedientialem qualitatis vitalis; in quo sensu de connexione, & dependentia aptitudinali, & signata, non tamen actuali, & exercita, intelligenda sunt, quæ asseruimus supra *sub numer. marginal 33.* adstruentes, operationem viuam exprimere habitudinem dependentiæ à principio viuo.

Pari ratione, qua apud Scotum lux per suam essentiam non pendet ab efficiente luminoso in fieri, & conservari secundùm actualem, & exercitam dependentiam; cùm lux conseruari queat à Deo absque dependentia actuali à principio creato; non tamen absque signata, & aptitudinali dependentia, vel exigentia luminosi ad suam conseruationem, quamuis actualis dependentia suppleatur per specialem influxum primæ causæ.

Pro eneruatione vltimæ oppositionis, expenditur; an voluntas ferri queat in incognitum per appetitionem à solo Deo immissam?

45 AD Secundum argumentum, *ex num. 36.* respõdetur, in communi sententia constitutum esse; voluntatem non posse per appetitionem à se elicitam ferri in incognitum. Cuius ea ratio est; quòd propositio intellectus nõ tantùm obit functionem facis illuminantis obiectum, sed etiam extrinsecè specificantis, & contrahentis potentiã ad determinatam, & indeterminationem appetitiuæ facultatis.

Quia cùm ipsa ex se sit prorsus indifferens vt in obiectum per motum fugæ, vel prosequutionis tendat. Item aut per impulsum amicitiæ, aut concupiscentiæ, necessariò præexigit propositionem intellectus insinuantis conuenientiam obiecti prosequendi, vel disconuenientiam obiecti fugiendi. Deide; cùm etiam intra prosequutionem metas, virtus facultatis appetitiuæ ad hanc potentialis sit ad actum desiderii, spei, &c. nec talis contractio ab intrinseca appetitus inclinatione expectari valeat; ideò necessariò exposcitur propositio intellectæ, quæ vel bonũ ardui, vel præsens, vel absens insinuet. Quia fit, vt implicatoria sit tendentia voluntatis in obiectum incognitum per actum à se elicitum; quia impossibilis est contractio indifferentiæ voluntatis ad hanc potius speciem actus, quàm alterius, nisi accedat

specificatiuum extrinsecum, quod suppeditat apprehensio intellectus.

Cæterùm; quia illa specificatio, quæ ab apprehensione trahitur, omnino extrinseca est; non apparet ratio, cur de absoluta Dei potentia suppleri non valeat? Si Deus se ipso immediatè eliciat talem speciem impulsus desiderij, spei, prosequutionis, vel fugæ, illamque formam voluntati merè passiuè se gerenti immittat? Sicut enim volitio Petri separata à subiecto esset impulsus inclinationis in Petrum, à ratione formali, & specie talis actus; ita concreta, & composita subiecto talis appetitio non posset suum effectum formalem dilectionis Petri non exhibere. Quare appetitus tali inclinationi impulsiuæ compositus cæca quadam ratione ferretur in obiectum incognitum; nec inspicio aliquam euidentem implicationem, ob quam id de absoluta Dei potentia inficier.

Voluntas merè passiuè se gerens potest terminari ad incognitum.

In quo sensu patronum habemus Dionysium, *de Mystica Theologia, capite 1. in fine.* Vbi subijcit.

Firmatur assertum ex Dionysio.

Tum demum ab his, quæ cernuntur, & ab his, quæ non cernuntur, liberatur, & in verè mysticam ignorationis caliginem irrepit, in qua omnia cognitionis subsidia deponit. Et post pauca. *Ei, qui omnino incognitus est, omnis cognitionis essistione præstantiori modo coniunctus; atq; hoc ipso quòd nihil cognoscit, mentem etiam cognoscẽdo vincit & superat.*

Imo & in hunc sensum videtur Gerson tradidisse, quòd voluntas ferri posset in incognitum, vel per actum à Deo voluntati merè passiuè se gerenti immissum; vel si Deus de potentia sua absoluta tolleret actum cognitionis, quo prælucente, voluntas produxerat suum impulsum prosequutionis, vel fugæ, circa tale obiectum; & cognitione destructa, conseruaretur facultas impulsiua propriæ inclinationi elicitæ composita. In qua hypothesi, cùm non vrgeat ea ratio de indeterminatione voluntatis vt contrahat se ad talem speciem actuum; cùm à Deo contrahatur, vel immittẽte formam; vel conseruante impulsum à voluntate cũ cognitione elicitũ; ablata cognitione & omni influxu cõseruatiuo volutatis in genere causę efficientis circa suum impulsum, in illa hypothesi, nullã inuenio rationẽ, cur id absolutæ potestati Dei veniat denegandum.

Consensit Gerson

De placito autem Gersonis, pro quo citatur Seraphicus Bonau. adstruens; *quòd per affectiones flammigeras* (vt ipse vocat) *superiùs adspirat animus per vnitiuã sapiẽtiã absq; præuia cognitione* lege Vazquium, 1. 2. *disp.* 35. *c.* 1.

Nec dissentit S Bonau.

Nec premit ea oppositio quã instruit Vazquius *in eadem disp. cap.* 2. *n. mar.* 14. quòd si (vt vult Gerson) posset conseruari appetitio, cognitione ablata; fieret, vt etiam voluntas peccare posset orbata actu cognoscitiuo.

Obiectio Vazquez.

Id inquam nõ obstat; eòquòd si volũtas cõseruaretur à Deo cõposita appetitioni prauæ, nõ peccaret; quia ibi volũtas nõ se gereret actiuè respectu conseruationis impulsus, ablata cognitione; cũ cognitione semota, nullo modo cẽseatur principiũ cõtractum voluntas neq; ad productionem actus, neq; ad cõseruationem illius in genere causæ efficiẽtis; abacto autem influxu elicitiuo tollitur ratio liberi, quæ exigitur ad actionẽ obliquã & deficiẽtẽ à regula rationis. De quo vide *n.* 48. *huius ar.*

Diluitur; nõ posset peccare voluntas terminata ad incognitum

Si autẽ insistas vltra; quòd inintelligibilis appareat viua tendentia impulsus in obiectum non apprehensum; esto quòd fingatur talis forma à Deo solo producta & composita volũtati. Quatenus appetitio nõ sit inclinatio inelicita aut põdus inanimũ, quod propẽdeat in obiectum absq; cognitione, sicut lapis grauitat in cẽtrũ; igitur implicat, quod voluntas amet Petrũ, si non cognoscatur Petrus à supposito appetente.

Alia obiectio cõtra terminationẽ voluntatis ad incognitum

Respõdeo; quòd tãtũ obtinet oppositio, quòd appetit' in illa hypothesi propẽderet & quasi grauitaret in obiectũ cæca ratione, nõ tamẽ inanimata; cùm tẽdat per eã formã, quæ à sua ratione intrinseca, & ab exigẽtia suæ cõnaturalis cõditionis, vẽdicet elici à principio intrinseco cũ cognitione, & similiter cõseruari ab eodẽ principio, cognitione perstãte. In hypothesi autẽ, in qua procedit argumẽtũ, volũtas ferretur in obiectũ nõ cognitum; nõ ita exigẽte naturali statu facultatis impulsiuæ, sed secundùm potentiam obedientialem.

Tantum obtinet quòd voluntas ferretur cæca ratione in incognitum

Non autem obijcitur aliqua vel probabilis contradictio, ob quam implicet, quòd ea contractio extrinseca, quam voluntas petit ab intellectu,

Cõtractio voluntatis ab intellectu est extrinseca & suppleibilis

sup-

ſuppleri nequeat; data hypotheſi, quòd Deus ſe ſolo valeat elicere & cõſeruare qualitatem impulſiuã abſq; vlla elicitiua cooperatione appetitus.

Oppoſitio ex præmiſſa ex Scoto.

Sed nobis obſtare videtur Scotus *in 4. ſen. diſt. 49. q. 3. §. aliter poteſt dici, & probabilius. ſub n. mar. 5.* Vbi ſuſtinet, quòd fruitiones viæ & patriæ diſtinguũtur eſſentialiter (eſto quòd eliciantur ab eadẽ potẽtia natiua volũtatis, & ab eodẽ habitu charitatis) ob diſcretionẽ ſpecificam cognitionis fidei in via & claræ viſionis in patria. Adeò enim eſſentialẽ æſtimat cognitionẽ ad abſimilem tẽdẽtiam impulſus; vt ob ſolam diuerſitatẽ ſpecificam apprehẽſionis diſtinguãtur appetitiones ſecũdũ ſpeciẽ perſtante vnitate, etiam numerica, principij efficientis adæquati, & etiam obiecti formalis; cũ eadem bonitas diuina ſit obiectum formale vtriuſque dilectionis viæ, & patriæ.

Scotus

Subdit enim Scotus; *ſi autẽ intellectio dicatur cauſa ſine qua nõ; ſaltim eſſentialiter requiritur; & tũc ſicut prius; diuerſa eiuſdẽ ſpeciei, nõ neceſſariò requirũt in cauſis aliquas alterius ſpeciei.* Quem textum latè expendimus in art. ſequenti de diſcretione ſpecifica actuũ viſionis *à n. marg. 10. vſque ad 14.*

Intellectio videtur eſſentialiter exigi ad tendentiæ voluntatis in obiectum.

Igitur, ſi intellectio apud Scotum eſt eſſentialis appetitioni, quoad inferẽdã eſſentialẽ abſimilitudinẽ actuũ facultatis appetitiuæ; & id, quod eſſentialiter exigitur, eſt inſupplebile etiam de abſoluta Dei potẽtia; reliquũ eſt, vt volũtas nequeat ferri in incognitum, etiam per impulſum à ſolo Deo immiſſum voluntati gerenti ſe merè paſsiuè.

Infringitur oppoſitio ex Scoto.

Sed præmiſſa oppoſitio nõ vrget; quã diluimus ex prælibatis pro eneruatione ſecũdi argumẽti; tãtùm enim obtinet, volũtatem nec de abſoluta Dei potẽtia ferri poſſe in incognitũ, per impulſum à voluntate elicitum.

Tertiũ vult Scotus, quòd volũtas non tendat per actũ elicitum in incognitũ

Eoquòd volũtas quolibet auxilio etiã ſpeciali ſimo intra ordinẽ gratiæ, euecta, nõ cẽſeatur cõtracta ad talem ſpeciem proſequutionis, vel fugę, aut ſecũdum affectũ amicitiæ; vel cõcupiſcẽtiæ: cũ autem implicet quòd principiũ qua potẽtiale, & indeterminatum, vel quoad ſpeciem, vel quoad indiuiduationem actuum, cõtrahat ſe, ſi non habeat principiũ talis determinationis; ſit inde vt operari nequeat volũtas niſi quatenus cõſtituitur in actu, dũ præluceat volũtati medio iudicio, qualiter obiectum ſit appetendum, vel qualiter ſit fugiendum.

Expenditur doctrina præcedens.

Qua propter & merito cẽſuimus hãc determinationẽ volũtatis à præeunte intellectione attinere ad cauſalitatem formalẽ ſpecificãtem; adquòd intellectio præſtituat volũtati obiectũ, vt circa illud operari queat; vel iuxta affectũ amicitiæ, vel cõcupiſcentiæ, vel per proſequutionẽ, vel fugã, &c. Si autẽ volũtati merè paſsiuè ſe habẽti immittatur cõcepta ſpecies formæ impulſus proſequẽtis, aut fugientis; nulla apparet implicatio, quæ ex potentialitate volũtatis erumpebat; vt volũtas cõpoſita determinatæ inclinationi impulſiuæ, ferri queat in obiectum pondere, & inclinatione determinata.

Cur volũtas contrahatur à Deo ad indiuiduum actionis?

Quòd aliter fieret in volũtate actiuè cõcurrente, ſublato principio contrahẽte ad ſpeciem actus eliciendam; ex quo etiam principio de indeterminatione voluntatis, inferimus; quòd indeterminatio voluntatis, ad tale indiuiduum actionis præ alio, (cuius potentialitatis contractionem petere nequit à iudicio, & propoſitione intellectus,) eo ipſo expoſcat præmotionem Dei etiã ad materiale peccati. De quo vide infra, *in controuer. 11. de Scientia Dei, diſt. 3. de Scientia contingentium abſolutorum, art. 6.* præcipuè, *ſub num. marg. 77.*

Reſponſio ad principalia obiecta contra vitalitatem viſionis, ſuppoſitis principijs Scoti.

Ad arg. principalia

46 EX His, quæ apparauimus, fundamentis, nec difficile erit molitiones contra Scoti doctrinam proterere; quas initio articuli propoſuimus. Ad primum ergo argumentum, *ex num. marg. 2.* quod agebat, ex inclusione eſſentiali influxus vitalis in qualitate viua inferti inſupplebilitatem huiuſmodi qualitatis per extrinſecam actionem Dei; ſatis conſtat ex his, quæ in præmiſſis euoleauimus,

Ad 1. arg. principale

de quidditate qualitatis viuæ.

47 Ad ſecundum argumentum, ex numer. 3. quod trahitur à conceptu voluntarij; de cuius quidditatiua ratione eſt, quòd procedat à principio intraneo cum cognitione. Dicimus; quòd ſicut alia eſt vitalitas actionis, alia vitalitas qualitatis; ita & diuerſa aſtruitur ratio voluntarij, quam actioni impulſiuæ adſcribimus, ab ea, quæ qualitati ipſi impulſus congruit.

Quare, ſicut de ratione actionis vitalis eſt, quòd per ſuam eſſentiam, nulla alia realitate media, effluat à principio viuente; de conceptu verò qualitatis viuæ ſola exigentia connaturalisque dependentia ab actione vitali, ita ad voluntarium actionis ſpiratiuæ, ſeu impulſiuæ, eſſentiale eſt, quòd immediatè pullulet à facultate appetente, præmiſſa cognitione, ad voluntarium verò qualitatis tantùm exigitur connaturalis exigentia principij intranei cum apprehenſione obiecti, ſine quo connaturaliter nec eſſe, nec conſeruari queat.

Verùm, quia hæc connaturalis exigentia ſuperſtes eſſe poſſet in præternaturali ſtatu illius qualitatis, quæ eſt volitio, de abſoluta Dei potentia ſine actione vitalis principij; ita nec contradicit productio volitionis, & compoſitio eius ad facultatem appetentem abſque elicitiuo influxu principij vitalis.

48 Quare; ad inſtantiam, ex *numer. quarto*, quæ in actibus prauis ios magis premere videtur. Dicimus; quòd in ea hypotheſi quòd Deus ctum prauum facultati appetitiuæ mmitteret, & quòd voluntas tali ctui compoſita Deum odio haberet; dhuc Deus nulla ratione author peccati cenſeri deberet. Eò quòd, aut oluntas, adhibita deliberatione, & idicio, per influxum à ſe elicitum onſeruaret formam illam a Deo impreſſam; & in tali hypotheſi, voluntas, ſicut liberè tanquam principium ctiuum conſeruationis illius qualitatis, Deum odio proſequeretur, ita eatæ voluntati adſcribi, & imputi deberet deformitas illius obliquitatis peccaminoſæ. Aut Deus conuaret ſe ſolo qualitatem illam odij, præpedito influxu voluntatis creatæ in talem formam, quæ, ſpectato ſuo connaturali ſtatu, ab actione potentiæ vitalis produci, & conſeruari expoſcebat; in quo caſu voluntas non peccaret; quia merè paſſiuè ſe gereret in illa tendentia vitali in obiectum.

Sed vrgebis; quòd voluntas in tali hypotheſi odio haberet Deum voluntariè; eò quòd apud Scotum forma volitionis à Deo impreſſa abſque influxu potentiæ creatæ tendat vitaliter in obiectum. Sed odium Dei eſt actus voluntarius, à quidditate, & ratione formali ſua, cùm ſit actus ſecundus voluntatis; ergo adhibita compoſitione talis formæ ad ſubſtratum nequibit non exhibere ſuum effectum formalem.

Inſiſtitur oppoſitioni quòd talis impulſus eſſet voluntarius

Reſpondetur; quòd in tali ſuppoſitione odium Dei eſſet actus voluntarius, (in quantùm voluntarium ſonat id, quòd exprimit habitudinem ad principium intraneum ob naturalem exigentiam; licet de facto in ſtatu præternaturali, & ſecundùm potentiam obedientialem non pendeat actu à principio intrinſeco,) ſed non eſſet actus liber. Ad rationem enim voluntarij in qualitate, ſeu termino actionis impulſiuæ, præſtat, quòd ſpectata ſua connaturali exigentia expoſcat elici, & conſeruari ab influxu voluntatis præmittentis cognitionem obiecti. Attamen ad rationem liberi, quæ eſt denominatio extrinſecè accedens impulſui elicito à principio intrinſeco vt compoſito iudicio, & deliberationi rationis; neceſſariò exigitur, quòd actus aut eliciatur, aut conſeruetur ab influxu facultatis appetentis cũ cognitione obiecti, & plena deliberatione. Quare, ſi voluntas creata Deum odio haberet abſq; vllo elicitiuo influxu talis potẽtiæ; ſicut merè paſſiuè ſegereret, ita nec peccaret. Vnde, ſicut odiũ Dei, qui eſt actus primò primus omnino antecedẽs deliberationẽ, licet producatur à facultate vitali, non eſt liber, (alioquin actus primò primus eſſet peccatũ) eũ tamẽ ſit voluntarius, vt potequi elicitus à principio intraneo cũ cognitione; ſic potiori iurẽ odiũ Dei voluntati merè paſſiuè ſe gerẽti immiſſum, & à creata voluntate nec elicitum, nec in genere cauſæ efficientis

Actus, non eſſet liber in illa hypotheſi ſingularis

con-

conſeruatum, licet aſſerendum ſit aliqualiter voluntarium, propter exigentiam principij intrinſeci cum cognitione, ſed non liberum; ac proinde nec peccatum.

Si autem voluntarium accipias pro eo, quod connotat agens indifferens ad contraria, & contradictoria, qua ratione actus primò primus non aſſeritur pienè voluntarius; in qua vſurpatione, voluntarium, & liberum idem ſonant. & in ipſum recidunt, tunc voluntas merè paſsiuè ſe exercens circa obiectum non ſe gereret voluntariè.

Aperitur qualiter operatio extra ſubiectū ſit attentio vitalis

49 Ad tertium argumentum, ex n. 5. patet ex his, quæ num. 44. expendimus; quare damus ingenuè, volitionē extra ſubiectum productam eſſe attentionem actualem, ſicut & actualem volitionem: attentio enim facultatis viuę & tendentia vitalis eiuſdem potentiæ in idem recidunt. Quare conſequenter inficiamur, attentionem actualem eſſentialiter eſſe concretam, ſeu compoſitam facultati attendenti; ſicut albedo eſt actualiter, & eſſentialiter albedo; & non eſt de quidditate illius, quòd actu conſtituat album.

Ad vltimā oppoſitionē.

Ad vltimam oppoſitionem ex num. 6. ſatis ſuperque liquet ex his, quæ obſeruauimus *à n.* 14. *vſque ad* 17.

ARTICVLVS II.

An dentur actus viſionis ſpecie diſcreti ob phyſicam abſimilitudinem facultatis natiuæ; vel habitus infuſi? Vel ob repræſentationem creaturarum?

SVMMARIVM.

Opinio eorum, qui aſſeuerāt, viſiones Angeli, & hominis eſſe eiuſdem ſpeciei; ſuadetur. Num. 1.

Aliorum ſententia, quæ etiam de abſoluta Dei potentia pluralitatem ſpecificam viſionis implicatoriam opinatur. Num. 5.

Textus Scoti ad veram ſententiam. Num. 7.

Agitur, diſcretioni ſpecificæ non obſtare æqualitatem perfectionis. Num. marg. 14. & 15.

Vera ſententia de diuerſitate ſpecifica viſionis expenditur. Num. 16.

Oſtenditur contra Valentinum de Heriſe, viſionem beatificam non pluriſicari ſecundùm ſpeciem ob expreſſionem creaturarum. Num. 20.

Non eſſe impoſsibilem de abſoluta Dei potentia pluralitatem ſpecificam viſionis, data vnitate ſpecifica principij vitalis, contra Ambroſium Machinum. Num. 28.

Eneruantur oppoſita fundamenta contra diſcretionem ſpecificam viſionis de facto. Num. 29.

Satisfactio ad oppoſitiones opinantium eſſe implicatoriā abſimilitudinē ſpecificam viſionis beatificæ. Nu. 34.

EXpenſo prædicato vitalitatis, quod magis generícum eſt, vt potequod commune viſioni cū aliis formis ordinis naturalis; attexitur diſcuſsio ſpeciei eiuſdem viſionis; de qua apud neotericos authores vrget grauis, & abſtruſa digladiatio; quæ quia ſpecialem trutinam expoſcit, ideò in illius indagine præſens articulus inſumendus eſt; deinde in ſequenti diſquirendum principium inæqualitatis intenſiuæ viſionis; quod etiam ſpecialem vendicat exarationem.

Puncturque ſitis

Sententiæ improbat diſcretionē ſpecificam viſionis.

1 Valde communis ſententiæ tutatur, viſionem Angeli, & hominis eſſe eiuſdem ſpeciei. Huic placito in primis ſuffragantur omnes illi Thomiſtæ, qui habitus per ſe infuſos tam apprehenſiuos, quàm appetitiuos adæquata principia proxima motuum ſupernaturalium pronuntiant; adeò vt habitum ſupernaturalem eleuantem intellectum vocitent intellectum quēdam ſupernaturalem; habitum verò euehentem voluntatem ad ſeriem ſupernaturalis agētis volūtatē idētidē ſupernaturalē appellent: potētias enim vitales quaſi meram ſubſtrata actionū ſupernaturaliū adſtruere vidētur, ferè ſicut aqua eſt merū, materiale calefactiuæ virtutis. Exquo principio, euidenti

Suſtinetur ab omnibus Thomiſtis, qui eſſent ſumi eſſe adæquatū principium proximum.

planè conſequutione, deprómitur; ſtãte identitate ſpecifica habituum, eſſe impoſsibilem ſpecificam pluralitatem actuum; cùm potentiæ nil proximum conferant actiuè in motus ſupernaturales.

Ex inficiantib⁹ adæquatã vim proximi in lumine ſubſcribunt Vazquez Soarez Molina Machinus Arrubal.

Ex his verò, qui actiuam poteſtatem proximam vitalibus potentijs deferunt, prædictæ aſſertioni ſubſcribunt, Vazquez, 1 *part. diſp. 47. cap. 1 num. marg. 31.* Soarius, 1 *part. lib. 2. de attributis negatiuis, capit 19.* Molina, 1 *part. quæſt. 12. articul 6. diſput. 5. §. Contrariam ſententiam.* Ambroſius Machinus, 1 *p. d. ſput. 17. ſection. 2.* Petrus Arrubal, 1 *p. q. 12. art. 6. in explicatione arg. num marg. 2.* Iacobus Granado, 1 *p. quæſt. 12 tract. 5. diſp. 8* & alij.

Granadus

Et probatur primò; ratione, quam inſtruit Vazquez *loco citato*. Contractio, & ſpecies actus potentia non eſt ab vniuerſali, & indeterminato principio, ſed ab ſpecifico, & contracto; atqui reſpectu viſionis ſupernaturalis ſe gerit intellectus ad modum cauſæ vniuerſalis, cuius potentialitas contrahitur per habitum luminis ad effectionem actus ſupernaturalis: igitur ſpecies viſionis ab intellectu haurienda non eſt, ſed ab habitu ſupernaturali; ac proinde intellectus ſpecie diſcreti non elicient viſiones eſſentialiter diſsitas ob vnitatem ſpecificam luminis.

1. ratio ex Vazquez. quòd lumen ſit principiũ ſpecificũ viſionis quæ contrahat intellectum

2 Arguit ſecundò Soarius; cuius probationem ferè ad verbum tranſcribit Machinus. Quia ſi viſio hominis & Angeli ſpecie diſsiderent, etiam inæqualitatem eſſentialem importarent cùm omnis quidditatiua diſcretio imbibat quidditatiuam inæqualitatem; eſſet igitur viſio Angeli, à tota ſpecie ſua, exuperans excellentiam viſionis beatificæ hominis. Quod videtur erroneum; cùm Chriſti & intemeratæ virginis viſiones emineant ſupra vniuerſum Angelorum cœtum; præterquam quòd conſtans ſit Theologorum conſenſio, plures homines beatos Angelorum merita exæquare; ac proinde & Angelorum viſiones, quæ meritis reſpondent.

2. ratio ex Soario. quòd viſio Angeli eſſet quidditatiuè præſtantior viſione humana

Nec conſultè iret obuiam prædictæ argumentationi, qui aſſereret quòd licet viſio Angeli propter ſpecificam excellentiam anteiret totam ſpeciem humanæ viſionis; huic tamen inæqualitati æquipollere poſſet maior accretio intenſiua viſionis humanæ propter maiorem intenſionem luminis.

Reſp. pro oppoſita ſententia

Quia nulla intenſio intra ambitum ſpeciei inferioris æquipollet præſtantiæ ſpeciei eminentioris; eo quod tota ſpecies cum omni ſua latitudine graduali, vel intenſiua ſit infra nobilitatem ſpecificam. Quare, licet in ordine ad humanas vtilitates eſſentias ve extrinſecas queat ſpecies præſtantior incremento inferioris formæ compensari, ea ratione qua paucum auri multo argento commutamus; tamen, ſpectata intrinſeca cauſalitate formæ, nulla gradualis accretio ſpecificam præſtantiam exæquat.

Refellitur, quatenus nulla intẽſio ſpeciei inferioris æquipollent ſpecificæ excellentiæ

Sed viſio eſt præmium beati, inquantum illi exhibet effectum formalem intrinſecum lucis intuitionis; igitur inæqualitas hæc, quæ petitur ab ſpecie, & intrinſeca compoſitione formæ, omnino inſupplebilis eſt per incrementum intenſiuum luminis.

Vrgens ratio.

Quare nec ſuſtinenda apparet reſponſio Maioris loco infra citando, dum concedit; non eſſe inconueniens, quòd viſio minimi Angeli exuperet phyſicam nobilitatem, & ſpecificam excellentiam viſionis Chriſti Domini quæ ſecundùm gradualitatem intẽſiuã ferè in immenſum præcellit Angelicæ viſioni.

Satisfactio aliorũ pro excellentia viſionis Chriſti Domini

Prædictum enim Maioris pronuntiatum tanquam incredibile, & abſurdum proſcindit, & taxat Theodorus Smiſingius, *tomo 1. de Deo vno tract. 2. diſput. 6. ne Inuiſibilitate Dei, ſub §. An omnes beatificæ viſiones ſint eiuſdem ſpeciei in numer margin 260.* vbi improbat illud Maioris pronuntiatum. *Infinitè melius eſſe animæ Chriſti cum ſua beatitudine, quam Michaeli; cùm beatitudinem animæ Chriſti ponamus infinitam in gradu.* Nam, vt inſtat Smiſingius; nec beatitudo Chriſti eſt graduaiter, vel intenſiuè illimitata, chategorematica, vt aiunt, infinitudine.

Confutatur à Theodoro Smiſing.

Maior

Tum; quòd quamuis eſſet infinita in actu, adhuc non adæquaret præſtantiam ſpeciei nobilioris, qualis eſſet viſionis Angelicæ, ſi eſſentialiter diſsideret ab humana viſione; cùm intellectio vt tria præcellat ſenſationi vt octo, imo & vt mille, vſque in infinitum,

ſi po-

ſi poſsibilis eſſet ſenſatio materialis, vel ſenſitiua apprehenſio infinitæ gradualitatis, vel latitudinis intenſiuæ.

Cautio & timorata loquutio apud Maiorem.

Quamobrem, & ſibi caviſſe videtur Ioannes Maior, dum prædictum placitum, non aſſertiuè, ſed quaſi dubitatiuè inſinuauit; illis verbis

Maior

Demus illud, quòd viſio Petri, & Michaelis ſpecie diſtinguantur. Et infra ſubijcit. *Conſequenter dicendo, non haberem pro inconuenienti, ſicut ſubſtantia Michaelis eſt perfectior anima Chriſti, ſic beatitudo Michaelis erit perfectior entitatiuè beatitudine animæ Chriſti.* Qui modus loquendi, Maioris apud Smiſingium potiùs videtur permiſsiuus, quàm aſſertiuus; at in his, quæ pietati, & ſanæ doctrinæ aduerſantur, nec licet aſſerere, nec per ſocordē indulgentiam abſurdum quid donare, aut permittere.

Præmittur ratio ex S. contra Maiorem

Quod inconueniens ſubodoratus Scotus, maluit minus Phyloſophicam illam ſententiam de vnitate ſpecifica intellectus Angeli, & hominis ſuſtinere; quam adſtruere; quòd viſio beatifica Angelica, à tota ſpecie ſua, exuperet ſpeciem viſionis humanæ; ac proinde, & quòd viſio Chriſti alteratur ſpecificè inferior viſione Angelica. Sic enim habet, *in 2. diſt. 1. quæſt. 5. §. Contra; anima non diſcurrit. in arg. 3.*

Scotus

Si intellectualitas Angeli & animæ differunt ſpecie; igitur illa, quæ dependent eſſentialiter ab iſta, & illa differunt ſpecie. Sed ab iſtis dependet eſſentialiter viſio beatifica Angeli, & animæ (licet enim Angelus non ſit tota cauſa viſionis ſuæ, nec anima ſuæ; tamen vtraque viſio eſſentialiter dependet ab intellectualitate naturæ, cuius eſt) igitur iſta viſio beatifica, & illa differunt ſpecie; quòd eſt falſum. Quia omnes ſpecies diuerſæ habent ordinem determinatum ſecundùm perfectius, & imperfectius, ita quòd quodlibet indiuiduum perfectioris ſpeciei excedit quodlibet indiuiduum imperfectioris. Et tunc ſequeretur; quòd vel qualibet beatitudo cuiuslibet Angeli excederet quamlibet beatitudinem cuiuslibet animæ; vel à contrario: quorum vtrumque eſt falſum; quia ſe habent ſicut excedentia, & exceſſa in beatitudine.

Cæterùm; relicta ratione Scoti in ſua vi, dum pugnare apparet pro indiſtinctione ſpecifica viſionum hominis, & Angeli, quam producere videtur ex identitate ſpecifica intellectus hominis, & Angeli; vel id liquidò conſtat, in contextu citato, nil decreuiſſe; ſed ſub problemate ſpecificam hanc vnitatem verſaſſe.

Scotus nihil definitiuè à recretione ſpecificâ intellectus hominis & Angeli in textu præſenti.

Vt liquet ex eadem quæſtion. §. *hoc etiam declaratur per aliud, ſub numer. marg. 5.* Vbi ſubijcit. *Et ſi hoc eſt verum, tunc planum eſt, quòd Angelus, & anima ſic non diſtinguuntur ſpecie primò per talem, & talem intellectualitatem; imò nec primò, nec non primò, quia talis intellectualitas in eis non diſtinguitur ſpecie. Aut ſi iſtud non eſt verum ſed relinquatur iſtud modo ſicut dubium ſaltem primum dictum videtur ſatis clarum, ſcilicet quòd per iſtud nō eſt prima diſtinctio eorum.*

Elucidatio textus

Vbi pronuntiatum, quod perſpicuum vocat Scotus, id eſt; quòd dato, quòd potentiæ intellectiuæ differrent ſpecie in homine, & Angelo, adhuc diſcretio ſpecifica potentiæ intellectiuæ non eſſet prima ratio diſtinctionis ſpecificæ in homine, & Angelo, ſed propria quidditas, quæ eſt radix talis proprietatis. Quod autem Scotus non aſſeuerauerit ſpecificam vnitatem potentiæ intellectiuæ in homine, & Angelo; liquet ex textu infra citando pro aſſertione noſtra, *ſub numer. marginal 16.*

Arguitur 3. quia facultates nō influunt inquātū differūt eſſentialiter, ſed quatenus cōueniūt in vnitate habitur eleuātis

3 Arguitur tertiò; potentiæ intellectiuæ eſſentialiter diſcretæ non ſunt principia viſionis inquantùm influunt virtute propria, ſed quatenus euehuntur ab habitu luminis ad eleuatiorem ſeriem agendi reſpectu cuius ſunt inſtrumenta quædam vitalia; ac proinde non obeunt ſuas inſtrumentarias functiones, inquantùm differunt ſecundùm natiuam ſpeciem, ſed potiùs inquantum colliguntur ad vnitatem eleuationis eiuſdem ſpeciei ſupernaturalis.

Inſiſtitur ex identitate caloris producti à ſole & igne.

Igitur effectus viſionis, qui ab vtraque potentia elicitur, eſt eiuſdem ſpeciei ob vnitatem luminis euehentis vtramque potentiam; eò quod à pluribus cauſis eſſentialiter condiſcretis inquantùm coeunt in eamdem operandi rationem, ſeu connectuntur inter ſe ſecundùm aliquam formam, ſeu virtutem agendi, poſſunt effectus eiuſdem ra-

rationis prodire, vt calor à Sole, & igne. Sed duo intellectus ſpecie diſtincti non agunt quatenùs ſecundùm innatam virtutem diſſident, ſed prout colliguntur ad eamdem formam ſupernaturalem operandi, illique ſubijciuntur tanquam vera, & propria inſtrumenta eiuſdem luminis infuſi; igitur non adeunt cauſalitates ſpecie diuerſas.

Adde; quòd ſpecies producti, eſto quòd ab efficiente ſpectanda ſit, non ab inſtrumentario tamen principio, ſed à primario agente peti debet; ſed intellectus eſt merum inſtrumentum reſpectu viſionis: igitur ſpecies viſionis non hauritur ab intellectu.

4 Arguitur quartò; implicat quòd habitus eiuſdem ſpeciei eliciat plures actus ſpecie diuerſos; cùm talis vniuerſalitas, & indeterminatio in agendo reſpectu actuum ſpecie diſcretorum potiùs ſit potentiæ, quàm habitus; ſed lumen gloriæ eſt habitus eiuſdem prorſus quidditatis ſpecificæ in omnibus beatis: ergo non elicit viſiones ſpecie diſcretas.

Secunda opinio aſſerens, implicare diſcretionem ſpecificam viſionis.

5 CÆterùm; aliquot Theologi adeò tenaciter prædictæ ſententiæ inſiſtunt; vt nec de abſoluta Dei potentia pluralitatem ſpecificam viſionis ſuſtineant. Sic Machinus *loco citato*, §. *Etiam de potentia Dei abſoluta.* Quod pronunciatum tamquam probabile recipit Soarius, *loco etiam citato, n. marg. 10.* & probatur.

Quia, cùm omnis ſpecificatio actuũ, & habituum à nobis alia ratione exprimi nequeat, niſi per habitudinem ad obiectum formale; ita vnitas diſcretio ve ſpecifica ab vnitate, vel diſcretione obiecti formalis, & modi tendendi in illud hauriendi eſt. At non eſt imaginabilis aliqua viſio creabilis, quæ non ſpectet Deum, vt eſt ens à ſe, & omnino illimitatum in tota ratione eſſendi, quæ eſt ratio formalis tendentiæ viſionis, vt quidditatiua apprehenſio eſt obiecti beatifici; igitur, ſicut eſt implicatorium aliud obiectum formale intuitionis ſupernaturalis, ita impoſſibilis alia, & alia tendentia ſecundùm ſpeciem in tale obiectum: ac proinde, & pluralitas ſpecifica intra conceptum viſionis.

6 Deinde; quòd licet in ſententia Scoti, & aſſeclarum contendentium, poſſe videri Deum ſine attributis, & vnum attributum ſine altero, aſſeri queat, non inconſequenter ad prædictam doctrinam, pluralitas ſpecifica viſionis; eo quòd aſſignari etiam poſſet obiectorum formalium diſcretio, viſio enim illa, quæ intellectum diuinum inſpiceret, diſtinctum obiectum formale nacta eſſet ab ea, quæ voluntatem diuinam intueretur. Verùm in Thomiſtarum ſchola, ſicut impoſſibilis eſt talis quaſi partitio obiectiua intra beatificum obiectum, ita & implicatoria multitudo obiectorum formalium; ac proinde & pluralitas ſpecifica viſionum.

Altera ratio ad hominem contra Thomiſtas.

Dices; eſſe poſſibilem diſtinctionem ſpecificam intra conceptum viſionis intuitiuæ, ſi aſtruantur diſtincta obiecta formalia in eodem quaſi materiali obiecto beatifico; ita vt, eſtò quòd omnia, quæ ſunt in Deo, neceſſario videantur à mente inſpiciente ſubſtantiam Deitatis ſicuti eſt; non tamen elucet contradictio in hoc, quòd ſtante identitate obiecti materialis, alia & alia pronuntietur obiecti formalis diſtinctio, ſicut & ratio terminandi viſionem. Vt ſi quis aſſerat, vnam viſionem tendere in totam Dei ſubſtantiam, vt ſubſtenitur huic affectioni attributali; aliam verò viſionem ſpectare eamdem Dei ſubſtantiam ſub alia perfectione attributali.

Solutio aliquorũ aſſignãtiũ plura obiecta formalia, ad diſtinctionẽ ſpecificam viſionum

Sed contra pergit Machinus; implicatoria eſt hæc obiecti formalis commentitia ſeparatio; cùm omnis viſio tendat in illimitatam Dei ſubſtantiam ſub ratione veri, ſicut fruitio conatur in Deum ſub ratione boni, & appetibilis. Sicut enim veritas, & bonitas ſunt rationes motiuæ, & ſpecificatiuæ actuum intellectus, & voluntatis; ſic nulla eſt aſſignabilis tendentia intellectus perfuſi lumine ſupernaturali quæ non terminetur ad proprium obiectum

Oppugnatio Machini impetitis diſtinctionis obiecti formalis in obiecto viſionis.

iectum ſub ratione veri; ſicut nec eſt poſsibilis motus facultatis impulſiuæ in obiectum increatum, qui non reſpiciat bonitatem tanquam rationem formalem talis inclinationis appetitiuæ: ſit ergo, vt ſit implicatoria pluralitas ſpecifica intra terminationẽ viſionis ſupernaturalis, ſicut & intra tendentiam fruitionis, quæ ab habitu charitatis elicitur.

Textus Scoti; ex quo adveram ſententiam fundamenta ſubſternimus pro eſſentiali abſimilitudine viſionis beatificæ.

Præſentis quæſiti deciſio hauritur eſt ex doctrina Scoti de diſcretione fruitionis viæ & patriæ

LIcet, Scoto eam ſententiam cohærentem, & expreſsè probatam reperiam, quæ aſſeuerat; itante inæqualitate potentiæ præſtantioris, dataque æqualitate immiſſi habitus ſupernaturalis, excellentiorem potentiam perfectiorem actum exerere, vt in ſequenti articulo conſtituetur; attamen apud Scotum non habetur in libris ſententiarum, præſentis quæſiti deciſio ſpecialis de diſcretione eſſentiali actuum viſionis; licet eam apertè eruere poſsimus ex his, quæ acutè obſeruat *in 4. ſentent. diſt. 49. quæſtion. 5. §. Secunda concluſio principalis patet, numer. margin. 4.* Vbi expendens diſtinctionem inter fruitionem beatificam, & non beatificam, ſubdit.

Scotus

Qualiter diſtinguantur fruitio beatifica & non beatifica?

7 *Sed eſt hic difficultas, quomodo diſtinguantur fruitio beatifica, & non beatifica?*

Videtur, quòd non ſpecie; quia quando per ſe cauſæ ſufficientes ſunt eiuſdem ſpeciei, & effectus: ſic eſt in propoſito, quia eadem voluntas, eadem charitas, idem obiectum fruibile, & ſub eadem ratione ex parte obiecti. Secundùm hoc ergo ponretur; quòd non differunt, niſi ſicut magis & minus in eadem ſpecie.

Ratio probabilitatis aſſertionis ſpecificæ diſcretionis fruitionis.

8 Cui obiectioni it obuiam Scotus *ſub numer. margin. 5.* in hæc verba.

Aliter poteſt dici & probabilius; quod fruitio beata, & non beata, differunt ſpecie; ſe ipſis quidem formaliter, ſed à cauſis, vel habitudine cauſarum cauſaliter.

Aſſertur ſpecifica diſcretio inter fruitionem viæ & patriæ

Si enim ponatur, quòd intellectio eſt cauſa licet partialis ipſius volitionis, & intellectio viatoris, & viſio beati, differunt ſpecie: ergo & effectus, qui neceſsariò requirunt iſtas cauſas diuerſas.

Probatur aſſertio; data quòd intellectio ſit cauſa efficiens volitionis

Nunquam enim individuum eiuſdem ſpeciei neceſsariò requirit cauſam alterius ſpeciei ab illa, quam requirit aliud individuum.

Notat axioma Scoticũ.

9 *Si autem intellectio dicatur cauſa ſine qua non; ſaltem eſſentialiter requiritur, & tunc ſicut priùs; diuerſa eiuſdem ſpeciei, non neceſsariò requirunt in cauſis aliqua alterius ſpeciei.*

Alia firmior ratio ad diſtinctionem ſpecificã fruitionis.

Tunc autem poteſt ſaluari diſtinctio fruitionum ex diſtinctione vnionum; ſicut ex diuerſa approximatione agentis ad paſſum variatur effectus; aliter enim agit agens, quod per lineam rectã opponitur, & approximatur paſſo, quã quod per reflexam, vel fractam. cognitio autem hæc eſt quaſi approximatio obiecti ad voluntatem.

Saluatur diſtinctio fruitionum ex diſtinctione vnionis intentionalis.

Tenendo iſtam ſecundam viam; non oportet concedere, quòd de potentia abſoluta diuina poſsit cauſari in anima viatoris, ſaltem non videntis nudè Deum, aliqua fruitio æqualis infimæ fruitioni poſsibili cuicunque beato.

Hic inclinat Scotus inæqualitatẽ operationum eſſentialiter diſtinctarum

Quia ſupremum infimæ ſpeciei non poteſt æquari infimo ſuperioris ſpeciei; quia tota hæc eſt infra totam illam.

Ratio aſſertionis præcedentis

10 Pro huius verò textus interpretatione, & quàm concinnè præſenti quæſito inſeruiat, animaduertendum eſt; Scotum in præſenti litera aperire, cum ſpecifica identitate habitus charitatis eſſe compoſsibilem quidditatiuam diſcretionem actuum ab eodem habitu elicitorum; conſtituit enim, actum dilectionis patriæ eſſe ſpecie diſcretum ab actu dilectionis viæ.

Idem habitus charitatis elicit actus ſpecie diuerſos.

Corollariũ.

Ex quo optima illatione producitur; etiam ob vnitatem ſpecificam luminis non repugnare diſtinctionem eſſentialem actuum ab eodem habitu productorum, ſi adſit ratio diſtinguendi. Apud Scotum verò ea aſtruitur neceſsaria ratio ſpecificæ diſcretionis,

vt liquet ex textu; quando aliquod productum expoſcit cauſam alterius ſpeciei à principio alterius producti; eo quòd *nunquam individuum eiuſdem ſpeciei neceſſariò requirat cauſam alterius ſpeciei ab illa, quam requirit aliud individuum.* Cùm autem viſio Angelica neceſſariò exigat elici ab intellectu Angeli, ita vt fortè nec de abſoluta Dei potentia effici queat ab intellectu hominis; ex Scoti principijs euidenti conſequutione depromitur, viſionem Angeli non eſſe ſolo numero diſsitam à viſione hominis.

Scotus

Cæterùm; quòd ſit probabile, quòd intellectus humanus nec de abſoluta Dei potentia euehi queat ad productionem viſionis Angelicæ; conſtat ex his, quæ ſerio expendimus, *in hac controuerſia 9. de viſione Dei, diſt. 1. ſubdiſtinct. 1. artic. 1.* aperientes, potentiam obedientialem actiuam, quam non ſuppetere homini ad eliciendam viſionem Angeli; vel Angelo ad efficiendam viſionem hominis; oſtendi poteſt ex his, quæ inibi preſſè reſeruimus.

Eſt probabile, quod intellectus humanus nõ ſit eleuabilis ad eliciendã viſionem Angeli.

Quod vel breui hac ratione aperio; quia tunc aliqua facultas vitalis refert potentiam inchoatam ad actum ſeriei ſupernaturalis; quando ſibi aſciſcit vim completam ex parte potentiæ ad actum ordinis naturalis. Sed Angelus non ſortitur vim adæquatam ex parte potentiæ ad eliciendam intellectionem hominis circa obiectum naturale, vt ſupponit communis Thomiſtarum ſchola; & à fortiori nec homo ad efficiendam intellectionem Angeli: igitur nec intellectus Angeli nanciſcitur poteſtatem initialem ad efficiendam intellectionem ſupernaturalem hominis nec homo vim inchoatam vt eliciat viſionem Angeli.

Probatur præcedẽs pronuntiatum

Quod innuit Scotus à nobis tranſcriptus *ſub numer. 2.* inquiens. *Quod licet Angelus non ſit tota cauſa viſionis ſuæ, nec anima ſua, tamen vtraq; viſio eſſentialiter dependet ab intellectualitate naturæ, cuius eſt.*

Suadetur ex Scoto.

Scotus

Si autem durum videatur, intellectum hominis aſſumi non poſſe ad effectionem intellectionis Angelicæ, & è contra; accipe Gabrielem Vazquez. & alios autumantes, calorem vt vnum, nec de abſoluta Dei potentia præſtare ad productionem caloris vt duo, ob defectum virtutis inchoatæ; de quo vide ſupra *in hac controuerſia de Viſione Dei, diſtinct. 1. ſubdiſtinctione 2. art. 3. de ſupplebilitate luminis gloriæ, num. 30.*

Cõfirmatur

Sed age; quamuis intellectus Angeli eſſet initialiter valens ad producendam viſionem ſupernaturalem hominis, & è contra homo ad producendam viſionem Angeli; adhuc tamen id præſtaret miraculoſa quadam ratione & præter ſtatum, & exigentiam debitam naturæ viſionis humanæ, vel Angelicæ; quæ ita expoſcit effluxum à proprio intellectu, vt ſine miraculorum ac cumulatione ab intellectu alieno elici, aut conſeruari non valeat. Recidimus ergo in prementem probationẽ Scoti, dum agit; quòd producta, quæ connaturaliter, & ſeruato ſtatu & ordine rerum exigunt effici à cauſis eſſentialiter diſcretis, nequeunt eſſe eiuſdem rationis ſpecificæ.

Alia ratio pro diſtinctione ſpecifica viſionis hominis & Angeli

Exquibus Scoti verbis; *Nunquam individuum eiuſdem ſpeciei requirit cauſam alterius ſpeciei ab illa, quam requirit aliud individuum.* Confutatur doctrina Ripaldæ *de ente ſupernaturali, libr. 2. diſput. 36. ſect. 3. numer. 10. & 13.* vbi ſub diſtinctione ſubiungit; quòd ſi actus vitalis per ſuam eſſentiam pendeat à vitali facultate; itavt ipſamet qualitas producta identificetur realiter cum effluxu, ſeu dimanatione à principio viuo; tunc actus vitales ſupernaturales quidditatiuè diſtinguentur ob ſpecificam diſcretionem potentiarum hominis, & Angeli; cui placito ſuffragatur author prædictus. Si verò operationes viuæ realiter diſsitæ eſſent ab actionibus, per quas producuntur; non eſſet neceſſariò adſtruenda diſcretio inter actus ſupernaturales hominis & Angeli; quatenus repetiri queant actus ſupernaturales in Angelo, qui indifferentes ſint vt fiant cum eodem habitu ſupernaturali ab homine; & è contra ſuppetant homini, tales actus, qui effici valeant connaturaliter ab Angelo.

Scotus

Confutatur doctrina Ripaldæ.

At æſtimo; quòd quando cauſa non eſt vniuerſalis, & æquiuoca præcontinens intra virtualitatem ſuam, vim agendi alterius minus vniuerſalis agentis; ſicut patet in Sole præcontinente virtutem iguis; ex diſcretione ſpecifica agentium perſpicuè infertur, non ſo-

Viſio Angeli elici nequit connaturaliter ab homine, nec è contra.

lùm

lùm ſpecifica abſimilitudo actionum, ſed etiam effectuum. Quis autem intellectum hominis cenſeat cauſam æquiuocam præcontinentem virtutem intellectiuam Angeli, vt intellectio Angeli, ſiue naturalis, ſiue ſupernaturalis, produci connaturaliter queat, ſiue ſeruato connaturali ſtatu talis formæ, ab intellectu quidditatiuè ignobiliori, qualis eſt humana mens reſpectu angelicę intellectualitatis?

Vegetur ratio contra Ripaldam

Siue ergo operationes viuæ per ſuas eſſentias à vitalibus principijs effluant; (nimirum non intercedentibus influxibus realiter condiſtinctis à qualitatibus vitalibus; quod placitum confutauimus, *in art. præcedenti, ſub num. margin.* 28.) ſiue qualitates vitales à viuentibus principijs pendeant mediis actionibus realiter diſtinctis; quòd tanquam verum recipimus; ſemper indubitatum eſſe debet; quòd intellectio humana connaturaliter expoſcat elici ab humana mente, ſicut & Angelica ab intellectu Angeli; aliudquè fieri nõ poſſe exigente connaturali ſtatu harũ formarum; oppoſitumque non abſq; paradoxis aditrui.

Aſſeritur Scoti pronuntiatum.

Quare inconcuſſum relinquitur Scoti pronuntiatum; *quòd numquam indiuiduum eiuſdem ſpeciei, &c.* Abſolutè enim loquutus eſt Scotus, non diſtinguens inter dependentiam actionis realiter, vel non realiter diſtinctæ à termino; dummodo expoſcatur principium ſpecie diſtinctum, ſiue terminus immediatè, & per ſuam eſſentiam pendeat ab agente, vel non pendeat immediatè, ſed intercedente influxu realiter diſtincto.

Idẽ habitus ſupernaturalis elicit actus ſpecie diſcretos ab ſimiles

11 Deinde obſeruo ex litera Scoti; eumdem habitum ſupernaturalem præſtare ad plures actus ſpecie diſcretos. Quod oſtendit exemplum habitus ſpei, quem etiam in patria ſuperſtitem eſſe, non ad exerendum actum ſpei circa obiectum beatificum, ſed actum dilectionis circa Deum, vt bonum ipſis beatis, ſecundùm concupiſcentiæ affectum, cum probatiſsima Theologorum ſchola aſſeueramus. De quo adi Soarium, 3. *part. tom.* 1. *quæſt.* 7. *artic.* 4. *in commentario articuli.* §. *Vt verò breuiter explicemus.* Quidquid obganniat Vazquez infirma ratione ſubnixus, 3. *part. diſput.* 43. *cap.* 2. *numer. margin.* 10. & abnuat Petrus de Lorca, 3. *part. quæſtion.* 7. *artic.* 1. *diſputat.* 38. *numer. margin.* 17. Vbi licet poſsibilitatem ſupernaturalis actus dilectionis de Deo vt bono ipſis beatis ſecundùm affectum concupiſcentiæ contra Vazquez tueatur; tandem autumat; talem actum, (quia rarò eliciatur à beatis,) non ab habitu immiſſo, ſed à ſupernaturali auxilio produci. In quo audiendus non eſt, vt qui communem doctrinam de neceſſitate habituum propter connaturalio rem rationem agendi potentiarum imperetere videatur; ſi enim ſeruata ſerie generalis prouidentiæ, actus ſupernaturalis, non ab habitu, ſed ab auxilio ſupplente functionem habitus eliciatur rarò; cur non ita frequenter? Si talis actus non repugnet conditioni & felicitati illius ſtatus.

Oſtenditur in habitu ſpei

Soarius

Contra Vazquium Lorca.

12 Sicut ergo idem habitus ſpei (qui eſt principium actuum ſupernaturalium voluntatis ſecundùm affectum concupiſcentiæ,) ex diuerſa propoſitione obiecti ſupernaturalis elicit actum ſpei, inquantùm proponitur ab intellectu tale bonum vt abſens, & arduæ conſequutionis; & in patria efficit actum amoris, & delectationis, eò quòd præmittat claram viſionem, qua inſpicit obiectum ſupernaturale vt actualiter præſens, & illapſum menti beatæ. Ita habitus charitatis idem ſpecie & numero, qui eſt principium actuum ſupernaturalium facultatis appetitiuæ ſecundùm affectum beneuolentiæ, ſeu amicitiæ; inquantùm ſequitur cognitionem ænigmaticam fidei, quæ nos proponit Deum vt clarè, & nudè illapſum menti creatæ, elicit actum dilectionis ſupernaturalis ſpecie diuerſum ab eo, qui producitur ab eodem habitu, dum præmittit Dei intuitionẽ inſinuãtem intimam claramq; præſentiam obiecti beatifici.

Quæ autem docuimus de productione gaudij in patria; procedunt in ſententia Thomiſtarum aſſerentium gaudium & triſtitiam eſſe operationes a facultate impulſiua productas in genere cauſæ efficientis; non autem meras paſsiones ab obiecto elicitas, ſecundum quod exiſtit intentionaliter in repræſentatione eiuſdem obiecti conueniẽtis, aut diſcõueniẽtis, vt vult Scotus. Thomiſtarum enim ſententiam recipimus, vt eos ad hominem re-

con-

conueniamus ; si enim voluntas asseratur principium operationis supernaturalis gaudij ; concedi debet habitus supernaturalis elicitiuus huiusmodi operationis impulsiuæ secundũ affectũ cuncupiscentiæ.

13 Vt autem prædictam distinctionem specificam inter actus dilectionis patriæ, & viæ constituat Scotus; duplicem proponit viam huius sententiæ astruendæ. Vel quòd propositio intellectus sit causa efficiens volitionis; quòd placitum non esse de mente Scoti ostendemus in tractatu de Trinitate discutientes, an spiratio Spiritus Sancti sit libera? (Eò quòd libertas essentialis voluntatis apud Scotum constituatur in hoc, quòd voluntas non contrahatur in genere causæ efficientis, ab obiecto, neque ab imagine eius siue impressa, siue expressa, quæ intellectui inexistit, sed solùm ab obiecto in genere causæ finalis alliciatur.) Vel quòd propositio intellectus non sit principium eliciens impulsum, sed gerat se adinstar approximationis, vel insinuationis obiecti; in qua sententia, quæ Scoto magis arridet, vt pote quæ verior sit, & communior, etiam asseritur discretio specifica volitionis supernaturalis, ob discretionem essentialem propositionis patriæ, & viæ.

Duplex ratio sustinendi discretionẽ specificã fruitionis viæ & patriæ apud Scotũ.

Sed obijcies; quòd est impossibilis pluralitas specifica actuum stante omnimoda identitate obiecti formalis; sed apprehensio intellectus non spectat ad obiectum formale voluntatis, sicut nec ad motiuum tendentiæ facultatis appetitiuæ in suum obiectum, cùm bonum, quod est obiectum voluntatis, non excitet appetitum secundùm esse apprehensum, sed secundùm esse reale: igitur ob solam discretionẽ specificam apprehensionis non distinguuntur essentialiter actus dilectionis patriæ & viæ; cùm spectent idem bonum supernaturale.

Obijcitur, quòd repugnet discretio specifica actuũ circa idẽ obiectũ formale

Respondetur (dato & non concesso, quòd sit impossibilis pluralitas specifica actuum circa idem obiectum formale; de quo infrà in præsenti articul. ex Scoto à nobis transcripto, *sub numer. margin.* 28.) quòd licet in genere causæ finalis apprehensio obiecti non se gerat tanquam ratio formalis excitandi appetitum, sed tanquam conditio sine qua non talis finalizationis; attamen in genere causæ formalis, ad quod reducitur quælibet ratio specificandi, (etiam extrinsecè,) apprehensio obiecti appetibilis asseri potest ratio formalis. Eò quòd a diuersa apprehensione obiecti trahatur discretio specifica appetitionis, quatenùs apprehensio sit approximatio, vt loquitur Scotus, seu insinuatio obiecti appetibilis ad potentiam appetentem: à notitia enim accedit obiecto, quòd terminet impulsum, vel tanquam præsens, vel vt absens, quæ possunt esse rationes specificandi, & discernendi speciem appetitionis, dum desiderat, vel fruitur.

Dilutio obiectionis, dato quòd ad distinctionem actus exigatur distinctio obiecti formalis

Ex discretione specifica non necessariò colligi inæqualitatem secundùm quantitatem virtutis; aperimus ex Scoto, & Basolio.

14 VLtimò considerandæ sunt illæ verba textus propositi, *sub numer. 9. Supremum infimæ speciei non potest æquari infimo superioris speciei, quia tota hæc est infra totam illam.* Vbi suadere videtur Scotus, ex discretione quidditatiua amoris viæ, & patriæ, eam essentialem inæqualitatem inferri; vt nec de absoluta Dei potentia dari queat dilectio viæ talis actualitatis, quæ exæquet perfectionem infimæ fruitionis beatificæ. Ex qua litera apparet Scotus illius pronuntiati assertor, quod constanter constituit; esse implicatoriam æqualitatem, vel paritatem perfectionis inter duas species. At Doctor prædictæ sententiæ non ita firmiter adhæsit, vt oppositæ non suffragetur apertè, *in quæst. 6. quodlib. §. contra ista arguitur sic, sub num. mart. 10.* Cui, vt posteriori placito, standum duxi; vbi docet in hæc verba:

Scotus

Ostenditur quòd discretio specifica sustineat æqualitatem perfectionis.

Sic ergo concedo; quòd est idem Deo esse, quòd magnum esse; & aliquomodo, si li-

Scotus

ſi licet dicere, magis intrinſecè quàm Deo iuſtum eſſe, vel ſapientem eſſe: quia non ita dicit magnum proprietatem, vel attributum, ſicut iuſtum, vel ſapiens; tranſit ergo in ipſum propter ſummam identitatem magnitudinis ad eſſentiam.

Cùm infers; ergo non manet ſecundùm propriam rationem magnitudinis; neganda eſt conſequentia. Imo in creaturis, ſic tranſit magnitudo perfectionis, quòd non eſt aliud realiter ab eo cuius eſt; & tamen manet ſecundùm propriam rationem magnitudinis, vt proprium fundamentũ æqualitatis, vel inæqualitatis: eſt enim vna ſpecies entium quantumcunq; immaterialis, alteri ſpeciei immateriali æqualis, vel inæqualis.

Vna ſpecies valet eſſe æqualis alteri in creatis

15 Mens autem Scoti eò tendit; quòd cùm quantitatem virtutis (quam magnitudinem rei appellat,) eſſe de conceptu quidditatiuo entis prout complectitur creatum, & increatum, pronuntiauerit; deinde ſubdit, tam in ſpeciebus corporeis, quã incorporeis, talem magnitudinem, ſeu quantitatem virtutis, à quidditate ſua, eſſe illatiuam habitudinis æqualitatis, vel inæqualitatis; cenſet ergo Scotus, habitudinem æqualitatis inter duo quanta ſpecie diſcreta intercedere poſſe.

Elucidatio textus

Quam doctrinam apprimè elucidat, & fulcit Ioannes Baſolius Scoti auditor, *in 1. ſent. diſt. 43. q. vnica. §. Ad primum aliorum de infinito.* Vbi ſubdit.

Oſtenditur ex Baſolio quòd dari queat æqualitas inter formas diuerſæ ſpeciei.

Dicunt etiam aliqui; quòd non oportet ſpecies inter ſe eſſentialiter ordinari; ſed tantùm habere ordinem eſſentialiter ad Deum, ad quem qualibet habet ordinem principiati, & cauſati ad principium & cauſam.

Aſſerit æqualitatẽ inter duas relationes diuinas.

Vnde puto: quòd Deus poſſet facere ſpecies æquales ſimpliciter, quarum neutra eſſet nobilior alia; ſicut etiam dicam in 2. de duabus materijs. Quia non apparet impoſſibilitas, cur non poſſent eſſe duæ ſpecies, vel duæ materiæ alterius rationis æquales? Sicut etiam duæ relationes diuinæ alterius rationis; & duæ differentiæ individuales ſub eadem ſpecie, licet ſint alterius rationis, ſicut etiam dicetur de differentijs ſpecificis.

Ité in differentijs individualibus creatis

Nec obſtat ordo partium vniuerſi ad inuicem, quem ponit Philoſophus; quia ille poteſt immutari à Deo, nec eſt ſimpliciter neceſſarius inter quaslibet ſpecies Deo poſſibiles, ſicut reputauit Ariſtoteles, qui non credidit aliquam nouã ſpeciem: & tamen benè eſt ordo iſte inter ſpecies, quæ ponuntur modo de facto Hucuſque Baſolius.

Non obſtat Ariſtoteles

Cuius aſſertum plauſibile non eſſe non poteſt illis Theologis, qui admiſſa quantitate virtutis, ſeu infinitudine perfectionis in relationibus diuinis, quá formæ hypoſtaticæ, & incommunicabiles exiſtunt; inæqualitatem inter huiuſmodi formas Catholicè vitant, quæ ex differentia eſſentiali, & quaſi ſpecifica prædictarum relationũ emergere videbatur.

Ad hoc eſt, quòd paternitas diuina ſit æqualis filiationi, nõ euadunt ad mentẽ Scoti.

Sed quamuis euadant inæqualitatem, quæ produci videbatur ex diſtinctione quaſi ſpecifica cuiuslibet relationis ſi ad aliam tantùm diuiſiuè acceptam referatur; ſecus ſi ad omnes ſimul ſumptas comparetur. Quia, vt acutè perſtringit Scotus; omnes relationes ſimul ſumptæ, (ſi quælibet infinitam perfectionem nacta eſſet,) præcellerent cuilibet relationi ſigillatim acceptæ. At de his adi, quæ accuratè aperuimus *in cõtrou. 5. de Infinitate Dei, ar. 3. n. marg. 51.*

NOTA

Lumen gloriæ non eſt perfectius viſione, ſed æquale, eadem d. charitate reſpectu fruitionis

Ex quo etiam principio producimus id, quod alibi inſinuauimus; quòd dato eo, quod valde probabile eſt, ſcilicet habitum luminis gloriæ non eſſe phyſicè perfectiorem viſione beatifica; ſicut nec habitum charitatis anteire phyſicam nobilitatem beatificæ fruitionis, nil infertur contra influxum principalem huiuſmodi habituum in actus.

Ratio aſſerti.

Quia ad rationem cauſæ æquinocæ principalis non expoſcitur, quòd præcellat, vel anteeat præſtantiam phyſicam ſui effectus, ſed quod illam exæquet; intercedere autem valet omnimoda parilitas perfectionis phyſicæ inter formas ſupernaturales diuerſæ ſpeciei: verbi gratia, inter habitum luminis, & viſionem, inter habitum charitatis, & fruitionem; ſat enim eſt, vt huiuſmodi habitus ſuis actibus pares cenſeamus, quin & eos præſtantiores velimus cùm non leues appareant rationes præſtantiæ actuum, qui ſupra prædicatum ſupernaturalitatis etiam vitalitatis gradum adiungunt.

Nec videatur ſufficiens ea reſpon-

ſio

...ſtantinopolitanum, & ſecundum Ephe-
ſinum, & primum Nicenum, & ſecundum
Nicenum, & Chalcedonenſe, & Sardicenſe,
& Antiochenum, & Gangrenſe, & Neocæ-
ſarienſe, & Laodicenſe, & Carthaginenſe,
& Arelatenſe, & Conſtantinopolitanum
ſecundum, & Ephe-
ſinum ſecundum, & Chalcedonenſe, & Sardicenſe,
& Antiochenum, & Gangrenſe, & Neocæ-
ſarienſe, & Laodicenſe, & Carthaginenſe,
& Arelatenſe, & Conſtantinopolitanum

Decretum Concilij Lateranen. contra Berengarium de Euchariſtia ſolenniter damnatum.

CAPVT I.

CRedimus ſanctam Romanam Eccleſiam non errare, nec vnquam errauiſſe, ſicut ipſa teſtatur, per diuinam ſententiam Petri Principis Apoſtolorum, quæ dicit: Tu es Chriſtus filius Dei viui, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Et ideo ſecundum ſtatuta Patrum, & ſacros Canones, & maxime ſecundum exemplum Nicolai, & Gregorij Romanorum Pontificum, & Synodi centum Epiſcoporum, quæ ſub eis Romæ congregata fuit, damnamus, & reprobamus Berengarium, qui dicit panem & vinum, quæ poſita ſunt in altari, poſt conſecrationem ſolum ſacramentum eſſe, & non verum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & qui dicit ſenſualiter non ſolum ſacramentum, ſed etiam verum corpus Chriſti manibus ſacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri. Damnamus etiam Antichriſtum, qui dicit panem & vinum, quæ poſita ſunt in altari, poſt conſecrationem ſolum ſacramentum eſſe, & non verum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & qui dicit ſenſualiter non ſolum ſacramentum, ſed etiam verum corpus Chriſti manibus ſacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri. Damnamus etiam Antichriſtum, qui dicit panem & vinum, quæ poſita ſunt in altari, poſt conſecrationem ſolum ſacramentum eſſe, & non verum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & qui dicit ſenſualiter non ſolum ſacramentum, ſed etiam verum corpus Chriſti manibus ſacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri.

Producta, quæ, à ratione & exigentia ſua eſſentiali, expoſcũt principia quidditatiuè diſcreta, nequeũt ſolo numero diſcerni; atqui viſiones beatificæ hominis & Angeli ita ſibi aſciſcũt principia eſſentialiter diſſita, vt ſeruato naturali ſtatu taliũ formarũ, non niſi à talibus principijs effici queã tr igitur huiuſmodi viſiones ſpecie differunt.

Occurſus Granadi. Occurrit Iacob. Granado *loco citato, n.marg.*2. quòd licet intellectus hominis & Angeli ſecũdùm natiuã virtutem diſſideãt ſpecie; ſecũdũ obedientialẽ verò potentiam, quæ præſtat in huiuſmodi effecta, ſunt eiuſdem ſpeciei.

Refellitur. At effugiũ illud penitùs occluſimus *in præſenti cõtrou. 9. de Viſione Dei, diſt. 1. ſubdi. 1. ar. 1. n.mar. 38.* Vbi oſtendimus, potẽtiã obediẽtialem actiuã pluri ficãdam eſſe genere, & ſpecie, iuxta diſcretionẽ naturarũ, quibus cõgruit; ſi tales naturæ à ratione intrinſeca importẽt huiuſmodi ſubijcibilitatem actiuã ad Deum cũ connotatione indebiti cõcurſus circa ſupernaturale obiectũ. Aut quòd ſi prædicta obedientialitas actiua nõ plurificetur ſpecie, diſſidẽtibus ſecũdùm ſpeciem naturis, quibus inſidet talis potentia; manifeſtè producitur, huiuſmodi ſubijcibilitatem actiuam nõ eſſe intrinſecã, nec identicè imbibitã in facultatibus creatis, ſed potiùs denominationem quãdam extrinſecè accedẽtem rebus à nutu vſuq; libero facultatis diuinæ exequẽtis. De quo adi, & verſa, quæ inibi preminus.

Implicat quod obedientialitas actiua intellectus hominis & Angeli nõ diſtinguatur ſpecie, ſi non ſit denominatio extrinſeca

Alia reſponſio Smiſingij; quòd intellectus hominis & Angeli ſecũdũ virtutẽ natiuã nõ diſtinguantur ſpecie. Autumãt alij, intellectũ hominis & Angeli nõ diſſidere ſpecie, ſed ſolo numero diſcerni; eòquòd facultates iſtæ nõ efluãt ab anima rationali & Angelo quatenus ſecũdũ ſpeciem ſecernuntur, ſed quatenus coeũt in idẽ prædicatũ intellectualitatis. Qua ratione albedo hominis, & niuis non differũt ſpecie; eòquòd conueniant ſubſtratis prout colligũtur in eamdem rationem corporis quanti. Quod placitum tutatur Theod. Smiſingius recens Scoti aſſecla *to. 1. de Deo uno, tract. 1. 2. diſp. 6. de inuiſibilitate Dei, q. 9. n.marg. 260.*

Smiſing.

Refutatur placitũ præcedens Sed perſtringitur iſte modus dicẽdi; eòquòd anima rationalis, & Angelus quatenꝰ exprimũt ſpecificũ gradũ intellectualitatis, per quẽ quidditatiuè diſidẽt, inferũt aliquã vim, ſeu facultatem formalẽ intelligẽdi & appetẽdi; aliàs ſamus gradus intellectualitatis radicalis nõ ſupperet anim æ, & Angelo, ſi illis nõ adeſſet formalis facultas intelligẽdi reſpõdens tali ſpeciei intellectualitatis radicalis, vt talis ſpecies eſt; cũ nulla ſit aſſignabilis ſpecies atoma, cui non deferantur propriæ affectiones.

Vrgetur ratio cõtra aliquos Scotiſſantes De hác igitur intellectualitate formali ſpecie diſtincta à formali intellectualitate Angeli, vrget ratio; qualiter cõferat ad actũ ſupernaturalẽ eiuſdem ſpeciei cũ actu ſupernaturali Angeli; an æqualiter, vel inæqualiter, data paritate intenſiua habitus luminis?

Reſp. Soarij 17 Quare alij meliùs cũ Soario docẽt quòd ideò viſiones hominis & Angeli nõ differũt ſpecie; quia licet expoſcant elici à principijs, quę ſpecie ſecernũtur nõ tamẽ ſpectãt huiuſmodi agẽtia quatenùs ſecũdũ natiuã virtutem differũt, ſed prout colligũtur ad ſpecificã vnitatem eleuationis ſupernaturalis.

Impetitur quia videtur deficere à conſequentia doctrinæ Sed vereor ne prædicti authores à doctrinæ cõſequẽtia deficiãt, & ad improbatum illud placitum declinent, quod ipſi vno ore taxant, & merito; quatenùs effutit, facultates vitales eſſe mera ſubſtrata motuum ſupernaturalium, non tamen elicitiua principia. Quod autem idinferatur abſurdi ex præmiſſa reſpõſione; vel ſic oſtendo. Quia quando autumant, facultates vitales eſſe principia viſionis, inquantùm euehuntur ad ſpecificam vnitatem eleuationis ſupernaturalis; ob vnitatem ſpecificam habitus efficientis potentias ſpecie diſſitas. Vel contendunt, principia vitalia tantùm agere per immiſſam aduentitiamque virtutem, quam ab agente extrinſeco hauriunt; & id eſſet falſum illud aſſertum tutari, quod facultates vitales pronuntiat mera materialia motuum ſupernaturalium.

Data cõmuni ſententia quòd habitus ſupernaturalis non fit adæquatũ principium proximũ viſionis, vrget ratio obtinẽdi ſpecificã differentionem viſionis

Aut quæ unt; prædicta agentia vitalia non influere in ſupernaturales actiones præciſè per vim natiuam ſpecie diſſitam; ſed etiam per virtutem aduentitiam habitus ſupernaturalis eiuſdem ſpeciei. Et id nõ euacuat robur noſtræ probationis; ſicut nec tollit, quod viſiones exigãt principia ſpecie diuerſa ſecũdũ potentiam obedientialem & natiuam; quamuis virtus immiſſa ab extrinſeco ſit eiuſdem rationis ſpecificæ.

Vnitas ſpecifica habitus eleuãtis non abſorbet ſpecificã differentiã facultatis naturalis

Igitur, ſicut vnitas eleuationis non abſorbet, & confundit exigentiam principij vitalis ſpecie diſcreti; ita

nec tollit diſcretionẽ ſpecificam, quã ſibi vendicat huiuſmodi exigentia principij ſpecie diuerſi.

Cõfirmatur noſtra aſſertio ex agentibus naturalibus inadæquatis

18 Cõfirmatur; ſi aqua & lignum, quæ ſunt mera ſubſtrata calefactiuæ virtutis, nõ ageret præcisè per immiſſam virtutem ab extrinſeco agente, ſed etiam proprium intraneumq; conatum adhiberẽt; ſicut talis influxus ſpectaret aquam & lignum tanquam principia in adæquata ſpecie diuerſa, ita & propter pluralitatem eam ſpecificam inadæquati principij, (eſtò quòd accederet ſpecifica vnitas alterius comprincipij ab extrinſeco petiti, nimirum caloris) influxus vtriuſq; cauſæ eſſent diuerſæ ſpeciei.

At intellectus hominis & Angeli, præter immiſſam aduẽtitiamq; virtutẽ, ab intrinſeco conãtur inchoatè in producta ſupernaturalia; ergo ſuperſtite diſcretione ſpecifica principiorũ ſecũdũ facultatem intraneã & vitalem, nequit nõ plurificari ſpecies productorum ob vnitatem ſpecificam alterius aduẽtitij comprincipij.

2. ratio pro noſtra ſententia.

19 Deinde, nõ cõtemnẽda ea ratio eſt quæ eruitur ab vnitate viſionis Angelicæ, prout in ea cõmunitate colligit ad vnitatẽ cõceptus præciſi totã collectionẽ intellectionũ, naturalis & ſupernaturalis ordinis; quam inſtruo ſic.

Angelica intellectio prout abſtrahit à naturali, & ſupernaturali, eſſentialiter diſtinguitur ab intellectione humana

Viſio Angelica vt ſic (prout in illo vniuerſalitatis ambitu cõplectitur intellectiones naturales & ſupernaturales) diſſidet eſſentialiter ab intellectione humana, inquãtùm abſtrahitur à formis naturalibus & ſupernaturalibus; igitur omnes intellectiones naturales & ſupernaturales Angeli, quæ conueniunt in vnitatem illius abſtractionis, vel rationis obiectiuæ præciſæ diſtinguuntur à viſione humana, prout etiam præſcindit à tota collectione intellectionum hominis, ſiue naturalium, ſiue ſupernaturalium.

Reſp. Molina.

Occurrit Ludouic. Molina *loco citato* vt ictum retũdat, aſtruẽs; eſſe impoſſibilem vnitatem præciſionis inter intellectiones naturales & ſupernaturales Angeli, ſicut nec hominis.

Executitur ex cõmuni ſententia eõ ſtituente habitus ſupernaturales in prædicamento qualitatis

Sed cõmuni Thomiſtarũ ſentẽtiæ aduerſari videtur, quæ characterẽ & alios habitus per ſe infuſos in prædicamẽto qualitatis cõſtituit; ac proinde agnoſcit vnitatem capitis illius generici, quod intra ſinum ſuæ ſeriei prædicamẽtalis omnes qualitates naturales & ſupernaturales colligit.

Firmatur oppugnatio, eò quòd quælibet ſubſtantia præcellat habitui ſupernaturali.

Præterea, quòd cũ in communi ſentẽtia quælibet ſubſtãtia ordinis naturalis ſit abſolutè & eſſentialiter præſtãtior omni qualitate ſupernaturali; vt ex Scoto oſtendimus, *in iſta cõtrou. 9. de viſione Dei, diſt. 1. ſubdi. 2. ar. 1. n. mar. 10.* ſi ſubſtãtiæ Angelicæ coeũt in vnitatẽ capitis prædicamentalis ſubſtantiæ, cũ materialibus ſubſtãtijs; vt omnes tanquam certò cõſtituũt, qui ſolam Dei ſubſtãtiam ob illius ſummam ſimplicitatem, & illimitationem à prædicamẽto ſeparant: quidni etiam accidẽtia ſupernaturalia Angeli cum accidentibus naturalibus eiuſdem in vnam rationẽ obiectiuam cõueniant?

Procedit acumẽ rationis data vnitate intellectionis præciſæ à naturali & ſupernaturali

Quo ſuppoſito vrget ratio: quia intellectio Angelica vt ſic (prout circuit naturalem & ſupernaturalem intellectionem) aut eſt eadẽ ſpecie cũ intellectione humana vt ſic, prout complectitur naturalem & ſupernaturalem formam intelligendi; aut non eſt eadẽ ſpeciei? Si eſt eiuſdem ſpeciei; fieret, vt intellectiones naturales Angeli eſſent eiuſdẽ quid ditatis ſpecificæ cum intellectionibus naturalibus hominis; quod eſt abſurdũ. Si verò intellectio Angelica, à tota illa abſtractione, qua naturalem & ſupernaturalem intellectionem colligit, eſt diſſita ſecũdùm ſpeciem à viſione humana; igitur viſiones beatificæ hominis, & Angeli, eſſentialiter differunt.

Oſtenditur contra Valentinum de Herice, Smiſingium & alios neotericos, viſionem beatificam non plurificari ſpecie ob expreſſionem creaturarum.

MOdo detegenda eſt imbecillitas probationum, quibus Valentinus de Herice diſcretionem ſpecificam viſionis, non ſolùm inter intuitiones ſupernaturales hominis, & Angeli; ſed etiam inter viſiones humani intellectus, ſtabilire ſatagit: quare.

ert. 2. viſiones elicitæ à facultatibus naturis eiuſdē ſpeciei non differunt ſpecie

20 Dicēdum ſecundo; viſiones omnes humanas eſſe eiuſdem prorſus quidditatis ſpecificæ; ſicut & Angelicas, quæ à ſubſtantijs ſpiritualibus eiuſdē ſpecificæ cōſtitutionis eliciūtur. Notāter aſſerui (quæ ab Angelis eiuſdē ſpeciei efficiūtur) quia viſiones ab Angelis ſpecie diſtinctis productæ, etiā diſtinguuntur quidditatiuè; propter rationes, quas in præcedenti pronuntiato formauimus.

Prædictū verò aſſertū, quatenùs cōſtituit vnitatē ſpecificā viſionū, vbi ſuppetit vnitas facultatis intellectiuæ, eſt cōmunis theologorū omniū conſenſio vno aut altero dempto.

Ratio aſſerti.

Et probatur; quia ſtante idētitate ſpecifica vtriuſq; concauſæ viſionis, nimirum intellectus & luminis, datoq; eodem obiecto primario & ſpecificante, quæ eſt quidditas Deitatis, vt illimitatæ ſecundùm eſſentiam; non elucet veſtigium aliquod ſpecificæ diſcretionis.

Placitū Hericæ autumantis, viſionē diſtingui ſpecie ob repræſentationem creaturarū

21 Sed refragatur Herice communē ſententiam impetēs; dum tāquam inanem explodit diuiſionē illam obiecti primarij & ſecūdarij viſionis, quā vnanimis cōſtituit cœtus theologorū. Quare molitur; diſcretionē ſpecificā viſionis hauiri ex diuerſitate illius obiecti, quod appellatur ſecundarium. Cùm autem certo certius ſit, quaſdam creaturas numero & ſpecie diuerſas à beato inſpici, quæ alterius obtutū prætereāt fit inde, apud Herice, vt viſiones differant ſpecie ob diuerſam creaturarum expreſsionem, ſtante vnitate ſpecifica vtriuſq; cōprincipij viſionis, potētia nimirum, & habitu infuſo.

Cur verò reſpuenda ſit partitio illa primarij, & ſecundarij obiecti viſionis; ſic oſtendit author prædictus; tam *loco citato ex diſput. 49. cap. 3. num. marg. 30. quàm ex diſput. 5. numer. margin. 40.*

Arguit. 1. eo quòd expreſſio creaturarū ſit prædicatū vitale.

Quia expreſsio creaturarum in viſione beatifica ſicut eſt prædicatum vitale talis beatificæ intuitionis (cum per viſionem, quā tranſcendentalem ordinē exprimit in obiecta creata, beatus animata ratione conetur in talia obiecta) ita talis creaturarum apprehēſio æſtimari ac cenſeri debet quidditatiuum prædicatum viſionis; eoquòd omnis tēdentia vitalis ſit de quidditate illius formæ, quæ præfert vitam in actu ſecundo. Atqui viſioni illi, quæ non cālet ea obiecta creata, quæ inſpicit altera intuitio, deficit vitalis expreſsio, & animata tēdentia in huiuſmodi obiecta; igitur caret aliquo prædicato quidditatiuo, quod cōgruit alteri viſioni; ac proinde eſſentialiter diſident.

Arg. 2. quia viſio exprimat habitudinē tranſcēdentalem ad creaturas.

Præterea; quòd viſio, ſicut immediatè & per ſuā eſſentiam, tāquam per rationē intrinſecā, cōſtituit beatū in eſſe inſpiciētis Deum, ita exhibet illi ſuum effectū formalem percipiētis obiecta creata; cū reſpectu vtriuſq; obiecti importet habitudinem trāſcendentalē apprehēſionis ad apprehēſum. Sed relatio hæc trāſcēdentalis trāſcēdit quidditatem formæ intētionali ratione attingētis obiectum; igitur viſio, quæ nō repræſentat creaturas, caret trāſcēdentali aliquo ordine ad illas, ſicut & vitali imagine expreſsiua huiuſmodi creaturarū, ac proinde & prædicato eſſentiali quod attineat ad quidditatem alterius intuitionis.

Opponitur 3 facta collatione inter viſionē creaturarum in ſe ipſis, & in verbo.

22 Deinde vrgetur ratio facta collatione inter duas viſiones creaturarum, quarum altera in omnipotentia intueatur obiecta creata; alia verò inſpiciat hæc obiecta nō in virtualitate principij ſeu facultatis diuinæ exequētis, ſed immediatè in ſe ipſis. Quo ſuppoſito, vel eò producit, expreſsionē creaturarum in Deo eſſe de quidditate talis viſionis; quò expreſsio creaturarū in ſe ipſis immediatè, ſit prædicatū quidditatiuū illius intuitionis, nec enim magis, vel minus, coniuncta eſt ratio imaginis vni quàm alteri viſioni.

Agitur quòd expreſsio creaturarū in verbo ſit eſſentialis viſioni

Cæterùm, quòd viſioni, quæ attingit creaturas in cauſa, ſit eſſentialis huiuſmodi expreſsio creaturarū; vel ex eo depromitur; quòd ſicut per ſuam eſſentiam exprimit illa viſio omnipotentiā ita & creata quęque, cum quibus connectitur, ſine quorum apprehenſione virtualitas & eminentia principij concipi non poſſet.

Vltima oppoſitio, ex hypotheſi quòd daretur forma intellectualis quæ non eſſet appetitiua

23 Vltimò; quòd ſi eſſet forma intellectualis, quæ altrueretur radicale principium intellectionis, non verò appetitionis; eſſet quidditatiuè diſcreta ab anima rationali, quā aſſerimus radicale principium apprehenſionis, & impulſus. Sed huius diſtinctionis eſſentialis alia ratio eſſe non poſſet, niſi priuatio ordinis tranſcendentalis ad voluntatem, quem de facto importat anima

rationalis: igitur & defectus imaginis, seu expressionis vitalis, vel transcendentalis habitudinis ad talia vel talia obiecta creata in visione beatifica importabit quidditatiuam discernẽ di rationem.

Ad fũdam. tã Herice.

24 Verũ hæc nõ præpõderãt, vt theologorũ omniũ pro oppositõ stãtem cuneũ posthabeamus; Herice, vel vni, aut alteri neoterico, adhærentes; nec vrgẽt illius oppositiones.

Ad 1. nõ quilibet conceptus vitalis est de quidditate formæ viuæ

Ad primã; facemur ingenuè, expressionem creaturarum esse aliquod prædicatum vitale & intrinsecum in actu visionis; imus verò inficias, à ratione conceptus vitalis in actu secũdo trahi, quòd attineat ad quidditatem illius formæ, cui inest. Aliàs enim fieret, vt omnes illi gradus essendi, qui formæ vitali congruunt, eique per identicam coniunctionem cohærent, essent de quidditate illius; quod in omni opinione esse falsum ostendit gradus hæcceitatis, siue singularitas cuiuslibet qualitatis viuæ; quæ necessariò est vitalis cum nil sit intrinsecum identificatum vel formæ vitali, quod sit inanimum. Nec tamen inde comminisci licebit, singularitatem qualitatis vitalis esse de essentia qualitatis viuæ; aliàs enim duæ formæ vitales solo numero discretæ (quæ nimirũ per singularitates siue gradus numericos differũt) essentialiter dissiderent; quod est absurdum.

Aliàs singularitas operationis vitalis esset de conceptu essentialis

Satisfactio ad obiectum

Dicimus ergo; prædicatum illud imaginis creaturarum esse realiter idẽtificatum cum forma visionis, quæ Deũ intuetur; nec superstitem esse posse illam numero qualitatem repræsentatiuam Dei, pereũte imagine expressiua creaturarum. Non tamen obstare productionem alterius qualitatis eiusdẽ omnino quidditatis specificæ, quæ Deum apprehenderet quidditatiuè, nõ perceptis creaturis; eò quòd obiecta creata nõ attineant ad speciem illius actus; vt infra latiùs.

Respond. ad confir.

25 Ad confirmationem; quòd sicut visio creaturarum in Deo essentialiter tantùm importat quòd sit quædam Deitatis intuitio, & accidentaliter refert quòd sit expressio obiecti creati (dico accidentaliter, prout opponitur essentialiter, siue quatenùs indicat accidens prædicabile, quod sit extra quidditatem rei, non verò prædicamentale, quod separabile sit superstite numerica ratione substãtię talis actus) ita essentialiter & primariò constituit substratum in esse apprehẽdentis Deũ; secundariò verò in esse percipientis obiecta creata.

Ad replicã

Cùm autem instas; æquè immediatè exprimere creaturas & Deũ; ac proinde æquè, aut essentialiter, aut accidentaliter.

Qualiter visio exprimat creaturas immediatè?

Respondeo; quòd si (*Iy immediatè*) remoueat mediam aliam formam apprehẽsionis realiter distinctam; in hoc sensu verum est dicere; æquè immediatè exprimere creaturas & Deum; quia imago creaturarum est eademmet forma realiter & identicè cum imagine expressiua Deitatis. At si (*Iy immediatè*) insinuet, vi eiusdem gradus essendi, seu prædicari essentialis exprimi Deum, & creaturas in Deo vt in causã; falsum assumit. Cùm prædicatum imaginis Deitatis sit essentiale intuitioni beatificæ; ratio verò imaginis creaturarum non sit quidditatiua, seu attinens ad speciẽ talis formę, sed quidam modus realiter identificatus tali actui. Quare astrui potest de substantia, sed non de essentia beatificæ visionis; ex ratione, qua singularitas talis actus est de substantia, & non de quidditate eius.

Quid interfit discrimini inter visionẽ creaturarũ in se ipsis, & in verbo

26 Ad secundam oppositionem; id intercedere discriminis inter intuitionẽ creaturarũ in omnipotẽtia, & visionem creaturarum, non in virtualitate, seu eminẽtia facultatis diuinæ exequẽtis, sed in ipso esse formali entis participati; quòd prima visio vi eiusdem indiuisæ entitatis Deum & creaturas apprehendit; alia verò realiter dissidet à substantia actus quidditatiuè inspicientis Deum.

Visio creaturarum in se ipsis capit speciem à creaturis

Deinde; quòd visio creaturarum in se ipsis, & non in virtualitate, & eminentia principij, non spectat substantiam Deitatis tamquam primarium, & formale obiectum; sed solùm ens creatum. E contra verò intuitio Deitatis, nulla ratione spectat essentialiter ens participatum; ac proinde nec omnipotentiam, vt relatè connotat creaturas, sed secundùm esse absolutum eius.

Corollariũ.

Quò fit, vt eiusdem speciei esset intuitio Deitatis, si creaturæ possibiles essent omnino impossibiles; in quæ hypotheti non terminaretur visio ad facultatem exequentem

Dei

Dei ſecundùm eſſe relatum eius, & cõnotationem talis virtutis ad ens creabile; de quo in controuerſia de omnipotentia latiùs.

Diluitur oppoſitionis vltima; nõ quælibet priuatio ordinis tranſcendẽtalis tollat quidditatem rei.

Ad vltimum argumentum; reſpondetur, in omni philoſophiæ ſtabilitum, & conſtitutum eſſe, ſubſtantiam intellectualem eadem ratione eſſe radicale principium intellectionis, ſicut & appetitionis; ac proinde non eſſe diſtinctum prædicatum quidditatiuum in anima rationali, eſſe radicem eminentialem facultatis apprehenſiuæ, & impulſiuæ; vt omnes ſupponunt. Quò fit, vt non quælibet priuatio tranſcendentalis habitudinis immutet quidditatiuam conſtitutionem rei; ſed illa tantùm quæ remoueat relationem in eſſentia rei imbibitam; cuiuſmodi non eſſe habitudinem imaginis creaturarum in actu viſionis Dei cum communi ſententia aſſeueramus. Nec oppoſitum ab Herice oſtendi; quod præſtare debuiſſet, dum communi ſententiæ contradicit.

Alia oppugnatio placiti recẽtiorum circa diſtinctionem ſpecificam viſionis ob repræſentationem creaturarum.

Alarcõ tutatur diſcretionẽ ſpecificã viſionis ob repræſentationẽ creaturarum

27 POſt hæc autem ad prælum parata inuenio Diegum Alarcon, Valentino de Herice adheſiſſe, 1. *part. tractatu* 1. *de Viſione Dei, diſp.* 3. *cap.* 5. *numer. marg.* 5 fundamenta, quibus prædictus author ſuum, & Herice ſuffulcit placitum, meo iudicio, leuia ſunt; quæ eò ſpectant.

1. ratio quia quælibet imago intentionalis refertur eſſentialiter ad ſuũ obiectũ.

Quòd quælibet imago intentionalis exprimat eſſentialem ordinẽ ad obiectum, quod repræſentat; ſiue appelletur primarium, ſiue ſecundariũ. Atqui viſio beatifica eſt imago formalis creaturarum; igitur refertur ad illas eſſentiali cõnexione & habitudine: ac proinde viſio, quæ non exprimit talem ſpeciem creatam, caret aliquo prædicato eſſentiali, quòd vendicat viſio repræſentans talem creaturam. Hucuſque Alarcon ex Herice.

Fuga.

Deinde ſubiũgit; quòd nec dici poteſt, quòd expreſsio creaturarũ nõ ſpectet ad quidditatẽ, vel ſpeciẽ viſionis: ſed ad indiuiduationem eius.

Occupatio fugæ.

Quia ſicut repræſentatio obiecti congruit viſioni à generica ratione imaginis intellectualis, ita expreſsio obiectorũ talis ſpeciei trahitur ab ſpecifico cõceptu talis ſpeciei imaginis intellectualis; igitur, quòd viſio beatifica exprimat creaturas talis ſpeciei, nõ refunditur in cõditionem numericã formæ, ſed in rationem ſpecificam eius.

Excutiuntur oppoſitiones pro diſcretione eſſentiali viſionis ex expreſsione creaturarũ.

Quæ oppoſitiones nullo negotio corruunt ex dictis; cũ aſſumãt id, quod cõmunis ſchola explodit; quòd nimirũ extenſio imaginis expreſsiuæ Deitatis ad creaturas ſit quidditatiua viſioni. Vnde licet fateamur, viſioni (nõ ſolũ in eſſe numerico cõceptæ, ſed etiã in eſſe abſtracto & ſpecifico) cohærere, quòd extẽdatur ad creaturas ex motione intẽtionali Deitatis, vt clarè viſibilis; attamẽ tale prædicatum extẽſionis, vel cõparationis ad creaturas nõ eſt quidditatiuũ viſioni, ſed adinſtar proprietatis cuiuſdam omnino extractæ ab eſſentiali conceptu viſionis; nec enim quidquid congruit rei ante gradum indiuidualem eſt de quidditate rei; cùm riſibilitas conueniat homini ante numericam contractionem.

Obſcurior efficacius cõtra noſtram ſententiam.

Quare efficaciùs excogitationẽ Herice & Alarcõ vel ſic promouere poſſumus. Quia ſicut certũ eſt, quòd poteſt Deus videri intuitiuè, nõ inſpecta, vel vnica creatura; ita quãdo cõcipimus, ordinari vel extẽdi viſionem ad expreſsionem creaturarum, vt verã imaginem intentionalem illarum, neceſſe eſt, aliquid viſioni adinſtar metaphyſicæ compoſitionis adiũgi, per quod comparetur ad creaturas vt imago expreſſa, ac formalis ſpecies illarũ. De hoc igitur addito videtur neceſſariò pronũtiãdũ, quòd diuerſificetur ſpecie iuxta diſcretionẽ ſpecificã obiectorũ. Quia ſicut ponitur talis extẽſio propter obiectũ creatũ, & eo ablato tollitur; ita & conſequens eſt, vt iuxta diſcretionẽ obiectorum diuerſificetur.

Vrgetur obiectio eòquòd extenſio viſionis ad aliã creaturã differat eſſentialiter ab extenſione ad aliam.

Tũc vltra ſic; ergo diſtinguitur etiã eſſentialiter viſio, ob diſcretionẽ eſſentialẽ extenſionis ſuæ ad obiecta; cũ talis ad creaturas, vel extẽſio, vel cõparatio in ratione imaginis obiecti ſecundarij,

ſe gerat adinſtar paſsionis viſionis beatificæ;diuerſitas autem eſſentialis paſſionum à poſteriori conuincit diſcretionem quidditatiuam ſubiecti, à quo pullulat.

Obſeruatio magni momẽti ad ebũdendũ acit oppoſitionis

Ad ictum eneruãdũ præmitto;quòd cùm cõſtituimus, aliquid addi viſionidũ extenditur ad repræſentandas creaturas;non ita accipiendum eſt noſtrũ aſſertum,vt id additum per modum extenſionis ita ſit propter obiecta creata quòd ſpectet creaturas,vt in ſe,vel ex intentionali motione illarum;ſi enim ita fieret,non inſpicerentur creaturæ, per obtutum beatificum, vt beatificum,ſeu ex intentionali motione Deitatis. Hæc igitur extenſio viſionis ad obiecta creata,ſicut ita ſpectãda eſt,vt exprimat creaturas in Deo,vel ex motione obiecti beãtis,& nõ in ſe ipſis;ſic & cõſequẽs eſt,vt prædicta extẽſio diſtinguatur ab intuitione Deitatis diſtinctione includẽtis ab incluſo; quatenùs includat inſpectionẽ Deitatis,& apponat ordinationẽ vel relatã comparationẽ imaginis Deitatis ad creaturas, vt ſcibiles ex motione & penetratione intelligibilitatis diuinæ.

Corollariũ ex dictis.

Ex quo ſequitur,vt reſpectu viſionis beatificæ, etiã vt extẽſæ ad creaturam creatura nõ ſit primariũ,ſed ſecũdariũ obiectum;à quo nec ſpecies aut quidditatiua diſcretio,huiuſmodi extẽſionis trahi queat.

Ad inſtãtia ſatisfactio

Vnde cùm inſtatur;quòd talis extenſio,vel comparatio viſionis ad creaturã ponitur propter ſolam creaturam;&ea ablata tollitur. Negatur,quòd propter ſolam creaturam ponatur; ita vt illud prædicatum imaginis extenſæ terminetur ad creaturã,vt in ſe, & nõ in Deo. Addimus etiam,quòd manente eadem numero ſubſtantia actus, non poſsit eſſe extenſus,& non extenſus ad creaturas;eòquòd talis extenſio realiter idẽtificetur cũ ſubſtantia actus, licet formaliter diſtinguatur. De quo nos iterũ *in hac diſt.ſubdiſt.2.ar.5.de comparatione viſionis ad creaturas futuras,ſub num.marg.28.*

Tutatur Smiſingius,extẽſionem viſionis ad creaturas importare eſſentialẽ abſimilitudinem

His etiam,qui tutãtur ſpecificam diſcretionem viſionum ob expreſsionem creaturarum, acceſsit ex aſſeclis Scoti Theodorus Smiſingius in hac re manifeſtè ab Scoto deficiẽs;vt liquidò oſtẽdam. Licet autem prædictus author, *to.1.de Deo vno,tract.2.diſp.6.de inuiſibilitate Dei,q.9.num.261.& 263* Defendat ſpecificam vnitatẽ humanæ angelici intellectus;ſuſtinet tamẽ ſpecificam diſcretionẽ viſionũ ob repræſentationem creaturarum. Adſtruẽs;quòd licet creatura non ſit obiectum formale intuitionis beatificæ; adhuc tamen à materiali obiecto trahi queat diſcretio ſpecifica actuum.

Smiſingiũ ſũdamentum

Sed quidquid ſit de ſpecifica abſimilitudine actuum ob diſcretionem obiecti materialis;quando obiecti materialis diuerſitas cõducit ad diuerſam tẽdentiæ rationem circa obiectum formale. At quidditatiua intuitio Deitatis non refert diſparitatem terminationis in obiectũ beatificũ,vt beatificũ,eòquòd tales,aut tales creaturæ inſpiciantur; cùm beatificus obtutus nõ ſpectet creaturas ex vi motiua propriæ intelligibilitatis;ſed ex ſola motione intelligibilitatis increatæ.

Qualitas obiecti materiale communicat ad ſpecificã diuerſitatem actus

Si enim vera eſſet Smiſingij enuntiatio de diſcretione ſpecifica actuũ ob ſolam obiecti materialis (quà materiale obiectum eſt) diſcretionẽ; fieret,vt omnes actus fidei infuſæ diſſiderẽt ſpecificè ob materialium obiectorũ abſimilitudinem,&quòd omnes etiam aſſenſus fidei humanæ innixæ teſtimonio eiuſdem atteſtantis, etiam ſecernerentur eſſentialiter;quæ omnia vt minus rationabilia pronũtiata cẽſutat in Pe. Hurtado, Dieg. Alarcon, *1.p.tract.1.de viſione Dei,diſp.3.c.5.n.7.*

Eſt dictum ſũdamentum Smiſingii

Hurtadus Alarcon.

Quoad Smiſingiũ verò,cõſtat apertè refragari Scoto;dũ cõſtituit ſpecificã diſtinctionẽ viſionis ob viſionẽ creaturarũ. Cùm Scotus *in 1.ſen.diſt.1.q.2.n.marg.5.* apertè cẽſeat;actũ beatificũ eumdem ſuperſtitẽ fore,eſto quòd tolleretur expreſsio creaturarũ; quẽ locũ exaramus infra *in ſubdiſt.ſequẽti de obiecto actus viſionis artic.2. An videri queat eſſentia non viſis relationibus? ſub n.mar.8.& 11.* vbi præcipuè cõtra Smiſingium obijcio illa Scoti verba.

Deficit Smiſingius ab Scoto.

Scotus

Idẽ eſt actus viſionis eſſentiæ diuinæ, & aliarũ rerũ in eſſentia; ſed eſſentia in ſe eſt primum obiectũ,res viſæ ſecundarium obiectum;non poſſet autem manere eadem viſio niſi eiuſdem eſſentiæ, poſſet autem manere abſq; hoc quòd eſſent res viſæ in ea. Vbi nil euidentiùs è re tradi potuit.

,,

,,

aſſer.3.dari poſſit plures viſiones diſtinctæ ſpecie,etiã data vnitate ſpecificæ principij vitalis

28 Dicẽdũ tertiò;nõ eſſe impoſsibilem de abſoluta Dei potentia plurali-

ea-

tatem ſpecificam viſionis, etiam ſtante vnitate ſpecifica principij vitalis. Sic ex neotericis Iacobus Granado, loco citato, §. *Dico tamen ſecundo, numer. marg.* 4. Ripalda *de ente ſupernaturali, lib.* 1. *diſput.* 22. *ſection.* 14. *numer.* 72.

Granadus Ripalda.

Probatur; quianō implicat cōtradictionem

Et probatur; quia diuinæ virtuti deneganda non eſt illius effectus poſsibilitas, quæ euidentem non referat implicationem; atqui ſine voluntaria diuinatione aſſeri non valet ab infinita intellectualitate Dei hauriri non poſſe infinities infinitas formas luminis ſpecie condiſcretas, à quibus pluralitas ſpecificaviſionum trahatur etiã per habitudinem ad facultates vitales eiuſdem rationis.

Implicatio enexuit ex vnitate obiecti formalis viſionum

Implicatio enim illa, quæ ab vnitate obiecti formalis beatifici producitur, omnino exilis eſt; cùm reſpectu eiuſdem obiecti formalis, aliæ, & aliæ eſſe queant ſpecies actuum, ob diuerſitatem modi tendendi: ſicut in naturalibus idem album verbi gratia ſub ratione formali albedinis terminat abſimilitudinem nigri, & ſimilitudinem albi. De quibus plura *in controuerſ.* 3. *de Veritate Dei. In digreſſione de obiecto formali intellectus, num. marg.* 57 *& deinceps.*

Firmatur ex Scoto doctrina præcedens

Nec abs re erit diſertiſsimam Scoti phyloſophiam circa ſpeciem actuum lectori obijcere; *ex* 3. *ſentent. diſtinct.* 14. *quæſtion* 2. §. *Et tunc ad alias duas probationes, ſub numer. margin* 6. vbi habet.

Scotus

Dico; quòd etſi obiectum diſtinctum ſpecie concludat diſtinctionem actus ſpecie, non quidem formaliter, quia obiectum non eſt forma alicuius actus, ſed cauſaliter; quia cauſa eſſentialiter prior neceſſariò requiſita, inquantum diſtincta concludit diſtinctionem in cauſato: non tamen vnitas obiecti ſpecifica concludit vnitatem actus ſpecificè.

Vnitas obiecti formalis non ſufficit ad vnitatē ſpecificam actuum

Quia idem obiectum eſt obiectum, omnis intellectus beati, & etiam omnis voluntatis beatæ; nec tamen volitio eſt eiuſdem ſpeciei cum intellectione.

Viſio & fruitio terminātur ad idem obiectum formale.

Poſſunt enim iſti actus formaliter diſtingui, licet non habeant obiecta formaliter diſtincta, & poſſunt etiam diſtingui cauſaliter aliunde, quàm ab obiectis; quia ab ipſis potentijs, tanquam à ſuis cauſis eſſentialibus. Et ita dato, quòd ab obiecto indiſtincto ſecundùm ſpeciem, haberēt indiſtinctionem; tamē ab alia cauſa partiali diſtinguerentur ſpecie. Nec Phyloſophus 2. *de anima dicit; quòd actus habent vnitatē ab vnitate obiecti; ſed diſtinctionem.*

A facultate natiua trahitur ſpecifica diſcretio actuū ſupernaturalium

Vbi plura è re conſtituit Scotus. Primum; quod etſi diſtinctio obiecti formalis inferat diſcretionem ſpecificam actuum; ſecus de vnitate obiecti formalis, quæ ſola non præbet vnitatem ſpecificam actibus petentibus ſpecificam abſimilitudinem à potentijs vitalibus. Secundò docet Scotus; viſionem & fruitionem beati ſpectare idem obiectum formale. Quod ideò ab Scoto traditum eſt, quia bonitas, ſeu eſſentialis integritas Deitatis non ſit extra Dei quidditatem, vt oſtendimus *in controu.* 4. *de Bonitate Dei.*

Quò fit, vt ſicut Deitas, quà talis, aſſeritur obiectum formale terminatiuum viſionis, ita & eadem Deitas, quà talis, ſit obiectum formale fruitionis; ſiquidem bonitas tranſcendit explicitum conceptum Deitatis. Quæ tamen intelligenda ſunt de obiecto formali terminatiuo viſionis, & fruitionis, quãtum ad identitatem formalem obiecti terminatiui; ſecus de obiecto immutante intellectum ad viſionem; hoc enim diſtinguitur formaliter à Deitate; cùm Deus immutet intentionaliter mentem creatam, non per ſuam eſſentiam immediatè, ſed per attributum voluntatis, vt ſæpe oſtendimus. Cùm autem voluntas diuina non ſit primarium & formale obiectum fruitionis beatificæ, ſed ipſa bonitas, & quidditatiua integritas Deitatis; accedit inde, vt de ſolo obiecto formali terminatiuo viſionis, & fruitionis procedat Scotus, dum pronuntiat, viſionem & fruitionem ſpectare idem obiectum formale.

Vltimò ſubiungit Scotus reſerans mentem Ariſtotelis; quòd nũquam tradiderit Phyloſophus, quòd ſola vnitas obiecti formalis conferat vnitatem ſpecificam actibus; ſed quod ſola diſcretio obiecti formalis ſufficiat ad inferendã ſpecificam abſimilitudinem actus; ſecus in potentia. De quo vide infra *ſub n.* 35.

Reſponſio ad argumẽta principalia pro vnitate ſpecifica viſionis beatæ.

29 ARgumenta, quæ adoriuntur ſpecificam diſcretionẽ viſionum, difficilia ſanè ſunt, non tamẽ quæ dilui nequeãt. Quare ad primum argumentũ dicimus; Vaz quez ignauiter in noſtram ſententiã inuehi; ſi enim illius probatio aliquid præſtaret, etiam obtineret; quòd eſſent eiuſdem ſpeciei intellectiones hominis & Angeli, ſi Deus vtriq; potentiæ immitteret ſpeciem impreſſam eiuſdem rationis eſſentialis, quæ eſſet repræſentatiua eiuſdem obiecti ordinis naturalis; cui ſuppoſitioni nemo refragari poterit. In hac ergo hypotheſi talis ſpecies eſſet principium minus vniuerſale intellectionis, cũ contrahat potentialitatem & indifferentiam intellectus ad varia obiecta percipienda; igitur, ſi à ſolo principio minus vniuerſali, ſeu magis contracto, trahenda eſſet ſpecies notitiæ; fieret, vt intellectiones illæ hominis & Angeli ob ſpecificam vnitatem ſpeciei impreſſæ eiuſdem obiecti ordinis naturalis, eſſent eiuſdem ſpeciei; quod eſt abſurdum.

30 Cæterùm, pro expeditione ſecũdæ argumentationis, quæ magis vrget, præmitto; quòd ſicut habitus per ſe infuſi, licet non ſibi vendicent vitalitatẽ, vt tamen cõiunguntur potentijs vitalibus, eliciũt ſupernaturalitatẽ intrinſecè vitalẽ, qualis eſt ea, quæ actibus ab huiuſmodi habitib⁹ productis cõgruit; ita nec obſtat, vt inæqualitas habitus per ſe infuſi, quæ tantùm intenſiua eſt, & non ſpecifica, inquantum tamen apponitur inæqualitati eſſentiali potentiæ vitalis, efficiat inæqualitatem ſpecificam, & eſſentialem.

Quo ſuppoſito ad argumẽtũ dici poſſet; viſionẽ Chriſti Domini, & illibatæ Virginis, nõ ſolũ eſſe intẽſiuè præſtãtiorẽ, ſed etiã ſpecificè & eſſentialiter eminentiorem viſione Angelica.

Quãdo verò inſtas; quòd intellectus Angeli eſſentialiter eſt præſtãtior intellectu Chriſti Domini, qui tãtũ accidẽtaliter ſeu intẽſiuè eminet ſupra Angelũ ob virtutẽ luminis gradualiter excellẽtiorem; ergo nõ datur aliquod principium, à quo hauriri queat intellectio humana Chriſti quidditatiuè præſtãtior intellectione angelica.

Reſp. ad inſtantiam.

Reſpõdetur; quòd licet inæqualitas intẽſiua luminis ſecũdũ ſe ſpectata nequeat eſſe principiũ viſionis eſſentialiter præſtãtioris, attamẽ, vt cõiũcta facultati vitali eſſentialiter diſtinctæ, elicit intellectionẽ quidditatiuè præſtantiorẽ; ita vt diſtinctio eſſentialis viſionis, quâ diſtinctio quidditatiua eſt, defertur potẽtiæ vitali eſſentialiter diſtinctæ; & quâ inæqualis eſt, adſcribatur lumini inæquali; ſicut viſio, quâ vitalis, defertur intellectui, & quâ ſupernaturalis addicitur lumini.

Exuperãtia intẽſiuæ luminis vt adiũcta virtuti natiuæ eſſentialiter diſtinctæ vidẽtur cõferre poſſe ad ſpeciem excellẽtiorem viſionis.

At verò, quia excellẽtia viſionis, eſto quòd per accõmodationem quãdã tribuatur lumini intẽſiuè tãtũ inæquali, attamẽ in re efficitur etiã à potẽtiæ eſſentialiter diſſita; ideò ab vtroq; cõprincipio habitu nimirũ & potẽtia hauritur actus quidditatiuè diſcretus, & quidditatiuè etiam excellẽtior. Nec mirum quòd præſtãtia intẽſiua luminis, vt appoſita diſcretioni quidditatiuæ facultatis intellectiuæ eſſentialiter inferioris, cõferre queat ad actũ eſſentialiter præſtãtiorem; cũ in huiuſmodi cauſalitate ſupernaturali ſe gerat lumen tanquã agens principale, & intellectus tanquã miniſteriale, vel minus principale efficiens; vt in ſuperioribus oſtendimus.

Cõfirmatur ex inſtantia habitus non vitalis eliciẽtis viſionẽ vitalem.

Si autẽ oppoſitio premeret etiã perſtringeret cõmunem ſentẽtiã pronũtiãtem; quòd licet habitus per ſe infuſi nõ ſint intrinſecè vitales, exerũt actus intrinſecè vitales. Vnde, ſicut actus vitalis, licet per attributionẽ quãdã deferatur facultati viuæ, attamẽ re ipſa & phyſicè attingitur à principio nõ vitali, quale eſt lumen; ita diſcretio ſpecifica viſionis, licet adſcribatur facultati vitali eſſentialiter diſſitæ, in re attingitur à lumine vt coniuncto potentiæ; & ideò ſicut non obſtante vnitate ſpecifica talis luminis, ob quidditatiuam diſcretionem alterius comprincipij, producitur actus eſſentialiter diſcretus; ita inæqualitas intenſiua, vt cohærens diſtinctioni ſpecificæ alterius concauſæ, conferet ad effectum quidditatiuè excellentiorem.

Premitur oppoſitio.

31 Sed vrgebis; quòd ſicut quia vnitas ſpecifica luminis nõ abſorbet diſcretio

tionem ſpecificã facultatis natiuæ, prodeũt viſiones eſſentialiter diſtinctæ; ita præſtãtia intẽſiua luminis nõ exhaurit nec abſumit eminẽtiã illã ſpecificã ſeu quidditatiuã intellectus Angeli ſupra humanum captum: igitur nulla ratione fieri poteſt, vt ob ſolam maiorem gradualitatem luminis, aliqua viſio humana ſit eſſentialiter perfectior viſione Angelica.

Præſtãtia intẽſiua luminis nõ abſumit eminẽtiam ſpecificã intellectui Angeli

Reſp. ad obiectum

Reſpõdetur ex prælibatis; tãtũ agere oppoſitionem, quòd ſpecies præſtãtior viſionis adſcribi nequeat ſoli perfectioni luminis; nõ tamẽ quòd intellectꝰ ſpecie diuerſus cũ exuperãtia intenſiſſimæ virtutis ſupernaturalis conferre nequeat ad perfectiorem ſpeciem actus ſupernaturalis exercendam.

Obſerua præcõpoſitionẽ inferioris intellectus eſſentialẽ ſibi cõprincipio ſupernaturali ad eliciendã præſtantiorẽ ſpeciem viſionis.

Nec enim vt ſpecies inferior intellectus humani præſtet & cõferat actiuè ad perfectiorem ſpeciẽ viſionis; exigitur, quòd idẽtificet ſibi formã illã, per quã adæquatè potẽs ſit ad nobiliorẽ ſpeciẽ actus ſupernaturalis. Quod vniuerſaliter verũ & perſpicuũ apparet in omnibus cõprincipijs, quæ vel per naturalẽ ſympathiã, vel per obediẽtialem cõpoſitionem conueniunt ad eliciendum eũdem effectum; nec enim exprimunt eodẽ nexu identitatis illa prædicata, quæ identificantur in effectu. Quia intellectus non identificat ſibi formã imaginis intentionalis, quæ congruit ſpeciei impreſſæ; ſicut nec è cõtra ſpecies impreſſa refert identicè rationem principij viui; cùm tamen ſpecies expreſſa identificet prædicata vitalitatis & repræſentationis. Quod etiam demonſtratur in obediẽtiali compoſitione intellectus, & habitus luminis, quia nec intellectus identificat prædicatum ſupernaturalis principij, vt euidens eſt; nec habitus ſupernaturalis etiam ſibi per idẽtitatem vendicat, quòd ſit virtus viua.

Corollariũ ex prælibatis.

Quare, vt intellectus Chriſti cenſeatur in actu, & per ſe principium viſionis perfectioris ſecundùm ſpeciem; non expoſcitur, quòd ſpecifica diſparitas intellectiuæ facultatis identificet ſibi illam præſtantiam intenſiſsimę ſupernaturalitatis, ob quam exuperat Angelum; ſed quòd ſit principium eſſentialiter diſitum, & ſupernaturaliter nobilius; vt ſpecies natiuè inferior, quatenus compoſita præcellentiſſimæ eleuationi, præſtet ad nobiliorem ſpeciem phyſicam actus ſupernaturalis eliciendam.

Alia inſtãtia

32 Inſtabis iterum in ea hypotheſi quòd intellectus humanus, & Angelicus æqualem luminis portionem ſortiantur.

Diluitur.

Reſpondetur; quòd tunc viſio Angelica erit quidditatiuè præſtantior viſione hominis; erit enim immaterialior & perfectior actus viſionis Angelicæ ob præſtãtiam alterius comprincipij vitalis: ſed intenſiùs non apprehendet Deũ quàm viſio humana, eòquòd nulla facultas natiua conari queat vltra metas ſuæ eleuationis; de quo preſsiùs in ſequenti articulo.

Oppoſitionẽ non præcedit in iſta via ſentiẽdi

Ex his liquet, argumẽtationẽ Franc. Soarez contra iſtum modum dicẽdi nil obtinere; cũ tantùm procedat ex hypotheſi quòd viſiones hominis i perfectiori lumine eliciæ ſint tantùm gradualiter, & non eſſentialiter perfectiores viſionibus intellectus angelici; quod conuellitur ex dictis.

NOTA

Si quis autem premiſſam doctrinam improbet; aliam ineat rationẽ, quæ eã abluat abſurditatem, qualis qualis illa ſit, quæ erumpere videatur ex aſſerto pronuntiante; viſionem Chriſti Domini, & intemeratæ Virginis eſſe quidditatiuè imperfectiorem viſione Angelica.

Obiectio contra doctrinã præmiſſam.

Nec enim difficultate vacat adſtruere, quòd in diuiduũ viſionis humanæ in Chriſto, & B. Virgine, ſit eſſentialiter nobilius tota ſpecie viſionis Angelicæ; & quòd cætera indiuidua humanæ viſionis, exuperẽtur ſecundùm phyſicam nobilitatem ſpecificam à cæteris indiuiduis viſionis Angelicæ.

Diluitur ad in ſſa opinione recẽtiorũ

Niſi velis, uiſiones Chriſti, & Virginis, ſpecie phyſica diſsidere ab alijs viſionibus ſanctorum hominum; cùm Herice, Alarcon, & Smiſingius, hi tres ex recentibus Theologis, non renuant ſpecificam diſcretionem in omnibus indiuiduis viſionis beatificæ humanæ naturæ, ob ſolam abſimilitudinem creaturarum; vt oſtendimus.

An Chriſto inſit habitus luminis præſtantior ſpecificè

At verò ſi aſſereret quis; ineſſe Chriſto Domino habitum luminis gloriæ alterius ſpeciei præſtantioris ſpecie luminis Angeli; (ſiquidem non contradicit pluralitas ſpecifica luminũ de abſoluta Dei potentia, vt liquet ex dictis numer. 28.) facilè ſe expediret. Attamen id non adſtruo; cùm etiam in extollenda dignitate viſionis Chriſti

Do-

Domini noua pronuntiata exhorream.

Cõgruentia pro parte affirmantis

Verùm, ſicut aſſeueratur abſque erroris nota, Chriſtum videre in Verbo omnem collectionem creaturarum poſſibilium, quam ſolus Deus inſpicit; (vt agimus infra *in ſubſtinct. ſequenti de obiecto actus viſionis art. 4. de comparatione viſionis beatificæ ad creaturas poſſibiles, ſub numer. margin. 35.*) ita non implicaret, quòd intellectus Chriſti donaretur ſpecie præſtantiori habitus luminis, vt connaturaliori ratione eliceret perfectiorem ſpeciem beatificæ viſionis, ne ab Angelo ſuperetur quoad phyſicam nobilitatem ſpeciei actus ſupernaturalis viſionis, & fruitionis.

Aſſeritur poſſibilitas luminis ſpecifice perfectioris in Chriſto, nõ tamen immiſſio de facto.

Quod tamen an de facto euenerit, non audeo decernere; viam tamen aliqualiter parat Scotus, dum circa idem obiectum formale, ſcilicet bonum increatum, duas recipit ſpecies amicitiæ ſupernaturalis in via, & in patria; vt liquet ex prælibatis ex textu, ſub num. 8.

Vera ſolutio deſenſu auctoris

Cæterum; his miſſis, quæ magis diſputandi gratia attigimus; nec enim inanibus puerorum terriculamentis concutimur, nec illis exagitamur ſpectris, quæ Theodorum Smiſingium coegerunt, vt piam, veramque Ioannis Maioris ſententiam, vt minus ſibi probatam abigeret.

Defenditur doctrina Maioris

Ego nil inſpicio incommodi in hoc quòd viſio minimi Angeli ſit immaterialior, & ſecundùm phyſicam nobilitatem præſtantior ſpecifica nobilitate viſionis Chriſti Domini; cùm materialis hæc & phyſica præſtantia non immiuat ferè immenſam exuperantiam intenſiuam beatitudinis, quæ potior conducit ad præmium in ratione præmij, ſicut ad maiorem penetrationem obiecti beantis.

Inſtãtia vrgens ad hominẽ, & obtenta in ſpecie intelligibili minoris intenſionis compoſita Angelo

Quod perſpicua illuſtratur inſtantia in ea hypotheſi, quod Deus immitteret Angelo ſpeciem intelligibilem intenſionis, vt vnum; & homini imprimeret ſpeciem intenſionis vt centum; quo dato perſpicuum eſt, quòd licet notitia, vel ſpecies expreſſa Angeli intenſionis vt vnum anteiret phyſicam immaterialitatem notitiæ, vel ſpeciei expreſſæ hominis intenſæ vt centum; ſed notitia hominis eſſet perfectior in ratione penetrationis obiecti, quod exactiùs exhauriret intelligibiliter, ob exuperantiam alterius comprincipij intentionalis tenentis ſe ex parte obiecti. Nec enim præſtantia nobilioris intellectus conferre valet ad eliciendam intenſiorem notitiam vltra apicem intenſionis ſpeciei impreſſæ; vt multis de mente Scoti in ar. ſequenti oſtendimus præcipuè ſub n. 12.

Viſio Chriſti præcellit viſioni Angelicæ in ratione penetrationis obiecti beantis

Quod ſuppari ratione aſſeueramus, de intellectu Chriſti perfuſo intenſiſſima gradualitate habitus luminis; quod ſcilicet præcelleret Angelo in maiori penetratione obiecti beantis, & in ratione beatitudinis, vt præmij; licet ſuperet Angelus ſecundùm phyſicã præſtantiam ſuæ immaterialitatis.

Criminatio Smiſingij in Maiorem

Nec aliquid faceſsit operis inſtantia illa Smiſingij contra Maiorem, *ſub numer. marg.* 2. de maiori nobilitate apprehenſionis intelligibilis (*vt tria*) ſupra notitiam ſenſitiuam intenſionis, (*vt mille.*)

Abigitur.

Inconcinna enim producitur compa ratio à ſenſibili idolo, & ſentatione corporea ad ſpiritualem notitiam, quæ eſt alterius generis; cùm in præſenti controuertatur inter intellectum Angeli, & hominis cum eleuatione habitus luminis gloriæ eiuſdem quidditatis ſpecificæ. Sed de his contemnenda non ſunt, quæ attingit Alarcon loco citato *ex 1. part. tract. 1. de Viſione Dei, diſp. 3. capit. 6. §. Apprimè obſerua, numer. marg. 18.*

Alarcon

31 Ad tertium argumentum dicimus; quòd fauet illi ſatis expugnatæ aſſertioni obtrudenti; potentias vitales eſſe quaſi meras ſubſtrata motuum ſupernaturalium, habituſque ab extrinſeco principio petitos intrinſecam vitalitatem adæquatãq; vim proximam nanciſci ad actus ſupernaturales eliciendos. Si enim potentiæ vitales eſſentialiter diſcretæ agerent præcisè prout conueniunt in eamdem ſpeciem eleuationis, vt contendit oppoſita ratio; fieret, vt ſola virtus ſupernaturalis euehens potentias vitales eſſet adæquata vis proxima ex parte potentiæ ad efficiendum actum vitalem ſupernaturalem. Imus igitur inficias, facultates vitales eſſentialiter diſtinctas agere præcisè, & proximè per eam formam eleuationis, quæ illis eſt communis ſpecifica vnitate; ſed etiam per virtutes ſpecie diſitas, vt tamen excitan-

Diluitur argum. 3. & illius expugnatio ad hominem

tur

tur, & complentur ab habitu immiſſo in ratione principij adæquati ad elicié dum actum ſupernaturalem.

Enervatur inſtantia.

Inſtantia verò de Sole & igne, à quibus producta eiuſdem ſpeciei hauriuntur; futilis eſt. Quia Sol præcontinet intra ſuam virtualitatem ſubſtantiam ignis; attamen intellectus Angelicus nequit eſſe principium elicitiuum potentiæ intellectiuæ hominis, nec etiam humanæ intellectionis, cùm nec initialiter, ſeu inchoatè valeat ad huiuſmodi effectus; vt oſtendimus, ſub num. 10.

Cauſa inſtrumentalis vel minus principalis confert ad ſpecificā diſtinctionem effectus

Nec magis firmum eſt id, quod ſubſumitur ad oppugnationem ſpecificæ diſtinctionis, quæ à potentijs eſſentialiter conditinctis prodeat; eò quòd non ſint principalia agentia viſionis ſupernaturalis. Cùm diſtinctio ſpecifica inſtrumenti immutet ſpeciem producti; vt apertè liquet in phantaſmate, quod non eſt agens principale ſed tantum inſtrumentarium ſpeciei intelligibilis, & tamen ob diuerſitatem phantaſmatis, ſtante vnitate intellectus agentis, qui eſt cauſa principalis, plurificatur eſſentialiter ſpecies intelligibilis.

Ad 4. argu Reſp.

Ad quartam oppoſitionem, quæ agit ab eodem habitu ſecundùm ſpeciē trahi non poſſe pluralitatem ſpecificā actuum; patet ex his, quæ expendimus *num. marg.* 11.

Satisfactio ad fundamenta eorum, qui opinantur, eſſe implicatoriam abſimilitudinem ſpecificam viſionis de abſoluta Dei poteſtate.

Ad fundam. 2. ſententiæ.

34 REſtat eorum probationes refellere, quæ contendunt impoſsibilitatem ſpecificæ diſtinctionis in viſione beatifica, etiam de abſoluta Dei potentia.

Ad 1. arg. vnitas obiecti formalis nō ſufficit ad vnitatē ſpecificam actuum

Quare ad primum argumentum dicimus; quòd vnitas obiecti formalis extrinſeci non obtinet vnitatem ſpecificam actus; cùm ob variam tendentiæ rationem circa idem obiectum formale, actus eſſentialiter plurificari poſſit. Quod ſeriò aperuimus agentes de obiecto formali intellectus, *in controuerſ. 3. de Veritate Dei, articul. 1.* vbi oſtendimus; eamdem potentiam, tàm ſpiritualem, quàm corpoream, multiplex formale obiectum ſibi vendicare poſſe. Vt conſtat in appetitu, qui dum fugit; ſpectat malum ſub ratione mali; & dum proſequitur, tendit in bonum ſub ratione boni.

Eadem potentia habet multiplex obiectum formale.

Nec præſtat occurrere; quòd omnia obiecta formalia facultatis appetentis, ſiue dum fugit, ſiue dum proſequitur, colligi queant ad vnam rationem appetibilis, vel volibilis. Quia obiectum actus fugæ poteſt eſſe ea ratio mali, quæ eſt mera negatio, ſeu priuatio boni; ſicut dum odio habetur mors, inquantùm eſt merum non eſſe vitæ: priuatiuum verò & poſitiuum in vnam rationē coire non poſſunt, vt perſpicuum eſt.

Præoccupatio fugæ

Ad 2. arg. quòd videretur eſſentia ſine attributis, nō terminari obiectum formale viſionis

35 Ad ſecundum argumentum; quòd ex opinione Scoti autumantis, poſſe videri eſſentiam ſine attributis, & vnum attributum ſine alio; non producitur ſpecifica diſcretio viſionis ex hoc, quòd attributales affectiones Dei ſeu relatiuæ hypoſtaſes, terminēt, aut nō terminēt, viſionē; quia ſtāte eodē obiecto formali viſionū (ſi cætera ſuppetant, quæ ad vnitatem ſpecificā exiguntur,) ſtare poſſet vnitas ſpecifica illarum; cùm ad obiectum formale intuitionis beatificæ non attineant relationes, nec attributa, ſed ſola actualitas, & quidditas Dei, quæ eſt principiū quaſi logicæ emanationis omnium attributorum.

Circa idem eriā obiectū formale ſtante poteſt diſcretio ſpecifica actuū

Ita tamen, vt non obſtet, quòd circa idem obiectum formale beatificum plures ſecundùm ſpeciem viſiones exiſtant; (quia vt liquet ex textu Scoti, quem ſubiecimus ſupra ſub num. 28.) licet diſtinctio obiecti formalis inferat diſcretionem actuum; non tamen è contra, vnitas obiecti formalis vnitatem ſpecificam actuum. Adi textum Scoti etiam Ariſtotelis authoritate ſubnixum.

Diſcretio iecti formalis tollitur tatem ad non tam potentia

Nec refragantur pronuntiato Scoti de vnitate obiecti formalis ad vnitatem ſpecificam actuum; ea, quæ *ſub numer. precedenti* 34. aſſeruimus de

mul-

multiplici obiecto formali potentiæ appetitiuæ, dum prosequitur, & fugit. Quia potentia non pendet ab obiecto tanquam effectus à suo principio eliciente; sicut actus pendet ab obiecto.

Ratio asserti

Quare, esto quòd pluralitas obiecti formalis non obstet vnitati potentiæ; contradicit tamen vnitati specificæ actuum ab obiecto elicitorum. Accipe referantem Scotum loco citato. *Causa essentialiter prior concludit distinctionem in causato; non tamen vnitas obiecti specifica concludit vnitatem actus specificè.*

Scotus

36 Ad alteram instantiam, quæ procedit ex obiecto formali visionis; dicimus, veritatem Dei non esse rationem formalem terminandi visionem; licet sit ratio formalis immutandi intentionaliter mentem creatam ad exprimendam imaginem Dei, vt constituimus loco citato in controuersia de veritate Dei. At verò licet ratio formalis terminandi visionem sit sola quidditas Dei quatenùs illimitata secùndùm essentiam; id tamen non præpedit plurificationem essentialem tendentiæ actuum in idem obiectũ formale; vt ini bi docuimus.

Ad instãtiã veritas Dei nõ est ratio formali ab actũ terminatiui visionis.

ARTICVLVS III.

Vtrùm gradualitas intensiua visionis spectetur, trahatur ve, à solo habitu, an verò etiam à facultate vitali?

SVMMARIVM.

Communis Thomistarum sententia, quæ ex solo lumine perfectionem visionis metitur, Num. 1.

Opposita aliorum opinatio, quæ à facultate natiua intensionem visionis hauriri, existimat. Num. 7.

Media Scoti sententia statuitur, quòd data inæqualitate potentiæ, & paritate intensiua comprincipij supernaturalis, trumpat actus perfectior, sed non intensior. Num. 9.

Imus obuiam oppositis fundamentis. Num. 24.

Admonitio pro ea Scotizantium sententia, quæ asseuerat, à præstantiori potentia elici actum intensiorem vltra gradualitatem habitus infusi. Num. 29.

1 COmmunis sententia respuit, perfectionem visionis à pernicitate, seu perspicacitate potentiæ metiri, quoad accrementum intensiuum, sed à sola eleuatione luminis petendam esse. Sic ferè vniuersa Thomistarum schola; & ex neotericis Soarius, 1. *part. libr.* 2. *de Attributis negatiuis, capit.* 21. *num. margin.* 4. Vazquez, 1. *part. disp.* 47. *cap.* 6. *numer. margin.* 34. Petrus Arrubal, 1. *part. disput.* 22. *capit.* 2. & 3. Machinus, 1. *part. disput.* 17. *section.* 3. Iacobus Granado, 1. *par tract.* 5. *de visione Dei, disp.* 11. *sect.* 2. quæ sententia suadetur.

Communior sententia autumãs, perfectionem visionis petendã ab habitu luminis.

Soarius Vazquez Arrubal.

Machinus Granadus

Primò; quia cùm quilibet intellectus beati conietur in Deum secundùm totam mensuram suæ eleuationis; (nec enim ibi oscitanter aut repidè se gerit mens lumine gloriæ perfusa;) si perfectio visionis non à sola intensione habitus supernaturalis, sed etiam à natiua facultate spectanda iret; fieret, vt aliqua gradualitas intuitionis beatificæ adscribi posset viribus naturæ, quod pelagianum est, vel semipelagianissimum sapit.

Arg. 1. quia aliquis gradus visionis responderet soli virtuti natiuæ

Sequela ostenditur, data suppositione, quòd intellectus hominis excitatus, & completus habitu luminis vt septem eliciat visionem vt septem; & quòd intellectus Angeli æquali luminis portione donatus efficiat visionem vt octo ob præstantiam natiuæ facultatis. Tunc in ea hypothesi, vel vtraque mens non exuperat metas suæ eleuationis, quæ præstatur à lumine vt septem, ac proinde perfectio visionis à solo lumine hauritur: vel intellectus Angeli eliciens visionẽ vt octo per vnum gradum anteit intẽsionem luminis, ac proinde ille gradus respõderet solis naturæ viribus.

Probatio sequelæ

Nec aliquid expeditionis faceſſeret qui inficiaretur, intellectum hominis in tali suppositione elicere visionem, vt septem.

Fuga.

Quia

Præcluditur

Quia certo certius esse debet, quâlibet mentem etiam infimæ perspicacitatis præstare posse in productum adæquatè respondens gradualitati formæ eleuantis; quia cùm hæc sit essentialiter virtus actiua supernaturalis, otiosa esset immissio, seu infusio talis facultatis actiuæ in tanta intensione, si illi non suppeteret concursus alterius concausæ vitalis ad eliciendam visionẽ exæquantem totam gradualitatem habitus.

Præcedens solutio refellitur primò.

Infertur in fruitione hominis & Angeli dato æquali habitu charitatis.

Deinde; quòd si intensio visionis à natiua facultate depromi posset; etiam gradualitas intensiua fruitionis, seu dilectionis supernaturalis à voluntate hauriretur. Igitur præmissa æqualitate habitus charitatis respondentis suppari dispositioni supernaturali in homine, & Angelo; ob inæqualitatem potentiæ fruitio Angeli esset excellentior: cùm autem apud Scotum in fruitione beatitudo consistat; fieret, vt stante æquali merito Angelus esset essentialiter beatior ob naturæ præstantiam; quod videtur fauere errori Pelagij.

Alia confutatio

Resp. Basolij quòd Deus supplet per auxilium defectum potentiæ

2 Responderi posset ex Basolio, in 3. *sententiar. distinction.* 14. *quæstion.* 1. §. *Quantum ad tertium articulum.* Vbi dum quærit, an actus visionis, & fruitionis Christi Domini sint summè perfecti? Et opponit, quòd si æquale lumen, & charitas immitterentur Angelo, illius visio, & fruitio præcellerent ob naturæ præstantiam: Respondet.

Oppugnatur responsio.

Basolius.

Licet isti actus non sint summè perfecti quantùm est ex virtute animæ Christi, & Angelus quantùm est ex virtute sua naturali posset agere ad perfectiorem actum; Deus tamen supplere potest illud in quo virtus creata animæ deficit, vt sic actus causatus ab ambobus sit summus, & summè perfectus. Vbi Basolius concedit, facultatem natiuam hominis, suppositâ æqualitate habitus immissi, exæquare præstantiam Angelicæ perspicacitatis ob extrinsecum auxilium Dei supplentis exilitatem humani obtutus; quam solutionem vt probatiorem obuijs vnis excipit Ludouicus Molina, 1 *p. q.* 12. *art.* 6. *disp.* 2. §. *Quare prætermissis alijs solutionibus*, & Franciscus Aretinus, *loco infra citando.*

Molina.

Aretinus.

Alius modus dicendi, quòd ob supparitatem visionis, aliquid gradualitatis supernaturalis tollatur à perfectiori potentia

3 Sed hæc doctrina manifestè conuellitur, eò quòd congruentiùs astruatur, defectum potentiæ per additionem intensioris luminis suppleri, quàm per extrinsecum Dei auxilium; cùm connaturalis ratio operandi facultatis vitalis exposcat intrinsecas formas, à quibus compleatur in ratione adæquati principij ex parte potentiæ.

Id tamẽ absque iniuria fieri potest ex parte perfectionis

Deinde; quòd vt sustineat Catholicam assertionem de paritate præmij quod æqualibus meritis respondet, innititur opinioni dubiæ Theologorum astruentium, quòd defectus virtutis intellectiuæ ad inspiciendum Deũ suppleri valeat per solum extrinsecum auxilium absque appositione qualitatis inhærentis.

Tum vel maximè; quia aduersari videtur talis modus dicendi fundamento, cui communis Theologorum consensio innititur, vt de facto tueatur infusionem luminis gloriæ ad visionẽ eliciẽdam. Quia sicut defectus potentiæ ad talem gradum visionis, in quo exuperat Angelus hominem data paritate habitus immissi, non suppletur per compositionem qualitatis intrinsecæ, sed per solum extrinsecum auxilium; ita & inchoata virtus potentiæ ad totam latitudinem visionis compleri posset, per extrinsecum auxilium, seruata connaturali ratione operandi facultatis vitalis.

4 Quare respondent alij, quòd præmissa inæqualitate intellectuum, & paritate meritorum, non immitteretur æquale lumen vtrique beato, sed in ea latitudinis portione, quam callet Deus suorum munerum distributor, vt æquales visiones effluerent à magis, & minus valente intellectu; ita vt ab eo, qui nanciscereturmaiorem perspicacitatem natiuam videndi, ea portio luminis auferatur, quæ necessaria sit vt supparem referat mercedem visionis cum intellectu, qui minus præstat natiuè ad talem intuitionem.

In quo non irrogaretur iniuria perspicaciori menti, eò quòd aliquid ei doni supernaturalis denegetur, quod minus nobili potentiæ immittatur; cùm id exigat functio iustæ retributionis, quia cùm lumen gloriæ non infundatur vt præmium, & merces meritorum, sed vt mercedis comprincipium, ideò

me-

metiri non debet, nisi iuxta portionem visionis, quæ meritis respondet: quare quia ad æqualem visionem excellentior potentia minori eget supplemẽto luminis, ideò æquali lumini non donatur. Quam doctrinam asserit Soarius, 1. *part. lib.* 2. *cap.* 21. *n.* 7. minora incõmoda importare.

Hic modus dicendi tolleratur à Soario.

At re vera maxima inuoluit; sequeretur enim à paritate rationis, charitatem etiam immitti beatis ad actum fruitionis in ea latitudinis mensura, vt perfectior voluntas ad supparẽ fruitionem minus de charitatis forma adipiscatur; quod est absurdum.

Sed patimur grauiora incommoda.

Imo quòd supposita Scoti, & aliorum plurimorum Theologorum sententia pronuntiante; charitatem esse ipsammet formam iustificandi, seu ipsammet iustitiam formaliter, ac proinde à gratia nullatenùs secerni; prædicta responsio non benè audiret. Quia gratia infunditur secundum dispositionem contritionis, & augetur secundum latitudinem dispositionis, habet enim rationem præmij; igitur tolli nõ debet à nobiliori potẽtia appetitiua aliquid charitatis vt inferiori adæquetur, atq; adeo nec ab intellectu præstãtiori auferri aliquid luminis.

Vrgetur de identitate habitus gratiæ & charitatis

3. via eius dem pressurã argumenti.

5 Nec magis se extricant, qui supposita æqualitate luminis autumant; Deum continere suum concursum in nobiliori potentia, vt non conferat quãtũ præstat in supernaturalem intuitionẽ; sed in ea intẽsionis mẽsura, quæ nõ exuperet minus valentem potentiã æqualis meriti.

Deus nõ denegat influxũ respõdentẽ toti elevationi habitus supernaturalis

Hoc enim effugium prorsus inutile est; eòquòd perpetuum efficiat miraculum præpediens concursum debitum causæ secundæ completæ in suo ordine agendi ad talem influxus intensionem, quæ adæquatè respondeat cõprincipio supernaturali. Deinde; quòd ob paritatem rationis asserendum esset, Deum cohibere beatum præstantioris facultatis impulsiuæ, ne illum diligeret vsque ad apicem supernaturalis elevationis; ne excederet fruitionem alterius facultatis appetitiuæ minus perfectæ, & nactæ æqualem meritorum mensuram.

ratio, quia inæqualitas specifica intellectui attemperatur ad æqualem visionem

6 Secundò arguitur; quia inæqualitas essentialis intellectuum specie disitorum, ob subordinationem ad formam luminis eamdem specie, non efficit distinctionem essentialem in actu visionis; ergo à fortiori, subordinatio intellectuum ad æqualem formam luminis secundùm gradualitatem intensiuam non præstabit inæqualitatem intẽsionis in actu visionis, quæ ratio ad hominem vrgere videtur.

Consequentia firmatur; quia magis intranea est rei inæqualitas, quæ trahitur à quidditatiua constitutione eius in tali serie entium; quàm inæqualitas intensionis, quæ non attinet ad essentiam, sed solùm ad accretionem gradualem.

Si inæqualitas specifica intellectus nõ obstat æqualitati specificæ visionis à fortiori nec æqualitati gradali

Atqui inæqualitas essentialis remouetur à potentijs quidditatiuè dissitis quantùm ad rationem actualis influxus supernaturalis, ob subordinationem intellectuum specie diuersorum ad eamdem speciem formæ actiuæ supernaturalis; ergo inæqualitas gradualis, & intensiuæ latitudinis intra eamdem speciem influxus supernaturalis tolli debet à talibus causis prout subordinatis, & compositis æquali intensioni habitus supernaturalis. Si enim remouetur inæqualitas quidditatiua ab actuali influxu causarum essentialiter discretarum, ob æqualitatem, seu vnitatem specificam supernaturalis comprincipij euehentis huiusmodi facultates natiuas; quidni tollatur ab actuali influxu earumdem potentiarum inæqualitas intensiua, seu gradualis ob æqualitatem, seu paritatem intensionis habitus supernaturalis?

Hæc ratio perstringit Molinam ad hominem

Quæ ratio videtur perstringere Ludouicum Molinam, & alios, qui respuunt inæqualitatem specificam visionum à quidditatiua diuersitate facultatum vitalium petitam; & inæqualitatem intensiuam visionis sustinent, quam ab eisdem potentijs vitalibus hauriunt.

(.§.)

Se-

Secunda sententia opposita; quòd data paritate habitus, & inæqualitate potentiæ, eliciatur actus intensior.

2. sententia opposita quod maior intensio visionis tribui queat facultati natiuæ

7 ALtera opinandi ratio ex diametro opposita autumat; accretionem intensiuam visionis, non à solo lumine, sed etiam ab intellectus præstantia accipi. Sic ferè omnes Scoti asseclæ, dum in hunc sensum interpretantur Scotũ astruentem; supposita æqualitate habitus supernaturalis, & inæqualitate potẽtiæ perfectiorem actum à præstãtiori potentia effici.

Predicta sententia adhærent. Lychetus Aretinus Phi. Faber. Theo. Smisin.

Ita Lychetus, *in 3. sententiar. distinction. 13. §. Ad tertiam quæstionem concluſ. 2.* & ex neotericis Franciſcus Aretinus *etiam in 3. diſt. 14. quæſt. 1. artic. 3. §. Hiſ tamen non obſtantibus.* Philippus Faber *in 3. diſt. 14. quæſt. 1. diſput. 33. capit. 2.* Theodorus Smiſingius, *tom. 1. de Deo uno, tract. 2. de inuiſibilitate Dei, quæſt. 6. num. margin. 134.*

Ita tenet R. Ricardus. Caietanus Molina.

Quod placitum tutantur etiam noſter Ricardus *in 4. diſtinction. 49. art. 3. quæſtion. 2.* Caietanus, *3. part. quæſtion. 10. art. 4.* quibus ſuffragantur ex recentioribus exteris Ludouicus Molina, *loco citato*, & Valentinus de Herice, *1. p. tract. 4. de viſione Dei, diſput. 49. num. marg. 60. & 62.* Idem tenet Ripalda, *de ente ſupernaturali*, vide *num. 14.* huius art.

Herice Ripalda

Quæ ſententia fulcitur ratione producta ab eodem prorſus principio, à quo eruitur probatio diſcretionis ſpecificæ viſionum prodeuntium à potentijs vitalibus eſſentialiter diſtinctis. Quia ideò per nos (vt liquet ex præcedenti articulo) ſtante vnitate ſpecifica luminis ſupernaturalis in homine & Angelo, prodeunt viſiones eſſentialiter diſtinctæ; quia facultates vitales nõ sũt meræ ſubtrata influxuũ ſupernaturalium; ſed vera principia elicitiua, quæ conantur à ſe per propriam efficientiã in ea producta, quæ ſibi aſciſcũt vitam in actu ſecundo.

Argui. 1. ad hominem data ſpecifica diſcretione viſionis ob diſtinctionem facultatis natiuæ

Atqui eadem ratio militat pro inæqualitate potentiæ dato ſuppari habitu ab extrinſeco immiſſo; quia cùm ei addici non valeat tota vis proxima agendi ex parte potentiæ; conſequens eſt, vt accreſcente virtute natiua facultatis vitalis, quæ actiuè confert in productum ſupernaturale, emergat intenſiuum accrementum actus viſionis eminens ſupra actum à potentia imperfectiori elicitum.

Vrgetur ratio à ſimili.

8 Deinde arguitur ſecundò; ex actibus ſupernaturalibus, in quibus manifeſtior apparet inæqualitas intenſiua; ob facultatis natiuæ præſtantiam. Quia mens ruſtici perfuſa æquali habitu fidei, quo donatur intellectus perſpicacior, non elicit actum credendi ita intenſum; nec enim agreſtis, & incultus homo, data paritate habitus ſupernaturalis, ea ſubtilitate, & penetratione, myſterijs fidei aſſentitur, qua vir Theologus, & ingenio valens. Sed intellectus reſpectu actus fidei ſeu aſſẽſus ſupernaturalis quoad ſubſtantiam, non ſortitur vim completam ex parte potentiæ, cũ euehatur ab habitu fidei in via, ſicut in patria ab habitu luminis igitur quiuis facultas intellectus ſit in choata, & initialis ad actum beatificũ, etiam conferre poterit ad intenſiuam gradualitatem viſionis vltra menſurã habitus immiſſi.

Argui. 2. in actu fidei elicito ab intellectu ruſtici.

Si occurras cum Vazquez, *1. part. diſput. 47. capit. 6. numer. margin. 42.* cui adhæret Soarius, *1. part. libr. 2. capit. 21. numer. margin. 16.* negando, quòd aſſenſus fidei, qui innititur infallibili veracitate Dei atteſtantis, ſit præſtantior ob intellectus pernicitatem, ſeu ſubtilitatem in aſſentiendo; quia licet ſpecies apprehenſiuæ obiectorum, quæ non ſunt formæ per ſe infuſæ, ſed acquiſitæ, emineant, & præcellant in mente perſpicaci, & erudita; at iudiciũ ſupernaturale de obiecto credibili nõ ſpectat nobilitatem facultatis natiuæ, ſed inclinationem habitus ſupernaturalis, & excitationẽ auxilij gratiæ, quod vocat ad conſenſum myſterij ſupra captum naturalem credentis.

Reſp. Soarez & Vazquez pro eã mũ ſententia

Contra; accipe ſic oppugnantem Herice. Ita ſe habent propoſitiones obiectorum credibilium ad aſſenſum fidei, ſicut & præmiſſæ ad concluſionẽ, & ſicut cognitio bonitatis appetendæ ad impulſum proſequentem huiuſmodi

Oppugnatio ex Herice quod ſupernaturalis aſſenſus fidei in ruſtico ſit imperfectior poſſit

di

di bonitatem apprehensam; quia sicut præmissæ applicant intellectui veritatem conclusionis, & sicut apprehensio obiecti diligibilis insinuat appetitui motiuum impulsus, seu rationem propter quam inclinationis appetitiuæ in tale obiectum; ita apprehensiones veritatum supernaturalium influunt in iudicium, & assensum illarum, insinuantque rationem, & motiuum assentiendi. Igitur accedente præstantia apprehensionis, quam aduersarij inficiari nequeunt in intellectu nobiliori; cõsequens est; vt præcellat iudicium & assensus fidei in mẽte perspicaciori æquali lumine instructa.

Ex Textu Scoti mediam sententiam eruimus, & expendimus; quòd asserta inæqualitate potentiæ, & pari gradualitate habitus, erumpat actus perfectior, sed non intensior.

9 ATVt inre ancipiti meum qualem qualem sensum aperiam; Scoti literam præstituo, quæ sic habet *in 3. sent. dist. 13. quæst. 4. §. Ad tertiam quæstionem n. marg.* 18.

Ad tertiam quæstionem dico; quòd animam posse summè frui, potest intelligi dupliciter, vel formaliter, vel effectiuè; hoc est, vel quòd summa fruitio informet istam voluntatem à quocunque causetur: vel quòd ipsa voluntas eliciat summã fruitionem, & sit causa actiua respectu eius.

Primo modo possibile est summam fruitionem creabilem conferre animæ Christi, quia ipsa est receptiua cuiuslibet accidentis conuenientis sibi, & in summo; quia non determinat sibi certũ gradum istius, sicut fuit probatum in 1. quæst. de gratia: & fruitio est quoddam accidens absolutum possibile creari à primo causante immediatè sine actione voluntatis creatæ.

10 *Secundo modo videtur probabile; quòd cùm illa voluntas non possit tantam vim actiuam habere, quantam voluntas creata alia potest habere, vt Angelica; non potest ita perfectè elicere fruitionem, sicut alia voluntas potest. Licet enim possit summam gratiam habere, qua vt causa partialis respectu fruitionis æquè causaret fruitionem in ipsa, & Angelo, si haberet eam; tamen alia causa partialis erit inæqualis, vt voluntas: altera autem causa partiali deficiente, deficiet effectus, licet reliqua causa partialis sit æqualis.*

Per impulsum elicitum superari potest Christus ab Angelo, data æqualitate habitus supernaturalis

Modo tamen de facto est maxima elicitiuè, quia licet non sit voluntas eius ita perfectè actiua, sicut voluntas Angeli: tamen ipsa cum summa gratia, vt alia causa partiali actiua, potest in perfectiorem fruitionem, quam voluntas Angeli cum minori gratia: quia excedentia gratiæ excedit in ea efficientiam voluntatis Angeli. Hactenus Scotus.

De facto, fruitio Christi est maxima elicitiuè.

11 Ex qua litera ferè vniuersus assectarum Scoti conuentus censuit, Doctorem opinatum fuisse; intensiuam gradualitatem actus supernaturalis ita accipi à præstantia nativæ facultatis, vt crescere queat intensio actus supernaturalis vltra apicem habitus infusi. Sed, ni fallor, ostendere etiam luculenter possumus, eos in Magistro elucidando diuinare; vel illum sinistrè interpretari.

Communis assertio Scotistarum circa textum præmissum.

Te appello huius literæ inspectorẽ in qua nunquam inuenies Scotum autumasse, á perfectiori potentia, stante æqualitate habitus supernaturalis, intensiorem actũ elici, sed perfectiorẽ, quod quàm diuersum sit, exemplis haud insciti illustrare possumus.

Exsurgitur

12 Si Deus homini, & Angelo species impressas repræsentatiuas eiusdem obiecti ordinis naturalis infunderet, quæ species essent eiusdem quiddi tatis specificæ, & paris intensionis, verbi gratia, vt septem; & intellectus hominis tali speciei compositus eliceret notitiam adæquatè respondentem toti intensioni illius speciei impressæ, (dari enim accretionem intensiuam in formis intentionalibus, ostendimus, *in præsenti controuersi. 9. de Visione Dei, distinct. 2. artic. 3. num. marg.* 20. & 21.) intellectus Angeli coniunctus

Aliud est, quòd Angelus eliciat actũ intensiorem aliud actum perfectiorem.

spe-

ſpeciei impreſſæ intentionis etiã vt ſeptem, nequiret notitiam vltra ſeptimũ gradum exerere. Quia aliàs daretur aliquis gradus imaginis formalis obiecti qui non reſponderet obiecto vt principio intentionali, ſed ſoli potentiæ intellectiuæ, quod eſt abſurdum: cũ nulla facultas, etiã perſpicaciſſima, qualis eſt Angelica, queat ſine obiecto, aut ſine ſpecie, quæ eſt virtus vicaria eius, notitiã obiecti parturire; igitur, ſi ſpeciesim preſſa Angeli eſt vt ſeptẽ, nõ valet Angelus cũ tali ſpecie notitiam vt octo efficere, ſed tantùm vt ſeptem.

Præmittur aſſertũ in intellectu Angeli cõpoſito æquali ſpeciei impreſſæ

In iſta igitur hypotheſi, licet certũ ſit intellectũ Angeli nõ præſtare ad intẽſionẽ notitiã vltra metas intẽſionis ſpeciei impreſſæ; ac proinde quòd ſuppoſita æqualitate ſpeciei immiſſæ intellectui hominis & Angeli, nequit cognitio Angeli gradualitatẽ cognitionis humanæ exuperare; adhuc tamẽ innegabile eſt, cognitionẽ Angeli eſſentialiter perfectiorẽ eſſe cognitione hominis, eſtò quòd illa intẽſior eſſe nequeat ob ſupparitatẽ alterius cõprincij notitiæ, nimirũ ſpeciei impreſſæ: eòquòd notitia Angeli, vt potequæ ab immaterialiori actualiori, & nobiliori potẽtia elicita, purior immaterialior & præcellẽtior ſit ſpecie humanæ intellectionis. Habemus ergo ex dictis, aliud eſſe, actũ aſſeri perfectiorem; aliud verò intenſiorem.

Oſtẽditur ex Scoto quòd nobilior intellectus cũ æquali ſpecie nõ elicit notitiam intenſiorem.

Cæterũ; quòd cõcurſus intellectus & ſpeciei impreſſæ ſint diuerſi ordinis in ratione agẽdi intẽtionaliter, ita vt maior præſtãtia perſpicaciſſimæ virtutis intellectiuæ ſupplere nequeat aliquẽ gradũ intẽſionis ſpeciei impreſſæ; adeò vt à præſtãtiori intellectu cũæqualitate intenſionis cõprincipij tenẽtis ſe ex parte obiecti, elici queat notitia intẽſior. Perſpicuè traditur ab Scoto, *in 1. diſt. 3. q. 7 §. qualiter autem hoc ſit intelligendum n. marg. 21.* vbi habet ita.

Scotus

Obiectũ intelligibile præſens in ſe, vel in ſpecie intelligibili, & pars intellectiua, nõ cõcurrũt vt cauſa ex æquo ad intellectionẽ; quia tũc alterũ haberet cauſalitatẽ talẽ imperfectã, & reliquã ſupploret eã. Et ſi alterũ eſſet perfectũ, poſſet habere in ſe vno exiſtente totã cauſalitatem amborũ; ſicut ſi virtus motiua vnius ſuppleret virtutem alterius.

Intellectus, & ſpecies ſunt agentia diuerſi ordinis.

Et tũc ſpecies eſſet quaſi quidã gradus intellectualitatis ſupplens gradũ intellectualitatis deficientem intellectui; & tunc ſi fieret perfectior intellectus ſecũdùm gradum talem, poſſet ſine ſpecie & ſine obiecto habere actum intelligendi; quod eſt falſum.

Præſtãtia intellectus nequit ſupplere defectum ſpeciei

Si enim gradus aliquis intellectualitatis vitalis ſupplere valeret gradum aliquẽ virtutis tenẽtis ſe ex parte obiecti fieret, vt accreſcẽte, vel duplicata, virtute ex parte potẽtiæ, poſſet abſq; obiecto, vel ſemine intentionali eius, quod eſt ſpecies, exprimere notitiã & ſpeciẽ expreſſam obiecti; quod iure Scotus pronuntiatum falſum æſtimat.

Elucidatio textus

Legitima interpretatio mentis Scoti

Ex præmiſſis appoſita erũpit interpretatio celebris cuiuſdã teſtimonij Scoti *ex Collatione vndecima. ſub n. marg. 4.* quod maximè cõducit ad mentẽ Scoti in præſẽti quæſito reſerandam.

Scotus

Cũ enim oppoſuiſſet ſibi Scotus: *quòd lumẽ gloriæ nõ eſt principiũ partiale actus intelligẽdi in patria; quia tũc requireretur propter imperfectionẽ intellectus; igitur ſi fieret intellectus perfectior à Deo, & maioris actiuitatis, ille ſine tali lumine immediatè poſſet videre eſſentiam Dei.*

Obiectio.

Prædictæ oppoſitioni ita occurrit Scotus. *Ad aliud dico, quòd conſequentia illa non valet; ſicut quantumcunq; augmẽtatur virtus etiam voluntatis creatæ, nunquam ſupplebit actiuitatem gratiæ, & charitatis; tunc enim eſſet per naturam impeccabilis.*

Diluitio obiectionis

Ex quo cõtextu manifeſtè depromitur, quòd natiua vis intellectus & lumen gloriæ, apud Scotum non ſunt eiuſdem ordinis, ita vt defectus alicuius gradus luminis ſuppleri queat à nobiliori intellectu; aliàs, vt acutè colligebat Scotus poſſet fieri aliquis intellectus, qui à natiua vi, præſtaret ad videndum Deum abſque gratuita immiſsione habitus luminis.

Intellectus non ſupplet apud Scotum remiſſionem luminis.

Sicut ſi virtus intellectus eſſet eiuſdẽ ordinis cũ vi intẽtionali ſpeciei impreſſæ, ita vt perſpicacior intellectus qualis eſt Angelicus, ſupplere valeret aliquem gradum virtutis intẽtionalis ſpeciei impreſſæ; ſequeretur, quòd poſſet dari aliquis intellectus ita præſtantior vt omnem obiecti cauſalitatem ſupplere poſſet; quod aberrat deuiatque ab omni philoſophia.

Inſtantia cludens

Quod validè confirmat Scotus, *in eadem Collatione, ſub nu. marg. 6.* Vbi ſubijcit. *Item iſti gradus, aut ſunt eiuſdem rationis, & ordinis? Aut non?*

Scotus

Scotus

Si primum; ergo vterq; poteſt eſſe à principio intellectiuo: quia quandocunq; aliqua duo ſunt eiuſdem rationis, à quocũque principio poteſt eſſe vnum, & alterum. Quid apertius?

Intellectus & lumen nõ ſunt agẽtia eiuſdẽ ordinis imperfecti Scoti.

13 Quod vt enucleatiùs explanẽ, præmitto tãquam conſtitutum in philoſophia; quòd virtus illa agendi, quæ ſe ſola ſine conſortio alterius concauſæ non præſtat ad eliciendam ſubſtantiã producti, ita nec confert ad intenſionẽ gradualem eiuſdem effectus, quæ ſit vltra accretionem intenſiuam illius comprincipij, ſine quo ſubſtantia effectus produci nequit.

Axioma phyſicũ de coitione cõprincipiorum ad idẽ productũ eliciendum.

Accipe exẽplum in intellectu agente qui ſe ſolo nõ valet ad productionẽ ſpeciei intelligibilis abſq; cõcurſu phãtaſmatis, quod phyſicè influit in ſpeciem ſpiritualem, vt inſtrumentariũ agens eleuatum ab intellectu.

Inſtatur in phãtaſmate & intellectu agente

In hac ergo duplici cõcauſa, quia intellectus agẽs non præſtat ſine conſortio phãtaſmatis adire cauſalitatẽ intẽtionalẽ productiuã ſpeciei intelligibilis; ita nec vlla ratione cõfert ad latitudinẽ gradualem eiuſdem formæ vltra intẽſionem phãtaſmatis. Alias enim aſſignari valeret aliquis gradus imaginis virtualis obiecti in ſpecie impreſſa, qui nõ reſponderet obiecto, ſeu virtuti vicariæ eius, quæ eſt illa materialis ſpecies phantaſiæ; ſed adæquatè adſcriberetur facultati intellectiuæ, quæ eſt pura potẽtia in genere intelligibilium; quod eſt abſurdum.

Intellectus præſtatior cũ æquali phãtaſmate non elicit ſpeciẽ intelligibilẽ intenſiorem

Quare, licet cõſtituta paritate intenſionis phãtaſmatis, & inæqualitate virtutis intellectus agentis, neceſſariò ob præſtãtiam potẽtiæ intellectiuæ aſtrui debeat inæqualis perfectio effectꝰ (præcelleret enim ſpecies intelligibilis ab excellẽtiori intellectu agente elicita, etiam data æqualitate phãtaſmatis) ſed ſpecies nulla ratione ſuperare poſſet intẽſionem phantaſmatis. Quia ſicut virtus intellectus ſine conſortio phantaſmatis non præſtat ad ſubſtantiam ſpeciei intelligibilis eliciendam; ita nec conferre poterit advllam accretionem gradualem eius, quæ excedat intenſionem phantaſmatis.

Exerit tamẽ ſpeciem intelligibilem perfectiorẽ.

deſentiẽdũ cõpoſitio intellectꝰ ſpeciei impreſſæ ad generationem ſuæ

Quod etiã habet verum in intellectu poſsibili & ſpecie impreſſa reſpectu notitiæ; quia cũ intellectus poſsibilis ſine cõcurſu ſpeciei impreſſæ non conferat ad generationem ſpeciei expreſſæ, ſeu verbi mẽtalis, ita nec præſtare valet ad intenſionem notitiæ, quæ emineat ſupra gradualitatem ſpeciei impreſſæ, quæ eſt alterum comprincipium neceſſariò requiſitum ad effectionem notitiæ.

Ex præmiſsis manifeſtè meo videri producitur; data æqualitate luminis ſuppoſitaquè inæqualitate potentiæ, eſſe impoſsibilem intenſiorem viſionem à potentia valentiori. Quia cùm intellectus ex ſe non habeat adæquatam vim ex parte potentiæ, nec ad effectionem vnius indiuiſibilis continuatiui, vel terminatiui latitudinis intenſiuæ ſupernaturalis, vt in vera Theologia certo certius eſſe debet; ita nec cõferre valebit ad vllum gradum, nec ad vnicum indiuiſibile huiuſmodi latitudinis, quod ſit ſupra metas habitus eleuantis. Quam doctrinam phyſicis illis, quas propoſuimus, inſtantijs, planè oſtendi æſtimo, adeò vt oppoſitam ſententiam phyſicis etiam principijs repugnantem iudicem.

Corollariũ ex præliba-tis

Præcluduntur varia recentiorum effugia.

Effugia recentiorum

14 NEC Præſtat dicere; quòd licet repugneţ lumini vt ſeptem in eſſe abſtracto, vel præcisè extra ſubiectum ſpectato, influxus in viſionem vt octo; non tamen contradicit habitui vt concreto, vel cõpoſito potentiæ vitali ob facultatis natiuæ eminentiam in viſionem vt octo conari. Tunc enim in illa hypotheſi exuperantia viſionis vltra intenſiuam gradualitatem luminis non deferretur potentiæ natiuæ, ſed complexo ex potẽtia & habitu ſupernaturali.

Intercluditur

Talis enim occurſus vel ſic intercluditur; virtus proportionatè præſtãs ad viſionẽ ſupernaturalẽ in tota latitudine intẽſiua talis formæ, debet eſſe intrinſecè ſupernaturalis, vt perſpicuũ eſt; aliàs enim ad gradum illum, qui exuperaret gradualitatẽ habitus luminis vt ſeptẽ, proportionatè conferre poſſet facultas natiua ex naturæ viribus.

Habitus luminis vt ſeptẽ nequit elicere viſionẽ vt octo

Atqui ad exuperantiã illam gradualitatis viſionis vltra apicem intenſionis

habi

habitus supernaturalis nõ est in actu potestatiuo habitus intẽsiuè inferior præcisè & quasi abstractè spectatus; neq; etiam vt minus nobili potentiæ cõpositus; ergo constituitur in actu & fit proportionatè potens ad gradum illum intensionis supernaturalis ab eminentia facultatis naturæ: ac proinde sequeretur, quòd habitus supernaturalis euehere tur à facultate naturali ad eleuationem gradum operandi supernaturaliter saltim in tanta intensione influxus.

Alia exãplo ex Ripalda.

Dices cum Ripalda *de ente supernaturali, lib. 2. disp. 37. sect. 3. numer. margin.* 11. quòd sicut non debetur à Deo concursus lumini extra subiectũ spectato (cùm vt sic nequeat esse principium operationis viuæ supernaturalis.) sed exhibetur influxus complexo siue cõtegrato ex potentia naturæ, & habitu infuso, quod heterogeneum cõplexum est ex absimilibus comprincipijs coalescens; ita nec metiri debet gradualitas intẽsius influxus à sola præstantia habitus, sed ab excellentia coniuncti; cùm coniunctum exerat visionẽ non autem solum comprincipium supernaturale.

Ratio demõstratiua & concludens præcipuè apud Scotum

Id inquã nõ obstat, nec euacuat vim probationis; si enim alicuius esset roboris militaret in omnibus cõcausis partialibus partialitate causæ, quæ ob naturalẽ in agẽdo sympathiam, sicut & seorsum operari nõ valẽt absq; conuentu alterius comprincipij, ita neq; illis diuisim spectatis vllus, vel respondet, vel debetur, influxus. Dici ergo posset; quòd species impressa composita menti Angelicæ elicere valeret notitiam intentiorem ipsõ principio intentionali ex parte obiecti.

Obserua vsi de

Ac proinde recideremus in premẽtẽ Scoti oppositionẽ; quòd si præstãtia intellectus supplere posset aliquẽ gradũ cõprincipij intẽtionalis ex parte obiecti; sequeretur, quod duplicata virtus potẽtiæ valeret expressam obiecti imaginẽ vel notitiã absq; effectiuo obiecti concursu parturire; quæ oppositio, ob identitatem rationis, vrget in lumine supernaturali, & natiuo acumine intellectus, cu etiam sint cõprincipia diuersi ordinis; vt ex Scoto patefecimus. Quã argumentationẽ demõstratiuam, & cõcludentem æstimo, suppositis principijs Scoti.

Dices præterea; disparẽ subesse rationẽ in potẽtia nõ præstãte ad notitiã vltra intẽsionem speciei impressæ; ac de intellectu nõ cõferẽte ad visionẽ supra intẽsionẽ luminis. Quatenùs virtus intellectus, quæ est alterius ordinis, (vt potequæ se gerens ex parte potentiæ,) præbere nequeat obiecto, vel semini intentionali eius, vim ad intensiorem effectum; è contra tamen virtus intellectus & luminis coeant in vnam efficiẽdi rationem ex parte potentiæ.

Alia fuga; quòd lumen gloriæ sc. teneat ex parte potentiæ, non ita speciei obiecti.

Lumen gloriæ & intellectus non sunt agentia eiusdem ordinis de phrasi Scoti.

Sed cõtra; quòd licet habitus infusus, & potẽtia vitalis astruãtur eiusdẽ ordinis ex parte potẽtiæ, inquãtũ ordo potẽtiæ opponitur, vel cõdistinguitur ab ordine obiecti; nõ tamẽ sunt eiusdẽ ordinis iuxta phrasim Scoti, & intra vim potentiæ vel principij supernaturalis, vt principiũ supernaturale est, & prout illi respõdet supernaturalitas ex parte effectus. Qua ratione lumen gloriæ vt duo est eiusdẽ ordinis cũ lumine vt tria eò quòd per appositionem gradus ad gradum intendatur virtus supernaturalis, vt supernaturalis est.

Nerueſa Scoti collatio

Per additionẽ autẽ intellectualitatis naturæ, apud Scotũ suppleri nequit nec minimus supernaturalitatis gradus; aliàs, vt neruosè concludit Scotus, sub n. 12. transcriptus; dari posset intellectus tam supremæ nobilitatis, vt videre posset Deum ex naturæ viribus. Quã Scoti probationem, vel non vidisse, vel non perpendisse æstimo eos Scoti asseclas, qui asseuerant; à præstantiori potentia elici intensiorem actũ supernaturalem, data supparitate supernaturalis comprincipij.

Effugium aliud.

Tandem, si quis assereret; quòd virtus supernaturalis, vt composita nobiliori potentiæ exprimat quid magis energiæ supernaturalis, quàm cùm conuenit ad operandum cũ facultate natiua imperfectiori.

Efficax assertio oppugnat.

Præmissum effugium præter alias rationes, quibus intercluditur; vel perspicua illa expugnatur, quę trahitur à ratione intẽsionis supernaturaliũ formarũ. Si enim habitus infusus exerere valeret efficacitatem supernaturalem in tãta, vel tanta latitudine intẽsionis iuxta præstantiam facultatis naturæ; otiosa esset accretio intensiua habitus infusi; siquidem in qualibet portione, vel gradu virtutis, conferret ad quamlibet intensionem actus supernaturalis pro exigentia potentiæ vitalis; ita vt

Scotus

Intellectus & lumen nõ ſunt agẽtia eiuſdẽ ordinis in phãſi Scoti.

Axioma phyſicũ de coitione cõprincipiorum ad idẽ productũ eliciendum.

Inſtatur in phãtaſmate & intellectu agente

Intellectus præſtantiorcũ æquali phãtaſmate non elicit ſpeciẽ intelligibiliẽ intenſiorem

Exerit tamẽ ſpeciem intelligibilem perfectiorẽ.

Id eſt intẽdũ de cõpoſitione intellectꝰ & ſpeciei impreſſæ ad generationem notitiæ

Si primum; ergo vterq; poteſt eſſe à principio intellectiuo: quia quandocunq; ali qua duo ſunt eiuſdem rationis, à quocũ que principio poteſt eſſe vnum, & alterum. Quid apertius?

13 Quod vt enucleatiùs explanẽ, præmitto tãquam conſtitutum in philoſophia; quòd virtus illa agendi, quæ ſe ſola ſine conſortio alterius concauſæ non præſtat ad eliciendam ſubſtantiã producti, ita nec confert ad intenſionẽ gradualem eiuſdem effectus, quæ ſit vltra accretionem intenſiuam illius comprincipij, ſine quo ſubſtantia effectus produci nequit.

Accipe exẽplum in intellectu agente qui ſe ſolo nõ valet ad productionẽ ſpeciei intelligibilis abſq; cõcurſu phãtaſmatis, quod phyſicè influit in ſpeciem ſpiritualem, vt inſtrumentariũ agens eleuatum ab intellectu.

In hac ergo duplici cõcauſa, quia intellectus agẽs non præſtat ſine conſortio phãtaſmatis adire cauſalitatẽ intẽtionalẽ productiuã ſpeciei intelligibilis; ita nec vlla ratione cõfert ad latitudinẽ gradualem eiuſdem formæ vltra intẽſionem phãtaſmatis. Alias enim aſſignari valeret aliquis gradus imaginis virtualis obiecti in ſpecie impreſſa, qui nõ reſponderet obiecto, ſeu virtuti vicariæ eius, quæ eſt illa materialis ſpecies phantaſiæ; ſed adæquatè adſcriberetur facultati intellectiuæ, quæ eſt pura potẽtia in genere intelligibilium; quod eſt abſurdum.

Quare, licet cõſtituta paritate intenſionis phãtaſmatis, & inæqualitate virtutis intellectus agentis, neceſſariò ob præſtãtiam potẽtiæ intellectiuæ aſtrui debeat inæqualis perfectio effectꝰ (præcelleret enim ſpecies intelligibilis ab excellẽtiori intellectu agente elicita, etiam data æqualitate phãtaſmatis) ſed ſpecies nulla ratione ſuperare poſſet intẽſionem phantaſmatis. Quia ſicut virtus intellectus ſine conſortio phantaſmatis non præſtat ad ſubſtantiam ſpeciei intelligibilis eliciendam; ita nec conferre poterit ad vllam accretionem gradualem eius, quæ excedat intenſionem phantaſmatis.

Quod etiã habet verum in intellectu poſsibili & ſpecie impreſſa reſpectu notitiæ; quia cũ intellectus poſsibilis ſine cõcurſu ſpeciei impreſſæ non conferat ad generationem ſpeciei expreſſæ, ſeu verbi mẽtalis, ita nec præſtare valet ad intenſionem notitiæ, quæ emineat ſupra gradualitatem ſpeciei impreſſæ, quæ eſt alterum comprincipium neceſſariò requiſitum ad effectionem notitiæ.

Ex præmiſsis manifeſtè meo videri producitur; data æqualitate luminis ſuppoſitaquè inæqualitate potentiæ, eſſe impoſsibilem intenſiorem viſionem à potentia valentiori. Quia cùm intellectus ex ſe non habeat adæquatam vim ex parte potentiæ, nec ad effectionem vnius indiuiſibilis continuatiui, vel terminatiui latitudinis intenſiuæ ſupernaturalis, vt in vera Theologia certo certius eſſe debet; ita nec cõferre valebit ad vllum gradum, nec ad vnicum indiuiſibile huiuſmodi latitudinis, quod ſit ſupra metas habitus eleuantis. Quam doctrinam phyſicis illis, quas propoſuimus, inſtantijs, planè oſtendi æſtimo, adeò vt oppoſitam ſententiam phyſicis etiam principijs repugnantem iudicem.

Corollariũ ex præmiſſis

Præcluduntur varia recentiorum effugia.

Effugiũ recentiorum

14 NEC Præſtat dicere; quòd licet repugnet lumini vt ſeptem in eſſe abſtracto, vel præcisè extra ſubiectum ſpectato, influxus in viſionem vt octo; non tamen contradicit habitui vt concreto, vel cõpoſito potentiæ vitali ob facultatis natiuæ eminentiam in viſionem vt octo conari. Tunc enim in illa hypotheſi exuperantia viſionis vltra intenſiuam gradualitatem luminis non deferretur potentiæ natiuæ, ſed complexo ex potẽtia & habitu ſupernaturali.

Intercluditur

Talis enim occurſus vel ſic intercluditur; virtus proportionatè præſtãs ad viſionẽ ſupernaturalẽ in tota latitudine intẽſiua talis formæ, debet eſſe intrinſecè ſupernaturalis, vt perſpicuũ eſt; aliàs enim ad gradum illum, qui exuperaret gradualitatẽ habitus luminis vt ſeptẽ, proportionatè conferre poſſet facultas natiua ex naturæ viribus.

Habitus luminis vt ſeptẽ nequit elicere viſionẽ vt octo

Atqui ad exuperantiã illam gradualitatis viſionis vltra apicem intenſionis

habi

habitus ſupernaturalis nō eſt in actu poteſtatiuo habitus intēſiuè inferior præciſè & quaſi abſtractè ſpectatus; neq; etiam vt minus nobili potentiæ cōpoſitus; ergo conſtituitur in actu & fit proportionatè potens ad gradum illum intenſionis ſupernaturalis ab eminentia facultatis naturæ: ac proinde ſequeretur, quòd habitus ſupernaturalis euehe retur à facultate naturali ad eleuationem gradum operandi ſupernaturaliter ſaltim in tanta intenſione influxus.

Alia inſtan. ex Ripalda.

Dices cum Ripalda *de ente ſupernaturali, lib. 2. diſp. 37. ſect. 3. numer. margin.* 11. quòd ſicut non debetur à Deo concurſus lumini extra ſubiectū ſpectato (cùm vt ſic nequeat eſſe principium operationis viuæ ſupernaturalis.) ſed exhibetur influxus complexo ſiue cointegrato ex potentia natiua, & habitu infuſo, quod heterogeneum cōplexum eſt ex abſimilibus comprincipijs coaleſcens; ita nec metiri debet gradualitas intēſiua influxus à ſola præſtantia habitus, ſed ab excellentia coniuncti; cùm coniunctum exerat viſionē non autem ſolum comprincipium ſupernaturale.

Ratio demōſtratiua & concludens præcipuè apud Scotum

Id inquā nō obſtat, nec euacuat vim probationis; ſi enim alicuius eſſet roboris militaret in omnibus cōcauſis partialibus partialitate cauſæ, quæ ob naturalē in agēdo ſympathiam, ſicut & ſeorſum operari nō valēt abſq; conuentu alterius comprincipij, ita neq; illis diuiſim ſpectatis vllus, vel reſpondet, vel debetur, influxus. Dici ergo poſſet; quòd ſpecies impreſſa compoſita mentī Angelicæ elicere valeret notitiam intenſiorem ipſō principio intentionali ex parte obiecti.

Obſerua val de

Ac proinde recideremus in premētē Scoti oppoſitionē; quòd ſi præſtātia intellectus ſupplere poſſet aliquē gradū cōprincipij intētionalis ex parte obiecti; ſequeretur, quod duplicata virtus potētiæ valeret expreſſam obiecti imaginē vel notitiā abſq; effectiuo obiecti concurſu parturire; quæ oppoſitio, ob identitatem rationis, vrget in lumine ſupernaturali, & natiuo acumine intellectus, cu etiam ſint cōprincipia diuerſi ordinis; vt ex Scoto patefecimus. Quā argumentationē demōſtratiuam, & cōcludentem æſtimo, ſuppoſitis principijs Scoti.

Dices præterea; diſparē ſubeſſe ratio nē in potētia nō præſtāte ad notitiā vltra intēſionem ſpeciei impreſſæ; ac de intellectu nō cōferēte ad viſionē ſupra intēſionē lumīnis. Quatenùs virtus intellectus, quæ eſt alterius ordinis, (vt potequæ ſe gerens ex parte potentiæ,) præbere nequeat obiecto, vel ſemini intentionali eius, vim ad intenſiorem effectum; è contra tamen virtus intellectus & luminis coeant in vnam efficiēdi rationem ex parte potentiæ.

Alia fuga; quòd lumen gloriæ ſe teneat ex parte potentiæ, non ita ſpecies obiecti.

Lumen gloriæ & intellectus non ſunt agentia eiuſdem ordinis de phraſi Scoti.

Sed cōtra; quòd licet habitus infuſus, & potētia vitalis aſtruātur eiuſdē ordinis ex parte potētiæ, inquātū ordo potētiæ opponitur, vel cōdiſtinguitur ab ordine obiecti; nō tamē ſunt eiuſdē ordinis iuxta phraſim Scoti, & intra vim potentiæ vel principij ſupernaturalis, vt principiū ſupernaturale eſt, & prout illi reſpōdet ſupernaturalitas ex parte effectus. Qua ratione lumen gloriæ vt duo eſt eiuſdē ordinis cū lumine vt tria eō quòd per appoſitionem gradus ad gradum intendatur virtus ſupernaturalis, vt ſupernaturalis eſt.

Nerueſa Scoti collectio

Per additionē autē intellectualitatis natiuæ, apud Scotū ſuppleri nequit nec minimus ſupernaturalitatis gradus; aliàs, vt neruosè concludit Scotus, ſub n. 12. transcriptus; dari poſſet intellectus tam ſupremæ nobilitatis, vt videre poſſet Deum ex naturæ viribus. Quā Scoti probationem, vel non vidiſſe, vel non perpendiſſe æſtimo eos Scoti aſſeclas, qui aſſeuerant; à præſtantiori potentia elici intenſiorem actū ſupernaturalem, data ſupparitate ſupernaturalis comprincipij.

Effugium aliud.

Tandem, ſi quis aſſereret; quòd virtus ſupernaturalis, vt compoſita nobiliori potentiæ exprimat quid magis energiæ ſupernaturalis, quām cùm conuenit ad operandum cū facultate natiua imperfectiori.

Efficax aduerſarij oppugnatio.

Præmiſſum effugium præter alias rationes, quibus intercluditur; vel perſpicua illa expugnatur, quę trahitur à ratione intēſionis ſupernaturaliū formarū. Si enim habitus infuſus exerere valeret efficacitatem ſupernaturalem in tāta, vel tanta latitudine intēſionis iuxta præſtantiam facultatis natiuæ; otioſa eſſet accretio intenſiua habitus infuſi; ſiquidem in qualibet portione, vel gradu virtutis, conferret ad quamlibet intenſionem actus ſupernaturalis pro exigentia potentiæ vitalis; ita vt

tantùm exposcatur latitudo quãtitatis virtutis, vel inæqualitas virtutis operatiuæ in potentia vitali.

Instantia cõcludens.

Simili ratione, qua si potentia intellectiua cũ qualibet exigua virtute speciei impressæ valeret ad pariẽdã notitiã in qualibet intẽsione; otiosa esset gradualitas intẽsiua in specie impressa.

Pro mente Aureol.

Nostræ sententiæ suffragatur Card. Aureolus, *in 3. sen. dist. 13. q. 2. art. vnico*, vbi dũ quærit, *vtrũ in Christo ab instãti suæ conceptionis fuerit summa gloria possibilis creaturæ?* § *nũc ad cõclusionẽ principij tertij*, subdit.

Pende acumen Aureoli

Vbi habitus est æqualis, potentia est æqualis respectu actus eliciendi; & adduco rationem talem. Quando duo concurrũt ad eũdem actum, ita quòd vnum illorum non cooperatur vt agens sub propria ratione, sed solùm vt constituit agens in esse potestatiuo; tunc non mensurat actus illius agentis, nisi per gradum actualitatis, prout constituit in esse potestatiuo.

Obserua, quòd intẽsio effectus non trahitur nisi a principio potestatiuo

Vbi mẽs Aureoli eò spectat; quòd quãdo propria, & intranea virtus alicuius cõprincipij sesola nõ valet ad subsistãtiã effectus, sed exigit cõuentũ alterius cõcausæ, à qua cõpletur in esse potestatiuo ad æquato, siue in actu cõpleto ad eliciẽdam actionem; túc à quantitate virtutis, vel quasi intẽsione alterius cõprincipij partialis petẽda non est gradualitas & intẽsio actus. Igitur cũ natiua virtus intellectus solùm inchoatè & initialiter sit potẽs ad actum supernaturalem; gradualitas intẽsiua visionis metiri non debet ex quantitate natiua intellectus, sed ex habitu constituente potentiam in esse potestatiuo, vel adæquatè præstante potestatem ad causãlitatem supernaturalem adeundam.

Nota ex Aureolo.

Ex quo principio idem Aureolus, *in sequen. q. 3. eiusdem distinct. 13.* paulò ante, §. *Ad argumenta in oppositũ*. Optimè infert. *Quòd si Angeli & vetula habeant æquale meritum, habebunt æqualem actum propter æquale lumen datum ex meritis.*

Corollariũ dato inæqualitate potentiæ, & æqualitate habitus supernaturalis elicitur actus perfectior, non intensior.

15 Ex dictis habeto de mente & sensu Scoti; dato sũppari habitu luminis & inæquali potentia, elici actum præstantiorem à facultate natiua excellentiori vt potequæ immaterialiori ratione attingat obiectum, sed non intensiori.

In quo etiam patronum habemus Scoti auditorem Basolium, qui *in 3. sent. distinct. 14. quæst. 1. §. Quantum ad tertium articulum.* Loquens de æqualitate visionis hominis, & Angeli, inquit.

Nõ is suffragatur Basolius.

Vel etiam fortè ita perfectum actum supernaturalẽ potest anima elicere quãtùm est ex parte sua, sicut etiam Angelus, quemadmodũ & recipere; quia quãtùm ad ista sunt æquales, licet quamùm ad actus naturales sint inæquales: & ita non oportet, quòd Deus aliquid suppleat pro anima secundùm istum modum.

NOTA.

Vbi autem Basolius autumat; æquè perfectum esse actum visionis hominis, sicut & Angeli, supposita æqualitate luminis; ita interpretandus est, ne Magistri asserto refragetur; quòd visio hominis, & Angeli sint æquales, loquendo de perfectione intensiua; eò quòd inficietur Basolius accretionem intensiuam visionis Angeli vltra apicem, seu terminum intensionis luminis gloriæ. Non tamen improbet præstantiam visionis Angelicæ ob maiorem immaterialitatem, & actualitatẽ, quam trahit ab excellentia facultatis vitalis, ex cuius virtualitate extrahitur, tàm in genere causæ materialis, quàm efficientis; vt cunctis perspicuum esse debet.

Explanatio mentis Basolij

16 Vltimò, pro complemento doctrinæ breuiter ostendendum est; quid circa intensiuam inæqualitatem visionis ad fidei Canones attineat. Firmiter ergo tenendum est, beatos non esse æquales in diuinæ essentiæ intuitione; sed diuersos esse gradus pro meritorum disparitate. Quæ veritas definita extat in Concilio Florentino, *sessione vltima*, stabiliturquè manifestis sacræ Scripturæ testimonijs. 1. *enim ad Corinthios* 3. intonat Paulus, *quod vnusquisque mercedem accipiet secundùm suum laborem. Et* 1. *ad Corinthios* 15. *Quòd sicut stella differt ab stella in claritate, ita resurrectio mortuorum.* Vbi licet loquatur de gloria corporum, idem prorsus iudicium haberi debet de gloria essentiali animæ, cùm gloria corporis sit quasi consequentia & dimanatio eius. Et *ad Corinth.* 9. ait. *Qui parcè seminat, parcè, & metet.* Et Ioann. 14 *In domo patris mei mansiones multæ sunt.* Vbi scitè August. *tract.* 67. *in Ioan.* non solùm pluralitatem, sed etiam inæqualitatem visionis beatificæ refert

Quid de fide circa inæqualitatem visionis?

Conc. Flor.

Paulus 1. *ad Corinth.* 3

1. *ad Corinth.* 15.

1. *ad Corinth.* 9.

Ioannis 14.

in

S. Augusſ. in hæc verba. *Etsi alius eſt alio fortior, alius alio ſapientior, alius alio iuſtior, alius alio ſanctior, in domo patris mei manſiones multæ ſunt. Nullus eorum alienabitur ab illa domo, vbi mansionem pro ſuo quiſque accepturus eſt merito.*

Elucidatio parabolæ operariorum pro inæqualitate intensiua visionis.

17 SED Refragatur Catholico huic aſſerto Iouinianus antiquus hæreticus, cuius lapſum ex orco rediuiū lubens excepit Lutheranorum perfidia; licet diuerſo fundamento innixa. Iouinianus enim ex Stoicorum commentis effutiuit, omnia bona & merita, cūcta idēitidem peccata & demerita æqualia eſſe; ex quo intulit gloriam & pœnam paritatem ſortiri. Lutherani verò quia improbant neceſsitatem meritorum; autumātes, beatitudinem conferri, non intuitu iuſtitiæ intrinſecæ, ſeu propriæ cuiuslibet beati, ſed extrinſecæ, nimirum ob iuſtitiam redemptoris extrinſecè hominibus adſcriptam; conſequenter aſſeuerant, præmium gloriæ æqualiter omnibus donari; ſicut & contendunt, Chriſti iuſtitiam omnibus æqualiter imputari; eò quòd pro omnibus pariter, ſiue iuſtis, ſiue iniuſtis, mortem opperi uerit.

Hæreſis Iouiniani & Lutheri

Cur Iouinianus aſſeuerit æqualitatē viſionis in omnibus beatis

Cur Lutherani

18 Quam hæreſim tutātur celebri illa parabola operariorū Matth. 20. vbi dicitur. *Cū veniſſent ergò, qui circa vndecimam horam venerāt, acceperūt ſingulos denarios, venientes autē & primi arbitrati ſunt, quòd plus eſſent accepturi, acceperūt etiā & ipſi ſingulos denarios &c.* Vbi inæqualiter laborātibus æqualis ſtipēdiū beatitudinis denario diurno adumbratæ collatum exhibetur.

Probatur æqualitas viſionis.

Matth. 20.

Hanc preſſuram euadit Vazquez, 1. p. diſp. 47. cap. 4. vbi prædictam parabolam non de præmio æternæ retributionis; ſed de vocatione ad gratiam interpretatur.

Expoſitio Vazquez.

At infeliciter nouam huius parabolæ elucidādæ viam attētauit contra vniuerſum ſacrorum interpretum cœtum. Quare ipſum Vazquez latè oppugnat & expugnat Pet. de Lorca, 1. 2. diſp. 32. & reijcit Herice, *tractat. 4. de viſione Dei, diſp. 49. c. 2.* Quin & taxatur illis verbis; *voca operarios, & redde illis mercedem.* Vbi denarius diurnus aſtruitur merces laborātiū; cū tamen de fide ſit, vocationē ad gratiā nō eſſe mercedem aliàs enim gratia non eſſet gratia.

Lorca Herice

Refellitur

1. Cōfutatio ex cōtextu.

Deinde, quòd denarius ex conuētione inter patrem familias, & operarios conſtituitur collatus; cum tamē prima vocatio non immittatur intuitu alicuius diſpoſitionis; ac proinde reſpuat cōuentionem aliquam operis, quæ poſitiuè cōferat in vocationem, tanquam ratio motiua ſtipēdiariæ infuſionis doni ſupernaturalis.

Eliditur ſecundò.

A quibus nodis nulla alia ratione ſe expedit Vazquez, niſi aſtruēs; omnia illa verba, quibus exprimūtur, *merces, cōuentio labor, & retributio*, nil omnino faceſſere ad ſcopū parabolę, ſed tantùm adiūgi ad narrationis ornatū; in quo (cū à communi doctorum ſenſu exorbitet, qui ea Chriſti verba non ad ſolam ſermonis contexturam, ſed ad doctrinæ inſtitutū appoſita cenſeat) merito explodendum eſt ſingulare viri iudicium.

Fugæ præoccupatio

Alia cōmunis expoſitio parabolæ

18 Quare reſpondent alij Theologi communiter; denario illo diurno non exprimi beatitudinem formalem, quæ eſt forma, qua Deus beatis illabitur in ratione obiecti beatifici iuxta æqualitatem meritorum; ſed beatitudinem obiectiuam, in qua non eſt inæqualitas, ſicut nec pluralitas, cùm ſit ſimpliciſsima Deitatis ſubſtantia.

Etiam non ſatisfacit

Sed refelluntur; eò quòd in prædicta parabola aperte fiat ſermo de mercede meritorum; at beatitudo obiectiua nullatenùs aſſeritur præmium, & merces beati, niſi quatenùs coniungitur mentī per operationem vitalem ſupernaturalis intuitionis, & fruitionis, quæ eſt beatitudo formalis; cùm hac ſola ratione Deus poſſideatur à mentibus creatis, quatenùs fit propria poſſeſsio illarum media operatione beatifica: igitur inſtitutum parabolæ non ſpectat beatitudinem tantùm obiectiuam, ſed etiam formalem.

19 Dicit Lorca, ex Chryſoſtomo in hunc locum Matthæi; quòd ſup-

Apta reſp. ex Chryſoſtomo

poſito quòd per denariũ diurnũ beatitudo formalis inſinuetur; nõ colligitur paritas beatitudinis in omnibus beatis ſed tãtùm in illis, qui æqualia merita nacti ſunt. Vnde, licet denarium diurnum operarij à Domino vineæ acceperint, at nõ omnes, qui ſtipendium expectabãt: ſed præter hos, qui denarium acceperunt, adfuere alij, qui magis minus ve, iuxta meritorum conditionem accepturi eſſent. Nec ex contextu aliud colligitur; *licet enim aſtruat primos accepiſſe ſicut nouiſſimos, ſingulos denarios: non tamen expreſſit, omnes primos, aut omnes nouiſſimos, denariũ accepiſſe.*

Pet. Lorca.

Amplior elucidatio parabolæ

Reſpondetur deinde; ſenſum parabolæ ex fine & ſcopo doctrinæ, quæ traditur, expẽdendum eſſe; quia tamẽ in præſenti non cõtendebat Chriſtus aperire quantum mercedis conferendum eſſet beatis; ideò æqualitas, aut inæqualitas præmij eſſentialis ex præſenti parabola auſpicanda nõ eſt, ſed ex apertis alijs ſacræ Scripturæ teſtimonijs, vbi inæqualitas iſta reſeratur. Iſtius enim parabolæ præcipuum inſtitutum eſt propalare; in ſtrictiſſima diſcuſſione diuini iudicij non habẽdã fore rationem, nec certam eſſe regulam maioris, vel minoris præmij, quæſumi poſsit ex obſequij diuturnitate, vel dignitate Eccleſiaſtica, ſeu conditione ſtatus religioſi; euenier enim, vt qui per breuius tempus laborauerunt, feruentiùs tamen, impleant, imò exuperent, portionem illorum, qui diuturniùs, tepidiùs tamẽ, operati ſunt; adeò vt infirmi, & nouiſſimi, penſata ſtatus qualitate, primos & ſuperiores euincant.

Quod primarum parabola inſtitutũ

Chriſtus cautionem inſtillat mentibus.

Ex quo conatur Chriſtus timorem, & cautionem mentibus inſtillare, vt nemo ſibi fidat, vel primatui innitatur; quia primi erunt nouiſſimi, & nouiſſimi erunt primi. In quibus vltimis verbis, eò abeſt vt æqualitatem meritorũ in cunctis beatis edoceat; vt potius inæqualitatem conſtituat; *dum primos nouiſſimis ſubijcit*. Quia tamen, vt cautionem hanc Chriſtus mentibus noſtris inſereret, ſufficiebat renuntiare aliquos ſuppares primos, & nouiſſimos ideò ibi non expreſsit alios, qui maiori præmio donati extiterint. Quare ſcitè concludit Lorca ex Chryſoſtomo *Expreſsit autem Chriſtus ſolos illos, qui futuri ſunt æquales; quia ad intentum doctrinæ, quam tradebat, ſufficiens erat.* Ita Lorca loco citato, t. 2. *ſectio.* 1. *de Beatitudine, diſp.* 32. §. *Quarta difficultas eſt.*

Lorca

Aſſertiones duæ pro vera ſententia ex Baſolio auditore Scoti, contra communem rationem ſentiendi Scotizantium.

Aſſertio 1.

20 EX Dictis quid ſentiendum ſit per ſequentia pronuntiata iam nullo negotio ſtabilire poſſumus. Quare dicendum primò, data paritate habitus infuſi, & inæqualitate facultatis vitalis, non elici actum intenſiorem. Sic authores primæ ſententiæ, quibus ex Scoti auditoribus ſuffragantur Aureolus, & Baſolius citati *n.* 14. & 15. qui pro multis nobis ſufficiant, vt qui alios Scotizantes longè anteeant iudicij maturitate & ſubtilitate.

Aureolus Baſolius.

Oſtenditur quòd noſtrũ aſſertum ſit de mente Scoti

Licet autem Aureolus aliquando Scoti oppugnet pronuntiata; Baſolius tamen perpetuum Scoti agit vindicem, & ſectatorem; & textus Scoti *ex collatione vndecima*, quem *ſub numer.* 12. tranſcripſimus, nos cogit, vt inconcuſſè teneamus; quòd ſi energia ad actum ſupernaturalem exerendum procreſcere poſſet ob compoſitionem habitus ſupernaturalis ad præſtantiorem potentiam; habitus ſupernaturalis eſſet eiuſdem ordinis cũ potentia natiua, contra veritatem, & expreſſum inibi tranſcriptum Scoti proloquium.

Cõfirmatur vltrà

Et ſequeretur; quòd multiplicata, aut multoties repetita, energia potentiæ natiuæ; poſſet ex naturæ viribus elicere actum ſupernaturalem; ſi textum citatum. Quamobrem in eo ſenſu ſumus, vt quamuis litera à nobis *ſub n.* 9. tranſcripta *ex 3. ſent. diſt.* 13. *q.* 4. aſſertioni noſtræ non faueret; præterẽdũ eſſet teſtimoniũ *ex vndecima collatione*, eòquòd Scotus opus collationũ vel

diſ-

diſputationum poſt ſcriptum Oxonien ſe ediderit. Quamobrem Baſolius Sco ti indulgentia vel optione donatus, vt o,poſitũ tutaretur; (ſi tamẽ aduerſum ſit teſtimonio trãſcripto ex 3. ſen. quod diffitemur) noſtrã ſententiam cõfirma uit; cuius aſſerti probationem ſic ex prælibatis produco.

Fundamẽtũ noſtræ aſſer tionis.

Nulla cauſa partialis, ſeu quæ ſine con uẽtu alterius cõcauſæ nõ confert ad eli ciẽdam ſubſtãtiam effectus, etiam præ ſtare valet ad vllum gradum intẽſionis qui emineat vltra gradualitatem con cauſæ complẽtis alteram in eſſe pote ſtatiuo adæquato, ſeu in actu virtuali ad productionẽ effectus; aliàs enim in tellectus compoſitus ſpeciei impreſſæ vt ſeptẽ, ob natiuam pernicitatem effi cere poſſet notitiam vt octo, aut cali dum vt quatuor adire calefactionem vt quinque, & ſic de alijs.

Vrgetur ra tio, quatenus intellectus non habeat vim cõpletã nec ad vnicũ indiuiſibile latitudi nis ſupernaturalis

Atqui intellectᵒ, eſtò quòdvim perſpi cacitsimã natus, nõ importat faculta tẽ natiuã cõpletã ex parte potẽtiæ ad aliquam vel minimam portionem lati tudinis intenſiuæ ſupernaturalis, imò nec ad vnicũ indiuiſibile terminatiuũ, ſeu continuatiuum illius; igitur nulla ratione eſt in actu poteſtatiuo, ſeu vir tuali reſpectu alicuius indiuiſibilis intẽ ſionis ſupernaturalis, quod emineat ſu pra apicem habitus eleuantis. Hãc ra tionem ex phyſicis principijs productã exiſtimo aduerſarios proſternere; vt modicum pateat effugium.

Obiicitur quòd præce dens aſſertũ diſſentiat ab Scoto

21 Sed dices, nos à poſita Sco ti litera deficere, quæ docet; data pari tate habitus, à præſtantiori potentia perfectiorem actũ effluere. Vbi nomi ue, *perfectioris actus* eum intendiſſe, qui gradualitate intenſiua promineat; liquet ex textu poſito; dũ cõſtituit, fruitionem voluntatis Chriſti vt cõpo ſitæ habitui intenſiori, eſſe perfectiorẽ quàm Angelicam: cùm tamen eò Chri iti volitio aſſeueretur perfectior, quò intenſior ſit omni appetitione ſuperna turali Angelorum.

Diluitur; in duplici ſen ſu poteſt dici actus perfec tior alio. Vel ſecũdũ per fectionẽ ſpe cificã, vel ſe cundùm per fectionem in tenſiuam

Reſpondetur; quòd nomine perfe ctioris actus intelligi poteſt perfectior ſpecies actus, data æquali intẽſione for mæ; qualiter aſſerimus, quòd data pari tate intenſiua ſpeciei impreſſæ in homi ne & Angelo, euaderet notia, vel ſpe cies expreſſa Angeli quidditatiuè & ſpe cificè perfectior notitia hominis; nõ ta men intenſior. Vel vitio perfectior in dicare poteſt maiorem præſtantiã gra dualitatis intenſiuæ; in quo ſenſu viſio Chriſti Domini eſt perfectior viſione Angeli, quia intẽſior, licet ſit inferior ſecundùm ſpecificam conſtitutionem viſione Angeli.

Author in e lucidationẽ Scoti ſequi tur Baſelii.

Vt autẽ Scotũ interpretemur nomine perfectioris actus nõ intẽdiſſe actũ intẽ ſiorẽ, ſuppoſita æqualitate graduali ha bitus; ductorem habemus Baſolium ſic Scoti ſenſum enodantem.

Aſſer. 2. data æqualita te habitus & inæqualita te potentiæ elicitur actᵘˢ perfectior

22 Dicendum ſecundò; data pari tate habitus ſupernaturalis, & inæqua litate potentiæ, elici actum vitalẽ per fectiorem à præſtantiori potentia. Sic interpretor Scotum; & probo.

Ratio aſſerti

Quia actus ſupernaturalis, quà vi talis eſt; præhabetur intra facultatem natiuam, tàm in genere cauſæ efficien tis, quàm in genere cauſæ materialis educiuæ, ex cuius potentialitate extra hitur; igitur potentia, quę eſt actualior & immaterialior, verbi gratia, Angelica, producit ſpeciem actualiorem, & immaterialiorem formam apprehenſio nis & impulſus iuxta facultatis natiuæ præſtãtiam, cui actus vitalis proportio natè cohæret & componitur.

Oſtenditur in æqualitas perfectionis perſiſte æ qualitate in tenſiua

Atqui intellectionem præcellere ſecundùm ſpecificum gradum, ſeu præ dicatum immaterialitatis, & actualita tis, eſt maiorem perfectionem ſibi vẽdi care, forma ea, quæ à minus immateria li principio, & ſubſtrato extrahitur; er go data paritate habitus ſupernatura lis, ab inæqualitate natiuæ facultatis trahi poteſt inæqualitas perfectionis, quæ ſuſtineat ſupparẽ intẽtionẽ actᵘˢ; cũ gradualis paritas ſecum cõpatiatur ſpecificã inæqualitatẽ immaterialio ris & actualioris formæ, quæ á præſtãtio ri facultate natiua petatur.

Cõfirmatur ex hypotheſi æqualitatis intẽſiuæ in ſpecie impreſſa homi nis & Angeli

Vt liquet appoſito illo exẽplo intel lectus Angeli, & hominis fæcũdati ſpe cie impreſſa, vt ſeptẽ, in ea ſuppoſitione, quòd vtraq; mẽs conaretur ad totã intenſionẽ ſpeciei; vbi notitia Angeli eſ ſet æqualis intenſiuè apprehẽtioni ho minis; & perfectior ob prædicatum im materialitatis, & actualitatis præſtan tioris ſecundùm ſpeciem.

Obiicitur, quòd perfec tiori beatitu dine donare tur Angelus quàm homo

23 Vrgebis deinde; quòd data paritate meritorũ hominis & Angeli, dataq; æ quali infuſione habitus ſupernaturalis perfectiori beatitudine cumulabitur Angelus quàm homo; quod videtur in conueniens.

Elidit obiectũ, admiſſa inæquali perfectione quaſi materiali, nõ formali in ratione præmij

Reſpondetur; eam perfectionem omnino materialiter,& ex parte ſubiecti ſe gerere ad rationem beatitudinis,quæ in apprehenſione obiecti beatifici poſita eſt; in qua cùm æqualitatem intenſiuam,& gradualem notitiæ ſupernaturalis aſtruamus,æqualem etiam obiecti beatifici penetrationem conſtituimus, in qua beatitudinis eſſentialis paritas conſiſtit. Licet à natiua,& vitali facultate accedat illa maior actualitas, & immaterialitas formæ ſupernaturalis; quæ tamen, cùm non conferat ad accrementum intenſiuum actus vltra metam eleuationis, nec tollat ſupparitatem præmij in ratione præmij, ſiue in ratione intenſioris penetrationis obiecti beantis; parum, aut nil negotij, ad æqualitatem, vel inæqualitatem beatitudinis in ratione mercedis,vel præmij, facceſſere poteſt.

Dilutio oppoſitarum rationum pro prima, & ſecunda ſententia.

Ad fundam. 1.ſententiæ.

24 NVnc argumentationes in principio articuli propoſitas conuellere licebit,quatenùs noſtram ſententiam adoriuntur.

Ad 1.arg.reſponſ ex Fabro & Smiſingio.

Ad primum argumentum primæ ſententiæ;reſpondet Philippus Faber *loco citato,numer.margin.9.* non eſſe inconueniens,quòd aliquis gradus intenſionis beatitudinis deferatur præſtantiæ naturæ;adeò vt ex meritis non habeatur. Quia id aſſertum Pelagianiſmum, aut Semipelagianiſmum ſaperet,quod aſſeueraret naturam, licet acutiſsimæ perſpicacitatis, non concretam habitui ſupernaturali conferre poſſe ad aliquem gradum viſionis: at pronuntiare naturam præſtantiorem compoſitam habitui ſupernaturali præſtare poſſe vltra apicem formæ eleuantis, nil ſtatutis fidei abſonum inuolueret. Fabrum ſequutus eſt Theodorus Smiſingius,*loco citato numer.*145.

Smiſing.

Diſcedit ab Scoto Faber & Smiſing.

At Faber in tam ſingulari commento patronum ſibi non aſciſcet Scotum,qui dum varias perſequitur rationes paritatis fruitionis aſtruendæ,ſuppoſita æqualitate habitus,& inæqualitate potentiæ;numquam auſus eſt aliquam gradualitatem fruitionis aſsignare,quæ eſſet vltra intentionem habitus ſupernaturalis, & meritis non reſpõderet,ſed naturæ prominenti ex vi principij phyſici.

Scotus aperte inficiatur intenſionem actus ſupernaturalis vltra intenſionẽ habitus

Vnde potius ſuſtinendum duxit eorum effugium,qui autumant, præſtantiorem voluntatem non conari ad totam menſuram ſuæ eleuationis, vt parem fruitionem eliceret cũ minus perfecta potentia;quàm aſtruere,quòd data paritate meritorum, & æqualitate habitus,reperiri queat aliquis gradus fruitionis vltra menſuram habitus eleuantis,qui non deferatur meritis, ſed exuperãtiæ facultatis natiuæ. Adi Scotum *in 4.diſt.50.q.6.num.marg.8.* vbi ſic habet.

Scotus

25 *Reſpondeo,& dico;quòd eſt æqualitas quantitatis in illis in ſpecie actus,tamen eſt inæqualitas proportionis;inferior enim voluntas agit ſecundùm totum ſuum conatum, ſed voluntas nobilior non,&c.*

Præmiſſum pronuntiatiũ nõ videtur eſſe de ſenſu Scoti ſed quid datum vel toleratũ gratia diſputandi.

Verùm pronuntiare, Deum in æternum à parte poſt cohibere perfectiorem voluntatem ne conetur gnauiter, & feruenter in dilectionem ſupernaturalem,ita vt adimpleat, & exæquet totam portionem ſuæ eleuationis;eſt inconſultè perpetuum quoddam miraculum aſſeuerare, vt eludatur vis argumentationis de æqualitate meritorũ. Quare id de ſenſu Scoti aſſertum non opinor,ſed inter diſputandũ propoſitũ quod familiare eſſe ſolet Scoto, dum varia placita exagitat, & in diſcuſsionis trutinam vocat; quidquid cauſetur Hugo Cauellus eius ſcholiator in hunc locum.

Nota de vero ſenſu huius quæſiti de inæqualitate actus ſup. naturalis ex inæquali potentia.

Deinde,quod in præſenti non diſcutitur,quòd Deus pro ſua munificentia non donet Angelum gradu aliquo viſionis vltra meriti condignitatẽ; ſed an præſtãtia iſta,vel gradualis latitudo viſionis in tanta intenſione actus ſupra metam eleuationis habitus infuſi effluat neceſſariò ex vi principij phyſicè inæqualis,ob præſtantiam virtutis natiuæ,eſto quòd compoſitæ comprincipio ſupernaturali.

Nec

Resp. Valentiæ de Herice ad 1. arg.

Nec multum à Fabro dissentit Herice, dū *loco citato, n. mar. 62* autumat *Ego non video multū incōmodi si concederemus Angelis iuxta naturā eorū & iuxta naturā actionum, quibus etiam meruerunt, quæ sunt in superiori specie quàm nostra, dari etiam visionis perfectiorem naturam physicè; nam dum nobis non negatur præmium explens nostra merita, nulli fit iniuria, cū Deus se exhibet largitorem liberalem accōmodans se ingratis perfectiori naturæ Angelicæ.* Sic ille author.

Refellitur doctrina huius authoris

Cæterum; si Herice nomine perfectioris naturæ, quam actibus supernaturalibus Angeli adscribit, intensionem vltra apicem eleuationis potentiæ tueatur, licut & insinuare videtur; ego multum inspicio incommodi in pronuntiato isto. Quia aut fieret, vt natura respectu illius excessiuæ gradualitatis referret vim completam ex parte potentiæ, quod prorsus falsum, & dissonum æstimo; vt ab aliis censuris abstineam, quas vbertim agglomerant recentiores; aut quod causa partialis ageret, inquantùm non est in actu potestatiuo, vt vocat Aureolus; seu inquantùm non est in actu virtuali, vt philosophi communiter loquuntur; quod astruere alienum est ab omni philosophia.

Quid petat argum.

Quare non agimus; quòd Deus se liberalem exhibens remuneratorem naturæ Angelicæ, non largiatur præstantiora munera gratiæ; sed quod talis inæqualitas vltra intēsionem immissi habitus deferatur virtuti naturæ, ex vi causalitatis physicæ, quamuis prodeuntis ex facultate naturali, vt coniuncta habitui supernaturali.

Nō satisfacit Herice

Nec vilio intensior exprimit solam physicā præstantiam formæ vt vult Herice; sed intimiorem penitioremq; penetrationem obiecti beatifici, quæ conducit ad inæqualitatem præmij in ratione præmij.

Obtinet arg. contra inæqualitatē visionis data disparitate luminis.

Vnde libenter annuimus & fatemur prædictam probationem concludere, non dari incrementum intensiuum actus supra gradualitatem habitus constituentis facultatem vitalem in esse potestatiuo, seu actu virtuali completo ex parte potentiæ; vt in primo asserto aperuimus.

Alia resp. ad 1. arg. Ripalda

Nec magis rem elucidat Ripalda *de ente supernaturali, lib. 2. disp. 37. section. 3 numer. margin. 13.* Vbi cùm Philippum Fabrum explosisset; deinde subijcit nescio quid in re diuersum. Dum autumat, ideo nil præmij respondere facultati naturæ; quia habitus supernaturalis, à ratione intrinseca potentialis, & indifferens sit, vt cointegret complexum maioris energiæ supernaturalis, vel minoris, iuxta maiorem, aut minorem facultatis vitalis præstantiam; quamobrem in nullo vero sensu dici potest; quòd actus intēsior respondeat virtuti naturæ.

Ripalda cēsurat Fabrū

Sed nunquam asseruit Faber, soli naturæ præstantiæ talem exuperantiam meriti, & præmij adscriptum iri; sed nobilitati naturæ, vt componit e habitui supernaturali; igitur eam præstantiam adscribit complexo. Nec tamen satisfacit accretio complexi supernaturalis in ratione supernaturalis principij, ob solam adiunctionē naturæ virtutis; sicut nec magis è re est pronuntiatum illud, de potentialitate, & indifferentia habitus supernaturalis, vt componitur præstantiori, aut ignobiliori, potentiæ; ac proinde à ratione supernaturalis virtutis trahi, quòd procreet complexum illud pro potētiæ inæqualitate.

Energia habitus supernaturalis nō procrescit iuxta facultatis naturæ præstantiam

Quia, si id verum esset; quòd nimirum virtus habitus supernaturalis quasi explicaret se ad intensiorem actionem, ob compositionem ad facultatem naturam præstantiorem; fieret, vt otiosa existeret gradualitas intensiua formæ supernaturalis operatiuæ; vt supra ostendimus. Sicut inanis euaderet intensio gradualis in specie impressa; si à se esset indifferens, vt constitueret virtuosus complexum pro inæqualitate potentiæ ad speciei expressæ generationem, vel intensam, vel remissam. Quam rationem efficacissimam iudico.

S. queretur, quòd otiosa existeret gradualitas intensiua habitus supernaturalis

Satisfactio ad 2. arg. 1. opinionis

Secunda oppositio, licet assumat id, quòd à nobis respuitur de vnitate specifica visionis hominis, & Angeli; ingenuè concedimus id, quod producit, nimirum ab inæquali potentia, pari tamen habitu superno donata, trahi non posse intensiorem actum; non tamen propter illam probationem, sed ob eam, quam formauimus de causa non constituta in esse potestatiuo adæquato.

26 Ad primum fundamentum se-

cun-

Arg. 2. Scotiſta

cundæ ſententiæ, quod molitur; intenſiorem actum effluere à potentia præſtantiori data paritate habitus infuſi.

Ad 1. cur actus ſupernaturalis trahat a potentia inæqualitatem ſpecificam non autem intenſionis ſupra habitum?

Dicimus, quòd ad diſcretionem ſpecificam viſionis ſufficit, quòd aliquod prædicatum illius ſibi vendicet cauſam eſſentialiter diſtam à cauſa alterius viſionis; quod in homine, & Angelo ſeriò expendimus *in articulo præcedenti*. Ad gradualitatem verò intenſionis vltra apicem eleuationis, non præſtat quodlibet comprincipium inæquale, ſed quod ſit in actu poteſtatiuo, ſeu virtuali; cuiuſmodi non eſt facultas vitalis vltra menſuram habitus infuſi, nec ad effectionem vnius indiuiſibilis terminatiui, vel continuatiui intenſionis ſupernaturalis.

Obſeruatio ordinem inſtantiæ

Sicut ad hoc quòd intellectio ordinis naturalis in Angelo ſit diuerſæ ſpeciei ab intellectione hominis, ſatis ſuperque præſtat diſtinctio ſpecifica in intellectuum, quamuis ſpecies intelligibilis ſit eiuſdem quidditatis in vtroquè intellectu; ſed non ſufficeret inæqualitas ſpecifica intellectus hominis, & Angeli ad hoc quod Angelus eliciat intẽſiorem notitiam vltra intenſionem ſpeciei intelligibilis, quæ eſt æqualis in vtroque intellectu, vt oſtendimus, *ſub n.* 12. ex Scoto.

Ad 2. arg. cõcluditur aſſertũ Herice

27 Ad ſecundum argumentum; dicimus, Valentinum de Herice inconſultè loquutum, dum agit apprehenſiones obiectorum credibilium influere in iudicium, ſeu aſſenſum fidei ſimili cauſalitatis ratione, qua præmiſſæ eliciunt concluſionem; cum præmiſſæ imbibant rationem propter quam, ſeu motiuum aſſenſus concluſionis, (eò quòd vnio immediata extremitatum cum medio, quam important præmiſſæ, ſit ratio aſſentiendi vnioni mediatæ extremitatum inter ſe; quam refert concluſio;) cùm autem ratio motiua aſſenſus ſit etiam ratio ſpecificatiua eius; fit inde, vt iuxta diuerſitatem principiorum, ſeu præmiſſarum, plurificentur eſſentialiter aſſenſus concluſionum.

Nõ ita cõparatur apprehẽſiones obiectorũ ad aſſenſũ fidei ſicut præmiſſæ ad cõcluſionem

Quod planè referat quòd nec ſcitè pronuntiatum ſit; ſimili ratione comparari apprehenſiones obiectorum credibilium ad aſſenſum fidei, qua præmiſſæ ad concluſionem; aliàs enim fieret, vt iuxta diuerſitatem ſpecificam apprehenſionum, eſſentialiter diſſiderent fidei aſſenſus. Quod eſt contra communem Thomiſtarum ſententiam cùm omnes aſſenſus fidei ſint eiuſdem rationis ſpecificæ, ſicut & idem motiuum nacti, ſeu rationem propter quam talis iudicij ſupernaturalis; quæ non eſt complexio terminorum, ſed veritas Dei atteſtãtis. Quare, licet vir ingenio pollens magis penetret & perfectiùs apprehendat myſteria fidei; ſed tenaciùs creditis non cohæret, quàm agreſtis, qui vehementi iudicij firmitate veracitati Dei propoſitæ per Eccleſiam inſiſtit.

Apprehẽſiones obiectorũ credibilium nõ ſe habent ad iudicium ſupernaturale ſicut propoſitio obiecti appetibilis ad impulſum

28 Ex quo etiam liquet, quòd apprehenſiones obiectorum credibilium aliter ſe habent ad aſſenſum fidei, quàm propoſitio obiecti appetibilis ad impulſum; eò quòd apprehenſio bonitatis proſequendæ inſinuet rationem propter quam proſequutionis, ſeu motiuum inclinationis impulſiuæ in tale bonum; ac proinde ſit ratio diſcretionis ſpecificæ actuum voluntatis. Quod aliter de communi ſententia ſit in aſſenſu fidei; qui non diuerſificatur ſpecie ob diſcretionem apprehenſionum obiectorũ credibilium: quatenùs iudicium fidei trahat motiuum aſſentiendi, non à diuerſitate apprehenſionis obiecti, ſed à ſola veracitate diuinæ atteſtationis, quæ eſt eiuſdem prorſus rationis, vt perſpicuum eſt.

Admonitio; pro ea Scotizantium ſententia, quæ aſſeuerat, à præſtantiori potentia elici actum intenſiorem vltra gradualitatem habitus infuſi.

Obſeruatio pro placito aliquorum Scotizantiũ

29 QVIA Plures aſſeclæ Scoti conſtanter tutantur, dato ſuppari habitu charitatis, & inæquali præſtantia voluntatis, elici intenſiorem actum dilectionis ſupernaturalis, etiam ſupra apicem intenſionis habitus infuſi; vel breuiter reſtat expendere, qualiter in

vera Theologia asserta hæc probari debeant? Quod ex his, quæ in superioribus tradidimus, sic aperio.

In quo sensu non admittitur opinio astruens intensiorem actū vltra gradualitatem habitus supernaturalis

Ita vt in primis reijcienda sit ea assertio, quæ data paritate habitus, & inæqualitate potentiæ, sustineat intensiorem actum vltra metam gradualitatis habitus infusi; non admissa suppletione habitus per appositionem auxilij supernaturalis ad talem intensionem actus, quæ exuperet gradualitatem habitus infusi. Quia aliàs fieret, vt facultas natiua referret adæquatam vim ex parte potentiæ ad actum supernaturalem; siquidem præstaret adæquatè ad gradum aliquem supra intensionem habitus: non accedente suppletione habitus per extrinsecum auxilium ad illum excessum gradualitatis in actu supernatutali. Contra quem modum dicendi ex diametro pugnant nostræ probationes, quas *sub num.* 14. formauimus, & concludit argumentatio Aureoli neruos habens a nobis transcripta, *sub numer.* 14. de causa natiua non constituta in esse potestatiuo ad actum supernaturalem, nisi iuxta accretionem intensiuam habitus supernaturalis.

Admittitur modus dicendi, quem sustineat.

30 Si autem defectus potentiæ ad actum supernaturalem intensiorem habitu suppleatur per extrinsecum auxilium supernaturale; talis doctrina sustineri potest, iuxta modum dicendi traditum à Basolio, & Aretino, quibus subscribit Ludouicus Molina; vt liquet ex præmissis *sub numer.* 21. ita tamen vt nunquam pronuntietur actus intensior habitu absq; additione comprincipij extrinseci supernaturalis supplentis defectum habitus ad tantam gradualitatem actus.

Basolius Aretinus Molina

Duplex modus sentiendi ex Basolio, sed primus probabilior.

Vnde, duplicem modum dicendi Basolij recipimus; & quòd non detur inæqualitas intensiua actus supernaturalis data æqualitate gradualis habitus infusi; cui placito ex animo cohæremus, vt patet ex *numer.* 15. vbi Basolium hæc tradentem transcribimus. Et quòd si à præstantiori potentia effluat actus intensior supra gradualitatem habitus; suppleri debeat defectus potentiæ ad illam gradualitatem, per supernaturale auxilium extrinsecum, vt patet ex *numer.* 2. vbi etiam Basolium transcribimus.

31 Quod præcipuè apparet probabile in actu visionis, admissa ea Doctorum sententia, quæ sustinet, lumen gloriæ non esse habitum intrinsecum, sed solùm auxilium extrinsecum supernaturale euehens intellectum ad supernaturalem actum visionis; de qua nos supra *in hac controuers. de Visione Dei, distinction. 1. subdistinct. 2. de supernaturali principio visionis ex parte potentiæ, artic. 4.* vbi disquiritur, qua ratione existentia luminis sit dogma fidei *à numer. margin. 3. vsque ad 10.* si enim ad substantiam actus visionis supernaturalis non exposcitur habitus inhærens luminis gloriæ; ita nec ad quãlibet exuperantiam actus supernaturalis, dummodo asseratur appositio additio ve auxilij supernaturalis ad eliciẽdum actum intensiorem.

Qualiter secundum mea dicẽdi defendatur consequentia?

Habitus charitatis est de fide, non habitus luminis.

Qualiter tamen habitus charitatis sit de fide; non verò habitus luminis? inibi expendimus *in præcitato arti 4. sub num. 32.*

Obijcitur quòd ad actū visionis vt quinq; sufficiat lumen vt quatuor.

Si autem occurras; quòd ad eliciendum actum supernaturalem visionis vt quatuor non exigatur virtus luminis vt quatuor; sed præstet ad illam intẽsionem visionis, habitus luminis vt duo. Quatenùs lumen sit causa principalis æquiuoca actus, ac proinde & præstantior actu; causa autem æquiuoca minoris intensionis conferre appareat ad effectum speciei inferioris in maiori gradualitate, & intensione: vt si lux vt duo eliciat calorem vt quatuor.

Ripalda.

Sic Ripalda *de ente supernaturali, libr. 2. disp. 39. section. 2. numer. margin. 7.* agens; quòd ad quamcunque intensionem actus supernaturalis supra intensionem habitus, non exposcitur auxilium supplens defectum habitus in tanta intensione.

Adhuc eodem procedit dissertatio

Sed, vt vę sit, & dato quòd habitus luminis vt quatuor conferre queat ad exerendum actum visionis vt quinque; adhuc vrget disquisitio; an virtus luminis, vt quatuor, quæ vt composita minus perfectæ potentiæ, valet ad visionem, vt quinque; si coniungeretur potentiæ natiuæ præstantiori, præstare queat ad visionem vt sex absque suppletione habitus per auxilium? Et id est, quod improbamus; quia aliàs intellectus, aut referret completam vim ex parte potentiæ ad aliquem gradum intensionis supernaturalis; aut otiosa ac superuacanea existeret intensio gra-

dua-

dualis habituum supernaturalium; si supernaturalis energia habitus infusi creseceret iuxta præstantiam facultatis natiuæ; itavt pro compositione ad præstantiorẽ facultatem natiuam quasi explicaret se virtus supernaturalis ad intensiorem influxum.

Nota de æqualitate luminis & visionis

Licet autem disputationis gratia demus, habitum charitatis præstantiorem esse fruitione beatifica, sicut & lumen gloriæ præcellere visioni; & admisso etiam quòd habitus charitatis vt quatuor valeat elicere fruitionem vt quinque; id tamen vt verum non recipimus; cum valde probabile censeamus, quod interlit æqualitas physicæ nobilitatis inter habitum supernaturalem & actum illi respondentem; vt ostendimus *in artic. præcedenti, sub n. marg.* 15.

Abigenda ea via sentiẽdi quã in præsenti tolerat Soarius

32 Vltimò censeo; nullatenùs sustinendam eam dicendi viam, quæ vt seruet æqualitatem actus supernaturalis in potentia natiua inæquali; assueuerat, non immitti habitum infusum adæquatè respondentem æqualitati meriti, sed æqualitati visionis, & fruitionis. Quia vt liquet ex prælibatis, *sub numer.* 4. maiora importat hic modus dicendi incommoda; licet Soarius æstimet esse probabiliorem modo dicendi Basolij, quem sequitur Molina.

(.§.)

SVBDISTINCTIO SECVNDA
DE OBIECTO ACTVS VISIONIS.

Expenditur cõparatio visionis ad obiectum.

EXARATA Vitalitate, specie, & intensione, visionis, restat obiectum illius expendere; circa quod ita procedendum est, vt articulatim referatur visio; primò ad absolutas Dei affectiones, deinde ad hypostases, seu relatiuas proprietates; tertiò ad decreta libera; quartò ad creaturas possibiles; quintò ad futuras. Circa primum verò sit.

ARTICVLVS I.

Vtrùm proprietates absolutæ Dei sint necessarium obiectum visionis beatificæ?

SVMMARIVM.

Beatus de facto cunctas absolutas Dei necessarias affectiones inspicit. Nu. 1

Oppositiones in doctrinam præcedentẽ. Num. 2.

Satisfactio ad obiecta. Num. 4.

Opinio astruens, implicatoriam esse intuitionem Deitatis, quæ omnia attributa non inspiciat. Num. 10

Oppositum Iacobi Granadi placitum contẽdens, visionem beatificam posse terminari ad attributa, non apprehensa quidditate Deitatis. Num. 14.

Media Scoti sententia præfertur, & suadetur; quòd videri quoad intuitione beatifica Deitas sine attributis; non tamen è contra, attri-

tributa abſque Deitate. Numer. 16.

Altera pars veræ ſententiæ; quòd per quidditatiuam notitiam abſtractiuam apprehendi queant attributa abſque Deitate, vbi agimus contra Smiſingium, quòd natura vt excludens ſingularitatem nequeat eſſe obiectum intuitionis. Num. 21.

Infringuntur oppoſitiones aduerſariorum. Vbi de ſenſu Scoti oſtendimus, quòd non exigatur diſtinctio ante intellectum ad præciſiuam diſtinctionem, quæ à notitia intuitiua relinquitur. Num. 22.

Titulus quæſiti.

PRæſens articulus ſpectat obiectum viſionis de facto; & de poſsibili. Sciſcitatur enim primò; an de facto intuitio beatifica apprehendat cunctas Dei proprietates abſolutas, quæ ei neceſſariò inſunt? Deinde inueſtigat, an prædictæ affectiones attributales ita neceſſariò terminent facialè Dei notitiam, vt implicet apprehenſa Dei ſubſtantia non apprehendi?

Beatus de facto cunctas proprietates neceſſarias Dei intuetur.

1 Circa primũ, licendum eſt, viſionem clarã Dei neceſſariò intueri omnes abſolutas Dei proprietates, quas liberè non adit; ſed ei inexiſtunt neceſſariò; ſic vnanimis Theologorum omnium conſenſio. Et patet ex hoc, quòd lumen gloriæ, quod eſt cauſa principalis complens vim natiuam intellectus, qua vtitur tanquam facultate inſtrumentaria, vel minus principali ad ſupernaturalem influxum; ſpectat ſubſtantiam Dei cunctis eius proprietatibus, tum abſolutis, tum relatis, cointegratam. Accedit deinde, id, quod in hac re primarium eſt, motio intentionalis obiecti beatifici ad exprimendam Deitatem talibus affectionibus identificatam: igitur nequit intellectus non ſuppeditare inſtrumentariam actionem attingentem omnes illas affectiones, quæ neceſſariò inexiſtũt Deo, independenter à decretis liberis diuini appetitus.

Confutatur oppoſitio Vazquez cõtra aſſertũ Scoti.

Nec præſtat: obijcere diſtinctionem formalem ex natura rei, quam conſtituit Scotus inter Deitatem, & illius attributa; vt viſio beatifica de facto apprehendere queat ſolam Dei quidditatem, non perceptis perfectionibus attributalibus. Quia ſi hæc nos oppoſitio premeret, etiã communem ſententiam impeteret, quæ ſtatuit, nullam dari viſionem, quæ ſaltim aliquot ex poſsibilibus creaturis non attingat; cùm tamen poſsibile, non ſolùm formaliter, ſed realiter negatiuè diſſideat à tota Dei ſubſtãtia; quare hæc obiectio quæ familiaris eſt Gabr. Vazquez contra Scotum, prorſus friuola eſt; & qua euidenter retunditur.

Oppoſitiones contra terminationem beatificæ intuitionis ad potentiam diuinam & alia attributa relata ad creaturas.

2 CÆterùm commune iſtuc Theologorum aſſertum oppugnant haud contemnendæ rationes; videtur enim, omnia Dei attributa à finito ambitu ſeu captu viſionis apprehendi non poſſe.

Et primò; de attributo omnipotentiæ, quod eſſentialiter claudit connotationem vniuerſæ collectionis poſſibilium, non in ea præciſione, ſeu communitate abſtractionis entis poſsibilis vt ſic, quæ præſtare queat ad conſtructionem vniuerſalis metaphyſicæ; ſed in illa contractione, quæ conferat ad terminum realis, & phyſicæ attingentiæ huiuſmodi obiecti potẽtiæ Dei. Sicut enim ſcientia Dei non attingit creaturas vt ſic, cùm talis apprehenſio ab imperfectione potentialitatis non depuretur, ſed vt concernunt omnem actualitatem, & contractionem numericam; ita nec virtus exequutiua Dei terminari poteſt ad poſsibile vt ſic, ſed ad talem, & talem naturam poſsibilẽ propriæ indiuiduationi concretam.

Deinde, quòd virtus exequutiua Dei non eſt continentia alicuius obiecti in ea præciſione, cui contradicat exiſtentia, cùm virtualis eminentia Dei qua præhabet ens creatum, ſit vis & poteſtas ad actionem extrahentem talẽ obiectum de non eſſe ad eſſe.

Atqui repugnat actus facultatis ex-

quen-

quentis, qui eliciat poſsibile vt ſic, igitur & implicat continentia obiecti intra eminentiam diuinæ virtutis, niſi ſub ratione indiuidui, & contracta: ac proinde obtutus ille viſionis, qui calleret omnipotentiam Dei, etiam neceſſariò penetrare, teneretur infinitam ſeriem obiectorum, quæ per ſe & immediatè (non verò prout colliguntur ad vnitatem alicuius rationis obiectiuæ præciſæ) terminant omnipotentiam Dei, ſeu facultatem eius exequentem.

Facultas exequens intendit obiectũ indiuiduũ & cui nõ repugnat exiſtentia

Ex quo ſic premitur oppoſitio; virtus exequutiua Dei non reſpicit obiectũ in genere, aut ſpecie, ſed in indiuiduo ſicut nec illud niſi in ſingulari effi-cit; igitur ſicut dãtur infinita indiuidua poſsibilium, ita inſunt Deo tot poteſtates ſeu continentiæ obiectorum; ipſa enim eminẽtialitas Petri, verbi gratia eſt attributum formale in Deo; cùm ſit virtus & facultas exequutiua eius circa tale obiectum.

Premitur oppoſitio

Sed eum, qui inſpicit quidditatiuè Deum, nil formale latet totius ſubſtantiæ Dei; aliàs enim notitia intuitiua præcinderet, ſeu eſſet fundamentum illatiuum diſtinctionis vbi à parte rei nõ eſſet diſtinctio: igitur beatus de facto videt omnes Dei eminentias circa omnia obiecta poſsibilia, cùm ſint eademmet ſubſtantia Dei.

Sequeretur, quòd qualibet beatus inſpiceret eſſentias creaturarũ poſsibilium.

At virtus eminentialis præcontinens Petrum nequit inſpici quidditatiuè non vilò Petro, ad quem dicit eſſentialem connexionis habitudinem, & ſimiliter de qualibet continentia ad proprium obiectum relata; ergo ſi videntur cunctæ rationes eminentiæ, & continentiæ virtualis creaturarum poſsibilium, quæ Deo inſunt formaliter, ob identitatem cum ſubſtantia Dei, quæ eſt ſimpliciſsimum obiectũ intuitionis beatificæ; conſequens eſt, vt quilibet beatus intueatur omnes creaturas poſsibiles; quod eſt falſum, & contra omniũ theologorum mentem.

Item, extra intuitionem formarum idealium

Quod idem argumentum inſtrui poteſt de ideis; quæ non ſpectant abſtracta, & vniuerſalia obiecta, ſed indiuidua totius claſsis poſsibilium; & cũ hæ rationes ſint formaliter in Deo (vt potequæ ipſa ſimpliciſsima Dei ſubſtantia,) fiet, vt vel cunctæ ideæ poſsibilium à quolibet beato inſpiciantur, ac proinde & poſsibilia vniuerſa: aut quòd beatum lateat indiuiſa Dei ſubſtantia, cùm videri nequeat non percepto aliquo illius.

2. obijcitur circa intuitionem immenſitatis

3 Præterea ſecundò; obijcitur de attributo immenſitatis, & vbiquitatis Dei, vi cuius peruadit omnia ſpatia tum realia, tum imaginaria. Videtur enim ſub finitum conatum viſionis cadere non poſſe; cùm non apprehenſis infinitis ſpatijs, quæ repleantur ab infinitudine Dei ſecundùm locum, concipi nõ va'eat illa Dei illimitatio vt extẽſa in ordine ad locum interminata quadam ratione, ſeu infinitis ſpatijs coexiſtẽs: igitur, aut quilibet beatus de facto inſpicit infinita ſpatia realia, & imaginaria, quæ impleãtur actu à ſubſtãtia Dei quod eſt falſum, aut non intuetur attributum immenſitatis.

Satisfactio ad obiecta; vbi perſpicuis Scoti teſtimonijs elucidatur independentia facultatis exequutiuæ, vel potentiæ Dei, à quolibet ente creabili.

Occurritur 1. obiectioni

4 PRimæ igitur obiectioni ſic occurrimus; præmittendo cuncta Dei attributa eſſe obiectum viſionis beatificæ, quoad eſſe abſolutum, & intrinſecum illorum; non tamen quoad connotationes, & habitudines omnes, quas exprimunt ad creata, ſiue poſsibilia, ſiue futura.

Omnipotentia nõ eſt obiectũ beati in quantum extenditur ad omne poſsibile.

Quò fit, vt licet omnipotentia Dei apprehendatur à quolibet beato ſecundùm rationem abſolutam, & quidditatiuam eius; nimirum quatenùs eſt ſufficientia, & poteſtas per eſſentiam ad producendum quidquid nõ implicet cõtradictionem. Non tamen ad ſtatum cuiuslibet beati confert, quidquid contradictionem nõ inuoluat in indiuiduo intueri: cùm id nõ attineat ad eſſentialẽ, & abſolutum conceptum potentiæ diuinæ, ſed ad rationem relatã eius, vel ad connotationem obiecti creati.

Quare

Data implicatione omnis entis poſſibilis, nõ periret Deo actio abſoluta potentiæ.

Quare pronuntiamus conſequenter; quòd data hypotheſi, quòd omnia quæ de facto ſunt poſsibilia, impoſsibilia forent; licet periret Deo denominatio potentiæ, vel omnipotentiæ, quatenùs illi ex connotatione obiecti poſsibilis accedit, ſupereſſet tamen eſſentialiſsima ſufficientia, & abſoluta illa virtus præſtandi ex ſe quidquid factibile foret, ſi ex parte termini non obſtaret quòd non eſſet factibile.

Probatur à ſimili.

Ea ratione, qua ſi implicarent ſpatia, tolleretur à diuina immenſitate, ſeu infinitudine ſecundùm locum, relatiua denominatio vbiquitatis, quam ex reali contactu ſpatiorum induit; nullatenùs tamen abſoluta illa, & eſſentialis ſufficientia ad implendum quidquid replebile foret, ſi ex parte termini non obſtaret replebilitas illa à contactu Dei.

Indepẽdẽtia facultatis ex quentia ab omni ente poſsibili oſtẽditur in obiecto notitiæ comprehenſiuæ

5 Quæ independentia diuinæ virtutis ab ente creato, ſuppoſitis Scoticæ ſcholæ principijs, non ſolùm habet verum in cognitione finita, & apprehenſiua, qualis eſt viſio beatifica; ſed etiam in productione comprehenſiua intellectus paterni, qua dicit, & generat verbum; quam non ſpectare omnipotentiam eſſentialiter, vt importat habitudinem ad creaturas poſsibiles, ſed vt ab huiuſmodi reſpicientia abſoluitur, tutatur Scotus, cui in hac re plures Thomiſtæ ſuæ ſcholæ deſertores ſubſcribunt.

Premitur illatio in viſione beatifica

Si ergo comprehenſiuus ille actus generationis verbi non attingit formaliter creaturas poſsibiles; cur apprehẽſiuus, & creatus (qualis eſt viſio beatifica) tunctas diuinæ potentiæ quaſi extenſiones ad obiecta creata, & connotationes videat? quæ omnes, ſi Deo non inſuiſſent, nullatenùs imminueretur Dei ſubſtantia.

Doctrina Scoti ad nodũ dirimendum

Cuius aſſerti ea ratio eſt; quòd licet eſſe creaturarum poſsibilium quãdam neceſsitatis formam, quæ contingentiæ non ſubijcitur, nactum ſit; præcellentior tamen gradus neceſsitatis in eſſendo Deo adſcribi debet, qui à creatis nulla ratione pendeat; ita vt ablata qualibet natura creata, aliquod prædicatum intrinſecum pereat Deo ob neceſsariam connotationem talis obiecti; vt ſi ſpecies Leonis eſſet impoſsibilis, verbi diuini comprehenſiua generatio non ſubſiſtat, ſicut nec ſuperſtes aſtruatur virtus, & poteſtas Dei ob implicationem talis ſpeciei. At de his accipe diſertè nos edocentem, & præclarè philoſophantem Scotum, *in* 1. *ſent. diſt.* 8. *quæſt.* 5. *num. margi.* 17. §. *Iſtis rationibus euiuſdam doctoris.* Vbi ſubdit.

Scotus

Neceſsitas Dei ineſſendo pendere nequit à neceſsitate entis participati.

6 *Ens abſolutum, quod eſt ex ſe neceſſarium perfectè quantùm poteſt cogitari aliquid eſſe neceſſarium; non poteſt non eſſe, quocunque alio à ſe non exiſtente: Deus eſt ſummè neceſſarius ſecundùm illã intellectum præceptum: ergo quocunque alio à ſe non exiſtente, non propter hoc ſequitur ipſum non eſſe. Sed ſi neceſſariam haberet habitudinem ad cauſatum, illo cauſato non exiſtente, nõ eſſet; ergo non habet ad illud neceſſariam habitudinem. Maiorem probo; quia ex minus impoſsibili non ſequitur impoſsibilius; ſicut nec ex minus falſo ſequitur falſius.* ,, ,, ,, ,, ,, ,,

Pende axioma Scoticũ

7 *Sed tale neceſſarium, quale deſcriptum eſt, eſt magis neceſſarium, quã quodcunque aliud neceſſarium ab eo, etiam ſecundùm omnem opinionem philoſophorum; ergo ex non eſſe cuiuslibet alterius, quod eſt minus impoſsibile, non ſequitur non eſſe iſtius, quod eſt impoſsibilius.* ,, ,, ,, ,, ,,

Si potentia Dei eſſet cõnexa cũ poſſibili, tolleretur eo ablato.

Probo aliud aſſumptum; (ſcilicet quòd ſi neceſſariam haberet habitudinem, &c.) Quia habens neceſſariam habitudinem ad aliquid, non eſt illa habitudine non exiſtente; non exiſtente autem extremo non exiſtit illa habitudo; non exiſtente igitur extremo habitudinis non exiſtit fundamentum. ,, ,,

Subtilis oppoſitio Scoti

8 *Contra iſtam rationem inſtatur; quia principium deſtruitur deſtructa concluſione, ex* 1. *priorum, & tamen principium ex ſe videtur eſſe formaliter neceſſarium: concluſio autem non eſt neceſſaria, niſi ex principio: ergo, &c.* ,, ,, ,, ,,

Elidítur aperte.

Hæc inſtantia nulla eſt; quia fiat probatio maioris, quod ex minus impoſsibili non ſequitur impoſsibilius. Sed nec eſt ſimile ad propoſitum, quia concluſio non eſt niſi quædam veritas partialis principij, quod habet quaſi totalem veritatem: ſicut ſingulare eſt quædam veritas partialis reſpectu vniuerſalis. In entibus autem, ens cauſatum non eſt quædam entitas quaſi partialis cauſæ, ſed eſt omnino alia entitas dependens ,, ,, ,, ,, ,, ,, ,, ,, ,,

ab entitate causæ; etsi ergo aliqua cõclusione destructa, destruatur principium, non tamen ita erit de entitate in causa & causato. Hactenus Scotus.

9 Ex dictis satis superquè constat ad oppositiones prædictas, quas valde effert, & probat Herice, 1. *part. tract.* 4. *de Visione Dei, disp.* 51. *cap.* 3. *num. marg.* 15. & 16. & *disp.* 50. *cap.* 1. *numer. marg.* 10. Vbi Albeldam carpit, eiq; notam inconsequentis doctrinæ inurit, eòquòd aliquem modum connotationis obiecti creati à beato nõ inspici autumarit, cùm tamẽ ille modus sit intrinsecum prædicatum Dei.

Dicimus ergo; omnes istas continentias non addere aliquid intrinsecum supra absolutam sufficientiam Dei, quæ illi insuisset, etiam ablata omni possibilitate entis creati; ac proinde beatum intueri potentiam Dei secũdum rationẽ absolutam eius, non verò quoad relatam continentiã obiecti possibilis, nisi pro debito, & congruentia status talis beati.

Cùm verò obijcitur; inspicientem substantiam Dei nil latere indiuisæ naturæ eius; sed continentia Petri est prædicatum formale & intrinsecum Deo, sicut & continentia cuiuslibet producti est quid intrinsecum causæ creatæ: igitur non inspicit substantiam Dei, qui continentiam Petri non videt. Atqui continentia Petri non potest concipi sine Petro; igitur nec Deus potest videri non viso Petro.

Respondetur; continentiam Petri esse prædicatum intrinsecum, ac proinde, & attributum Dei, quatenùs importat absolutam sufficientiam virtutis diuinæ; non verò prout exprimit habitudinem ad connotatum creatum.

Nec instantia eminentialis principij creati aliquid præstat; quia hæc, sicut est propter effectum, sic nec exuperat gradum necessitatis sui producti; vt liquet ex textu, sub num. 8. vnde si impossibile esset productum, superstes esse nequiret necessitas talis eminentiæ. At Dei potestas sicut longè anteit necessitatem entis possibilis; ita licet illo ablato tolleretur respectiua virtualitas; non tamen essentialis sufficientia, quæ ex se conferre posset ad productionem entis, si ex parte illius non obstaret. Vt patet ex textu num. 8. de quo iterum, *in controuersia* 12. *de Ideis diuinis in appendice metaphys.* expendentes rationem entis possibilis.

Ad secundam oppositionem de attributo immensitatis; liquet ex dictis.

Nec committam, vt præteream Scotum accuratissimè rem istam absoluentem, ita vt vix in præsenti materia quid vltra expeti queat: sic igitur habet, *in* 1. *sentent. distinct.* 30. *quæst.* 2. §. *Ad secundam quæstionem. sub num. margin.* 14.

Respondeo; quòd in Deo non est aliqua relatio realis ad creaturam; cuius ratio accipitur ex perfecta simplicitate, & ex perfecta necessitate Dei. Quia enim Deus perfectè simplex est, nihil est in eo, quòd non est ipsum, secundùm Augustinum (11. *de Ciuitate Dei, cap.* 10.) *Deus simplex est, quia hoc est, quod habet. Perfecta eius necessitas est etiam ex se esse tale, quod non variabitur eius esse, quaque hypothesi posita siue possibili, siue impossibili circa aliud à se quia alia non sunt necessaria, nisi secundariò.*

Ex his sequitur, quòd nulla est in eo realitas, quæ necessariò coexigat aliud à se. Tale enim necessariò coexigens aliud à Deo non esset illo coexacto non existente; & perconsequens aliquid, quod perfectè esset idem Deo, non esset aliquo alio, quod non est necessarium ex se, non existente. Relatio autem realis de necessitate coexigit ad suum esse terminum illius relationis; ergo in Deo non est relatio realis ad aliud à se.

Contra istam rationem instatur; quia licet creatura non sit necessaria in esse actuali, tamen videtur, quòd aliquid aliud à Deo sit necessarium in esse possibili; quia ipsum possibile esse est necessarium. Quod probatur ex hoc, quia prius videtur aliquid possibile possibilitate eius in se, quàm sit relatio Dei ad ipsum; nam non est potentia in aliquo, nisi respectu possibilis in se, quia ad impossibile non est potentia; ergo relatio Dei ad creaturam, inquantum possibilis, non coexigit aliquid, quod non sit sub illa ratione necessarium, sub qua terminat.

Quem ictum infringit Scotus. §. *Ad secundum simili modo, sub numer.*

mar

Scotus

marg. 15. Vbi sub compendio vel sic rē absoluit.

Potest dici vna responsione generali ad omnes istas instantias; quòd necessarium ex se, vt dictū est, nō mutabitur secūdùm aliquid perfectè idem sibi; quacunque positione possibili, vel impossibili facta circa aliud à se. Nihil autem aliud à Deo est ita formaliter necessarium sicut Deus, secundùm quamcunque positionem; quia si poneretur aliquid formaliter necessarium, non tamen sine omni dependentia ad primum necessarium: & ideò non esset ex se necessarium.

Elidit̄r cō nexio Dei cū possibilitate entis participati.

Igitur nulla realitas in primo mutabitur propter positionem quamcunque circa aliquid tale, quod non est ex se formaliter necessarium; fieret autem mutatio in aliqua realitate in primo propter mutationem in alio à se, si aliqua realitas in ipso necessario exigeret aliquid aliud à se. Hactenus Scotus summa dexteritate impetens relationem, etiam transcendentalem Dei ad possibile; ac proinde, & connexionem necessariam cum possibili, secundùm prædicatum aliquod intrinsecum Dei, siue sciētię, siue volitionis, siue potentiæ.

Optima collectio Scoti.

Duæ sententiæ oppositæ declara visione attributorum.

10 SVpposito obiecto, quod de facto terminat visionem, quoad absolutas Dei proprietates; instat inquisitio de possibili, an implicet de absoluta Dei potētia, visionē claram Dei non apprehendere attributales affectiones eius?

Opinio inficians visionē Deitatis absque attributis, etiā de absoluta Dei potentia.

In qua re, cōmunis Thomistarum sententia autumat; implicationē inuoluere intuitionē Deitatis sine attributis. Ita Soarius, 1. *p. lib.* 2 *cap.* 22. Vazquez, 1 *p. disp.* 48. Molina, 1. *p. q.* 12. *ar.* 8. *disp.* 4. Machinus, 1. *p. disp.* 19 *sect.* 2. Pet. Arrubal, 1. *p. disp.* 24. *cap.* 4. Valent. de Herice, 1 *p. tract.* 4. *disp.* 50. *cap.* 1. *num. marg.* 12.

Soarius. Vazquez. Molina. Arrubal. Machinus Herice

Et probatur primò fundamentali illa ratione à conceptu claræ intuitionis petita; quæ illatiua esse nequit distinctionis nec præcisiuæ, in obiecto simplici, & indiuiso, aliás enim non esset apprehensio entis sicuti est; siquidem vi illius actus daretur aliud, & aliud, quod in re pluralitatem actualem non referret.

1: oppositio ex ratione intuitionis

Sed nos ab hoc nodo satis superque extricauimus, *in controu. 2. de Vnitate Dei, in appendice metaph. de distinct. entis, ar. 2. n. marg. 16. & à nu. 26. vsque ad 42.* vbi ex instituto molitiones illas prosternimus, quæ conantur, claram & intuitiuam notitiam non inferre distinctionem præcisiuam. Ea adi, quæ inibi exarantur, ne liber repetitionibus oneratus in magnam molem excrescat.

Conuellitur

11 Secundò arguitur; quia repugnat dari visionem sine suo obiecto formali; atqui attributa attinent ad obiectum formale visionis beatificæ, quod est quidditas Dei, vt imbibit infinitudinem simpliciter in omni ratione essendi, cùm Deitas non concipiatur vt sim pliciter illimitata in omni ratione entis absque conuentu perfectionum attributalium, quæ essentiam Dei quasi cointegrant, & constituunt: sicut & contradictionem inuolueret, quòd natura hominis inspiciatur quidditatiuè, non apprehensis omnibus prædicatis, quæ ad essentialem illius compositionē conueniunt.

2. Obiicitur

12 Tertiò; specialis instruitur argumentatio de illis attributis, quæ attinent ad obiecta formalia facultatis intellectiuæ, & appetitiuæ. Quia veritas Dei est ratio formalis obiecti visionis, quæ apprehendit Deum sub ratione veri; cū veritas Dei in essendo sit vis, & facultas intentionalis eius ad exprimendam imaginem ipsius Dei in mente creata, vt constituimus, *in controuersia 3. de Veritate Dei articul.* 1. Sed implicat obiectum percipi, nisi sub propria ratione formali, sub qua actus tendit in obiectum; igitur nec Deus terminare valet obtutum visionis supernaturalis, nisi sub attributo veritatis, seu intelligibilitatis suæ. Quæ etiā ratio agit, nec beatum posse frui Deo, nisi sub ratione boni; eò quòd bonitas sit ratio formalis obiecti appetitus.

3. oppositio ad hominē citra Scotū quod nequeat videri Deitas non visa veritate entis infiniti

13 Quartò, tādē arguitur ex doctrina

Scoti, quam elucidauimus, *in præsenti controuersia 9. de Visione Dei, distinction. 2. de principio visionis ex parte obiecti, articul. 2.* vbi ostendimus, essentiam diuinam non esse immediatè immutatiuam mentis creatæ ad causalitatem intentionalem expressiuam imaginis Dei, seu visionis beatificæ; sed huiusmodi influxum immediatè elici à voluntate Dei, seu facultate exequutiua eius; ex quo talis emergit oppositio. Igitur essentia Dei saltim sine attributo voluntatis, seu facultatis exequentis, videri non poterit: sicut nec sine huiusmodi attributo adire causalitatem intentionalem obiecti beatifici.

Instatur præsinis ex doctrina Scoti quòd nequeat inspici Deitas sine attributo voluntatis.

14 Ex opposito verò; alia opinio ita posibilem æstimat separationem attributorum à visione essentiæ; vt è contra etiam sustineat, inspici posse attributa Dei intuitiuè, non apprehensa quidditate diuinæ naturæ. Sic Iacobus Granadus, 1. *part. tract. 5. disp. 5. numer. margin. 14. §. Secundo, & fortè melius.*

Altera opinio Iac. Granadi: quòd videri queant intuitivè attributa absque Deitate.

Et probat; quia ad distinctionem præcisiuam non exposcitur discretio actualis in obiecto, sed sola virtualis, aut eminentialis pluralitas; sed hæc reperitur inter attributa, & essentiam; & inter attributa inter se; igitur potest visio beatifica attingere vnum, aut alterum attributum, præscindendo ab apprehensione essentiæ Cæterùm; ad omnem notitiam quidditatiuam, quæ non sit comprehensio obiecti, cõsequi posse præcisiuam distinctionem: ostẽdimus *loco citato in appendice metaph. de distinct. entis, ar. 2.*

1. ratio, ex distinctione præcisiua quã recipimus.

15 Secundò arguitur; quia licet de facto essentia Dei sit species impressa, quæ concurrit ad partum notitiæ supernaturalis visionis; non tamen obstat, quòd Deus immitteret aliquem habitum luminis ex natura sua determinatum ad intuitionem huius tantùm, vel illius attributi; in qua suppositione, essentia nõ subiret immediatè functionẽ speciei impressæ, sed tale, aut tale attributum.

2. ratio in illa hypothesi quod Deus immitteret lumẽ repræsentatiuum attributi & non Deitatis.

Nec obstaret, quòd aliquæ Deo insint affectiones attributales, quæ nullatenus operatiuæ appareant; cuiusmodi sunt æternitas, & immensitas. Quia licet illæ proprietates non præstent generalem influxum ad omnes effectus, id tamen non præpedit, quominùs conferant ad intentionalem efficientiam: sicut aliquæ res creatæ, quibus non suppetit vis ad alias actiones, exẽpli gratia, *vbi, extensio localis, figura.* non carent virtute intentionali ad immutandum intellectum.

Præoccupatio fuga.

Vera sententia, quòd videri queat Deitas beatifico obtutu sine attributis; non tamen è contra attributa absque essentia, contra Iacobi Granadi placitum.

16 AT His non obstantibus dicendum est primò: videri posse essentiam sine attributis. Quod assertum tutantur omnes Scoti assectæ, qui distinctionem formalem inter Deitatem & illius attributa constituunt; quibus adhærent omnes illi authores, qui asseuerant, notitiam intuitiuam inferre distinctionem præcisiuam. Ita Ioannes de Salas, 1. 2. *tomo primo, tractatu secundo, disput. 4. section. 2. numer. 2.* Petrus Hurtado, *in sua Metaphysi. disput. 6. section. 6. subsection. 2. § margin. 176.* Iacobus Granado, *loco citato, numer. marginal sexto,* nec dissentit Machinus, *prima parte, disput. 19. section 2.* licet ob authoritatem Diui Thomæ à nostra sententia se recedere aucumet.

Assertio 1.

Salas

Petr. Hurt.

Granadus

Machinus

Quod placitum, licet suaderi possit omnibus illis rationibus, quibus, *in 1. contro.* distinctio attributorum ab essentia ante negotiationem intellectus stabilita est; id tamen etiam absque recursu ad distinctionem formalem Scoti fulcitur, eo quòd pluralitas virtualis cõferre queat ad præcisiuam discretionẽ in obiecto prorsus simplici, & indiuiso. Quod multis ostendi, *loco citato in appendice metaph. de distinct.*

Probatur; quia visio beatifica præscindat circa obiectum indistinctum à parte rei

Et satis illustratur instantia volitionis liberæ; quæ licet actualiter ex natura rei, apud aduersarios; à substantia Dei non disideat, non

Vrgetur in volitione liberæ.

tamen neceſſariò apprehenditur ab intuitiua notitia viſionis; aliàs nullum beatum cuncta Dei decreta libera latere poſſent; quod eſt abſurdum.

Effigium Herice

17 Iſta ratione fundamentum oppoſitæ ſententiæ debellari, ſi libertas decretorum Dei in ratione intrinſeca conſtituatur; aperte fatetur Herice, *diſput.52.capit.1.num.margin.11.*

Refutatur doctrina recentiorum

At volitionem liberam non conſtituere in aggregato, ſeu complexo ex volitione diuina, & creatura obiectiuè immutata ad futuritionem; oſtendimus, *in controuerſia 7. de Immutabilitate Dei, artic.2. numer. margin.* 21. & 22. quidquid fruſtra obmurmurat Herice loco citato, & Petrus Arrubal, *1.part.diſput.24.cap.2.numer.margin.3.* vbi autumat, decreta Dei, quatenus important terminationem ad obiectū, non eſſe in Deo formaliter, & intrinſecè, ſed connotare dependentiā obiecti creati.

Herice Arrubal.

Decretū liberū nil creatum prohibit quidditatiuè.

Verùm; terminationem liberam, ſeu vitalem attingentiam obiecti, (qualis ea eſt, quæ actibus liberis ſuppetit,) non attruere prædicatum intrinſecum Dei, ſed meram denominationem extrinſecam à poſitione obiecti accedentem; vt falſum exploſimus loco citato, *n.marg.1.* & 2. vt potè quod prædicatum vitalitatis omnino euertat; & ſuffragetur commētō Altiſiodorenſis inibi improbato.

Occurritur ex Arrubalis doctrina quòd decretū includat actionem externam.

Nec veriora ſunt, quæ Arrubal aſſeuerat de volitione libera Dei, *diſput.54.cap.4, numer.margin.12.* vbi aſtruit; terminationem liberam Dei ſupra actum neceſſarium apponere, nō ipſammet ſubſtantiam termini producti, ſed cauſalitatem productiuam termini; quæ quatenùs eſt à Deo, dicitur actio externa Dei.

Actio externa non emittit decretū ad eam vtè conſtitutum.

Hoc enim aſſertum eodem doctrinæ filo corruit; quia voluntas Dei, vt anteuertit omnem cauſalitatem creatam, non ſolùm in eſſe reali, ſed etiam in eſſe obiectiuo, præconcipitur adiuiſſe actualem terminationem liberam, per quam tranſeat de non eſſe volentis cauſalitatem externam, & creatam, ad eſſe volentis illam. Eò quòd ſicut terminus actionis trahit mutationem obiectiuam à decreto adæquatè cōſtituto ineſſe talis ac proinde præmittit decretum; ita actio ſeu cauſalitas externa, quæ eſt effectio termini, etiam haurit determinatam habitudinem ad exiſtendum à libera determinatione Dei, quatenùs eſt libera appetitio talis obiecti. Igitur omnis connotatio termini, ſeu cauſalitatis, quæ eſt effectio termini, prout apprehenduntur extrahi à mera claſſi poſsibilium, eſt poſterior adæquata conſtitutione decreti; à quo tanquam à principio effluit immutatio obiectiua entis poſsibilis ad ſeriem futurorum.

Aſſer.2. nequit apprehendi per intuitionē attributa abſque Deitate.

18 Dicendum ſecundò; non poſſe notitiam intuitiuam viſionis terminari ad attributa non percepta quidditatiuè Dei. Hanc aſſertionem accipio ab Scoto in *quæſtion.14. quodlibetali, articul.2.* §. *Ad tertium dici poteſt, quòd eſſentia non habet rationem motiui ad viſionem ſui ab intellectu creato, ſub numer.marg.*18. editionis Cauelli. Vbi Scotus ſic adoritur propriam ſententiam conſtituentem; quòd eſſentia Dei non concurrit immediatè vice ſpeciei ad viſionem beatificam, ſed voluntas Dei, ſeu facultas exequutiua eius; vbi ſic habet.

Scotus

Obiectio Scoti cōtra propriam ſententiam

Voluntas, vt voluntas, non poteſt mouere, niſi ad videndum voluntatem, vt voluntas eſt; non eſt autem ad videndum eſſentiam, vt eſſentiam, nunc autem videre voluntatem, vt voluntas eſt, & non eſſentiam, vt eſſentia eſt, non eſt videre obiectum beatificum.

Probatio minoris: quia idem eſt obiectum beatificum intellectus creati, & intellectus diuini; intellectus autem diuinus non beatificatur in videndo voluntatem, vt voluntas eſt; quia voluntas non eſt primum obiectum intellectus ſui, & non beatificatur, niſi attingēdo primum obiectum.

Voluntas dicitur non eſt primū obiectum intuitionis beatificæ, & beatificæ.

Cui oppoſitioni contra Scoti doctrinam ſic occurrit, *in eodem quodlib.14.* §. *Nunc autem quantùm ad primam minorem, ſub n.marg.*17. Vbi ſubdit paulò infrà. *Ad aliud dico quòd mouere ad actum beatificum, nō eſt proprius actus eſſentiæ diuinæ, nec eſt priùs actu voluntatis, imò eſt propriè actus illius voluntatis, eſſentia enim, vt quodámodo prior voluntate, licet ſit obiectū primū, & immediatū illius viſionis in ratione terminanti, tamen non eſt obiectū immediatum in ratione mouentis.*

Voluntas primò mouet actum beatificū, nō primò terminat

Voluntas dicitur esse ratio formalis, vbi ob id beatificet immutatis intellectu beati, nō tamen ratio formalis terminandi visionem

19 Vbi Scotus ingenuè admittit, quòd visio illa, quæ terminaretur ad attributum voluntatis, & non ad quidditatem Dei, non esset beatifica. Quare etiam constituit, quòd licet voluntas, seu facultas exequens, sit ratio formalis immutandi intellectum creatum; sed non ratio formalis terminandi, aut specificandi visionem.

Stabilitur doctrina præmissa

Nec enim ratio formalis immutandi potentiam apprehensiuam ad expressionem idoli, seu imaginis obiecti, est necessaria ratio specificandi, seu terminandi tendentiam actus talis potentiæ in obiectum; quia vis illa obiecti ad immutandum oculum per immissionem speciei intentionalis, quæ facultas obiecti vocatur visibilitas, licet sit ratio formalis immutandi potentiam visiuam, at non est ratio formalis terminandi visionem; cùm vis illa intentionalis non inspiciatur à corporeo obturu, eò quòd non sit qualitas colorata. Sed de his vide, quæ expendimus, *in controuers. 3 de Veritate Dei, art. 1. in digressione de ratione formali obiecti intellectus*, præcipuè, *numarg 60.*

Obiectio, quòd attributa voluntatis & veritatis recidant in eundem conceptum explicitum.

20 Sed oppones; ex dictis produci, voluntatem Dei, & veritatem illius in essendo, in eamdem obiectiuam rationem coire; eò quòd apud Scotum, Deus immediatè per suam essentiam non immutet intentionaliter mentem creatam, sed per suam voluntatem; & nos veritatem Dei in essendo positam esse autumauerimus in vi intentionali ad immutandum intellectum creatum.

Enervatur obiectum

Respondetur; veritatem Dei, & voluntatem eius, ideò distinctas rationes obiectiuas præseferre; quia facultas appetitiua libera latiùs pateat, quàm facultas intentionalis ad immutandam mentem creatam. Quia, licet Deus immediatè per suam voluntatem immutet intentionaliter creatum intellectum ad exprimendam imaginem Dei, ac proinde voluntas sub ea ratione sit veritas Dei in essendo; at voluntas est potentia ad plures alias infinitas mutationes physicas, quæ longè dissident à tota serie causalitatis intentionalis. Quò fit, vt licet facultas exequens diuina, quatenùs connotat causalitatem intentionalem ad productionem imaginis Dei in intellectu creato, sit ipsamet veritas Dei in essendo; at censeri debet distinctum attributum ab attributo veritatis, ob extensionem talis facultatis exequétis ad alia obiecta.

Voluntas dicitur distinguitur ab attributo veritatis.

Implicat in visio attributorum sine Deitate.

His de mente Scoti prælibatis circa obiectum formale visionis beatificæ; restat ostendere, esse impossibilem visionem claram intuitiuam attributorum sine apprehensione essentiæ. Cuius asserti comprobatio petenda est ex his, quæ aperuimus, *in controuers. 1. art. 4. numer. margin. 8. & 9. & numer. 44. 45. & 46.* Vbi ostendimus, nullam proprietatem attributalem Dei propriam sibi existentiam vē dicare distinctam ab existentia Deitatis: quo præmisso sequens instruitur probatio.

Attributum importat existentiā distinctam ab existentia Deitatis.

Visio intuitiua, prout à notitia abstractiua essentialiter dissidet, spectat existentiam obiecti vt præsentis; atqui nullum attributum, licet existat in se, id est importet existentiam in essentia, cui identicè conuenitur; sed non existit à se, seu non præfert actū existentialem distinctum ab existentia Deitatis. Quia sicut in creatis cuncta prædicata, quæ in metaphysicam entis constitutionem coeunt, vnicam sibi asciscunt existentiæ formam, nec enim plurificantur actus existentiales iuxtà prædicatorum discretionem; ita & prædicata absoluta, quæ in Dei substantiam per infinitam identitatem conueniunt, eundem indiuisum existendi actum sibi vendicant: igitur attributa separata ab essentia intuitiuam notitiam terminare nequeunt, sicut nec actum existentiæ præferre, qui attinet ad obiectum formale intuitionis, inquantùm adiungit præsentiam rei existentis.

Alia pars veræ sententiæ, quòd per quidditatiuam notitiam abstractiuam apprehendi queant attributa absque Deitate; vbi agimus cõtra Smisingium, quòd natura, vt excludens singularitatem, non sit obiectum intuitionis.

21 EX quibus infertur; quòd non implicaret contradictionem, quòd apprehenderẽtur attributa diuina absque intuitione Deitatis per notitiam claram abstractiuam nõ beatificam; dari enim posse notitiam claram abstractiuam, etiam ipsius Deitatis, ostendimus supra, in *hac controu. de visione Dei, dist. 2. de principio visionis ex parte obiecti, art. 3. à num. marg. 49. vsque ad 51. inclusiuè.*

Cæterùm, quod attributa non referant propriam existentiam ex natura rei distinctam ab existentia Deitatis, sicut & ipsa attributa ex natura rei secernuntur ab essentia; vel ex eo liquet quòd multiplicarentur etiam ex natura rei æternitates absolutæ, vel durationes attributorum, iuxta existentiarũ distinctionem; cùm duratio non distinguatur formaliter ex natura rei ab existentia; vt egimus, in *controu. 8. de æternitate Dei.*

Præterea; quòd si attributa vendicarent sibi proprias existentias ex natura rei distinctas; cùm nullum existere reperiatur in Deo, quod non sit completissimum intra lineam rationis obiectiuæ existendi, ac proinde imbibat, & quiddicatiuè transcendat vltimum conceptum subsistentiæ; vt ostendimus in *controuers. 1. artic. 3. de subsistentia absoluta*; fieret, vt iuxta distinctionem attributorum plurificarentur ex natura rei eorumdem subsistentiæ absolutæ. Quæ omnia licet ab aduersarijs consequenter sustineantur; nobis vlla ratione non arridẽt; cùm proprietates in cassum multiplicare dissonum sit præcipuè in diuinis.

Videretur ne attributa sine Deitate per notitiam abstractiuã

Si darentur in Deo plures existentiæ absolutæ, etiã darẽtur plures æternitates absolutæ.

Sequeretur etiã pluralitas subsistentiæ absolutæ

At in hac re refragatur ex Scoti assectis Theodorus Smisingius, *to. 1. de Deo vno, tract. 1. disp. 2. de essentia Dei quæst. 1. num. margin. 35.* vbi non solùm in creatis tutatur pluralitatem existentiarum iuxta metaphysicorum graduum discretionem; sed etiam in diuinis. *Th. Smising.*

Oriuntur ex existentijs plurificari in gradibus metaphysicis.

Cæterùm prædictum pronuntiatum latè confutatum præmittimus, in *controu. 1. art. 2. in appendice metaph. de existentia creata, à numer. 13. vsque ad 17.* ita vt nil denuo occurrat expendendum.

Nec enim aliquid facessit negotij instantia Smisingij ex Scoto in *3. sen. dist. 14 quæst. 3. §. Ad quæstionem potest dici, sub num. marg. 4.* vbi inquit. *Potest dici, quòd duplex est cognitio scilicet abstractiua, & intuitiua, quæ probata fuit in secũdo libro: & vtraque cognitione potest cognosci tàm natura, vt præcedit singularitatem; quàm singulare, vt hoc.* *Probatio ex Scoto.*

Ex quibus verbis talis contra nostram sententiam retorquetur oppositio. Obiectum intuitionis essentialiter imbibit existentiam; sed natura vt anteit singularitatẽ, potest esse terminus notitiæ intuitiuæ; igitur, vt anteuertit gradũ essendi numericũ, vendicat propriã existentiam formaliter condistinctam ab existentia gradus individualis *Videtur vel le Scotus, quòd natura vt ante venien singularitatẽ sit obiectũ intuitionis.*

Hoc inquam non obstat; tùm quia ea omnis doctrina inibi à Doctore tradita dũ agit, Christum videre habitualiter, & nõ actualiter, creaturas in Verbo; de proprio sensu Scoti non est, sed obiter proposita, dũ varias discutit, & excutit sentiẽdi vias; vt de mẽte Lycheti ostẽdimus infra, in hac *subdist. ar. 4. de comparatione visionis ad creaturas possibiles, sub n. marg. 50.* *Textus præcedens nõ est de assertione Scoti* *Lychetus*

Tũ præterea; quia natura ãteceniẽs secũdùm metaphysicam vel formalẽ cõceptibilitatem, actum individualem, & existẽtialem, adhuc terminare valeret notitiam intuẽtem; si anterioritas illa conceptibilitatũ metaphysicarũ sustineret (quà obiectũ illius notitiæ) existentiã idẽticè adiũctã, quæ terminare posset intuitiuè obtutũ. Præsuppositio enim illa metaphysicarũ formalitatum, quæ se habet ad instar originis vel pullulationis intelligibilis, sicut nõ tollit simultatẽ existẽtiæ realis, ita & ad obiectum intuitionis conferre posset. *Dilatio obiectionis.*

Ampliorpræmiſſorum declaratio.

Quare aliter res ſe gereret in præſenti hypotheſi, in qua videretur attributum ſine eſſentia ; quia tollitur in illa hypotheſi ab obiecto talis apprehenſionis quidditas Deitatis, & exiſtentia illius. Cùm autem concipitur natura anteueniens metaphyſicè ſingularitatem; aut non remouetur ſingularitas, & exiſtentia identificata ; aut ſi ſeparetur , nil reliquum obiectiuum eſt, quod terminet intuitionem . Ac proinde, ſi exiſtentiam abigas, quæ de ſenſu Scoti vltima accedit poſt conuentum omnium prædicatorum quidditatiuorũ (vt oſtendimus, *in controu. 1. in appendice de exiſtẽtia creata n. marg.* 14.) fiet , vt natura præcedens ſingularitatem nequeat eſſe obiectum notitiæ intuentis ; niſi Scotum ſibi non conſtantem velis . Quare mihi pro certo eſt pronuntiatum illud , cui innititur Smiſingius, non eſſe de aſſertione, & iudicio Scoti , vt obſeruauit Lychetus; ſed id tanquam quid probabile de ſenſu aliorum propoſitũ; quod Scoto in more eſt, dum varia authorũ placita diſcutit & exagitat.

Lychetus

Satis ſit argumentis in oppoſitum ; vbi de ſenſu Scoti agitur , quòd ad diſtinctionem præciſiuam, quæ ad notiam intuitiuam conſequitur, non exigatur diſtinctio actualis ante intellectum.

1. argum. ex opinione.

22 EX Quibus oppoſitarum opinionum fundamenta expeditè conuellimus . Ad primum primæ ſententiæ; quod à notitia intuitiua producitur, quatenùs ea inferre nequeat præciſiuam diſtinctionem . Præter ea, quæ ex inſtituto expendimus, in *appendice metaphyſica de diſtinctione, ar. 2. n. 31.* obſeruandus eſt ſingularis textus Scoti ex 1. *ſen. diſt.* 1. *q.* 2. *n marg.* 8. vbi agit cõtra Henricum autumantẽ; non poſſe videri eſſentiam ſine relationibus; in hæc verba.

Scotus

Ad confirmationem ; cùm dicitur obiectum, aut differt re, aut ratione? Dico; quòd differt ratione. Et cùm probatur, quòd non; quia intellectus non diſtinctè concipit hoc ab iſto. Dico: non oportet ad diſtinctionem rationis , quòd intellectus habeat illa ſicut obiecta diſtincta; ſed ſufficit, quòd in primo obiecto concipiat aliquid.

Singularis textus Scoti agentis cõtra Henricũ, & expugnans primariũ fũdamentũ rectorũ Thomiſtarum.

Vbi, vt Henrici oppoſitionem proſternat, quæ procedebat à natura viſionis attingentis obiectum ſicuti eſt; ſed eſſentia, & relatio à parte rei non diſſident; igitur non poteſt videri eſſentia nõ viſa relatione. Licet Scotus diſtinctionem formalẽ ex natura rei inter eſſentiã, & relationes, cõſtanter tuetur dat Hẽrico , diſputationis gratia, ſola ratione diſſidere eſſentiam, & relationẽ, vt obſeruat Hugo Cauellus in margine huius loci.

Hug. Cauelli expoſitio tere

Quo ſuppoſito, infringit ictum Hẽrici; eoquòd ad diſtinctionem præciſiuã nõ requiratur pluralitas actualis ex natura rei; ſed ſola eminentialis, aut virtualis, quæ etiam diſtinctio rationis ratiocinatæ appellatur. Quare aſſeuerat Scotus, obiectare notitiæ intuitiuæ attingẽti obiectum à parte rei indiuiſum; quòd intellectus cõcipiat pluralitatem actualẽ, vbi ea actu non inſit; ſed non cõtradicere intuitioni , quòd apprehendat aliquid obiecti, ſimpliciter ſiſtendo in prædicato cognito non aſſerta pluralitate inter rationem obiectiuam apprehenſam, & non apprehenſam. Quod referat Scotus illis verbis. *Dico; non oportet ad diſtinctionem rationis , quòd intellectus habeat illa ſicut obiecta diſtincta; ſed ſufficit, quòd in primo obiecto concipiat aliquid.*

Acum? Scoti obſeruandũ pro diſtinctione præciſiua circa obiectũ indiſtinctum à parte rei

NOTA

Scotus

Reſp. ad 1. arg.

Ad ſecundũ argumẽtum; reſpõdetur, attributa nõ eſſe de quidditate diuinæ naturæ, vt liquet ex his, quę tradidimus in *controu. 1. ar. 3*

Dilutio argum. 3 Veritas entis nõ eſt ratio formalis obiecti intellectus in ratione terminãdi, ſed in ratione immutãdi facultatẽ intellectiuam

Ad tertium; etiam cõſtat ex his, quæ expẽdimus in *controu. 3. ar. 1. in digreſſione de obiecto formali intellectus*; vbi oſtendimus, veritatẽ entis eſſe rationẽ formalẽ obiecti, quâ immutatiuũ eſt potẽtiæ intellectiuæ, non verò quâ terminat tẽdẽtiã intellectionis in ipſum; ac proinde poteſt quidditas rei terminare notitiã abſque apprehẽſione veritatis trãſcẽdẽtalis. Quod verò bonitas nõ ſit

attri-

attributalis affectio entis, ſed ipſa quid ditatiua integritas rei; conſtat *ex contro. 4. de Veritate Dei.* Vbi hæc ex inſtituto expenduntur.

Satisfactio ex 4. arg.

Ad quartum argumentum; patet ex dictis, ſub numer. 18. & 19. vbi conſtitutum eſt ex Scoto, facultatem appetitiuam Dei non eſſe rationem formalem obiecti beatifici in ratione terminantis, ſed ſolùm in ratione mouentis, ſeu immutantis mentem creatam; quo fit, vt eſſentia terminare queat tendentiam viſionis, non percepto attributo, voluntatis, ſeu facultatis liberæ exequentis.

Ad 1. argum. opinio 2.

24 Ad primum argumentum ſecundæ opinionis patet ex dictis, ſub numer. 21. non enim implicat viſio terminata ad attributa, non apprehenſa eſſentia, quia intuitio inferre nequeat diſtinctionem præciſiuam; ſed quia nulla attributalis affectio præferat actum exiſtentialem diſtinctum ab exiſtentia Deitatis; quò fit, vt ſine eſſentia intuitionem terminare nequeat, quæ ſpectat obiectum, prout exiſtens eſt.

Confutatur Granadus.

Excuſio argum. 2. Granadi.

Ad ſecundum argumentum; multa ſupponere, quæ Scoti ſchola prorſus reijcit; præmittit enim, eſſentiam immediatè concurrere in ratione ſpeciei; quod eſſe falſum oſtendimus, in *diſt. 2. huius controuerſiæ, artic. 2.* quare etiam conſequenter improbamus; aliquod attributum, præter facultatem appetitiuam liberam Dei, obire poſſe ſpeciei impreſſæ functiones: quia aliàs eliceret cauſalitatem intétionalem infinitam, ob illimitationem principij neceſſario agentis; de quo late loco citato.

ARTICVLVS II.

An videri poſsit eſſentia non viſis relationibus?

SVMMARIVM.

Negatiua Thomiſtarum ſententia ſuadetur. Num. 1.

Scoti ſententia ſtatuitur. Num. 7.

Ad communem comprobationem Scotica aſſertionis reijciendam, agitur; quòd prioritas originis ſuſtineat ſimultatem cognitionis. Num. 15.

Satisfactio ad fundamenta recentiorum Scotizantium, vbi aſſerimus, generationem verbi diuini non eſſe priorem intuitione totius Trinitatis, imò & Patrē pro primo ſigno dictionis verbi totam Trinitatem intuitiuè cōprehendiſſe. Num. 23.

Optima ratio pro vera ſententia. Numer. 28.

Licet eſſentia videri poſsit ſine relationibus beatifica intuitione; non tamen è contra relationes ſine eſſentia. Num. 33.

Thomiſticæ opinionis fundamēta refelluntur. Num. 34.

Opinio negatiua Henrici & Thomiſtarum

HÆC Eſt ſecunda comparatio, quam propoſuimus, viſionis ad obiecta; in qua authores illi, qui inficiantur intuitionem eſſentiæ abſque attributis, quos in præcedenti articulo recenſuimus, etiam improbant viſionem eſſentiæ ſine relationibus; quibus ſuffragatur Henricus *quodlib. 2. q. 7.* cuius fundamentū tale eſt, apud Scotum, in 1. *diſt. 1. q. 2. §. De ſecundo articulo dicitur, numer. marg. 3.*

Scotus

1 *Viſio eſt exiſtētis, vt exiſtēs eſt, & vt præſens eſt videnti ſecundùm exiſtentiam ſuam; & in hoc diſtinguitur viſio ab intellectione abſtractiua, quia poteſt eſſe non exiſtentis, vel exiſtentis, non inquantùm in ſe præſens.*

Ratio Scoti pro aduerſa rioris, ſi acito petitio à ratione intuitionis.

Et eſt in intellectu iſta diſtinctio, inter intellectionem intuitiuam, & abſtractiuam; ſicut in parte ſenſitiua eſt diſtinctio inter actum viſus, & actum phantaſiæ.

Nota de natiua intuitiua.

Illa autem cognitio eſſentiæ diuinæ erit intuitiua: ergo erit exiſtētis, vt per ſe exiſtēs eſt, & in exiſtētia præſentis virtuti cognoſcenti. Non exiſtit autem eſſentia, niſi in perſonis; ergo nō poteſt eſſe viſio eius, niſi in perſona.

Vrget rationem.

Eodē redit illa ſatis inculcata ratio, quam magni æſtimat Vazquez, adeò vt illam euidētē vocitet, 1. *p. q. 48. cap. 2. num. marg. 7.* quia intuitio attingit obiectum, ſecundùm intrinſecam, quam ſibi aſciſcit, exiſtentiæ rationem; cū ſit apprehenſio obiecti, quà exiſtentis. At qui ſi viſio intueretur Deitatem non

Cōfirmatio ex Vazquio quā æſtima euidentem

perceptis relationibus, daretur vi huius tendentiæ pluralitas actualis, quæ Deo non ineſſet ex natura rei; ſiquidem Deitati ante functionem mentis contradicit actualis illa partitio prædicatorum, quæ accederet à notitia quæ Deum, non integro quodam obtutu, ſed quaſi per partes apprehenderet. Igitur notio illa abſtraheret ab indiuiſa obiecti ſimplicitate, ſiquidem Deum in plures rationes obiectiuas quaſi partiretur; ac proinde eſſet abſtractiua cognitio, non facialis, & intuitiua.

2. arg. in oppoſitum.

2 Arguitur ſecundò; quia tam eadem eſt paternitas Deitati, quàm quidditas Petri ipſi Petro; quare ſicut contradicit viſio Petri, non apprehenſa eſſentia Petri, ita & repugnat viſio Deitatis ſine paternitate, alijſque relationibus.

Confirmatur

Præterea; quòd ſicut contradicit, quòd videatur diuinitas non apprehenſa quidditate Dei; ita & repugnat, quod inſpiciatur non percepta paternitate, quæ eſt ipſa diuinitas eſſentialiter; eoquòd ita eſſentiale ſit Deo eſſe trinum, ſicut quidditatiuum eſt homini quòd ſit rationalis: igitur ſicut inuoluit contradictionem quidditatiua apprehenſio hominis, non percepta rationalitate, ita intuitio Deitatis abſque hypoſtaſibus.

3. arguitò quòd ita implicet viſio ab intra ſi hypoſtaſis ſicut repugnat videre Deitatem ſine perſona abſoluta.

3 Deinde tertiò ſic; quòd ſicut implicat viſio Dei ſine hypoſtaſi abſoluta; (in ea ſuppoſitione, quod in Deo eſſet vna tantùm perſone;) ita & contradictionem inuoluit clara apprehenſio Deitatis abſque ſuppoſitalitatibus relatiuis. Nec enim coniunctior eſſet Deo abſoluta hypoſtaſis, ſi daretur, quàm perſonalitates relatiuæ.

Oſtenditur quod ſit impoſſibilis viſio Deitatis abſq; perſona abſoluta.

Quod autem inſpici nequiret ſubſtantia Dei ſine perſonalitate abſoluta; patet. Quia de facto nec videri poteſt Deitas abſque ſubſiſtentia abſoluta; quàm eſſe de quidditate Deitatis, nec a conceptu exiſtentiæ Dei ſecerni, docuimus *controuerſ. 1. artic. 3. numer. margin.* 16. Quare, ſicut implicaret intuitio Deitatis ſine exiſtentia; ſic ſine ſubſiſtentia abſoluta, quæ non apponit aliquam rationem obiectiuam intrinſecam ſupra conceptum exiſtentiæ. At, ſi daretur perſonalitas abſoluta, ita intranea & quidditatiua eſſet Deo, ſicut & ſubſiſtentia abſoluta quam Deo actu adſcribimus; igitur nec videri poſſet Deitas ſine abſoluta hypoſtaſi.

Vrgetur ratio.

Atqui, nec abſoluta perſonalitas Deo vicinior extitiſſet, quàm ſuppoſitalitates relatiuæ; ergo nec de facto videri poteſt eſſentia ſine relationibus.

Inſtantia Caietani.

Adde ex Caietano; quòd eſſentia ſine perſonis non ſatiaret appetitum beati, ac proinde intuitio eſſentiæ abſque perſonis non eſſet formalis beatitudo; cùm beatitudo ſit cumulatiſſima quædam ſacietas mentis beatæ. Antecedens patet; quia perſonæ ſunt bonum infinitum; ergo non apprehenſo iſto bono non poſſet intellectus beati vbertim expleri.

4. oppoſitio Soarij, eò quòd fœcunditas ſit prædicatum eſſentiale naturæ diuinæ

4 Præterea; arguit quartò Soarius, *1. part. libr. 2. capit. 23. numer. margin.* 18. relationes, & eſſentia, eam imbibunt connexionis habitudinem, vt eſſentia clarè apprehendi abſque hypoſtaſibus nulla ratione queat; quia fœcunditas eſt eſſentiale prædicatum Deitatis, ſed hoc eam refert cõnotationem hypoſtaſum, quæ ſunt termini diuinæ communicationis ad intra, vt in intelligibilis ſit fœcunditas, non apprehenſis terminis talis fœcunditatis.

Inſtatur vltra ex quidditatiua cõmunicabilitate

Nec enim proximior eſt perſonalitati relatiuæ incommunicabilitas, quàm Deitati communicabilitas ad intra; ſed implicat, apprehendi relatiuam hypoſtaſim, non percepta incommunicabilitate eius; igitur & videri Deitatem, non inſpecta illius fœcunditate; ac proinde & terminis huiuſmodi communicationis ad intra, quæ ſunt relatiuæ hypoſtaſes.

Arguit. 5. ex Soario ſubnum. 20. vnitatem viſionis in illa hypotheſi quod intueretur Deitatem abſq; relationibus

5 Deinde, arguitur quintò ex Soario ſub numer. 20. quia ſi beatus intueri poſſet Deitatem ſine perſonis; aut eſſet per eamdem viſionem numero, per quam de facto Deum cum relatiuis hypoſtaſibus videt; aut per diuerſam; cùm autem neutrum verũ eſſe poſſit, conſequens eſt, vt eſſentia claræ intuitionis terminus eſſe nequeat abſq; relationibus.

Probatur à Soario, quòd nõ eſſet eadẽ numero viſio

In primiſque pronuntiari non debet, quòd per eamdem formam viſionis numericæ, per quam apprehenditur Deitas cum relationibus, inſpici queat ſine illis, quia repræſentatio non eſt aliquid diſtinctum à viſione, quate-

nus

nùs aſtruitur actualis forma intelligibilis conſtituens intellectum in eſſe apprehenſiuo in actu ſecundo; repugnat igitur, quòd eadem forma immutata, & eodem modo compoſita intellectui, non conferat ſuum effectum formalem, ſi ſubſtratum ſit capax talis effectus: ergo non valet non repræſentare perſonas, quas antea intrinſecè expreſſit.

Fuga, quòd viſio eſſet ex parte diminuta

Nec etiam conſultè aſſeritur; quòd ſuperſit eadem forma viſionis, non in totum immutata, ſed ex parte diminuta, ita vt relinquatur quidquid exigi queat ad diuinam eſſentiam exprimendam; ablato tamen, quod in viſione expreſsiuum eſt perſonarum.

Occuparur; quia viſio indiuiſibiliter repræſentat Deitatem & perſonas.

Quia viſio per eamdem entitatem indiuiſibiliter apprehendit quidquid repræſentat; atque adeò nequit eſſe ſuperites expreſsio eſſentiæ abſque perſonarum apprehenſione. Aliàs enim aſsignari poſſet aliquis gradus intenſiuæ latitudinis in viſione, qui apprehenderet Deitatem; & alius realiter diſsitus, & ab altero ſeparabilis, qui exprimeret perſonas abſque perceptione eſſentiæ; quod eſt abſurdum. Cùm gradus ille non poſsit eſſe viſio quidditatiua, & formalis beatitudo, ſi non ſpectet Deitatem, quæ eſt primarium obiectum beatitudinis; igitur indiuiſibiliter conatur in Deitatem & perſonas; ac proinde contradicit immutatio viſionis quoad expreſsionem perſonarum, non variata apprehenſione eſſentiæ.

Impetitur etiã diſtincta viſionis, quæ inſpiceret Deitatẽ abſque perſonis.

Præterea; nec rationabiliter aſtruitur, quòd viſio illa, per quam inſpiceretur eſſentia abſque perſonis, eſſet diſtincta à viſione, quæ perſonas cum eſſentia intuetur; iſta enim diſcretio nequiret eſſe ſpecifica; cùm effluat vtraque viſio à lumine gloriæ eiuſdem ſpeciei. Nec ſolùm numerica; quia ſola indiuidualis diſcretio intercedere non valet inter actum repræſentatiuum, & non repræſentatiuum, perſonarum.

Vltim. ratio ex ſacra ſcriptura.

6 Vltimò; opponitur illud teſtimonium Chriſti, Ioann. 4. vbi Philippo petenti oſtenſionem patris reſpondit Chriſtus. *Philippe, qui videt me, videt & patrem meum, non creditis, quia ergo in patre, & pater in me eſt?* Vbi Chriſtus inſinuare videtur inſeparabilem perſonarum apprehenſionem ob eſſentiæ identitatem. Quod aperuiſſe videtur Auguſtinus *in Ioannem, capit. 17.* ſubdens. *Videtis, quia in viſione patris, filij viſio eſt, & in viſione filij patris viſio eſt.* Cuius rationem expendens, *libr. quæſtion. noui teſtamenti quæſtion. 43.* ſubdit *Per id, quod vnum in ſubſtantia ſunt, qui vnum videt, ambos videt.* Cui ſuffragatur Nazianzenus *oration. 49* vbi inquit. *Non immeritò qui filium videt, videt & patrem, quia vnitate ſubſtantiæ, & maiestate diuinitatis vnum ſunt.*

Ioan. cap. 14

Auguſtinus.

Nazianzen.

Pro Scoti ſententia ſtatuitur vnitas ſpecifica viſionis in ea hypotheſi quòd eſſentiam abſque relationibus inſpiceret; non tamen vnitas numerica eiuſdem formæ.

Scotus

7 PRæſentem diſſertationem dirimit Scotus, *in 1. diſtinction. 1. quæſtio. 2. nu. marg. 5.* vbi inquit.

Poteſt videri eſſentia ſine perſonis.

Quantùm ad iſtum articulum de potentia abſoluta Dei; non video contradictionem, quin poſsibile ſit ex parte intellectus, & volantatis, quòd vtriuſque actum terminet eſſentia, & non perſona; vel vna perſona, & non alia; puta, quòd intellectus videat eſſentiam, non perſonam, vel vnam perſonam, & non aliam: & quod voluntas fruatur eſſentia, non perſona, vel vna perſona, & non alia. Hoc perſuadetur ſic.

Ratio Scoti.

8 *Actus omnis habens primum obiectum, à quo eſſentialiter dependet, & obiectum ſecundum, à quo eſſentialiter non dependet, ſed tendit in illud virtute primi; licet non poſsit manere idem actus, niſi habeat habitudinem ad primum obiectum, poteſt tamen manere idem ſine habitudine ad ſecundum obiectum, quia ab eo non dependet.*

Reprobatur exẽplo viſionis Deitatis abſque creaturis.

Exemplum; idem eſt actus viſionis eſſentiæ diuinæ, & aliarum rerum in eſſentia; ſed eſſentia in ſe eſt primum obiectum

Scotus

iectum, res visa, secundarium obiectum non posset autem manere eadem visio, ni si esset eiusdem essentia, posset autē manere absque hoc, quòd essent res visæ in ea.

Visio esset cum ignorantia alicuius infinitæ personæ.

Sicut igitur Deus, absque contradictione potest cooperari ad actum illum, inquantum tendit in primumm obiectum, non cooperando in ipsum, inquantum tendit in secundum, & tamen est actus idem; ita sine contradictione potest cooperari ad visionem essentiæ, vel fruitionem, (quia essentia habet quasi rationem primi obiecti,) non cooperando eidem actui visionis, vel fruitionis, in quantum tendit in personam; & ita in vnam, quod non in aliam: quia personæ habent rationem obiecti quasi secundarij.

Idem de fruitione

9 Quantùm ad tertium articulum de potentia creaturæ, dico; quòd intellectus non potest de potentia sua naturali videre essentiam, non videndo personas.

De facto ne quit visio ab videri personas

Quia cùm intellectus de se sit potentia naturalis, & non libera, agente obiecto, intellectus agit quantùm potest: ergo si obiectum ex parte sui agit, manifestando tres personas intellectui, non est in potestate intellectus, vt videat aliquid ostensum, & aliquid non videat.

probatur ex intentionali motione obiecti beati.

10 In quem textum obserua sequentia. Primum; in illa verba. *Omnis actus habens primum obiectum, à quo essentialiter dependet, & obiectum secundum, à quo essentialiter non dependet.*

Scotus

Quod eò agit Scotus, relationes esse quasi secundarium obiectum visionis quò, apud ipsum, entia quanta non sint, siue non nacta perfectionem; vt ostendimus, *in controuer. 5. de Infinitate Dei, art. 3. numer. marg. 19. & 20.*

Relationes diuinæ sunt quasi secundarij obiecti visionis apud Scotū.

Imò quòd, apud probatiores authores qui relationibus infinitudinem in tali esse relato adscribunt; adhuc constitutum est, & indubitatum, non esse perfectiones simpliciter simplices, quæ in eodem supposito, secundùm abstractam suppositi conceptionem, sint meliores ipsæ, quàm non ipsæ, seu quàm formæ positiuæ oppositæ; vt inibi latius explanauimus. Cùm autem ratio ea obiectiua, quæ illimitationem non imbibit, nequeat rationalis naturæ appetitum explere; fit inde, vt ideò apud Scotum relationes, non ad primarium, sed quasi secundarium obiectum attineant. Notanter verò cum Scoto relationes non absolutè secundarium obiectum, sed quasi secundarium nuncupamus; vt ab entibus creatis secernantur, quæ secundarium obiectum visionis absolutè, & simpliciter appellantur.

Vbi illud vel breuiter incidit adnotandum circa non quantitatem virtutis in relationibus diuinis, quam de mente Scoti tutati sumus loco citato; quòd etiam Scoto adhæreant Excalceati Carmelitæ, adstruentes, non dari in Deo vllam perfectionem relatiuam, sed solam communem transcendentem & absolutam. Sic ipsi, *in tom. 2. qui est de Trinitate, tract. 6. disp. 6. dubio 2. §. 2. & 3. à numer. marg. 20. vsque ad 30.* quòd autem sit friuolum recurrere ad absolutam perfectionem Deitatis, dum relata, & incommunicabilis perfectio disquiritur; ostendimus ex Scoto *in citato articul. 3. controuersia 5. in fronte articuli, sub num. margin. 2.*

NOTA.

Mineralien sind alle Dinge / so in der Erden / oder auf der Erden / durch Feuchtigkeit / Hitze / Kälte / Trockenheit / Gewitter / Wasserflüsse / Erdbeben / Einfallen / Bergwerke / Steinbrüche / Gruben / Graben / Pflügen / Hauen / Graben / Bauen / Reissen / Schneiden / Brechen / Schmelzen / Scheiden / Waschen / Treiben / Probiren / Feilen / Schleifen / Poliren / Bohren / Drehen / Schlagen / Giessen / Formen / Schmieden / Ziehen / Stossen / Stampfen / Mahlen / Sieben / Rühren / Kochen / Brennen / Backen / Trocknen / Dörren / Rösten / Calciniren / Sublimiren / Destilliren / Extrahiren / Coagiliren / Fixiren / Tingiren / Multiplicirn / Projiciren / Transmutiren / Verwandeln / Verändern / Verbessern / Verfälschen / Verderben / Verlieren / Finden / Such

Opinio autumãs, creata impossibiles non inspici per actum visionis.

HVcusque expendimus actum visionis per habitudinem ad obiectum increatum, siue quoad affectiones necessarias, siue liberas, restat visionem ad obiecta creata comparare; & modo ad possibilia; in sequenti verò articulo ad futura. Præsentem cõtrouersiam accuratè, & subtiliter exagitat Card. Aureolus *Quodlib. 10. ar. 2.* vbi constituit, nullam creaturam exprimi per actum visionis. Cui subscribit cõuentus Nominaliũ, Gabriel *in 3 dist. 14. q. 1. ar. 1.* Almainus, *q. 1. ar. 1.* Maior *in 4 dist. 49. q. 16.* Marsilius *in 3. q. 10. ar. 2.* quos refert, & sequitur Vazquez, *1. p. disp. 50. c. 1. p. 6.* citãs S. Bonauenturam *in 3. dist. 14. ar. 2. q. 3. in fine*, & Scotum *in eadem dist. q. 2. §. sed si ista via.* Quos renuentes in suum sensum trahi à Vazquez, ostendit Pet. de Lorca, *1. 2. disp. 25.* & nos infra aperiemus.

Cõsentiunt

Car. Aureol.

Gabriel. Almainus Maior Marsilius. Vazquez. Citat. S. Bonau. Ist & Scotũs.

Sed non ex fide.

1 Quod placitum suadetur probatione Aureoli cõplectente quidquid Vazquez, & neoterici oculatiores præstant ad præsentem sententiam stabiliendã; sic igitur arguit loco citato. §. *Sed nec illa, quæ nunc videntur pauciores*: vbi subdit.

Car. Aureo.

Necesse est, si illa visione, qua videtur diuina essentia, videtur creatura, quòd omnes creaturæ videãtur. Quòd autem ad varietatẽ beatificæ visionis, qua videtur diuina essentia, nõ possit reduci ista diuersitas; patet.

Si viderentur creaturæ per visionẽ, omnes creaturæ viderentur

Quia, vel reduceretur ad diuersitatẽ actus specificam; vel materialẽ; vel ad intensionem, vel remissionem actus. Nõ potest autem reduci ad diuersitatem specificam, quasi actus, quo videtur diuina essentia nunc cum vna creatura, nunc cum alia, nunc cum pluribus, nunc cum paucioribus, nunc cum creatura, nunc sine creatura, sit alterius speciei.

Explicatur actus arg.

Quia cùm quilibet sit beatificus, sequeretur, quòd essent plures actus beatifici specie differentes; & quòd in qualibet reuelatione variaretur beatus secundùm speciem, & esset beatus sicut Camæleon, quod est inconueniens.

Nõ datur distinctio specifica visionis

Nec potest etiam reduci ad solam diuersitatem materialem, manente identitate specifica. Quia ex quo essent eiusdem rationis, & eiusdem gradus, haberent idem obiectum, & in eodem gradu, ac eodem numero; & ita non plures, nec pauciores creaturæ attingerentur per vnum actum, quàm per alium.

Nec visio beatũ creaturã præ aliis reducipotest in se à differentiã numericam visionis

Nec potest reduci ad intensionem; & remissionem. Tum quia in quocunque videatur diuina essentia sufficienter repræsentat omnem creaturam; cùm sit exemplar indiuisibile, quo totum attingitur, in quocunque gradu claro, vel minus claro cognoscatur.

Nec etiã ad intensionem & remissionem visionis

Tum; quia non posset Deus reuelare aliquid de nouo, quin intenderet essentialem beatitudinem illius beati; nec posset illi manifestare tot creaturas, quot videt Petrus in verbo, quin ponteret eum in gradu beatifico Petri, quod inconueniens est; igitur ad nullam diuersitatem actus visionis reduci potest, quòd nunc paucieres, nunc plures creaturæ in diuina essentia cognoscantur.

Vrget rationem

2 Ex qua doctrina Aureoli sequentes instruuntur probationes. Si aliquæ creaturæ videri possent in essentia diuina, vt in causa, ex vi visionis; fieret, vt omnes possibiles inspicerentur, quod nullus concedet; aliás enim diuinitas comprehenderetur, si exhauriri posset tota collectio effectuum diuinæ Omnipotentiæ possibilium. Sequela probatur; quia cùm essentia Dei immediatè præhabeat intra efficacitatem facultatis suæ exequentis cuncta entia creata, sic quantùm est ex se, aut omnes creaturas ex æquo notificare debet, aut nullam; cùm ex parte ipsius obiecti beantis nullum intercedat discrimen in ratione continendi creaturas.

1. ratio inp. positã quòd viderentur omnes creaturæ.

Nec etiam ex parte potentiæ est assignabilis aliqua disparitas circa creaturarum expressionem; quia lumen gloriæ est eiusdem speciei in omnibus beati. Vnde licet ad ipsum attineat tanquam ad principium, quòd eliciat visionem intensam, aut remissam circa idem obiectum; attamen astrui non debet principium intuitionis huius obiecti, & non alterius.

Præoccupatur exceptio

Præterea; quia lumen gloriæ nulla alia ratione pronuntiatur principium visionis creaturarum, nisi quatenus primò, & per se spectet diuinam essentiam; & secundariò creaturas in

Cõfirmatur quòd à lumine gloriæ petitur quoad intuitio rationis creaturarum

essen-

eſſentia, vt in cauſa, relucentes. Atqui Deitas eadē ratione terminat ſpeciem luminis gloriæ, cùm omnes habitus luminis ſint eiuſdem prorſus quidditatis ſpecificæ: igitur lumen eodem modo ſe gerit circa creaturas, quæ eminent intra virtualitatem Dei; ac proinde ab efficacitate luminis trahi non poteſt inſpectio iſtarum creaturarum præalijs.

Arg. 2. quòd impliceret viſio Deitatis abſque oſtenſione alicuius creaturæ.

3 Secundò arguitur; quia ſi creaturæ viderentur in eſſentia Dei, tanquam in cauſa, & obiecto primario; ſequeretur quòd eſſet impoſsibilis aliqua intuitio ita remiſſa, vt vi eius aliqua creatura non apprehendatur, etiam de abſoluta Dei potentia. Sequela probatur quia quælibet viſio, eſtò quòd ſit minimæ latitudinis intenſiuæ, eſt clara & quidditatiua perceptio Dei, vt ſupponimus; ergo nequit non videri aliqua creatura in virtualitate, & eminentia Dei, tanquam in cauſa, ſi ipſa ex ſe alicuius effectus cognitionem inferre queat.

Inſtatur ex viſione cauſæ creatæ

Si enim ex eo quòd quælibet cauſa confuſo conceptu apprehendatur, ſolet vtcunque alicuius effectus notitiam exprimere, vt experimento liquet; à fortiori viſio clara, & intuitiua Dei neceſſariò alicuius effectus intuitionem pariet, ſi eminentialitas primæ cauſæ ex ſe exprimat apprehenſionem entis participati.

Argui. 3. ex Vazquez quia Deitas ſit abſoluta à creaturis

4 Arguitur tertiò; ratione, quam format Vazquez, eamque à priori vrgentem æſtimat, loco citato, *capit. quarto, ſub numer. margin.* 20. quia licet Deitas intra eminentiam efficacitatis ſuæ præhabeat creaturas; iſta tamen virtualis incluſio eſt eſſentialiter abſoluta, & quæ realem habitudinem ad producta exprimere non valeat. Ergo talis etiam eſt, vt creaturarum cognitionem inferre non poſsit; ſi enim propter eſſentialem independentiam abſoluitur eminentia virtutis diuinæ à reſpectu tranſcendētali ad creaturas, quidni etiam abſoluatur à cōnexione neceſſaria cum tota ſerie, & collectione entis creabilis? Igitur inſpectio huius abſolutæ eminentiæ Dei non importat apprehenſionem alicuius creaturæ.

Inſtatur à contrario; ex virtualitate relata agentis creati

Adde; quòd ideò eminentialitas creata infert cognitionem ſuorum effectuum; quia cùm illis ea ratione connexa aſtruitur, vt ſi implicarent effectus producibiles, etiam implicationem inuolueret virtualitas, & eminentia cauſæ. Sed facultas exequens diuina ita abſolutiſsima eſt, vt ſi implicarent cuncta poſsibilia, nihil periret abſolutæ, & eſſentialis ſufficientiæ Dei ad producendum terminum, ſi ex parte termini non implicaret talis effectio, ſeu extractio ex nihilo; non igitur connexa eſt virtualitas facultatis exequentis cum ſuo obiecto, ac proinde nec importat infert ve clara intuitio Dei alicuius creaturæ apprehenſionem.

Cōfirmatur quia creatura in Deo nō cognoſcitur ſecundū eſſe formale creaturæ

Confirmatur; quia ſicut res ſe habet ad eſſe, ſic & ad cognoſci; loquendo de perfecta apprehenſione obiecti ſicuti eſt. Sed creaturæ non præhabentur intra virtualitatem Dei ſecundùm eſſe formale; ſed tantùm iuxta eminentialem gradum eſſendi: igitur nec in Deo apprehenditur ens creatum ſecundùm eſſe formale, ſed tantùm ſecundùm eſſe eminentiale.

Saltim cognitio creaturæ in Deo nō eſſet ita expreſſa ſicut cognitio creaturæ in ſe ipſa

Deinde; quòd prædicta ratio adminus oſtendere videtur; expreſsiorem notitiam habendam, quæ attingeret creaturas in ſe ipſis, quā in facultate diuina exequente; ſicut enim eſt formalius, & expreſsius illud eſſe, quod importat creatura vi ſuæ rationis obiectiuæ, quā illud quod ſibi vēdicat intra eminētiā primæ cauſæ, ita & expreſsiorem notitiā terminare poterit ens creatum in ſe ipſo quàm in principio.

4 ratio in oppoſitum, quòd potentia nō ſit ratio ſcientiæ, ſed è contra

5 Quarta oppoſitio eſt: Deus nō cognoſcit creaturas, quia illas præhabeat intra eminētiam ſuam; ſed potiùs è contra Deus eſt principium creaturarum, quia illas callet per præſcientiam. Igitur non apprehendit Deus creaturas in ſe ipſo tanquam in cauſa. Cùm Deum eſſe cauſam creaturarum non ſit ratio apprehenſionis illarum; ſed eò potius creaturas cauſare poſsit, quò eas intelligat. Cùm enim ſit agens per intellectum, ideò cauſat, quia intelligit; non autem è conuerſo ideò intelligit, quia cauſat; ac proinde continentia virtualis creaturarum non eſt in Deo ratio intuitionis illarum. Atqui viſio beatifica eſt participatio viſionis Dei: igitur, ſi Deus non inſpicit creaturas in ſe ipſo tanquam in cauſa; nec

Liber primus. Capitulum primum.

Incipit liber primus de Anatomia corporis humani. Capitulum primum.

Anatomia est membrorum humani corporis dissectio. Ad cuius cognitionem tria sunt necessaria. Primum est ut sciamus quot et quae sint membra. Secundum ut sciamus quae sit eorum figura. Tertium ut sciamus quae sit eorum situs. Quot autem sint membra humani corporis, et quae sint eorum nomina.

autumas, creaturas in verbo videri; ſeu eamdem indiuiſam formam viſionis attingere Deum tãquã obiectum primarium, & creaturas in Deo, tãquã ſecundarium obiectum.

Probatur ex Scoto.

Quam doctrinam mihi haurio ex Scoto, *in 2. ſen. diſt. 3. q. 10. §. Secundò probo, ſub n. marg. 8.* vbi dum adoritur ſententiam D. Thomæ autumãtis, ſuperiorem Angelũ intelligere per pauciores ſpecies; ſubdit.

Scotus

Nulla una ratio creata poteſt eſſe ratio diſtinctè cognoſcendi plures quidditates. Primò, quia omnis una ratio cognoſcendi habet obiectum vnum adæquatum ſibi; in quo obiecto includuntur perfectè omnia cognoſcibilia per rationem illam; ſi plura ſunt cognoſcibilia per illam.

Nulla natura creata poteſt eſſe ratio cognoſcendi alia niſi interſit cãe a to cauſatæ cauſati.

9 *Patet per ſimile de eſſentia diuina vt ratio; & vt obiectum. Ideò enim, vt ratio, eſt reſpectu infinitorum obiectorũ diſtinctè repræſentatiua; quia eſt prima vnius obiecti, quod perfectè includit omnia illa inquantum cognoſcibilia.*

Deitas eſt ratio cognoſcendi creaturas

Sed illa vna ratio, quæ ponitur, nõ habet aliquod primum obiectum includẽs virtualiter omnes alias quidditates ſecũdùm totam cognoſcibilitatem ſuam; ponitur enim præcisè habere pro obiecto omnia creata, & nulla creatura ſic includit omnes.

Natura creata non eſt ratio cognoſcendi obiectum quod nõ prãhabet virtualiter.

10 *Maior etiam probatur per rationem; quia vnitas poſterioris naturaliter dependet ab vnitate prioris; quia ad diſtinctionem in priori ſequitur diſtinctio in poſteriori, & non è cõtra. Omnis autem ratio cognoſcendi, quæ eſt in intellectu creato (hoc eſt, quæ nõ eſt imparticipata, ſicut eſt eſſentia diuina) ſe habet ad ipſum cognitũ, ſicut menſuratũ ad mẽſurãs, & ita ſicut poſterius naturaliter ad prius; quare vnitas eius naturaliter dependet ab vnitate obiecti menſurantis: igitur neceſſe eſt aliquod vnum obiectum eſſe menſuram eius.*

Omnis ſpecies ſiue impreſſa, ſiue expreſſa ſpecificatur ab obiecto.

Sed obiectum, quod eſt menſura eius, eſt ei adæquatum; igitur non eſt ratio cognoſcendi alia, niſi quia virtualiter continetur in primo obiecto, quod eſt menſura.

Obiectũ ſpecificãs eſt adæquatum imagini intentionali ſpecificatæ

11 In quem textum obſerua ſequẽtia. Primùm, in illa verba, ſub num. 9. *Patet per ſimile de eſſentia diuina; vt ratio; & vt obiectum.*

Scotus

Deitas vno ſolum eſt ipſi

Quòd inibi apertè diſtinxit Scotus, Deitatem non ſolùm eſſe rationem ipſi Deo apprehendendi creaturas ex parte actus; ſed etiã ex parte obiecti. Vel quod in idem recidit, Deitatem non ſolùm exprimere creaturas veluti formã cognitionis creaturarum; ſed etiam vt obiectum, ſeu terminum cognitionis, mouere ad expreſsionem creaturarũ. Sicut autem Deitas in ratione obiecti mouet, aut quaſi excitat ſuum intellectum ad apprehenſionem creaturarum; ſic etiam vt obiectum beatificum immutat intentionaliter mentem creatam ad creaturarum apprehenſionem in verbo, ſeu in eminentia primæ cauſæ intra virtualitatem ſuam præhabentis creaturas: idem enim eſt creaturas videri in verbo, ac apprehendi in virtualitate primæ cauſæ.

Deo ratio apprehẽdendi creaturas vt cognitio, ſed etiã vt obiectũ ex Scoto

Cùm enim Theologi creaturas in verbo inſpici pronuntiant; vtuntur modo loquendi, quem ex Auguſtino hauſere, 4. *ſuper Geneſim ad literam, capit.* 22. & alibi ſæpè, vbi viſionem creaturarum in eſſentia Dei, quæ communis eſt tribus perſonis, Verbo per appropriationem tribuit; quia eſt ſapientia increata producta, per intellectum, cui ea, quæ intellectui reſpondent, ſpecialiter deferuntur; ſicut opera iuſtificationis, quæ per infuſionem charitatis in voluntate fiunt, almo ſpiritui appropriãtur; quia eſt ſubſtãtialis charitas per voluntatẽ producta: cũ tamen iuſtificationis opera à tota Trinitate eliciantur.

Quid ſit viſio creaturæ in verbo iuxta phraſim theologorum?

12 Cæterùm; quia iſta propoſitio; *creaturæ in verbo videri*, aliquam cauſalitatem, & connexionem inſinuat obiecti ſecundarij cum primario viſionis; præmittendum eſt, de qua cauſalitate, & dependẽtia viſionis creaturarum à diuina eſſentia præſens controuerſia procedat. Illa enim propoſitio (*in*) denotare poteſt dependentiam viſionis creaturarum à quidditatiua intuitione Deitatis cum reali diſcretione actuum; ita vt viſio creaturarum ſit forma diſtincta pullulans à viſione diuinæ eſſentiæ, vel ſecũdũ cauſalitatem phyſicã, vel ſolũ ſecũdũ quãdã moralẽ efficientiã; quatenus talis, aut talis viſio creaturarũ cõferatur à Deo propter talem, aut talem gradum latitudinis intenſiuæ viſionis.

Quæ cauſalitatẽ imperfectã illacõ plexio, creaturæ videntur in verbo?

De qua cauſalitatis ratione nulla vrget diſſertatio; nemo enim inficiari potuit

In quo ſenſu procedatur quæſtio?

Ordinum Dominicanorum Liber II. Cap. I. 111

Ordinum Dominicanorum Liber II. Cap. I. 111

Ordinum Dominicanorum Liber II. Cap. I. 111

Ioannes Ferrerius Apianus Valentinus Mathematicus Regius, Philippo Hispaniarum Principi.

Quum ante annos aliquot, Philippe Princeps Illustrissime, Petrus Apianus Pater meus, Mathematicarum disciplinarum studiosissimus, Ingolstadij Bauariae Ducum Mathematicus, Cosmographiam, quam Germanico sermone ediderat, Latinam facere constituisset, ut ea quae ad Germanos scripserat, ad omnes Europaeos pertineret: Ego, qui illi in Mathematicis studijs operam dabam, ut ei in tanto opere adiumento esse possem, Hispanicum Cosmographiae librum, quem ipse Latinum facere coeperat, ad finem perduxi. Quo quidem libro, quum ipse Pater meus, tum alij quamplures, qui Hispanicum sermonem callent, magnopere delectati sunt. Quum autem Pater meus, qui Cosmographiae librum Latinum facere coeperat, ante quam finem imponere posset, ex hac vita migrasset, ego, qui Hispanicum librum ad finem perduxeram, Latinum quoque facere decreui, ut ea quae Pater meus Latine scripserat, ad omnes Europaeos pertineret. Quum autem Cosmographia, quam Pater meus Latine scripserat, ad finem perducta esset, ego, qui Hispanicum librum ad finem perduxeram, Latinum quoque facere decreui, ut ea quae Pater meus Latine scripserat, ad omnes Europaeos pertineret. Quum autem Cosmographia, quam Pater meus Latine scripserat, ad finem perducta esset, ego, qui Hispanicum librum ad finem perduxeram, Latinum quoque facere decreui, ut ea quae Pater meus Latine scripserat, ad omnes Europaeos pertineret.

ram melius ibi (intellige in arte creatrice) *quàm in ea ipsa sciunt, ac per hoc, & se ipsos melius, quàm in se ipsis.*

Quæ sit cognitio creaturarum matutina vel vespertina de sententia Augustini?

Quæ sententia apud Augustinum frequentissima est, vt liquet ex ipso, 4. *libr. super Genesim ad literam*; vbi expendit celebrem illam diuisionem cognitionis creaturarum in matutinam, & vespertinam. Matutinam vocat visionem creaturarum in verbo; quæ appellatur matutina, aut diurna, propter copiam, & præstantiam lucis; vespertina verò dicitur visio creaturarum in proprio genere, siue per proprias species, eò quòd minus lucida sit & perspicax.

Obserua doctrinã S. Augustini de sex diebus creationis in sensu mystico

Immò quòd Sanctus Doctor contendit, sex dies creationis omnium rerum, quos Spiritus Sanctus describit in Genesi, non esse materiales, sed solùm intelligibiles; eò quod consisterent in quodam fulgore mysticæ illustrationis seu manifestatione spirituali creaturarum, quæ fiebat Angelis: in quo die, vel manifestatione attribuuntur creaturæ factæ, quia repræsentabantur Angelis vt factæ à Deo. Et sicut dies materialis coalescit ex mane, & vespere, propter incrementum, & decrementum lucis materialis; sic metaphoricè & per analogiam ad materialem diem, intellectus Angelicus diem mysticum natus, mane habuit, dũ creaturas in verbo est intuitus; & vespere, dũ illas in genere proprio, seu per proprias species contemplatus est.

S. Augustinũ constanter tutatur visionem creaturarũ in verbo.

Quæ Augustini expositio de diebus creationis secundùm spiritualem tantùm intelligentiam vsurpatis, licet à rigore literæ deficiat; ostendit tamen, Sanctum Doctorem apertè censuisse, creaturas à beatis in verbo inspici; quod ad præsens institutum facessit.

6. Bernard.

Idem de visione creaturarum in verbo expressè tutatur Bernardus *lib. 5. de Consideration.* ad Eugenium *cap. 1.* vbi expendens illud Pauli *ad Romanos, cap. 1. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciantur.* subijcit. *Sanè hæc scala ciues non egent, sed exules. Quod vidit ipse huius sententiæ auctor, qui cùm diceret, inuisibilia per visibilia conspici; signanter posuit, à creatura mundi. Et verè quid opus scalis tenenti iam solium? Creatura cœli illa est, præsto habens per quod potius ipsa intueatur. Videt verbum, & in verbo facta per verbum. Nec opus habet ex his, quæ facta sunt, factoris notitiam mendicare; neque enim vt vel ipsa nouerit ad ipsa descendit, quæ ibi illa videt vbi longè melius sunt quàm in se ipsis.* Hucusque Bernardus condistinguens creaturam mundi, (intellige non beatam,) à creatura cœli, ceu donata præmio beatificæ visionis; quòd hæc nõ inspiciat creaturas in se ipsis, sed in verbo, ac proinde non egeat scala creaturarum.

Ad Roman. cap. 1.

18 Huius verò asserti comprobatio petenda est ab Scoto, *in 1. sentent. distinct. 35. quæstion. vnica*, vbi quærit. *Vtrùm in Deo sint relationes æternæ ad omnia scibilia, vt quidditatiuè cognita?* vbi cum, §. *Quod etiam confirmatur, sub numer. margin. 3.* sibi opposuisset.

Probatio assertionis ex Scoto, Scotus

Obiicit Scotus contra propriam doctrinam

Quòd cognitio fit per simile; ergo oportet rationem cognoscendi habere aliquam rationem propriam similitudinis ad ipsum obiectum cognitum. Propter igitur istam determinationem, & istam assimilationem rationis cognoscendi ad obiectum, ponuntur relationes æternæ tanquam rationes determinantes essentiam, vt ratio intelligendi, & quibus ipsa essentia sit distinctè similis obiectis cognitis.

Aliter ponitur; quòd istæ relationes sunt in essentia diuina, vt est obiectum cognitum, intelligitur enim ipsa omnino prima intellectione, vt penitus indistincta; sed adhoc, vt postea creatura intelligatur, intellectus comparat ipsam primò cognitam ad creaturam sub ratione imitabilis: & tunc intelligendo essentiam, vt imitabilem, intelligit creaturam per illud obiectum primum, sic sub tali relatione rationis consideratum.

Aliusmodus dicendi de respectu imitabilitatis per quẽ cõtrahitur Deitas vt exprimat creaturam.

Vbi oppositio intendit; quòd vt essentia sit ex parte obiecti ratio expressionis creaturarum; exigitur comparatio habitudinis ad talem, vel talem creaturam; vt quasi contrahatur indifferentia virtualitatis, & eminentiæ Dei, quæ à se videtur prorsus indeterminata ad mouendum intellectum ad apprehẽsionem huius, vel illius creaturæ.

Cõmentarius textus præmissi.

Tali obiectioni sic occurrit Scotus §. *Ad argumenta principalia, sub num. marg. 16.*

Scotus

Scotus

Probatio ſuæ ſententiæ ex Scoto

19 *Ad aliud patet ex dictis: quòd eadem ratio intelligendi illimitata, poteſt eſſe propria ratio intelligendi quodcumque eorum, ad quæ eſt illimitata: ſicut ſi eſſet limitata ad aliquod ſolùm.*

Et maximè reſpectu iſtius actus, qui eſt intelligere, in quo non ſemper requiritur vniuoca ratio, vel aſsimilatio cum cognito; alioquin nihil poſſet cognoſci per cauſam, nec concluſio per principium: ſed ſufficit ratio eminentior continens perfectè ſimilitudinem virtualem cogniti.

Satisfactio ad obiecta

Et quod arguitur pro prima opinione; quòd oporteat illam rationem indeterminatam determinari. Dico; quòd ipſa eſt ex ſe determinata determinatione oppoſita indeterminationi, quæ eſt ad contradictoria; licet non ſit ex ſe determinata determinatione limitationis: nec hoc oportet ad hoc, vt per ipſam obiectum determinatè intelligatur.

Elucidatio textus

Vbi Scotus, dum aſſerit; Deitatem, ſeu potentiam Deitatis, inquantum præcontinentem creaturas, eſſe determinatam (*determinatione oppoſita indeterminationi, quæ eſt ad contradictoria*) tantùm vult; quòd ita determinatè contineat eſſe eminentiale creaturarum, vt nequeat quaſi componi negationi contradicenti huiuſmodi continentiæ creaturarum in Dei potentia.

Deinde dum pronuntiat, Deitatem eſſe rationem illimitatam expreſsionis creaturarum; non procedit de ratione formali ex parte actus, ſiue de eſſentia, vt obit functionem formæ cognitionis; ſed de ratione in qua creaturæ apprehenduntur, ſiue de ratione ex parte obiecti; quod perſpicuum eſt ex inſtantijs propoſitis, cognitionis effectus in cauſa, & concluſionis in virtualitate principij. Quã ſententiã de viſione creaturarum in Deo ſuſtinet expreſsè Scotus à nobis tranſcriptus, *ſub numer. 39. in præſenti articulo*, docens; habitum Theologiæ beatorum, (ſic enim appellat habitum luminis gloriæ) à ſe præſtare ad eliciendam ſcientiam omnis ſcibilis creati in Deo. *Itaut de facto non habeat limitationem niſi ex voluntate Dei oſtendentis aliquid in eſſentia ſua.* Quo ſuppoſito talem formo rationem.

Scotus

20 Viſio creata eſt participatio quædam viſionis increatæ; ſed Deus per viſionem increatam inſpicit creaturas in ſe ipſo, vt in cauſa; igitur & viſio creata, (cùm ſit excellentiſsima participatio huius ſcientiæ diuinæ,) creaturas in verbo intuebitur.

Procedit argumentatio nit in viſione creata

Minorẽ negat Vazquez, *1. par. diſp. 60. cap. 2. §. Ex duobus igitur, ſub numer. marg. 6.* putat enim, Deum in ſe ipſo, vt in cauſa, creaturas non apprehendere, ſed per eſſentiam ſuam, vt per formam intelligendi, ſiue vt addit munus cognitionis, intueri creaturas; cùm autem eſſentia diuina non coniungatur beatis in ratione cognitionis, ſed tantùm in ratione obiecti, accedit inde, vt licet Deus creaturas per viſionem increatam inſpiciat, quòd beatis id communicari non valeat.

Vazquius putauit, Deum non inſpicere creaturas in ſe ipſo.

Probatur ergo minor illa, in qua apex difficultatis conſiſtit, authoritate Dionyſij, qui illam expreſsiſſe videtur *cap. 7. de diuinis nominibus*, vbi loquẽs de Deo, inquit. *Non quòd per ſpeciem ſingula conſideret, ſed quòd vno eiuſdem complexu omnia ſcientia contineat.* Quid expreſsius? Vbi, Sanct. Doctor, non ſolùm tradit cognitionem creaturarum in Deo, ſed etiam modum cognoſcendi enodat; ne illum Vazquez retorquere poſsit ad ſolam cognitionem in eſſentia, vt in ratione videndi, aut in forma intellectionis, non verò vt in principio; id enim ſonãt illa verba, *vno cauſæ complexu.*

Dionyſius

21 Porrò; quia Vazquez in hoc maximè conſtituit diſsidium inter cauſas creatas, & Deum, quantùm ad rationem cognitionis effectuum in ſuis principijs; quòd ideò productæ quæque in ſuis cauſis apprehendi valent, quia cauſæ referantur ad effectus per relationem realem; Deo autem ſicut repugnat relatio realis ad creaturas, ita & quòd creaturarum viſionem in ſe ipſo elicere valeat. Agendum igitur eſt, nõ eſſe neceſſariam habitudinẽ realem, vt cauſa cognitionẽ effectus in ſe ipſa exprimere poſsit; quod oſtendi videtur ſic.

Effugit Vazquez ex abſoluta cõtinentia creaturarum in Deo.

Non eò cognoſcitur effectus in cauſa exprimente habitudinem realem ad ſuum effectum, quò realiter ad illum referatur formaliter loquendo; ſed propter connexionem cauſalitatis, & depedentiam effectus à cauſa, ob

Impugnatur at ignauiter

quam

Inſiſtitur eò quòd futurũ cognoſcatur in decreto vt in cauſa apud Vazquium

Sed decretum ob ſolam virtualem inclusionem entis futuri, eſt ſufficiens cauſa cognitionis illius; igitur & omnipotentia, ob eminentiam præcontinentem creaturas in virtualitate cauſæ, illas exprimere valebit.

Quòd autem non ſit minus aut magis connexum decretum cum obiecto futuro, quàm omnipotentia cum obiecto poſsibili; oſtendimus *in artic. præcedenti, ſub numer.* 13. quare, ſi apud Vazquium, non inſpicitur creatura poſsibilis in potẽtia Dei; ita nec creatura futura in decreto.

Præoccupatio fugæ

Si autem velit Vazquius, ad quidditatem decreti attinere mutationem eam, quæ à decreto erumpit; ſiue ſit terminus productus per actionem ad extra, ſiue ipſamet cauſalitas externa vt connotata à decreto, & complens decretum in ratione appetitionis liberæ, vt opinari videntur Arrubal, & Herice. Hæc omnia late confutauimus tùm in artic. præcedenti de viſione decretorum in verbo; quàm *in controuerſia 7. de Immutabilitate Dei, artic. 1. per totum.*

Obiicitur contra Vazquiũ quòd deficiatà doctrinæ conſequentia

Nec etiam liberatur Vazquius ab inconſequentia doctrinæ quamuis apud Vazquium decretum quidditatiuè imbibat aliquid creatum, ſiue actionis, ſiue termini. Quia ſi propoſitum liberum, quà tale, imbibit obiectum futurum taliter determinatum, eſſet ratio proxima ex parte obiecti, ob quam infallibiliter à Deo præſciri valeret futurum contingens; cùm determinata veritas futuri ſit, apud eumdem Vazquez ex parte obiecti ratio proxima diuinæ ſcientiæ. Igitur ſi decretũ apud Vazquez eſt ſola cauſa remota ſcientiæ futurorum, decretum non cointegratur eſſentialiter ex aliquo obiectiuo creato; ac proinde ens creatum futurum inſpiceretur infallibiliter, ſaltim remotè, in ſola volitione increata, quæ, apud Vazquez, abſolutiſsima eſt; aut ſi propoſitum liberum imbibit quidditatiuè aliquid futuri creati; illud non eſſet ratio remota, ſed proxima ſcientiæ diuinæ.

Obiectio.

Sed oppones contra noſtram ſententiam; quòd ea non mutua connexio, quam aſſerimus inter potentiam Dei, & creaturam poſsibilem ea eſt, quòd ſi implicaret creatura poſsibilis, nil prædicati, ſeu attributi intrinſeci periret Deo. Sed in illa hypotheſi, potentia Dei nequiret eſſe medium ex parte obiecti ad viſionem creaturæ poſsibilis in facultate exequente; igitur nec de facto, ſiquidem ita abſoluta, & independens renuntiatur de facto, ſicut & exiſteret in tali hypotheſi; imò quòd illa hypotheſis aſſumitur ad explanandam independentiam de facto.

Diluitur ex connexione non mutua.

Reſpondetur; quòd ideò in tali hypotheſi implicationis creaturæ poſsibilis, potentia Dei non eſſet medium ex parte obiecti ad inſpectionem creaturarum in potentia Dei; quia tollitur connexio creaturarum cùm potentia, ac proinde & extenſio virtutis diuinæ ad poſsibile, quà poſsibile; dum ex hypotheſi fingitur impoſsibile. Quæ extenſio virtutis diuinæ, ſeu illius comparatio ad creabile, ſeu poſsibile, non addit ex parte Dei ſupra illimitationem voluntatis diuinæ niſi denominationem, aut connotationem extrinſecam ad obiectum connexum, connexione non mutua; ſcilicet ex parte creaturæ, & non ex parte Dei; quæ non mutuæ connexionis ablatio ſufficere poſſet vt potentia nõ moueret intẽtionaliter ad repræſentationem creaturarum.

Alia pronuntiata pro viſione creaturarum poſsibilium in Deo.

Aſſertio 2

23 Dicendum ſecundò; nõ ſolùm beatos inſpicere creaturas in Deo tanquam in cauſa, ſed etiam illas intueri in eſſentia diuina, prout ſubit rationem cognitionis, & ideæ creaturarum; inuoluendo tamen rationem continentiæ, & cauſalitatis, quæ in hoc conſiſtit, quòd creaturæ videantur in eſſentia, vt eſt cognitio creaturarũ; non quia præcisè ſit idea, aut cognitio creaturarum expreſsiua, ſed quia talis cognitio eſt, vt ſit etiam cauſa virtualiter præcõtinens ideatum, quod formaliter exprimit.

Ratio aſſerti pro viſione creaturarũ in ſcientia practica Dei

Probatur; quia beatus dum videt Deum, inſpicit ſcientiam practicam,

quam

quam Deus habet de creaturis; sed talis notitia practica est imago creaturarum; ergo in ipsa, vt in imagine, videri possunt creaturæ. Consequentia patet; quia tale genus visionis nullam in uoluit repugnantiam; & cùm aliàs conducat ad excellentiam diuinæ intuitionis patefaciendam, non est cur improbari debeat.

Obijcitur quòd repræsentatio scientiæ practicæ nò sit in quo *sed* vt quo

Sed obijcies; repræsentationem scientiæ practicæ non esse obiectiuam, sed tantùm formalem; vel quod eodem redit, non repræsentare vt medium (*in quo*,) quod prius obijciatur cognitioni; sed vt medium non cognitum, siue (*vt quo*) eò quòd eatenùs exprimat obiectum, quatenùs sit ratio, vel forma apprehensionis illius, absque præuia cognitione ipsius actus apprehensiui: igitur in essentia diuina, prout est idea, & cognitio practica creaturarum, inspici nequeunt creaturæ; cũ (ly, *in*,) importet medium cognitionis in quo.

Diluitur; scientia increata inquantũ identificatur cũ potẽtia est medium in quo *visionis creaturarum.*

Respondetur; obiectionem solùm agere, quòd in essentia diuina, prout gerit præcisam rationem cognitionis creaturarum, nequeant videri creaturæ; in quo conuenit cognitio diuina cum alijs apprehensionibus creatis, quæ tantùm sunt media cognitionis vt quo, non autem in quo. Non tamen obtinet, scientiam diuinam, prout virtualiter præhabentem ideatum, vt causam illius, præstare non posse, vt in ipsa inspiciantur creaturæ; ob connexionẽ causalitatis.

Scientia enim Dei identificat sibi potentiam, vel facultatem exequentem, per quam virtualiter præhabet creaturas, & quæ in intellectu diuino gerit vices speciei impressæ creaturarum; vt agimus infra *in controuer. 11. de Scientia Dei, distinction. 1. artic. 2. de Scientia Dei respectu creaturarum possibilium, à num. 21. vsque ad 30. inclusiuè.*

Assertio 3

24 Dicendum tertiò; beatos ex creaturis possibilibus plures, & perfectiores intueri pro suæ visionis excellentia; non tamen quò beatiores, eò plures de existentibus, aut futuris inspicere, sed pro exigentia status; vt in sequenti articulo constabit. Hanc esse communem sententiam tutatur, Petrus de Lorca, 1. 2. *disput.* 25. *membr.* 3. & Soarius, 1. *p. lib.* 2 *capit.* 26. *numer. marg.* 24.

Lorca Soarius.

Infirmatio nostræ assertionis ex Lorca & Soario

Quæ opinio probari solet ex doctrina eiusdem Lorca, & Soarez; quia creaturæ possibiles continentur necessariò intra eminentiam Dei; sed magis apprehensa causa magis penetratur virtualitas illius, ac proinde, & producta, quæ intra ambitum talis eminentiæ clauduntur; igitur, quò perfectior est visio, eò plures ex possibilibus, & perfectiores creaturas intuebitur. Ex quo inferunt; vt perspicaciùs limpidiùsque apprehendantur, magisque peruiæ sint in Deo, minus perfectæ creaturæ ex possibilibus, quàm perfectiores; quia sicut creaturæ nobiliores perfectiorem eminentiam exposcũt in sua causa, sic & excellentiorẽ visionẽ quæ intensiùs creatricem Dei substantiam intueatur.

Qui inspiceret creaturas perfectiores, intuerentur necessariò imperfectiores apud Lorcam & Soarium

Addunt deinde; vt qui perfectiores species possibilium videat in Deo etiam intueatur necessariò minus perfectas; quia, si omnes istæ species concipiantur ex penetratione causæ, impossibile est, apprehendi in causa virtutem per se sufficientem ad perfectiores effectus, & nõ penetrari virtutem valentem ad minus præstantes, qui ita excellentem causæ eminentiam non exigant.

Confutatur doctrina præcedens

25 Cæterùm; prædicta ratio, & doctrina nullius est ponderis; licet enim æquum ac rationabile sit, beatum præcelsi meriti visione nobilioris creaturæ donari; non tamen ideò est, quia visio, sicut & lumen, in qualibet portione intensiua, etiam minima, (qualis ea est, quam paruuli ante vsum rationis decedentes nanciscuntur,) non præstet ad apprehensionem supremæ creaturæ possibilis; si conferat ad intuitionem illimitatæ virtualitatis Dei. Nullus enim beatus est, qui non attingat obiectum infinitum, & sub ratione infiniti; sed causa simpliciter illimitata est in actu respectu supremæ creaturæ possibilis; igitur nulla portio luminis assignabilis est, in minima etiã intensione, quæ elicere non valeat apprehensionẽ claram, & quidditatiuã supremæ creaturæ in Deo, si accedat concursus ex parte obiecti.

Optima ratio pro nostra sententia

Vnde inspectio perfectiorum creaturarum possibilium in beato eximioris meriti petenda non est, nisi ab intentionali causalitate obiecti beantis;

quod

quod tanquam voluntarium ſpeculum præſtantiori beato referat perfectiores creaturas, quas cuilibet alteri beato ſortis infimæ propalare potuiſſet abſque incremento intenſiuo luminis; ſed de hoc preſſè in ſolutione argumentorum. Vnde etiam fit, vt motio intentionalis poſsit eſſe ratio ex parte obiecti, vt exprimantur creaturæ perfectiores, non viſis creaturis imperfectioribus.

Aſſer. 4 quilibet beatus inſpicit eſſentias rerum, quæ cointegrant vniuerſum.

26 Dicendum quartò; communem Theologorum ſententiam pronuntiare; quemlibet beatum de facto intueri cunctas eſſentias rerum, quæ vniuerſi machinam conſtruunt; quantùm ad omne id, quod ſcientifica penetratio expoſcit, cognoſcendo intimè naturas, principia, fines, & rationes illarum.

Hoc aſſertū plerisq; cōgruè aſſeritur

Hoc pronuntiatum pijs cuidam congruitati innititur; eò quòd ad prouidentiam diuinam attineat, ſeruorum ſuorum, qui mundum, & cætera quæque ſæculi bona propter crucis ſequelam arbitrati ſunt vt ſtercora, mentes imbuere, vt illorum deſiderio naturali ſciendi machinam orbis, & conſtructionem illius, pijſsimus, ac fideliſsimus annuat retributor. Licet enim beati ſola Dei faciali notitia ſatiati de illis parùm, aut nil curarent; ad accidentalem tamen illius felicitatis ſtatum conducens apparet, naturam, & conditionem orbis, in quo nati, & ita fortiter pro Chriſto agonizarunt, callere.

Corollariū de inæqualitate viſionis vt extenditur ad creaturas.

Ex quo ſequitur, vt exceſſus viſionis, ob extenſionem ad plures creaturas, accipiendus non ſit reſpectu ſpecierum vniuerſi, quia à quolibet beato cunctæ videntur; ſed penes alias creaturas, quæ ad mundi conſtitutionem non conueniant, vt neceſſariæ partes illius. Quibus præmiſsis, modo refellendæ ſunt oppoſitæ rationes.

Ad primam rationem in oppoſitum; diſcutitur, an ſit implicatoria viſio omnium creaturarum poſsibilium in Deo?

PRima oppoſitio, quam ex doctrina Aureoli formauimus, iuxta expoſcit penitiorem diſcuſsionem; an implicet, cunctas creaturas poſsibiles videri in Deo?

Refellitur prima opinio Baſolij, quòd quilibet beatus inſpiciat omnes creaturas ſecundùm neceſſarium ſtatum ſuæ poſsibilitatis.

27 CIRCA Quod eſt duplex ſententia oppoſita. Prima autumat; de facto inſpici à quocunque beato vniuerſam poſsibilium collectionem. S. Ioannes Baſolius, *in 1. ſentent. in quæſtion. 4. prologali, artic. 3.* quod etiam ſpecialiter de Chriſto Domino docet *in 3. diſtinct. 14. quæſt. 2. §. Sed iſtis opinionibus non obſtantibus.* Porrò de omnibus beatis generaliter prædictum pronuntiatum ita fulcit Baſolius *in 4. prologi iam citata.*

De Theologis in intellectu beatorum dico; quòd cum per eumdem actum cognoſcatur eſſentia diuina, & quicquid naturaliter repræſentat ſecundùm rationem eſſentiæ; quòd ipſa eſt omnibus quidditatibus, & complexionibus neceſſarijs, ſiue ſint finita, ſiue infinita.

Non enim poſſum videre, ex quo actus idem cognitiuus eſſentia, & aliorum per ipſam; quomodo poſsit videri diuina eſſentia, vel cognoſci euidenter & clarè, non autem omnia, quæ naturaliter, & neceſſariò repræſentat; cuiusmodi ſunt omnes quidditates ſimplic-

Nec obſtat, quòd ſint infinita.

terminorum, & conſequens omnes quidditates, vel complexiones neceſſariæ ipſorum, dato quòd iſta ſint infinita; non enim eſt maius cognoſcere infinita extenſiuè, quàm infinitum intenſiuè.

Reſpetto communi ſententia

Nec valet, quod dicunt aliqui; quòd eſſentia diuina eſt obiectum intellectus beatorum, non naturale, ſed voluntarium; & ideò non oportet, quòd omnia repræſentet, & quòd omnia cognoſcantur per eam.

Impugnatur à Baſolio

Quia, licet Deus ſit obiectum voluntarium quantùm ad influendum ad actum ipſum; ita quòd ſi vult videtur, & ſi non vult non videtur: non tamen eſt obiectum voluntarium quantùm ad hoc, quòd actu poſito in eſſe, non videantur omnia, quæ eſſentia diuina repræſentat neceſſariò, & neceſſitate naturali.

Baſolius

Voi circa pronuntiata Baſolij id obſeruandum præcipuè eſt; quòd ipſum actum beatificum viſionis vocat Baſolius Theologiam beatorum; vt liquet ex illis verbis. *De Theologia in intellectu beatorum dico; quòd cùm per eumdem actum cognoſcatur eſſentia diuina, & quidquid naturaliter repræſentat.* In quo etiam ſenſu Scotus à nobis infra in hoc articulo *ſub numer.* 39. tranſcriptus, habitum luminis gloriæ vocat habitum Theologiæ beatorum, qui à ſe ſufficiens ſit ad eliciendam viſionẽ cuiuslibet creaturæ in Deo, ſi ſuppetat intentionalis motio obiecti beatifici.

Arg. 2. quia ſ. tertia ſit cõnexa cũ poſſibili indiuiduo

28 Secundò arguitur; quia implicat videri quidditatiuè Deum, non apprehenſa potentia eius, ſeu facultate exequente; contradicit etiam intuitio omnipotentiæ abſque obiecto, quòd intra talis potentiæ virtualitatem emineat. Atqui obiectum facultatis diuinæ exequentis non eſt poſsibile ſecundùm abſtractam rationem poſsibilis, ſed ſecundùm rationem contractam, & indiuiduam; cùm eò ſpectet facultas diuina operatiua ſuum obiectum, quòd illud extrahat à nihilo per verum, & realem influxum; terminus verò cauſalitatis realis non ſit ratio potentialis, aut præciſa, ſed indiuidua, & contracta.

Vrgetur ratio

Nec enim facultas exequens Dei præcontinet Petrum, quia præhabeat hominem; ſed è contra ideò præcontinet gradum ſpecificum hominis, quia præhabet Petrum, in cuius entitatem phyſicam conueniunt per identitatem omnes gradus metaphyſicæ compoſitionis; ſicut nec attingit per phyſicum, & realem influxum gradus metaphyſicè abſtractos, ſed indiuiduali rationi concretos.

Agitur quòd videri debeat omnes eminentia terminata ad eſſentia poſſibilis in indiuiduo

Atqui cunctæ eminentiæ facultatis exequentis, quæ immediatè reſpiciunt poſsibilia in indiuiduo, videntur neceſſariò à quolibet beato; cùm ſint prædicata Dei intrinſeca, ac proinde, & ipſamet indiuiſa Deitatis ſubſtantia. Igitur, & neceſſariò videntur cuncta obiecta poſsibilia, quæ eminent intra potentiam ſeu facultatẽ exequentẽ Dei; cùm inſpici quidditatiuè nequeat potentia abſque obiecto.

Neotericus adhæret Baſolio

Quæ oppoſitio adeò concuſſit quemdam innominatum Authorem Ieſuitam, apud Herice, 1. *part. tractat.* 4. *diſput.* 51. *cap.* 3. *numer. margin.* 16. vt eum Baſolio ſuffragari coegerit, dum aſſeuerauit; eſſe impoſsibilem clarã intuitionem Dei abſque apprehenſione vniuerſæ collectionis obiectorum poſſibilium quæ clauditur intra virtualitatem facultatis diuinæ exequentis.

Soarius reſtituitur oſtenſa connexione viſionis cũ poſſibili abſtracto

Nec euaderet difficultatem, qui autumaret cum Soario, 1 *part. libr.* 2. *capit.* 26. §. *Dico quarto, ſub numer.* 14. ad claram viſionem potentiæ ſiue eminentiæ Dei eſſe neceſſariam apprehenſionem entis poſsibilis vt ſic ſub communiſſima illa ratione entis non implicantis contradictionem. Prædicta enim doctrina proteri videtur ex dictis; eòquòd obiectum facultatis realis elicitiuæ nequeat eſſe ratio metaphyſicè abſtracta. De quo verſa, quę expẽdimus, *in præſenti ſubdiſt.* 2. *ar.* 1. *ſub num.* 2.

Confutatio Baſolij quòd Beatitudo faciat videre creaturas omnes poſſibiles

29 At prædictæ oppoſitiones non obtinent intentum Baſolij, cui refragatur communis Theologorum ſententia negans, etiam à Chriſto Domino inſpici vniuerſam poſsibiliũ collectionẽ; nec laborioſũ erit oppoſita fundamenta conuellere. Suppoſita enim noſtra ſententia autumante, potentiam Dei non eſſe neceſſarium obiectum viſionis inquantum relatè ſe gerit ad creaturas; & etiam præmiſſo, quòd ob pluralitatem virtualem poſsit viſio intuens præſcindere circa idem obiectum actualiter indiſtinctum à parte rei; ſic, vt

cum

cùm eminentiæ præcontinentes obiecta poſsibilia, ſint virtualiter diſtinctæ, (eſtò quòd eſſent connexæ tales eminentiæ cum obiectis) poſſet videri hæc eminentia; non viſa alia eminentia connexa cum alio obiecto.

Ad 1. oppoſitionem pro Baſilio.

Quare ad primam oppoſitionem dicimus; quòd, vt liquet ex his, quæ præſtituimus in hac controuerſia de Viſione Dei, *diſtinct. 2. artic. 2.* obiectum beatificum non ſolùm vocitatur ſpeculum voluntarium, quia ſit principium liberum quoad applicationem, ſed etiam quoad influxum; vel quod eòdem ſpectat, non eò præcisè, quòd liberè illabatur menti creatæ in ratione obiecti beantis inquātum componitur vice ſpeciei cum intellectu in actu primo, ſed etiam quia tali coniunctione præmiſſa, non neceſſariò, ſed merè liberè influat in actu ſecundo ex parte obiecti non connexi cum poſsibilitate entis creati. Quare, ſuppoſita clara repreſentatione Deitatis, valet vel vnicā creaturam pro libito non oſtendere.

Ad 2. oppoſitionē pro cōnexione viſionis potentiæ cum poſsibili

Ad ſecundam oppoſitionem ſatis ſuperque fecimus, *in præſenti ſubdiſt. 2. ar. 1. à numer. marg. 4. vſque ad 9.* vbi oſtenſum eſt, potentiam Dei, ſeu facultatem eius exequentem, non eſſe neceſſarium obiectum viſionis quoad connotationem, & habitudinem, quam exprimit ad obiectum; ſed tantùm quoad abſolutam ſufficientiam, quæ Deo infuiſſet, eſtò quòd omnia poſsibilia forent impoſsibilia; videri tamen à beato aliquot prædicata eminentiæ, & virtualitatis Dei ſimul cum obiectis poſsibilibus connotatis pro exigentia ſortis & ſtatus beati.

Altera opinio; quòd implicet viſio omnium poſsibilium, excutitur, confutatis occurſibus recentiorum.

Opinio autumāti, quod ſit implicatoria viſio omnium poſsibilium in Deo. Soar. &c.

30 ALtera ex diametro oppoſita ſententia; conſtituit, eſſe implicatoriā etiam de abſoluta Dei potentia, viſionem omnium poſsibilium in Deo. Sic Soarius, 1. *part. lib. 2. cap. 26. §. Dico ſecundo, numer. marg. 12.* Arrubal, 1. *p. diſp. 27. cap. 2. num. margin. 8.* Machinus, *etiam, 1. part. diſput. 19. ſect. 6 §. Dicendum eſt*; quam vt de mente San Cti Thomæ tuentur ferè vniuerſi illius aſſeclæ; licet in prædicto aſſerto ſtabiliēdo diſſideant.

Arrubal. Machinus

Probatio Soarij

Quod ſic probat Soarius; quia ſi talis viſio eſſet poſsibilis, concederetur animæ Chriſti; cui eam denegat vnanimis Theologorum cœtus.

Infirmatur

Sed hæc ratio non vrget; quia etiam poſsibilitatem habitus gratiæ intenſiuè infiniti pronuntiant probatiſsimi authores; cū tamen nullus aſſeuerauerit, Chriſto infuiſſe gratiā intēſiuè & phyſicè infinitā; licet eam moraliter infinitā ob dignitatem ſuppoſiti autumet ſchola D. Thomæ.

2. ratio ex Machino quia cōprehenderetur Deus viſoem ei poſsibili.

31 Secunda probatio eſt; quam ex D. Thoma producit Machinus. Quia ſi omnes creaturæ poſsibiles viderentur exhauriretur tota virtualitas facultatis diuinæ exequentis, ſicut & vniuerſa ſeries obiectorum potentiæ Dei, quam cōplectitur illimitata eminentia eius; igitur comprehenderetur Deus ab intellectu creato; quod eſt implicatorium.

Eſt dimittenda præmiſſa ratio implicationis

Sed hæc probatio exigui etiam ponderis apparet; quia ſuppoſita ſententia Diui Thomæ pronuntiantis, ſuperiorem Angelum poſſe per vnicam ſpeciem apprehendere plura obiecta non connexa; ſuſtineri non valet, eſſe implicatoriam viſionem, quæ æquè primò in Deum, & creaturas poſsibiles conetur. Nec enim ad vniuerſam creaturarum poſsibilium collectionem, quę extra verbum conciperetur, neceſſaria eſſet infinita attentio, infinitus vè conatus apprehenſiuæ facultatis, ſed lumen ſuperioris ordinis; ſicut nec ad viſionē infiniti ſecundùm eſſentiam expoſcitur infinita accretio intēſiua luminis, vt optimè demonſtrat Baſolius loco citato, ſub n. 27. vbi eò agit, poſſe videri omnia poſsibilia per viſionem finitam (quāuis creaturæ poſsibiles eſſēt infinitæ) quia per viſionem finitam videtur Deus infinitus intēſiuè. *Non enim eſt maius* (inquit) *videri infinita extenſiuè, quā infinitum intenſiuè.*

Ex ſententia Thomiſtarū infertur nō implicare viſionē quæ æquè primo exprimeret Deū & creaturas poſsibiles.

Baſolius.

Igitur, nec ad hoc, quòd per vnicā viſionem æquè primo attingentem Deum, & creaturas, videatur Deus, & cunctæ creaturæ poſsibiles, exigeretur

Videretur omnes creaturæ poſsibiles nō expetit lumen viſionis infinitæ

illimitatio in tali notitia ſupernaturali; ac proinde, nec etiam implicat viſio omnium poſsibilium in verbo; ſi non obſtat viſio, quæ æquè primò Deum & creaturas inſpiciat; quod candidè profitetur Vazquez. 1. *par. diſp.* 50. *cap.* 7. *num. marg.* 44.

Viſio Deum & creaturas poſsibiles æque primòattingens non eſt ò prehenſio, ita neq; inſpiciès omnia poſsibilia in Deo

Patet conſequentia; vtraque viſio eſt æqualis, ſupparēque rationē obiecti ſpectat; ſiue ea, quę attingit omnes creaturas in Deo; ſiue quæ apprehēdit Deū, & creaturas æquè primo, & abſque connexione obiecti primarij & ſecundarij. Tantùmque intercedit diſcriminis, quòd viſio, quæ intuetur Deum & creaturas æquè primò; non inſpicit creaturas ex intentionali cauſalitate & motione obiecti beatifici: illa verò ſic, quæ apprehendit creaturas in verbo. Sed videre creaturas ex motione, vel nō motione obiecti beantis, non faceſsit ad cōprehenſionem, vel non comprehēſionē Dei, ſuppoſito quòd ſit omnimoda æqualitas in obiecto vtriuſque actus, tam ex parte Dei, quàm ex parte vniuerſæ collectionis creaturarum poſsibiliū; igitur, ſi viſio apprehendens æquè primò Deum & creaturas poſsibiles, non eſt comprehenſio; ita nec illa, quæ attingeret cuncta poſsibilia in verbo. Cæterùm; optimam probationem; cur ex viſione omnium poſsibilium non inferatur comprehenſibilitas Dei; ſuppeditat nobis Scotus, in 3. diſt. 14. quæſt. 2. §. *ad ſecundam probationem*, cuius litterā tranſcribimus, & illuſtramus infra *in controuerſia* 10. de incomprehenſibilitate Dei, *à numer. marg.* 33. *vſque ad* 39.

Obiectio pro placito Vazquez.

32 Sed oppones; quòd licet ſit poſsibilis ſupernaturalis notitia viſionis, quę æquè primò Deum & creaturas apprehendat; vt aſſeuerauit Vazquez *loco citato*. At inibi non pronuntiauit, eſſe poſsibilem viſionem, quæ Deum, & vniuerſas creaturas poſsibiles intueatur; igitur inconſultè producitur à poſsibilitate viſionis æquè primò ſpectantis Deū & aliquas creaturas poſsibiles, nō implicatio viſionis attingentis cunctā creaturarum poſsibilium collectionem in verbo.

Oſtenditur quòd ſit poſsibilis viſio æque primo Deū & creaturas inſpiciēs ac ſi eſſet viſio Vazquez.

Reſpondetur; ex prædicta doctrina Vazquez, quæ communis eſſe debet in ſchola D. Thomæ, ſuppoſito quòd aſſeuerat ſuperiorem Angelū per eamdem ſpeciem plura obiecta non connexa apprehendere; concinnè erui noſtri aſſerti confirmationē. Quia, ſi ad claram notitiam omniū poſsibilium extra verbum non expoſcitur lumen intenſiuè infinitū ſed tantùm ſuperioris ordinis, vt perſpicuum eſſe debet; (ſicut nec ad quidditatiuam Dei viſionem exigitur etiam infinita luminis accretio) igitur non implicat in eodem intellectu ſimultaneus conuentus duarum formarum ſupernaturalium, quarum vna ſit tantùm clara apprehenſio Dei, altera verò imago exprimens vniuerſa poſsibilia.

Vrgetur acies argumentationis.

Quidni ergo de abſoluta Dei potentia aſtruatur poſsibilis vnica forma notitiæ ſupernaturalis, in quam per identitatem realem conueniant prædicata, ſiue rationes illarum duarum apprehenſionum ſupernaturalium. Nec enim aſsignari poterit probabilis implicatio, præmiſsis oppoſitæ ſcholæ principijs, cur contradictionem inuoluat vnica viſio æquè primò Deum, & creaturas, ſpectans? Qua poſsibilitate aſſerta, nec elucet ratio, ob quam implicet viſio attingens vniuerſam poſsibilium congeriem in verbo.

Occurſus ex Soario quòd implicet viſio æquè primò ſpectans Deū & creaturas.

At obijcies Soarium, *prima parte, libr. ſecundo de Attributis negatiuis, capit.* 25. *numer. marginal.* 50. inficiantem huiuſmodi viſionis poſsibilitatem, quæ æquè primò Deum, & creaturas inſpiciat; eò quòd Deus colligi nequeat ad vnam rationem eminentiſsimæ intelligibilitatis, cùm creatura; ac proinde nec æquè primò cum creatura obtutum viſionis terminare.

Excutitur & eliditur ad hominem

Sed id non videtur excogitatum ad mentem Sancti Thomæ, qui in ſpeciebus Angelicis eam imaginis vniuerſalitatem agnoſcit, vt plura obiecta non connexa complecti queat, quæ non cohærent ſecundùm aliquam contractam intelligibilitatis rationem. Si verò conuenientia in abſtracta ratione intelligibilitatis exigatur; etiam Deus, & creatura, apud Soarium colliguntur ad vnam rationem intelligibilis, apud quem etiam coeunt in vnū prædicatum entis præciſi.

3. ratio ex Arrubal.

33 Tertiò argumētatur Arrubal; quia quælibet apprehenſio creata ſpeciem, perfectionemque determinatā haurit ab obiecto; atqui ab interminatiſsima

pe-

poſsibilium collectione nequit alicui notitiæ creatæ determinata ſpecies ac ratio imaginis accedere; igitur nec vnica apprehenſio creata valebit vniuerſam poſsibilium congeriem exprimere.

Cæcalitur ratio præcedens.

Quæ ratio etiam minus præſtat; licet enim probet, implicare notitiam quæ plura obiecta æquè primò exprimat, & non quatenus præhabentur intra vnitatem, & virtualitatem alicuius cauſæ, quæ talia obiecta præcontineat in eſſe rei, & in eſſe cognoſcibilis vt ex Scoto obſeruauimus, *ſub numer.* 15. At non oſtendit implicare, quòd infinita obiecta apprehendantur in cauſæ primæ eminentia; tunc enim ſpecies & perfectio talis actus apprehenſiui, non ab interminata illa obiectorum congerie trahenda eſſet, ſed à ſolius primarij obiecti intuitione, in cuius virtualitate ſecundaria obiecta inſpicerentur.

Inſtatur cui denegatur à Arriub.

Quod & aperitur in viſione beatifica Chriſti Domini apprehendente cuncta ea obiecta, quæ Deus callet ſcientia viſionis: vt conſtituit communis Theologorum conſenſio; quæ obiecta interminatiſsima ſunt, & infinita ſaltim ſyncategorematicè; quis enim vltimam Angeli, & hominis cogitationem per totam æternitatem aſſignet? Et tamen viſio Chriſti cuncta ea obiecta exprimit in verbo, quatenùs primò, & per ſe aſtruitur imago Deitatis, & ſecundariò obiectorum, quæ relucent in Deitatis eminentia. Igitur nec inuoluit contradictionem apprehenſio omnium poſsibilium in verbo capiens ſpeciem à Deitate, quam primariò ſpectat; non verò ab obiectis creatis, quæ ſecundariò concipiuntur.

4 ratio implicationis viſionis omnium poſsibilium in Deo.

34 Quarta ratio implicationis eſt; quia ſi eſſet poſsibilis viſio, quæ intra ſuæ repræſentationis ambitum cunctas creaturas poſsibiles complecteretur; etiam ſe ipſam quidditatiuè exprimeret vt imago ſui ipſius. Quòd videtur impoſsibile; cùm imago ſpecificetur ab obiecto, & adeat rationem poſterioris, & ſpecificati ab illo; quæ habitudo intercedere nô poſſe videtur inter eundē actum, & ſe ipſum.

Obtunditur.

Sed hæc etiam oppoſitio non premit; quia viſio non eſſet primaria imago ſui ipſius, ſed ſecundaria; ſicut nec cæteras creaturas repræſentat tanquã primarium, ſed tanquam ſecundarium obiectum. Quòd autem viſio ob præſtãtiam ſuæ cauſalitatis, ſit etiam de facto apprehenſio quaſi reflexa ſui ipſius; oſtendit Soarius, 1. *part. libr. 2. de Attributis negatiuis, c. 18. n. mar. 9.* citãs Sanct. Bonauentur. cui etiam ſubſcribit Machinus, 1. *part. diſp. 17. ſect. 1.* & manifeſtum videtur, beatum ea ratione Deum intueri, vt ſe Deum inſpicere videat; quod eſt ſaltim ſecũdariò ſupra ſuum actum reflectere.

erius.

S. Bonauen. Machinus

Vera ſententia, quòd non videãtur de facto omnes creaturæ poſsibiles; & quòd ſit probabile, quòd Chriſtus vniuerſa poſsibilia videat.

Aſſeritur poſsibilis viſio omniũ creaturarũ poſſibilium in Deo.

35 HIS Igitur extremis ſentẽtijs exploſis; media nobis ſeligẽda eſt, quæ conſtituit; de abſoluta Dei potẽtia eſſe poſsibilem intuitionem cunctorũ poſsibilium in verbo; cùm nulla vrgeat implicatio, vt cõſtat ex dictis. De facto tamen à nulla creatura exhauriri vniuerſam poſsibilium congeriem; quia inutilis eſſet talis reſeratio poſsibilitatis creaturarum, quæ alicui puræ creaturæ fieret. Cui pronuntiato ſuffragatur ex neotericis Herice, *tract 4. diſp. 51. cap. 4. num. marg. 21.*

Qui in Chriſto probabiliter ſuſtinetur de facto

Baſolus Herice

Si autem quis cum iſto authore aſſeueret, animam Chriſti Domini donatam eſſe viſione cũctorum poſsibiliũ in verbo; nil effutiret principijs veræ Theologiæ abſonũ; quod aſſertum piè ac cõſtãter tutatur Baſolius, *in 3. diſt. 14. q. 2. §. Sed iſtis opinionibus non obſtantibus.* cuius verba infra trãſcribẽda ſunt in ſolutione vltim. argum. *ſub n. 51.*

Baſolius.

36 Quare merito reſpuẽda eſt cẽſura Cabreræ, 1. *p. q. 10. ar. 2. diſp. 3. concl. 2.* inurẽtis notã erroris noſtræ ſentẽtię, eò quòd in directorio Inquiſitorũ, 2. *p. q. 11.* aſſeratur: *Erroneũ eſſe dicere, quod anima Chriſti cõprehẽdat diuinã eſſentiã vel cognoſcat omnia, quæ latẽt in eius potẽtia.* Sed deceptus eſt Cabrera, eòquod

Confutatur Cabrera cẽſura.

non calluerit causam damnationis Arnaldi Villanouani Medici Tarraconensis; quæ talis est, vt ex ipso directorio constat. *Secundus error; quòd quàm cito anima Christi fuit vnita diuinitati, statim ipsa anima sciuit omnia quæ Deus scit: quia aliàs, vt dicebat non fuisset cum ea vna persona: præcipuè quia scire est circumstantia ad suppositum individuale, & non ad naturam.* Damnatur ergo tanquam error, assertum contendens; necessariam esse plenitudinem scientiæ æqualem illimitatæ comprehensioni diuinæ, vt natura humana habile coextremum assumptionis existeret. Quasi non potuisset Deus assumere humanitatem ad vnitatẽ suppositi, nõ communicata animæ Christi omnimoda, & comprehensiua scientia verbi; id enim exprimunt illa verba. *Quia alias, vt dicebat, non fuisset cum ea,* (humanitatem intellige) *vna persona.* Sed prædicta definitio prorsus abstinuit ab apicibus scholasticæ disputationis de possibilitate visionis omnium creaturarum possibilium in verbo de absoluta Dei potentia.

Error Arnaldi Villanouani

A quo principio hauriendа sit visio harum creaturarum præ alijs? Ad alteram partem primæ rationis in oppositum diluendam; contra Soarium.

37 ALTERA Pars primæ oppositionis, quam ex doctrina Aureoli eruimus, necessariò sibi vendicat inuestigationem præsentis quæsiti; à quonam principio trahenda sit visio harum creaturarum præ alijs? Cùm omnes æqualiter emineant intra virtualitatem Dei.

Opinio Soarij, quod à lumine gloriæ trahatur visio talium creaturarum præ aliis

In qua re Franciscus Soarius, 1. p. libr 2. de Attributis negatiuis, cap. 26. §. Aliter dici potest, numer. margin. 21. docet, à conditione numerica visionis peti formaliter, seu in genere causæ formalis, expressionem istarum creaturarum præ alijs; in genere verò causæ efficientis ab habitu luminis, qui ob indiuidualem rationem inclinat ad inspectionem talium creaturarum, & non aliarum.

Et probatur; quia essentia diuina in ratione speciei impressæ accommodat se actiuitati luminis; sed non fœcundat mentem creatam lumine supernaturali perfusam ad intuitionẽ vniuersæ collectionis creaturarum in quolibet beato, vt perspicuum est; igitur nec intellectus, vt compositus lumini, refert virtutem proximam ex parte potentiæ ad inspectionem cuiuscunque collectionis creaturarum in Deo, sed determinatæ seriei obiectorum.

Fundamẽtũ Soarij.

Aliàs enim obiectum beatificum præternaturali ratione fœcundaret intellectum concretum habitui supernaturali si non exhiberet concursum iuxta exigentiam alterius comprincipij supernaturalis tenentis se ex parte potentiæ. Non conferret autem debitum cõcursum; si dum lumen immissum valet ad cuiuslibet creaturæ apprehensionẽ, illi nõ suppeditetur influxus, nisi ad eliciendam visionem repræsentatiuã talis portionis creaturarum.

Si lumẽ gloriæ esset potẽs ad eliciẽdã visionem cuiuslibet creaturæ nõ acciperet cõcursum naturalẽ cõcursum ab obiecto beatifico.

38 Verùm multo probabilior est sententia autumans; quamlibet formam luminis ex se præstare ad eliciendam visionem cuiuslibet creaturæ in verbo; vniuersalitatemque habitus luminis contrahi à motione intentionali obiecti beantis, quod pro nutu cooperatur ad exprimendam visionem talium creaturarum præ alijs, pro sorte, & exigentia status beati. Sic Petrus Arrubal, 1. *par. disp.* 26. *capit.* 2. *num. margin.* 4. Machinus, 1. *part. disp.* 19. *sect.* 5. *concluſ.* 1. Herice, 1. *p. tract.* 4. *disp.* 51. *cap.* 5. §. *Dico secundo, numer. margin.* 34. Petrus Hurtadus, *tomo de Incarnatione, disp.* 54. de scientia beata animæ Christi, *sect.* 3. *subsect.* 3.

Opposita sententia probabilior.

Petr. Arrubal. Machinus Herice Petr. Hurtadus

Quod assertum nobis videtur insillare Scotus in 1. *dist.* 1. *q.* 2. *nu. marg.* 9 Vbi inquit. *Quantũ ad tertiũ articulũ de potẽtia creatura, dico: quòd intellectus non potest de potentia sua naturali videre essentiam, non videndo personas. Quia cum intellectus de se sit potentia naturalis, & non libera; agente obiecto intellectus agit quantum potest; ergo si obiectum ex parte sui,*

Probatur ex Scoto.

Scotus

,, ,, ,, ,, ,,

agit

Scotus

agit, manifeſtando tres perſonas intellectus, non eſt in poteſtate intellectus; vt videat aliquid oſtenſum, & aliquid non videat.

Elucidatio textus Scoti

Vbi vt oſtendat, non poſſe dari de facto viſionem eſſentiæ abſque relationibus, (cùm tamen eſſentiam á relationibus ex natura rei ſecerni autumet;) non ſpectat inclinationem habitus luminis in eſſentiam, & hypoſtaſes; eò quòd opinetur, habitum iſtum ex parte potentiæ ſe tenentem, conditionè potentiæ ſapere; ac proinde, & potentialè indeterminationè nãciſci reſpectu cuiuslibet obiecti viſionis.

Ab obiecto trahitur ex preſsio taliũ obiectorum præ aliis in viſione

Quò fit, vt ab habitu trahenda non ſit inſpectio horum obiectorum præ alijs; ſed á cauſalitate ſiue motione intentionali obiecti beantis, quam Scotus manifeſtationem appellat; eò quòd obiectum beatificum tanquam voluntarium ſpeculum poſſit pro nutu manifeſtare eſſentiam non oſtenſis relationibus. Quare, ideò de facto non valet intellectus compoſitus lumini elicere viſionem non terminatam ad hypoſtaſes; quia obiectum mouet ad intuitionem relationum in eſſentia. Habemus igitur, de mẽte Scoti viſionem huius obiecti ſecũdarij præ alio deferẽdam eſſe, nõ in habitum lumi nis; ſed in motionem intentionalẽ, obiecti beatifici.

Perſpicua ex Scoto confirmatio quòd à lumine nõ petatur cõtractio repræſentatio nis taliũ creaturarũ.

39 At apertius teſtimonium accipio ab Scoto, in *quæſtion. 3. prologi, §. Sed dubium eſt, numer. margin. 24.* vbi de lumine gloriæ, quod appellat habitum Theologiæ beatorum, aſſeuerat; ex ſe præſtare ad viſionem omnium creaturarum in Deo; contrahi tamen illius vniuerſalitatem effectiuam à voluntaria motione obiecti beatifici; ſic igitur habet.

Talis determinatio eſt ab obiecto.

Hic diſtinguendum eſt de Theologia in ſe, & vt eſt habitus perficiens intellectũ creatũ beatũ, primo modo eſt de omnibus ſcibilibus, quia omnia alia nata ſunt ſciri virtute primi obiecti Theologici; de facto autẽ nõ habet limitationem, niſi ex voluntate Dei oſtendentis aliquid in eſſentia ſua; & ideò actualiter Theologia eorum eſt de tot, quot voluntariè Deus oſtendit eis in eſſentia ſua.

Scotus

De quo vide infra, *in controuer. 11. de Scientia Dei, diſtinct. 1. art. 2. ſub numer. 15.* vbi litera citata ad plenum elucidatur. Quam Scoti phraſim vocãdi lumen gloriæ habitum Theologiæ beatorum, qui oſtendat creaturas in eſſentia Dei, etiam familiaris exiſtit Baſolio auditori Scoti; vt obſeruatum præmittimus, *ſub num. marg. 27. huius articuli.*

Suadetur ratione acceptata ab indeterminatione & potẽtialitate habitus luminis.

Probatur ergo noſtra ſententia; quilibet habitus, ſiue apprehenſiuus, ſiue appetitiuus, ſpectat tanquam materialia obiecta omnia ea, quæ ſubſternuntur rationi formali terminationis, ſeu tendentiæ talis habitus in ſuum obiectum; vt liquet in habitu fidei, (cui ſuccedit habitus luminis) qui tendit in vniuerſa entia, quæ ſubijciuntur infallibili veracitati atteſtationis diuinæ, ita vt à numerica ratione talis habitus peti nequeat, quòd inclinet in aſſenſum horum obiectorum præ alijs. Atqui, obiectum formale habitus luminis eſt clara, & quidditatiua viſibilitas Dei; igitur reſpicit tanquam obiecta materialia omnia entia, quæ attingi queunt ex clara penetratione Deitatis. At huiuſmodi eſt collectio omnium creaturarum, quæ præhabentur intra eminentiam Dei, vt quidditatiuè viſibilis; igitur quilibet habitus luminis, in quacunque ratione indiuiduali, & in qualibet accretione intenſiua, vel remiſsione, refert ſupernaturalem vim ex parte potentiæ ad eliciendam repræſentationem cuiuslibet creaturæ in Deo, ſi ex parte obiecti beantis accedat manifeſtatio, ſeu motio intentionalis ad expreſsionem talis, vel talis creaturæ, quæ apprehendatur in Deo, ſiue ex clara, & quidditatiua penetratione Deitatis.

Obiectio contra præmiſſa,

Sed obijcies; quòd quamuis de facto lumen gloriæ eſſet potens ad eliciẽdam viſionem reſpectu cuiuslibet creaturæ; at non apparet implicatorium; quòd Deus efficiat alias luminis formas, quæ effectiuè præſtent ad expreſsionem harum, & nõ illarum creaturarum.

Diluitur; implicat lumẽ gloriæ, quòd nõ præſtet ad eliciendã viſionẽ cuiuslibet creaturæ in Deo

Reſpondẽtur: quòd ſuppoſito quòd lumẽ ſit potẽs ad eliciendam intuitionẽ quidditatiuã Deitatis, & magnitudinis ſuæ quaſi intenſiuè infinitæ, ob quam præhabet omne creabile, (eſtò quòd eſſet poſsibile infinitum ſecundum perfectionem intenſiuam) apparet implicatoriũ, quòd ſit poſsibile lumẽ nõ potens ad expreſsionem cuiuslibet

creaturæ creabilis,quæ introſpiciatur in Deo, & ex motione intentionali, non ipſius creaturæ, ſed Dei. Quòd euidenter referant verba illa Scoti tranſcripta,*ſub numer.* 39. vbi docet, Theologiam beatorum ſiue habitū luminis gloriæ, (nec enim alius habitus ab habitu luminis gloriæ eſſe poteſt,qui apud Scotum oſtendit creaturas in eſſentia Dei, non formaliter, ſed cauſaliter,) eſſe de omnibus ſcibilibus ex motione Deitatis;itavt ſolùm contrahatur virtus illius habitus circa obiecta creata à motione obiecti beatifici.

Id enim demonſtrant illa verba: *Eſt de omnibus ſcibilibus, quia omnia alia nata ſunt ſciri virtute primi obiecti Theologici.* & ſubijcit. *De facto non habet limitationem niſi ex voluntate Dei oſtendentis aliquid in eſſentia.*Sed de hoc vide infra *in hoc ar.ſub num.*44.

Scotus

40 Deinde; quia intuitio huius decreti præ alio non accipitur ab indiuiduatione luminis ; cùm eadem vis apprehenſiua,quæ valet ad quidditatiuam cognitionem cuiuslibet ſuppoſiti intellectualis , etiam conferre queat ad concipienda propoſita interna illius , ſi ex parte talis ſuppoſiti accedat loquutio , ſiue inſinuatio liberæ , & occultæ determinationis . Sed intentionalis motio obiecti beatifici ſe gerit ad inſtar loquutionis aperientis arcana diuinæ ſcientiæ,& voluntatis ; igitur quælibet portio luminis , etſi modiciſsima,quæ confert ad clarā & quidditatiuam intuitionem Dei , etiam præſtat ad patefacienda propoſita,& conſilia Deitatis. Atqui eadem ratio militat de inſpectione horum decretorum præ alijs in Deo,ac de viſione creaturarum;igitur ſi ab indiuiduatione luminis nō trahitur reſeratio talium,&non talium decretorum,ſed à libera motione obiecti beatifici ; ſic etiam de creaturis adſtruendum eſt.

Vrgetur ex viſionebꝰ decretorum præ aliis petita ab intētionali motione obiecti beatifici

41 Ad rationem in oppoſitum dicimus ; quòd tunc non fœcundaretur intellectus lumine gloriæ perfuſus iuxta exigentiam actiuitatis ſupernaturalis ex parte potentiæ;ſi illi non ſuppeditaretur concurſus obiecti ad parien tam notitiā circa primarium. & ſpecificatiuum obiectum viſionis, non tamen circa materialia , & ſecundaria.

Diluitur oppoſitio Soarꝛ.

Sicut & habitus fidei ſibi vendicat vniuerſalem facultatem ſupernaturalem ad eliciendum iudicium , & aſſenſum circa omnia obiecta, ſiue omnia complexa,quæ accedente propoſitione Eccleſiæ attinere queunt ad canones fidei , & tamen de facto non extenditur ille habitus ad exerendam cauſalitatē aſſenſus ſupernaturalis circa omnia ea obiecta ; eò quòd nondum prodierit definitio Eccleſiæ de omnibus.

Optima inſtitia contra Soarij exbitu fidei

Nec tamen ideò aſſeritur habitus fidei orbatus debito concurſu iuxta exigentiam ſuæ efficientiæ ſupernaturalis; eò quòd articuli, & canones fidei ſint obiecta materialia , quæ ſpectantur ab habitu tanquam ſubſtrata in fallibilis veracitatis,& atteſtationis diuinæ,quæ ratio formalis aſſentiendi in vno tantùm complexo ſeu articulo ſuperſtes,(ſi alia complexa reuelata non eſſent)ſpecificaret& terminaret habitū fidei;quod ſuppari prorſus ratione de habitu luminis circa creaturas in verbo eminentes pronuntiamus.

Argum.Soarii premit Valentinum de Herice

Quod argumētum re vera premit Valentinum de Herice explodentem diuiſionem obiecti primarij , & ſecundarij viſionis;ſi enim creaturę ita ad obiectū ſpecificatiuum viſionis attineant , vt aſſerat eſſentialem diſcretionem viſionis beatificæ,ob diuerſitatem creaturarum;quæ ratione fieri poteſt, vt creaturæ etiam non attineant ad obiectum ſpecificatiuum habitus luminis, ſi ſpectent ad obiectum ſpecificatiuum viſionis.

Si creatura ſpecificaret viſionē non tribueretur lumini concurſus debitus, ſi nō fit ad omnem creaturam.

Igitur non fœcundaretur connaturaliter intellectus compoſitus lumini,nec iuxta ſpecificantem exigentiam talis habitus; ſi non præſtetur illi concurſus ad exprimendam viſionem creaturarū; quæ ſunt obiecta ſpecificatiua viſionis, apud Herice.Vt patet ex hac *cōtrouer. diſt.3.ſubdiſt.1.ar.2.n.marg.*20.

Aut ergo ab habitu luminis petēda eſt cōtractio ad expreſsionē harū creaturarū præ alijs;quatenꝰ lumē nō inclinet ad expreſsionē aliarū creaturarū;aut lumini nō præſtatur cōcurſus debitus iuxta exigētiā illius circa obiectū ſpecificās; ſi à ratione ſūa inclinet lumē in viſionē quarumlibet creaturarū tanquā ſpecificātium viſionem,& non conferatur illi concurſus ad exprimendam viſionem alicuius creaturæ , in quam intendit tanquam in obiectum, a quo trahit ſpe-

ciem

ciem. Quod autem inconsultè pronunciauerit idem Herice; esse indignum viro docto diuisionem primarij, & secundarij obiecti respectu scientiæ Dei; ostendimus infra, *in Controuer. 11. de Scientia Dei, distinct. 1. art. 2. numer. margin. 12.*

Esse poſsibilem claram viſionem Deitatis abſque vllius creaturæ inſpectione in verbo; pro dilutione ſecundæ rationis oppoſitæ; vbi confutantur Arrubal, Lorca, & Soarez.

42 SEcunda ratio in oppoſitum vrget, an ſit poſsibilis viſio clara, & quidditatiua Dei, eius tamen modicitatis, ſeu remiſsionis, vt vi eius aliqua creatura non exprimi queat? Franciſcus Soarez, 1. *part. lib. 2. de Attributis negatiuis, capit. 26. §. Dico quartò probabile eſſe.* Opinatur tanquam probabile neceſsariam eſſe apprehenſionem poſsibilis, ſeu creabilis vt ſic, ad claram intuitionem Deitatis; idem ſuſtinet Arrubal, 1. *par. diſp. 26. cap. 6. nu. marg. 23.* & probatur.

Placitum autem nihil poſſe videri Deū quia videatur poſsibile in communi

Soarius

Arrubal.

Probatur ex connexione potentiæ diuinæ eſſ poſsibili ſaltim in cō mūni.

Quia implicat clara, & quidditatiua apprehenſio Deitatis, non viſo attributo potentiæ eius; cùm ſit prædicatum intrinſecum Deo importans proprium rationem obiectiuam intrinſecam, vt perſpicuum eſt. Sed etiam contradicit quidditatiua intuitio talis potentiæ, ſeu facultatis diuinæ exequentis, non apprehenſo obiecto ſaltim ſecundùm communiſsimam rationem entis creabilis vt ſic; quia quamuis talis potestas diuina reſpectu obiecti creabilis ea non ſit, quæ ſpeciem hauriat ab ente participato, tamen vi ſuæ rationis obiectiuæ, per quam à cæteris attributalibus affectionibus ſecernitur, præfert quòd ſit alicuius obiecti potentia: ita vt ablato, ex hypotheſi, obiecto poſsibili, tolleretur prædicatum id, quod de facto apprehendimus adinſtar inclinationis elicitiuæ in obiectū, quod extrahit de non eſſe ad eſſe; igitur implicatoria eſt quidditatiua apprehenſio talis inclinationis, ſeu virtutis, ad extrahendū ens ex nihilo, nō cōcepto obiecto ſaltim ſecūdùm communiſsimam rationē creabilis vt ſic.

43 Cæterùm vt ad hæc redire neceſsum non ſit, prædictam oppoſitionē vt falſo fundamento ſubnixam expugnauimus, *in præſenti ſubdiſtinct. 2 art. 1. à numer. 4. vſque ad 9.* vbi oſtendimus; potentiam Dei, ſicut & quamlibet aliam facultatem operatiuam, non ſpectare obiectum ſub ratione præciſa, ſicut nec illud attingere, niſi ſub cōtracta, & indiuidua ratione, ſub qua obiectū terminat phyſicum & realem influxum talis virtutis.

Confutatur Soarij opinatio

Nulla facultas operatiua quidditatiuè & intuitiuè apprehendit obiectum ſub effectu in communi

Quare licet, ob confuſam conceptionem noſtram, operatiuis facultatibus quandoque abſtractas vniuerſales ve terminandi rationes adſcribamus; attamen clara & quidditatiua intuitio virtutis elicitiuæ, terminum illi contractum, & indiuiduum addicit: igitur viſio clara facultatis diuinæ exequētis non reſpicit vt obiectum communem aliquam rationem entis poſsibilis ſed tale, aut tale indiuiduum, quod non inuoluit contradictionem, vt extrahatur à nihilo.

44 Expoſa igitur neceſsaria apprehenſione creaturæ ſecundùm abſtractā rationem entis poſsibilis vt ſic ad claram Dei viſionem; licet communis ſententia aſſeueret, non eſſ neceſsariā apprehenſionem alicuius creaturæ in particulāri, vt Deus quidditatiuè intuiatur; in reddenda tamen ratione valde diſsident.

Modus dicendi Lorcæ & Soarez

Petrus de Lorca, 1. 2. *diſp. 25. memb. 4 §. Supereſt tandem dubiū.* autumat; de abſoluta Dei potentia eſſe poſsibilē viſionē, quæ Deum quidditatiuè intuea tur abſque vllius creaturæ inſpectione eòquòd dari queat ita exiguu ac remiſſum lumē, vt eliciat viſionē quidditatiuā Deitatis ſine vllius creaturæ apprehenſione. Huic placito etiā ſuffragatur Soarius, quatenus, 1 *p. lib. 2 de Attributis negatiuis, cap. 28 ſub num. 20.* aſſeuerat quod ſi beatus eius meriti non ſit, vt ei præſtantior viſio reſpondeat, nō videbit creaturas ad illius ſtatū pertinētes

per formam visionis; sed per gloriã accidentalem, ceu per nouas reuelationes.

Elditur; quia nõ est possibile lumẽ gloriæ quod nõ sit potẽs alterã videndã visionẽ alterius libet creaturæ

Sed prædicta ratio falsum assumit; nimirum, esse posibilem habitum luminis gloriæ, qui non referat sufficientiam formalem ad eliciendam visionẽ repræsentatiuam, non solùm alicuius creaturæ; sed etiam, & supremæ possibilis. Quia, si apprehenderetur quidditatiuè aliqua causa creabilis, quæ esset infinitæ virtualitatis intensiuæ, verbi gratia, calor secundùm intensionem illimitatus; notitia ea, quæ clarè conciperet vim, seu virtualitatem intensiuè illimitatam, nequiret non nanciſci sufficientiã formalem ad exprimendum aliquod productum infinitũ in eminẽtia illa infinita secundùm intensionem.

Firmatur ratio præcedens.

Sed est impossibile lumen gloriæ, quod sibi non acquirat connaturalem virtutem ad efficiendam claram intuitionem Deitatis, ac proinde & potentiæ, seu facultatis exequentis illimitatæ secundùm essentiam: igitur est implicatorium lumen, quod exprimere nequeat apprehensionem alicuius creaturæ in tali eminentia infinita secundùm essentiam. Eo quòd virtus Dei quidditatiuè apprehensa, vt illimitata secundum essentiam, non præstare non valeat ad quodcunque productum, etiam actualissimum, & supremum in tota classi possibilium; igitur falsò asseritur, à modicitate, & exiguitate luminis peti posse visionis Dei possibilitatem absque alicuius creaturæ inspectione.

Probatur ex Scoto.

Quod esse de mente Scoti constat euidenter ex textu transcripto, *sub numer. margin. 39.* vbi expressè docet quod habitus Theologiæ beatorum, scilicet habitus luminis gloriæ, est de omnibus scibilibus creatis; omnia enim sciri queunt per scientiam beatam itaut contractio ad expressionem harum creaturarum præ alijs solùm trahatur à motione obiecti beantis. Dum autem pronuntiat Scotus, lumen gloriæ esse Theologiam de omni scibili creato; nullũ scibile creatum excludit nec supremũ in tota classi possibilium pende verbi Scoti ibi transcripta.

Alia ratio sentiendi ex Soario

45 Nec magis dissertationem dirimit Soarez, *libr. 2 de Attributis negatiuis, capit. 26. numer. margin. 13. §. Dico tertiò.* immo, & petitionem principij committere videtur, dum astruit; quòd sicut omnes creaturæ non necessariò videntur per actum beatificum; sic & aliqua creatura determinatè non ostendi potest; igitur, & quælibet sigillatim, & determinatè sumpta; ac proinde, & vniuersæ creaturæ collectiuè acceptæ (cùm sit eadem prorsus ratio de omnibus) obtutũ visionis subterfugere valebunt.

Hæc ratio videtur petere principium

Hæc enim ratio petit principium; dum præmittit vt constitutum id, quod illi ostendendum erat; nimirum omnes creaturas non necessariò inspici ex vi visionis; quod tanquã absurdum obijcitur a contrariæ sententiæ assertoribus; qui ex hoc quòd creaturæ videantur in verbo, (cùm omnes intra virtualitatem Dei æqualiter emineant,) ab absurdo inferũt, vniuersas creaturas in Deo inspici; subsumit ergo Soarez id, quod illi ostendendum erat, nimirum non omnes creaturas necessario inspici à beato.

Nota ex Aureolo contra Soarium

Ita enim aduersarios perstringit Aureolus à nobis transcriptus, *sub numer. 1. Necesse est, si illa visione, qua videtur diuina essentia, videtur creatura, quòd omnes creaturæ videantur.*

Optima ratio cur videri queat Deitas absque vlla creatura

46 Quare optima ratio, cur essentia Dei videri queat quidditatiuè absque vllius creaturæ apprehensione, ea est, quam tradidimus in præsenti *subdistinction. 2. art. 1. numer. marginal 5.* quòd omnipotentia, & facultas exequens diuina, non est necessarium obiectum visionis secundùm habitudinem, & connotationem quam exprimit ad obiecta creata; sed secundùm absolutam sufficientiam, quæ infuisset Deo, licet forent impossibilia cuncta ea, quæ de facto possibilia astruuntur. Quo fit, vt videri queat quidditatiuè virtus illa absoluta Dei, non apprehensa connotatione alicuius obiecti creati; cum dictio generatiua verbi, quæ comprehendit essentiam Dei, ac proinde, & potentiam illius, spectet talem sufficientiam essentialem absque cõnotatione alicuius creaturæ possibilis; eõquod verbum diuinũ ex nullius possibilis cognitione vel dictione procedat.

Arg. à notitia cõprehensiua ad obiectum prehensiuum

Igitur, si dictio comprehensiua omnipotentiæ nullam creaturam possibilem respicit, ob rationem quam loco citato expendimus; quidni etiam visio

be a-

beatifica, quæ Deum non comprehēdit ſed apprehendit, ab omni creatura abſolui queat?

Inſtatur ex abſimilitudine inter continentiā cauſæ increatæ & creatæ.

47 Deinde; quòd, ideò nequit videri quidditatiuè cauſa creata, quin in illius eminentia inſpiciatur aliquod productum; quia cauſa creata eſt neceſſarium principium apprehenſionis effectuum in eminentia talis cauſæ neceſſariò connexa cū poſsibilitate effectuum. Sed obiectum beatificum, quod fœcundat intellectum ad productionem viſionis non ſolùm liberè illabitur menti creatæ quoad applicationem ſui vice ſpeciei impreſſæ fœcundantis intellectum in actu primo, ſed etiam in actu ſecundo quoad cauſalitatem elicitiuam viſionis; eò quòd eſſentia Dei non vniatur immediatè intellectui in ratione ſpeciei, ſed facultas appetitiua, & perinfluxum liberum ex parte obiecti non connexi, cùm poſsibilitate effectuū igitur obiectum poteſt liberè influere in viſionem Deitatis, quin vllā creaturam manifeſtet.

Hæc ratione ſtetidi ſuſtinuit Hēricus de liberatione præſcindente à creaturis.

Quam doctrinam ex antiquis Theologis perſpicuè tradidiſſe videtur Henricus Gandauenſis, *Quodlibeto 7. quæſt. 4.* Vbi quærit. *Vtrùm diuina eſſentia poſsit cognoſci ab intellectu creato beato abſque eo quòd cognoſcantur res creatæ in ea?* Vbi cum oppoſuiſſet. *Quod Deus eſt magis ſufficiens ratio cognoſcendi alia à ſe, quàm ſit ſubiectum cognoſcendi ſua accidentia. Sed ſubiectum perfectè cognoſci non poteſt niſi cognitis omnibus accidentibus eius ſecundùm Philoſophum; ergo, &c.*

Præmiſſæ obiectioni, vel ſic occurrit Henricus in fine quæſtionis; inquiens. *Ad ſecundum, quòd diuina eſſentia eſt ſufficiens ratio cognoſcendi alia; dicendum, quòd verum eſt, ſed non neceſſaria, imò voluntaria. Et cùm hoc ſi eſſet neceſſaria quantum eſt ex ſe perfectè cognoſcenti eam, quemadmodum cognoſcit ſe ipſam; ſicut perfecta cognitio ſubiecti eſt ratio cognoſcendi omnia illius accidentia. Non tamen oportet, quòd ſit neceſſaria cognoſcenti limitato, quòd poteſt ſiſtere in cognoſcendo id, quod eſt ſecundùm ſe; non tamen ſub ratione, qua eſt idea omnium aliorum, & ratio cognoſcendi.*

Viſio præſcindit apud Hēricū à præcontinentia creaturarū.

Vbi diſertè pronuntiat Henricus, ideò videri poſſe intuitiuè Deitatem, non oſtenſa, vel vnica creatura; quia Deitas reſpectu intellectus creati eſt voluntaria ratio ex parte obiecti mouens liberè ad oſtenſionem cuiuslibet entis participati. Quo fit, vt beatus intuens queat ſiſtere in abſoluto Deitatis, non inſpiciendo Deitatem inquantùm relatè ſe gerat ad creaturas vt ratio idealis exprimens creaturas in ſe ipſâ tanquam in obiecto viſo. Vnde etiam ſequitur, vt apud Henricum, Deitas, (quâ quidditatiuè, & clarè viſibilis ab intellectu creato,) præſcindat ab ideali præcontinentia creaturarum, & ab omni eſſe participabili, & poſsibili ſecundum rationem contractam, indiuiduam, & explicitam talis entis poſsibilis.

In quo diſſentiunt Hēricus Auct. & Soarius

Licet in hoc diſpliceat Henricus, & eius Commentator Vitalis Zuccolius *in hunc locum*, quatenus aſſeuerāt; non poſſe videri Deitatem ſine viſione indiſtincta, vel confuſa poſsibilitatis creaturæ, in quo etiam aſſeclam habet Soarium Henricus, contra quem ſatis ſuperque oſtendimus ſupra; quòd ſi interceſſet connexio Deitatis cum creaturis, talis connexio aſſerenda eſſet cū contracta, & indiuidua ratione poſsibilitatis, & non cum communi, & abſtracta.

Satisfactio ad cæteras oppoſitiones aduerſariorum contra viſionem creaturarum in Verbo.

Ad 3. argū. Vazquez.

48 AD Tertium argumentum Vazquez, *ex numer. 4.* patet ex dictis; *ſub num. marg. 22.*

Ad cōfirmationē refertur diſcrimē viſionis creaturæ in ſe ipſa, & in Deo

Ad confirmationem; quòd ſi illud pronuntiatum, *ſic ſe habet res ad eſſe, ſicut ad cognoſci*; intendat, virtualem incluſionem creaturarum in potentia Dei eſſe rationem ex parte obiecti, ob quam creaturæ apprehendantur intra virtualitatem principij, & ex penetratione cauſæ; verum habet. Attamen ſi

velit, quod creaturæ videri queant in Deo tantùm secundùm esse virtuale, quod habent intra eminentiam facultatis diuinæ exequentis; falsum prætexit obiectio. Illud enim esse obiectiuum creaturarum, quòd à visione trahitur, virtuale non est, sed formale, sicut & visio nõ est virtualis, sed formalis ex presio creaturarum.

Non est expressior visio creaturarũ in se ipsis quã in Deo

Quare inficiamur consequenter; haberi formalius, aut expressius illud esse obiectiuum creaturarum, quod trahitur à notitia attingente creaturas in se ipsis; quã illud esse obiectiuũ creaturarum, quod hauritur à visione creaturarum in Deo.

Ad 4. argu. omnipotẽtia est ratio scitiæ creaturarum in Deo

49 Ad quartã rationem in oppositũ *sub n.* 5. dicimus; Deum non esse formaliter principium creaturarum per intellectum, sed per voluntatem, quæ est facultas exequens eius; vt in controuersia de Omnipotentia elucidabitur. Quare, non eò formaliter Deus est potens ad extrahendas creaturas de non esse ad esse, quò eas intelligit; sed è contra, ideò illas apprehendit in se ipso, quia eas præhabet intra virtualitatem facultatis exequentis: quæ est ipsummet attributum voluntatis, quatenùs respicit posibile. Quò fit, vt vera sit ista causalis enuntiatio; *Deus ideò intelligit creaturas in se ipso, quia illas præcontinet intra efficacitatem suæ voluntatis, seu facultatis operatiuæ.*

NOTA

Obijcitur, quòd attributũ volũtatis esset prius quã attributum scientiæ

Si verò vrgeas; quòd cùm quælibet complexio causalis insinuet anterioritatem illius, quod se habet vt ratio alterius; si prædicta enuntiatio esset vera in sensu causali; *ideò Deus præscit creaturas, quia illas præhabet intra eminentiam appetitiuæ facultatis*; fieret vt attributum voluntatis anteiret attributum scientiæ Dei. Quod est contra communem sententiam, apud quam proximiùs cohæret Deo intellectio, quàm appetitio; ita vt multi astruant, intellectionem esse de quidditatiua cõstitutione Deitatis.

Infringitur obiectũ & tenetur quod liet volũtas anteeat comparationem scientiæ ad creaturas.

Respondetur; quòd licet scientia Dei anteeat attributum voluntatis, si scientia secundùm se, & absolutè spectetur; quam etiam prioritatem scientiæ deferimus per habitudinem ad primarium illius obiectum, quod est Deitas. Attamen non obstat, quòd sciẽtia sub aliqua comparatione, seu relatione ad secundarium obiectum, quod est ens creatum, subsequatur appetitum Dei; cùm in communi sententia, scientia visionis sit posterior volitione libera. Quod etiam astruimus de cognitione creaturarum posibilium in eminentia causæ, seu facultatis exequẽtis, quæ est ipsum attributũ voluntatis; præmittit enim scientia voluntatẽ, in quãtùm est ratio apprehensionis creaturarum in Deo.

Ad cõfirmationẽ; ablata omnipotẽtia auferretur scientia Dei circa creaturas formaliter & per locum intrinsecum.

Ad cõfirmationẽ; *ex n.* 5. quòd ablata omnipotentia auferretur per locum intrinsecum ratio cognoscendi creaturas in Deo, vt in causa; quod euidentius est quàm probatione indigeat; siquidem tolleretur medium causale cognitionis, nimirum connexio causalitatis, ob quam effectus præhabetur intra eminentiam principij.

An verò supereesse posit, in illa hypothesi, attributum scientiæ respectu creaturarum, nonprout important habitudinem effectuum (cùm hæc remoueatur ablata omnipotentia,) sed quatenus referunt determinatam rationem entis & veri, quæ exhauriri posset à diuino intellectu apprehendente talia obiecta nõ in Deo, sed in se ipsis? Constabit ex *controu.* 11. *de Scientia Dei, artic.* 2. Vbi ostendimus obstare Deo scientiam aliquam, quæ iuxta phrasim, & modum loquendi Scoti Theologica non sit; siue quæ spectet creaturas in se ipsis, & non in Deo; vel ex motione intentionali creaturæ, & non ex motione Deitatis. Adi locum citatum vbi hæc ferè versamus.

Implicat in Deo scientia nõ Theologica ex Scoto.

50 Ad vltimum argumentum ex authoritate Scoti; dicimus cum Francisco Lycheto accuratissimo interprete textuali Doctoris, prædictum modum dicendi tantùm probabiliter ab Scoto proponi, non tamen ab eo sustineri; cùm sit oppositus manifestis, & frequẽtissimis alijs testimonijs, quæ referant visionem creaturarum in verbo; vt liquet ex duobus, quæ in præsenti articulo exarauimus, & ex alio, quod illustratum præmittimus in præsenti *sub distinct. art.* 1. *num. margin.* 11. & 12. vbi ingenuè profitetur Scotus, eumdem esse actum visionis, qui attingit Deum, & creaturas in Deo.

Ad vltimũ arg. solutio ex Lychetũ.

Ita igitur habet Lychetus, *in* 3. *dist.* 14. *quæst.* 2. *prope finem*. vbi inquit. *Nota quòd in hac quæstione non videtur*

Lychetus

tur Doctor nec tertium, nec quartum modum firmiter aſſerere; quilibet tamen modus videtur ſatis probabilis, &c.

Obtinet argumẽtũ quod beatus actualiter inſpiciat creaturas in Deo & non habitualiter.

Quare concedimus, oppoſitionem ex illo textu productam euidenter obtinere, quòd ſi creaturæ non viderentur actualiter per actum beatificum apprehenſa actualiter Deitate; prædicata imaginis Dei, & creaturarum, in eamdem formam per coniunctionem identicam coire non poſſent; ſed realiter diſſiderent, tanquam duæ notitiæ entitatiuè diſsitæ. Nec aliquid præſtant pro oppoſito in caſſum deſudantes Faber, *in 3. ſentent. diſtinction. 14. quæſt. 2. diſp. 35. capit. 5. numer. margin.* 55. & Aretinus *eadem diſtinction. 14 quæſtion. 2. art. 4. §. Pro tertio explicandi modo.*

Diſſentiunt Phil. Faber.

Aretinus

Obſerua pro mente Scoti ex Baſolio

Quod autem tale pronũtiatum non ſit de mente Scoti; patet ex Baſolio, *in eadem diſtinct. 14. quæſtion. 2. §. Sed iſtis opinionibus non obſtantibus.* Cuius verba libenter tranſcribo; tum quia ſenſum Scoti elucident intendentis; Deum & creaturas poſsibiles vi eiuſdẽ viſionis, non habitualiter, ſed actualiter exprimi. Tum, quia illam mihi ſatis probatam ſtabiliant ſententiã, quæ pronũtiat; Chriſtũ omnia poſsibilia in verbo videre. Sic igitur habet.

Chriſtus in tuetur omnes creaturas poſsibiles quas Deus inſpicit.

51 *Dico quantum ad iſtum articulum aliter primò; quòd ſuppoſito, quòd ſit idem actus beatificus videndi verbum, & ea quæ videntur in verbo (ſicut oportet dicere, quòd actus non numeratur ſecundùm numerationem obiecti ſecundarij, ſed obiecti primarij, & hic obiectum primarium eſt vnum, ſcilicet diuina eſſentia,) intellectus animæ Chriſti eodem actu videt verbum, & omnia, quæ naturaliter repræſentantur per verbum; vel per eſſentiam verbi antecedenter ad actum voluntatis; & iſta ſunt omnes quiddit ates ſimplicium terminorum, & negationes ipſorum, & omnes complexiones eorum neceſſarias, &c.*

Chriſtus videt omnia poſsibilia actualiter & nõ habitualiter vel ſolũ in potentia

Et deinde *ſub tertia ratione*, ſubdit. *Anima Chriſti habet ſummam, & perfectiſsimam viſionem verbi poſsibilem eſſe in creatura, ſicut dictum eſt in quæſtione præcedenti; ſed perfectiſsimæ viſioni verbi repugnare non videtur, quòd eadem videantur actualiter, & non in potentia, quæcunque naturali neceſsitate repræſentantur in verbo; ſi ſit idem actus beatificus videndi verbũ & illud, quod repræſentatur in ipſo, ſicut reputo neceſsarium.*

Ratio aſſerti

Quia primum obiectum neceſsarium ad talem actum videndi beatificè alia à verbo, eſt ipſe Deus, nec poteſt eſſe aliquid aliud; & eſt ſecundùm rationem diuinitatis repræſentantis naturaliter, & neceſsariò omnia prædicta.

Obiectio, quòd adoſſe nõ omnia poſsibilia requiratur attentio infinita.

52 Tandem obiectionem, quæ contra prædictam doctrinam proponitur in textu Scoti agentem; ideò non poſſe ſimul, & actualiter attingi cuncta obiecta vi beatifici actus in verbo; eòquòd exigatur infinita attentio, illimitatus ve conatus potentiæ ad infinita obiecta apprehendenda; ſic infringit Baſolius.

Diluitur euidenter à Baſolio

Nec ſecundum etiam impedit; quia nec infinitas diuina intenſiua, quæ eſt maior, repugnat vt poſsit intelligi ab intellectu finito, & per actum finitum; ergo nec multitudo obiectorum ſecundariorum infinita.

Eamdẽ opinionẽ de viſione omnium poſsibilium à beato recipit vt probabilem Henricus.

53 Eamdem opinionem, quòd quilibet beatus inſpiciat cunctas creaturas poſsibiles, (inquantum abſoluuntur ab omni mutatione obiectiua ad exiſtendum, quæ illis à decreto libero accedit,) & ſecundùm merum ac neceſsarium ſtatum ſuæ poſsibilitat is; ante Baſolium tanquam probabile tradiderat Henricus, *Quodlibeto 7. quæſt. 4.* ſubdens.

Dicendum ad hoc, quòd quamuis videatur aliquibus poſſe dici probabiliter, quòd videns diuinam eſſentiam videt omnes eſſentias rerum, quarum ipſa eſſentia diuina eſt naturalis, & perfecta ſimilitudo, & exemplar, non ſolum per quod aliud videtur, ſed & in quo aliud videtur; prout etiam viſo ſpeculo neceſsariò videntur, quæ in ſpeculo repræſentantur, præcipuè ſi forma ſpeculi vna, & eadem ſecundùm rem, ſit repræſentatiua ſui apud viſum, & omnium facierum. Quamuis enim ſpeculum huiuſmodi, (ſi eſſet voluntariè ſe repræſentans, & ſic potens ſe viſui manifeſtare, vel non manifeſtare,) cùm tamen ſic voluntariè ſe manifeſtaret per ſuam formam, non poſſet non manifeſtare alia, cùm per eamdem formam repræſentarentur, & ſic quicunque videret eſſentiã diuinã, videret ea omnia, quorũ ſic eſt ſimilitudo quaſi naturalis.

Liberatur à censura præcedens placitum.

Licet autem Henricus prædictam sententiam non sequatur; eam tamen probabilem æstimat; & certè nullatenus ei aliqua nota invri potest, quatenus cum Basolio sustinet, à quolibet beato inspici omnia possibilia quoad merum ac necessarium gradum possibilitatis, vel non repugnantiæ ad essendum; & negat omnia futura à quolibet beato inspici, vno Christo Domino excepto; de quo vide, *in ar. sequiti, sub n. marg. 21.*

ARTICVLVS V.

De comparatione visionis ad creaturas, prout involuunt actualem, vel futuram existentiam.

SVMMARIVM.

Prima opinio autumans, creaturas futuras non inspici in verbo, sed in se ipsis Num. 1.

Altera opinio; non simul, sed successiuè, per actum beatificum videri. Numer. 7.

Scoti textus pro medio ex parte obiecti ad scientiam in Verbo creaturarum connotantium existentiam. Numer. 9.

Aperitur doctrinæ inconsequentia in Molina, & Soario circa visionem creaturarum futurarum in verbo. Num. 15.

Vera sententia illustratur, & suadetur. Num. 17.

Nullus beatus (Christo Domino excepto,) intuetur in verbo omnes creaturas futuras. Num. 21.

Quidquid beatus videt in Verbo id inuariabiliter inspicit ab initio beatitudinis, nõ expectata volubilitate temporum, contra Lorcam, & Molinam. Num. 24.

Oppositas rationes elidimus. Numer. 26.

HÆC Est vltima perscrutatio obiecti actus beatifici; an scilicet creaturæ, prout involuunt existentiam, videantur in verbo? In qua re Ochamus; & Gabriel, *in 3. dist. 14.* asserũt; visionem creaturarum in verbo esse eiusdem essentiæ cũ visione creaturarũ in proprio genere. *Opinio Ockami & Gabrielis quod visiones creaturarũ in verbo & ingenere proprio sũt eiusdẽ qualitatis*

Ex quo planè deducitur; non dari intuitionem creaturarum in verbo propriè, & formaliter, sed tantùm causaliter. Quia si visio creaturarum, secundùm quod important actum existentialem, daretur in verbo, esset quidditatiuè distincta à visione eiusdem obiecti extra verbum; sicut visio beatifica essentialiter secernitur ab alijs reuelationibus extra verbum. Cui placito subscribit Durandus, qui *in 4. distinction. 49. quæstion. 2.* inficiatur, creaturas inspici in verbo secundùm existentiam, licet videantur secundùm essentiam. *Infertur, creaturam inspici per christũ beatificum.*

Id sustinet Durandus

Nec dissentire apparet Basolius, in *3. dist. 14. q. 2. §. ad hoc videtur esse mẽs Augustini.* Vbi loquens de visione beata animæ Christi respectu creaturarum existentium; subdit. *Etiã consentit Basolius*

Secundò dico; quòd non oportet dicere, quòd anima Christi non videat omnia, quæ videt verbum, quorum ipsum non est repræsentatiuum naturaliter, & necessariò; sed contingenter præsuppositâ determinatione diuinæ voluntatis. *Christus videt omnia futura*

Et hoc non ex vi actus visionis beatificæ; sed si nouit talia, nouit ea, & videt alia speciali reuelatione, vel multis actibus de talibus obiectis reuelatis, cuiusmodi sunt complexiones omnes contingentium, & omnia contingentia vt sic. *Sed nõ ex vi visionis.*

Nam essentia diuina secundùm rationem essentiæ, vt præuia est voluntati, vt sic non est repræsentatiua talium contingentium; sed vt sequens actum volantatis. *Essentia vt antecedens decretũ non repræsentat futura.*

Vbi ex Basolio obseruo contra inanem aliquorum recentiorum cauillum; pro eodem haberi à Basolio, quòd creaturæ videantur per eamdem formam visionis, per quam inspicitur Deitas, & quòd creaturæ videantur ex vi visionis beatificæ. Quatenus, (*ly ex vi visionis*) nil aliud intendat quàm quòd præ- *Quid sit videri creaturas ex vi visionis*

dicata repræſentationis Deitatis, & creaturarum identificentur realiter, ſalua diſtinctione formali; non verò quòd creatura ſit obiectum actus beatifici, vt beatifici, itavt actus beatificus quà talis, ſpeciem trahat à creaturis quæ ſunt ſecundarium obiectum viſionis. Quòd autem apud Baſolium in idem recidant, non videri per actum identificatum cum viſione, ſed per particulares reuelationes; ſeu non inſpici ex vi viſionis, liquet ex illis verbis.

Baſolius. *Et hoc non ex vi actus viſionis beatificæ, ſed ſi nouit talia, nouit ea, & videt alia ſpeciali reuelatione, vel multis actibus de talibus obiectis reuelatis.*

Placitum Hericequòd creaturæ futuræ non videantur in verbo. Ex Neotericis verò viſionem creaturarum exiſtentium in verbo improbat Valentinus de Herice, 1. *part. tract. 4. diſp. 52. capit. 2. numer margin* 11. quæ opinio etiam neceſſariò ſuſtinenda eſt ab omnibus illis authoribus, qui reſpuunt, futura contingentia præſciri in eminentia Deitatis, aut in determinatione diuinæ voluntatis; ſed inſe ipſis, vel in determinata veritate illarum complexionum contingentium; ni velint manifeſtè à conſequentia doctrinæ deficere; vt infra aperiam.

Ratio prima ex Baſolius 1 Et probatur primò; ratione ex illis Baſolij verbis producta. *Eſſentia diuina, vt præuia eſt voluntati, vt ſic non eſt repræſentatiua talium contingentium.* Quia ſi creaturæ apprehendi poſſent in Deo vt in cauſa, ex vi actus viſionis; aut cognoſcerentur in eminentia virtuali ipſius Dei, quæ attinet ad principium efficiens in actu primo; vel in actuali exercitio ſuæ cauſalitatis, qui eſt actus ſecũdus talis cauſæ; cũ iſta duo præcisè ſpectentur in quolibet agẽte; & virtualis poteſtas, & eminẽtia eius à qua habet vt poſsit influere; & actualis cauſalitas, per quã influit in actu ſecundo.

Vrgetur ratio, quòd futura contingentia inſpici nequeant in Deo. Sed creaturæ, vt important actualem, vel futuram exiſtentiam, in primis inſpici nequeunt in virtualitate facultatis diuinæ exequentis, cùm qua creaturæ, vt involuunt futuritionem, non referunt determinatam connexionem; quia nullum productum, vt concernens exiſtentiam, inſpici valet in eminentia, & virtualitate ſui principij, niſi ſit cauſa omnino neceſſaria, & determinata ad agendum, quam circunſtent omnes conditiones operandi; quæ inimpedibiliter inferant effectum non autem in cauſa libera, & omnino in differenti ad vtrumlibet; qualiter ſe gerit facultas diuina exequens circa effectionem creaturarum, præcipuè circa productionem actus liberi voluntatis creatæ.

Confirmatur quòd futurum non videatur in verbo. Nec etiam inſpici valent exiſtentes creaturæ in Deo, quà influit actualiter, vel in cauſalitate eius ad extra; eò quòd hæc intrinſecè Deo nõ inſit, cũ ſit actio trãſiens, quæ in creatura recipitur; ac proinde id ibi non eſſet creaturã in verbo intueri, ſed illam in ſe ipſa inſpicere; cùm actio externa Dei ſit quid creatum.

Reſp pro vera ſententia 3 Si occurras; creaturas importantes futuritionẽ apprehẽdi in prædeterminatione diuinæ voluntatis; in qua etiã tãquam in cauſa intellectus diuinus copulationes contingentes determinatè cognoſcit.

Oppugnatur quatenus ſi decreto nequeat inſpici futurũ contingens Cõtra inſtat Herice; quia ſicut eò quòd virtualis cõtinẽtia creaturæ in Deo cõnexa non ſit cum determinata futuritione entis creati; accedit inde, vt in Deo tanquam in cauſa, futuri contingentis omnimoda determinatio præſciri nequeat; ita nec in decreto, vel determinatione diuinæ voluntatis, ob ſupparem rationem; eò quòd decretum quoad omnẽ rationem intrinſecè inexiſtentem Deo, ſit prorſus indifferens ad vtrumlibet.

Vrgetur oppoſitio ex Herice Eadem enim ratione ſe gereret, ſi nil ad futuritionem deſtinaſſet, ac de facto; atqui in illa hypotheſi, futurum videri non poſſet in decreto; igitur nec de facto obiectum aliquod cõtingens inſpicitur in determinatione diuinæ voluntatis.

Cõfirmatur in actibus prauis qui apprehẽduntur pervium beatificam. Deinde; quòd non omnia obiecta, quæ inuoluunt exiſtentiam, & conducunt ad ſcientiam beati, poſſunt inſpici in determinatione diuinæ voluntatis; cùm plura indiuidua actuum prauorum quæ attinent ad perſonas curæ ac patrocinio beati demandatas, conducant ad viſionem talis beati. Atqui alterius non debet determinatio diuinæ voluntatis circa actus peccaminoſos; eò quòd determinatio nequeat eſſe medium ſufficiens, nec remotum, ex parte obiecti ſcientiæ beatorum, niſi afferatur cum vi prædeterminatiua ad inimpedibiliter inferendum conſenſum creatum: huiuſmodi

modi verò prædeterminationem circa materialia actuum prauorum pronũtiare, videtur absonum veræ Theologiæ principijs.

Arguit. 2. quia talis visio creaturarũ in verbo nõ esset notitia intuitiua

4 Secundò arguitur; quia si daretur visio creaturarum existentium in verbo, talis notitia deberet esse intuitiua, cùm sit apprehensio rei existentis, prout existens est; aliàs enim non distingueretur à visione creaturarum secundum merum possibilitatis statum, quæ est notitia abstractiua, eò quòd non concernat actualitatem existentiæ.

Item nec notitia abstractiua.

Atqui visio illa creaturæ existentis in verbo, nec abstractiua foret, ob prædictam rationem; nec etiam intuitiua; eò quod intuitio immediatè spectet rem in sè ipsa, non autem in causa, aut alio medio cognito: igitur à sufficienti enumeratione non est possibilis talis visio creaturarum secũdum esse existentiale in verbo; cũ omnis notitia adæquatè diuidatur in abstractiuam, & intuitiuam.

Opponitur 3. quia repræsentatio creaturæ vi importatis existentiã nõ addat aliquid visioni

5 Tertia ratio est; quia cùm expressio existentiæ creaturarum sit aliquid formale in actu visionis distinctum à re præsentatione creaturæ secundùm præcisam rationem suæ possibilitatis; adhuc instat disquisitio, an tale prædicatũ imaginis expressiuæ creaturarum secundùm esse existentiale, sit additũ ipsi visioni per modum intẽsionis, aut per modum extensionis?

Neque per modum intẽsionis.

Non primũ; eò quòd intensiua accretio nõ spectet obiectũ distinctũ, sed penes eamdem rationem obiectiuam accedat appositio vlterioris, & vlterioris gradus perfectionis; igitur fieri potest intensio actus visionis circa obiectum primarium, quod est Deus, & circa obiectum secũdarium, nempe circa creaturas secundùm meram rationẽ suę possibilitatis, absquevlla penetratione creaturæ, vt inuolentis actum existentialem.

Neque etiã exprimit quid additũ ad instar extensiuis.

Nec apprehenditur creatura existens, ob extensionem formæ visionis ad existentiam, & futuritionem obiecti; quia cùm talis protensio formæ sit prædicatum intrinsecum, vt potequod importet rationem imaginis, seu vitalis repræsentationis creaturæ secundùm esse existentiale; fieret, vt accedente tali extensione, quæ separabilis est à forma visionis, quatenus expressiua creaturarum secundùm meram rationem status possibilitatis, apponeretur distincta ratio vitalis, & intrinseca imaginis, ac proinde distincta forma apprehensionis: atque adeò fieret, vt vi eiusdem actus visionis beatificæ, non inspicerentur creaturæ secundùm actum existentialem.

Arg. 4 sequeretur, quòd beatus meriti præcellentioris donaretur minus intẽsa visione.

6 Quartò arguitur; quia si creaturæ prout inuoluunt existentiam, terminarent actum visionis beatificæ; fieri posset, vt beatus excellentioris meriti minus intensum beatitudinis gradum nanciscereturi eò quòd pro sorte, & exigentia sui status pauciorum creaturarum apprehensionem in verbo exposcat. Cùm enim intuitio plurium creaturarum ex vi visionis, vel in Deo, vt in causa, siue ex penetratione virtualitatis, & eminentiæ diuinæ, aperiat exuperantiam visionis; beatus exiguioris meriti præcelleret in beatitudine essentiali, eò quòd ob exigentiam status, plurium creaturarum inspectionem sibi vendicet, quàm beatus meriti excellentioris.

2. opinio; quòd beatus nõ videat simul obiecta quæ existãt pro decursu temporum. Ferrariẽsis.

7 Altera opinio, licet autumet, creaturas videri in verbo secundùm earum existentiam; inficiatur tamen simultatem apprehensionis omnium obiectorum, quæ tẽporis fluxu decurrunt. Sic ex antiquis Theologis Ferrariensis, 3. *contra Gentes, cap.* 59. & alij quã plures.

Molinæ placitũ quòd solus Christus & B. Virgo inspiciant simul omnia obiecta quæ connotãt existentiam

Ex recentibus verò Ludouicus Molina, 1. *part. quæstion.* 12. *disput.* 6. *ad articulum* 8. §. *Vt tamen verum fatear.* Vbi sustinet, excepto Christo Domino, & Virgine illibata, cæteros beatos non à principio suæ beatitudinis apprehendere cuncta ea, quæ ad illorũ statum attineant ex his, quæ temporaneis decursibus subijciũtur; sed quòd quando funduntur preces alicui beato, tunc Deus per specialem influxũ extẽdit actum beatificum ad omnia obiecta quæ antea non exprimebantur vi illius formæ.

Qualiter Molina interpretetur Augustinum

Nec suæ opinationi aduersari existimat Molina pronuntiata Augustini, quæ improbant volubilitatem apprehensionum in beatis. Tunc enim talis vicissitudo, aut volubilitas illis adscribi posset, si non apprehendere valerent ea, quæ semel per actum beatificum tenuerunt; non verò, eò quòd ab initio beatitudinis ea obiecta non cal-

leant

leant, quæ per efluxum temporis euenian.

Molinæ ſub ſcribit Lorcæ. Quod placitum ex neotericis etiam defendit Petrus de Lorca, 1. 2 *diſput.* 25. *membr.* 4. §. *Ideò mihi magis probatur.* Vbi Auguſtinum edocentem; cognitionem beatorum eſſe vnius aſpectus; ſic interpretatur, vt ſibi velit Auguſtinus, futuram non eſſe in beato multiplicitatem cogitationum.

Interpretatio Auguſtini ex Lorca. Ex hoc autem, quòd à principio beatitudinis cuncta obiecta non inſpiciat, quæ per temporaneum decurſum objiciuntur; non producitur, apud Lorcam, realis diſcretio formarum viſionis beatificæ; de quo vide eiuſdē auctoris pronuntiata, *ſub n.* 25. præſentis articuli.

Fundam. 2. ſententiæ 8 Et probatur; quia ſi iuxta communem Theologorum ſententiam, beatus quiſque cuncta ea in verbo inſpiciat, quæ ad illius ſtatum attineant; fieret, vt Sanctus Petrus cæterique Sancti Summi Pontifices ab initio ſuæ beatitudinis viderent vniuerſæ militantis Eccleſiæ progreſſum, qui illorum curæ, & patrocinio extat commiſſus.

Sequeretur quod omnes beati viderent in verbo diem iudicij vniuerſalis. Quo dato, videtur innegabile, diem iudicij ab illis apprehendi, immo, & ab alijs quam pluribus beatis; quia ſi cunctas obſecrationes orantium à principio beatitudinis inſpiciunt in verbo, etiam intuebuntur extremas preces, quas ad ipſos dirigunt iuſti in igne extremæ conflagrationis conſtituti: ac proinde illis non referari non valebit dies extrema iudicij; quòd videtur aduerſari teſtimonio Matthæi, *Matt.* 24. 24. vbi dicit, *De illa die nemo ſcit, nec Angeli.*

Vera ſententia ex textu Scoti eruitur, pro aſſertione viſionis in verbo creaturarum futurarum, & exiſtentium; vbi refelluntur Molina, & Soarius à doctrinæ conſequentia deficientes.

9 QVIA Scientia beatorum eſt participatio, & imitatio quædam eximia ſcientiæ Dei; ideò vt medium ex parte obiecti ſcientiæ beatificæ propalemus, aperiendum eſt ex Scoto medium ſcientiæ Dei circa eadem obiecta contingētia. Quod mira dexteritate enodat, *in quæſtion.* 14. *Quodlibeta.* §. *Reſpondeo antecedens verum eſt, ſub numer. margin.* 15. editionis Cauelli. Vbi habet. *Scotus*

Qualiter moueat Deitas intellectum diuinum? *Completo toto proceſſu originis reſpectu primi termini, ſcilicet eſſentiæ diuinæ communicandæ, ſequitur ordo alius reſpectu termini ſecundi, ſcilicet eſſentiæ creabilis. Et quidem eſſentia ipſa diuina in iſto ſecundo ordine, mouet primò ad intellectionem ſimplicem omnis intelligibilis; & hæc intelligentia, vt iam eſt in tribus ſuppoſitis.*

De motione circa cōplexum contingens. *Non autem mouet ad diſtinctam notitiam veritatis cuiuſcunque complexionis; quia ſi moueret determinatè ad cognoſcendam alteram partem in futuris contingentibus, cùm naturale mouens neceſſariò moueat, ſequitur, quòd intellectus diuinus neceſſariò intelligeret hanc partem contradictionis foreoram; & ita, vel poſſet errare, vel oppoſitum non euenire; & tunc non eſſet cōtingens, ſed neceſſariū, illud, quod ponitur eſſe contingens.*

Dubium 10 *Si quæratur, cùm idem videatur eſſe ordo cuiuſcūque intelligibilis ad primū intelligibile; quare primū nō æquè neceſſariò mouet ad cognitionem cuiuſcunque?*

Diluitur *Reſpondeo; naturaliter mouet, & per conſequens neceſſariò, ad cognitionem cuiuſcunque, quod eſt poſsibile naturaliter, & neceſſariò cognoſci; huiuſmodi eſt quodcunque obiectum ſimplex, & etiam quodcunque complexum verū neceſſarium; non autem tale eſt aliquod cōplexum de exiſtentia contingentis, quia non eſt natum eſſe determinatum ad veritatem.*

Altera obiectio 11 *Et ſi quæras; quare non neceſſariò mouet ad talem cognitionem de complexo habendam, qualis poſsit haberi de eo?*

Enodatur obiectum *Reſpondeo, aut moueret ad cognoſcendum ſub diſtinctione hoc fore, vel non fore; & hæc cognitio non eſt determinate de altera parte; aut ſi moueret*

deter-

determinatè ad cognoſcendum alteram partem; illa neceſſariò eſſet determinata.

12 *Completo igitur toto ordine motionis neceſſariæ, ſequitur motio contingens; illa non poteſt eſſe per principium naturalis motionis, quia illius non eſt niſi neceſſariò mouere: igitur oportet illius motionis principium ponere voluntatem.*

Et ſit huiuſmodi motio contingens ordinatè; primò ad intra, quia niſi ipſa voluntas determinetur in ſe ad volendum alteram partem, nunquam determinabit aliquid ad extra. Primò igitur determinat ſe ad volendum hoc fore determinatè; ſecundò, ex hoc intellectus videns iſtam determinationem voluntatis infallibilem, nouit hoc eſſe futurum.

13 En Scotum diſertiſsimè aperientem medium ex parte obiecti ſcientiæ Dei reſpectu cuiuslibet contingentis; quod eſt determinatio diuinæ voluntatis, à qua trahitur mutatio obiectiua cum habitudine neceſſaria, ex hypotheſi diuini decreti, ad determinatam inimpedibilemque futuritionem obiecti; ob quam obiectiuam mutationem complexio contingens ſibi vendicat, vt terminare queat infallibilem Dei ſcientiam.

Qua mutatione obiectiua ad futuritionem præciſa, (quæ complexioni à decreto accedit,) non eſt determinatè vera talis enuntiatio; ſed indifferens ad veritatem, vel falſitatem, vel neutra; vt enodat Scotus illis verbis, *num.* 10. *Non autem tale eſt aliquod complexum de exiſtentia contingentis; quia nõ eſt natum eſſe determinatum ad veritatem.* Vbi manifeſtè oſtendit, cõplexionẽ cõtingẽtem, à quidditatiua enũtiatione, & cõmẽſuratione ſua ad obiectũ nõ cõtractũ ab abſoluto, & efficaci propoſito diuinæ voluntatis præſtituentis alteram partem contradictionis, non eſſe natum, & habile ſubſtratum determinatæ veritatis, ſed à mutatione obiectiua, & contractione extrinſeca, quæ à decreto relinquitur. De quo adi quæ obſeruauimus, *in controuerſia 3. de Veritate Dei, art. 2. numer. margin. 4. & 5.* nec enim contemnenda ſunt, vt poteſque alterum Scoti teſtimonium elucident, *ex 1. ſentent. diſtinction. 39. quæſtion. vnica §. Viſo de contingentia* de quibus ſeriò in controuerſia de Scientia Dei.

14 In quo manifeſtè diſſidet Scotus ab his authoribus, qui primam rationem ex parte obiecti ſcientiæ Dei reſpectu futurorum contingentium, aſſeuerant, non eſſe determinationem diuinæ voluntatis; ſed determinatam veritatem, quam adſcribunt contingenti complexioni, vi intrinſecæ enuntiationis ſuæ, quam importat per copulam; in quod pronũtiatũ vno ore, & ſenſu vniuerſi Ieſuitæ ſcriptores conſpirarunt.

In quo diſſideat ſententia Scoti à placito Ieſuitarum

Ex quo depromitur id, quòd etiam apud ipſos in confeſſo eſt; Deũm nulla ratione in ſe ipſo talia obiecta præſcire ſed in obiectis ipſis, aut in determinata illorũ veritate; eò quòd Deus, nec ratione potentiæ, ſeu facultatis exequentis, quæ eſt indifferens ad vtrumlibet; nec etiam vt induit liberum, & abſolutum propoſitum ſuæ voluntatis determinantis alteram contradictionis partem; ſuppeditet medium ex parte obiecti infallibilis ſcientiæ; eòquòd determinatio diuina, vt anteit ex Scoto determinatã futuritionem cõſenſus creati, apud iſtos authores libertatẽ creatã abſumat; de quo preſſè in controuerſia de Scientia Dei.

Deus nõ videt in ſe ipſo futura contingentia apud prædictos authores

15 Sequitur præterea; merito taxari ob inconſequentiam doctrinæ Molinam, & Soarium, aſtruentes; beatum videre in verbo, ſeu in eſſentia Dei, creaturas importãtes futuritionẽ. Quia, ſi Deus ab his authoribus nulla ratione pronuntiatur inſpiciens obiecta contingentia libera in ſe ipſo; aut in virtualitate potentiæ ſuæ, vel facultatis exequentis; nec in eſſentia diuina vt ſubſternitur decreto libero; ſed ſolùm in veritate determinata talium obiectorum: qua ratione aſtrui poteſt, eſſentiam Dei eſſe medium ex parte obiecti inſpectionis futurorum contingentium in beato, ſi in ipſomet Deo nequeat aſſignari medium ſcientiæ taliũ obiectorum?

Oſtenditur doctrinæ incõſequentia in Molina, & Soario circa viſionem futurorũ in verbo per obtutum beatificum.

16 Nec aliquid præſtat effugium Soarez, 1. *part. libr. 2. de Attributis negatiuis, capit. 27. numer. margin. 12.* quòd ideò creaturæ, vt inuoluunt futuritionem, & exiſtentiam, videntur in verbo; quia non tantùm inſpiciuntur in Deo tanquam in cauſa, ſed etiam extẽditur viſio ad apprehenſionem talium

Effugium Soarij.

obie-

obiectorum in ſe ipſis, aut indeterminata illorum veritate.

Iſtud enim aſſertum iuxta principia prædictorum authorum verum eſſe non poteſt; quia ſcientia Dei nulla ratione aſſeritur attingere obiecta contingentia libera in verbo, aut in eſſentia diuina tanquam in cauſa; ſed ſolùm in veritate determinata futurorum; aut in ſe ipſis. Sed eadem premit ratio de ſcientia finita beatorum, ac de ſcientia infinita Dei; igitur inconſequẽter aſſeueratur, ſciẽtiã beatorum apprehendere obiecta contingẽtia in Deo, & etiã in ſe ipſis, ob extenſionem viſionis ad talia obiecta; ſed tãtùm inſpicere cõtingentia in ſe ipſis.

Occupatur fuga, nullatenus cadẽ ratio in ſcientia increata & in viſione beatifica circa complexum contingens.

Pendet pro opinione Soarij.

Quare, effugium iſtud eò à Soarez excogitatum videtur, ne ſententiæ Auguſtini, & Patrum aduerſari videretur, conſtituentium; creaturas importantes exiſtentiam videri in verbo; ſed dum communi ſententiæ cohærere nititur Soarez propriam ſententiam expugnauit. De quo nos iterum *in controuerſ. 11. de Scientia Dei, diſtinct. 2. de Scientia contingentium abſolutorũ, articul. 5. numer. margin. 26.* & infrà, *in præſenti articul. ſub num. margin. 20.*

Aſſert. 1. Beatus videt in verbo creaturas importãtes exiſtentiam. S. Thomas.

17 Quare dicendum primò; beatũ in verbo, ſeu in eſſentia diuina, (prout adit liberam terminationem ſuæ voluntatis,) videre creaturas, quatenus inuoluunt exiſtentiam. Sic ferè omnes Theologi. Sanct. Thomas, 1. *par. q. 12. ar. 8. 9. & 10.* cui omnes eius diſcipuli ſubſcribunt; ſic etiam Scotus cum ſuis, vt liquet ex textu propoſito, nec diſſentit Baſolius, licet enim aliquãtulum ſubnutare videatur, vt conſtat *ex loco citato ſub nu. 1.* ſtatim ſubdit ſub tertio aſſerto.

Scotus Baſolius.

Tertiò dico; quòd probabile eſt dicere; omnia contingentia determinata à diuina voluntate fuiſſe reuelata animæ Chriſti ab inſtanti ſuæ conceptionis; & puto quòd non eodem actu, ſed infinitis actibus, quia non habent adinuicem repugnantiam circa animam Chriſti.

1. modus dicendi ex Baſolio.

Niſi fortè dicatur; quòd vnico actu, qui habet pro primo obiecto Deum, quantum ad actum voluntatis ſuæ determinantis omnia talia contingentia.

Alia ſententiæ ratio magis probabilis.

Eſt etiã aperta mẽs Auguſtini, vt ingenuè fatetur Soarius *loco citato*, quia dum S. Doctor frequentiſsimè conſtituit, creaturas videri in verbo; nõ procedit de creaturis ſecũdũ merũ poſsibilitatis ſtatum, ſed de creaturis factis per ſex dies creationis, vt liquet *ex 4. ſuper Geneſ. ad literam, cap. 22.* & ſequẽtibus quæ Auguſtini teſtimonia adeò Soariũ profligarunt, vt dum à communi ſchola, & Auguſtino apertè diſcedere refugit, propriæ ſententiæ deſertor habitus ſit.

Eſt aperta ſententia S. Auguſtini dũ expendit ſex dies creationis.

18 Noſtra verò ſententia firmatur ſic quia decretum abſolutum Dei cum viantoriori, & cauſali ad inimpedibiliter inferendum obiectum creatum, eſt ſufficiens medium infallibilis ſcientiæ, tum diuinæ, tum creatæ; vt in controuerſia de Scientia Dei ex inſtituto exarabitur.

Fũdamentũ noſtræ ſententiæ.

Atqui vidẽs obiecta, vt inuoluũt futuritionẽ, in determinatione diuina, inſpicit ea in verbo, nõ notionaliter, ſed eſſẽtialiter ſumpto, ſiue in eſſentia Dei tãquam in cauſa; cùm determinatio libera nil apponat eſſentialiter ſupra ſubſtãtiam Deitatis, vt in ſuperioribus enodauimus: igitur, ſi beatus videt in Deo libera decreta eius, pro ſorte, & exigentia ſtatus cuiuslibet beati, (vt oſtẽdimus, *in artic. 3. huius ſubdiſt.*) conſequens eſt, vt in huiuſmodi decretis tãquam in cauſã intueatur obiecta, quatenus à decreto hauriunt mutationem obiectiuam neceſſariam ex hypotheſi cum ordine ad futuram exiſtentiam.

Vrgetur ratio ex viſione decreti in verbo circa futurum cõtingens.

19 Ex quo optimam produco rationem contra Molinam, Soarium, & aſſeclas improbantes; futura contingentia præſciri à Deo in determinatione ſuæ voluntatis. Quia beatus videt in verbo copulationes, ſeu cõplexiones contingentes, nõ cõiecturaliter ſed certò & infallibiliter; vt conſtituit communis Theologorum ſentẽtia Auguſtino ſubſcribẽs, exceptis paucis Nominalibus, qui vniuerſaliter inficiãtur, vllã creaturam videri in Deo.

Premuntur ad hominem Molina Soarius, & aſſeclæ.

Sed beatus non inſpicit creaturas futuras in potẽtia Dei, ſeu in facultate exequẽte inquãtum præciſa à decreto libero; cũ in nullius cauſæ virtualitate videri queat exiſtẽtia, vel infallibilis futuritio effectus, niſi cauſa neceſſariò influat, aut inſpiciatur contracta, & affecta cunctis conditionibus operãdi, quæ inimpedibiliter inferant effectum.

Si Deus nõ inſpiciat futura in Dei tate, nec beatus in verbo.

Igitur videt beatus talia contingentia obiecta in decreto libero, non involuente conditionem, sed absoluto & inimpedibili; aut ea non intuetur in Deo, sed in se ipsis; quod est contra cõmunem sententiam. Atqui scientia beatorum est perfecta quædã imitatio scientię Dei; igitur sicut beatus inspicit creaturas in determinatione diuinæ voluntatis; quidni etiam scientia Dei eadem obiecta apprehendat in eodem decreto? De quo nos infra, *in controuers. 11. de Scientia Dei, dist 2. de Scientia contingentium absolutorum, art. 5. An decretum sit medium ex parte obiecti ad futurorum præsentiam? sub num. margin. 26.*

Obiectio ex determinata veritate complexi cõtingentis.

20 Sed obijcies; quòd determinata veritas, siue inimpedibilis futuritio, quam complexio contingens haurit à decreto, talis necessitatis, & determinationis obiectiuæ astruitur, vt queat esse obiectum scientiæ infallibilis, cùm importet omnimodã determinationem ex hypothesi decreti; igitur potest esse obiectum scientiæ Dei, & beatorum.

Diluitur, assignata primaria & secundaria ratione terminãdi in obiecto contingẽti circa visionem beatificam.

Respondeo; concedendo libenter, visionem beatificam, quæ attingit futura contingentia in decreto diuinæ voluntatis; ob eminentiam talis scientiæ extendi secundariò ad inspectionem illius determinationis obiecti uæ, quam enuntiatio trahit á decreto. Sed hæc non esset prima, sed secunda ratio ex parte obiecti inspectionis creaturarum: primum enim medium talis scientiæ ex parte obiecti esset determinatio diuinæ voluntatis anteuertens determinatam veritatem, & futuritionem creati consensus; secundariũ verò medium esset veritas ea, quæ obiecto accedit à decreto, ob quam creatura (iam obiectiuè immutata ad infallibilem futuritionem, & secundùm eam denominationem productionis passiuæ in esse volito iuxta loquutionem Scoti, vel mutationis obiectiuæ iuxta communem modum loquendi) terminare valet scientiam beatorum.

Quid interfit discrimis inter nostrum medũ sentiendi & Soary.

Cùm autem omnes illi Authores, qui prædeterminationem abigunt, vno ore respuãt, determinationem diuinæ voluntatis esse primam rationem ex parte obiecti, seu primum mediũ scientiæ creaturarum (quas primariò inspici in determinata illarum veritate pronuntiãt, vt vel sic læsionem libertatis vitent, quã nobis obtrudunt) reliquum est, vt à consequentia doctrinæ declinent hi omnes, qui autumãt, beatos vlla ratione intueri in essentia Dei obiecta contingentia.

Alia quatuor asserta pro visione in verbo creaturarum inquantum important existentiam.

Assert. 1. Solus Christus intuetur in verbo omnes creaturarũ cõtactus existentiam.

21 DIcendum secundò; nullum beatum (vno Christo Domino excepto) intueri vniuersas creaturas, quæ involuũt futuritionem, & existentiã. Sic omnes Theologi cõmuniter; & colligitur ex modo loquẽdi sacræ Scripturæ insinuãtis; sanctos Angelos illuminari circa specialia quædã mysteria; quod otiosum esset, & superuacaneum, si quilibet Angelus in verbo inspiceret cuncta futura & existentia obiecta.

Probatur ex sacra Scriptura.

Quia Danielis, *cap. 10.* exprimi videtur, quemdã Angelum alteri resistere ob ignorãtiam diuini decreti. Angelus enim, qui patrocinabatur populo Israelitico, proposuit Danieli, sibi restitisse viginti & vno diebus Principem regni Persarum; intellige Angelum regni Persarum tutelarem. Qui cùm adhuc ignorasset decretum Dei circa exitum Iudæorum ex regno Persarum; intẽdebat Israelitarum detẽtionem, eo quòd ex mãsione filiorum Israelis in illo regno, multi Persæ ob Hebræorũ familiaritatem, & doctrinã diuini numinis cultui addicebãtur. Sic enim habet sacer textus. *Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti & vno diebus; & ecce Michael vnus de Principibus primis venit in adiutoriũ meũ, & ego remansi ibi iuxta regem Persarum.*

Daniel. cap. 10.

Nota ex Soario.

Sed licet hæc sit constãs, & indubitata omnium Theologorum consensio; non tamen oppositum esse hæresim manifestã, ostendit Soarius, *loco citato, capit. 27. n. marg. 3.*

Assert. 3.

22 Dicendum tertiò; beatos apprehẽdere in verbo cuncta mysteria fidei,

quæ

quæ in via obſcurè, & ænigmaticè tenuerunt; ſic etiam vniuerſi Theologi.

Probatur ex ſacra ſcriptura. 1. ad Cor. 13

Et probãtex Paulo, 1. *ad Corin.* 13 dicente. *Ex parte cognoſcimus, cùm autem venerit, quod perfectum eſt, euacuabitur, quod ex parte eſt.* Quæ Pauli authoritas, quãuis noſtram concluſionem non demonſtret eſſe de fide certã; cùm quia poſſet exponi de ſola cognitione Dei, quæ modo ænigmatica eſt, & obſcura; euacuãda verò cũ ſucceſſerit clara Dei viſio; tum etiã, quia reſpõderi poſſet, quòd per particulares reuelationes talis cognitio myſteriorum fidei perſpicuè haberi poſſet.

Sed aſſertio præcedens nõ eſt de fide.

Attamen, licet noſtra concluſio non ſit de fide, eſt certa apud omnes Theologos; iuuatq; ſatis cõgrua ratio. Quia cùm viſio ſuccedat fidei, æquum eſt, vt talis ſucceſsio fiat, non ſolùm in ordine ad primarium obiectum, nimirum Deum, ſed etiam in ordine ad alia, ad quæ fides ſecundariò extenditur; cùm conuenientiſsimum ſit, vt omnia, quæ apprehenduntur in veracitate Dei atteſtantis, inſpiciantur in eminentiſsima claritate beatifici luminis.

Aſſertio 4.

23 Dicendum quartò; beatum intueri ex liberis, & contingentibus indiuiduis actionum ea omnia, quæ ad illius ſtatum conducunt: ita communiter omnes Theologi. Cùm autẽ in duplici differentia ſint, quæ ex indiuiduis cõtingentium actionum ad ſortem beati attinere queãt; ita etiã in duplici differẽtia aſtruuntur, quæ circa liberos actus intuetur beatus.

Nota de duplici ordine obiectorum quæ inſpiciũtur à beato.

Quædam enim attinent ad operationes beati prudentiſsimè, & expeditiſsimè exercẽdas; & hæc omnia à quocunque beato inſpiciuntur; alia verò, quæ ſpectent ad perſonas beato coniũctas, affinitate, aut alio titulo, ob quem tali beato curæ eſſe poſsint. Verbi gratia; ſi ſit alicuius religionis fundator; in verbo ſuæ familiæ progreſſum, cæteroſque euentus intuebitur; ad quem etiam coniunctionis ordinem attinent perſonæ, quæ beatorum precibus ſe cõmittunt, quarum obſecrationes in diuinitatis ſpeculo limpidiſsimè inſpiciẽt; ſic Theologi omnes.

Obſeruanda admonitio contra multũ ſecũdi recentiorum.

Licet nobis non probetur eorũ aſſertum, qui cauent; prædicta intelligenda eſſe ex hypotheſi, quòd merita beati ſuppetãt ad eã viſionis præſtãtiam, quæ valeat ad expreſsionem huiuſmodi obiectorum in verbo. Cõſtãter enim aſtruimus; non eſſe aſsignabilem modicisſimã lucis portionem, quæ in prõptu nõ ſit ad efficiendã viſionem, quæ cuncta obiecta creata non complectatur pro exigentia ſortis beati; de quo iterum infra.

Aſſer. 5. beatus omnia quæ videt in verbo, ea inſpexit ab initio beatitudinis.

24 Dicendum quintò; beatum cuncta obiecta, quæ tenet vi beatifici actus ſimul ab initio viſionis perenniter tenere. Sic omnes Theologi probatiores; & ex neotericis cuncti bonæ notæ authores.

Probatur ex Auguſtino.

Et fulcitur præſens aſſertũ authoritate Auguſtini, *lib.* 12. *confeſ. cap.* 13. vbi habet. *Sic interim ſentio propter illud cælũ cæli, cælũ intellectuale, vbi eſt intellectus noſſe ſimul, non ex parte, non in ænigmate, non per ſpeculum, ſed ex toto, in manifeſtatione facie ad faciem; non modo hoc, modo illud, ſed quod dictum eſt noſſe ſimul ſine vlla vicisſitudine temporum, &c.* Quòd etiam perſpicuis verbis perſequitur Auguſtinus per integrum caput citatum.

Firmatur perſpicua ratione, exiſtit reali repræſentatione Deitatis & creaturarũ in viſione beatifica.

Et probatur manifeſta ratione; quia vel prædicatum imaginis expreſsiuæ creaturarum in actu viſionis eſt realiter diſsitum à prædicato imaginis Deitatis; ac proinde fieret, vt nõ eſſet vnica forma, vnicus ve actus apprehenſionis ſupernaturalis, ſed duæ notitiæ, eſtò quòd inter ſe cõnexæ aſtruãtur; atque adeo nõ viderẽtur obiecta creata, quæ inuoluunt futuritionem, per actum beatificum.

Implicat quod beatus videns Deũ non videat creaturas ex vi viſionis formæ viſionis

Aut talia prædicata realiter & entitatiuè nõ ſecernũtur; ſed per coniunctionem identicã in eamdem formam ſupernaturalis intuitionis coeunt. Implicat igitur, quòd intrinſecè compoſita intellectui forma viſionis, qua exprimit Deum; relinquatur incompoſita facultati apprehenſiuæ eademmet forma, quã eſt imago creaturarum. Cùm enim compoſitio ſit cauſalitas realis, & phyſica, non ſpectat, nec attingit prædicata, vt mataphyſicè diſtincta, aut præſcindit nexu ipſo; ita vt componat ſubſtrato formam, quatenùs imbibit alterum prædicatum intrinſecum; & relinquat incompoſitam eandem formam, quatenus importat aliud prædicatum.

Illatio manifestè obtinet.

Repugnat ergo, quod composita intellectui beato forma visionis, prout est imago Deitatis; non obeat compositiuum nexum forma visionis, quà imago creaturarum. Sed quilibet effectus formalis, licet realiter distinguatur à forma, nō tamen à causalitate actualis compositionis formæ ad substratum, vt euidens est, & apud omnes in confesso; igitur inuoluit contradictionem, quòd data compositione formæ visionis, vt expressiuæ creaturarum; non ponatur effectus formalis, quæ est actualis apprehensio creaturarum in verbo.

Resp. ex Lorca quòd extrinsecus visionis ad creaturas nō immutetur in tate formæ visionis.

25 Respondet Petrus de Lorca, loco citato; quòd cum noua extensio visionis ad exprimendas creaturas solū fit circa secundarium obiectum; & quæ vicissitudinem tantùm circa secundarium obiectum sustineat; eò fit, vt solummodo materialis aut accidentaria habenda sit, non verò quæ tollat specificam vnitatem actus; immo nec numericam.

Instatur ex accremento indiuidui materialis.

Cùm numeralem vnitatem retineat indiuiduum; esto quòd per nutritionem materiale incrementum sibi vendicet, & extendatur de nouo.

Excutitur, referendo discrimine inter visionem de nouo exortam ad repræsentandas creaturas & inter materiale accrementū eiusdē indiuidui

At propositā instantia aperit Lorcam falsum in natura visionis præmittere; ideò enim ex deperditione, vel accretione alicuius portionis materiæ, id quod nutritur, non diuersificatur numero; quia non est totum simplex, cuius natura sit, vt imminuto aliquo illius, reliquum in nihilum recidat. Sed visio per eamdem omnino entitatem physicè indiuiduā exprimit Deum & creaturas in Deo: igitur imminuto eo, quòd in visione astruitur expressiuum creaturarum, nequit vicissitudini non substerni, id quod asseueratur imago clara, & quidditatiua Deitatis.

Visio nō extenditur ad repræsentationē creaturarum per aliquid formaliter distinctum & separabile.

Quod sic vlteriùs explano; repræsentatio creaturarum nequit esse aliquid per modum extensionis realiter discretum ab ipsa substantia actus videndi Deum; igitur non valet immutari visio creaturarum, non imminuta intuitione Deitatis. Consequentia perspicuè constat; antecedens probatur. Quia creaturæ non astruuntur inspici ex vi visionis, ob solam identitatem actus, qui immediatè terminetur ad Deū, & creaturas; sed ob habitudinem connexionis siue causalitatis, quam important cum Deo.

Nō coextenditur realiter visio circa obiectū secundarū, quin determinatur aliquid formæ circa obiectum primarium.

Igitur ille actus, qui respicit creaturas, vi eiusdem indiuisæ realitatis spectat Deum; (cùm non intueatur obiecta creata in se ipsis immediatè, sed in eminentia Dei, & ex intentionali motione Deitatis;) ac proinde mutata visione circa creaturas, reliquum est, vt circa Deum vicissitudinem repræsentationis sustineat, si per eamdem formæ portionem, creatum obiectum indiuisibiliter exprimat, ex penetratione causæ.

Eliduntur fundamenta aduersariorum primæ, & secundæ opinionis.

Ad fundam. opinionis 1.

26 NVNC Obiectiones aduersariorum eneruandæ sunt. Ad primā dicimus; manifestè obtinere, creaturas quatenus inuoluunt exititiā, non videri in omnipotētia Dei, sed in decreto diuinæ voluntatis.

Adreplicam de determinatione libera eadem ratione sequabile.

Quando verò instat oppositio; quòd determinatio libera eadem ratione se gerat quoad intrinsecum eius, suppositā imminutatione obiectiua creaturarum ad futuritionem; quàm si nullam creaturam ad futuritionem destinasset.

Dilatur obiectū assignata additione virtualis seu æquipollenti.

Respondetur ex his, quæ seriò expendimus in *præsenti subdistinct. art. 3. de Visione decretorum in Deo, sub numer. margin. 10. & 11.* nimirum actum liberum, vt importat terminationem ad alteram partem contradictionis, non addere aliquid formale, sed quid virtuale supra voluntatem, quatenus concipitur cum indeterminatione ad vtrumlibet; eò quòd voluntas diuina æquipolleat pluralitati & repetitioni actuum creatæ voluntatis.

Abigitur instantia prædeterminationis ad materialia actus prauorum

Instantia verò improbās determinationē actuū prauorū, diluetur in controu. de scientia Dei; vbi oltēdimus, probabilissimè asseri, & in sententia Scoti necessariò sustineri prædeterminationem diuinæ voluntatis, circa materialia, & substrata, quibus connexa est

di-

Ad 2: arguqualiter viſio ſpectatis verbo creaturas futuras ſit notitia intuitiua.

diſformitas, ſeu deordinatio moralis.

27 Ad ſecundum argumentũ; quòd ſicut ſpecies cuiuslibet notitiæ non ſpectatur à ſecundario, ſed à primario obiecto; ita ratio intuitiuæ, & abſtractiuæ apprehenſionis, non à ſecundario, ſed à primario obiecto petitur. Quò fit, vt cum viſio intendat exiſtentiam & præſentiam Deitatis in ratione obiecti beantis, ideò aſſerenda eſt notitia intuitiua; quamuis ſecundariò terminetur ad creaturas ſecundùm merum ſuæ poſsibilitatis ſtatum, & quatenus ab exiſtentia abſoluuntur: quare neĉ præpedit, quòd viſio ſpectet exiſtentiam creaturarum in virtualitate, & eminentia cauſæ ad hoc, quòd non ſit intuitio. De quo vide, quæ tradimus infra, *in controuerſia 11. de Scientia Dei, diſtinct. 2. de Scientia contingentium abſolutorum, art. 1. de Exiſtentia futurorũ in æternitate, n. marg. 19. & 20.*

Viſio beatifica extenditur adapprehẽſionẽ mutationis obiectiuæ, quæ producitur à decreto.

Addendum præterea, viſionem, ob præſtantiam illius, non tantùm inſpicere creaturas in verbo, ſed etiam ſecundariò extendi ad apprehenſionem veritatis creaturarum, vel eius determinationis obiectiuæ, quam hauriunt à decreto; vt diximus, *ſub nume. margin 20.*

Satisfactio ad 3. arg.

28 Ad tertium argumentum reſpondetur, quòd ratio imaginis creaturarũ in actu viſionis non eſt quid realiter, & entitatiuè diſtinctum à prædicato imaginis Deitatis; ac proinde hanc numero viſionem non poſſe eſſe ſuperſtitem ſi deſtruatur imago expreſsiua creaturarum.

Qualiter ſanctificentur viſione prædicatæ præſentiæ Deitatis & creaturarum.

Eò quòd prædicata illa imaginis Dei, & creaturarum coeant in coniunctionem identicam eiuſdem formæ intentionalis; quatenus non ſe gerant tanquam duæ entitates partiales, quæ per phyſicam compoſitionem conueniant ad cointegrandam vnam formam totalem; ſed vt duo gradus metaphyſicè coeuntes in eamdem realitatem notitiæ ſupernaturalis, vel duæ formalitates eiuſdem entitatis.

Licet repræſentatio creaturarũ nõ addat quidphyſice diſtinctũ à repræſentatione Deitatis, addit tamen quid metaphyſicè & formaliter diſtinctũ

Quòd enim repræſentatio viſionis, qui importat habitudinem tranſcendentalem ad creaturas, ſit diſtinctũ prædicatum metaphyſicum ab eadem imagine viſionis, quà ſpectat Deitatem; vel ex eo liquet, quòd ordo trãſcendentalis ad Deum in actu viſionis ſit de quidditate talis notitiæ; habitudo verò ad creaturas nõ ſit de eſſentia illius; aliàs enim fieret, vt duæ viſiones, ob expreſſionẽ creaturarum ſpecificè diſtinctarũ diſſiderẽt eſſentialiter; quod tanquam falſum, & cõtra communem theologorũ ſententiã refutauimus in præſenti *diſt. 3 ſubdiſt. 1. ar. 2. numer. marg. 24. 25. & 27.*

Obtinet oppoſitio, quòd expreſsio creaturarũ nõ addat aliquid ad inſtar intenſionis.

Quare damus oppoſitioni, euidẽter obtinere; expreſsionem creaturarum in actu viſionis beatificæ, nec eſſe per modum intenſionis, cùm hæc reperiri queat in actu beatifico per habitudinem ad obiectum primarium abſque repræſentatione alicuius creaturę.

Nec etiã ad inſtar extenſionis phyſicæ.

Nec etiam eſſe adinſtar phyſicæ extenſionis; ita vt imago creaturarum importet aliquam partialem notitiam, quæ per phyſicam appoſitionem alicuius entitatis realiter condiſcretæ, extendat viſionem Dei ad obiecta creata.

Benè tamen ad inſtar extenſionis metaphyſicæ

Sed eſſe per modum extenſionis metaphyſicæ; eò quòd viſio creaturarum imbibat aliquod prædicatũ metaphyſicè, & formaliter diſtinctum à viſione, prout eſt præciſa imago Deitatis; & ſimiliter viſio creaturarum, vt exiſtentium, etiam ſibi vendicet aliquod prædicatum, quod non claudat viſio creaturarum merè poſsibilium, ſeu quatenus abſoluuntur à ratione exiſtendi. Quò fit, vt viſio creaturarum in Deo ſit perfectior extenſiuè, & accidentaliter; non verò eſſentialiter, viſione illa, quæ in eadem accretione intenſiua attingeret Deum abſque creaturis.

Ad 4. arg. reſ. Soarij.

29 Ad quartam rationem in oppoſitum reſpondet Soarius, 1. *part. lib. 2. de Attributis negatiuis, cap. 28. ſub numer. 10. in fine*; quòd ſi beatus talis meriti non ſit, vt eam viſionem nãciſcatur, quæ valeat ad exprimendas creaturas pro exigẽtia ſui ſtatus: tunc eas nõ intuebitur in verbo; ſed per ſpeciales reuelationes.

Refellitur Soarius.

At prædicta doctrina manifeſtè expugnata præmittitur ex dictis; vbi efficaciter oſtẽſũ eſt, quodlibet lumẽ gloriæ in quacũque portione (etiã qua donãtur paruuli ante vſum rationis decedentes,) præſtare ad exprimendam ſupremam creaturarũ ex poſsibilibus;

si suppetat intentionalis motio obiecti beatifici, quod tanquam voluntarium speculum fœcundat pro sorte status beati intellectum compositum lumini ad intuitionem omnium earum creaturarum in verbo, quæ attineant ad conditionem beati. Quod ex Scoto ostendimus, *in quæstion. 3. prologi. §. Sed dubium est. numer. margin. 24.* adi præcedentem, *art. 4. numer. marginal. 38. 39. & 40.* & præcipuè, *numer. 44.*

Vera solutio

Scotus

Quando verò instas, igitur fieret, vt beatus præstantioris meriti sibi vendicet minus perfectam visionem, si ad illius statum pauciores creaturæ spectent; cùm expressio plurium creaturarum in Deo aperiat maiorem nobilitatem visionis.

Obiectio, sequeretur quod beatus exiguioris meriti donaretur visione præstantioris.

Respondetur; quòd suppositâ supparì intensione luminis; illa visio, quæ pro cõditione beati plures creaturas attingeret, nõ esset perfectior essentialiter, sed tãtũ accidẽtaliter, & extẽsiuè. Quę inæqualitas ratione obiecti secundarij non conducẽtis ad sortem beati; nihil facit sit ad fœlicitatem & voluptatem fruitiuam talis beati.

Excutitur oppositio.

Nì velimus, Deum pro sua munificentia inæqualitatem illam beati, qui pro exigẽtia status pauciora obiecta inspiciat, compẽsare intuitione aliarũ creaturarum possibilium; vel relatione specialium arcanorum diuinæ voluntatis. Verùm licet prædicta exæquatio, aut paritas circa pluralitatem creaturarum non asseratur; parum conducit ad æqualitatem iustæ remunerationis supparis meriti in vtroque beato.

Alia solutio pro excellentia visionis in beato præstantioris meriti

30 Sed vrget obiectio contra communem Theologorum pronũtiatum asseuerans; beatum callere cuncta ea obiecta secundaria, & indiuidua contingentium actionum, quæ ad illius conditionem attineant. Eòquòd cognitio mysteriorum Incarnationis Christi conducat ad statum beatificum Angelorum, cùm Christus sit caput illorum, ex cuius meritis præuisis iustificati, & glorificati fuerẽ; vt supponit communior, & probabilior sententia.

Obiectio contra præmissã doctrinã de visione fruitiua pertinentiã ad statum beati.

Sed Angeli videntur multa ignorasse à principio suæ beatitudinis circa mysterium Incarnationis, quæ successu temporis per prædicationem Apostolorum didicerunt; vt constat *ex Psal.* 23. in quo introducuntur Angeli interrogantes; *quisnam sit ille rex gloriæ*, ad cuius ingressum portæ æternales attolli debeant?

Supponitur, quod Angeli à principio beatitudinis ignorauerint incarnationis mysterium.

Psal. 23.

Et ex illo Isaiæ 63. *Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua gradiens in multitudine fortitudinis suæ:* & infra. *Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?* Vbi introducuntur Angeli quasi hæsitantes, & in extasim rapti, dum Christum euntem in cœlum, quisnam esset? ignorarent. Quibus, & alijs Sacræ Scripturæ locis innixi multi Patres autumarunt; mysteria Incarnationis non innotuisse Angelis, antequã Ecclesiæ propalarentur; citantur Hieronymus, Theophilatus, Oecumenius, & alij.

Arg. ex celebri testimonio Isaiæ.

Hieronym. Theophilact. Oecumenius

Respondetur cum Augustino, qui vnus pro millibus præstat, qui (5. *super Genesim ad literam, cap. 19.*) expressè sustinet, mysterium Incarnationis innotuisse Angelis à principio suæ beatitudinis, eò quòd Incarnatio quoad substantiam talis mysterij attineat ad statum Angelicæ beatitudinis; licet Angeli ignorauerint mysterium Crucis quoad aliquas circumstantias extrinsecas, scilicet quantùm ad conuersionẽ gentium, & modum vocationis earum; nimirum absque obseruatione legalium; & quòd æqualiter, & sine vllo prorsus discrimine ad vnionem mystici corporis Ecclesiæ sub vno capite Christo simul cum Israelitis, quibus primò facta est promissio, Gentiles assumendi forent.

Vera emendatio obiectionis Augustini.

Angeli à principio beatitudinis ignorarũt mysterium Crucis quoad circumstantias extrinsecas.

Sic enim intelligendus est ille locus Pauli *ad Ephesios 3. Quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à sæculis in Deo, qui omnia creauit, vt innotesceat Principibus, & Potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam multiformis gratia Dei.*

Cõcinna interpretatio Pauli ad Ephesios 3.

Nec obstant loca illa Dauidis, & Isaiæ, quia S. Augustinus *serm. 5. de Ascensione Domini.* Exponit testimoniũ illud, *Psal. 23. Quis est iste rex gloriæ? &c.* Non quasi ex ignorantia illæ interrogationes Angelorũ processerint, sed ex admiratione potiùs & animo magnificandi Christum; cõtinent enim prædicta Dauidis, & Isaiæ testimonia dialogum quemdam præconiorum Christi; in quo Sancti Angeli proponuntur,

Satisfactio ad obiectaca Dauide & Isaia.

vt collocutores ad gloriam aſcenſionis magnificandam.

Adfundamẽtũ ſecundæ opinionis cõtra intuitionẽ futurorũ ab initio beatitudinis.

31 Ad fundamentum ſecundæ opinionis; fatemur, Summos Pontifices beatos apprehendere in verbo vniuerſum militantis Eccleſiæ progreſſum; ſicut & beatos Reges totius Monarchiæ ſtatum inſpicere.

Solutio 1. Nõ ſequitur quod quilibet beatus inſpiciat diem extremã finalis iudicii.

Nec tamen inde inferri, quòd dies extrema iudicij illis reſeretur; quia cũ viſio hauriat tanquam à principio elicitiuo expreſsionem harum creaturarum præ alijs à motione, & intentionali cauſalitate obiecti beatifici; Deus mouet intellectum perfuſum lumine ad eliciendam viſionem repræſentatiuam actionum, quæ ad ſtatum beati attineant; non vero eius, ex qua propalari queant preces fuſæ in igne extremæ conflagrationis; vt loquitur Moſina.

Aliare ſp. probabilis ex Soario, quòd beati videant diem iudicij ab initio beatitudinis

Adde ex Soario, 1. *part. libr. 2. de Attributis negatiuis, capit. 27. numer. margin. 4.* quòd illud teſtimonium aſtruens; neque Angelos præſcire diem iudicij, non ita vrget, vt abſque errore aſſeuerari nequeat, beatos diem iudicij inſpicere in verbo; cùm enim autumat, quòd neque Angeli ſciunt diem iudicij, etiam addit; quòd *neque filius.* Quare ſicut de filio exponitur à Sanctis Patribus, quod neſciat diem iudicij, vt illum reuelet; ſic etiam de beatis intelligi poſſet. Sed probabilior eſt prima ſolutio, quam ſuſtineo.

1. ſolutionẽ recipit author.

CONTROVERSIA DECIMA
DE INCOMPREHENSIBILITATE DEI.

Duplex quæſitum in hac cõtrouerſia

DVO in præſenti controuerſia verſabimus. Primùm; de probabilitate illius aſſerti, quod ſuſtinet, Deum eò incomprehenſibilem exiſtere, quò intellectus creatus ob coangustationem ſuæ finitionis nequeat callere quidquid formale ſit diuinæ illimitationis in obiecto beante; itavt intuitio præſcindere queat ab aliquo quaſi gradu infinitatis intenſiuæ Dei. Vbi quid acuminis referant aliquæ recentiorum molitiones, enodabimus, quas & ipſi vt demonſtrationes obtrudunt, quæ intentum obtineant.

1. deviſione præſcindente circa obiectum beatificum.

Deinde in sequenti articulo aliâ incomprehensibilitatis aperiendę rationem trademus ; quam de Scoti mente iudicamus.

ARTICVLVS I.

Vtrùm Deus sit incomprehensibilis, quia beatum lateat aliquid formale in obiecto beatifico?

SVMMARIVM.

Proponitur placitum Soarez, & Vazquez improbans, ideò Deum esse incõprehensibilem, quia aliquid suæ illimitationis formalis necessariò lateat videntem. Num. 1.

Apparantur fundamenta ad eam sententiam, quæ incomprehensibilitatem constituit in hoc, quòd à creato intellectu exhauriri nequeat tota ratio illimitationis formalis in Deo. Num. 7.

Prædicta sententia fulcitur, authoritate Patrum, & testimonio Scoti. Numer. 21.

Optima Scoti ratione demonstratur, quòd si non repugnet comprehensio, dato quòd nil formale Deitatis lateat beatam, nec etiam obstet, quòd pateat quidquid est eminentiale in Deo. Num. 24.

Satisfit oppositionibus contra prædictã sententiam. Num. 31.

VERITAS Hæc de incomprehensibilitate Dei omniũ Theologorum calculo recepta fuit, quousque recentiores aliqui cõtrouersias excitarunt circa veram intelligentiam quidditatiui cõceptus comprehensionis; in qua totius difficultatis apex consistit.

1 Circa quem; Gabriel Vazquez 1. *part. disput.* 53. *capit.* 1. *num. margi.* cui suffragatur Soarez, 1. *part. libr.* 2. *capit.* 29. *numer. margin.* 1. docent; communem Theologorum sententiam pronuntiantem; ideò Deum non comprehendi, quia licet videatur totus, sed non totaliter; non ita intelligendam esse, quod (ly *totaliter*,) se teneat ex parte obiecti; opinantur enim, beatum inspicere Deum totaliter, ita vt nil lateat alicuius rationis obiectiuæ, quæ Deo formaliter congruat.

Quòd ita certum astruunt, vt oppositam sententiam vocitet Soarez improbabilem; sed inconsequenter, vt infra aperiam; & Vazquez eam æstimet omni probabilitate vacuam, ex qua absurda sequãtur. Cæterùm, quia supposito quòd Deus à beatis totus, & totaliter ex parte rationis obiectiuæ inspiciatur; difficillimum est euadere comprehensionem Dei; in varia distrahuntur effugia, nec alter alteri cohæret.

Quid statuit de sententia autumante, quòd beatũ lateat aliquid formale in Deo?

Soarius enim Gabrielem Vazquez adoritur, eòquòd Vazquez autumauerit; ideò Deum comprehendi nõ posse quia ſũa beato nec vlla creatura inspici valet in Deo, vt in causa, siue ex vi visionis; à fortiori repugnabit ex vi visionis cũctã possibiliũ collectionem, & vniuersa diuinæ volũtatis cõsilia intueri quod necessariò exposcitur ad cõprehẽsionem Dei, cùm ad cuiuslibet causæ creatæ comprehensionem attineat omnes effectus in causæ eminentialitate exhaurire.

Soarius adoritur Vazquiũ euadẽtẽ cõprehensionẽ eòquòd creaturæ nil videantur in Deo

At Soario, qui cũ communi theologorum sentẽtia autumat; beatũ creaturas possibiles, & futuras pro exigentia status, in Deo vt in causa ex vi visionis intueri; nõ potuit illa diuinæ incõprehensibilitatis ratio nõ displicere; ideoque aliam arripit viam, vt enodet, cur licet totus Deus inspiciatur, & totaliter quoad omnẽ modũ suæ intrinsecæ illimitationis formalis, nõ astruatur tota liter videri, quãtum ad rationem comprehensionis?

Quid in hac re opinetur Soarius, circa incõprehensibilitatem Dei.

Asserit enim cũ communi Thomistarum classi; quòd licet de facto inspiciantur in Deo variæ species possibilium, quia tamẽ fieri nequit, etiã de absoluta Dei potẽtia, vt vniuersa possibilia videãtur, vi beatificæ apprehẽsionis; accedit inde, vt Deus nõ videatur totaliter

Communis Thomistarũ sententia de incõprehensibilitate Dei eòquòd lateat eminentialitas

rer secundùm eminentiam, & virtualitatem eius, licet inspiciatur totaliter quoad omnem rationẽ formaliter Deo inexistẽtem. Cùm autem ad comprehẽsionem exigatur exæquatio totius rationis intelligibilis, tam formalis, quã eminẽtialis, id enim est, obiectum totũ, & totaliter exhauriri, ideò Deum non comprehẽdi à beatis cõtendit. Sed quã tũmvaleat prædicta ratio infra enucleabitur; modo tamẽ proponenda sunt fundamenta, quibus oppositam impetant sententiam.

2. ratio ex Vazquez quòd nil formale Dei lateat beatum

2 Et primò arguit Vazquez; si viso Deo nõ apprehenderetur totaliter secũdùm omnem modum intrinsecũ suæ illimitationis formalis; fieret, vt non solùm de absoluta Dei potentia, sed etiã de lege ordinaria, inspici posset essẽtia absque personis; aut vnum attributum sine alio.

Sequela probatur; quia ex omnimoda simplicitate, & idẽtitate essentiæ, attributorum, & relationum, petitur implicatio; cur repugnet vnum sine alio inspici, ex vi notitiæ quidditatiuæ, & intuitiuæ, quæ obiectum apprehendit sicuti est? Atqui non obstãte summa idẽtitate quæ intercedit inter quodlibet attributum, & omnem modum suæ illimitationis formalis, potest aliquid illius videri, & aliquid latere; ergo etiã visa essentia possut latere hypostases & attributa.

Sequeretur, quòd de facto videndo posset Deitas sine relationibus & attributis.

At nec Scotus concesit de lege ordinaria posse videri essentiam absque personis, aut attributis, esto quòd distinctionem ex natura rei inter essentiam, attributa, & relationes cõstituat; ergo qui nullum distinctionis genus admittunt fateri nequeunt, quòd inspici possit attributum, ita vt aliquid suæ rationis formalis lateat.

Vrgetur ratio ad hominẽ cõtra lectatores Scoti

3 Deinde; contendit Soarius oppositam opinionem, dum vitare conatur comprehensionem Dei, in aliud absurdum planè prolabi; quod scilicet Deus non inspiciatur absque analogia, & quidditatiuè à beatis. Quia Deus est summè vnus, & indiuisibilis, & ideò non potest inspici, si aliquid illius non videatur; Deus enim est tota sapientia, verbi gratia, & non aliquid illius præcisè; igitur non visa tota sapientia, non videtur Deus; & sic de cæteris attributis.

2. oppositio ex Soario quod si aliquid Dei ita videretur beatã, non videretur Deus quidditatiuè.

Sed Soarez sibi non constat, dum notam improbabilitatis oppositæ sententiæ inurit; eò quòd implicatoria sit circa simplex, & indiuisum obiectum distinctio præcisiua, quæ necessariò relinqueretur à visione beatifica, si apprehenderet Deum, non percepto aliquo modo suæ illimitationis formalis. Quia ipse Soarius, 1. *p. lib. 2. de attributis negatiuis, cap. 23. n. mar. 19.* dũ disquirit rationem, cur implicet videri essentiã sine relationibus? Fatetur ingenuè, infirmã esse probationem eã, quæ producitur abomnimoda simplicitate, & identitate obiecti; sic enim habet.

Sibi non constat Soarius dũ inuehitur in oppostam sententiam.

Sed hoc non videtur cogere, quia licet videretur essentia sine personis, non videretur, vt distincta; quia aliud est videre præscindendo in mente, aliud distinguendo; qui ergo sit videret non iudicaret essentiam, & relationes esse distinctas, sed solùm videret essentiam, & ibi sisteret, nihil de identitate, vel distinctione iudicando. Hæc Soarius, vbi manifestè infringit oppositionem, qua aduersarios modo premere satagit. Quã doctrinam ab Scoto accepit, quem trãscribimus, & elucidamus infrà, *sub num. marg. 21.*

Pende verba Soarij

Scotus

4 Arguitur tertiò; quia si sustineri posset incomprehensibilitas Dei, eòquòd aliquis modus diuinæ illimitationis lateat videntem; fieret, vt etiam respectu beatificæ intuitionis assignanda esset illa distinctio, quæ appellatur ratiocinatæ rationis; ac proinde distingueretur in Deo, illud, quod terminaret visionem, à reliqua intelligibilitate, vel ratione obiectiua, quæ non apprehenderetur, vi illius notitiæ; quod est prorsus falsum.

Arg. 3. quòd distinctio rationis ratiocinatæ causaretur à notitia intuitiua.

Eòquòd nequeat astrui distinctio, vbi ea ante intellectũ nõ insit, nisi quãdo actus apprehẽsionis est inadæquatus & quidditatiuè non concipiat; aliàs enim eadẽ ratione inferretur distinctio rationis ratiocinatæ ab adæquata & quidditatiua notitia actus beatifici, sicut de facto cõsequitur ad inadæquatas cõceptiones nostras, quæ quatenus Deum ænigmaticè, & per analogiam ad creata, apprehendunt, partiuntur simplex, & indiuisum obiectum, inferuntque discretionem rationis, vbi ea à parte rei non intersit.

Premitur ratio cõtra distinctionem ex fundamento ab intellectu intuitiuo circa obiectum indistinctũ à parte rei.

5 Verùm enim verò postquam Vazquez prædictam sententiam impetiuit quam asseruit esse Francisci Victoriæ & aliorum recentiorũ-postea, *in ea. 2.*

Qualiter intelligatur Vazquius S. Tho. Bonau. & Scotum

eiusdem

eiuſdem diſput. 53. numer. 5. citat Sanctum Thomam, S. Bonauenturam, & Scotum, autumantes, ideò Deum eſſe incomprehenſibilem; quia ad comprehenſionem exigatur, quòd cognitio ſit tantæ actualitatis in genere notitiæ, quantam nanciſcitur obiectum in genere cognoſcibilis. Atqui implicat, dari viſionem aliquam creatam, quæ importet tantam actualitatem in ratione viſionis, ſicut Deus in ratione quidditatiuè viſibilis, cùm intelligibilitas Dei ſit illimitata per eſſentiam; igitur repugnat comprehenſio Dei.

Inuehitur Vazquius in commentum ab ipſo excogitatum.

Tandem concludit Vazquez, prædictum modum dicendi, quem eſſe S. Th. & aliorum theologorum comminiſcitur, nec ſibi conſtare; quod ſic oſtendit, *loco citato ſub n. marg. 9.*

Impetit probationem S. Thomæ.

Quia ſequeretur prorſus inutilem relinqui probationem eam, qua agit Sanctus Thomas, inuoluere contradictionem, quod in Deo quotquot ſunt creaturæ poſsibiles inſpiciantur; quia aliàs comprehenderetur virtualitas, & eminentia Dei. Quia ſi ad rationem comprehenſionis exposcitur æqualitas intellectionis cum intelligibilitate obiecti; eſtò quòd beatus calleret vniuerſam poſsibilium congeriem, talis viſio comprehenſiua non foret; quia non poſſet eſſe æqualis infinitæ intelligibilitati Dei.

Suppoſita æqualitate intellectionis cū obiecti nō comprehenderetur Deus quātus inſpiceretur tota eius eminentialitas

Quare, licet ex penetratione omnium creaturarum poſsibilium in Deo inferretur talem actum infinitatem intenſiuam ſibi aſciſcere; attamen nullatenus produci poſſet comprehenſio, ſi ad rationem illius exposcatur æqualitas cum obiecto, cùm infinitum ſecundùm accretionem intenſiuam exæquari nequeat infinito ſecundùm eſſentiam.

Impetit ſecùs dò Vazquius S. Thomam.

Præterea; quòd Sanctus Thomas, *1. part. quæſtion. 12. artic. 7* ideò conſtituit, Deum eſſe incomprehenſibilem; quia implicat lumen gloriæ infinitum.

Nō ſequeretur cōprehēſio Dei quæuis daretur lumē gloriæ infinitum.

Quæ ratio eneruis, & futilis eſſet ſuppoſito quòd ad rationem comprehenſionis exigatur, quòd notitia exæquet intelligibilitatem obiecti; dato enim, quod lumen, & viſio, infinitudinem importarent, adhuc non ſupperetet paritas rei ad rem inter intellectionem creatam, & intelligibilitatem Dei; quia viſio ſolùm eſſet illimitata, lucet & lumen, ſecundùm gradualitatem intenſiuam, Deus verò infinitus ſecundùm eſſentiam, quæ ſunt extrema prorſus incomparabilia.

Expugnat præterea Vazquius æqualitatē cōprehenſionis obiecti

6 Deinde; quando ad comprehenſionem exposcitur æqualitas inter cognitionem, & cognoſcibilitatem obiecti; aut proceditur de æqualitate rei ad rem, ita vt quantitas, & latitudo actus, quaſi articulatim creſcat per commenſurationem ad quantitatem virtualem obiecti; & ita fieret, vt nullius ferè rei comprehenſio aſtrueretur poſſibilis.

Nequit aſſeri æqualitas rei ad rem

Aliis enim Angelus non poſſet comprehendere ſubſtantiam corpoream, vel aliam inferiorem ſubſtantiam Angelicam; eò quod perfectio intellectionis, cùm ſit accidens, non queat exæquari perfectioni ſeu quātitati virtutis obiectiuè ſubſtantialis.

Æqualitas cōprehenſionis nō ſit in eſſe rei, ut ſtat principium apud Vazquium

Aut iſta æqualitas poſita non eſt, niſi in quadam proportione actus cum obiecto ſecundùm rationem obiectiuam eius; in quo ſenſu ille actus aſtruetur æqualis obiecto, qui penetrat obiectum ſecundùm omnem modum ſuæ rationis obiectiuæ; licet non ſit illi æqualis entitatiuè, ſiue materialiter in ratione entis, ſed ſolùm formaliter in eſſe intelligibilis; ſicut perſpicuè conſtat exemplo comprehenſionis Angeli reſpectu inferioris ſubſtantiæ.

Et ita prædicta probatio, quæ ab æqualitate notitiæ, & obiecti accipitur, peteret principium; ſiquidem reddenda eſſet ratio, cur viſio beatifica non ſit æqualis Deo, vt obiecto? Siquidem apprehendit ex parte obiecti omnem modum ſuæ formalis, & intrinſecæ illimitationis ac proinde exhaurit obiectum beatificum ſecundùm totam rationem obiectiuam eius.

Iudicia Petri de Lorca de interpretatione communi ſentiæ apud Vazquium

Prædicta argumenta obtinent, (quod ipſi Vazquez damus ingenuè,) probationem incomprehenſibilitatis ab inæqualitate actus, & obiecti in eſſe rei acceptam, futilem, & ineptam eſſe; quòd euidenter demonſtrat nō fuiſſe S. Thomæ, Bonauentur. Scoti, & totius antiquitatis theologorum; nec enim recte aſſeritur, theologiæ principes rem ita ſeriam tam ſegniter, & oſcitanter verſaſſe.

Non tamen ideò credimus, vt vult Lorca, *loco infra citando*, quòd hæc ra-

tio

Liberatur Vazquius ab impietate in Patres.

tio incomprehenſibilitatis aperiendæ, quæ antiquis Doctoribus adſcribitur; potiùs cenſeri debeat impoſtura, & cõmentum quoddam eò excogitatum, quò exautoratis circa præſentẽ diſſertationem antiquis Doctoribus; expeditiùs procederetur ad nouam doctrinã inferendam.

Nota cenſionẽ Pet. Hurtadi circa opinationem Vazquez.

Sed licebit Vazquium verbis alterius Ieſuitæ authoris adoriri; ſic igitur Petrus Hurtadus *in ſuo opere de Incarnatione, diſp. 54. ſect. 9. ſubſect. 5. § 197.* vbi habet ita.

Nullus ita deſipuit, nec potuit (niſi inſanus omnino,) vt arbitraretur poſſe actum creatum eſſe tàm perfectum, quã Deum; aſſeruerunt autem aliqui, poſſe Deum actu creato comprehendi. Hos Patres damnarunt aſſerentes, Deum eſſe à nobis incomprehenſibilem; at non eò confugerunt, vt probarent, noſtram cognitionem eſſe æqualem perfectioni Dei; ergo comprehenſionem non acceperunt in eo ſenſu En quàm acriter Sodalis impetat Vazquium.

Apparantur fundamenta ad eam ſententiam, quæ conſtituit incomprehenſibilitatem Dei in hoc, quòd exhauriri nequeat ab intellectu creato tota ratio illimitationis quaſi intenſiuæ in obiecto beatifico.

Diffinitio cõprehenſionis ex Auguſtino.

7 VErùm ad dirimendam controuerſiam, prælibanda eſt celebris Auguſtini diffinitio, quam tradit *epiſt. 112 cap. 8.* vbi conſtituens diſcrimen inter apprehenſionem obiecti, & comprehẽſionem illius; inquit.

S. Auguſtin.

Aliud eſt videre; aliud eſt totum videndo comprehendere. Quandoquidem id videtur, quod præſens vt cunque ſentitur; totum autem comprehenditur videndo, quod ita videtur, vt nihil eius lateat videntem, aut cuius fines circunſpici poſſunt.

Abſimilitudo inter apprehenſionẽ, & cõprehenſionem.

Sicut te nihil latet præſentis voluntatis tuæ: circunſpicere autem potes fines anuli tui; exempli gratia, tuo poſui, quorum alterum ad mentis obtutum; alterum ad corporales oculos pertinet.

Cõtrarium pronuntiati Auguſtini.

Vbi duo præſtat Auguſtinus; primum; diffinitionem comprehenſionis, quæ ex illis præciſis verbis conſtat. *Quod ita videtur, quòd nihil eius lateat videntem; aut cuius fines circunſpici poſſunt.* Deinde apponit exemplum apprehenſionis, & comprehenſionis; vt appareat quid inter vtramque notitiam interſit; expendenda igitur primò eſt bonitas diffinitionis, ex qua conſtabit deinde, quomodo exempla rem cõcinnè demonſtrent.

Analogia cõprehenſionis corporeæ ad cõprehenſionẽ intelligibilẽ

8 Præmittitur ergo; quòd vocabulum iſtud, *comprehenſio*, metaphoricum ſit, vt potè quod tranſlatitiè accipiatur à corporali comprehenſione. Sicut enim tunc aliquod corpus dicitur comprehendere aliud, quando latera ſuperficiei concauæ continentis corporis ex omni parte ambiunt cõuexam corporis contenti ſuperficiem, ita vt complectãtur omnes fines, & extrema talis corporis; ſic per trãslationem apprehenditur notitia inſtar cuiuſdam extenſionis intelligibilis, quæ obiectũ capiat intra cauitatem, & ſinum repræſentationis ſuæ.

Quid ſit cõprehenſio.

Tunc autem dicetur obiectum comprehendere; quando, (vt docet Auguſtinus,) nihil obiecti lateat videntem; aut quando fines obiecti circunſpiciantur, aut taliter penetrentur quaſi extrema intelligibilitatis, & actualitatis obiecti, vt nil ſit obiectiuæ latitudinis, & modi quaſi accretionis intẽſiuæ, tenentis ſe ex parte obiecti, quod à cognitione penitus non exhauriatur.

Alia diffinitio cõprehenſionis ex Auguſtino.

Eòdem ſpectat altera Sancti Doctoris diffinitio, quam tradit, *12. de Ciuitate Dei, capit. 18. Illud ſcientia comprehenditur, quod ſcientis cognitione finitur.* Vbi notitia finiti obiectum, non eſt quod ex infinito fiat obiectum finitum, ſed quòd exhauriatur tota ratio intelligibilitatis obiecti; ſeu (vt Auguſtinus in altera diffinitione expendit,) quòd fines intelligibilitatis ea ratione circunſpiciantur, quod nihil vltra ſit in obiecto præter id, quod ter-

minet

minet notitiæ obtutum.

Quod Augustini pronuntiatum vel sic exarat Scotus, *in 3 sentent. dist. 14 quæst. 2. §. Ad secundam probationem, sub num. marg. 7.* vbi subijcit.

Augustinus de Ciuitate, lib. 12. capit. 18. dicit; quod quidquid scientiæ comprehenditur, scientis cognitione finitur. Quod non est intelligendum, quòd absolutè finiatur, quia tunc Deus non comprehenderet se; sed finitur cognoscenti, quia respectu eius se habet, ac si esset finitum. Bellè quidem, & acutè.

9 Nec committam, vt præteream Alensem apprimè enodantem Augustini sensum, *1. p. quæst. 7. membr. 1.* Vbi sic habet.

Dicendum; quòd potest appellari comprehensio, cognitio intellectus apprehendentis, siue adhærentis veritati; vel potest appellari comprehensio, cognitio intellectus includentis. Sumendo comprehensionem primo modo, dicendum, quòd Deus est comprehensibilis; quia intellectus noster adhæret veritati, quæ Deus est: vnde Sponsa Cant. 3. (tenui eum, nec dimittam.) Et hæc comprehensio nil aliud est, quam quædam cognitio cum adhæsione, siue quædam apprehensio; hoc modo loquitur Apostolus, cùm dicit; (sequor, si quo modo comprehendam,) id est, si quo modo perfectè potero cognoscere Christum, & istud perfectè attenditur in adhæsione ad Deum.

Si dicatur comprehensio, cognitio intellectus includentis; hoc modo facit Augustinus differentiam inter videre, & comprehendere; & hoc modo impossibile est Deum comprehendi, quia impossibile est, quod intellectus includat diuinam essentiam. Secundùm enim Augustinum Epistol. 112. ad Paulinam, capit. 8. illud solùm comprehendere possumus, cuius fines circumspici possunt; illud autem impossibile est in Deo.

Hæc Alensis; vbi de mente & phrasi Augustini vocat comprehensionem notitiam includentem obiectum; eòquòd concludat fines, & quasi extrema intelligibilitatis talis obiecti. Curverò implicet, intellectum creatum esse principiũ notitiæ includentis obiectum beatificum accuratè persequitur Alensis, in hæc verba.

10 *Sed obijcitur; omne simplex, cùm non habeat partem, eũ attingitur, attingitur totũ; cùm verò attingitur totum, comprehenditur. Cùm ergo diuina essentia intellectu humano attingatur aliquomodo, cùm ipsa sit simplex, comprehendetur; ergo si cognoscetur cognitione visionis, cognoscetur cognitione comprehensionis.*

Respondetur; quòd non sequitur, attingitur totum, ergo comprehenditur; comprehendere enim est, secundùm totam substantiam & virtutem, & respectum, rem comprehensam includere; attingere verò est, totum ad totum iungi, quamuis non secundùm totum fiat inclusio.

Verbi gratia; linea ducta ad centrum tangit centrum, nec tamen comprehendit, quia non omnem virtutem, & respectum centri respicit; imò infiniti sunt respectus ipsius centri, & virtutes infinitæ, ad lineas, quæ possunt duci ab ipso, & ad ipsum, præter respectũ huius lineæ; sed circunferentia sola ipsum centrum comprehendit.

Secundùm hunc modum est dicere; quòd intellectus creatus est velut quædam linea ducta ad centrum, hoc est simplicitatem diuinæ substantiæ; quæ etiam secundùm esse, quod habet in creatura, intelligitur velut centrum, habens virtualèm positionem in creatura, & simplicem.

Sed illud, quòd habet esse in se, habet esse velut in circunferentia infinita, quia nec habet principium, nec finem; sed in infinitum excedens modum essendi in creatura, sicut circunferentia centrum. Propter quod dicit Trismegistus; (Deus est sphæra intelligibilis, cuius centrum est vbique, circũferentia nusquam.)

Vbi præcipuè recolenda obijcio aurea illa verba Alensis. *Intellectus creatus est velut quædam linea ducta ad centrum, hoc est simplicitatem diuinæ substantiæ.* Deinde obseruanda illa etiam adiuncta. *Linea ducta ad centrum tangit centrum, nec tamen comprehendit, quia non omnem virtutem, & respectum centri respicit.* In qua analogia, Deitas in mente perfusa lumine gloriæ est velut centrum indiuisibile, quod totum attingitur à linea obtutus creati; licet non secundùm omnem eam rationem obiectiuam secundùm

quam

Alensis

Obiectio proueræ doctrinæ elaeidanda

Diluitur.

Optima instantia Alensis.

Deus in intellectu creato est velut centrũ quod attingitur à linea.

Deitas in intellectu diuino est circũferentia infinita.

Trismegist.

Expenditur analogia Alensis de centro Deitatis vt attingitur à beato, & de linea obtutus creati vt attingit Deitatem, & de circũferentia, quæ est Deitas vt existit in se.

quam est ad alias mentes creatas per relatam, aut quasi relatam motionem comparabilis; simili ratione, qua punctum attingitur totum à linea, at non secundùm omnem respectum attingibilitatis, iuxta quem est ad alias lineas comparabilis, & componibilis.

Deitas in mente beati est puncti sed in intellectu diuino est circunferentia.

Subijcit deinde, quòd licet Deitas in mente beati se gerat adinstar puncti, qui non attingatur à linea mentis creatæ, quoad omnem modum obiectiuæ visibilitatis, secundùm quem componitur alijs mentibus per motionem intentionalem; at Deitas, vt in se, & quatenus mouet intellectum increatum ad intuitionem sui, in præsenti analogia, quam versat Alensis, se habet velut circunferentia infinita ambiens omnem modum obiectiuæ motionis, quæ attingi queat ab omni intellectu creato, & creabili. Quare subdit; *Alensis.* *sed illud esse, quod habet in se, habet esse velut in circũferẽtia infinita, in infinitũ excedẽs modũ essendi in creatura, sicut circunferentia centrum.*

Corollariũ. Vnde sicut circunferentia comprehendit centrum; ita Deitas, vt in se, & vt comparatur ad intellectum increatum, comprehendit centrum Deitatis vt à lineis creatis attingibilem; nimirum simplicitatem, & indiuisibilitatem diuinæ substantiæ, vt concludit totam collectionem linearum intelligibilium quæ est vniuersitas creatarum mẽtium, in quantum conantur in Dei visionem, quatenus eleuatæ, vel donatæ habitu luminis.

Quæ fuerit antiquorum Theologorũ sententia de incõprehensibilitate Dei

11 Quam Alensis doctrinam libenter transcribo, vt vel perspicuè constet, non fuisse de Theologicæ antiquitatis consensu rationem eam diuinæ incomprehensibilitatis, quæ ab æqualitate notitiæ, & obiecti petitur; cùm Alensis noster antiquissimus Scholasticæ doctrinæ parens, vt potequi Sanctos Thomam, & Bonauenturam, sit nactus auditores, huiusmodi rationem nec leuiter insinuauerit; sed eam, quam ab illo hausit Sanct. Thomas, & cæteri Scholastici communiter; quòd scilicet implicet inclusio obiecti beatifici intra sinum, & metas notitiæ creatæ, quia licet apprehendatur totus Deus, sed non totaliter; vt infra ex S. Thoma aperietur.

Cæterùm, quod *ly totaliter*, apud Alensem, significet aliquem modum intelligibilitatis formaliter tenentem se ex parte obiecti; liquet ex proposito exemplo centri, quod quia indiuisibile est, attingitur totum à qualibet linea, sed non totaliter; eò quòd non secundùm omnem modum compositionis, & respectum terminationis, quem importat ad alias lineas, quæ terminantur ad idem centrum indiuisibile.

Ostenditur ex Alensi.

Vnde, sicut modus terminationis in centro respectu lineæ, siue ratio illa terminandi lineam ex parte centri, est quid intrinsecum, & formale in centro; sic & modus illimitationis obiecti beatifici, qui exhauriri nequit à notitia creata, apud Alensem, videtur esse aliquid intrinsecum, & formale ex parte Dei.

1. Corollariũ de disparitate apprehensionis & comprehẽsionis ex Augustino.

12 Ex dictis sequitur primò; quàm appositè exempla Augustini aperiant discrimen apprehensionis, & comprehensionis; illis verbis. *Sicut nihil te latet præsentis voluntatis tuæ; circunspicere autem potes fines anuli tui.* Exemplum comprehensionis exhibuit in notitia, qua homo ex omni parte penetrat naturam actus volitionis suæ; exemplum verò apprehensionis in obtutu oculi inspicientis anulum; qui ideò non valet esse comprehensiuus, quia vt docet idem Augustinus *serm. 38. de Verbis Domini*, ideò oculo corporeo nequit res quanta comprehendi, quia non potest callere quantitatem secundùm trinam dimensionem, vel secundùm omnia extrema extensionis suæ.

S Augustin.

2. Corollariũ ad cõprehensionẽ nõ exposcitur, quòd cognoscatur optimo modo ex parte cognitionis.

13 Secundò infertur ex prædicta diffinitione; non exigi ad comprehensionem, quòd res apprehendatur optima ratione possibili ex parte notitiæ; in quo solo sensu asseuerauit Vazquez, esse dogma fidei incomprehensibilitatem Dei; eò quòd solus intellectus diuinus queat apprehendere Deũ optimo modo ex parte cognitionis, nimirum notitia illimitata per essentiam. Vnde licet astrueretur possibile lumen gloriæ illimitatum, & visio infinita secundum intensionem, adhuc Deus non inspiceretur optima ratione ex parte notitiæ; quia non suppeteret æqualitas rei ad rem inter cognitionem, & obiectum, qualis intercedit inter visionem increatam & Deum; cùm Augustinus tantùm exposcat, quòd

cir-

circunspiciãtur extrema intelligibilitatis obiecti, vt vera obiecti comprehensio censeatur.

Alias enim fieret, vt implicaret comprehẽsio cuiuslibet naturæ creatæ; quia licet Angelus, qui respectiuè esset superior, totaliter exhauriret rationem obiectiuam talis rei, adhuc apprehensio illa non esset melior omni ea, quæ de tali obiecto haberi posset; cùm sit imperfectior alia, quæ inexisteret excellentiori Angelo; & rursus notitia Angelo supremo cõgruẽs nõ posset esse melior notitia ex parte cognitionis; cũ in infinitum præcellat scientia Dei respectu eiusdem obiecti.

14 His præstitutis, modo vrget præcipuus dissertationis apex in referanda ratione, cur beati nõ comprehendant Deum, si circunspiciãt cuncta interminatissima extremi diuinæ illimitationis? Quia cũ beati Deum sicuti est inspiciãt (nec enim Deus quasi per partes obijcitur facialinotitiæ, sicut ænigmaticè) fiet, vt vel totus Deus, & secundũ omnem rationem formalem suæ illimitationis videatur, ac proinde & comprehendatur, vel nihil Dei apprehendatur clarè & quidditatiuè.

Atque adeò ob vitãdam comprehensionem, prolaberemur in errorẽ Armenorum, quem non veretur Vazquez, 1. p. *disp.* 37. *cap.* 2. & 3. tribuere Chrysostomo, & ibidem etiam Theodoreto, & *cap.* 4. Basilio, Cyrillo Alexãdrino, & Hierosolymitano, itidem Nysseno; & ex latinis patribus, Hieronymo, & Isidoro, quibus *in disp.* 37. *cap.* 4. adiungit Ambrosium, & alios quamplures. Quorum se strenuũ vindicem exhibet Petrus de Lorca primarius Cõplutẽsis, 1. 2. *disp.* 27. *per totam*; vbi accuratè sensum prædicti authoris cohibet.

Nec tamen ideò, vt opinatur Lorca, credendum est, Vazquez erroré Armenorum venerando Patrum cœtui, eo, vel studio, vel cauillo, adscripsisse, vt elenata in hac re Sanctorum authoritate, præmitteret incomprehensibilitatem Dei non esse de communi Patrum consensu; vt postea friuolam incomprehensibilitatis rationem obtrudens, eam non esse dogma fidei pronuntiaret. Probata enim viri doctrina non patitur, vt grauem impietatis notam in Sanctos Patres ei inustam velimus; cùm in humanum captum, varijs licet disciplinis excultum, frequentes lapsus irrepant.

Asseritur ea sentiendi via, quæ autumat, intuitionem Dei præcisiuè se gerere circa aliquid formale in obiecto beatifico.

15 AD Rem ergo accedentes; primus modus aperiendi diuinam incomprehensibilitatem sustinet; ideò Deum comprehendi non posse, quia exhauriri nequeat totaliter ex parte obiecti adæquata ratio diuinæ illimitationis; ita vt aliqua quasi latitudo quantitatis virtutis, & illimitationis quasi intẽsiuæ eius, necessariò lateat mentem creatam. *1. modus sentiendi.*

Præmittit enim talis opinandi ratio; quòd non omne, quod attinet ad quidditatem Dei in esse entis, spectat ad essentiam ipsius in esse intelligibilis prout intelligibilitas Dei importat habitudinem ad claram, & quidditatiuam notitiam; licet sit de essentia diuinæ intelligibilitatis, prout refertur ad comprehensiuam notitiam, quæ circuire debet totam obiecti latitudinem. *Fundam. præmissa sententia.*

Cùm enim intelligibilitas sit in Deo quasi quædam vis, seu relata facultas in ordine ad intellectionem; accedit inde, vt non eadem ratione spectanda sit, sed iuxta diuersam naturam notitiæ, quam terminat; ac proinde, quòd plus obiectiuæ rationis attineat ad cognoscibilitatem Dei, prout spectatur à comprehensiua visione, quàm prout est obiectum visionis tantùm apprehensiuæ, qualis est beatorum intuitio. *Nõ quidquid spectat ad quidditatem rei in esse entis, attinet ad quidditatẽ obiecti notitiæ nõ cõprehensiuæ.*

Cæterùm, quòd verum sit id, quod præmittimus, quòd nimirum non omne quod imbibitur in quidditate Dei in ratione entis, attineat ad Deitatem in esse intelligibilis, prout relatè spectatur penes habitudinem ad quidditatiuam intuitionem; perspicuo illustra- *Probatur in volitione libera Dei.*

tur

tur exemplo liberæ appetitionis Dei. Voluntas enim libera, (quia eſſentialiter nil addit ſupra voluntatem neceſſariam, vt ſupponimus ex probatiorum Theologorum conſenſione,) attinet ad eſſentiam appetitus diuini in eſſe entis; cùm tamen non conducat ad quidditatem facultatis diuinæ impulſiuæ in eſſe cognoſcibilis, prout importat habitudinem ad claram, & quidditatiuam intuitionem; aliàs enim quilibet beatus inſpiciens quidditatiuè attributum voluntatis, neceſſariò intueretur vniuerſa conſilia, & decreta libera illius, quod eſt plus quàm falſum.

Agitur adhominẽ cõtra Soarij, qui nil addit volũtati neceſſariæ dũ extenditur libertas ad obiectum contingens.

16 Sic ergo res iſta expendenda eſt vt licet tota Deitas, & ſecundùm omnem modum ſuæ rationis obiectiuæ, ſit de quidditate Dei in eſſe entis; non tamen de ratione ipſius in eſſe intelligibilis, prout refertur ad quidditatiuam notitiam, dummodo comprehenſiua non ſit. Si enim hoc implicationem inuolueret, omnia argumenta, quæ opponi poſſent contra iſtum modum dicendi retorquerẽtur contra Soarium & alios, qui tutatur, decretum liberum nil eſſentialiter imbibere ſupra voluntatem neceſſariam.

Præcluſio fugæ aduerſariorum.

Nec præſtaret occurrere, ideò non inſpici neceſſariò à quolibet beato vniuerſa propoſita libera diuinæ voluntatis, quia exprimunt neceſſariam connexionem cum obiectis, quæ neceſſariò non videntur in Deo. Quia ſicut ibi ſumma identitas, & quidditatiua incluſio decreti liberi in attributo voluntatis, non euincit eſſentialem incluſionem eiuſdem decreti in facultate impulſiua, prout iſta eſt quidditatiuè cognoſcibilis à beato; ob extenſionem diuini appetitus ad obiecta creata, quæ immutantur ad futuritionem; accedit inde, vt iſta enuntiatio: *Quidquid ſpectat eſſentialiter ad Deum in ratione entis, attinet eſſentialiter ad ipſum in ratione quidditatiuè viſibilis*, vera non ſit, quantùm ex vi identitatis obiecti ſimplicis, & indiuiſi, præcisè loquendo.

Illatio obtenta ſuppoſito quòd decretũ nil addat volitioni neceſſariæ.

Ac proinde, quòd ſicut falſificatur ob extenſionem decreti liberi ad obiectum inuoluens futuritionem; ſic ob aliam rationem falſificari queat, ſicut in præſenti; ob impotentiam eſſentialẽ, quã mẽs creata imbibit, ad exhauriendã totam rationem obiectiuæ cognoſcibilitatis Dei.

Deciſio quæſtiõis.

17 Quo præmiſſo dicendum eſt; quòd licet tota latitudo diuinæ actualitatis ſecundùm omnem modum, qui Deo formaliter inexiſtat, attineat ad quidditatem Dei in eſſe entis, vel in eſſe abſoluto, prout Deus ſpectatur in ſe; attamen non conducit tota iſta latitudo obiectiua ad Deum in eſſe relato, vel quà quidditatiuè viſibilis refertur ad intellectum creatum. Vt enim quidditatiuè inſpiciatur, non expoſcitur comprehenſio totius latitudinis quaſi intenſiuæ illimitationis Dei, ſeu quantitatis virtutis eius; cùm in iſta ſententia contradictionem inuoluat, etiam de abſoluta Dei potẽtia, quòd intellectus creatus calleat Deum ſecundùm omnẽ modum ſuæ rationis obiectiuæ; quod eſſet fines Deitatis circũſpicere, iuxta phraſim S. Auguſtini.

Ratio aſſerti.

Cùm hoc tamen ſtat, quòd quilibet beatus totum Deum intueatur; tum, quia quidditatiuè, & abſque analogia, apprehendat obiectum beatificum; & Deus quaſi per partes non objiciatur tali intuitioni. Quia licet viſio præſcindat ab illo quaſi gradu diuinæ illimitationis, qui non exhauritur vi obtutus creati; ſed non infert diſtinctionem, aut pluralitatem obiectiuam, (qua negetur aliqua ratio obiectiua de alia, ſeu concipiatur, rationem obiectiuam apprehenſam eſſe aliam à ratione obiectiua non apprehenſa,) ſed ſolùm præciſiuam diſtinctionem exprimit, quatenus ſiſtit in illimitato obiecto, quod apprehendit, nec iudicat illud, quod inſpicit, eſſe diſtinctum ab illo, quod non comprehendit. Tum, quia licet non inſpiciatur Deus totaliter, aut ſecundùm omnem modum ſuæ formalis illimitationis; id tamen, quod à quocunque beato apprehenditur totum quid eſt ſummum, & infinitum bonum; eò quòd infinitas ſit de quidditatiua ratione obiecti beatifici, cùm appetitus rationalis ſatiari nequeat, niſi in bono illimitato.

Beatus inſpicit totum Deum, eſti quòd præſcindat ab aliquo quaſi gradu illimitationis intenſiuæ.

Vnus beatus magis videt quã alius, aſſignata mẽſura qualitatee parte præcaſi intrinſici & formalis in Deo

18 Ex dictis ſequitur; quòd vnus beatus magis apprehendit de Deo, ſiue ex parte obiecti, & ſecundum rationes formales, quæ Deo inexiſtunt intrinſecè, quàm alius. Quia ſapientia diuina, verbi gratia, eſt veluti latitudo, quædã quantitatis virtutis infinities illimita-

ta; ac proinde licet beatus intueatur infinitam perfectionem sapientiæ, adhuc restat infinities illimitata quantitas, seu magnitudo virtutis, quæ videri vlteriùs, ac penitiùs penetrari possit. Quare licet viso Deo inspiciatur tota ratio obiectiua illius, ob identitatem simplicis, & indiuisi obiecti, siue identicè loquendo; non tamen formaliter, aut secundùm omnem modum, aut quasi gradum suæ rationis obiectiuæ, quod dicitur, totum videri, sed non totaliter.

Nec apparet, qua ratione id difficile, & improbabile iudicetur à Soarez, & Vazquez, qui absque vlla distinctione inter essentiam, & relationem, intelligunt, patrem æternum re ipsa totam essentiam communicare filio, non communicata paternitate; & quòd filiatio immediatè vniatur hypostaticè humanitati, non immediatè vnita essentia. Sicut ergo eminentia, & virtualitas Dei ibi præstat, vt tota Deitas communicetur filio, non communicato aliquo sui, scilicet paternitate, quæ est ipsamet substantia Dei realiter, & formaliter, ob impedimentum relatiuæ oppositionis; sic eadem virtualitas siue æquipollens distinctio, vt adiuncta impotentiæ creaturæ ad Deum intelligibiliter concludendum, & quasi exhauriendum, in causa est, vt asseratur totus Deus, sed non totaliter, inspici, aut non viso aliquo modo quãtitatis virtutis, vel illimitationis quasi intensiuæ tenentis se ex parte obiecti.

19 Sed obijcies; quòd quilibet beatus inspicit in Deo infinitam rationem obiectiuam; igitur intuetur Deum secundùm omnem modum, & quasi gradum suæ illimitationis formalis. Si enim aliquid Dei lateret beatum, non apprehenderet infinitam rationem obiectiuam; cùm illimitatum in quolibet prædicato, siue gradu essendi, ambiat quidquid est magnitudinis, vel quãtitatis intra illum conceptum.

Deinde, quòd si quilibet beatus apprehendit infinitum obiectum; cùm infinito nequeat fieri appositio, vel accretio intra illam rationem illimitatam; fieret, vt vnus beatus nil plus alio ex parte obiecti inspicere valeat; aliàs qui minus videret, infinitam rationem obiectiuam non apprehenderet.

Respondetur; oppositionem istam omnino eneruari illa diffinitione infiniti, quam in commentarijs physicis tradidimus de infinito; & iterum seriò expendemus in controuersia de omnipotentia, quamque nobis suppeditat Philosophus, 3. *Physic. cap. 7. infinitum est, cuius semper aliud extra, ratione quantitatis accipi potest.* Ex qua diffinitione producitur, vt infinitum secundùm quantitatem virtutis, vel perfectionis, illud sit; cuius quantitatem virtutis, aut quasi gradualem, & intensiuam latitudinem, accipientibus semper sit aliquid extra, quòd accipi possit. Quare, non obstat illimitationi obiecti beatifici, quòd extra illud, quod cadit sub apprehensionem creatam, supersit aliquid quantitatis virtutis, quod non circunspiciatur à creato obtutu; cùm de ratione infiniti vt sic, non sit vt ambiat, & quasi concludat quidquid latitudinis sit in tali genere illimitationis.

Vnde, cum infinitum non sit, extra quod nihil est, vt aliqui putarunt; ideò fit, vt omnem latitudinem intra ambitum illius formæ circuire non debeat; sicut infinitum sapientiæ non est, extra quod nihil supersit sapientiæ, sed quod sapientiam spectantibus semper sit aliud, & aliud, sapientiæ spectare: quò fit, vt infinito non obstet additio, appositio ve, vlterioris latitudinis intra illum conceptum; de quo latè infra loco citato.

Vrgebis præterea; quòd licet de ratione infiniti creati, siue secundùm latitudinem intensiuam, siue secundùm molem extensionis, non sit, quòd concludat quidquid est in tali genere quãtitatis molis, aut virtutis; ita vt illi obstet additio intra tale genus illimitationis. Verùm ad quidditatiuam rationem entis illimitati per essentiam, (cùm sit actus purus,) attinet, vt nil sit actualitatis, quod non inhibat per trãscendentiã illimitatio obiecti beatifici; aliàs enim tale obiectũ, quod additionẽ sustinere posset, nõ esset actus purus, ac proinde nec Deus.

Respondetur, quòd ad rationem obiecti beatifici tantùm exposcitur, quòd in esse rei, & identicè, claudat omnem gradum diuinæ illimitationis, ita vt naturæ illi, & substantiæ illimitatæ, quam introspicit beatus, essentialiter

Infringitur obiectum.

Aristoteles.

Consectarij de ratione infiniti

Premitur oppositio ex ratione actꝰ puri in obiecto beatifico

Infringitur

ob-

obstet actualitatis accessio, vel diminutio nõ tamen exigitur, quòd obiectũ, vt beatificum, exprimat relatam motionẽ ad mentem creatam, quoad omnẽ gradum suæ infinitudinis intensiuæ; id est quòd moueat secundùm omnem quasi latitudinẽ suæ illimitationis formalis.

Obiectũ beatificũ mouet mentẽ creatã tanquam actus purus

Vnde beatificum obiectum mouet vt actus purus, & vt ambiens omnem gradum intelligibilitatis; tum quia in esse rei omnem eam illimitationem trãscẽdit; tum præterea, quia neque ex parte obiecti mouentis, neque ex parte intuitionis datur partitio inter rationem apprehensam, & non apprehensam; cùm simplicissimè sistat mens beati in illimitatione sibi ostensa, nullam apprehẽdẽs discretionem inter rationem obiectiuã visam & non visam.

Opponitur, quòd quidquid spectat ad quidditatẽ entis creati in esse rei attinet ad quidditatẽ entis in esse intelligibili

20 Obijcitur secundò; quidquid attinet in ente creato ad rationem quidditatiuam rei in esse entis, spectat ad quidditatiuam rationem in esse intelligibilis; vnde nõ inspiceretur res quidditatiuè, si non apprehenderetur aliquid, quod conduceret ad essentialem constitutionem entis in esse rei; ergo similiter in Deo, quidquid attinet ad quidditatem eius in esse rei; spectat ad ipsum vt quidditatiuè visibilem.

Sed ad quidditatem Dei attinet tota latitudo, aut quasi latitudo perfectionis, & illimitatæ actualitatis, quæ illi ex natura rei congruit; cùm illimitatio Deitatis, secundùm adæquatam quantitatem virtualem eius, sit de vltimo Deitatis conceptu; vt ostendimus *in controuersia de Infinitate Dei*; quod etiam est verum de sapientia relata ad propriam infinitudinem, & sic de qualibet alia affectione attributali: igitur nil, quod subintrat quidditatiuam constitutionem Dei in esse entis, potest esse extra quidditatẽ Dei, vt clarè cognoscibilis.

Dilnitur assignata disparitate visionis prædicatorum extensiuè, & intensiuè.

Respondetur; quòd quidquid subintrat quidditatem rei creatæ in esse entis, spectat ad ipsam, prout quidditatiuè visibilem, extensiuè loquendo: non verò intensiuè. Nimirum, quòd vt natura aliqua creata apprehendatur adequatè, & quidditatiuè; necessariò exposcitur vt inspiciantur omnia prædicata, & cũcti gradus cõstitutionis suæ essentialis in esse rei; vel quòd extẽdatur visio ad omnes gradus quidditatiuos eius; ita vt nullus sit, qui nõ videatur. Attamẽ nõ exigitur, quòd inspiciãtur secundũ omnem modum, aut quasi gradũ suæ latitudinis substantialis, quantitatis, vel magnitudinis quasi intensiuæ, seu virtutis.

Nota de cognitione Angeli.

Angelus enim inferior quidditatiuè apprehendens superiorem Angelum, intuetur omnia prædicata constitutionis suæ essentialis, sed non secundũ omnem modum suæ quasi intensiuæ latitudinis, (aliàs superior Angelus ab inferiori cõprehenderetur; & quælibet cognitio quidditatiua esset comprehensiua, quòd latè expugnauimus, *in controu. 9. de visione Dei, dist. 2. ar. 3. num. marg. 20.*) Quod nõ solũ vrget in cognitione quidditatiua non comprehẽdente circa prædicata metaphysica ex natura rei distincta; sed etiam in quolibet gradu metaphysicè simplici, & irresolubili creato, qui non cõprehenditur ab inferiori Angelo.

Angelus inferior nõ cõprehẽdit totã magnitudinem quasi intensiuã alicuius prædicati Angeli supremi.

Important enim substãtiæ quasi intensionẽ suã, quæ posita nõ est in hoc, quòd talis substãtia possit intrinsecè perfici per appositionem alterius, & alterius partialis realitatis substãtialis (sicut accidentia intensiuum subeũt accremẽtũ per additionem realitatis gradualis in eodem subiecto) sed quòd prædicata istius suppositi substãtialis fiant latitudinem perfectionis, quãtitatem, vel magnitudinem virtutis nãciscãtur, ob quam exuperent latitudinem, & quantitatem perfectionis prædicatorum alterius substãtiæ; quam obrem Scotus quantitatẽ virtutis in Deo infinitatem intensiuam vocitat. Vt liquet ex textu, quem infra *inhoc ar.* trãscribimus, *sub n. mar.* 24 & alibi sæpe, talis enim infinitudinis intẽsiuæ in Deo vsurpatio Scoto familiarissima existit.

Corollariũ excidit.

Ad quidditatiuam ergo apprehensionem substantiæ creatæ non exposcitur, quòd exhauriantur prædicata secundũ omnem modum suæ quantitatis virtualis, quod est inspici secundùm omnem rationem, & quasi gradum suæ quasi intẽsiuæ latitudinis; sed quòd omnia prædicata videantur extensiuè.

Prædicta sententia suffulcitur authoritate Scoti; & rationibus stabilitur.

21 QVare semper probabilẽ æstimaui prædictam sententiam, vt potequæ magis sit de mente sanctorum, vt infra cõstabit; nec ictum excipiat, quẽ facilè non retundat, omnia enim fundamenta Vazquez, & Soarez, quæ à simplicitate & omnimoda indiuisibilitate obiecti beatifici producuntur, eneruia sunt; immo & Soarium sibi nõ constare præmittimus, *ex n. mar. 3*

Prædictum assertum expresse propugnat Pet. de Lorca, 1. 2. *disp. 33. præcipuè memb. 2.* & astipulantur omnes illi authores, qui stante omnimoda, quam astruunt, identitate obiecti beatifici; asseuerant, ob solam virtualem discretionem posse inspici à beato essentiam sine attributis, & relationibus. Ita Ioãnes de Salas, 1. 2. *tom. 1. q. 3. tract. 2. disput. 4. sect. 2. num. 10.* Pet. Hurtado, *in sua Metaph. disp. 6. sect. 6. subsect. 2. §. marg. 176.* vbi vniuersaliter constituit ad omnem notitiam quidditatiuam, dũmodo comprehensiua non sit, consequi distinctionem præcisiuam; ex quo infertur quòd sit implicatoria notitia creata quæ circa Deum clarè visum nõ præscindat ab aliqua ratione tenẽte se ex parte obiecti; sicut & contradicit notitia, quæ sit comprehensio.

Eamdem præcisionem circa obiectum beatificum sustinet Iacobus Granado, 1. *p. tract. 5. disp. 5. num. marg. 6.* Ægidius de Præsentatione, *libr. 5. de beatitudine, q. 14. art. 3.* nec diffitetur huius pronuntiati probabilitatem Machinus, 1. *p. disp. 19. sect. 2*

Nec dissentit Alensis, vt ostendimus *num. marg. 11.* & constat ex verbis illius transcriptis, *sub numer. 10. Comprehendere est secundùm totam substantiam, & virtutem, & respectum, rem comprehensam includere; attingere verò est totum ad totam iungi, quamuis non secundùm totum fiat inclusio.* Vbi considerandæ sunt illa illa verba: *quamuis secundũ totum non fiat inclusio.*

Accedit etiam Sanct. Thomas, 1. *p. quæst. 12. ar. 7.* vbi in responsione ad tertium, docet; *quod totaliter dicit modum obiecti.* Et postea proposito exemplo luculenter propriam mentem aperuit, dum astruit; Deum totum cognosci, sed non totaliter: *sicut aliquis probabiliter scire potest aliquam propositionem esse demonstrabilem, licet ipse eam demonstratiuè non cognoscat.* Cùm perspicuum sit, quòd ille, qui tantùm probabililiter apprehendit, propositionẽ aliquam necessariam esse demonstrabilem, non penetret totaliter ex parte obiecti naturã talis enuntiationis; cũ necessariã complexionẽ illius nõ calleat, vt necessaria est, seu trahens intellectũ ad necessariũ assensum, sed solum opinatiuum & probabilem.

Quod autem talis ratio sentiendi, aut sustinendi incomprehensibilitatem Dei per tendentiam visionis præscindentis circa obiectum beatificum, esto quòd in ipsa quantitate virtutis, vel illimitatione obiecti nulla intersit actualis distinctio; sit de sensu Scoti. Ostenditur *ex 1. sentent. distinct. 1. quæstion. 2* vbi cum, *sub numer. margin. 4. §. Vlterius etiam arguitur.* Ageret pro Henrico, quòd implicet quòd detur fruitio essentiæ absque fruitione relationis; subiungit Scotus de sensu Henrici.

Hoc etiam confirmatur sic, quia voluntas non potest habere actum distinctum circa obiectum ex parte obiecti, nisi ponatur distinctio in obiecto, vel re, vel ratione. Sed si intellectus apprehendit indistinctè essentiam, & personam, non erit distinctio ex parte obiecti, nec rei, nec rationis; ergo voluntas non potest habere ibi actum distinctum ex parte distinctionis in obiecto primo Quòd non rei patet; quòd nec etiã rationis; probo. Quia intellectus nõ distinctè apprehendit hoc, vel illud; igitur nec distinguit hoc, & illud.

Vbi videtur velle Henricus; quòd ideò beatus per intuitionem beatificam nequeat præscindere attingendo Deitatem absque hypostasi; quia Deitas non terminet notitiam intuentem tãquam quid aliud & distinctum ab hypostasi, neque alietate, & distinctione reali, nec rationis. Prædictę oppositioni sic occurrit Scotus, *sub n. mar. 8. §. ad confirmationẽ.* subdens. *Cũ dicitur obiectũ*

Probatur ex S. Thom.

S. Thomas.

Ostenditur quòd nõ repugnet præcisio circa obiectũ beatificum ex Scoto.

Oppositio Scoti agẽtis pro Henrico

Scotus

Elucidatio textus præmissi.

Diluitur oppositio Henrici.

aut

aut differt re, aut ratione. Dico, quod differt ratione.

Scotus

Et cùm probatur quòd non; quia intellectus non distinctè concipit hoc ab isto. Dico; non oportet ad distinctionem rationis, quòd intellectus habeat illa, sicut obiecta distincta, sed sufficit, quòd in primo obiecto concipiat aliquid

Vbi apertè agit Scotus, imò & obtinet; quòd ad præcisionem notitiæ intuentis, vi cuius non apprehẽditur hoc obiectiuum vt distinctũ ab alio, sed simplicissimè sistitur in aliquo obiecti, nõ æstimata aut cognita pluralitate obiectiua inter rationem apprehensam, & non apprehensam; non exigatur actualis distinctio ex natura rei.

Notitia qui dditatiua merè præscindens non exigit actualẽ distinctionẽ in obiecto

Igitur, si apud Henricum, intellectus beati præscindens circa aliquid Dei, non concipit distinctionem inter rationem obiectiuam apprehensam, & rationem obiectiuam non apprehensam; consequens est, vt non exigatur actualis distinctio ex parte obiecti, vt terminet præcisionem notitiæ intuitiuæ.

Nota contra Hugonem Cauellium.

Quæ cùm ita sint, vel liquidò appareret, adnotationem marginalem Hugonis Cauelli aliqua ex parte indigere spongia; ita enim habet. *Ratione scilicet formali ex natura rei; vel hic loquitur secundùm Henricum.* Vbi velle videtur Cauellus, quòd quãdo asserit Scotus quòd sufficit distinctio rationis, ad hoc quòd intellectus concipiat aliquid in obiecto, non concepta pluralitate obiectiua; ibi per distinctionem rationis intelligat discretionem rationum formalium, seu distinctionem formalem ex natura rei. Quod non videtur concinnum, & cohærens textui; cùm ibi Scotus agat de illa distinctione ex parte obiecti, quæ præbeat fundamentum notitiæ ita simpliciter præscindenti, vt non cognoscat pluralitatem obiectiuam; si autem de distinctione rationum formalium ex natura rei loqueretur Scotus; hæc posset esse fundamentum (vt euidens est) pluralitatis, & distinctionis obiectiuæ cognitæ ab intellectu intuitiuo. Quare id in causa est, vt priorem partem illius glossæ Cauelli de distinctione formali ex natura rei, vt textui repugnantem abigamus; recipientes alteram partem, quòd loquatur Scotus de distinctione rationis factæ ab intellectu, vt contra Henricum agat ad hominem; quatenus non exposcatur vlla discretio ante intellectum ad notitiam merè præscindentem absque intuitione pluralitatis obiectiuæ.

Hug. Caue.

NOTA.

22 Deinde; stabilitur prædicta sententia authoritatibus Sãctorũ. Augustinus enim, *in quæstiuncalis de Trinitate, to. 3.* docet.

Suadetur præcedẽs assertio ex Augustino.

Videri potest Deus per dona gratiæ, siue ab Angelis, siue ab animabus Sanctorum: plenam verò diuinitatis naturam, nec Angelus quilibet, nec sanctorum aliquis perfectè videre poterit; ideò incomprehensibilis dicitur Deus.

Consentium Chrysostom⁹ Epiphanius, Theodoretus Cyril. Alexandrinus.

Suffragantur Chrysostomus, Epiphanius, Theodoretus, Cyrillus Alexãdrinus; qui eamdem sententiam apertè tutari videntur.

Ita Cyrillus Ierosolimit.

Expressiùs verò Cyrillus Ierosolimitanus, *Catheches. 6.* vbi sic habet. *Vident Angeli ita vt capiunt, vident Archangeli vt possunt, vident Throni, & Dominationes amplius, sed minus tamẽ quàm pro rei dignitate; solus autem spiritus, vt oportet, videt, & filius Dei vnigenitus.* Vbi (ly, *vt oportet videre,*) idem significat, apud Cyrillum, quã cõprehensiuè videre.

Suffulcitur etiam ex Gregorio

Verùm; quia Græcorum Patrũ authoritatem eludit Vazquez, dum eos in Armenorum errorem lapsos existimat; ex Latinis, præter Augustinum, non modo illam Magnus Gregorius sua authoritate firmat, quin & optimam rationem expendit, cur implicationem inuoluat notitia comprehensiua Dei? *in lib. 18. Moraliũ, cap. 28.* vbi inquit. *Videbimus Deum sicuti est, nec tamen videbimus sicut videt ipse seipsum, lõgè quippe dispariliter videt creator se, quã videat creatura creatorem, nã quãtũ ad immensitatem Dei nobis modus figitur contemplationis: quia eo ipso pondere circũscribimur, quo creaturæ sumus.*

S. Gregor.

Et li. 10. Moraliũ, ca. 7. subijcit. *In retributionis culmine reperiri ab omnibus omnipotens per contẽplationem potest, sed tamen ad perfectum non potest.* Et post pauca. *Angelica etenim, vel humana mens, cùm ad incircumscriptum lumen inhiat, eo ipso se, quo est creatura, coangustat; & super se quidem per prouectum tendit, sed tamen eius fulgorem comprehendere; nec dilatata sufficit.* Vbi Sanct. Doctor implicationem constituere videtur in essentiali

Aliud testimonium ex Gregorio.

impotentia creaturæ ad exhauriendũ Deum, quã appellat coangustationẽ respectu dilatatissimæ substantiæ Dei.

Ephes. 3. *Et in eodem cap.* explanans Gregor. illa verba Pauli ad *Ephes. 3. vt positis comprehendere, quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum.* subiungit. *Habet Deus latitudinem, quia dilectionem suam vsque ad collectionem per sequentium tendit. Habet longitudinẽ, quia ad vitæ patriã nos longanimiter tolerãdo perducit. Habet sublimitatem, quia ipsorum quoque intelligentiã, qui recepti in supernã fuerint congregationẽ trãscendit.* Si ergo, apud Gregorium, sublimitas intelligibilitatis Dei exuperat intelligentiam beatorum; beatus nõ callet quidquid est formale illimitationis diuinæ; itaut infinitam cognoscibilitatem Dei adæquet. Quã adæquationẽ improbat Gregorius pronũtiãs; ideò Deitatẽ esse sublimẽ, quia transcendat vel transiliat metas obtutus eorũ, qui recepti sunt in supernã cõgregationẽ.

Ratio pro nostra sententia. 23 Nec desunt probationes, quæ huius pronuntiati veritatẽ constituãt. Prima est; si beatus intueretur Deum secũdùm omnem modum suæ illimitationis formalis; sequeretur ita perfectè, & ad plenum ex parte obiecti, quemlibet beatum callere infinitudinem Deitatis, sicut Deum se ipsum intelligibiliter exhaurire.

Probatio ex Augustino. Quod pronuntiatum opponi videtur phrasi & modo loquendi patrum; vt liquet ex propositis Gregorij testimonijs, quibus adiunge Augustinũ, 4 *super Gene. ad literam, cap. 6.* astruentẽ. *Quãquam etsi corda mundissima, & mentes simplicissimas gereremus, Sanctisque Angelis essemus æquales, non ita nobis nota esset diuina substantia, sicut ipsa sibi.*

S. Augusti.

Item ex Bernardo. Suffragatur etiam Bernardus, *li. 5. de considerat. cap. 5. Ardent Seraphim, sed igne Dei, vel potiùs igne Deo; quod præcipuum est in eis, amãt, sed non quantum Deus, nec quomodo. Lucent Cherubim, & scientia eminent, sed participio veritatis, ac per hoc non vt veritas, nec quãtũ.* Vbi videtur velle Bernardus quod sicut visio Cherubim non attingit quantum visio increata, ita & amor, & fruitio Seraphin non amet tantum obiecti quantum fruitio increata, cũ nõ amet nisi ostẽsum; vnde fit, vt si visio prescindat ab aliquo quasi gradu illimitationis diuinæ, ita & fruitio, quæ prosequitur obiectũ, prælucẽte visione, etiam sistat in illo illimitationis gradu, quem apprehẽdit per visionem. Quia tamẽ hæc impotẽtia visionis creatę ad exhauriendũ totum illud quãtum Dei, trahitur à finitione entis participati, quam vocauit Gregorius creaturæ coãgustationẽ, quę extẽdi nequeat per dilatationẽ luminis gloriæ; eãdem insufficientiam creaturæ ad comprehẽdum totum quantũ est Dei, dixit Bernardus esse quoddã participium veritatis, itaut nõ introspiciat Cherubim totũid quãtum callet increata veritas scientiæ imparticipatæ.

Premittur ratio ex Bernardo. Vbi pende illa verba; *Amant sed non quãtum Deus, nec quomodo.* Et illa; *lucent, non vt veritas, nec quãtum.* Vbi asseri videtur non sola inæqualitas ex parte actus visionis, & fruitionis creatæ sed etiam ex parte obiecti visi, & amati. Quia (*ly quomodo*) attinere videtur ad inæqualitatem ex parte actus; & (*ly quantum*) ad inæqualitatem ex parte obiecti.

Effugia aduersariorum Verùm enim verò, quia ista & alia Sãctorum patrum testimonia eludi posse videtur, si interpretationem sustineãt de diuina substantia, non prout in se est formaliter, vel quoad perfectiones intrinsecas illi formaliter cohærẽtes; sed quà importat habitudinẽ ad creaturas, & ad decreta libera, quæ necessariò nõ inspiciuntur ex vi visionis; præsens effugium sic intercipitur.

Excutitur præcedẽs pronuntiatum. Sequeretur ex opposita sententia, nullã assignari inæqualitatem in obiecto essẽtiali beatitudinis; acproinde quoad beatitudinem essentialem omnimodam paritatem nãcisci beatos, non modo inter se, verum, & cũ ipso Deo collatos, itavt æqualiter possideatur Deus, quantùm ad penetrationem Deitatis, à parvulo ante vsum rationis decedẽte, sicut & à quolibet Trinitatis suppositò; cũ decreta libera, & habitudines ad obiecta creata, nõ attineãt ad essentiale obiectum beatitudinis, sed sola Deitatis substantia, quæ suppari ratione possidetur ex parte obiecti.

Optima Scoti ratione demonstratur, quòd si nõ inferatur comprehensio, dato quòd nil formale Deitatis lateat beatũ; nec etiam inferri queat, esto quòd pateat quidquid est eminentiale.

Effugiũt Aduersarij cõclusum ab Scoto.

24 AT quia aduersarij cõfugiũt ad eminẽtialẽ inclusionem creaturarũ possibiliũ, quas omnes in Deo videri implicatoriũ astruũt, vt vel sic cõprehẽsionẽ vitẽt; optima Scoti ratione agẽdũ est, quòd si in cõprehẽsibilitas Dei positanõ sit inhoc quòd mẽtẽ creatã necessariò lateat aliquid formale diuinæ illimitationis, seu quãtitatis virtutis; nec etiã cõsistere possit in hoc, quòd necessariò lateat eminẽtialitas Dei, vt importat præcõtinẽtiã virtualẽ omniũ possibiliũ. Sic igitur habet Scotus, *in 3. dist. 14. q. 2. §. ad secundam quæstionem, n. marg. 9.*

Scotus

Dicitur, quòd nõ potuit videre omnia, quæ videt verbũ; quia quantò causa perfectiùs videtur, tãtò plures effectꝰ possũt videri in ea, & è cõuerso, sicut patet de principio & cõclusione; quia quãto principiũ perfectiùs videtur, tãtò plures cõclusiones vidẽtur in eo. Ergo potẽs videre omnes effectꝰ in causa prima, potest cõprehẽdere ipsam; nullus intellectus creatus potest secundum; ergo nec primum.

Solutio Thomistarum, quòd nequeat inspici tota collectio possibilium in Deo.

25 *Cõtra rationem huius positionis arguitur sic. Si ipsi A, conueniãt, B. & C, ordinatè, ita quod B, sit tota ratio respectu, C, si intelligẽs, B. nõ cõprehendit A, multo magis intelligẽs C, nõcõprehẽdit A.*

Conuellitur

Exẽplũ de subiecto, diffinitione, & passione; si intelligẽs diffinitionẽ, nõ cõprehẽdit subiectũ, nec intelligẽs passionẽ cõprehẽdit illud. Vel pro medio accipiatur passio prior, & pro tertio passio remotior, quæ ineſt per rationem passionis prioris: patet ibi propositio.

Optima instãtia de subiecto diffinitione, & passione.

Sed respectu Dei, esse infinitũ intẽsiuè, & esse in quo infinita possibilia quomodocũq; relucẽt, se habẽt ordinatè; ita quòd quia est infinitus intẽsiuè, ideò infinita possibilia relucẽt in eo, & ita in infinita possibilia potest; sed non è conuerso.

Premens ratio Scoti.

Sed cognoscẽs ipsum sub ratione infinitatis intẽsiuæ, nõ propter hoc cõprehẽdit ipsũ, ex dict. in quæst. præced. ergo multo magis cognoscens infinita possibilia, quæ relucent in eo, siue eius infinitos effectus, non comprehendit eum.

Illatio vrgẽs & obtinens.

26 Vt vis huiꝰ probationis pateat, præmitto; Scotũ procedere cõtra S. Th. autumãtẽ; inuoluere cõtradictionẽ, quòd Christus intueatur in verbo omnes creaturas possibiles; quiz aliàs Deus cõprehẽderetur. Ostẽdit igitur Scotus, nõ inferri cõprehẽsionẽ ex apprehẽsione vniuersæ collectionis possibiliũ; quia si visa tota illimitatione Dei, nõ infertur cõprehẽsio Deitatis; à fortiori nec inspectis cũctis possibilibus obtineri poterit. Fortè enim opinatus est Scotus, S. Th. asseueraſſe; Deum inspici à beatis secundùm omnem modum, & quasi gradũ diuinæ infinitudinis, sicut Vazquez & Suarez, S. Th. interpretãtur. Quo suppositò premit ratio Scoti; quę instruitur sic

Elucidatio textus Scoti cũ

Infinita virtualitas, & illimitatio Dei se gerit vt ratio & fundamẽtũ adæquatum præcõtinẽtiæ omniũ creaturarum possibiliũ; eò enim creaturæ possibiles præhabẽtur intra efficacitatẽ Dei, quòd Deus astruitur illimitatus secundùm essentiã, & facultatem operatiuam; nõ tamen, è contra; ideò est illimitatus secũdùm virtutem agendi, quia præcõtinet omnia possibilia.

Infinitas quo ſ intenſiua Deiest fundamẽtum adæquatè præcõtinẽtiæ omnium poſſibilium

Tunc sic; sed beatus apprehẽdit Deum secundũ omnẽ modum, vel quasi gradũ suæ illimitationis tenẽtẽ se ex parte obiecti; & infinitudo obit rationẽ prioris, & fũdamẽti adæquati respectu habituũi nis ad creaturas possibiles; insũper & adæquata intuitio eius nõ cõfert ad cõprehẽsionẽ per vos, igitur nec Deus cõprehẽderetur, ostò quòd creaturæ possibilesvniuerſeterminarẽt obtutũvisionis

Igitur qui videt omnẽ gradũ infinitudinis, intuetur omnes creaturas possibiles.

Cõsequentia appositio & vrgente Scoti exẽplo cõprobatur; quia si nõ exhauritur Deus; quãuis inspiciatur secũdùm omnem modũ illimitationis suæ formalis; igitur nec cõprehẽderetur, inspecta omniũ possibiliũ collectione; sicut sinõ cõprehẽderetur subiectũ ex hoc, quòd omnino penetraretur diffinitio illius; nec intelligibiliter exhauriri posset adæquata ratio subiecti, penetrata passione

Inſtatur eſſe caeiter

27 Præterea, implicat cõtradictionem apud Thomistas, quòd omnes creaturæ possibiles videantur in causa, siue ex penetratione facultatis diuinæ exequẽtis; igitur à fortiori contradicit, quòd inspiciatur tota quãtitas Dei secundũ omnem modum suæ infinitudinis.

Vel à cõtrario, ſi implicat viſio omniũ poſſibiliũ, etiã contradicit intuitio infinitatis quoad omnẽ gradũ quaſi intenſiuum.

Vtã enim causa,& totaliter penetrata facultate operatiua eius,ob cõnexionẽ causalitatis,nõ inspici nõ valet tota latitudo effectuum talis virtutis operatiuæ; sicut si implicaret comprehẽsio passionis,seu proprietatis alicuius subiecti à fortiori iuuoluere implicationẽ comprehẽsio diffinitionis subiecti, quod est fundamẽtum talis proprietatis;eòquòd præmissa penetratione essẽtiæ,nequeat proprietas non comprehendi.

Deinde; quod ideò implicat,quòd Deus in se ipso,vt in causa,nõ cõprehẽdat omnes creaturas posibiles; quia callet suã facultatẽ exequẽtẽ secũdùm omnẽ rationẽ formalẽ talis operatiuæ virtutis. At quilibet beatus inspicit eã dẽ prorsus rationẽ obiectiuã,quæ Deo formaliter inexistit,& quã Deus intuetur;aliàs aliquis modus,vel quasi grademinẽtiæ,& illimitationis diuinæ, qui est prædicatum formale in Deo,lateret beatum; igitur & beatus necessariò ex penetratione Dei intueri debet vniuersam posibilium congeriem.

Quæ ratio,licet nõ vrgeat suppositã sentẽtia Scoti astruẽtis;essentiã Dei nõ influere immediatè in visionẽ creatam, sed media facultate appetitiua libera, & per influxũ liberũ ex parte obiecti & nõ intercedẽte cõnexione necessaria inter visionẽ potẽtiæ absolutè spectatæ& intuitionẽ obiecti posibilis,vt tale posibile est in indiuiduo;quò fit, vt ostẽsa tota illimitatione Dei,& secũdũ omnẽ modũ suæ quantitatis virtutis, integrũ sit Deo,vel nullã creaturã patefacere.

Attamẽ vrget,imo & videtur cõcludere,in sentẽtia Thomistarũ autumantiũ,quidditatẽ Dei se ipsa immediatè& nõ per facultatẽ exequẽtem liberã,fœcũdare mẽtem creatam ad eliciendã visionẽ,& quòd potẽtia Dei sit cõnexa cũ ente posibili nõ secũdũ potẽtialẽ & abstractã rationẽ entis posibilis vt sic, (quia ratione potẽtiæ cõnexionẽ nõ sub intere liquido patefecimus)sed secũdũ contractã & indiuiduã rationẽ. Cũ autẽ Deitas, nõ liberè sed necessario influat,insuper & cõnexa sit cũ posibilitate entis creati in indiuiduo;fieri nõ valet,vt apprehẽsa Deitate secũdũ omnẽ rationẽ suæ illimitationis,&quatenus est fundamẽtu adaquatũ inclusionis creaturarum posibilium, non inspiciatur vniuersa posibilium collectio.

28 Præterea;vt aduersarios ad hominẽ perstringã,suppono præmissis principijs Thomistarũ,nõ implicare cõtradictionem,quòd beatus extra verbũ inspiciat omnes creaturas posibiles. Esto enim quòd impossibile foret lumen gloriæ infinitũ intẽsiuè,aut visio infinitè intensa;adhuc videri possent omnes creaturæ posibiles(licet astruãtur infinitæ) per obtutum infinitum supernaturalem cùm infinities illimitatior sit Deus,quã vniuersa posibilium collectio,& ad intuitionem Dei non exposcatur apprehensio infinita,nec lumen supernaturale illimitatum intensiuè.

Imò dato,quòd per eumdem actũ visionis, Deus,& omnes creaturæ posibiles viderentur,dummodo creaturæ omnes non viderentur in Deo vt in causa, seu ob causalitatis connexionem, sed quod æquè primò talis visio spectet Deũ & omnes creaturas posibiles; adhuc supponendum est, Deum per talem actum non exhauriri;comprehendi verò, si intuitio illa supernaturalis non terminaretur ad creaturas immediatè,aut æquè primò,sed prout in Deo, vel ex penetratione causæ.

Ideò autem asserui,debere esse de cõmuni Thomistarum consensione, quòd non implicet visio attingens omnes creaturas posibiles in se ipsis; quia in S. Th. schola eadem species repræsentare valet plura obiecta inter se nullatenus connexa secundùm habitudinem causalitatis. Quo supposito, non contradiceret expressio omnium posibiliũ in se ipsis; neque ob defectum connexionis obiectorum,quia talis connexio apud Thomistas non exigitur;neque ob finitionem luminis; quia ad visionem infinitarum creaturarum non exposcitur lumen infinitum intensiuè, sicut nec ad intuitionem obiecti infiniti per essentiam,vt ex Basolio ostendimus.

Quod tamen aliter se habet in sententia Scori autumantis ; implicare contradictionem, quòd per eamdem speciem repræsententur plura obiecta non connexa in aliquo primario obiecto,in cuius virtualitate non connectantur.

Vnde,licet non contradicat visio omnium posibilium in verbo tanquam in obiecto primario; quia talis visio non peteret speciem ab indeterminata illa, & inter se non connexa congerie,aut collectione posibilium, (quæ

Alia ratio efficax,quia possunt videri omnia posibilia extra verbũ supposit is principijs Thomistarum

Dato quod per visionẽ viderẽtur omnia posibilia nõ cõprehenderetur Deus, si non videatur in verbo.

Explanatio doctrinæ præcedentis,suppositis principijs Thomistarum.

Aliter sentiendũ est de mente Scoti

re-

reſpectu viſionis poſsibiliũ inverbo nõ eſſet primariũ & ſpecificãs obiectũ) obſtat tamẽ, & implicationem inuoluit viſio extra verbũ omniũ poſsibilium, per vnicã formã viſionis aut reuelationis ſupernaturalis; quia omnia poſsibilia nequeũt virtualiter præhaberi, neque in eſſe rei, neq; in eſſe cognoſcibilis, in aliqua vna natura participata aut participabili, in qua inſpici queãt, & quaſi cõnecti & colligi ad vnitatẽ primarij & ſpecificãtis obiecti. De quo vide quæ egimus, *in ſubdiſt. præcedenti, ar. 4. de viſione creaturarũ poſsibiliũ in verbo, ſub n. marg. 15. & 16.*

Cur Chriſtus nequeat extra verbũ inſpicere omnes creaturas futuras per vnicam reuelationem ſibi à Deo ſcientiæ infuſæ

Ex quo inferimus, quòd licet Chriſtus Dominus videat in verbo per vnicã formã viſionis omnes creaturas futuras (eſto quòd ſint numero ſeu multitudine infinitæ) ſed nequit eas videre extra verbũ, in ſe ipſis, vel in proprio genere, per vnicã numero ſpeciẽ; eòquòd omnia hęc obiecta non importẽt connexionẽ neq; in eſſe rei, neque in eſſe intentionali.

Infringitur oppoſitio cõtra doctrinã Scoti.

Nec tamẽ vel inde inferre licebit cõtra Scotũ; quòd ad videda infinita obiecta requiratur infinitæ ſpecies. Cũ apud Scotum ſicut omnia indiuidua eiuſdem ſpeciei præcõtinẽtur virtualiter inquolibet indiuiduo; ita & omnia indiuidua inſpici poſſent vt præhabita ſeu præcõtẽta in virtualitate alterius; de quonos preſſe, *in cõtro. 11. de Scientia Dei, diſ. 2 ar. 5. in digreſsione phyſica, n. mar. 68.*

Vrgetur ratio ad hominẽ cõtrà Ariſtas

Suppoſito ergo quòd apud aduerſarios videri queãt omnia poſsibilia extra verbũ, ſic premo rationẽ ad hominẽ

Si ex cognitione & viſione penetratione creaturarũ in Deo, nõ procreſceret notitia reſpectu quãtitatis Dei, ita vt Deus in ſe, & ſecũdũ ea prædicata, quæ illi formaliter congruũt, magis inſpiciatur ex parte obiecti, quã ſi viſio reſpiceret omnes creaturas poſsibiles, non in eminẽtia & virtualitate principij, nec ex penitiori inſpectione illius, ſed æquè primò, & immediatè; non eſſet aliqua ratio, cur notitia attingens æquè primò creaturas, nõ eſſet comprehẽſio? Actus verò, qui ſpectaret creaturas in verbo, ambiret intelligibiliterq; concluderet totam Dei ſubſtantiam.

Optima illatio.

Quia ſi notitia terminata ad omnes creaturas poſsibiles in verbo adæquaret totã intelligibilitatem Dei, quoad omnem eminẽtiam eius; ita actus, qui immediatè reſpiceret Deum, & vniuerſas creaturas, circuiret Deitatem ſecũdùm omnem quãtitatẽ ſuæ virtutis & illimitationis, inſuper & omnem extẽſionem eminentiæ Dei ad vniuerſam poſſibilium congeriem: igitur ſi actus apprehẽdens omnia poſsibilia immediatẽ in ſe ipſis non eſſet comprehẽſio, ita nec actus attingens omnia poſsibilia in verbo; quod eſt contra dogma Thomiſtarum.

Vt ergo conſequẽter ad ſuã ſententiã procedãt; dicendum erit, actum illũ, qui æquè primò Deum, & creaturas ſpectaret, ideò non eſſe comprehenſionẽ, quia non procreſceret notitia circa quantitatem virtutis & illimitationis Dei, ob viſionem creaturarum, non in eminentia principij, ſed in ſe ipſis; è contra verò ideò viſionem omniũ poſsibiliũ in Deo eſſe comprehenſionem, quia ex intuitione effectuum in virtualitate principij, creſcat actus circa penetrationem quãtitatis & illimitationis Dei.

Confutatio modi dicendi Gabr. Vazquez, quòd ideò nõ ei prehendatur Deus quia in ipſo non inſpiciatur, vel vnica creatura.

29 HVcuſque diſſertatio pertracta eſt contra Thomiſtas, quibus ſuffragatur Soarius, conſtituentes incomprehenſibilitatem Dei in hoc, quòd inſpici nequeat tota eminentialitas concludens vniuerſa poſsibilia, deinde gerendũ diſidium cum Vazquez, eòquòd minus votetur comprehenſio, ſuppoſito placito illius autumante, quòd beatus nullam creaturã in verbo intueri queat; ex quo author prædictus incomprehẽſibilitatem depromere molitur.

Quia, ſi Deus cã abſolutæ intelligibilitatis rationẽ ſibi vẽdicet, vtob eſſẽtialẽ independẽtiã à quocũque creato, nullius creaturæ intuitionẽ in ſe ipſo exprimi fiet proinde, vt nec cõprehẽdi queat creato obtutu; cũ ad cuiuslibet cauſ comprehenſionem expoſcatur penetratio totius collectionis effectuum in virtualitate principij.

At quis inutile effugium nõ videat? ſolã Dei comprehenſionem eludens

excogitatū? Quiavt benè obijcit Soari' tunc ad comprehenſionem cauſæ exigitur penetratio totius ſeriei effectuum quādo cognoſcibilitas cauſæ relata eſt trāſcendēt tali habitudine, & quæ ob neceſſariam connexionem cū producto, illius viſionem in eminētia principij neceſſariò inferat.

Cur ad comprehenſionē cauſæ exigatur penetratio effictuū

Vel quādo iuuatur apprehēſio facultatis elicitiuæ ab intuitione effectuū in virtualitate cauſæ; ac proinde comprehenſio cauſæ expoſcit inſpectionem effectuum, eòquòd promoueatur, & accrementa ſuſcipiat cognitio facultatis elicitiuæ, ob viſionem effectuum ex penetratione cauſæ.

Premitur ratio contra Vazquium.

Sed quidditatiua viſibilitas Dei, (vt connotat claram apprehenſionē illius) abſoluitur (vt ſuſtinet Vazquez) ab omni expreſsione creaturarum in eminentia principij; igitur etiam abſoluitur ab omni connotatione entis creati, vt importat habitudinem ad notitiā comprehenſiuā: ſi nullatenùs creſcere queat penetratio Deitatis, ob viſionem creaturarum in eminentia principij.

Inſtatur vltra.

Adde, quòd ſi prædicta ratio Vazquez alicuius eſſet ponderis; fieret, vt ſi eſſet poſsibilis aliqua cauſa creata, quæ abſolutā cognoſcibilitatem nāciſceretur, quæ nimirum non moueret intentionaliter ad apprehenſionem effectuum ex intuitione principij elicientis; attruere tur eadem ratione incomprehenſibilis ſicut Deus; quod abſque ſtomacho audiri non debet.

Aliatio; ſequeretur quod generatio verbi nō eſſet comprehenſiua.

Deinde Vazquium ita ad hominem perſtringo; quia ſi ad apprehenſionem nō ſufficeret exhaurire adæquatam rationem totius formalis intelligibilitatis Dei; ſed neceſſariò exigeretur cōprehenſio totius eminentialitatis, vt cōparatur ad creaturam; ſequeretur quòd dictio Patris, vel notionalis intellectio qua generat verbum, non eſſet comprehenſiua Deitatis.

Probatio ſequelæ.

Siquidem, apud prædictum authorē, verbum diuinum non procedit ex cognitione, & ſcientia creaturarū, ita vt creaturæ, inquātùm nactæ obiectiuum eſſe in mente Dei, referāt connexionem in quarto modo perfectionis cū verbo; taliter quòd ablata poſsibilitate creaturarum tolleretur verbum diuinum.

Qualiter eadat Vazquez, quod generatio verbi nō ſit comprehēſiua

Si occurras cum Vazquez. 1. *p. diſp. 143. cap. 6. num. marg. 33. in reſp. ad 1. argum. 2. ſententiæ.* Filium procedere ex notitia perfecta, & comprehenſiua Patris; non quia in eodem ſigno cognoſcat creaturas cognitio, vel ſcientia illa quæ quatenùs eſt productio verbi, ſit cōprehenſiua notitiæ Deitatis. Sed quia ex eo quòd ſit comprehenſiua eſſentiæ referat vt creaturas omnes cognoſcere queat, nō in eodē ſigno rationis, in quo cognoſcitur Dei ſubſtātia; (ſicut nec creaturæ eumdem gradum neceſſitatis in eſſendo, & prioritatis eſſentialis ſibi vendicāt cum Dei ſubſtantia) ſed in ſigno poſteriori.

Dictio Patris nō eſt cōnexa in 4. modo perfectionis cū ſcientia creaturarū apud Vazquium.

Sed contra; quòd dictio Patris, vt cōnexa in quarto modo perfectionis cum verbo, ea eſt; vt in nullo ſigno ſimultatis, vel poſterioritatis importet connexionem cum creaturis. Ita enim independens adſtruitur ab omni eſſe participabili, etiam ſecundùm merum gradum poſsibilitatis ſuæ; quòd data (ex hypotheſi) implicatione poſsibilitatis creaturarum, verbum Idem omnino ſubſiſteret.

Ergo dictio nō eſt cōprehenſiua.

Aut ergo, in illa hypotheſi, ſciētia Patris, per quā generaretur verbum, comprehenſiua nō eſſet, ob implicationem creaturarum (data adæquatiſsima & illimitatiſsima penetratione Deitatis) eò quòd de eſſentia cōprehēſionis ſit penetratio effectuū ex cognitione cauſæ; & nō ſufficiat intelligibilis exæquatio totius intelligibilitatis formalis in ente.

Aut ſi eſt cōprehenſiua, nō exigitur penetratio creaturarū ad cōprehēſionem Dei.

Aut ad comprehenſiuam dictionē Patris non expoſcitur eſſentialiter, quòd in poſteriori ſigno exprimat creaturas ex penetratione Deitatis; ac proinde ſequeretur, quòd quilibet beatus, qui penetrat cunctā rationem formalē obiectiuam Deitatis, comprehenderet Deum; ſiquidem eminentialitas creaturarum non conducit ad notitiam comprehendentem, quā talem.

Inſtātia præmens.

Deinde; quòd dictio Patris, vt connexa cū verbo in quarto modo perfectionis, non eſt connexa cū creaturis; ſed vt non connexa cū creaturis, connexa tamen cū verbo, nequit non eſſe comprehenſiua; igitur ad comprehenſionē non expoſcitur cognitio creaturarum.

Arg. 3. quòd nec Deus cōprehēderet ſe ipſū, ſuppoſitis principiis Vazquez.

30 Præterea, haud ignauiter, inſto contra Vazquium; ſi ad comprehenſionem Dei exigeretur, quòd beatus inſpiceret creaturas in Deo; fieret, vt nec Deus ſe ipſum comprehēderet; cùm apud Vazquez (1. *p. diſp. 60. ca. 2.*) Deus in ſe ipſo creaturas non intueatur.

Reſ-

Fuga ex Vazquio.

Reſponderi poſſet ex eodẽ Vazquez *1.p.diſp.53.cap.4.ſub num.17.& 18.* quòd licet aſtruatur poſsibilis viſio, quæ æquè primò Deũ & vniuerſas creaturas poſsibiles apprehendat; adhuc aſſerenda non eſſet comprehenſio. Quia ad comprehenſionem non tãtùm expoſcitur, quòd intelligibiliter teneat quid quid ſit in obiecto; ſed etiam quidquid ab eo elici, aut deriuari queat; non per notitiam id tãtùm materialiter, & quaſi concomitãter attingentem, ſed quæ totam iſtam rationem amplectatur ex vi viſionis, ſeu ex vi tendentiæ talis notitiæ in obiectum illud, quod comprehenditur.

Abſimilitudo inter viſionem creatam, & increatam.

Quia tamen, licet à Deo produceretur viſio immediatè ſpectãs Deum, & vniuerſam poſsibilium congeriem; non attingeret poſsibilia illa ex vi viſionis ideò non eſſet comprehenſio Dei. E cõtra verò increata Dei ſcientia; quia ex vi ſua, ſeu à tẽdentia in Deũ, exprimit omnia poſsibilia; ideò aſſeręda eſt vera Dei comprehenſio.

Refellitur præmiſſus modus dicendi.

At, ni fallor, manifeſtè deficit Vazquez à doctrinæ cõſequẽtia; quia ſuppoſito quod Deus nõ calleat creaturas in ſe ipſo tãquã in cauſa; nulla aſsignabilis relinquitur diſparitatis ratio, cur viſio creata reſpiciẽs immediatè Deum, & creaturas, non aditruatur ſpectare creata obiecta ex vi attingẽtiæ obiecti beatifici, viſio verò increata ſic? Quia vt notitia aliqua aſſeratur attingere alterum obiectum ex vi apprehẽſionis alterius, non præſtat ſola idẽtitas actus cõplectentis vtrumque obiectum; (vt liquet in ſpecie Angelica, apud ipſum Vazquez, exprimẽte plura obiecta non connexa) ſed neceſſariò expoſcitur, vt notitia reſpiciat alterum obiectum ex intẽtionali motione alterius, & ob cauſalitatis connexionem, quę inter vtrũque intercedat.

Nec Deus inſpicit creaturas ex intentionali motione Deitatis apud Vazquium.

At Deus non apprehẽdit creaturas, apud Vazquez, ex intẽtionali motione Deitatis (aliàs enim creaturæ apprehẽderẽtur in Deo vt in cauſa, quod à prædicto auctore tãquam falſum reſpuitur cum ita abſoluta ratione ſe gerat, & abſque relata cõnotatione extremi creati Deitas reſpectu intellectus diuini, ac reſpectu intellectus creati) ac proinde reſpectu vtriuſque intellectus repugnet Deitati, ob eſſentialem abſolutãque in dependentiã potẽtię ſuæ, quod moueat ad inſpectionem creaturarum ob cõnexionem cauſalitatis; fit igitur, vt inter Deum, & creaturas, quatenus terminãt increatam ſcientiam Dei, ſola ea connexio intercedat, quæ petitur à terminatione eiuſdem cognitionis ſimplicis, & indiuiſæ.

Viſio increata attingit creaturas materialiter & nõ ex penetratione obiecti primarij.

Sed hæc ſola cõnexio, ſeu materialis comitantia ſuppeteret Deo, & creaturis, reſpectu eiuſdem notitiæ indiuiſibiliter complectẽtis vtrumque obiectum ergo ſi hæc viſio non eſſet comprehẽſio nec Deus ſe ipſum comprehẽderet. De quo vide ea, quæ *impræcedẽti controu. 9.de Viſione Dei, diſt.3.ſubdiſt.2.ar.4. nu.marg.16.* egimus de mẽte Vazquez ſuſtinẽtis, non implicare cõtradictionẽ quod vi eiuſdem viſionis Dei, videãtur creaturæ poſsibiles.

Dilutio oppoſitarum rationũ pro placito Soarez, & Vazquez.

Ad fundam. Soarez, & Vazquez.

21 REſtat modo Vazquez, & Soarez molitiones proſternere. Ad primum argumẽtum patet ex dictis; infirmam eſſe probationem eã quæ petitur à ſimplicitate obiecti beatifici, ad reddẽdam implicationem, cur Deus quidditatiuè inſpici nequeat, non viſo aliquo modo ſuæ illimitationis? Quia cùm Deus ſit virtualiter multus; hæc ſola eminentialis pluralitas præſtat, vt inſpici valeat Deus, & non ſecundùm omnem modum ſuæ illimitationis. Si enim non obſtante ſumma ſimplicitate & indiuiſibilitate diuinæ naturæ, relationes, & attributa non ſunt de quidditate Deitatis, vt fatetur Vazquez; nec repugnabit, eſſentiam ſine hypoſtaſibus, & attributis, quidditatiuè videri poſſe, cũ res inſpiciatur quidditatiuè abſque eo, quod eſt extra eſſentiam illius.

Ad 1.de ob nimoda ſi plicitate ob iecti beati ci

Diluitur ſtatim i poſitum.

Aſſerimus ergo connexionem in obiecto viſionis ſpectandam nõ eſſe, nec petendam à ſumma indiuiſibilitate Dei quia illa non obſtãte poſſet videri Deitas, non apprehenſa aliqua ratione obiectiua illius; ſed ex intentionali motione obiecti beatifici concurrentis ad inſpectionem omnium proprietatum, quę

ſunt

sunt in Deo, extensiuè loquendo; non vero intensiuè, aut secundùm omnem quasi gradum illimitationis intensiuæ earum, ob impotētiam essentialē creaturæ ad exhauriendum Deum.

Quod autem argumentum Soarez & Vazquez parum habeat momēti, patet ex dictis sub num. 20. de cognitione nō comprehensiua inferioris Angeli respectu Angeli superioris. Quia Angelus inferior aut comprehendit supremum; aut non attingit omnem gradum magnitudinis vel perfectionis intensiuæ supremi Angeli.

Quæ ratio non solum vrget obtinetque tendentiam intuitionis præscindentis circa prædicata metaphysica, quæ non sint de quidditate Angeli cogniti, & inter se disideāt metaphysica vel formali distinctione ex natura rei, stante identitate reali; sed etiam premit in quolibet prædicato metaphysicè simplici & irresolubili, verbi gratia, in vltima differentia supremi Angeli.

Cùm autem talis differentia vltima, vel specifica, vel individualis, sit omnino simplex, & non coalescens ex prædicatis à parte rei distinctis; fiet, vt Angelus inferior exhauriat totam magnitudinem quasi intensiuā talis obiecti omnino simplicis, etiam metaphysicè; quod est apertè falsum. Aut proinde vrget euidenter, etiam in creatis, primarium fundamentum aduersariorum, quòd intuitiua quidditatiua, non comprehensiua, non præscindat circa obiectum actu indistinctum à parte rei, & solùm virtualiter discretum; & quòd quidquid sit de quidditate entis in esse rei, sit de quidditate entis in esse cognoscibilis relatè accepti, penes habitudinem ad notitiā quidditatiuam, non comprehensiuam.

32 Ad secundum argumentum patet ex dictis; astruimus enim, quòd licet tota illimitatio Dei, & secundum omnem modum intrinsecum sui infinitudinis, sit de quidditate Dei in esse entis, non tamen prout est clarè & quidditatiuè visibilis; vt liquet ex apposito exemplo decreti liberi.

Cum verò vrges, quòd beatus non intueatur Deum secundùm omnem modū illimitationis formalis; ergo non videt totum Deum; cùm ille modus attineat ad integritatem, & completionem Dei.

Respondetur; quòd inspicitur totus Deus extensiuè, sed non intensiuè; vel quod eòdem spectat, quòd videtur totus Deus, sed non totaliter. Ad hoc enim quòd totus Deus apprehendatur à beato; sufficit quòd beatus intueatur obiectum simpliciter illimitatum & indiuisibile; & quòd ex modo videndi non faciat intellectus partem & partē. Quia licet præscindat à reliqua ratione obiectiua, quam non inspicit; attamen non partitur obiectum, quia nō apprehēdit hoc esse distinctū ab illo, cùm sistat simpliciſsimè in obiecto, quod inspicit.

Resp. ad 3. oppositionē.

Ad tertiam oppositionē; tātùm agere, ad quidditatiuā visionem consequi non posse distinctionem contradictoriā qua vnum negetur de alio; nō verò præcisiuam innixam virtuali distinctioni obiecti, & essentiali impotētiæ finiti intellectus, vt adæquatè, & totaliter ambiat illimitatam intelligibilitatē Dei.

Obiicitur ad hominem ex doctrina Scoti

Deinde si instes vltra; quòd si sola discretio virtualis, seu per æquipollentiam præstare posset intuitiuæ, & quidditatiuæ notitiæ, vt apprehēdi valeret aliquid obiecti, nō viso aliquo illius (nō præmissa aliqua distinctione formali actuali ante intellectū) sequeretur; quòd euanesceret, euaderetque futilis distinctio formalis ex natura rei, quā eò constituit Scotus, quò præberet fundamētū intuitiuo intellectui ad concipiēdā hāc formalitatem, non concepta alia.

Infringitur oppositio; assignatur disparitas inter notitiā præscindentē, & distinguentem.

Respōdetur ex prælibatis supra, *in eō trou. 2. de vnitate Dei, in append. metaphy. de dist. entis, ar. 2. n. mar. 15. & 16* vbi ostēdimus, quòd distinctio virtualis respectu quidditatiuæ & intuitiuæ notitiæ solū præbeat fundamētū præcisioni non tamē aut contradictioni obiectiuārū rationum, aut apprehēsioni pluralitatis actualis, si ipsa nō præexistat à parte rei. Quāobrem, & necessitatē distinctionis formalis ex natura rei inibi tutati sumus, etiā admissa distinctione virtuali; quæ respectu notitiæ quidditatiuæ, & intuitiuæ, non præbet fundamētū ad intuitionem pluralitatis obiectiuæ, si ea non præexistat actu; adi loca citata.

AR-

ARTICVLVS II.

Vbi defenditur altera diuinæ incomprehenſibilitatis expenſio ad mentem Scoti; eòquòd Deus inſpici nequeat tota ea gradualitate actus, quæ nata eſt elici ab intentionali motione obiecti.

SVMMARIVM.

Textus Scoti pro vera ſententia. Numer. 33.
Defenditur Scotus ab oppugnatione Gabrielis Vazquez. Num. 36.
Vera ſententia de ſenſu Scoti. Numer. 40.
Satisfactio ad quædam obiecta. à Numer. 41. vſque ad 44 incluſiuè.

Quæſtio ar. circa aliam rationem incõprehenſibilitatis.

33 LIcet hucuſque eam diuinæ incomprehenſibilitatis rationem tanquam probabilem firmauerimus, quæ accipitur à coangulatione creaturæ, iuxta Gregorij magni phraſim; vel ab impotentia finitæ mentis ad circumſcribendam omnem quantitatem diuinæ illimitationis, quoad omnem modum intrinſecum eius ſpectatum ex parte obiecti. Alteram tamen diuinæ incomprehenſibilitatis rationem nobis ſuppeditat Scotus; aſſerta etiam exacta penetratione obiecti beatifici, quoad omnem rationem formalem eius; *in 3. ſent diſt. 14. q. 2. §. Ad ſecundam probationem, ſub num. marg. 7.* vbi ſubdit.

Scotus

Dico; quòd Auguſtinus de Ciuitate, libr. 12. capit. 18. dicit, (quod quidquid ſcientia comprehenditur, ſcientis cognitione finitur.) Quod non eſt intelligendum, quòd abſolutè finiatur; quia tunc Deus non comprehenderet ſe; ſ d finitur cognoſcenti, quia reſpectu eius ſe habet, ac ſi eſſet finitum.

Quid ſit comprehenſio ex Scoto?

Videtur enim ſolus ille intellectus cõprehendere aliquod intelligibile, cuius tanta eſt perfectio in intellectualitate; quanta eſt perfectio, vel intelligibilitas intelligibilis, & ideò ibi eſt commenſuratio, & adæquatio; & propter hoc neutrum eſt reſpectu alterius excedens, & ita vtrumque quaſi finitum eſt alteri, quia ſimpliciter adæquatum. Sicut propter æqualitatem perſonarum diuinarũ poſſet dici vna perſona finita alteri, quia non excedens eam: & tamen ſimpliciter non eſt finita.

Quia ergo nullus intellectus creatus poteſt habere tantam intellectualitatẽ, nec in actu primo, nec in actu ſecundo, quanta eſt intelligibilitas Dei, vt obiecti, imò in infinitum excedit; ideò nullus talis intellectus creatus, & ſi videat quodcunque viſibile ex parte Dei, poteſt ipſum comprehendere, quia non eſt commenſuratio hinc, inde.

Ratio cur Deus ſit incomprehenſibilis?

34 Ante quam præſentem literam explanem, ſuppono contra Vazquez, incõprehenſibilitatem Dei eſſe dogma fidei quod ſolus prædictus author negauit cõtra communem Theologorum omniũ conſenſionem, aſſeuerans, præter Dominicum Sotum & alios recentiores, nullum antiquum Theologum pronũtiaſſe, prædictam veritatem eſſe de fide. At (vt illi opponit Pet. de Lorca) expreſſit Sotus, quòd tota antiquitas conſtituerat, nec illius cenſura alicui, aut noua, aut rigida, viſa eſt; quam omnes Ieſuitæ ſcriptores obuijs vlnis excipiunt Soarez, *3. p. tom. 1. diſp. 26. ſect. 2.* cui ſubſcribunt Molina, Valentia, & cæteri nullo dempto.

Incõprehenſibilitas Dei attinet ad Canonẽ fidei

Reuocitur Vazquius ex Soto.

Lorca.

Soarez. Molina. Valentia.

Et habetur expreſſum prædictum dogma in Concilio Lateranenſi, *cap. Firmiter, de ſumma Trinitate, & fide Catholica*, vbi aſſeritur. *Credimus & ſimpliciter confitemur, quòd vnus ſolus eſt Deus æternus, immenſus, incommutabilis, incomprehenſibilis, ineffabilis.*

Probatur ex Concilio Lateranenſi.

35 Quo præmiſſo, obſeruãdũ eſt circa illa verba textus Scoti. *Videtur enim ſolus ille intellectus comprehendere aliquod intelligibile, cuius tanta eſt perfectio in intellectualitate, quanta eſt perfectio, vel intelligibilitas intelligibilis, & ideò ibi eſt commenſuratio, & adæquatio.* Quod hic anſulam præbere videtur Scotus vellicationi Vazquez aſtruentis Scotum in ea fuiſſe ſententia, vt ad cõprehenſionem exposceret æqualitatem perfectionis inter notitiam, & rem apprehenſam; quod tanquam abſurdum

Scotus

Vazquez malè citat Scotum.

ex-

explosimus, sub num. 6.

Defenditur Scotus contra Vazquium.

At deceptus est Vazquez, dum stupidum assertum subtili Doctori adscribit cùm longè disideant commensuratio, & exæquatio in esse obiecti, ab æqualitate in esse rei. Cæterùm, quòd Scotus in præsenti spectauerit solam æqualitatem, vel commensurationem notitiæ, & obiecti, vt est obiectum formaliter, & immutatiuum potentiæ, secundùm causalitatem intentionalem; liquet ex cõtextu, vbi subdit Scotus. *Nullus intellectus creatus potest habere tantam intellectualitatem, nec in actu primo, nec in actu secundo, quanta est intelligibilitas Dei, vt obiecti.* Vbi incomprehensibilitatem Dei respectu finiti obtutus, non hausit ex inæqualitate creatæ mentis cum Deo in esse rei, sed in esse obiecti.

Scotus

§

Vindicatur Scotus ab oppugnatione Gabrielis Vazquez tribuentis Scoto æqualitatem in esse rei inter comprehensionem, & obiectum.

Explanatio æqualitatis notitiæ, & obiecti.

36 VT Autem luce clariùs pateſcat, quòd nunquã inciderit in Scoti mentem, quòd ad comprehensibilitatem necessaria sit adæquatio actualitatis rei apprehensæ, & actus cognoscentis; accipe Scotum, *in 2. sent. dist. 3. q. 9. §. Dico igitur, num. marg.* 11. vbi paulò infra subiungit.

Scotus

Triplex adæquationis cõsideratio.

Si accipiatur ista propositio, omnis propria ratio intelligendi aliquod obiectum, per adæquationem repræsentat illud obiectum; dico, quòd hic potest intelligi adæquatio simpliciter entitatis ad entitatem; vel adæquatio secundùm proportionem repræsentantis ad repræsentatum absolutè; vel tertio modo per adæquationem secundùm proportionem, non absolutè; sed per comparationem ad actum talem. Et post pauca subijcit.

1. ratio adæquationis abigitur.

Primo modo vniuersaliter nullum per se repræsentans, (quod est ratio repræsentandi, & non cognitum) adæquatur illi, quod repræsentat; sed deficit, sicut patet de albedine, & specie albi.

Secundo modo, aliqua ratio repræsentat per adæquationem, sicut species perfectissima albi repræsentat illud albũ; & ipsa est ratio quasi comprehensiuè videndi album illud.

2. ratio adæquationis.

Tertio modo, quæcunque albi species in oculo cæutiente, licet non ita perfectè repræsentet album, sicut esset repræsentabile; tamen perfectè repræsentat illud per comparationem ad actũ sequẽtem; quia ita perfectè repræsentat, sicut requiritur ad habendum talem actũ circa obiectum.

3. adæquationis vsurpatio.

Ad propositum igitur dico; quòd nulla species per adæquationem potest repræsentare diuinam essentiam secundo modo; nec etiam primo modo; quia illa essentia, quæ comprehensibilis est ab intellectu suo, non potest comprehendi, nisi per essentiam, vt per rationem. Sed tertio modo, comparando ad intellectum creatum; aliquomodo potest habere speciem, quæ scilicet ita perfectè illam essentiam repræsentat, sicut actus talis intellectus attingit. Hucusque Scotus enodans adæquationem speciei cum obiecto creato; ex qua depromit diuinæ naturæ incomprehensibilitatem, rem ea dexteritate versans, vt nil subtilius defæcatius ve in præsenti excogitari posse videatur.

Decisio quæstiõis ex Scoto

Prælibata igitur triplici acceptione, vel comparatione adæquationis inter speciem impressam, & obiectum; in prima vsurpatione adæquationis entitatis ad entitatem, vel suppari commensuratione actualitatis, quæ intersit inter speciem impressam, & obiectum: illam abigit & explodit in tota latitudine repræsentationis intentionalis, quæ exprimit obiectum, tanquam forma nõ cognita.

Cõmentarij textus Scoti

Quod cùm ita euidens sit apud Scotum, vt apparet in textu; est cur miremur, quid ex Scoto adæquationis, vel supparis actualitatis, vel perfectionis inter entitatẽ speciei, & obiecti in Vazquij cogitatũ irrepere potuerit, vt tã irrationabile pronũtiatũ Scoto adscripserit. Tale enim cõmẽtũ cõuellitur ex illis verbis. *Primo modo vniuersaliter nullũ per se repræsentãs (quod est ratio repræsentãdi & nõ cogniti) adæquatur illi, quod repræsentat, sed deficit vt patet de albedine, & specie albi.*

Reßitur æqualitas rei ad rẽ inter cõprehensionem, & obiectum.

Scotus

Se-

In quo conſiſtat adæquatio notitiæ cõprehẽſiuæ ad obiectũ?

Secunda deinde acceptio adæquationis inter ſpeciem & obiectum, ea eſt, apud Scotum; quæ eſto quòd nõ referat æqualitatem actualitatis, vel entitatiuæ perfectionis (hanc enim tanquam impoſsibilem expugnauit in prima acceptione adæquationis) importat tamẽ exæquationem in eſſe repræſentatiuo: quæ poſita eſt in hoc, quòd ſpecies exprimat obiectum tota ea gradualitate, vel accretione intẽſiua formæ, quã exigat præſcribat ve vis motiua intẽtionalis rei apprehenſæ.

Species perfectiſſima albi vocatur ab Scoto quaſi comprehenſiua.

Qua ratione, vt ait Doctor, ſpecies perfectiſſima albi, adæquatur in eſſe repræſentatiuo, & intentionali, albo apprehenſo per corporalem obtutum; ſi eliciat idolum viſiuum talis gradualitatis intenſiuæ, quam præſcribat vis motiua obiecti viſibilis ad immutationem potẽtiæ viſiuæ. Quamobrem talem ſpeciẽ intentionalem adæquatè reſpondentẽ virtuti motiuæ obiecti, vocauit Scotus, *rationem quaſi comprehenſiuè videndi album.*

Scotus

Cur nequeat ſpecies viſibilis eſſe proprie comprehenſiua

Non tamen aſſeruit abſolutè eſſe rationem cõprehẽdẽdi; quia vt liquet ex præmiſsis ſub n. 12. corporalis obtutus propriè nõ comprehẽdit obiectũ, quia non introſpicit illud ſecundùm trinam dimẽſionem eius; vt inibi ex Auguſtino obſeruauimus.

NOTA

At verò in ſpecie impreſſa intelligibili (cui vis comprehenſiua non interdicitur) tũc verè comprehenſiua adſtruitur quando cõmen uratur, & exæquatur virtuti intentionali motiuæ obiecti circa intellectum; ita vt ſpecies ſit tantæ actualitatis vel gradualitatis intenſiuæ, quanta nata ſit elici à virtute motiua obiecti.

Nõ eſt poſſibilis ſpecies comprehenſiua Dei.

Et de hac ſecunda acceptione adæquationis inter ſpeciem & obiectum cẽſet Scotus, eſſe impoſsibilem inter ſpeciem creabilem & Deitatem; vt patet ex illis verbis. *Dico, quòd nulla ſpecies, per adæquationem poteſt repræſentare eſſentiam diuinam ſecundo modo.*

Scotus

Datur adæquatio inter ſpeciẽ quidditatiuã & Deũ in tertia acceptione adæquationis.

In tertia tãdem vſurpatione adæquationis; eam tutatur Scotus inter ſpeciẽ quidditatiuam Deitatis & ipſam Deitatẽ, nõ ſecũdũ ſe ſpectatã, vel inquãtũ refertvim intentionalẽ à ratione intrinſeca, præſtãtẽ ad motionẽ intẽtionalẽ illimitatam (iſtã enim adæquationẽ iã expugnauerat Scotus in ſecunda acceptione adæquationis) ſed inquantùm ſpecies impreſſa comparatur ad obiectum vt attingitur à tali ſpecie expreſſa, ſeu verbo beatifico.

Ratio aſſeri.

Eòquòd talis ſpecies impreſſa, licet nõ ſit adæquata illi intẽſioni motionis intentionalis, quæ nata eſt elici ab obiecto; eſt tamen adæquata intenſioni ſpeciei expreſſæ vel verbi beatifici; & adæquatur obiecto vt poſſeſſo per talem actũ in tali gradualitate intẽſiuæ formæ.

Inſtatur in facto exemplo Scoti.

Quod ſatis illuſtrat textuale exẽplũ de ſpecie albi immiſſa oculo cœcutiẽti quæ licet non ſit adæquata virtuti motiuæ obiecti viſibilis (à ſe enim præſtabat ad intenſiorem ſpeciem immittendam, ſi oculus habilis exiſteret) eſt tamẽ illa ſpecies intentionalis adæquata gradualitati, & intenſioni viſionis, quæ ab oculo cœcutienti haberi valet; & etiam commenſuratur obiecto, inquantum apprehenſibili per talem potentiam malè affectam, vel orbatam acumine videndi.

Corollarij

Euidenter igitur conſtat ex dictis, quòd cũ de ſenſu Scoti & omniũ Theologorum exquiritur ratio incomprehẽſibilitatis; non expenditur exæquatio viſionis beatificæ & obiecti beãtis in eſſe rei, ſed in eſſe obiecti.

Obſeruationes ad deciſionem quæſiti.

37 Pro quo in memoriam reuocãda ſunt, quæ *in controu. 3. de veritate Dei, ar. 1. à n. marg. 35. vſq; ad 41.* ſerió exarauimus, cõſtituentes; cuilibet enti ſuppetere vim ad intentionaliter immutandum intellectum creatum, vt propriã obiecti imaginem eliciat; quam facultatem ad intentionalem influxũ eſſe eam entis proprietatem aſſeuerauimus quæ appellatur veritas tranſcendentalis, ſeu veritas rei. Inſuper etiam in *cõtrou. 9. de viſione Dei, diſt. 2. de principio viſionis ex parte obiecti, ar. 3. n. marg. 20. & 21.* oſtẽdimus, cauſalitatem intentionalem cuiuslibet obiecti ſuſcipere intenſiuũ accrementũ. Quibus præmiſsis; perſpicua erumpit præſentis quæſiti deciſio.

Quid ſit obiectiũ in eſſe obiecti adæquari cognitioni

Dicimus enim; obiectum in eſſe obiecti eſſe rem, quatenùs importat vim motiuam, ſeu immutatiuam intellectus creati ad intentionalem influxum; quæ cauſalitas obiecti (cùm ſuſcipiat magis & minus) tunc aſſeritur omnino adæquari obiecto in eſſe obiecti; quãdo notitia eſt tãtæ actualitatis, ſeu perfectionis intenſiuæ, quantam exigit intellectualitas obiecti; ſeu in ea accretione

gra-

graduali, quæ nata est elici ab obiecto, vt est immutatiuum potentiæ per intẽtionalem actionem.

38 Quò fit, vt in ista opinandi via, licet obiectum pẽnetretur, quoad omnia prædicata, quæ illi cohærẽt formaliter ita vt nullus modus quantitatis virtutis obiecti lateat videntem; insuper inspiciatur tota eminentia obiecti, & virtus ita ea, qua præhabet cunctam esse[ntia]lium collectionem; si nõ percipiatur tota ea intẽsiua accretione notitiæ, quę nata est elici ab obiecto secundùm virturem motiuam eius, non asseratur cõprehendi obiectum

Quod insinuat Scotus illis verbis textus propositi. *Ideò nullus intellectus creatus, etsi videat quodcunque visibile ex parte Dei, potest ipsum comprehendere, quia non est commensuratio hinc inde.* Voi asseuerat, quòd licet inspiciatur quidquid est visibile ex parte Dei, siue formale, siue eminentiale; dummodo non accedat commensuratio notitiæ ad obiectum, vt obiectum est, quæ posita est in hoc, quòd intensio apprehensionis adæquet eam gradualitatem, quam exposcit vis motiua obiecti, non cõprehendetur obiectum.

39 Sed instat oppositio Vazquez, quæ producitur à translatitia vsurpatione huius vocis comprehẽsio, quæ accepta est à corporali circumscriptione; vnde sicut ad hoc, quod in toto rigore vsualis acceptionis huius vocabuli (*comprehensio*) res corporea ab alia comprehendi asseratur, impertinens est rei cõprehendẽtis præstantia. Verbigratia, quòd aurea sit, vel argentea, vel ferrea, dũmodo ex parte rei contentæ nihil sit, quod intra extensionem concauæ superficiei circumscribentis corporis non concludatur omnino; nec enim magis dicitur res comprehendi ab sphera aurea, quã ferrea si ex omni parte ambiatur. Igitur & ad intelligibilem comprehensionem, vel ambitum, ineptè exposcitur aliqua determinata intensio notitiæ; si in minori intensione conferat actus, vt penetret totum formale, & eminentiale obiecti.

Respondetur; quòd licet intelligibilis comprehensio trahatur à comprehẽsione corporea, adhuc magis exposcitur ad circumscriptionem intelligibilẽ quàm materialem; quia cùm corpuscõprehendens non illabatur in corpus circumscriptum, nec illud penetret intimè nõ exigitur præstantia naturæ, aut intẽsio facultatis operatiuæ, in concaua superficie corporis ambientis, & concludentis alterũ. At intelligibilis comprehensio, sicut introspicit intimam obiecti intelligibilitatem, ita expetit adæquatam commensurationẽ actus apprehendentis cũ obiecto apprehenso; quæ posita est in hoc, quòd intensio notitiæ tanta sit, quantam exigat vis motiua obiecti, vt diximus.

Præsentem asserendæ incomprehensibilitatis rationem tutantur Arrubal, 1 *p. disp. 23. cap. 4.* præcipuè *n. 14.* Machinus, 1. *p disp. 18. sect. 2. §. dicendum est tamẽ.* Nec abnuit Herice, 1. *p. tract. 1. de Scientia Dei, disp. 4. sub numer. marg. 26.*

Hũc modũ dicendi sequuntur Arrubal. Machinus Herice

Satisfactio ad quædam obiecta contra præmissam rationem sustinendi incomprehensibilitatem Dei.

40 QVare dicendum est; Deũ esse incomprehensibilem quamuis cõcipiatur secũdùm omne obiectiuum formale, & eminentiale eius; ob defectum commensurationis & adæquationis ex parte obtutus creati.

Assertio Scoti.

Et probatur; quia nulla res circumscribi valet intelligibiliter, nisi circunspiciantur extrema intelligibilitatis suæ, vt inquit Augustinus; non circunspiciũtur autem extrema intelligibilitatis rei si non apprehendatur veritas, siue intelligibilitas eius, tota ea intensione, quã taxat, & præscribit vis motiua entis ad intentionaliter immutandam mentem creatam.

Ratio cõcina pronostra sententia.

Sed facultas, quæ congruit Deo ad immutandum intellectum, est essentialiter illimitata; & quæ elicere posset intentionalem influxum infinities infinitum, si suppeteret vis ex parte potentiæ creatæ; igitur contradictionẽ inuoluit, Deum comprehendi, sicut & implicat illimitatio visionis, quæ exæquet

Explicatur acies argumenti.

vim

vim motiuam Dei ad intentionalẽ causalitatem.

Nequit Deus inspici tota ea intẽsione notitiæ, quã præscribat vis motiua obiecti

Quis enim adstruat, quòd si potẽtiæ intellectiuæ suppeteret vis ad eliciendam notitiam infinities infinitam circa illimitatissimam Dei substãtiam; deficiat ex parte obiecti vis intẽtionalis ad immutandam mentem creatam vt exerat, vel pariat notiam infinities infinitæ gradualitatis intensiuæ? Nõ igitur exequatur vis hæc motiua intẽtionalis præstans á se ad immutãdam mentẽ ad partum notitiæ illimitatæ; si non cõcipiatur tota ea illimitatione, vel gradualitate intensiua notitiæ, quam exigit illimitata virtus obiecti.

Vrgẽs oppositio, quòd implicet vis motiua in Deo ad notitiam infinitam,

41 Si autem occurras; quòd fictitia videatur, talis expensio incõprehensibilitatis per habitudinem ad motionem infinities illimitatam. Quia cũ vis hæc immutatiua intellectus relatè se gerat & apprehendatur per habitudinem ad potẽtiam immutabilem ad influxum intentionalem; sicut implicat contradictionem potẽtia vel facultas intellectiua creata aut creabilis, quæ immutari valeat ad notitiam infinities illimitatã ita nec ex parte obiecti, respondere valet vis aliqua, quæ vera, & realis sit (nõ autem commentitia & chymærica) quę exprimat habitudinẽ ad notitiã gradualitatis infinities illimitatæ.

Instatur efficaciter.

Sicut enim potentia hæc, vel virtus obiecti est propter actum; ita si implicaret actus, euanescetet talis intentionalis virtus ad exprimendã imaginem Deitatis in gradualitate intensiua infinities illimitata.

Præsupposita quædam ad enodationẽ obiecti

42 Respondeo dupliciter; primò in sentẽtia probabili plurimorum Theologorum autumãtium; dari posse infinitũ categorematicum, vel in actu, in gradualitate intensiua qualitatis; insuper, quòd non est de ratione infiniti, secundã intẽsionem, quòd illi obstet accessio aut additio alterius, & alterius gradualitatis, non solùm finitæ, sed etiam infinitæ; de quo nos *in controu. de omnipotentia.*

Dilutio oppositionis.

Quo præmisso, sicut dabile esset lumẽ gloriæ infinitæ gradualitatis, cui etiã nõ obstaret additio & superadditio alterius, & alterius, illimitatæ gradualitatis infinitæ; sic nec assignabilis esset visio supernaturalis gradualitatis ita illimitatæ, vt procrescere nequeat visio; ac proinde & non concipi vis motiua intentionalis obiecti beatifici ad illimitatiorẽ, & illimitatiorem, formã visionis vsque in infinitum eliciendam.

Obserua pro accremento intensiuo luminis

Cui pronũtiato ex parte fauet Scot loquens de intensione habitus charitatis elicitiui fruitionis beatificæ; ac proinde & ob idẽtitatem rationis, de habitu luminis gloriæ respectu visionis. Sic igitur habet, *in 3. sen. dist. 13. q. 4.* disquirens; *Vtrũ anima Christi potuit summè frui Deo sine summa gratia?* vbi, §. *Ad argumenta prima quæstionis, sub num. marg. 10.* inquit.

Scotus

Potest dici breuiter, quòd quodcunque gratificabile capax est in potentia obedientiali quãtæcumque gratiæ, quia respectu huius accidentis per accidens, & tamen conuenientis, non habet vnde determinetur ad certum gradum; neque istud inducitur per aliquam alterationem passi, vel ab agente naturali; sed tãtùm secundùm quod absolutè subiectum est capax, & Deus potest imprimere.

Nota pro potentia obedientiali adhabitus supernaturalei.

Vbi etiam incidenter noto, quòd expressè adstruat Scotus, quod potẽtia voluntatis ad habitum charitatis sit obedientialis.

Alia solutio de mente Scoti.

43 Sed age; damus etiam cum graui Theologorum corona, quòd implicet infinitum in intẽsione; ac proinde quòd cõtradictionem inuoluat visio beatifica infinities illimitata.

Omnis virtus Dei ad extra est absoluta ab obiecto.

Respondetur secũdò meliùs; & cõformiùs ad mẽtem Scoti. Quòd esto quòd vis agendi creata respectu trãscẽdẽtali referatur ad effectum, & ita sit propter effectum, quòd si implicaret existentia effectus, etiam cõtradiceret existẽtia talis virtutis elicitiuæ; nõ ita se gerit virtus seu facultas exequutiua Dei ad extra. Ita enim absoluta est ab habitudine ad effectũ; vt quãuis implicaret existentia effectus, non repugnaret existentia talis virtutis.

Instatur efficaciter.

Qua ratione non semel de mente Scoti stabiliuimus, quòd esto quòd omnis possibilitas cunctarum rerũ possibiliũ fieret impossibilis ex hypothesi; adhuc nõ periret Deo absoluta & formalis sufficientia ad producẽdum quodlibet ad extra, si nõ obstaret ex parte extremi factibilis. Quare, virtus intentionalis ad immutãdam mentem creatã ad visionem infinities infinitam; nõ pendet á possibilitate effectus, ad quam relata non est transcendentali connexione, & dependentia.

Si enim virtuti motiuæ intentiona-

Ponderatio nem.

Deitatis cõmenſurari valeret ad æqualitatem virtus intellectus creati, (quantumuis eleuata ſupernaturaliter) fieret, vt æqualis magnitudinis intẽſiuæ cenſeri poſſet vis intellectus euecti vſque ad ſupremum apicem eleuationis, per lumẽ gloriæ, ſicut eſt infinita vis intẽtionalis beatifici obiecti ad immutandam mentem creatam, ſi contraheretur & quaſi finiretur intrinſeca Dei poteſtas à cõnotatione capacitatis reſpondentis ex parte potẽtiæ eleuatæ per donum ſupernaturale.

Obiectio Hurtadi, quòd nullum ens creatũ etiã infinitũ poſſet cõprehendi à ſupremo Angelo.

Obijcitur deinde ex Petr. Hurtado, *tom. de Incarna. diſp. 54. ſect. 9. ſubſec. 8. §. 220.* Quia ſi ad comprehenſionem obiecti requiratur, quòd cognoſcatur à tota ea intenſione notitiæ, quam exigat obiectum; fieret, vt quælibet creatura quãtumuis modica & infimæ comprehendi nequiret à præcellentiſſimo intellectu ſupremi Angeli. Sequela oſtẽditur; quia quælibet creatura, verbi gratia, vbicatio, & relatio, exigit vt cognoſcatur à mẽte Dei per cognitionẽ intẽſiuè infinitã; quia ſicut refert depẽdẽtiã eſſentialem à potẽtia Dei ceu facultate exequẽte eius, ita & imbibit cõnexionem cum ſcientia infinita dirigente potentiam exequutiuã cauſæ primæ.

Quodlibet ens creatũ ſicut exigit cognoſci à Deo, ita & cognitione infinita.

Atqui ens, quod exigat cognoſci notitia intẽſiuè infinita, comprehendi nequit à cognitione limitata; ergo ſi adrationẽ cõprehẽſionis requiratur obiectũ percipi tota ea quãtitate actº, ſeu magnitudine perfectionis, quã vendicet obiectũ; cũ quodlibet ens participatum eſſagitet cognoſci à Deo; ſicut & à Deo effici & cõſeruari (cũ potẽtia exequens nõ feratur in obiectũ cœca ratione, ſed prælucente cognitione infinita) fiet, vt nullum ens creatum cõprehendi queat ab Angelo.

Solutio infringẽs ictũ Hurtadi.

Verũ hæc nullo negotio corruũt; dicimus enim, quòd omne ens creatũ, ſicut eget influxu potentiæ Dei, ita & exigit cognitionẽ Dei, quæ ſit infinita materialiter & ex parte ſubſtrati; nõ tamen formaliter, & quatenus reſpõdet intẽtionali virtuti obiecti. Si enim obiectum creatum nactum eſſet vim intentionalẽ ad phyſicè immutãdũ intellectũ Dei; talis influxus non eſſet infinitus inquantũ reſponderet principio efficienti.

Alia ſolutio de mente Scoti ex ideis.

Adde etiã de ſenſu Scoti & celebriorum doctorũ, qui illi in hac re adhærent quòd nec creatura inquãtum terminus facultatis exequẽtis, petat cognitionẽ infinitam à qua facultas exequutiua dirigatur; cũ dirigi queat à rationibº idealibus, quæ ſunt ipſæmet creaturæ in eſſe obiectiuo, vt oſtendimus infra *in cõtrouer. 12. de ideis, ar. 1.*

Elucidatur doctrina præcedens

Quare, licet ratio ideæ, quæ ſuppetit eſſe obiectiuo creaturarũ, ſit ſecũdaria (primaria enim Ideæ cauſalitas congruit eſſentiæ diuinæ tã in ratione cognitionis, quã in ratione obiecti, in quo creaturæ introſpiciuntur) adhuc tamen quãtũ ex vi directionis potẽtiæ Dei colligi poteſt, ſi Deitati nulla tribueretur idealis functio, adhuc eſſe obiectiuum creaturarum ſatis ſuperque præſtaret, ad determinandam potentiam exequẽtem, & illam dirigendam ad effectionem externam talis creaturæ.



Digitized by Google

INDEX
CONTROVERSIARVM, Diſtinctionum, & Articulorum cum illorum Summarijs. Vbi numerus non paginæ, ſed margini reſpondet.

CONTROVERSIA I.

De eſſentia & ſimplicitate diuinæ naturæ.

Articulus I.
Vtrùm Deum eſſe ſit per ſe natum?
Summarium.

SEntentia S. Thomæ proponitur quòd propoſitio (*Deus eſt*) ſit per ſe nota ſecundùm ſe, & non quòad nos. *Num. 1.*
Lirani placitum, quòd talis propoſitio ſit per ſe nota, etiam quòad nos. *nu.* 2
Litera Scoti; & fundamẽta ad veram ſententiam. *nu.* 5.
Exactio literæ, & aliæ obſeruationes pro vera ſententia. *Nu.* 6.
Propoſitio (*Deus eſt*) obiectiuè ſũpta eſt ſecundùm ſe, per ſe nota. *nu.* 9.
Eadem formaliter accepta, vt à beatis terminorum complexio apprehenditur, eſt ſecundùm ſe, & quoad beatos per ſe nota. *nu.* 10.
In viatoribus, nec ſecũdũ ſe, nec quòad illos, per ſe notã eſſe, oſtẽditur. 11.
Argum. in oppoſitum diluuntur. *nu.* 12

Articulus II.
Vtrùm actualitas ſit de eſſentiali Dei conceptu?
Summarium.

Opinio autumãs, exiſtentiã nõ eſſe de quidditate Dei, rationibus ſuadetur.
Subſtratum negationis eſſendi ab alio in Deo, nõ eſſe vniuerſaliſsimũ entis conceptum, demonſtratur. *num.* 7.
Non eſſe ſingulare in Deo, vt cõdiſtinguitur ab ente creato, quòd identicè ſit ſuum exiſtere. *nu.* 10.
Quidditatiuam exiſtentiæ incluſionem Deo ſpecialiſsimam eſſe. *n.* 11.
Non ſolùm exiſtentiam, ſed etiã gradus ſubſtantiæ, ſpiritus, viuentis intellectualis eſſe de eſſentiali Dei ratione. *nu.* 12.
Argumentis in oppoſitũ fit ſatis. 13.

Appendix Metaphyſica;
De eſſe, & exiſtere, creatis.
Summarium.

Sancti Thomæ de diſcretione rei eſſentiæ, & exiſtentiæ, ſententia. *n* 2.

Opinio Soarij, & Vazquez, quòd eſſentia, & exiſtentia diſtinguantur ratione ratiocinata. *Nu.4.*
Omnem diſtinctionẽ inter eſſe, & exitere inficiatur Card. Aureolus. *7.*
Realẽ diſcretionem inter eſſe, & exiſtere haud intercedere poſſe. *Nu. 10.*
Diſtinctio ex natura rei inter eſſentiã, & exiſtentiam ſuadetur, & cõfutatur pluralitas exiſtẽtiarum in gradibus metaphyſicis. *Nu. 13.*
Impugnatur Aureoli placitũ inficiãtis diſtinctionẽ ratiocinatæ rationis inter eſſentiam, & exiſtentiam. *17.*
Dilutio oppoſitarum rationũ, primæ, ſecundæ, & tertiæ opinionis. *Nu. 19*
Vltima oppoſitio cõtra noſtrã ſententiã; vbi expẽditur, vtrum actuale exercitium poſitionis, ſiue realitatis poſitiuæ, ſit de quidditatiuo cõceptu exiſtentiæ? *Nu. 22.*

Articulus III.

Vtrùm in Deo ſubſiſtentia aliqua eſſentialis aſtruenda ſit?

Summarium.

Negatiua opinio proponitur. *Nu. 2.*
Abſolutã ſubſiſtẽtiã nõ eſſe de intrinco Deitatis conceptu, ſuadetur ex aliquorum recentiorum placito. *9.*
Litera textus Scoti ad dirimendã controuerſiam. *Nu. 11.*
Fundamenta ad veram doctrinam parantur. *Nu. 12.*
Subſiſtere abſolutum Dei rationibus ſtabilitur. *Nu. 13.*
Subſiſtẽtiã eſſe de formaliſsimo Deitatis conceptu. *Nu. 16.*
Argumenta in oppoſitũ diluuntur, pro primi, & ſecunda ſententia. *Nu. 17.*

Ad tertium articulum Theologicum, de ſubſiſtentia abſoluta Dei Metaphyſica appendix.

Quid addat ſubſiſtere creatum, & qua ſit eius cauſalitas?

Membrum I.

Vtrùm ſit probabile, ſubſiſtentia creatæ conceptum negatiuum eſſe?

Summarium.

Durandi placitum de ſola diſcretione rationis inter naturã creatã, & illius ſubſiſtere, omnino improbatur. *N. 1*
Longè diſsidere à ſententia eorum, qui ſuppoſitalitatem creatam in negatiuo conſtituunt, contra Soarez, oſtenditur. *num. 2.*
Theologicis rationibus negatiua hypoſtaſis impugnatur. *Num. 3.*
Metaphyſicalia fundamenta cõtra ſubſiſtẽtiam negatiuã obiiciuntur. *8.*
Scoti textus ſtatuitur, & exaratur. *11.*
Obſeruationes in literam textus. *17.*
Suppoſitalitatem creatam, data hypotheſi, quòd in negatione cõſiſtat, cõpletam non eſſe, ſed ſolùm ſecũdùm quid, ex Scoto oſtenditur. *Nu. 19.*
Scotũ omnino non aſſeueraſſe, hypoſtaſim creatam in negatiuo cõſiſtere; probabilem tamẽ eam opinionẽ de negatiuo ſuppoſito iudicaſſe. *N. 23*
Theologicæ rationes oppoſitæ contra negatiuã hypoſtaſim refellũtur. *25.*
Fit ſatis metaphyſicis rationibus Soarez & Vazquez. *N. 30.*

Membrum II.

Vbi poſitiuæ hypoſtaſis conceptus vt probabilior aſtruitur; & cauſalitas eius expenditur.

Summarium.

Argumẽta pro negatiua hypoſtaſi opponũntur. *Nu. 1.*
Creatam ſubſiſtẽtiam modalẽ formã, non verò entitatiuam, contendunt Soarez, & Vazquez. *Nu. 9.*
Cõfutatur Caietanus deferẽs hypoſtaſi mediam cauſalitatem inter eſſentiã & exiſtentiam. *Nu. 14.*
Conſtitutionem exiſtẽtiæ incommunicabilis non ſpectare ad cauſalitatẽ ſubſiſtentiæ, exiſtimauit Hurtadus. *Nu. 17.*
Authoris iudicium per ſequẽtes aſſertiones enodatum. *Nu. 19.*
Hypoſtaſim formam entitatiuam eſſe, non modalem, adſtruimus. *Nu. 20.*
Adæquatam ſubſiſtẽtiæ cauſalitatem nõ eſſe conſtitutionem entis in ſe, & per ſe, aperitur. *Nu. 21.*
Inſeparabilem tamẽ hypoſtaſis cauſalitatem, ſiue propriæ, ſiue alienæ naturæ, terminationem adeat, eſſe incommunicabilis exiſtẽtiæ conſtitutionem, ſtatuitur. *Nu. 24.*
Argumenta pro hypoſtaſi negatiua infringuntur. *Num. 25.*
Refelluntur fundamenta ſuadẽtia, hypoſtaſim eſſe formam modalem. *Nu. 29.*
Diluuntur argumenta, quæ oppugnãt, incommunicabilitatem exiſtentiæ eſſe ipſam cauſalitatem hypoſtaſis. *Nu. 34.*

Membrum III.

Vtrũ communicabilitas ad comparte m opponatur rationi hypoſtaſist

Summarium.

Materialẽ hypoſtaſim in pluresmodos partiales diuiſibilẽ, nõ ita in plures perſeitates, contendit Vazquez. 1.

Secũdus modus dicẽdi; indiuiſibilitatẽ eſſe de ratione ſubſiſtẽtiæ; item & tertius modus dicendi Franc. de Zuniga aſtruens, ſubſiſtentiam in partibus integralibus, non verò in eſſentialibus. *nu.* 3.

Indepẽdentiam à ſubſtrato eductionis, & ſuſtẽtationis, eſſe de ratione hypoſtaſis exiſtimauit Soarius. *nu.* 9.

Propria ſententiæ ſtatuitur, cõſtituens compoſitionẽ hypoſtaſis ex perſeitatibus partialibus. *Nu.* 12.

Materiã eſſe ſuppoſitũ, oſtendimus. 14

Item & omnes formas, etiã materiales, proprias hypoſtaſes ſortiri. *n.* 16

Integralem ex partialibus perſeitatibus cõpoſitionem, quodlibet materiale ſuppoſitum importare. *nu.* 20.

Fundamenta Vazquez refutantur. 25.

Indiuiſibilitas hypoſtaſis materialis omnino exploditur. *nu.* 26.

Argumenta Soarez diluuntur. *nu.* 28.

Articulus IIII.

Vtrùm attributa ſint de eſſentiali conceptu Dei?

Summarium.

Attributa nõ addere Deitati determinatos explicitoſq; conceptus, opinatur Card. Aureolus, cui adhæſit Baſilius Pontius Legionenſis. *nu.* 2.

Thomiſtarũ ſentẽtia; de quidditatiua Deitatis & attributorum tranſcendentia. *nu.* 5.

Saltim intellectionem eſſe de vltima conſtitutione diuinæ naturæ, propugnat Soarez. *nu.* 11.

Apex cõtrouerſiæ aperitur & ratio obiectiui cõceptus preſſè expẽditur. 18

Attributa nõ eſſe de cõceptu Deitatis; nec è cõtra, oſtẽdimus; nec alterum attributum de ratione alterius. 21.

Cõparatio attributorũ ad Deitatẽ. 22

Cõparatio Deitatis ad attributa. 26.

Cõparatio attributorum inter ſe. 29.

Oppoſitas rationes pro quidditatiua tranſcendentia Deitatis, & attributorum, diluimus. *nu* 36.

Pro enodatione tertiæ oppoſitionis aduerſariorũ refellitur Vazquez cõceptui formali attributorũ infinitudinem denegãs; & agitur, infinitudinem tranſcendere cũctas affectiones abſolutas Deitatis. *nu.* 41.

Ad argumẽta, quæ intẽdũt, intellectionẽ Deo quidditatiuã eſſe; cõtra Aureolum, & Soarium. *nu.* 48.

Articulus V.

Vtrùm obſtet diuinæ ſimplicitati, quòd proprietates attributales, ex natura rei diſtinguantur?

Summarium.

Simplicitas diuinæ naturæ aperitur. 1.

Compoſitionẽ rationis Deũ dedecere contra Soarez oſtenditur. *n.* 3

Vniuerſa Thomiſtarũ ſchola adoritur diſtinctionẽ ex natura rei inter Deitatem, & illius attributa. *nu.* 6.

Litera textus Scoti ad decidendã controuerſiam. *num.* 14.

Enodatio textus, vbi expẽditur ratio, cur Deitas omnẽ ableget potẽtialitatem, admiſſa etiã diſtinctione formali ex natura rei? *nu.* 16.

Duo conſectaria ex præcedẽti doctrina; vbi aſſeritur veritas enũtiationũ ex terminis abſtractis in diuinis ſuppoſita diſtinctione ex natura rei. 24

Scoti rationibus diſcretio actualis ex natura rei, inter Deitatem, & attributa; & attributorum inter ſe, ſuadetur. *num.* 28.

Improbatur ſola diſtinctio virtualis ad verificandas contradictiones propoſitionũ, quas de Deo formamus. 36.

Retorquetur contra aduerſarios compoſitio Deitatis, & attributorũ, quã nobis obiiciunt. *nu.* 41.

Inutile eſſe eorum effugium, qui cum Vazquez totam veritatem contradictoriæ enuntiationis, in conceptiones inadæquatas refundunt; nõ ſpectata ex parte rei pluralitate virtuali. *nu* 44.

Diſtinctionem ex natura rei inter eſſentiam, & attributa, virtualem non eſſe; ex Scoto ſtatuitur. *nu.* 48.

Eneruantur argumenta oppoſita contra diſtinctionẽ formalem Deitatis & attributorum. *nu.* 52.

Aliud neotericorum effugium occludimus, quod euadere molitur enuntiationum contradictionem, ob inadæquationem conceptuum. *nu.* 60.

Articulus VI.

Vtrùm in aſtruēda diſtinctione ex natura rei inter Deitatem, & illius proprietates, malè audiat Scotus?

Summarium.

Scoti ſententiam pluribus rationibus aduerſarij adoriuntur. *nu.* 1.

Eſſe apertā impoſturā, Scoto Gilberti errorem impingere, Sanct. Thomæ, & Bonau. autoritatibus oſtēditur. 14

Item & Alex. Alenſis. *nu.* 16.

Aduerſariorum oppugnationes conuelluntur. *Nu.* 21.

CONTROVER. II.
De Vnitate Dei.

Articulus I.

Vtrùm vnitas entis in poſitiuo cōſiſtat?

Summarium.

Prima ſententia aſſeuerans rationē obiectiuā vnitatis in mera negatione cōſtitutam. 1.

Duæ aliæ oppoſitæ ſententiæ, Soarij, & Hurtadi. *nu.* 9.

Litera Scoti explanata, ex qua poſitiuam vnitatis rationem manifeſtè produco. *nu.* 15.

Obſeruationes erutæ ex litera textus. *nu.* 18.

Oppoſitio vnitatis, & multitudinis, ex Alex. Alenſi expenditur; eamq; priuatiuam eſſe, aperimus. *Nu.* 22.

Minutiora quædam vnitatis expediūtur ad veram ſententiam ſtatuendā. *num.* 28.

Sententia Scoti optimis rationibus firmata. *num.* 33.

Oppoſita fundamenta refelluntur. 43.

Confutantur placita Soarij, & Petri Hurtadi. *nu.* 48.

Articulus II.

Vtrū ratio vnius ex natura rei à ratione entis ſecernatur?

Summarium.

Prima ſententia aſſerens, ens tranſcēdere modos, & proprietates. *n.* 2.

Opinio eorum, qui data vnitate præciſi conceptus, cōpoſitionem entis cū ſuis modis inficiantur. *nu.* 5.

Sententia eorum, qui tranſcendentiā entis in ſuis modis & proprietatibus vitant. *num.* 7.

Litera textus ad veram ſententiā ſtatuendam. *num.* 10.

Quæ ſit ratio vltimæ, & nō vltimæ differētiæ? ad referādā literā Scoti. 14.

Quæ ratio entis vltimis differētijs cōcedi debeat, quæ verò denegari? 22.

Aſſerta ex præcedēti doctrina producta, & rationibus ſuffulta. *Nu.* 29.

Oppoſitis rationibus fit ſatis, pro prima, ſecunda, & tertia ſententia. 43.

Articulus III.

De vnitate indiuiduali cōpoſiti entis; à quonam principio phyſico accipiatur?

Summarium.

Punctum controuerſiæ enodatum. *n.* 2

Communis Thomiſtarum ſentētia de forma indiuiduationis à materia ſignata quantitate, vt à phyſico principio petita. *nu.* 3.

Ferrarienſis expoſitio refellitur. *n.* 4.

Quatuor viis proſternit Scotus formā indiuiduationis à cōpoſito ex materia, & quantitate petitam. *nu.* 6.

Prima ratio ab identitate indiuiduationis, data diſcretione quantitatiua. *nu.* 8.

Secunda Scoti probatio vrgens ad hominē Thomiſtas, ex præſuppoſitione ſubſtantiæ indiuiduæ ad quantitatem in ſubſtantia indiuidua ſubiectatam. *nu.* 9.

Tertia oppugnatio; ex coordinatione prædicamentali. *nu.* 12.

Corollariū pro compoſitione ſubſtantiali materiæ, & formæ. *nu.* 17.

Quarta confutatio; à ſignatione quantitatis. *num.* 18.

Caietani, recentiorumq; Thomiſtarum defenſio confutata de materiæ ſignatione à quantitate. *nu.* 23.

Articulus IV.

In quo, indiuiduationis principium ab Scoto traditum ab aduerſariorum oppugnationibus defenditur.

Summarium.

Textus Scoti ad dirimendam controuerſiam. *num.* 1.

Animaduerſiones ad literam textus. *nu.* 2.

Materiam à forma non indiuiduari, aſtruimus. *num.* 5.

Item nec formam à materia. *num.* 11.

Compoſitæ ſubſtantiæ ſingularitas expenditur, & identitas realis numerici gradus cum ſpecificis, intercedente ſola diſtinctione formali. *nu* 16.

Neceſſaria digreſſio ad excutiēdā aduerſariorū calumniā; de prædicato corporis

com-

cõpleti, á forma corporeitatis non petito. *Nu.19.*
Scotus á nota nouitatis doctrinæ vindicatur circa assertionẽ hæcceitatis; & quid, apud Aristot. sonet materia inquantũ ab ipso asseritur ratio distinctionis numericæ? Vbi quòd hæcceitas sit devltimo cõstitutiuo primi motoris ex Aristotele. *Nu.25.*
Corollarium de hæcceitate, vel numerica vnitate accidẽtiũ; vbi varia occluduntur recentiorum effugia. 29.

Articulus V.

Quod sit principium numericæ vnitatis in entibus spiritualibus?

Summarium.

Thomistarũ opinio cõtẽdens, speciem Angelicas indiuidualiter plurificari non posse. *Num.1.*
Ferrariẽsis, & aliorũ assertio improbata; qui de mẽte S. Tho. implicatoriam non esse plurificationẽ Angelorũ intra speciẽ atomam, autumarunt. *N.8.*
Quale fuerit Scoti iudiciũ de hoc Thomistarum placito? *Nu.10.*
Litera textus ad eruendam veram sententiam. *Nu.11.*
Asserta, & probationes ex litera textus, pro numerica plurificatione substantiæ Angelicæ. *Nu.17.*
Eadem de facto asseritur. *Nu.23.*
Ad arg. in oppositũ cõtra plurificationẽ numericã substantiæ Angelicæ. 25

Ad controuer. secundã de vnitate Dei

Metaphysica appendix; de distinctione entis in genere, & specie.

Articulus I.

In quo ratio distinctionis in genere aperitur.

Summarium.

Opinio astruens, cõceptũ distinctionis in positiuo consistere. *Nu.1.*
Opinio alia, de adæquato materiali, & substrato distinctionis. *Nu.4*
Adæquatũ fundamẽtũ, seu materiale distinctionis expẽditur, idque non esse solam vnitatem entis. *Nu.6.*
Mẽs authoris, de quidditate, & substrato distinctionis, rationibus stabilita. *Nu.12.*
Fundamẽta oppositæ refelluntur. 19.

Articulus II.

In quo prima distinctionis partitio in realem, & rationis, discutitur.

Summarium.

Opinio Vazquez reiicientis communẽ partitionẽ distinctionis rationis, in discretionem rationis ratiocinatæ & ratiocinantis. *Num.2.*
Fran. Soarez placitũ contendẽtis, distinctionẽ formalẽ Scoti á discretione rationis ratiocinatæ non disidere. 4.
Altera quorũdã opinatio, qui data distinctione formali Scoti, inutilẽ distinctionẽ rationis ratiocinatæ autumãt. 8
Distinctio rationis ratiocinantis, facta collatione cũ discretione ratiocinata, aperitur. *Nu.9.*
Cõparatio distinctionis rationis ratiocinatę cũ distinctione formali Scoti; & cũ distinctione præcisiua, quæ ab intuitiua notitia relinquitur. *N.12.*
Alia ratiocinatæ distinctionis collatio cũ ea præcisionis specie, quæ ad intuitiuas apprehensiones accedere potest. *Nu.15.*
Mens authoris rationibus firmata. *N.17. & 18.*
Argu. opposita diluimus, vbi agimus quòd distinctio rationis ratiocinatæ alia sit á distinctione formali Scoti; & quòd vtraq; distinctio recipienda sit tanquã vtilis, & necessaria ad doctrinam Scoticam *Nu.19.*

Digressio de distinctione præcisiua; vtrũ ad intuitiuas apprehensiones accedere queat?

Summarium.

Cõmunis Tomistarũ cõsẽsio pronũtiãs ab intuitiuis apprehensionibus nõ effici distinctionem præcisiuam. *N.26.*
Præcisiuã distinctionem relinqui posse ab intuitiua, & quidditatiua notitia, ostendimus. *Nu.31.*
Dilutio oppositarum rationum. *N.39*

Articulus III.

In quo distinctio realis in suas species distribuitur; & modalis distinctio exaratur?

Summarium.

Specierum distinctionis realis enumeratio. *Num.1.*
Opinio eorum, qui modalem distinctionem non esse speciem distinctionis realis, asseuerant. *N.2.*
Modalis formæ, prout ab entitatiua condistinguitur, plena elucidatio. *Nu.5.*
Oppositiones in doctrinã præcedẽtẽ, & earum enodatio. *Nu.11.*
Ad argumenta, quæ moliuntur, distinctionem modalem esse speciem distinctionis rationis. *Nu.21.*

Articulus IV.
In quo diſtinctio formalis ex natura rei, à neotericorum oppugnationibus vindicatur.
Summarium.
Variæ neotericorũ oppoſitiones cõtra diſtinctionem formalem Scoti. *nu.* 1.
Obſeruationes ad cõſtituẽdã diſtinctionem formalem ex natura rei. *nu.* 6.
Scoti ſententia optimis rationibus firmata. *num.* 13.
Diſtinctionẽ formalẽ nõ mutuã eſſe nõ poſſe, contra Scotizantes aliquos. 25
Adæquata diſtributio diſtinctionis ante intellectum, in realem, modalẽ, & formalem. *nu.* 26.
Infringũtur aduerſariorũ fundamenta contra diſtinctionẽ formalẽ Scoti. 27

CONTROVER. III.
De veritate Dei in eſſendo.

Articulus I.
Quæ ſit tranſcendentalis veritas?
Summarium.
Formalẽ veritatis tranſcendẽtalis cõceptũ in negatiuo conſiſtere, exiſtimauit Aureolus. *nu.* 1.
Reiicitur. *num.* 4.
Veritatẽ tranſcendentalẽ tantùm eſſe analogicam quãdam affectionẽ entis à veritate iudicij expectatã, opinatus eſt Vazquez. *nu.* 5.
Improbatur. *nu.* 7.
Cognoſcibilitatem entis eſſe merã denominationem extrinſecam, putauit Hurtadus. *nu.* 11.
Confutatur. *num.* 13.
Aliorũ ſentẽtia, qui veritatẽ in conformitate entis ad ideas diuinas, conſtituunt. *nu.* 15.
Reſpuitur. *nu.* 18.
Veritatẽ nihil addere ſupra explicitam rationẽ entis, præter cõnotationem intellectus, aſſueuerat Soarez. *n.* 24.
Refellitur. *nu.* 27.
Autho is ſentẽtia ſtatuitur; quòd veritas cõſiſtat in vi intẽtionali entis ad exprimẽdã verã imaginẽ ſui. *nu.* 35.
Conſectariũ de attributo veritatis in Deo, quod reſpondet veritati trãſcendentali entis. *nu* 42.
Obiectiones contra noſtram ſententiã diluuntur. *nu.* 43.
Digreſſio de tranſcẽdẽtali veritate; vtrũ ſit ratio formalis obiecti intellectus?
Summarium.
Opinio autumãs, ens ſub ratione entis nõ referre rationẽ formalẽ terminatiuam obiecti intellectus. *nu.* 48.
Obſeruationes ad verã ſententiã. 51.
Ens ſub ratione entis cõſtituit rationẽ formalẽ terminãdi in obiecto intellectus; ſecùs rationẽ formalẽ obiecti quã immutatiuum eſt potentiæ per actionem intentionalem. *nu.* 55.
Diluitio oppoſitarum rationum. *n.* 57.
Articulus II.
Quæ ſit veritas formalis? & quæ eius analogia ad tranſcendentalẽ veritatem?
Summarium.
Veritatẽ formalẽ eſſe de quidditate omnis notitiæ, ſiue cõplexæ, ſiue incõplexæ, opinatus eſt Hurtadus. *n.* 1.
Veritatẽ formalẽ cuilibet actui cõplexo eſſentialẽ eſſe nõ poſſe; oſtẽditur contra Pet. Hurtadi placitum. *n.* 4.
Expenduntur Hurtadi oppoſitiones. 8
Aliæ ſententiæ de quidditate veritatis formalis propoſitæ, & cõfutatæ, cõtra Vazquez conſtituentẽ, veritatẽ formalem in habitudine rationis, & alios aſſerẽtes, eſſe reſpectũ realẽ. 11.
Alij veritatem eſſe relationem realem contendunt. *nu.* 13.
Refutantur. *nu.* 14. & 15.
Propria ſententia de quidditatiuo veritatis conceptu ſtatuitur. *nu.* 16.
De ſubſtrato veritatis formalis, quòd poſsit eſſe etiam ſimplex notitia; & qua ratione ſpeciali cohæreat veritas formalis cõplexioni & iudicio? contra Caietanũ, & Soarium. *n.* 24. & 26.
Expenditur analogia veri, inter rem & conceptum; & an verum perpriùs enuntietur de veritate rei, quàm de veritate notitiæ? *n.* 31.
Articulus III.
De falſo, quod opponitur vero.
Summarium.
Multiplex falſitatis acceptio. *nume.* 1.
De falſitate rei, quòd non detur, præcipuè prout exprimit impotentiam ad motionem intentionalem. *num.* 5.
Cauſa deceptionis & falſitatis iudicij ex Alenſi oſtenſa. *nu.* 7.
De falſitate notitiæ; quæ ſit? & vbi reperiatur? cùm aduerſantiũ opinationum confutatione. *nu* 9.

Quid-

Quidditas fallitatis formalis aperitur *à nu. 10. vsque ad 12.*
Oppositiones Franc. Soarez cõtra nostram sententiam. Nu. 13.
Diluuntur. Num. 14.

CONTROVER. IV.
De bonitate Dei.

Disputatio vnica;
An bonum sit passio entis, prout circuit creatum, & increatum?
Summarium.

Variæ opiniones de ratione obiectiua bonitatis. *à n. 1. vsque ad 4.*
Litera Scoti ad decidendã dissertationem; & eius explanatio. Nu. 4.
Oppositiones ad literã textus; & placitum Machini autumantis; conceptus bonitatis & integritatis nõ esse conuertibiles. *num. 5.*
Vera sententia statuitur. *num. 9.* contra Petrum Hurtado. *nu.* 10. & contra Soarium. Nu. 13.
De bonitate Dei specialiter. *nu. 17.*
Opposita fundamenta conuelluntur. *num. 20.*
De malo, quod opponitur bono. *nu. 22*

CONTROVER. V.
De infinitate Dei.

Articulus I.
Quæ sit ratio obiectiua diuinæ infinitudinis?
Summarium.

Multiplex illimitationis acceptio. *1.*
Sententia S. Thomæ de ratione obiectiua infinitatis secundũ essentiam. Num. 2.
Oppositiones Scoti contra D. Thomã Num. 3.
Defenduntur. Num. 4.
Opinio Gabr. Vazquez de ratione obiectiua infinitatis; & illius expugnatio Num. 7.
Textus Scoti; & eius elucidatio. *nu. 10*
Duæ assertiones pro vera sẽtẽtia. 17.
Oppositа fundamẽta diluũtur. 20. & 21

Articulus II.
Vtrũ infinitas sit de essentiali conceptu Deitatis, & attributorum?
Summarium.

Opinio eorũ, qui infinitudinẽ non est de quidditate Deitatis, & attributorum, asseuerant. *nu. 2.*
Opinio Aureoli improbãtis plures cõceptus infinitatis in Deo. *nu. 7.*
Textus Scoti ex Quodlibeto quinto. *§. ex hoc possumus, sub n. marg. 4. editionis Cauelli.* Ex quo inferimus, infinitudinem intensiuã esse de quidditate Deitatis, & attributorum. *9*
Ex Quodlibeto sexto. *§. contra ista arguitur sic, sub num. mar. 10.* Vbi agi Scotus, magnitudinem Dei, iuxt phrasim Augustini, nõ esse extra essẽtialem conceptum Deitatis. *nu.* 11
Explicatio textus, & fundamẽta ad veram sententiam. *nu.* 14.
Vera sentẽtia statuitur, quòd infini ta: plurificetur formaliter iuxta discretionem attributorum. *nu.* 17
Oppositа fundamenta pro primo plã cito cõuellimus, & obtunduntur oppositiones Aureoli. *nu.* 26.

Articulus III.
Vtrùm detur aliqua proprietas in Deo quæ non sit formaliter infinitas?
Summarium.

Apex cõtrouersiæ ex Scoto aperitur.
Sententia eorum, qui agũt, relatione diuinas infinitudinẽ vendicare, suadetur. *nu.* 4.
Altera opinio Aureoli; astruẽtis, quòd ratio obiectiua relationis exprima infinitudinẽ; nõ verò perfectionem *num.* 15.
Aperit Scotus ex Anselmo cõceptur perfectionis simpliciter simplicis. *16*
Ex textu fundamenta ad verã sentẽti sternuntur. Num. 19.
Optima Scoti regula de veritate enuntiationũ, quæ ex terminis abstracti absoluris construuntur in diuinis; ẽ quare falsificẽtur enũtiationes cõstitutæ ex terminis relatiuis? *nu.* 21.
Cur relationibus obstet illimitatio Ex Scoto expenditur; & quid apu ipsum sonet ens quantum, & nõ quãtum? *num.* 31.
Nostra sententia statuitur; & variæ re centiorum molitiones infringuntu *num.* 40.
Alia recentiorum effugia oçcludunt præcipuè Soarez & Vazquez. *nu.* 45
Oppositа fundamẽta pro illimitatior relationum diuinarum eneruantu *num.* 59.

CONTROVER. VI.

De immenſitate Dei.

Præludium controuerſiæ.

Explanatio ex Scoto, & Baſolio, triplicis rationis exiſtentiæ Dei in rebus. *Num.* 2.

Satisfactio ad oppoſitiones Aureoli. *Num.* 4.

Articulus I.

Vtrum agens in tota ſua vniuerſalitate, prout circuit creatum, & increatum, exigat contiguitatem ad paſſum?

Summarium.

Thomiſtarum ſentētia de contiguitate agentis, & paſsi, variè expenditur. *Num.* 1.

Primus modus dicendi Curielis, & illius confutatio. *Num.* 2.

Confutatio Capreoli, Soarij & Molinæ *Num.* 8.

Ab experimentis phyſicis ductæ rationes pro contiguitate agētis & paſsi. *Num.* 10.

Litera Scoti elucidata ad expugnandā agentis & paſsi contiguitatem. *N.* 14

Reiicitur triplex ratio contactus agētis, & paſsi, contra Franciſcum Soarium. *Num.* 25.

Optimis probationibus Scoti mens fulcitur, & excutiūtur aduerſariorum occurſus. *Num.* 34.

Vltima ratio pro noſtra ſententia ad hominem contra Thomiſtas; de agente inſtrumentario. *Num.* 42

Fit ſatis oppoſitis rationibus ex phyſicis experimentis, pro contiguitate agentis & paſsi. *Nu.* 45.

Articulus II.

Quæ ſit ratio exiſtentiæ Dei in rebus?

Summarium.

Pōſitiuū contactum Deitatis ad creata impetit Aureolus. *Num.* 1.

Confutatio Aureoli; & aſſertio poſitiui contactus Deitatis ad creata. *Nu.* 6.

Opinio S. Thomæ, quòd operatio Dei in creaturis ſit ratio cōtactus præſentialis. *Num.* 11.

Textus Scoti. *Num.* 17

Iterumuntur fundamenta ad verā ſentētiam *Nu.* 23.

Rationibus ſtabilitur, *Nu.* 31.

Oppoſitæ rationes eneruantur, quæ cō tenduot, præſentiam Deitatis ab illius operatione inferri. *Nu.* 41

Articulus III.

Vtrùm Deus actu exiſtat in ſpatijs imaginarijs?

Summarium.

Sententia affirmatiua expenditur. *N.* 5

Eadem rationibus ſuadetur. *Nu.* 7.

Textus Scoti, *ex* 1. *ſent. diſt.* 37. *quæſt. vnica.* §. *Et ſecundùm hoc videtur tenenda, ſub n.* mar. 4. *n.* 15.

Ex Reportatis, *in* 1. *ſent. diſt.* 37. *q.* 2. §. *ad primam quæſtionem. ſub n.* marg. 3 *editionis Cauelli.* Nu. 16.

Fundamenta ad veram ſentētiam, vbi & natura loci diſcutitur, & oſtēditur contra Vazquium, immobilitatem loci non trahi à punctis imaginariis *Num.* 18.

Noſtra ſententia ſtatuitur, & ſuadetur; exploſis infirmis improbationibus exiſtentiæ Dei in locis imaginariis. *Num.* 24.

Oppoſitas rationes pro reali præſentia Deitatis in ſpatiis imaginariis, diluimus. *Num.* 35.

CONTROVER. VII.

De immutabilitate Dei.

Articulus I.

Vtrùm immutabilitas de eſſe ad non eſſe ita ſit propria Dei, vt nulli creaturæ cohæreat ab intrinſeco?

Summarium.

Sententia S. Th. quòd creaturæ ſpirituales ab intrinſeco ſint immutabiles de eſſe ad nō eſſe, ſuadetur. *N.* 2

Textus Scoti, ex quo fundamenta ad veram ſentētiam ſubſternuntur, & illius probationes firmantur. *N.* 7.

Noſtra ſententia optimis rationibus firmatur, pro potentia logica ſubſtātiæ ſpiritualis vt vertatur in nihilū. *Num.* 14.

Oppoſita fundamenta contra potētiā logicam ad non eſſendum in ſubſtantia ſpirituali expenduntur, & eneruantur. *Num.* 22.

Articulus II.

De immutabilitate Dei per habitudinem ad actus liberos.

Su-

Summarium.

Punctus controuerſiæ enodatus. *Nu. 1*

Caietani placitū, quòd actus liber addat aliquid intrinſecum Deo, ſuadetur. *Num 6.*

Aliorum opinio, qui terminationem rationis ad quidditatē actus liberi attinere, pronuntiant. *Nu. 12*

Textus Scoti, & fundamenta ad veram ſententiam; quòd actus liber nil addat volitioni neceſſariæ. *Nu. 13.*

Obſeruationes in textum; vbi agitur de Scoti mente, nil ex parte obiecti ſe tenens complere intrinſecā rationem decreti liberi. *Num. 17*

Vera ſententia ſtatuitur improbās additionem formæ liberæ, etiā diſitæ metaphyſica, aut formali diſtinctione ex natura rei. *Num. 25.*

Aureolus à nota abſurdæ opinationis vindicatus. *Nu. 32.*

Oppoſitæ rationes diluuntur. *Nu. 36.*

CONTROVER. VIII.

De æternitate Dei.

Articulus I.

Quæ ſit ratio obiectiua æternitatis Dei?

Summarium.

Opinio Aureoli, (cui adhæſit Petrus Hurtado) contendentis, æternitatē Dei non eſſe propriè durationem, ſuadetur. *Num. 1.*

Confutatur. *Num. 4.*

Æternitatem claudere in ſuo conceptu menſuram rationis opinatus eſt Ferrarienſis. *Num. 5.*

Aeternitatem eſſe realē Deitatis mēſuram, autumarunt alij, *Nu. 7*

Vtraque opinio conuellitur. *Nu. 15.*

Obiectiuam æternitatis rationē ex poſitiuo, & negatione mēſuræ cointegrari, aſſeruit Vazquez. *Nu. 21.*

Aliorum ſententia, qui aſtruunt, negationem deſitionis ad rationem æternitatis attinere. *Nu. 22.*

Expugnantur iſta duo placita, *N. 23*

Textus Scoti, & illius explanatio. *Nu. 27.*

Expenditur diffinitio æternitatis, & illius diſcretio ab immutabilitate aperitur. *Nu. 35.*

Succeſsio remouetur ab æternitate Dei. *Numer. 40.*

Articulus II.

De duratione creata permanenti, & ſucceſsiua.

Summarium.

Diſtinctio durationis creatæ ab illius exiſtentia expenditur. *Nu. 1*

Durationem â propria exiſtētia nō ſecerni realiter, oſtenditur. *Nu. 7.*

Item nec formaliter ex natura rei diſtingui. *Num. 8.*

Identitas actionis productiuæ, & conſeruatiuæ, ex Scoto aperitur. *Num. 11.*

Rem pro primo ſuæ productionis inſtanti durare. *Num. 15*

Opinio aſtruens, durationē entis permanentis eſſe ſucceſsiuam: ſuadetur *Num. 20.*

Vera ſententia ex Aureolo, & cōfutatio Soarij & Pet. Hurtadi circa ſucceſsiuam coexiſtentiam rei permanentis ad tempus primi mobilis. *Num. 24.*

Entis permanentis durationem intrinſecè ſucceſsiuam non eſſe; conſtituimus, *Num. 36.*

Aperitur; quæ ſit illa ratio coexiſtētiæ ad tempus, quæ conſtituat prædicamentum Quando? *Num. 39.*

Reſponſio ad principalia obiecta pro ſucceſsione durationis rei permanētis; & legitima S. Bonau. interpretatio ex Aureolo. *Num. 42.*

De duratione ſucceſsiua ſpecialiter, & confutatio doctrinæ Soarij de tarditate, & velocitate motus. *Nu. 47 & 51.*

CONTROVER. IX.

Generalis: de cognoſcibilitate Dei à nobis.

Diſtinctio prima,

De principio viſionis Dei, quod ſe tenet ex parte potentiæ.

Subdiſtinctio prima,

De intrinſeca, & natiua virtute intellectus ad viſionem ſupernaturalem.

Articulus I.

Vtrum intellectus præferat vim ini-

tia-

tialem ad visionem Dei? Vbi latè de potentia obedientiali activa.

Summarium.

Potentiã obedientialem actiuam inesse cuilibet enti creato, autumauit Soarez. *num. 1.*

Textus Scoti ad constituendam veram sententiam, *ex 4. sent. dist. 1. quæst. 1. §. Ad quæstionem ergo. n. marg. 26 num. 8.*

Ex eadem quæstione. *num. margin. 34. num. 11.*

Obseruationes in textum, & fundamẽta ad communem sententiã improbantem; assumi posse creaturam ad effectionem cuiuslibet effectus pro vsu & nutu creatoris. *nu. 14.*

Infirmæ improbationes potentiæ obedientialis actiuæ; reijciuntur. *num. 25.*

Communis sententia firmioribus probationibus stabilitur. *nu. 37.*

Alia ratio pro nostra sententia agens implicationem potẽtiæ obedientialis passiuæ componibilis cuilibet actui pro nutu Dei. *nu. 41.*

Dilutio oppositarum rationũ pro potentia obedientiali actiua. *num. 44. & 48.*

Duo corollaria de instrumento creationis; & de causalitate sacramentorum. *num. 50.*

Articulus II.

Vtrùm intellectus naturali appetitione propendeat in visionem Dei?

Summarium.

Titulus quæsiti ab Scoto exaratus. *num. 1.*

Sententia negatiua ostenditur. *nu. 2.*

Aliorum opinio, qui appetitũ naturalẽ asserunt in intellectu respectu habituum supernaturalium. *nu. 4*

Textus Scoti de appetitu innato visionis. *num. 6.*

Adnotationes in textum, & confirmatio veræ sententiæ; quòd ad formas vitales supernaturales detur naturalis inclinatio; secus ad supernaturales non vitales; item & contra aliquos Scotizantes ostenditur, dari formas intrinsecè supernaturales. *num. 12.*

Responsio ad principalia obiecta pro prima & secunda sententia in oppositum. *num. 21.*

Pro relatione transcendentali intellectus ad actus supernaturales asseritur connexio transcendentalis habitudinis, inter intellectũ & operationem supernaturalem. *nu. 25*

De appetitu elicito visionis; qualiter ad supernaturale obiectum cõparari possit. *num. 30.*

Articulus III.

Vtrùm vis natiua intellectus ad visionem influat vt agens principale, vel instrumentarium?

Summarium.

Opinio asserens, intellectũ esse causam principalem visionis. *num. 1.*

Altera opinio autumãs, intellectũ esse causam principalem de facto; futurum tamen instrumentale principium si Deus suppleret habitum luminis. *num. 8.*

Textus Scoti, *ex 1. sent. dist. 3. q. 8. §. Respondeo, quòd pars intellectiua, n. marg. 2. num. 10.*

Obseruationes in textum, & vera sententia. *num. 14.*

Præfertur minus principalis, vel instrumentaria causalitas intellectus ad visionem, & ostenditur. *num. 20.*

Oppositis rationibus satisfit; vbi expenditur celebris textus Scoti de minus principali influxu voluntatis circa actum supernaturalem. *nu. 25.*

Subdistinctio secunda, De principio supernaturali visionis, quòd se tenet ex parte potentiæ.

Articulus I.

De intrinseca supernaturalitate luminis; & de connaturalitate eius ad substantiam creabilem.

Summarium.

Punctus controuersiæ. *num. 1.*

Variæ opinationes de conceptu intrinseco supernaturalitatis, confutatæ. *num. 2.*

Vera sententia de intrinseco conceptu supernaturalitatis; vbi ex instituto ostenditur, habitum supernaturalem creari, & non educi. *num. 7.*

Graues oppositiones contra doctrinã præcedentem. *num. 11.*

Proponuntur fundamenta neotericorum contendentium possibilitatem substantiæ supernaturalis. *num. 23.*

Confutantur inefficaces implicationes

impoſsibilitatis ſubſtantiæ ſupernaturalis. *nu.* 27.
Scoti textus ad firmandam doctrinã præcedentem. *nu* 37.
Optima Scoti ratione oſtenditur implicatio ſubſtantiæ ſupernaturalis. *nu* 41.
Oppoſitiones contra fundamentũ Scoti, & amplior elucidatio veræ ſententiæ. *nu.* 47.
Reſponſio ad argumenta, quæ contenduntur poſsibilitatẽ ſubſtantiæ ſupernaturalis. *nu.* 52.
Duo conſectaria ex doctrina præcedẽti. *num.* 56.
Defenditur ratio Scoti agentis, beatũ ex naturalibus non beari; cõtra Soarii oppugnationes. *nu.* 58.
Species abſtractiua diuinæ eſſentiæ in Angelo non eſt ordinis naturalis de ſenſu Scoti; contra eundem Soariũ *à nu.* 61. *vſque ad* 67.

Articulus II.

De functionibus luminis gloriæ.

Summarium.

Prima opinio, quòd lumen ſit principium adæquatum proximum. *nu.* 1.
Expugnatur placitum præmiſſum. *nu.* 3.
Enduntur fundamenta aſſerentiũ adæquatum influxum proximũ luminis in viſionem *nu.* 9.
Aliæ ſententiæ de cauſalitate habitus luminis propoſitæ & confutatæ, circa cauſalitatem materialem luminis reſpectu viſionis. *n.* 14. & 15.
Thomiſtarum opinio agens, lumen gloriæ eſſe diſpoſitionem intellectus ad receptionem eſſentiæ diuinæ in ratione ſpeciei. *nu.* 18
Reiicitur. *num.* 19.
Placitum Vazquez exiſtimantis, lumen gloriæ tenere ſe ex parte obiecti. *num.* 20.
Exploditur. *num.* 21.
Item & aliorum quorundam recẽtiorum, qui lumen ex parte potentiæ, & obiecti, conſtituunt. *nu.* 24.
Confutatio Aegidij de Præſentatione autumantis, lumen gloriæ attinere ad obiectum formale viſionis beatificæ. *nu.* 27.

Articulus III.

Vtrùm habitus luminis de abſoluta Dei potentia per extrinſecum auxilium ſuppleri queat?

Summarium.

Thomiſtarum ſententia improbans ſupplebilitatem luminis, ſuadetur. *nu.* 1.
Textus Scoti, & eius explanatio. *num.* 8.
Enumerantur fundamenta ad veram ſententiam, vbi de vitalitate agitur. *nu.* 14.
Vera ſententia ſtatuitur, & rationibus ſtabilitur excuſsis recentiorum obiectionibus; cur implicet, Deitatem ſupplere cauſalitatem luminis, per exhibitionem intrinſecam ſui ad intellectum creatum. ſemotis imperfectionibus compoſitionis, & inhærentiæ? *Nu.* 19
Fit obuiam oppoſitis fundamentis cõtra luminis gloriæ ſupplebilitatem. *nu.* 25.

Articulus IIII.

Quæ ratione exiſtentia luminis ſit dogma fidei? & quid in hac re ſentiat Scotus?

Summarium.

Error Beguardorum, & Beguinarum damnatus. *nu.* 1.
Legitima interpretatio Clementinæ *ad noſtrum de hæreticis*; præcipuè ex Card. Aureolo. *nu.* 3.
Taxatur Durandi pronuntiatũ de viſione Dei oũ ſolam expeditionẽ intellectus à lege ſenſuum. *nu.* 10
Oppoſitiones eorum, qui imponunt Scoto, impugnaſſe habitum luminis *num.* 12.
Mens Scoti de exiſtentia, & functionibus luminis ſtatuitur. *nu.* 19.
Scotus ab aduerſariorum vellicationibus circa exiſtentiam luminis vindicatus. *nu.* 29.

Diſtinctio ſecunda,

De principio viſionis ex parte obiecti.

Articulus I.

Vtrùm de facto detur ſpecies impreſſa creata? An verò Deus ſe ipſo ſupleat vices ſpeciei impreſſæ?

Summarium.

Præmittitur ex Scoto, eſſe impoſsibile medium in quo diuinæ intuitionis *num.* 1.
Opinio Vazquij & aliorum, qui, recen-

ſitis ſpeciei impreſſæ functionibus; aſſeuerant ſpeciem impreſſam creatã de facto. *Nu.4.*

Quorundam Thomiſtarum ſententia, qui cauſalitatẽ eſſentiæ diuinæ ſupplẽtis creatam ſpeciem nõ eſſe effectiuam, pronuntiant. *Nu.10*

Aliorum placitum, qui autumant, eſſentiam diuinam ita creatæ ſpeciei vices adire, vt creatæ mẽti illabatur in vtroque genere cauſæ efficiẽtis & formalis. *Num.11.*

Functiones ſpeciei impreſſæ ex Scoto enodantur; & ſubſternuntur fundamenta ad veram ſententiam. *Nu. 13.*

Vera ſententia ſtatuitur, & ſuadetur, pro concurſu effectiuo Deitatis in ratione ſpeciei impreſſæ abſque cõiũctione in ratione concauſæ formalis intrinſecæ. *Nu.26.*

Dilutio oppoſitarum rationum pro exiſtentia ſpeciei impreſſæ de facto. *Num.32.*

Eneruantur duo alia Thomiſtarũ placita circa compoſitionem Deitatis in ratione ſpeciei. *Nu.35*

Articulus II.

